IVLII CÆSARIS BVLENGERI IVLIODVNENSIS, DOCTORIS THEOLOGI,

OPVSCVLORVM SYSTEMA, DVOBVS TOMIS DIGESTVM.

Prior continet libros tres de instrumento Templorum, in quorum primo agitur de veste Pontificum, Episcoporum, & Sacerdotum: in secundo de Donariis: in tertio de forma Templorum, in quibus difficillima quæque Anastasij Bibliothecarij libro de vitis Pontificum explicantur; opus à nemine adhuc tentatum. Præterea alios de tota Ratione Diuinationis: de Oraculis, Sortibus, Auguriis, & Auspiciis: de Ominibus, & Prodigiis: de Terræmotu, & Fulminibus: de Magia licita, & vetita; qui omnes antehac lucem non viderunt.

POSTERIOR

COMPLECTITVR LIBROS DE TRIVMPHO: DE CIRCO Romano, ludisque Circensibus: de Theatro, & de Venatione Circi.

NVNC DEMVM

HOC ORDINE IN LVCEM EDITVM, ATQVE IN POSTERIORI volumine ab ipso Auctore sedulò & accuratè auctum & recognitum, duplicique locupletissimo Indice exornatum.

Pertinebat Bibliothecam ex testam.to Ill.mi ac Rev.mi *TOMVS PRIMVS.* S. Francisci ... Bli Ascanij Ricciardi 1660



LVGDVNI,

Sumptibus Antonij Pillehotte, sub signo Sanctissimæ Trinitatis.

M. DCXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISS.° ET REVERENDISS.°

D. D. MAPPHÆO BARBARINO

SANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ CARDINALI,

IVLIVS CÆSAR BVLENGERVS

P. S. D.

SVPERIORI anno cùm Romæ agerem, & Augustissimi Senatus, qui res sanctæ Dei Ecclesiæ toto terrarum orbe sapientissimè gubernat, ornamenta, templorum magnificentiam, sacellorum instrumentum, donaria, sacram supellectilem oculis lustrarem, & tacitus cum animo expenderem, indolui nostro sæculo viros eruditos fuisse, qui tam accuratè veteris Romæ monumentum, Regum trabeas, Sacerdorum apices, & cetera talia persecuti sint, neminem fuisse qui sanctissimæ Dei Ecclesiæ, ac Sacerdotum eius insignia, donaria, ornamenta vel leui manu attigerit. Me ipsum incusaui, qui de Romani Imperatoris titulis diligenter explicauerim, de Christi Sacerdotibus, de templorum eius instrumento, & ministerio nihil attigerim. Veteres itaque Patres relegi, & Episcoporum, ac Sacerdotum habitum, cultúmque studiosè inquisiui, donaria Ecclesiæ recensui, Amas, Phara canthara, Cerostata, & cetera ornamenta ex Anastasio Bibliothecario, Paulino, Sidonio, & aliis auctoribus enotaui, quæ si dicendo fortè non illustrarem, certè numerando percenserem. Quid in eo argumento præstiterim, CARDINALIS ILLVSTRISSIME, tui iudicij res esto, qui veteres Ecclesiæ Patres diurna, nocturnáque manu versas, & in sanctissimo illo terrarum orbis consilio, eruditione & integrirate

† 2 clarissi

clarissimo, clarissimum ipse lumen es, literarum decus, literatorum fautor, quos Græca, Latináque scriptione ad scribendum vltrò inuitas, & versa, prosáque oratione ad æmulationem incendis. Hoc opus tuis auspiciis tentare ausus sum, quod à nemine nisi à te pro dignitate potuit explicari. Sed opellam contuli, & ex tenui penu ieiuna, frigidáque deprompsi, tu ex illo diuite, vberíque tuo thesauro magna, & opulenta quæque depromere potes. Interim hoc animi mei pignus habeto, & studium quod in te obseruando, colendóque affero, qua es humanitate, probato. Vale. Datum Pisis ad 10. Kal. Maias M. D C X X.

BENEVO

BENEVOLO LECTORI
S.

BENEVOLE *Lector, ſcire te velim, me iuuenem voto religionis obſtrictum totos duodecim annos in Societate* IESV *poſuiſſe, vbi ſi quid in literis ſcio, quantulumcumque illud eſt, didiciſſe me profiteor. Nam & literis Theologicis in ea Societate imbutus ſum, & veteres Patres Græcos, ac Latinos, atque adeò profanos auctores diligenter legi, & enotaui: voto ſolutus ſum ex priuilegio eiuſdem Societatis, annuente Reuerendiſſimo Patre Generali per cauſam domeſticæ pietatis, cùm mihi pater, de fide Catholica, & Eccleſia bene meritus, quod eius ſcripta ſatis teſtantur, fratréſque relictis pluribus filiis impuberibus obiiſſent, vrgente matre, vt eorum ætatulæ conſulerem, & ſtudia literarum promouerem. Hoc igitur pietatis officium per viginti amplius annos impleui, vt Pariſiis, Toloſæ, & in aliis Academiis eorum ſtudia fouerem, alerémque, cùm autem illi ætate iam integra, vel vxores duxiſſent, vel ſuis rebus conſuluiſſent, & Piſis docendi munus obirem vocatu Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis, per triennium cum Patribus Societatis per literas egi, vt mihi poſtliminio in eamdem Societatem reditus pateret, & quaſi natalibus redderer, vt vbi piè viuere didiceram, ibi piè mori mihi contingeret. Quæ gratia cùm mihi humanitate & beneficentia Reuerendiſſimi Patris Generalis facta eſſet, in eamdem Societatem magno animo lætus lubens deintegro me in perpetuum dicaui. Piſis, vbi docendi munus ſuſtinui, plures libros in vulgus edidi, in quibus ſi quid commodè ſcriptum eſt, illud Societati debetur, ſi quid perperam, mihi tribuendum eſt; cùm eo animo ſim, vt ſi quid fortè imprudenti temerè excidit, in melius reformetur. In Piſana Academia ſex totos annos poſui, cùm ſtipendij, & muneris mei tempus quinque tantùm annis definitum eſſet; quod vbi confectum eſſe animaduerti, veluti miles emeritus, confectis ſtipendiis miſſionem petij, quæ mihi benignè à Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce indulta eſt. Profiteri poſſum me nuſquam gentium maiori literarum otio, quàm in ea Academia vſum eſſe, nuſquam*

† 3 *ſtipendia*

ſtipendia ſecuriùs, & integriùs perſoluta, & ad diem repræſentata, nuſquam maiorem Principis, vel humanitatem, vel liberalitatem expertum, ita mihi abundè, ceteriſque Doctoribus, ſiue diutiùs in ea Academia morentur, ſiue miſsionem petant, ſemper ſatisfactum eſt; quod hoc ſcripto teſtatum eſſe volui, ne quis fortè de animi mei ſenſu aliquid abdubitaret. Hanc igitur mentem meam in ſinu tuo depono, beneuole Lector, vt hoc animi mei teſtimonium apud te reſideat. Datum Romæ Idibus Octobris M. D C X X.

APPRO

APPROBATIONES.

DVm ista de instrumento Templorum, seu de Pontificum, Episcoporum & Sacerdotum Christi cultu & vestitu, de omni ratione Diuinationis, de oraculis, sortibus, extispiciis, Auguriis, fulminibus, prodigiis, de Magia licita & vetita, de Triumpho, de Circo, de Theatro, de Venatione, opera & tractatus legi, & attentè quidem, in nihil incidi, quod Ecclesiæ sanæ doctrinæ aduersetur, & fidei sit contrarium. Ideo in commodum multorum prodire in lucem meritò debent. Ita censeo. Actum Lugduni 13. Ianuarij anno Domini 1620.

FR. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE in sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator, in Sanct. Pauli huiusce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi à Domino Dionysio Simone de Marquemont, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo in librorum censuram incumbere iussi: fidem facimus nos hosce tractatus de instrumento Templorum, seu de Pontificum, Episcoporum & Sacerdotum Christi cultu & vestitu; de omni ratione Diuinationis, de Oraculis, sortibus, extispiciis, Auguriis, fulminibus, prodigiis, de Magia licita & vetita, de Triumpho, de Circo, de Theatro, de Venatione, euoluisse; nihilque in iis Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ fidei, aut sanctorum Patrum & Doctorum sanæ doctrinæ contrarium animaduertisse. Lugduni apud Sanctum Paulum, Idib. Ianuarij M. DCXX.

DEVILLE.

NICOLAVS MENARD Canonicus & Sacrista Ecclesiæ Collegiatæ D. Nizetij, in Officialatu & Metropoli Lugdunensi locumtenens, necnon Vicarius generalis substitutus lectos probatosque à Theologis tractatus varios D. Bulengeri de instrumento Templorum, seu de Pontificum, Episcoporum & Sacerdotum Christi cultu & vestitu, de omni ratione Diuinationis: de Oraculis, sortibus, extispiciis, Auguriis, fulminibus, prodigiis, de Magia licita & vetita, de Triumpho, de Circo, de Theatro, de Venatione, prælo committendi, & luci facultatem concedo. Lugduni Idibus Ianuarij 1620.

MENARD. Vig. gen. Subst. Lugd.

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISsimo Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione conetur librum, qui inscribitur, *Iulij Cæsaris Bulengeri Iuliodunensis, Doctoris Theologi, Opusculorum Systema, duobus Tomis digestum. In quibus agitur de instrumento templorum, de veste Pontificum, Episcoporum, & Sacerdotum*, &c. præter ANTONIVM PILLEHOTTE Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti ANTONII PILLEHOTTE. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis, die decimanona Februarij, anno millesimo sexcentesimo vigesimo.

De mandato Regis,

Signatum,

RENOVARD.

INDEX

INDEX CAPITVM TOMI PRIMI.

Liber I. de vest. Pont. Episc. & Sac.

Liber II. de donariis Pontificum.

XVI. De

Index Capitum.

Liber III. De Templis.

Index Capitum.

Liber I. de tota Ratione diuinationis aduersùs Genethliacos.

Liber II. aduersùs Genethliacos & Mathematicos.

Liber III. aduersùs Diuinaculos, & Somniatores.

XXXVI. De

Index Capitum.

Liber IV. de Diuinatione Sibyllarum.

Liber V. de Diuinatione ex somniis.

Liber I. de Oraculis, & Vatibus.

Index Capitum.

Liber II. de Sortibus.

Liber

Index Capitum.

Liber III. de Auguriis,& Auspiciis.

Liber IV. de Ominibus.

Liber V. de Prodigiis.

†† 3 Liber

Index Capitum.

Liber VI. de terræ motu,& fulminibus.

Liber I. de licita,& vetita Magia.

Liber II. adversùs Magos.

XX. De

Index Capitum.

Liber III. aduersùs Magos.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI IVLIODVNENSIS DOCT. THEOLOGI,

DE PONTIFICVM, EPISCOPORVM, ET Sacerdotum Christi cultu, ac vestitu,

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

De veste Pontificis Judæi, & Christi.

A QVEMADMODVM Imperatoribus Romanis suus habitus, ac cultus fuit Imperatoria maiestate dignus, quo cæteros principes vti nefas: ita Pontificibus Romanis suus cultus, & habitus proprius est, tanto fastigio dignus, quo reliquos Ecclesiæ proceres vti nefas est. Neque sanè cuiquam mirum videri debet, quòd summo fidei Christianæ Antistiti, vt sua maiestas in omnibus constet, eximius supra cæteros cultus sit, cùm Iudæorum Pontifici, qui per vmbram tenuem, & obscuram, Pontificis nostri amplitudinem designabat, peculiaris quidam, & eximius cultus, ipsius Dei iussu, ac præscripto fuerit attributus, quem describit B Iosephus lib. 3. Originum, cap. 8. γίνονται δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσι στολαὶ πᾶσί τε τοῖς ἄλλοις οὓς χαναίας καλοῦσι, καὶ δὴ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ ὃν ἀναραβάχην προσαγορεύουσι. Legendum fortè, ἀλαβάρχην. Et tabernaculum quidem cum paratu suo sic se habebat. Nunc restat dicendum de vestitu tam reliquorum Sacerdotum, quos illi *Chanaias* vocant, quàm Pontificis, quem *Anabarchem* nominant, sic summum Sacerdotem significantes: ac primùm de vulgo Sacerdotum. Sacerdos sacris operaturus purus iuxta legem & castus accedens, ante omnia Manachasem, quem vocant, induitur: quasi dicas constrictorium. Est autem subligaculum circa verenda, contextum è bysso retorta: in quod pedibus insertis subducunt, velut dimidiatas braccas, atque ita circum ilia constringunt. Super hoc induit linteam interulam byssinam, è du- C plicata tela confectam, *Chetomene* nostris vocatur: significatque ea vox lineam. Linum enim vocamus *Cheton*. Id indumentum est tunica talaris corpori astricta, habens manicas circa brachia; & ipsas strictas, quæ accingitur circa pectus paulò axillis inferiùs; zona lata digitos quatuor intus inani, ita contexta, vt serpentis exuuium videri possit. Floribus etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byssinis: stamen verò è sola bysso constat: quæ semel, atque iterum circa pectus reuoluta ad talos vsque defluit, tantisper dum Sacerdotes à sacris feriantur: idque ad ornatum conferre videtur. Cùm verò sacris est mi-

niſtrandum, ne ventilata ſit impedimento, ſuper humerum læuum reiicitur: hanc zonam Moyſes nominauit *Abaneth*; nos vocabulo à Babyloniis mutuato *Emiam* dicimus: ſic enim illi nominant. Sed tunica nuſquam ſinuatur, habetque circa collum amplam aperturam, cuius oræ vncinis à pectore, & à tergo committuntur: *Maſſabazanem* vocant. Super caput autem geſtat pileum non faſtigiatum, neque totum caput comprehendens, ſed paulò plus quàm medium: hic vocatur *Maſnaemphthes*. Eſt autem tali paratu, vt videatur vitta linea ſæpe in orbem replicata, & conſuta, quam ſupernè alia tela integit vſque ad frontem deſcendens, & per ſuperficiem verticis ſuturarum deformitatem occultans. Hic adaptatur accuratè, ne inter ſacrificandum delabatur. Et Sacerdotum quidem ornatus in genere eſt talis. Pontifex verò vtitur quidem etiam hoc, nihil eorum, quæ enumerauimus, omittens: ſed ſuperinduitur hyacinthinam tunicam talarem, quam noſtrates *Methir* nominant: aſtringitque eam zona coloribus ſupradictæ ſimili, niſi quòd auro intertexta eſt. Cæterùm ima B veſtis ornabatur limbo effigie malorum punicorum diſtincto, à quo tintinabula aurea ſic dependebant, vt medium eſſet quodque malum punicum inter duo tintinabula ſitum, & tintinabulum inter duo mala punica. Hæc tunica non conſtat è duobus ſegmentis, vt ſuturas habeat in humeris, ac lateribus: ſed vnica tela in longum contexta aperturam in ſummo habet, non tranſuerſam, ſed in longum deſcendentem à tergo, & ante vſque ad medium pectus: cui decoris causâ aſſuta eſt fimbria, ne ſciſſura appareat. Eodem modo qua manus exeruntur eſt ſciſſa. Super hanc, tertiam etiamnum induit, vocatam *Ephodem*, Græcanicæ epomidi ſimilem. Ea ſit hoc modo: ex variis coloribus auro intermixto ita contexitur, vt circa medium pectus lacuna quædam relinquatur; maniculis quoque ita extantibus, vt planè tunica appareat. Lacunæ verò inſeritur fruſtum amplitudine palmi, auro, eiſdemque coloribus, quibus ephodes variegatum. Id vocatur *Eſſen*, ac ſi dicas, Rationale: C quod ita quadrat, vt adamuſſim ſpatium illud circa pectus à texente relictum expleat. Id committitur cum tunica annulis aureis per ſingulos angulos ex oris tunicæ, ac Eſſenis extantibus, intercurrente tænia hyacinthina: & ne quid inter circulos hiet, filo hyacinthino ſuturam explente. In vtroque autem humero ſinguli ſardoniches auro incluſi fibularum vice epomidem adnectunt: his inſculpta ſunt Iacobi filiorum nomina literis vernaculis linguæ noſtratis, in vtroque lapide ſena, ita vt ſeniores dextrum humerum obtineant. Quin & Eſſenem ipſum duodecim gemmæ diſtingunt, eximia vel magnitudine, vel pulchritudine, ornatus hominibus propter enorme pretium incomparabilis: cui ternæ per ordines quatuor inerant, conſertæ cotonulis aureis, ita vt excidere non poſſent. In primo ordine ſardonix, topazus, ſmaragdus: in ſecundo, carbunculus, iaſpis, ſapphirus: in tertio, lyncurius, amethyſtus, achates: in quarto, chryſolithus, onyx, beryllus. His erant inſculpta D filiorum Iacobi nomina, quos tribuum auctores habemus, ordine quo olim ſinguli nati fuerant. Cùm autem per ſe illi, quos diximus, annuli ſint infirmi, nec poſſint pondus gemmarum ſuſtinere, alios duos maiores in extremo Rationali, quâ reſpicit ad collum, eminentes à textura fecerunt; qui ſuſcipiant catenas aureas, opere plectili, venientes per fiſtulas quaſdam ad extremum humerum: quarum catenarum ſummitas aſcendens reducitur poſt tergum, & circulo, qui eſt à tergo, in epomidis fimbria connectitur: id quod præcipuè ſuſtinet ephodem, ne quo pacto defluere poſſit. Eſſeni autem aſſuta erat zona iam dictis coloribus, & auro diſtincta, quæ totum complexa, rurſumque ſupra ſuturam nodata, deorſum propendere ſinebatur. Omnes autem fimbriæ quibuſdam oris fiſtuloſis vtrimque includebantur. Porrò pileo, quali cæteri Sacerdotes, vtebatur: ſuper quem extabat alius conſutilis ex hyacintho variatus. Hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua E ſpectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur dacehatus, apud Græcorum herbarios hyoſcyamus. Eiuſmodi corona ab occipitio circum tempora vtraque procedebat, nam frontem iſti calyculi non ambiebant, ſed lorum quoddam latum aureum, quod ſacris characteribus Dei nomen inciſum habebat. Atque hic erat Pontificis ornatus in ſacrario: alius fuit in publico, ſiue domi, ſiue foris ageret, vterque illuſtris, & regius, de quo conſule Philonem lib. de ſomniis, pag. 463. & lib. de vita Moſis, pag. 519. & lib. de Monarchia, pag. 637. & S. Hieronymum epiſt. ad Fabiolam. Certè Chriſti Domini, & Apoſtolorum omnium veſtis ſimplex, & vulgaris fuit, in qua nihil erat, quod oculos intuentium ſpecie ſua percuteret. In primis Chriſto Domino fuit tunica recta, & pallium, ſiue amictum mauis pro pallio Græcorum, aut toga Romanorum, qui tunicæ iniiceretur. Indicat S. Ioannes cap. 19. Euangelij, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη.

ἑκάστῳ

A ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου: *Acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 74. τίς δὲ ἀγνοεῖ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἐσθῆτος ἐκείνης, ἣν οἱ πτωχοὶ κέχρηνται τῶν γαλιλαίων, καθ' οὓς καὶ μάλιστα τὸ γένος φιλεῖ γίνεσθαι ἱμάτιον ὡς αἱ στηθοδεσμίδες ἀνάκρουσιν ὑφαινόμενον? *Quis vestis illius vilitatem ignorat, vt qua Galilæorum pauperes vtantur, apud quos maximè id vestis genus fit arte quadam, vt thoraces aut pectoralium retractim textum?* Vilem ille tunicam Christi fuisse putat, ego pretiosam, quam secare milites noluerint, vt integra vni eorum sorte cederet. S. autem Ioannes ἱμάτια posuit plurali numero pro singulari, vt significaret pallium, quo tunica tegebatur. Vestis illa exterior Hebræis dicitur *Mehil*, quæ LXX. Interpretibus variis locis ποδήρης, ἐπενδύτης, διπλοΐς, στολή, ἱμάτιον vocatur. Ita Marci cap. 5. Mulier hæmorrhousa dicitur tetigisse τὸ ἱμάτιον,

B pallium Domini. Pallium Christi Eusebius lib. 7. cap. 18. διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, de statua loquens, quam hæmorrhousa Christo posuit, *diploide amictum decenter.* Tunica item lanea Christo vnica fuit, vt ad sui exemplum Discipulos formaret, quibus dixit Matthæi cap. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας· *Ne possideatis aurum, neque argentum, neque æs in zonas vestras, neque peram ad iter gestate, neque duas tunicas.* Pallium Hebræorum vestis erat ampla, & quadrangula, quæ in quatuor partes commodè secari potuit, quòd è quatuor pannis certo modo inter se iunctis constaret: quare & à Dionysio Halycarnasseo τετράγωνον vocatur, *quadrangula vestis*, cùm Romana toga orbiculata esset. Sic enim ille lib. 3. pag. 145. χιτῶνά τε πορφυροῦν χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδοί τε, καὶ Πέρσαι ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς, πλὴν οὐ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον. Tarquinius ab Hetruscis accepit *tunicam purpuream*

C *auro intextam, & pallium purpureum variè pictum, qualia Lydorum, & Persarum Reges ferebant, sed non quadrangulum, cuiusmodi fuêre Lydorum, Persarum,* addo Iudæorum, & Græcorum, *sed lunatum, ac semicirculare.* Isidorus lib. 19. cap. 24. Origin. Pallium est, quo administrantium scapulæ conteguntur, vt dum ministrant, expeditiùs discurrant. Homerus Iliad. lib. 2 priscis heroibus duo tantùm vestimenta tribuit, tunicam, & pallium:

——— Μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα,
καλὸν, νηγάτεον, περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος·

Mollem induit tunicam, pulchram, admirabilem, circum autem iniecit pallium. Ita & Varro in Catone: *Mihi puero vna fuit tunica, & toga, sine fasciis calceamenta.* Aristophanes in concionantibus, τρίκυκλον, pallium viri vocat rotundum. Athenæus lib. 5. τετράγωνα ἱμάτια, pallia quadrangula Persarum, Lydorum, Asianorum esse ait. Tertullianus lib. de pallio, *In viris autem*

D *pallij extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus, ab vtroque latere regestus, & ceruicibus circumstructus in fibula morsu humeris acquiescebat.* Athenæus lib. 1. καλλίστερον φᾶρος vocat. Philosophi olim palliati omnes, quæ *palliata mendicabula* vocat Apuleius, Græci τρίβωνας dicunt, quia Philosophorum pallia vilia, & detrita. Ipsi Christiani per initia palliati, argumento Philosophicæ, & seuerioris vitæ: ideò dicti ἐπιθέται. S. Hieronymus ad Furiam de viduit. *Vbicumque viderint Christianum, statim illud de triuio, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης, Græcus impostor.* Origenes apud Eusebium lib. 6. cap. 15. Hist. Heraclam ait posito communi indumento habitum assumpsisse philosophicum, id est, pallium, quod quia tunicæ imponebatur, impostores dicti Christiani per scommatis lasciuiam. Tunicæ Christi Domini, & Apostolorum talares, & manicatæ fuerunt, sicut Asianorum penè omnium. Virgilius:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

E Tunicarum certè varia fuêre genera, quædam sine manicis, vnico foramine, per quod collum exerebatur, quas *Exomidas* appellarunt: aliæ vna tantùm manicula, quas μασχαλίους: quædam duabus manicis, quas ἀμφιμασχάλους. Cui vna tantùm manica esset, ea seruorum fuit, dicta ἑτερομάσχαλος, vt Pollux lib. 5. cap. 13. & Hesychius. Strabo lib. 15. scribit, Principes Parthorum tunicam habuisse manuleatam, plebeculam sine manicis, vt Romani, apud quos manuleatæ tunicæ probro fuêre, vt S. Augustinus de doctrina Christi, lib. 3. cap. 12. Ideò Cicero orat. 2. Catilinæ obijcit, quòd esset manicatus. Seruius ad lib. 9. Æneid. Colobiis veteres Romanos vsos esse scribit, id est, tunicis non manuleatis. Stephanus III. Pontifex Romanus sibi ardentiùs oranti in æde S. Dionysij proximè Parisios S. Dionysium apparuisse ait, colobio indutum candidissimo, purpura clauato, pallio toto purpureo, auro interstellato. Hesychius, ἑτερομάσχαλος χιτὼν δουλικὸς ἐργατικὸς ἀπὸ τοῦ ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐῤῥαμμένην: *Tunica heteromaschalus dicitur seruilis ad laborandum, quòd vnam*

manicam aſſutam habeat. Ariſtophanis ſcholiaſtes exomidas vnam manicam habuiſſe putat, A ἐξωμίδες ἱμάτια θηλυκὰ καὶ ἑτερομάσχαλα. Tunicæ preſſim corpus ambibant. Athenæus lib. 13. χιτώνιον ἐχίζωρον. Aſiatici, Perſæ, & Babylonij vſi interula linea, tunica lanea, & chlamyde. Herodotus lib. 1. χιτῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλον εἰρίνεον χιτῶνα ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενοι μίτρῃσι κεφαλὰς ἀναδέοντες: *Tunica talari lineæ aliam tunicam inducunt, & chlamyde alba amicti mitris capita reuinciunt.* Sed de Chriſti Domini tunica S. Ioannes ait eam fuiſſe *à ſumma parte ad imam textam*, ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου ἄῤῥαφον, *inconſutilem.* Aliorum tunicæ erant ῥαπταί, *conſuta*, aut συμπορπαταί, *fibulata*, conſutiles ex pluribus pannis ad latera, & ad humeros conſutæ. In aliis tunicis hæc commiſſura fiebat fibulæ morſu. Chriſti Domini tunica non fibula nectebatur, non conſuta erat, ſed à ſumma parte ad imam texta, euiuſmodi hodie apud nos texuntur tibialia, quæ à ſtamine vocitantur. Galenus in libro ad Thraſibulum, τὸ γοῦν ὑφαίνειν ἱμάτιον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ κρόκας στήμοσι διαπλέκειν: *Texere* B *nihil aliud eſt, niſi ſtamen, & ſubtemen implicare, & inter ſe miſcere.* Videtur ea tunica dici recta, ὀρθοστάδιος, quæ à ſtantibus à ſummo texitur ad imum. Plinius de Caia Cæcilia, *Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura induuntur nouæ nuptæ.* Cum tunica, & pallio Apoſtolos orbem peragraſſe, vt Chriſti Domini fidem diſſeminarent, non dubito, nec foris lautiori veſte, ne inter ipſa quidem myſteria vſos in humilibus illis principiis. Paulò pòſt tamen ſplendor acceſſit. Ante Conſtantini ætatem Chriſtiani præſules latitare, fugere, habitu vulgari procedere cogebantur. Vbi Deus operâ Conſtantini magni Eccleſiæ ſuæ pacem, & ſplendorem attribuit, tunc epiſcopis, ac Pontificibus ſuus honos habitus, Eccleſiæ, altaribus, ſupellectile aurea, & argentea palàm ornari cœpêre. Quamquam & ſub priſcis imperatoribus Eccleſia ſua cemelia, ſua vaſa aurea, & argentea, lautamque, ac ſplendidam ſupellectilem habuit, vt Prudentius in Laurentio, aliique priſci auctores paſſim oſtendunt, C & nos infrà oſtendemus.

CAPVT II.

De Pontificis Romani ornatu, ex Conſtantini Donatione.

TANTA religionis maieſtas apud omnes gentes ab initio fuit, vt non Hieroſolymis modò, verùm & alibi paſſim toto terrarum orbe ſacerdotes, qui rebus diuinis operarentur, inſigni, & eximio cultu præ cæteris fulgerent. Tertullianus lib. de corona, auctor eſt in Aſia ſacerdotes aurea corona redimiri ſolitos. Apud Plutarchum Antonius Athenis ſacerdotij priuilegio auream coronam, quod Romanis nefas D fuit, purpuratus geſtare auſus eſt. Hieroſolymis Pontifex cidarim, & tiaram tectam, auro, gemmiſque inſignem tegum Aſiæ more. Æneas rem diuinam facturus purpurea mitra vſus eſt, lib. 3. Æneid.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Romæ magiſtratus prætextâ iure ſacerdotij, non ipſius magiſtratus vſi, narrante Feſto. Sed audiendus Conſtantinus magnus in edicto donationis ſuæ:

Παραδίδοαμεν ἐν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τοῖς μακαρίοις κυρίοις μου τῷ Πέτρῳ, καὶ Παύλῳ, καὶ μετ' αὐτοὺς τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πόλεως Ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ὅστινες ἕως τοῦ τέλους τοῦ κόσμου μέλλουσι προκαθῆσθαι εἰς τὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀπὸ τοῦ σήμερον, τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον, τὸ Λατερανένσιον, τὸ ὑπερβαῖνον, καὶ ὑπερνικῶν τὰ τοῦ ὅλου κόσμου παλάτια. ἐπέκεινα δὲ καὶ τὸ διάδημα, ἤτοι τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν· ἅμα καὶ τὸν E λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον. &c.

Latina Donatio ita concepta eſt: *Gaudeat vnà vobiſcum omnis populus, & gentium nationes in vniuerſo orbe terrarum: exhortantes omnes, vt Deo noſtro, & Saluatori Chriſto immenſas vnà nobiſcum gratias referatis: quoniam ipſe Deus in cælis deſuper, & in terra deorſum, qui nos per ſuos ſanctos viſitans Apoſtolos, ſanctum Baptiſmatis ſacramentum percipere, & corporis ſanitate dignos effecit. Pro quo concedimus ipſis ſanctis Apoſtolis dominis meis, beatiſſimo Petro, & Paulo, & per eos etiam beato Silueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſali vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, atque de præſenti concedimus palatium imperij noſtri Lateranenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atque præcellit palatiis. Deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulq́ue phrygium: necnon ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare aſſolet collum: verumetiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia*

imperialia

A *imperialia indumenta: sed & dignitatem imperialium præsidentium equitum. Conferentes etiam imperialia sceptra, simul & cuncta signa, atque banna, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris etiam reuerendissimis Clericis, & diuersis ordinibus, eidem Romanæ Ecclesiæ seruientibus, illud culmen, singularitatem, potentiam, & præcellentiam habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, id est, Patricios, atque Consules effici, necnon cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgantes decorari. Et sicut imperialis extat decorata militia, ita Clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ adornari decreuimus. Et quemadmodum imperialis potentia diuersis officiis, cubiculariorum, & ostiariorum, atque omnium excubiarum ornatur pulchritudinibus: ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissimè decus pontificale præfulgeat, decernimus & hoc, vt Clerici eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ mapulis, & linteaminibus, id est, candidissimo colore decoratos equos equitent. Et sicut noster Senatus calciamentis vtitur cum vdonibus, id est, candido*

B *linteamine illustratis, sic vtantur & Clerici: ita & cælestia sicut terrestria ad laudem Dei decorentur. Præterea Siluestro vrbis Romæ Episcopo & Papæ, & omnibus, qui post eum in successum perpetuis temporibus aduenerint, beatissimis Pontificibus, pro gloria, & honore Domini Dei nostri, & in eandem magnam, & catholicam Ecclesiam, & Apostolicam, ex nostro indicto, vt quem placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum Clericorum numero connumerare, nullus ex omnibus præsumat superbè agere. Decernimus itaque & hoc, vt idem venerabilis Pater noster Siluester summus Pontifex, & successores eiusdem Pontifices, diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debeant, & eorum capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam B. Petri, ipsa ex auro non est passus vti corona. Phrygium verò candido nitore splendidum, resurrectionem Dominicam designans, eius sanctissimo vertici manibus nostris imposuimus: & tenentes frænum equi ipsius, pro reuerentia B. Petri stratoris offi-*

C *cium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis amplius quàm terreni imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum (vt prælatum est) quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu Occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates præfato beatissimo Pontifici Patri nostro Siluestro vniuersali Papæ concedimus, & relinquimus ipsius, & successorum Pontificum potestati, & ditione firma, imperiali censura per hanc nostram diualem, sanctam, & pragmaticam constitutionem decreuimus disponenda, atque in iure sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permanenda.*

Ipsissima verba veteris Latinæ Donationis posui: Græca suo loco reddam. Non iam disputo, an hæc Donatio vera, & legitima sit: hoc assero, antiquam esse, quam Isidorus Hispalensis commemoret, ac eius verba in glossis citet.

D

CAP. III.

De Diademate.

LIBET mihi verba donationis huius vestigiis sectari, & singula expendere, quæ ad habitum, cultumque Pontificis Romani faciunt, *ἐθεσπίσαμεν ἵνα καὶ ὁ αὐτὸς θεοσεβὴς πατὴρ ἡμῶν Σιλβεστρος μέγας ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ, καὶ ἐπίσκοποι, ἵνα φορῶσι τὸ διάδημα, ἤτοι στέφανον ὃν παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν: Decreuimus vt & ipse Dei cultor Pater noster Siluester magnus Episcopus, & omnes successores eius, & Episcopi diadema, aut coronam ferant, quam ei nostro capiti detractam dedimus.* In Matthæi Blastaris Synopsi Iuris canonici hoc ita concipitur, *τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διάδημα, ἐκ λίθων τιμίων,*

E *καὶ μαργάρων συγκείμενον: Capitis diadema ex lapillis pretiosis, & gemmis compositum.* Diadema autem propriè candida fascia fuit, qua reges frontem redimire soliti erant. Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 79. *Nam cum sacrificio latinarum quidam è turba statuæ eius coronam lauream candidâ fasciâ præligatam imposuisset.* Plutarchus vertit *διάδημα βασιλικόν, regium diadema*, de quo Silius Italicus lib. 16.

—— regniq́ insigne vetusti
Gestat læua decus, cinguntur tempora vitta
Albenti. ——

Plinius lib. 11. cap. 15. *Regibus apum in fronte macula quodam diademate candicans.* Valerius Maximus lib. 6. cap. 2. & Ammianus Marcellinus lib. 17. *Pompeio candida fascia crus alligatum habenti Fauonius: Non refert*, inquit, *qua in parte corporis sit diadema. καυσία πῖλος ἦν πλατὺς ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες: Causia pileus erat latus, quem*

Reges Macedonum ferebant albo diademate reuinctum, ait vetus Scholiastes. Lucianus in Dialogo Alexandri & Diogenis, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, *Capite fascia candida redimito.* A
Tacitus lib. 6. Annalium, *Albentibus spumis in modum diadematis.* Egesippus lib. 2. cap. 1. Iudaici belli, *Quid enim sella aurea, albatumq́ue diadema, nisi regni forent insignia?* Frontem eo deuinctam indicat Sidonius, carm. 2. & capillos ipsos:

> ———— *cuius diademata frontem*
> *Non luxu, sed lege tenent.*

Item,

> ———— *crinem diademate cinctum.*
> ———— *diademate crinem*
> *Fastigatus eas.*

Diadema ipsa tempora vinciebat. Silius Italicus lib. 16. B

> *Vittaq́ue maiorum decoramen fronte sine vllo*
> *Delapsa attactu nudauit tempora regis.*

Lucianus in nauigatione, ταινίαν λευκὴν περὶ τῷ μετώπῳ, *Fascia alba frontem redimitam.* Fascia illa Assyriis purpurea fuit ex bysso. In libro Esther, διάδημα βύσσινον πορφυροῦν, *Diadema byssinum purpureum.* Q. Curtius lib. 6. de Alexandro, *Purpureum diadema distinctum albo capiti circumdedit.* Cedrinus ταινίαν χρυσοπόρφυρον vocat, *taeniam auro, & purpura intextam.* Ammianus lib. 19. auctor est, regem Persarum per initia aureum capitis arietini figmentum interstinctum lapillis pro diademate gestasse. Posteà tiaram diademate ita cinctam sumpsit, vt sinus quosdam vndulatos, & albentes efficeret. Codinus existimat, quod hodie dicitur stemma, seu corona, id olim dictum Diadema, ὅπερ καλεῖται νῦν στέμμα, ὠνομάζετο πάλαι διάδημα. Diadema autem, seu fascia alba, non regibus tantùm, verùm & sacerdotibus C attributa est, sicuti & corona aurea. Isidorus lib. 19. cap. 30. *Infula est fasciola sacerdotalis capitis, alba in modum diadematis, à qua vittæ ab vtraque parte dependent, quæ infulam vinciunt.* Prudentius hymno in Romanum Martyrem, de Pontifice Maximo gentili loquens:

> *Mirè infulatus festa vittis tempora* *Nectens.* ————

Balsamon in Concilior. interpretation ait Pontificem Romanum Christianum omnibus imperij insignibus ornari posse, excepto stemmate, seu diademate: δικαιοῦται ὁ Πάπας ῥώμης διὰ πάντων τοῖς βασιλικοῖς προνομίοις ἄνευ μόνου στέμματος. Nonnulli Caligulam primum Romanorum Imperatorum vsum diademate volunt, alij Aurelianum, quidam Diocletianum, Cedrinus Constantinum Magnum: πρῶτος πάντων διαδήματι ἐχρήσατο, καὶ μαργάροις, καὶ λίθοις περιεργότερον: Constantinus *primus omnium vsus est diademate gemmis, & lapillis curiosius, & ambitiosius insigni.* Aurelius Victor de Constantino Magno, *Habitum regium gemmis, & caput* D *exornans perpetuo diademate.* Diadema illud suum Constantinus Magnus capiti suo detractum Siluestro Papæ dicauit, vt scribit Matthæus Blastares.

CAP. IV.

De Corona.

CONSTANTINVS non diadema tantùm, & fasciam capitis albam Siluestro, & cæteris Romanis Pontificibus dedit, quæ frontem redimiret, verùm & coronam auream, quæ caput cingeret. Sic enim Constantinus ait, στέφανον παρεδώκαμεν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἐκ χρυσίου καθαροῦ, καὶ μαργαριτῶν ἀτιμήτων, ἵνα αὐτοὶ χρῶνται εἰς τὰς κεφαλὰς E αὐτῶν: *Dedimus coronam capitis nostri ex auro puro, & vnionibus, ac gemmis inæstimabilis pretij, vt ipse, & successores eius vterentur.* Aliud coronam à diademate esse oportet, quia diadema erat ex lino mundissimo, corona ex auro. Sed sicuti vulgò fascia linea sacerdotibus in vsu erat, ita & corona aurea De Pontifice Romano gentili Prudentius hymno de S. Romano:

> *Mirè infulatus, festa vittis tempora*
> *Nectens, corona tum repexus aurea,*
> *Cinctu Gabino sericam fultus togam.*

Athenæus lib. 5. Herculis sacerdotem δάφνης χρυσῆς στέφανον ἐστεμμένον, *corona laurea ex auro coronatum* ait. Lucianus de Dea Syria, sacerdotem Deæ Syriæ corona aurea vsum docet: *Iulius Cæsar, quia Pontifex maximus sibi coronam auream sumpsit, diadema, cùm Antonius adferret, repudiauit.* Dio lib. 44. τῷ στεφάνῳ διαχρύσῳ λαμπρυνόμενος, Iulius Cæsar *corona inaurata insignis.*

Antonius

A Antonius Athenis auream coronam sumpsit, non vt Imperator, sed vt sacerdos, ait Plutarchus. Epictetus lib. 1. cap. 19. σήμερον τις ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τῆς Αὐγούστου, ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω: *Hodie quidam mecum de sacerdotio Augusti loquens dicebat, auream coronam gestabo, si fuero sacerdos.* Apud Photium Diodorus Siculus lib. 36. Βαττάκης ἱερεὺς τῆς μεγάλης τῶν θεῶν μητρὸς χρυσοῦν στέφανον εἶχεν ὑπερμεγέθη, καὶ στολὴν ἀνθινὴν διάχρυσον: *Battaces sacerdos magnæ Deûm matris auream coronam grandem gerebat, & vestem floridam inauratam.* Constantinus ait Siluestrum auream coronam repudiasse, διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος Σιλβέστρος ἐκ χρυσίου στέφανον. Fecit ille hoc modestè, sed iure oblatam potuit accipere, cùm legitimo summi Dei Pontifici iustiùs, quàm profanis sacerdotibus deberetur. Et verò quis adeò sit iniquus rerum æstimator, vt honorem, qui Deorum inanium sacerdoribus tributus sit, veri Dei summo sacerdoti tribuendum neget? Apud Nicephorum lib. 7. cap. 34. Constantinus iubet, vt B priuilegia, quæ sacerdotes Idolorum habuerant, Antistites Christianæ legis assumant. At coronæ aureæ & priuilegio & honore eos vsos esse constat, qui summo Pontifici denegandus non est. Hincmarus in vita S. Remigij auctor est, Chlodouęum coronam auream ab Anastasio Imperatore acceptam ex voto ad Hormisdam Romanum Pontificem transmisisse, quam ille regnum appellauerit. Vnde & apud Anastasium Bibliothecarium, corona aurea frequentissimè regnum appellatur. In Leone 111. *Regnum ex auro pendens super altare gemmis ornatum.* Item, *Regnum spanoclistum ex auro.* (Lego *epanoclistum ex auro.*) Est corona aurea sursum clausa, quæ vulgò Imperialis dicitur; minorum enim Principum coronæ radiatæ sursum apertæ sunt. Sigebertus in anno 550. de Chlodouęo, *Ipse verò Rex misit Romam sancto Petro coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet.* Aimo lib. 1. cap. 24. & Ado scribunt, Chlodouęum diadema aureum vnionibus, & gemmis insigne ab Anastasio Augusto ad se missum Ecclesiæ B. Petri offerendum Romam misisse. Innocentius 111. Papa C serm. 1. in festo B. Petri, *Romanus itaque Pontifex in signum imperij vtitur regno, & in signum pontificij vtitur mitra: sed mitra semper vtitur, & vbique; regno verò nec vbique, nec semper, quia pontificalis auctoritas & prior est, & dignior, & diffusior, quàm imperialis.* Serm. 3. de coronat. Pontif. *Ecclesia sponsa in signum spiritualium contulit mihi mitram, in signum temporalium dedit mihi coronam: mitram pro sacerdotio, coronam pro regno; illius me constituens Vicarium, qui habet in vestimento, & femore suo scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.* De eadem corona Iacobus Cardinalis Papiensis lib. 2. commentar. de Paulo 11. *Porrò autem gemmis, lapillisq; admodum delectatus, in quibus eius erat voluptas, conquisitis vndique pretiosissimis, mitram, quæ tribus educta coronis regnum appellatur, atque à Pontificibus multis ante seculis desita erat gestari, nouam confecit, atque adhibuit.* Anastasius Bibliothecarius in Hormisda, sub annum 514. *Eodem tempore venit* D *regnum cum gemmis pretiosis à rege Francorum Chlodouæo Christiano donum B. Petro Apostolo.*

CAP. V.

De Tiara, & Cidari.

TIARÆ, Curbasiæ, Cidares non solùm apud Assyrios, verùm & apud Iudæos in vsu fuêre. Tiara dicitur πῖλος, Polluci lib. 8. cap. 13. Parthis, & Persis peculiaris. Anacreon:

> καὶ παρθίους τις ἄνδρας
> ἐγνώρισεν τιάραις.

E *Parthos aliquis è tiara cognoscit.* Strabo lib. 15. tiaram πίλημα vocat, *pileum.* Martialis lib. 10. Epigramm. 22.

> *Ad Parthos procul ite pileatos.*

Sed & Asiatici omnes tiaras gessêre. Iuuenalis Satyr. 10. de Priamo:

> *Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara.*

Ouidius lib. 10. Metamorphos. de Mida:

> *Tempora purpureis tentat velare tiaris.*

Herodotus lib. 5. scribit milites tiaras curuatas, & inflexas in prælia gestasse: ἔρχονται εἰς μάχας ἔχοντες κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι. Plutarchus in Artaxerxe tradit tiaram excidisse ex capite Cyri pugnantis. Valerius Flaccus Parthis viridem gemmis tiaram assignat lib. 6. Argonaut.

> *At viridem gemmis, & Eoa stamine sylua*
> *Subligat extrema patriam ceruice tiaram.*

Vnde tria colligas, & subligatam extremis ceruicibus in occipitio tiaram fuisse, & serico texram, & gemmis insignitam. Tiaram regibus Asiaticis tribuit Virgilius: A

——— *sceptrumq́, sacerq́, tiaras.*

Prudentius:

Vt mitra cæsariem cohibens aurata virilem
Combibat infusam croceo religamine nardum.

Tiaræ autem non modò caput, verùm & os ipsum, ac vultum tegebant. Iuuenalis Satyr. 6.

——— *Phrygia vestitur bucca tiara.*

Strabo lib. 15. *μέχρι δὲ καλύπτειν τὰ χείλη καὶ τὰς παραγναθίδας.* Plebeia tiara incurua fuit. Sidonius in Panegyric.

——— *supplice cultu*
Flectit Achamenius lunatam Persa tiaram. B

Georgius Monachus eam vocat *περιπάραν: ἡ περιπάρα τῆς κεφαλῆς φόρημα τῶν πολιτῶν, Ciues peritiaram gestant.* Strabo lib. 15. *πυργωτὸν πῖλημα, turritum pileum.* Tiara incurua dicta *κυρβασία.* Galenus cidarim *πῖλον ἔξωθ* vocat. Sidonius regibus lunatam tiaram tribuit, mendosè: lunata enim tiara curua est, non recta. Sic ille in Narbone:

Qui supra Satrapas sedet Tyrannus,
Ructans Semideûm propinquitates,
Lunatam tibi flecteret tiaram.

Regum recta erat tiara, quæ cidaris dicta. Demaratus à Xerxe petiit, vt Sardes maximam Asiæ ciuitatem curru vectus iniret, rectam capite tiaram gestans. Id enim solis regibus datum est, ait Seneca lib. 6. de benefic. cap. 31. Xenophon lib. 8. *παιδείας, Κῦρος ὀρθὴν ἔχων τιάραν, καὶ χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον· ἄλλῳ δὲ οὐκ ἔξεστι μεσόλευκον ἔχειν, Cyrus rectam habens tiaram, & tunicam purpuream albo dimidiatam. Alij nefas albo intextam purpuram gerere.* C Tiaram rectam Plutarchus in fortuna Alexandri vocat *ὀρθοπαγῆ στολὴν, ὀρθοπαγῆ κίταριν.* Agathias lib. 4. Reges Persarum cidarim insigne regium habent. Ctesias in Persicis, *ἐπέθηκαν Ὤχῳ τὴν κίδαριν. κίταρις ὃ φοροῦσι Κύπριοι. οἱ δὲ τὰ διαδήματα φοροῦντες κιτταῖοι: Imposuerunt Ocho cidarim.* Hesychius, *Cidaris quod ferunt Cyprij vocantur. Qui diademata ferunt, dicuntur Cittasi.* In veteribus nummis regiæ cidaris hæc forma est: Recta est, & elata, summa sui parte turrita, ponè infulas pendentes, antè buccculas habet. Eius medium ambit fascia alba stellulis insignita. Philo lib. 3. de vita Mosis, *κιδάρει οἱ τῶν ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι, Reges Orientis cidari pro diademate vtuntur.* Quare Bessus apud Arrianum in Alexandro, regium nomen aucupatus hoc cultu processit, *τιάραν ὀρθὴν ἔχων, tiara recta.* Dio Chrysost. de libertate, *εἴ τις ἄλλος ἢ Περσῶν βασιλεὺς ὀρθὴν ἔχοι τὴν τιάραν, εὐθὺς ἀποθνήσκειν ἐκέλευσεν αὐτὸν, ὡς οὐκ ἐνὸν δύο εἶναι φοροῦντας τιάρας ὀρθάς. Si quis alius, quàm rex, tiaram rectam gereret, iubebatur occidi, quia nefas fuit duos rectam tiaram ferre.* D Cidaris diademate reuinciebatur. Xenophon lib. 8. *ὁ Κῦρος εἶχε διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ, Cyrus habuit diadema circum tiaram.* Iudæi cidarim gessêre. Lib. Iudith, *καὶ ἦν σποδὸς ἐπὶ τὰς κιδάρεις τῶν ἰουδαίων, Erat cinis supra cidares Iudæorum.* Ezechiel. cap. 21. hæc dicit Deus, *Aufer cidarim, tolle coronam.* Fuit & cidaris recta insigne Pontificum. Hieronymus in cap. 21. Ezechiel. cidarin insigne Pontificis Iudæorum esse vult. Cyrillus lib. 9. in Leuitic. zonam lineam, & lineam cidarim. Lege Iosephum lib. 3. origin. cap. 8. Zonaras in Basilio Imperatore, ait rectam tiaram vocari *Tupham: καθήγαγε θρίαμβον ζωσθεὶς ὀρθίᾳ τιάρᾳ, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δῆμος, ὥσπερ τύφον, Egit triumphum cinctus tiara recta, quam vulgus vocat tupham ob typhum.* Georgius Monachus, *ἐν τῇ νίκαις ἡμῶν οἱ στεφηφόροι σφαῖς κεφαλαῖς ἐπέθεντο τιάρας, ἤτοι τύφας, οἵαν ἔφιππος φορεῖ ὁ ἀνδριὰς ἐκεῖνος ὁ Ἰουστινιάνειος τοῦ κίονος ἐπάνω. Victores Imperatores capitibus imponebant tiaras, seu tuphas, qualis est in equestri statua Iustiniani supra columnam.* E

CAP. VI.

De Mitra.

MITRÆ cum tiaris eædem penè fuêre, quibus incuruis, & flexis vsi Asiatici. Virgilius lib. 9.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Dictæ sunt à voce *μίτος*, quæ *filum* significat, quòd filis lineis amicirentur. Fuit virorum, & mulierum. Ouidius Epist. Deianiræ:

Ausus

A *Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.*

Seruius ad hæc verba Virgilij, lib. 4. Æneid.

Mæonia mentum mitra, crinemq́; madentem.

Mitra est incuruus pileus, de quo pendebat baccatum tegimen. Herodotus inter mitram & tiaram discrimen facit lib. 7. his verbis, ἀντὶ δὲ τῶν πίλων μιτρηφόροι ἦσαν Κίσσιοι, *pro pileis Cissij gestabant mitras.* Tiaræ in occipitio substringebantur, mitra sub mentum redimiculis subligabatur. Lib. 8. Æneid.

—— & longa redimicula mitræ.

Mæonia mentum mitra, crinemq́; madentem Subnixus. ——

Polyænus lib. 7. Strategic. Darius socius vt Magos occiderent, συνέπεισε καρόδεσμον ὃ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν ἀποσφίγγει τιάραν αὐτοὺς εἰς μέτωπον περιαγαγεῖν ἅμμα τῆς πάρας, *Vt se internoscerent*

B *suasit, vt vinculum illud capitis, quod in occipitio tiaram astringit, ad frontem circumducerent.* Ita Plutarchus exaudiendus in Politicis, τοῖς ἑπτὰ Πέρσαις τοῖς μάγους ἀνελοῦσι τιάραν εἰς τοὔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς φορεῖν, *Septem Persis, qui Magos interfecere, datum est, vt tiaram in anteriorem corporis partem procumbentem gererent,* quòd hac veluti tessera in Magos vsi essent. Mitras byssinas fuisse ostenditur Exod. 30. *Fecerunt mitras cum coronulis suis ex bysso.* Mitra summi Pontificis dicta Cidaris. Leuitic. 8. vers. 4. *Cidari quoque texit caput, & super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.* S. Hieronymus epist. 128 ad Fabiolam: *Habet cidarim Christus, & nomen Dei in fronte portat, diademate ornatus regio.* Iacobus & Ioannes cidarim, & laminam gessere ad sacerdotij ornamentum, quod idem & de cæteris Apostolis existimandum est. S. Epiphanius hæresi 29. de Iacobo, ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, *Licuit ei bracteam auream in capite gerere.* Et hæresi

C 78. οὗτος δὲ ὁ Ἰάκωβος καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσε, *Iacobus auream laminam in capite gessit.* Apud Eusebium lib. 3 ecclef. histor. cap. 31. Polycrates ad victorem, Ἰωάννης ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκώς, *Ioannes fuit sacerdos bracteam auream in capite gerens.* Gregorius Nazianzenus in Apologia *Cidarim* appellat, *Idcircò me Pontificem vngis, & podere cingis, capitiq́; cidarim imponis.* Ammian. lib. 29. coronam sacerdotalem, Mascezel inquit à Theodosio profligatus, *militaria signa, & coronam sacerdotalem cum cæteris, quæ interceperat, nihil cunctatus restituit, vt præceptum est.* De mitra S. Ambrosij Ennodius,

Serta redimitus gestabat lucida fronte
Distincta gemmis, ore parabat opus.

In veteri lege cæteris sacerdotibus Cidaris in vsu fuit, non aurea lamina, quæ & corona dicitur, & propria summi Pontificis erat. Eccles. 45. *Corona aurea super mitram eius expressa signo*

D *sanctitatis.* Cidari non absimilis fuit apex flaminum, & galerus sacerdotum, quem Dionysius Halycarnasseus vocat πῖλον ὑψηλὸν εἰς σχῆμα κωνοειδές, *pileum altum formæ turbinata,* qui amentis, seu offendicibus sub mento religabatur, ne fortè excideret. Alcuinus lib. de diuinis officiis, eiusmodi pileos à Græcis dici ait *Cuphias.* Codinus lib. de officiis φοροῦσι τὰς τοιαύτας σκουφίας. Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis, cap. 55. mitram, tiaram, infulam, pileum, pro eodem accipit. Papias, Cidaris, mitra, tiara, pileus sacerdotalis, cuphia.

CAP. VII.

De Phrygio.

E DEI prouidentia sapientissimè factum est, vt in Ecclesia potestas quædam esset sacerdotalis, & regia, cui reges, & imperatores fasces submitterent, ne in controuersiis suis supremo iudice Christiani carerent. Quis enim in orbe Christiano pacis arbiter inter reges, ac principes esset? Quis odia sopiret, amicitias coniungeret, controuersias disceptaret, ius denique suum cuique redderet, & prouinciis, ac regnis labentibus ex æquo & bono consuleret, nisi ea potestas in Ecclesia esset? Non temerè igitur Epiphanius hæresi 29. dixit, θρόνος τοῦ Δαβίδ, καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἱερωσύνη ἥτις ἀξίωμα βασιλικόν τε, καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάψας ὁ κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, &c. *Sacerdotium est in Ecclesia thronus David, & regium solium, quam dignitatem regiam simul & sacerdotalem in vnum coniunxit Dominus, & sanctæ suæ Ecclesiæ largitus est, throno David, qui nunquam defecturus est, ad eam translato.* Cùm enim regium solium ad Christum deuenisset, à domo Iudæ, & Hierusalem ad Ecclesiam traductum est. Καὶ κάθηται ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ τὸ

Βασι

βασίλειον τοῦ Δαβὶδ μεταστήσας, καὶ χαρισάμενος τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις ἅμα τῇ ἀρχιερωσύνῃ, τοῦτέστι τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, Thronus enim eius manet, & regni eius non erit finis, & sedet super thronum Dauid, regiam Dauidis transferens, & largiens vnà cum sacerdotio seruis suis, id est, Pontificibus Ecclesiæ catholicæ. In eo solio cùm cæteros sacerdotes, tum verò maximè Romanum Pontificem voluit considere, quem & diademate regio, & corona aurea, & cidari sacerdotali, & phrygio insigniuit. Quid sit phrygium illud, in controuersiam venit. In donatione Constantini Græcè scripta lorum vocatur. *ἡμεῖς δὲ διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος Σιλβέστρος ἐκ χρυσοῦ στέφανον, τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν.* Eadem donatio Latinè scripta sic habet: *Ipse verò beatissimus Papa super coronam clericatus, quam gerit, ad gloriam B. Petri, ipsa ex auro non est passus vti corona. Phrygium verò candido nitore splendidum resurrectionem dominicam designans eius sanctissimo vertici manibus nostris imposuimus.* Illustrissimus Baronius phrygium esse vult pallium crucibus phrygio opere textum. Malè, quia pallium humeris injicitur, non capiti. Atqui verba Græca, & Latina disertè significant phrygium, & lorum operimentum esse capitis. *τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. Splendidum lorum sacro eius capiti manibus nostris imposuimus.* Et donatio Latinè scripta: *Phrygium candido nitore splendidum eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus.* Deinde ait, phrygium in locum coronæ successisse, & pro corona capiti impositum. Theodorus Balsamo ad Nomocanonem Photij, tit. 8. cap. 1. *Celestinus*, inquit, *phrygium Cyrillo episcopo Alexandrino dedit, quo significatur plena potestas, & eo Cyrillus vsus est in Ephesino Concilio, & in sacris solemnitis more Romani Pontificis.* Idem ad donationem Constantini, *σημείωσαι ἐπ αὐτὸ τὸ παρὸν ἰδίκτον, ἤτοι βασιλικὸν πρόσταγμα τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου διηγεῖται ὁ Πάπας Ῥώμης διὰ πάντων τοῖς βασιλικοῖς προνομίοις μεγαλυνέσθω, ἄνευ μόνου τοῦ στέμματος· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ὁποδήποτε γινομέναις προελεύσεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐν ταῖς θείαις τούτων ἱεροτελεστίαις διὰ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καλύπτεται*: *Nota ex hoc Constantini edicto Papam Romanum insigniri omnibus priuilegiis, & insignibus imperatoriis, exceptâ coronâ: ideò in omnibus processionibus, & earum sacris celebrationibus caput imperiali loro tegit.* Nicephorus lib. 14. cap. 44. phrygium illud mitram interpretatur, optimè. A quo facit Innocentius III. Papa serm. de B. Siluestro: *Constantinus*, inquit, *secedens Byzantium coronam capitis sui voluit B. Siluestro conferre. Sed ipse pro reuerentia clericalis coronæ, vel magis humilitatis causâ noluit illam portare. Veruntamen pro diademate regio vtitur auri phrygio circulari.* Certè pallium non est auri phrygium, sed mitra. Infrà mox ostendemus lorum esse pallium, in qua voce Græci allucinati. Iuuenalis Satyr. 6. *Phrygiam tiaram* vocat.

Et phrygiâ vestitur bucca tiarâ.

Isidorus phrygium, mitram esse vult: sic enim ille in glossis, *Phrygium mitra.* Constantinus imperator, *Phrygium candido splendore eius sacratissimo capiti imposuimus.* Vaticanus Interpres, phrygium *καλύπτραν, μίτραν, integumentum capitis* vocat. Bene Balsamon lorum idem esse cum phrygio, & mitra putat. Meleta I. *οὔτε γὰρ τῷ τῆς βασιλείας λώρῳ κατὰ τὸ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐσμιζόμενον θέσπισμα καθαίρεται*: *Non enim regni phrygio secundùm Constantini edictum coronatur.* Idem in Meleta, de officio Chartularij, *μετὰ χρυσοπάστου λώρου τὴν τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου κεφαλὴν, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης καλλωπίζεσθαι, Phrygio auro intexto caput sancti Siluestri, & Romanorum Pontificum successorum eius ornari, quòd omnibus nudo capite sacrificantibus solus patriarcha Alexandrinus tecto capite phrygij amictu, seu loro sacris operatur, ὅτι πάντων ἀπαρακαλύπτοις ἱερουργούντων ταῖς κεφαλαῖς μόνος ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἱερουργεῖ μετὰ τοῦ αὐτοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καλυπτόμενος.* Innocentius III. mitram distinguit à corona, serm. 1. in festo S. Siluestri, *Romanus*, inquit, *Pontifex in signum imperij vtitur regno, in signum pontificij vtitur mitra; sed mitra semper vtitur, & vbique; regno verò nec vbique, nec semper, quia pontificalis auctoritas & prior est, & dignior, & diffusior quàm imperialis.* Idem serm. 3. de coronat. Pontif. *Ecclesia sponsa in signum spiritualium contulit mihi mitram, in signum temporalium dedit mihi coronam; mitra pro sacerdotio, coronam pro regno.* Nicephori verba lib. 14. cap. 34. sic habent: *Celestinus Romæ episcopus ad Cyrillum, vt locum suum obtineret, scripsit. Ex quo tempore fama est, mitram illum, & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuersi iudex appellaretur, accepisse.* In Donation. Constantini, *Statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem regni, πρὸς μίμησιν βασιλείας. Phrygium* dictum est, quòd à Phrygionibus crucibus intexeretur. Pictæ vestis artifices dicti sunt Phrygiones. Titinnius, *Phrygio fui primò, benèque id opus sciui.* Varro in Cosmotoryne, *Phrygio qui puluinar poterat pingere, soltar denigebat.* Lego, *depingebat.* Tertullianus lib. de habitu muliebri, *Phryges insuerent, Babylonij intexerent.* Acu pingebant Phrygiones. Virgilius lib. 11. Æneid. de Phrygibus, qui Barbari dicti à Græcis:

Pictus

A *Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.*

Lib. 9.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.
Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.

Plautus in Menæchmis: *Pallam ad Phrygionem deferas, at vt opera addantur, quæ volui.*

Lucretius lib. 1.

Iam tibi barbaricæ vestes, Melibæaq; fulgens
Purpura Thessalico concharum picta colore.

Nicetas Choniates, Thebani, & Corinthij à Rogerio rege in Siciliam translati sunt, ἱστῷ προσανέχοντες τῷ ἐξαμίτων, καὶ χρυσοπάστων στολῶν ὡς Ἐρετριεῖς πάλαι παρὰ Πέρσαις διαλάμποντες: *Texendis vestibus polymitio auro intextis, vt Erethrienses olim apud Persas.* Belluata Babylonica in pretio
B erant. Petronius, *Plumato amictus aureo Babylonico.* Erant & Attalieæ vestes aeu pictæ à Phrygionibus. Corippus lib. 3.

Illic barbaricas flexa ceruice phalanges
Pictor acu tenui multa formauerat arte.

Silius lib. 14.

Quæ radio cælat Babylon, quæ murice picto
Læta Tyros, quæq; Attalicis variata per artem
Aulæis scribuntur acu, aut Memphitide tela.

CAP. VIII.

C
De Papaletra, seu Corona clericatus.

IN Donatione Constantini Siluester dicitur coronæ clericali auream coronam imponere noluisse. Verba Græca sic habent, ὑπὲρ τὸ στέφανον, ἤτοι τὴν παπαλήθραν ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου οὐκ ἤθελε βαστάζειν στέφανον ἐκ χρυσίου. Latina versio ita concepta est, *Super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam B. Petri, ipsa ex auro non est passus vti corona.* Ea corona dicitur clericalis, sacerdotalis, episcopalis, στεφάνη ἱερωσύνης χαρακτήρ. Balsamon ad Synodum 6. can. 21. διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι κατὰ κληρικοὺς τὴν κεφαλὴν, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν, *Statuit canon, vt caput ei tondeatur more clericorum, & habeat papaletram.* Ideò vulgò coronam patres pro dignitate sacerdotali accipiunt, vt alibi ostendimus. Cur autem in coronam clerici tondeantur, indicat Germanus Constantinopolitan. περὶ τῆς ἱερουργίας. τὸ ξύρισμα
D τῆς κεφαλῆς τοῦ ἱερέως καὶ γυροειδὲς αὐτοῦ τμῆμα τὸ μέσον τῶν τριχῶν ἀντὶ τοῦ ἀκανθίνου στεφάνου ὃν πρὸς ὁ Χριστὸς ἐφόρεσεν, *Raditur caput medium in gyrum, vt ea corona sit pro corona spinea Christi.* ὁ ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ ἱερέως περικείμενος διπλοῦς στέφανος ἐκ τῆς τῶν τριχῶν σημειώσεως εἰκονίζει τὴν τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου τιμίαν κάραν, ἣν καρεὶς ὑπὸ τῶν ἀπειθησάντων τῷ λόγῳ, ὁ Χριστὸς ἐποίησε τὴν ἀτιμίαν τιμὴν, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον τῷ λίθῳ, καὶ τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐκλάμποντα. πέτρα δὲ ὁ παναγιώτατος Ἀπόστολος ὑπάρχει ἀρχιερεάρχης τοῦ Χριστοῦ: *Duplex corona, quæ est in capite sacerdotis, ex capillorum significatione figurat honorandum caput S. Petri, quod tonsum ab infidelibus, Christus dedecus in gloriam vertit, & imposuit capiti eius coronam petrâ fidei eius fulgentem. Sanctissimus autem Petrus Christi Pontificum princeps est petra.* Tonsus est autem iussu Neronis B. Petrus quasi magus, quia magos Romæ tonderi moris fuit. Ita Apollonius Thyanæus à Domitiano veluti magus tonsus est.

E
CAP. IX.

De Camelauco summi Pontificis.

ANASTASIVS Bibliothecarius in Constantino Pp. anno Christi 708. Camelaugum, seu camelaucum capitis integumentum Romano Pontifici tribuit: sic enim ille, *A quo loco nauigantes venerunt à septimo milliario Constantinopolim, vbi egressus Tiberius Imperator filius Iustiniani Augusti, cum Patriciis, & omnibus inclytis, & Cyrus patriarcha cũ clero, & populi multitudine omnes lætantes, & diem festum agentes. Pontifex autem, & eius primates cum sellaribus imperialibus, sellis, & frænis inauratis, simul & mappulis ingressi sunt ciuitatem. Apostolicus Pontifex cum caumelaugo, vt solitus est Romæ procedere, à palatio egressus in Placidias vsque, vbi hospitaturus erat, properauit.* Papa igitur Romæ procedit cum caumelaugo, seu camelauco.

Sed

Sed quod genus pilei est illud caumelaucum? An pileus purpureus, quo semper Pontifex operitur? Vetus Etymologicon, *καυσία εἴρηται καμελαύκιον παρὰ τὸ ἐλαύνειν τὸ καῦμα: Causia dicitur caumelaucium, quòd prohibeat calorem, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τὸ καῦμα καυμελαύκιον.* Constantinus Porphyrogen. in Chotographia, *στέμματα βασιλικὰ καμελαύκια ἀμφιεννύντες, induere coronas regias pileolis inductas.* Achmes cap. 219. *τὸ καμελαύκιον ἐπὶ βασιλέως εἰς τὴν Αὔγουσταν, καὶ εἰς τέκνον κρίνεται, Camelaucium, seu pileus in rege per quietem visus refertur ad Augustam, & filium.* Suetonius in libro de genere vestimentorum tria genera pileorum ponit, quibus sacerdotes vtterentur, Apicem, Tutulum, Galerum. Apex est pileum subtile, circa medium virga eminente. Tutulus pileum lanatum metæ figura. Galerus pileum ex pelle hostiæ cæsæ. Flamines apicem amentis, qui offendices dicuntur, sub mentum adductis religabant, vt cùm vellent tegererent, & ponè pendere permitterent, tum verò ne capite exciderent. Festus, *Albogalerus à galea nominatus.* Est enim pileum capitis, quo Diales Flamines, id est, sacerdores Iouis, vtebantur: fiebat enim ex hostia alba Ioui cæsa, cui affigebatur apex virgula oleagina. Quidam tutulum forma metæ figuratum fuisse aiunt, quo Flamines, ac Pontifices vtuntur. Ennius, *Libaque fictores, Argeos, & tutulatos.* Plutarchus in capitibus Romanis, *τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀποθέσθαι τὸν πῖλον, Flamini Diali nefas deponere pileum.* Appianus pag. 85. *ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς πιλοφορεῖ μόνος ἀεί, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις ἱερουργίαις πιλοφορούντων: Flamen Dialis pileum semper gerit, alij Flamines tantùm inter sacra gerunt.* Dionysius Halycarnasseus lib. 2. pag. 96. *σὺν ἀπικας κυρβασίας, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα κωνοειδὲς, apices tiaras esse* ait, *& pileos altos meta forma.* Papa semper est operto capite.

CAP. X.

De Pallio.

ILLVSTRISSIMVS Baronius in Donatione Constantini, *τὸ ὑπέρλαμπρον λῶρον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ,* & phrygium candido nirore splendidum, quod vertici S. Siluestri Constantinus imposuit, pallium esse purat. In phrygio eum lapsum esse suprà ostendimus, in loro lapsus est Græcus auctor, qui lorum capiti imposuit, quod humeros tegere solet. Bene igitur illustrissimus Baronius lorum ad pallium archiepiscopale retulit, quod Blastares appellat *τὸ κυκλοῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον, superhumerale, quod ceruices ambit.* Dicitur autem lorum quasi lorica, quòd loricæ instar humeros amplectatur. Nisi quis malit Lorum dictum esse à vestibus illis segmentaris, quas Vopiscus in Aureliano *purpureas rectas dilores, trilores* dictas ait à loris, seu segmentis, quia pallium propter breuitatem videbatur tantùm esse segmentum, plagula, scutula, vel lorum, quod mihi magis probatur. Vaticanus vertit *ἐπώμιον, ἤγουν τὸ λῶρον, epomis superhumerale, seu lorum.* Epomidis meminit Athenæus lib. 13. *φαίνουσα μαστοὺς λελυμένης ἐπωμίδος, ostendens vbera soluto superhumerali,* seu *capitio,* vt vocat Varro. Paulus Iurisconsultus epomida vestem breuiorem esse air, quæ inijcitur humeris. *Ephod bad* Leuitarum erat lineum superhumerale, *Ephod* Pontificum erat aureum purpureum gemmatum, lib. 1. Reg. cap. 2. Exod. 28. Zonatas *ὠμοφόριον* vocat in Constantino Copronymo, *Ἀναστασίου βαδίζοντος ὄπισθεν τοῦ Γερμανοῦ πατριάρχου, καὶ πατήσαντος τὸ ἐκείνου ὠμοφόριον, ἔφη: Cùm Anastasius incederet ponè Germanum patriarcham, & eius humerale calcasset, dixit, Ne propera.* Oportuit humerale esse talare, quod à proximè insequente calcari posset. Nisi quis *omophorion epomadium* esse velit Pontificum, id est, orarium, siue stolam, quæ crucibus distincta ad pedes vsque promittitur. In Liturgia S. Chrysostomi, *Et erat illis pro pallio.* Isidorus lib. 10. origin. cap. 24. *Pallium est, quo administrantium scapulæ conteguntur, vt dum administrant, expeditiùs discurrant.* Plautus, *Si quid facturus es, appende in humeris pallium, & pergat quantum valet tuorum pedum pernicitas.* Id à palla, vel pellibus dictum vult Isidorus. Pallium aliud fuit Græcanicum, quo Scipio Africanus in Sicilia amictus procedebat: aliud philosophicum, pallium obsoletum, & attritum, à quo *Palliata mendicabula* dicuntur Apuleio Philosophi. De eo Tertullianus agit lib. de pallio. Pallium sæpe accipitur pro integumento altaris. Anastasius in Symmacho scribit, Iustinianum misisse pallia, olobera blattea cum tabulis auro textis. Pallia de chlamyde, vel de stola imperiali auro texta quindecim Iustinus obtulit. Aliud fuit pallium crucibus phrygio opere intextum Romani Pontificis insigne, cuius ante Marcum Papam anno Christi 336. nusquam fit mentio. Venantius *pallia* vocat *vela crucibus intexta.* Lib. 2. ep. 3.

Pallia

A *Pallia nam meruit, sunt quæ cruce textile pulchra,*
Obsequiisq; suis crux habet alma cruces.

In epist. S. Bonifac. apost. German. ad Cudbertum: *Maior nobis sollicitudo Ecclesiarum, & cura populorum, propter pallia credita, & recepta, quàm cæteris Episcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Decreuimus in nostro synodali conuentu, & confessi sumus fidem catholicam, & vnitatem, & subiectionem Romanæ Ecclesiæ fine tenus vitæ nostræ velle seruare S. Petro, & vicario eius velle subijci. Metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta S. Petri canonicè sequi.* Græci vocarunt *pallia* φάρη, ἱμάτια, τηβέννας, διπλοΐδας, & quidquid cæteris vestibus injiceretur, Latini togas, lacernas, lænas, abollas, & reliquos eiusmodi amictus. Pallium autem archiepiscopale, de quò agimus, breue fuit, quòd humeros, & pectus tegeret. In nummo Theodosij apud Fuluium Vrsinum sancti Ioannes & Philippus expressi sunt habitu Pontificum,
B capite tonso palliola crucibus intexta humeros, ac pectus decorè ambiunt, dextra volumen sacrum, sinistra crucem gestat. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 136. negat pallium Pontificum è lino, vel bysso fieri, τὸ δὲ τοῦ ἐπισκόπου ὠμοφόριον ἐξ ἐρίας ὄν, ἀλλ' οὐ λίνου τὴν τοῦ προβάτου δορὰν σημαίνει, ὅπερ πλανηθὲν ζητήσας ὁ κύριος ἐπὶ τῶν οἰκείων ὤμων ἀνέλαβεν: *Id amiculum, quod Episcopus humeris iniicit, non ex lino, sed ex lana significat pellem ouis, quam errantem Dominus cùm quæsisset, humeris suis sustulit.* Eustachius apud Surium die 3. Aprilis, tom. 2. *Ouis errantis typum super humeros tollit, in sedem sublimem ascendit, in solio sedet.* Pallium tamen factum & ex bysso. Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij, lib. 4. cap. 80. *Pallium eius bysso candente contextum nullis acubus perforatum, sic ipsum circa scapulas obuolutum fuisse, non autem confixum, sicut vetustissimis musiuis, vel picturis ostenditur.* Quæ verba supini erroris Iosephum Scaligerum damnant, qui pallium archiepiscopale esse ait *circulum ex subtili panno quatuor digitorum amplitudine, ex quo duæ ex eodem*
C *panno propendent fasciæ, ita vt cùm circulus humeris antistitis impositus fuerit, duæ illæ fasciolæ à pectore, & à tergo dependeant.* In epist. ad Carolum Labbæum Ioannes Diaconus ait, *Phylacteria tenui argento fabricata, vtilique pallio de collo suspenso, exilitas balthei vnius pollicis mensuram non excedit, vt monachorum S. Benedicti.* Item, *Pallium eius, phylacteria, & baltheum osculantur.* Phylacteria vocat crucem pectoralem, reliquiis refertam, è collo suspendi solitam, quam Nicephorus Constantinopolitanus epist. ad Leonem, in actis Concilij Ephesini nominat *encolpium. Mittimus*, inquit, *encolpium aureum, cuius vna facies crystallum inclusum, altera picta nigello, & intus habet alterum encolpium, in quo sunt partes honorandi ligni in figura crucis posita.* Alcuinus lib. de diuinis officiis, superhumerale vocat *ephod, logium, rationale.* Hunc habent amictum, quando eunt ad altare. Germanus in Liturgic. περιτραχήλιον nominat, quod de stola potest accipi. *Pro rationali nunc summi Pontifices, quos Archiepiscopos dicimus, pallio vtuntur, quod à sancta Romana*
D *sede Apostolica dante accipiunt*, ait Alcuinus. *Pallium Archiepiscoporum super omnia indumenta est, vt lamina in fronte Pontificis. Pallium nihil est aliud, nisi discretio inter Archiepiscopum, & eius Suffraganeos.* Rabanus Maurus de ordine Antiphonarij: *Super hæc omnia summo Pontifici propter Apostolicam vicem pallij honor decernitur, quod genus indumenti crucis signaculum purpureo colore exprimit, vt ipso indutus Pontifex à tergo, & pectore crucem habeat.* Duplex igitur est superhumerale, aliud lineum, quod injicitur humeris, antequàm sumatur alba à sacerdotibus, qui mysticas, & sacras vestes sumunt, vt ad sacrum altare accedant, qui dicitur amictus. Alcuinus, *Nunc habent amictum, quando eunt ad altare.* Rabanus Maurus, *Primum sacerdotum indumentum est ephod bad, quod est superhumerale lineum.* Aliud superhumerale Archiepiscoporum, de quo S. Gregorius lib. 7. epist. 5. *Prisca consuetudo obtinuit, vt honor pallij nisi exigentibus meritis causarum, & fortiter postulanti dari non debeat.* Apud Iuonem Carnot. lib. 1. hoc decretum factum est sub Da-
E maso: *Quisquis Metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ ad fidem suam exponendam, palliumq; suscipiendum ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate.* Luithprand. in legat. ad Nicephor. Phoc. *Videmus Constantinopolitanum Episcopum pallio non vti, nisi sancti patris nostri permissu.* Romanus Imperator filium suum Theophylactum Patriarcham constituit, & per Alberinum effecit, vt Papæ nomine Theophylacto literæ mitterentur, qua auctoritate tum ipse, tum successores eius absque Paparum permissu palliis vterentur. Vnde factum, vt omnes Græciæ Episcopi palliis vtantur. Phocius in Bibliotheca, pag. 269. scribit, Metrophanem Episcopum Byzantij sub Constantino Magno ante mortem, τῇ ἁγίᾳ ἐναποθεῖναι τραπέζῃ τὸ ὠμοφόριον ἐντειλάμενον αὐτὸ φυλάττεσθαι τῷ διαδόχῳ, *superhumerale reposuisse in sacra mensa, & præcepisse, vt seruaretur successori.* Germanus Patriarcha lib. περὶ τῶν ἱερουργουμένων, τὸ ὠμοφόριον ὅπερ περιβέβληται ὁ ἐπίσκοπος δηλοῖ τὴν τοῦ προβάτου δορὰν ὅπερ πλανώμενον εὑρὼν ὁ κύριος ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ ἀνέλαβε, καὶ σὺν τοῖς μὴ πεπλανημένοις ἠρίθμησεν· ἔχει δὲ καὶ σταυροὺς διὰ τοῦ καὶ τὸν Χριστὸν ἐπὶ τῶν ὤμων

B βαστάσαι

βαςάζει τὸ ςαυρὸν αὐτοῦ: *Humerale, quo amictus est Episcopus, significat pellem ouis, quam errantem reperiens Dominus in humeris suis sustulit, & cum iis, quæ non errauerant, numerauit. Habet autem & cruces, quia Christus humeris suis portauit crucem.* τὸ δὲ φελώνιον ἐμφαίνει τὸ ἀπὸ κοκκίνου πορφύραν, ἣν περὶ τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀσεβεῖς παίζοντες ἐφόρησαν: *Pænula ostendit coccinam chlamydem, quam impij ad Iesum per iocum, & ludum attulerant.* Per φελώνιον libentiùs intelligerem planetam, & pænulam, quàm pallium. Balsamon de priuilegiis Patriarch. τὰ διὰ πολυςαύρων φαινόλια δοξάζουσι τοῦ τιμίου ςαυροῦ τὴν παγκόσμιον δόξαν, καὶ δύναμιν: *Pallia, vel planeta pluribus crucibus intexta celebrant gloriam honorandæ crucis, & potestatem, quæ toto mundo sparsa est.* Beda de tabernac. lib. 3. cap. 4. *Ipsa enim est crux, quam sequentes Dominum quotidie ferre iubemur, vel meritò talis species inter alias humero sacerdotis refulget. Pallium autem ea lege à sede Apostolica concedebatur, ne omni tempore gestaretur.* Nicolaus Papa epist. 47. *Audiuimus te non certis temporibus, & iuxta morem aliis antistitibus definitis pallio à sede Apostolica tibi concesso vti, quod bene tempore, quo ipsius pallij vsum à sede Apostolica percepisti, scripto, pagina more solito tibi ostensum est.* Concilium Matisconense I. anno 582. c. 6. *Archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.* Gregorius I. Papa lib. 2. epist. 54. ostendit non esse fas, vt tempore ieiunij pallium gestetur. Arguit Ioannem Rauennatem, quòd tempore ieiunij gestaret pallium per plateas, & vias, quo non licet vti vel in secretario, vbi in suo throno in apside collocato sedere solet Episcopus, & cum eo Presbyteri, non item Diaconi. Pallium autem adimebatur iis, qui solio ejicerentur. Sub annum 678. Agatho Papa legatos misit Constantinopolim ad synodum, à quibus Monothelitæ damnati. Eâ horâ sancta Synodus vnà cum principe, Macarij Antiocheni Episcopi ex collo iussit orarium auferri. Orarium stolam Episcopi significat. Anastasius Bibliothecarius in Syluerio, *Regionarius subdiaconus tollit pallium de collo Syluerij Papæ, & induit eum monachicam vestem.* Rupertus lib. 1. de diuinis officiis, cap. 27. *Octauum Archiepiscopis indumentum est pro aurea lamina, ab Apostolica sede datum, quod à collo circa pectus dependens designat humilitatis, vel sapientiæ torquem.* Consule Rupertum ibidem. Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacrament. cap. 57. *Pallium duas lineas habet, à summo vsque deorsum antè, & retrò dependentes, & purpureum sanctæ crucis signaculum præferentes. Spinulis pallium affigitur,* &c. Bonifacius V. Papa anno Christi 617. epist. 1. ad Iustum Roffensem pallium misit, eique ius dedit ordinandi Episcopos. Honorius Papa epist. 5. Paulino & Honorio Metropolitanis duo pallia misit, vt altero mortuo alter superstes alium in mortui locum ordinaret. Nicolaus Papa epist. ad consulta Bulgarorum, cap. 73. *Metropolitanus accepta licentia, & pallij vsu ordinat ipse sibi deinceps Episcopos, qui successorem suum valeant ordinare.* Dist. 1. c. porrò. *Pallio verò Apostolico eadem die vti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.* Ex his apparet, Archiepiscopos vnà cum pallio potestatem instituendi Episcopos accepisse. Erant autem in pallio duæ lineæ antè & retrò crucibus purpureis insignitæ, quod etiam inter sacra mysteria portabatur. Gemma animæ, cap. 221. *In duabus lineis pallij Archiepiscopi antè & retrò est purpureum sanctæ crucis signaculum. Spinulis pallium affigitur, cuius circulo circa collum Pontifex circumdatur. Pallium ipsum portatur inter Christi sacrificia, quod pro aurea lamina est institutum, in qua nomen Dei tetragrammatum exsculptum erat. Pallium à solo Apostolico datur, quo Apostolicus ipse, & Patriarcha vtuntur.* Marcus Papa constituit, vt Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopum vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem vrbis Episcopus consecraretur, vt scribit Anastasius Bibliothecarius in Marco. Gregorius II. Papa epist. 2. pallium dirigit ad Serenum Episcopum Foroiuliensem. Admonebantur ij, qui pallium accipiebant, eos hac lege accipere, vt sanguinem pro Christi fide profunderent. Zacharias Papa epist. 2. ad Bonifacium: *De Episcopis verò Metropolitanis, quos per vnamquamque Metropolim constituisti, hos per tuum testimonium confirmamus, & pallia dirigimus, ad eorum firmissimam stabilitatem. Qualiter mos pallij sit, vel quomodo vitam suam exponere debeant hi, qui pallio vti conceduntur,* &c. Vigilius Papa epist. 6. Auxanio Arelatensi pallium petenti concedit. Neque enim dabatur nisi iis, qui enixè illud ab Apostolico flagitarent, vt docet S. Gregorius lib. 7. epist. 5. Pallium fuisse sine cuculla docet Eucherius lib. de vestib. *Ephod* vestis sacerdotalis, quæ superindumentum, vel humerale appellatur. Est autem velut in caracallæ modum, sed sine cuculla. Caracalla talaris vestis fuit. Certè pallium fuit breue, non talare; at caracalla talaris. Aurelius Victor de Caracalla Imperatore: *Antoninus, quòd indumenta in talos demissa largiretur, Caracalla dictus.* In octaua synodo Patriarcha Hierosolymitanus petit ab Ignatio Patriarcha Constantinopolitano *poderem, & superhumerale, cum mitra, pontificalem stolam S. Iacobi Apostoli, & fratris Domini, & primi Apostolorum, qua antecessores mei Patriarchæ circumamicti semper in sancta Sanctorum ingrediebantur sacerdotio fungentes.* Superhumerale illud, & pontificalis stola

non

A non est pallium, sed orarium archiepiscopale. Actione. 11. eiusdem Synodi: *Ferens superhumerale Patriarcha incensum offerebat.* Act. 10. ibidem dicitur, *Qui Episcopi vestiantur palliis.* Ibidem commemorantur, ὠμοφόρια, καὶ ὠράρια, καὶ ἐγκόλπια, καὶ ὅσα τῆς ἱερατικῆς σύμβολα, *pallia, stolæ, seu oraria, phylacteria.* Ibidem pag. 460. & 466. *Sacrum pallium esse dicitur, quo inter sacra Missarum solennia uti Pontificibus moris est.* Concilio Lateranensi sub Alexandro III. hæc verba leges, *Postquam Patriarchæ Constantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani à Romano Pontifice pallium receperint, quod est plenitudinis officij pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis Suffraganeis pallium largiantur.* Gregorius I. Papa, Lindoniæ, atque Eboraciæ Episcopis pallium dedit, vt ipse testatur in epistolis. Olim qui pallium ab Apostolico accipiebant, auri aliquantum ex consuetudine pendebant. Apud Anastasium Leo II. sub annum 683. fecit constitutum, vt qui fuerit Episcopus ordinatus nullam con-
B suetudinem pro vsu pallij, aut diuersis officiis Ecclesiæ persoluat. Conon Papa sub annum 686. Constantinum Diaconum Ecclesiæ Syracusanæ Rectorem in patrimonio Ecclesiæ constituit, vltra consuetudinem ex consensu Cleri, sed & pallio ad caballicandum vti licentiam ei concessit, vt scribit Anastasius Bibliothecarius in Eclogis Theodoti Anagnostæ, lib. 1. Iussus est Diaconus ab Euphemio Patriarcha Constantinopolitano demere, ὠμοφόριον ἐπισκοπικὸν ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ διακόνου προσέταξε, *pallium Episcopo hæretico.* Gregorius III. Papa pallio dato Vulcarium in ciuitate Vienna Archiepiscopum constituit. In Donatione Constantini disertè *lorum* pro pallio sumitur, his verbis: *Deinde diadema, coronam capitis nostri, simulq; phrygium, necnon superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale assolet circumdare collum.* Meliùs Latina verba rem distinguunt, quàm Græca, quæ ita literata sunt: ἅμα καὶ τὸ λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον. Græca versio distinguit lorum à pallio, malè. Stepha-
C nus III. Papa epist. 1. sanctum Dionysium colobio indutum candidissimo purpura clauato, pallio toto purpureo, auro interstellato, sibi apparuisse scribit.

CAP. XI.

De Chlamyde purpurea.

CONSTANTINVS in Donatione profitetur se chlamydem purpuream, & tunicam coccineam dare S. Siluestro, & successoribus eius, καὶ τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα. Petrus Diaconus ante Diocletianum chlamydem purpuream vnicum fuisse imperij insigne docet lib. 10. his verbis: *Diocletianus imperio Romano primus regiæ consuetudinis formam magis, quàm Romanæ libertatis inuexerat, adorariq; se iussit, cùm ante eum cuncti Imperatores,*
D *& Iudices salutarentur, ornamentum gemmarum vestibus, calciamentisq; indidit. Nam prius imperij insigne in chlamyde purpurea tantùm erat.* Mutuatus est ab Eutropio, qui lib. 9. ait, καὶ τιμίους λίθους ταῖς τε ἐσθήμασι, καὶ ταῖς ὑποδήμασιν ἐνήρμοσεν ὁ Διοκλητιανός· πρότερον γὰρ τὸ διάφορον τῆς βασιλικῆς περιβολῆς ἀπὸ τῆς ἁλουργίδος ἦν μόνης, *Diocletianus pretiosos lapides vestibus, & calceis aptauit. Prius enim imperij insigne in chlamyde purpurea erat.* Xiphilinus Vitellio Imperatori chlamydem purpuream tribuit, ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ, ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ. Iulianus Augustus Orat. 3. Imperatori dat ἁλουργὶς ἱμάτιον, τιάραν, σκῆπτρον, διάδημα, θρόνον ἀρχαῖον, *Chlamydem purpuream, tiaram, sceptrum, diadema, solium principale.* Lego θρόνον ἀρχικόν. Sidonius carmine 2. vocat *Sarranam chlamydem*;

——— diademate crinem
E *Fastigatus eas, humerosq; ex more piorum*
Includat Sarrana chlamys.

Chlamys illa erat talaris, quia Iouinianus ponè sequens Iuliani chlamydem purpuream calcauit, ἁλουργίδα ἐπάτησε, vt ait Cedrinus. An Pontifex Romanus eiusmodi chlamydem aliquando gestet haud scio, sed gestare posse, cùm diadema, coronam auream gemmatam, & phrygium gerat, non dubito.

CAP. XII.

De Tunica coccina.

CONSTANTINVS item χιτῶνα κόκκινον, *tunicam coccineam* S. Siluestro, & successoribus eius largitus est. Iam olim Proconsules tunicam coccinam gestasse docet Plu-

B 2 tarchus

tarchus in Fabio, qui *χιτῶνα κόκκινον* vocat, & in Bruto *φοινικοῦν χιτῶνα*. Demittebatur dumtaxat ad poplitem. Corippus lib. 2.

Subſtrictoq́; ſinu veſtis diuina pependit
Poplite fuſa tenus.

Item:

Egreditur, tunicaq́; pios inducitur artus,
Aurata ſe veſte tegens.

Apud Dionem Caligula *χιτῶνα χρυσόπαστον*, *tunicam auro textam* induit. Apud Capitolinum in Pertinace, *In auctione rerum Commodi veſtis inſignior fuit ſubtemine ſerico, aureis filis, per tunicas, pænulaſq́; lacernas, & chirodotas Dalmatarum.* Apud Ammianum Marcell. lib. 14. *Tunica pectoralis ſine manicis purpura tecta in maieſtatis crimen tracta eſt, & colobion, ſeu exomis.* Trebellius in Galieno, purpuream tunicam, auratamque virilem, eamdem manicatam commemorat. Poteſt autem Romanus Pontifex, ſicut & Imperatores, tunica coccina, & purpurea vti. Aimoinus de Chlodouæo, ab Anaſtaſio Imperatore coronam auream cum gemmis, & tunicam blatteam accepit. Eginhardus de Carolo Magno, Romæ ſemel Adriano Pontifice petente, & iterum Leone ſucceſſore eius ſupplicante, longa tunica, & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis indutus eſt. Annales Francorum ad annum 876. de Carolo Caluo, talari Dalmatica indutus, & baltheo deſuper accinctus pendente vſque ad pedes, necnon capite inuoluto ſerico velamine, ac diademate deſuper impoſito, Dominicis, & feſtis diebus ad Eccleſiam procedere ſolebat.

CAP. XIII.

De Calceis Romani Pontificis.

Constantinvs in Donatione ait, *Et ſicut noſter Senatus calciamentis vtitur cum vdonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic vtantur & Clerici: καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων.* Nominatim de Pontificis calceis nihil attingit, ſed ſolùm de calceis Cleri Romani. Dixerat priùs Conſtantinum dediſſe Pontifici *omnia imperialia indumenta, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα.* Balſamon in Scholio de Pontifice loquens ait, *ἀμφιέννυται καὶ ἀληθινὰ ὑποδήματα*, *induere purpureos calceos* Idem in prima Meleta de Patriarcha Conſtantinopolitano loquens, *οὔτε γὰρ τῷ τῆς βασιλείας λώρῳ καταστέφεται, οὔτε κοκκοβαφέσι πεδίλοις κατὰ τὸ τυπωθὲν θριαμβεύεται (?), οὐδ' ἑτέρῳ προνομίῳ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης κέχρηται*: *Neque enim phrygio regni coronatur, neque coccotinctis calceis, ſecundum typum, & edictum Conſtantini ſe ſpectandum prabet, nec alio priuilegio veteris Roma vtitur. ἀληθινὸν πέδιλον* interpretatur, id eſt, *κοκκοβαφὲς*, id eſt, *purpureum.* Quemadmodum igitur Imperatores Romani vſi ſunt purpureis calceis, ita & Pontifex Romanus, ſiue hoc priuilegium à Conſtantino Magno, ſiue à Pipino, Carolo, Ludouico, Imperatoribus acceperit. Ammianus lib. 22. vocat *purpurea pedum tegmina*, quæ ſeruata eſſe ait à Comite largitionum. Zonaras *φοινικᾶ, φοινικόχροα, φοινικοβαφῆ, ἐρυθρὰ πέδιλα*, *purpureos, rubros calceos.* tom. 3. pag. 138. & 172. Corippus lib. 2. Iuſtini:

Purpureo Suræ reſonant fulgente cothurno,
Cruraq́; puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.

Imperatorum calcei purpurei, Conſulum aurati, Patriciorum ſericeæ caligæ. Caſſiodorus lib. 6. in fórma Conſulum: *Lares etiam proprios auratis calceis egredere.* Lib. 7. in forma Patriciatus: *Pinxit ſuras ſericis calceis iſte Romanus.* Codex Theodoſianus lib. 14. tit. 10. *Calcei Imperatoris dicuntur Tzanga.* Trebellius in Claudio: *Tzanchas de noſtris Parthicis paria tria.* Procopius lib. 3. de ædificiis Iuſtini: *ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ὃ δεῖ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε, καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι*, *Calceos purpurei coloris, qui pertingebant vſque ad genu, quibus ſolus Imperator Romanus, & Rex Perſarum vtuntur.* Capitolinus in Maximino Iuniore calceum Imperatoris *Campagum regium* vocat. Papa igitur poteſt vti calceis, crepidis, ſoleis, ſandaliis purpureis.

De

CAP. XIV.

De Calceis Cleri Romani.

CONSTANTINVS in Donatione, *Et sicut noster Senatus calciamentis vtitur cum vdonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic vtantur & Clerici: ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ δι᾽ ὀθονίων.* Senatus olim nigris calceis vsus est, plebs peronibus è crudo corio. Horatius Satyr. 6. lib. 1.

Et nigris medium impedit crus pellibus.

Iulius Cæsar vtebatur ὑποδήμασι ἐρυθροχρόοις, *calceis coccinatis*, ait Dio lib. 43. Marius calceis puniceis, vt est in veteri lapide. Albi calcei mulierum fuêre. Ouidius lib. 3. Artis:

Pes malus in niuea semper celetur aluta.

Apuleius lib. 7. *Calceis albis illis, & tenuibus indutus.* Appianus lib. 5. Ciuilium, Antonio Athenis ὑπόδημα λευκὸν, *calceus albus Atticus*, quo Sacerdotes vtebantur, dicebatúrque *Fecasium.* Martialis:

Sordidior cæno cùm sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi, Cinna, niue.

Apud Vopiscum Aurelianus calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Sacri olim calcei fuêre, qui non essent ex morticinis, vt ait Seruius ad librum quartum Æneid. Sed vel ex papyro textili, vt apud Martianum Capellam lib. 2. vel ex lino albo, vt apud Herodianum lib. 5. quibus in sacris vsi. Glycas parte 4. prodit, Patriarcham Constantinopolitanum sub Isaacio Comneno tinctos coccino calceos sumpsisse. Dedit autem Constantinus Magnus Clericis Romanis, vt calciamenta ferrent candido linteamine illustrata, id est, lintea. Interpres Vaticanus, ὀθόναις τε, τελεία λευκοτάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι, *Vdonibus vti, id est, albo linteo circa calciamenta.* Balsamon Meleta de officio Chartularij: βλέπειν ἐστὶ τὸν χαρτοφύλακα διὰ τῆς ἀγορᾶς προοδεύοντα μετὰ χρυσοπάστου πάρας, καὶ ἐποχούμενον ἐν ἡμιόνῳ, πατριαρχικῶς μεθ᾽ ὀθονίου κεκοσμημένον λευκοῦ, καθὼς καὶ τοῦτο διὰ τοῦ ἐνθέου θεσπίσματος ὥρισται: *Videre est Chartophylacem per forum procedentem cum mitra auro intexta, & mulo vectum instar Patriarchæ, linteo calceo albo ornatum, quod edicto Constantini indultum est.* Papias calceos, quibus vsi Romani Diaconi, *Campagos* vocatos esse ait. *Campagi*, inquit, *calceamenti genus, quo vtebantur Diaconi Romani.* Apud Anastasium Bibliothecarium in Stephano IV. de Constantini, qui se Papam ferebat, degradatione: *Accedens etiam Maurianus Subdiaconus orarium de eius collo abstulit, & ante pedes eius proiecit, & compages eius abscidit.* Legendum, *campagos eius.* Suidas, ξυρίδες, καμπάγια, ἢ ἄλλο τι ὑπόδημα διάφορον, *Xurides, Campacia, aut aliud quodlibet insigne calceamenti genus.* Apud Trebellium Gallienus caligas gemmatas, campagos reticulos appellat. Senatores autem Romanos vsos calceis albis, aut linteis, alibi non legi; nigris, vel puniceis, vel mulleis, ac rubris vsos legere me memini. Patricij vsi calceis sericis albis, vt ait Cassiodorus. De campagis Clericorum distinct. 93. can. 20. & 21. Alij fuerunt vdones Cilicij, de quibus Martialis lib. 14. epigram. 140.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,
Cyniphio poterit planta latêre sinu.

Athenæus lib. 5. scribit Herculis Sacerdotem ὑποδεδεμένον λευκὰς λακωνικὰς, *albis calceis Laconicis vsum.* Albi enim calcei olim Sacerdotum fuêre, vt suprà ostendimus.

CAP. XV.

De ornatu Equorum Pontificalium.

CONSTANTINVS in Donatione, *Concedimus omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium equorum.* καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων; *& dignitatem, vel ornamenta regiorum equorum.* Ἄλογα dicti equi, desidente imperio Constantin. Nicetas, ἄλογα αὐτῶν ὡπλισμένα μετὰ κεφαλαρίων καὶ σαγισμάτων λωρικωτῶν, *Eorum equi armati munimentis capitis, & sagis loricatis.* Hesychius, κάπητιν περίβλημα ἀλόγου, *capetum pabulum equi.* Ornamenta equorum varia fuêre, phaleræ aureæ, fucata ephippia, purpurei tapetes, fræna aurea, vel argentea, picti balthei. Apuleius Milesia 10. *Phaleris aureis, fucatis*

ephippiis, purpureis tapetis, frænis argenteis, pictilibus baltheis, tintinabulis perargutis, exornatum equum. Dionyſius Halycarnaſſeus lib. 10. ἵππους φαλάροις κεκοσμημένους ἐυπρεπέσι, *equos exornatos phaleris elegantibus.* Appianus in Libycis, *Romani miſerunt ad Maſiniſſam equum* χρυσοφάλαρον, *equum auro phaleratum.* Nicephorus Gregoras lib. 9. βασιλικοὺς ἵππους μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων, *regios equos cum ephippiis purpureis.* Xenophon lib. 8. παιδείας, χρυσοχάλινον ἵππον, *aureo fræno equum.* Anna lib. 1. Alexiad. ἵππον τῇ τε ἁλουργῷ ἐφεστρίδι κεκοσμημένον, καὶ καταχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα, *equum ſella purpurea ornatum, & inauratis phaleris.* Claudianus de equo Arcadij Imperatoris:

Dumq́ue auro phalera, gemmis dum fræna renident,
Hac vterum Zona cinge frementis equi.
Stamine reſplendens, & mira textilis arte
Baltheus aliipedis regia terga ligat.

Item:

Sanguineo virides morſu vexare ſmaragdos,
Et Tyrio dignum terga rubere croco.

Codicis lib. 11. tit. 12. *Nulli licere in frænis, equeſtribus ſellis, & in baltheis margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare: aliis autem gemmis fræna, & ſellas, & baltheos exornare permittimus.* Balſamon Meleta 1. καὶ καβαλλικεύει μετὰ ἀληθινοῦ σελλοχαλίνου κατὰ τοὺς βασιλεῖς, *Papa equitat cum purpurea ſella, & fræno purpureo, ſicut Reges.* Ammianus Marcellinus lib. 27. de Pontificibus Romanis loquens, *Proceduntq́ue vehiculis ſedentes, circumſpectè veſtiti.* Anaſtaſius Bibliothecarius in Conſtantino Papa, *Pontifex autem, & eius Primates cum ſellaribus imperialibus, ſellis, & frænis inauratis, ſimul & mappulis ingreſsi ſunt ciuitatem.*

CAP. XVI.

De Sceptro, ſeu Baculo Pontificis.

CONSTANTINVS in Donatione, *Conferentes etiam imperialia ſceptra, ſimul & cuncta ſigna, atque banna, & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem proceſsionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ:* καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα, καὶ πάντα τὰ σίγνα, καὶ τὰ βάνδα, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος, καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας. Blaſtares, τὰ σκῆπτρα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας κοσμήματα. Sceptra olim videntur fuiſſe baculi, quibus viri omnes principes, & belli duces, quaſi poteſtatis inſigni manus ornabant. Ita apud Homerum Duces omnes dicuntur σκηπτοῦχοι βασιλῆες. Et ſceptro, ſeu baculo Vlyſſes Therſitem ferit. Sic apud Plutarchum Eurybiades Dux Lacedæmoniorum baculum Themiſtocli intentat. ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος ὁ Θεμιστοκλῆς ἔφη, πάταξον μὲν, ἄκουσον δέ: *Cùm eleuaſſet baculum Eurybiades, quaſi Themiſtoclem percuſſurus, Themiſtocles ait, Ferito, ſed audi.* Vnde & ῥαβδονομεῖν, *regere in virga.* Et apud Plutarchum in Paulo Æmilio, ῥαβδονόμοι τοὺς ἀτάκτως συρρέοντας ἐξείργοντες, *Moderatores excludebant eos, qui temerè irrumperent.* Idem in Pompeio, Alexandriæ ὁ πάντα διακοσμῶν ἐκεῖνα στέφανον ἔχων, καὶ ῥάβδον, *Qui omnia illa diſponebat, habens coronam, & virgam.* Centuriones in exercitu Romano vitim gerebant, & baculum, viti Romanos, baculo ſocios caſtigabant. Lucanus lib. 6.

——— *ibi ſanguine multo*
Promotus Latiam longo geriſt ordine vitem.

Triumphantibus eburneum ſceptrum fuit. Iuuenal. Satyr. 10.

Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.

Claudianus in Ruffinum lib. 2.

Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat.

Romani cùm Reges conſtituerent, ſcipionem eburneum dabant, ait Liuius lib. 42. & Tacitus lib. 4. Annalium. Ad Ptolemæum miſſus è Senatoribus, qui ſcipionem eburneum, togam pictam antiqua patrum munera daret. Æſchylus in χοαῖς, ſceptrum vocat βάκτρον πανίμβροτον, *baculum populos regentem.* Homerus Iliad. 1. ſceptrum ligneum quidem fuiſſe ait, ſed aureis clauis confixum:

——— ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ
χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον:

Humi abiecit ſceptrum aureis clauis transfixum. Idem à Iudicibus geri ait, σκῆπτρον ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι οἵτε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, *Sceptrum in manibus gerunt Iudices, qui ſeruant à Ioue leges.*

A *leges.* Eustathius σκῆπτρον βασιλείας δίκης, θέμιδος, καὶ δημαγορικῶν λόγων σύμβολος, *Sceptrum regni, iustitiæ, iuris, & concionum ad populum symbolum est.* Scholiastes Aristophanis, ἦν αἰετὸς ἐπὶ σκήπτροις βασιλέων, *Erat aquila in sceptris Regum.* Herodotus lib. 1. apud Assyrios ἕκαστος ἔχει σκῆπτρον χειροποίητον, ἐφ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ κρίνον, ἢ ῥόδον, *Quisque sceptrum habet, in cuius vertice aut malum est, aut rosa, aut lilium.* Strabo scribit, quosdam in Asia δυναστεύεσθαι ὑπὸ τῶν σκηπτούχων, *Sub dominatu esse eorum, qui sceptra gerant.* Iustinus lib. 43. ætate Romuli hastas pro sceptris fuisse ait, quas veteres pro Diis colebant. In sacris Literis sceptrum pro familia accipitur. Lib. 1. Regum, cap. 9. Saül ait, εἰμὶ τοῦ μικροτέρου σκήπτρου φυλῆς Ἰσραήλ, *Sum ex minimo sceptro tribus Israel.* Sceptrum Iulianus desertor inter insignia imperij suprà posuit. Phranses lib. 1. cap. 8. Ioannes Cantacuzenus Imperator Manueli filio sceptrum dedit, eumque corona induit. Sidonius carm. 7.

B ————— *collatos cernere fasces*

Vos iuuat, & sociam sceptris mandare salutem.

Pontifex Maximus vt coronam, & tiaram, ita & sceptrum aureum meritò gestare potest. Carolus Magnus apud Monachum Sangallensem, lib. 1. cap. 19. *Quidam ex Episcopis,* ait, *non contentus episcopatu, quem in prima Germaniæ sede retinet, sceptrum nostrum, quod pro significatione regiminis nostri aureum ferre solemus, pro pastorali baculo nobis ignorantibus sibi vendicare voluit.* Carolus Magnus non ægrè fert Episcopum baculo pastorali vti, sed sceptrum imperiale ab Antistibus negat vsurpandum. Gemma animæ cap. 217. *Baculus, virga pastoralis, ferula, pedum, & lignum incuruum.* Hic baculus ex osse, & ligno efficitur, qui crystallina, vel deaurata sphæra in supremo capite insignitur, in extremo ferro acuitur. Cùm Episcopus exauguraretur, ei baculus demebatur. Act. 7. oct. Syn. Patres exclamant, *Tollite baculum de manu Photij.*

C Signum est enim pastoralis dignitatis, quod hic habere non debet. Sed de baculo Episcopi pluribus infrà agemus.

CAP. XVII.

De Signis, & Bannis Pontificis Romani.

CONSTANTINVS in Donatione, *Conferentes simul & cuncta signa, atque banna.* In Græco, τὰ σίγνα, καὶ τὰ βάνδα. *Dedit signa sua, & banda S. Siluestro, & successoribus eius, vt armis, si ita res exposceret, iura sua, & priuilegia exsequerentur.* Suidas, βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον ἐν πολέμῳ, *Bandum Romani vocant vexillum militare.* Leo

D constitut. 3. §. 14. βανδοφόρος ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων, *Bandoforus, qui fert signum bandi.* Idem Bandoforos interpretatur Draconarios, qui dracones in signis expressos gestant. Mauricius cap. 2. χρὴ τὰς μὲν κεφαλὰς τῶν βάνδων ἑκάστου μέρους ὁμοχρόους γίνεσθαι, τὰ δὲ φλάμουλα ἑκάστης μοίρας ἰδιόχροα εἶναι: *Oportet capita vniuscuiusque turmæ esse eiusdem coloris, flammula verò cuiusque drungi proprium habere colorem.* In quaque enim turma erant tres Mœræ, siue Drungi. Leo constitut. 12. §. 74. κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν τῆς συμβολῆς τὰ αὐθεντικὰ, καὶ μονόβανδα ὑψοῦσθαι, ὥστε μὴ πολλῶν βάνδων ὑψουμένων φύρσιν ἀπατᾶν, *Die pralij authentica monobanda erigi oportet,* (quales olim aquilæ in singulis legionibus fuerunt) *ne si plura banda erigantur, confusio decipiat.* Interdum banda dicuntur cohortes. Mauricius lib. 3. Stratag. cap. 17. εἴτε ἐν φοσσάτῳ διάγει τὸ βάνδον, ἤτοι τὸ τάγμα, *Si in castris agit bandum, siue cohors.* Hæc nos ex Constantini Magni Donatione exsequuti sumus, quibus omnia penè, quæ ad cultum Romani

E Pontificis spectant, continentur. Iam de cæteris Episcopis videamus.

CAP. XVIII.

De Veste Episcoporum.

EPISCOPORVM cultus, habitusque iam olim insignis fuit, cuius magnificentiam Ammianus Marcellinus lib. 27. in Damaso, S. Ephraim Monachus in S. Basilio damnauit, vt scribit Cyrus Prodromus in Tetrasticis:

Μέμφῃ Σύρων ἄριστε τὸν Καππαδόκην

Χρυσοστολοῦντα, καὶ κεκαλλωπισμένον:

Accusas optime Syrorum Basilium Cappadocem, qui cultu insigni aurum ferat: sed Deus eum sen-

 tentia

tentia ſua abſoluit, qui in Pontifice Iudæo lautiorem Sacerdotum habitum probauit. Verùm vt ad Epiſcoporum veſtitum accedamus, Gemma animæ cap. 219. Epiſcopis ſeptem inſignia attribuit, Mitram, Rationale, Dalmaticam, Sandalia, Chirothecas, Annulum, Baculum. Debuit addi Birrus, aut Lacerna, aut alius amictus, qui Dalmaticæ injiceretur. Concil. Toletan. 4. in ordinationibus hæc forma præſcribitur can. 25. *Epiſcopus orarium, annulum, & baculum coram altari de manu Epiſcoporum recipiat, Presbyter orarium, & planetam, Diaconus orarium, & albam, Subdiaconus patenam, & calicem.* Sed quia de mitra, & rationali ſuprà egimus, de birro, & lacerna primùm videamus.

CAP. XIX.

De Birro, & Lacerna.

IN actis martyrij S. Cypriani habitus, cultuſque Archiepiſcopi exponitur his verbis: *Idem Cyprianus in agrum Sexti perductus eſt, & ibi ſe lacerno birro expoliauit, & genua in terram flexit, & cùm ſe dalmatica expoliaſſet, & Diaconibus tradidiſſet, in linea ſtetit, & cœpit ſpiculatorem ſuſtinere.* Alia acta ita concepta ſunt: *Exuit ſe lacernum birrum, quem indutus erat, complicans, & poſuit ad genua ſua, deinde tulit, & Diaconibus tradidit, & ſtans in linea exſpectabat ſpiculatorem, cui & viginti aureos dari præcepit. Fratres verò flentes linteamina, & oraria ante eum ponebant, ne ſanctus cruor abſorberetur à terra.* Alia acta: *Exuit birrum, inde dalmaticam, ſeu tunicam, ſic in linea exſpectauit ſpiculatorem.* Vetus Perſij Scholiaſtes, *lacerna, birrus.* Iſidorus lib. 19. cap. 24. *Lacerna pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites vtebantur, vnde & in diſtinguenda caſtrenſi, vrbanaq́ turba hos togatos, illos lacernatos vocabant.* Inde autem lacernæ quaſi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, vt ſunt penularum. Lacernam putem non gregarij, & manipularis militis fuiſſe, qui ſagatus erat, ſed equitis. Suetonius in Claudio, cap. 6. *Equites Claudio, cùm adhuc eſſet priuatus, ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant, honoris ſcilicet causâ.* Ob repentinam enim aëris cæli iniuriam togæ lacernam ſuperinducebant. Iuuenalis Satyr. 9.

> ———*pingues aliquando lacernas*
> *Munimenta togæ, duri, craſſiq́ caloris,*
> *Et malè percuſſas textoris pectine Galli.*

Vet. Gloſ. *lacerna, ἐφεστρίς.* Suetonius in Auguſto, cap. 40. *Negotium Aedilibus dedit, ne quem poſthac in foro paterentur, circóve, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.* Plinius lib. 18. cap. 25. *Vergiliarum ſydus etiam veſtis inſtitor eſt. Ergo ex occaſu eius de hieme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris auaritiæ. Nubilo occaſu pluuioſam hiemem denunciant, ſtatimq́ augent lacernarum pretia.* Quia negotiatores ad defendendam pluuiam lacernas comparant. Erant tamen & lacernæ honeſtiores coccinæ. Martialis lib. 2. epigr. 43.

> *Miſit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas,*
> *Non vendes nummis coccina noſtra tribus.*

Perſius Satyr. 1.

> *Scis comitem horridulum trita donare lacerna.*

Ad quæ verba vetus Scholiaſtes, *Scis & birrum attritum comiti condonare, lacerna pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites velabantur.* Pænula autem eſt pallium cum fimbriis longis. Birrus vilior fuit, veſtis hirſuta, vt vult Iſidorus. Sulpitius lib. 1. cap. 24. *Hæc caris viduis, ac familiaribus mandat, tributa virginibus; illa vt birrum rigentem, hæc vt fluentem texat lacernam.* Feſtus, *Lacerna, quòd minor eſt capitio.* Capitium hoc loco poſuit pro cuculla, quomodo ætate ſua accipiebatur. Nam apud Varronem lib. 4. de lingua Latina, *Capitium, quòd capiat pectus, fuit muliebre pectoris indumentum, vinciendis mamillis, & humeris.* Græci μαχαλιστῆρα vocant. Interdum lacerna tunicæ, non togæ injiciebatur. Gellius lib. 13. cap. 20. *Cùm me præſente diſcipulos quoſdam ſuos Senatores vidiſſet die feriato, tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calceatos, Equidem, inquit, maluiſſem vos togatos eſſe.* Feſtus, *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum.* Vetus gloſſar. *Burrum, ξανθὸν πυῤῥόν.* Endromis hirta, & villoſa veſtis, quæ *Burrus* dicitur, & *burra* Seuero Sulpitio dialogo 1. Gregorius I. Papa lib. 7. epiſt. 5. Birrum poſuit pro candida veſte eius, qui ſacro fonte tingeretur, his verbis: *Birrum album, qua de fonte ſurgens indutus fuerat, appoſuiſſet.* Omninò birri olim ſeruorum erant cum cuculla defendendæ pluuiæ. Cod. Theodoſiano, tit. de habitu quo, l. 1. *Seruos omnium, quorum tamen dominos ſollicitudine conſtat militiæ*

non

non teneri, aut birris vti permittimus, aut cucullis. Honorat. serm. de S. Brixio, *Prunas ardentes circa ciuitatem in birro suo portans.* Lib. 1. de ceremoniis, cap. 6. *Cingulo rubeo cum aureis fibulis birreto rubeo, mundo, nitidoq́; rochetto.* Ausonius Drepanio,

Nobilis horribili iungatur purpura burræ.

Birrus igitur ille seruorum fuit genus vestis vilioris, & pilis hirsutæ, qualem Martialis describit endromidem. Alij birri, vel beri fuêre serici lautiores. Olobera sunt sericæ vestes, apud Zonaram. S. Augustinus serm. 50. de diuersis: *Nemo Clericorum det birrum, vel tunicam lineam, seu aliquid, nisi in commune. Offeratur mihi birrum pretiosum, fortè decet Episcopum.* Palladius in epist. Lausiaca, cap. 51. Athanasium Episcopum Alexandrinum scribit tunica, birróque vestitum in domum virginis secessisse, apud quam latuit. λαβὼν ἑαυτῷ τὸ στιχάριον, καὶ τὸ βίῤῥιον. Gregorius Turonensis lib. 2. Histor. Francor. cap. 1. de Brixio Turonensi Episcopo: *Ille autem ad satisfaciendum adhuc populo prunas ardentes in birrum suum posuit, vt innocentiam suam probaret.* Ex quibus colligas, birrum lautam, & honestam Episcopi lacernam fuisse. Concilio Gangrensi can. 12. Monachi Eustathiani palliati anathematizantur, quòd damnatent eos, qui birris vterentur. S. Cyprianus posuit lacernum birrum ad genua, vnde illustr. Baronius putat birrum fuisse vestem perbreuem, quæ injiceretur tunicæ, sicuti tunica lineæ, linea vesti injiciebatur. Non putem in Africa, vbi æstus vehementior est, Episcopum tot vestibus onustum fuisse, sed dempto birro, & dalmatica, verè in linea subucula Cyprianum stetisse. Bera, & olobera sericeæ vestes fuêre Palatinorum. Martialis lib 4. epig. 39.

Nec desunt tibi vera Glaniana.

Vnde Beri Attebatici, & Canusini à Capitolino dicuntur in Carino. Quidam Vera, seu Bera dici putant à vero lumine, vnde & Græci ἀληθινὰ, & Vera purpurea vocant. Pollio in Claudio, *chlamydes veri luminis limbatas duas*, ὀξεῖς, καὶ ἀληθινὰς βαφὰς Græci vocant *tincturas acres, & veras.* Balsamon in explicat. Concil. de Papa Romano: ἀμφιέννυται ἢ καὶ ἀληθινὰ ὑποδήματα, καὶ καβαλλικεύει μετ' ἀληθινοῦ σελλοχαλίνου κατὰ τὸν βασιλεῖς, *Papa induit purpureos calceos, & equitat cum purpureo ephippio, & fræno, vt Reges.* In Codice Theodosiano, tit. de vestib. oloueris, *Olouera non subserica, sed tota ex serico texta sunt.* Anastasius Bibliothecarius in Zacharia: *Fecit vela serica alithina quatuor.* In Leone III. *Fecit tetrauela holoserica quatuor.* Et alibi sæpe Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 4. χλαμὺς ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίῤῥιον καλοῦσι διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα: *Chlamys, quæ dicitur ephestris, aut birrus, quia corpus amplectitur.* Ex quibus apparet, birrum S. Cypriani vestem sericam, & lautam fuisse, qualibus & cæteri Episcopi vtebantur.

CAP. XX.

De Pænula.

PÆNVLÆ fuêre ἐπενδύματα, seu ἐπενδύται, pallia cum prolixis fimbriis, quæ tunicæ injicerentur. Vestis erat exotica, & peregrina. Nonius, *Pænula est vestis, quam supra tunicam accipimus; à Laconibus reperta est, ne frigore contingerentur.* Hadriano omen ad Imperium fuit, quòd Tribunus plebis effectus pænulas amiserat, quibus Tribuni quidem tempore pluuiæ vti solebant, sed Imperatores nunquam, ait Spartianus. Hesychio, & Polluci dicitur φαινόλη, φαινόλης, vestis adstricta, quæ partium corporis, quas tegebat, figuram exprimeret. Artemidorus eam inter vestes, quæ θλῖψιν, στενοχωρίαν, angustias significat, ponit, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα, *quòd amplectatur corpus.* Dio vocat μανδύην. Pænula, χλαμὺς, μανδύη, βίῤῥιον penè similes fuêre, vt ait Artemidorus, olim tenues pænulati. Cicero mulionicam pænulam vocat frigoris, aut pluuiæ causa. Lampridius inter prodigia mortis Commodi Imperatoris ponit, quòd contra consuetudinem pænulatos iussit spectatores, non togatos ad munus conuenire. In glossis Græcis *pænula*, φαινόλης, φελώνιον, φαινόλιον, quia totius hominis membra exprimat. Pomponius, *Pænulam in caput induce, ne te noscat.* Quintilianus lib. 6. cap. 4. *Galba pænulam roganti amico respondit, Non possum commodare, domi maneo, cùm cænaculum eius perplueret.* Iuuenalis Satyr. 5.

——*& multo stillaret pænula nimbo.*

Martialis de pænula scortea, lib. 14. epigr. 130.

Ingrediare viam cælo licèt vsque sereno,
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

In pænula claui fuêre. Eucherius ad Salonium, l. 2. *Est pænula quasi lacerna descendentibus* A *clauis.* Martialis lib. 14. epigr. 47. de pænula Gausapina,

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
Vt me vel media sumere messe velis.

Tiberius in imbre per ludos *φαίλω μανδύλω, pænulam nigram* sumpsit, vt purpureis interdiceret. Xiphilinus Commodo pænulas mortis augurium dedisse ait, quòd Senatores pænulati in funere Imperatorum procederent, *παρηγγέλλεν ἡμῖν ἐν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππάδι, καὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰσελθεῖν, ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τῶν αὐτοκρατόρων τις μεταλλάξειε.* Pænulas putat Tertullianus à Lacedæmoniis repertas, his verbis: *Ne vel hieme voluptas impudica frigeret, Lacedæmony pænulam ludis excogitarunt.* Auctor Dialogi de Oratoribus, qui Tacito tribuitur, ægrè fert Oratores sua ætate pænulatos dixisse, *Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pænulas, quibus adstricti, & velut inclusi cum iudicibus fabulamur.* Erant enim an- B gustæ, & strictæ. Vide l. 1. C. de habitu, quo intra vrbem. Apud Lampridium, *Alexander Seuerus pænulis intra vrbem frigoris causa vt senes vterentur permisit, quum id vestimenti genus semper itinerarium, aut pluuiæ fuisset. Matronas tamen intra vrbem pænulis vti vetuit, in itinere permisit.* Varro, *Non quærenda est homini, qui habet virtutem, pænula in imbri.* Suetonius in Caligula, cap. 52. *Depictas, gemmatasque indutus pænulas, manuleatus, & armillatus in publicum processit.* Illustr. Baronius anno 59. de S. Paulo agens, *φαιλόνην* de volumine Pauli, non de pænula accipit, non video quo auctore. Verba sic habent 2. Timoth. 4. *Pænulam, quam reliqui Troade apud Carpum, affer tecum.* Erat & pænula vestis sacra, quæ vno iniectu totum muniret Sacerdotem, quæ & planeta vocatur, quasi erratilis, quia circum corpus erret, à voce *πλάνη*. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus epist. ad Pontificem Romanum, *Mittimus tunicam candidam, & pænulam castaneam inconsutilem, & semicinctia auro variegata.* Dicitur & Casula. Philotheus C lib. de sacris officiis, *Egreditur Sacerdos demissam portans casulam, demissum phænolium gestans.* Germanus in Liturgicis ait, in sacrario Sacerdotes discinctos in pænulis, seu casulis ambulare, *ἀπεζωσμένους περιπατεῖν ἐν φελωνίοις.*

CAP. XXI.

De Casula.

CASVLA pænulæ genus fuit, quo Presbyteri, & Diaconi amicti procedebant. Concil. Ratisbon. anno 742. *Presbyteri, vel Diaconi non sagis laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruorum Dei.* Alcuinus lib. de diuin. offic *Casula, quæ super omnia indumenta ponitur, significat charitatem.* Rabanus Maurus, *Septimum sacerdotale indumentum* D *est casula, quæ sicuti casa quadam alia omnia tegit, ac complectitur.* Gemma animæ cap. 207. Casulam, seu planetam scribit omnibus aliis vestibus circumiici; quæ planeta dicatur, quòd errabundus limbus eius vtrimque in brachia subleuetur. Hæc in pectore, & inter humeros duplicatur, in vtroque brachio triplicatur. Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij: *Patris, inquit, S. Gregorij indumentum fuit planeta castanei coloris, & sub planeta, dalmatica.* Vnde apparet, patrem Gregorij I. Papæ in clero fuisse, cùm planetam, & dalmaticam gestaret.

CAP. XXII.

De Colobio.

E

COLOBIVM Ammianus lib. 14. *tunicam pectoralem sine manicis vocat.* Photius *κολόβιον χιτῶνα μικρόχειρα.* Lege *μικρόχειρον, tunicam mutilam, minutulam.* p. 561. Cassianus lib. de habitu Monachor cap. 5. Colobium Monachorum lineum sine manicis fuisse scribit. Describitur à Dorotheo in doctrina, *τὸ σχῆμα ὃ φοροῦμεν κολόβιόν ἐστι μὴ ἔχον χειρίδια, καὶ ζώνη δερματίνη, καὶ ἀνάλαβος, καὶ κουκούλιον· ἔχει δὲ τὸ κολόβιον ἡμῶν, καὶ σημεῖόν τι πορφυροῦν· τί θέλει εἶναι τὸ σημεῖον τὸ πορφυροῦν; ἕκαστος στρατευόμενος τῷ βασιλεῖ πορφύραν ἔχει εἰς τὸ χλανίδιον αὐτοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς πορφύραν φορεῖ, πάντες στρατευόμενοι αὐτῷ βάλλουσι πορφύραν εἰς τὸ χλανίδιον αὐτῶν: Habitus, quem gerimus, est colobium sine manicis, & Zona coriacea, analabus, seu resticulæ duæ circa collum, & cucullus. Colobium nostrum habet plagulam quamdam purpuream. Quid ita? omnis, qui Imperatori militat, inserit purpuram in chlamydem, vt eius symbolum*

A *symbolum gerat, quia Imperator est purpuratus.* Colobium autem honestioris tunicæ genus fuit sine manicis. Cod. Theodos. tit. de habitu, quo intra. l. 1. *Senator intra mœnia chlamydis terrore deposito, quieta colobiorum, ac pænularum induat vestimenta.* Ex dictæ exomides, vno foramine, per quod collum exereretur. Seruius ad lib. 9. Æneid. Colobiis veteres Romanos vsos esse ait, id est, tunicis non manuleatis. Stephanus III. Pontifex Romanus sibi ardentiùs oranti in æde S. Dionysij proximè Parisios, S. Dionysium apparuisse ait colobio indutum candidissimo purpura clauato, pallio toto purpureo, auro interstellato. Serui neque colobia, neque calceos habuêre. Cod. Theodosian. l. 1. tit. de habitu. Pius Papa epist. ad Iustum Viennensem Archiepiscopum, quæ Auiti versibus subiecta est, episcopalis colobij meminit. Alcuinus lib. de diuinis offic. scribit, colobium sine manicis esse loco tunicæ talaris sine manicis in veteri lege. Gemma animæ cap. 211. *Colobium erat cucullata vestis sine manicis.*
B Colobium à S. Siluestro in dalmaticam est versum. Cassian. lib. de habitu Monachor. cap. 5. *Amputatos eos habere actus, & opera mundi huius, suggerat abscissio manicarum.* Concil. Rom. sub Zacharia c. 3. *Vt Episcopus, Presbyter, & Diaconus seculari indumento minimè vtantur, nisi vt condecet tunica sacerdotali, nec sine operimento præsumant ambulare in plateis, aut in via.*

CAP. XXIII.

De Felone Græcorum Sacerdotum.

C PÆNVLA dicitur φελόνιον, & φελόνης, quasi φαινόλης, quia tota pareat, quæ stichario, seu tuniculæ injiciebatur. Codinus lib. de officiis Constantinopolitanis, *φορῶν μὲν τὸ συνηθὲς αὐτῷ στιχάριον, φορῶν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ φελόνιον, Ferens consuetam sibi tuniculam, & pænulam supra eam.* Moschopulus, *ἱερατικὸν ἔνδυμα φελόνιον. Pænula, sacerdotalis vestis.* Balsamon de priuileg. Patriarch. *τὰ διὰ πολυσταυρίων φαινόλια, Pænulæ variis crucibus insignitæ.* Germanus de iis, quæ fiunt in sacrificio Missæ, *τὸ φελόνιον ἐμφαίνει τὴν ἀπὸ κοκκίνου πορφύραν, Felonium ostendit purpuram coccinam*, quam impij ad Christum attulerunt. Patriarchæ, & Episcopi purpuream tunicam gerebant; Sacerdotes, & Diaconi albam. Cabasilas in quæstionib. *εἰ δέον ἐστὶ καὶ ἐν τοῖς πορφυροῖς ἀρχιερατικοῖς ἐσθήμασι τιθῆναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς, ἐν μὲν τῷ στιχαρίῳ τοὺς ποταμοὺς, ἐν δὲ τῷ φαινολίῳ σταυρούς: Si oportuerit in vestibus purpureis Pontificis poni, vt & in albis Presbyterorum, in tunicula quidem fluuios, in pænula cruces.* Non dixerim tunicam vndulatam fuisse, sed in ea fluuios acu pictos, quemadmodum in pænula
D verè cruces acu pictæ erant. Demetrius Chematenus in Respons. *τὰ πορφυρᾶ ἀρχιερατικὰ θεῖα ἐσθήματα ἁπλᾶ, καὶ χωρὶς προσθήκης τῶν εἰρημένων ποταμῶν, Purpureæ vestes Pontificis simplices sunt sine additione fluuiorum.*

CAP. XXIV.

De Stichario.

E STICHARIVM tuniculam significat. In glossis Isidori, *Sticha tunica* Sticharium subjiciebatur pænulæ, vt suprà ostendi, & album erat. In fastis Siculis, *φορέσας στιχάριον ἄσπρον, παραγαύδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμία: Cum tulerit tunicam asperam paragaudem habentem aureas plumas.* In tunicula erant expressi fluuij, quam ideò Codinus *μανδύον μὲ ποταμοὺς* vocat, id est, *μετὰ ποταμῶν, mantile cum fluuiis: καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ βασιλέως, ὡς εἴρηται, μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον βαστοῦ ποταμοὺς προσκυνοῦσιν αὐτόν. Episcopi ad adorandum Regem, vt dictum est, cum Sacerdotibus habentibus tunicam fluuiis pictam adorant.* Gregoras lib. 6. cap. 1. *οἱ ἀρχιερεῖς βαστοῦσι εἰς τὰ μαντία τοὺς ποταμοὺς κοκκίνους, καὶ ἄσπρους, διότι ἔρρευσεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ Χριστοῦ αἷμα καὶ ὕδωρ ἅμα: Episcopi ferunt in tunicas fluuios coccinos, & aspros, quia fluxit è latere Christi sanguis & aqua simul.* Balsamon de priuileg. Patriarch *τὰ μετὰ ποταμίων στιχάρια* vocat. In tuniculis erant lora alia in manu, alia transuersa. Germanus in Missæ interpretamento, *τὰ λωρία τοῦ στιχαρίου τὰ ἐν τῇ χειρὶ, τὰ λωρία τὰ εἰς πλάγια: Lora tuniculæ, quæ sunt in manu, significant vincula Christi. Lora transuersa significant sanguinem fluentem è latere.*

De

A

CAP. XXV.

De Mandyo.

MANDYON, ſeu pænulam Germanus eſſe ait, cum ſoluta ſimplicitate, διὰ τῆς ἀπολελυμένης ἁπλώσεως, Codinus μανδύον ἔχων ποταμούς. Oportuit igitur pænnlas quaſdam fuiſſe ſimplices ſine pictura, vt Pontificis; alias Sacerdotum fluuiis pictas. Iſidor. lib. 19. cap. 24. Mantum eſſe ſcribit, quod manus tegat tantùm, eumque breuem amictum. Mantelia olim tergendis manibus fuiſſe, poſteà operiendis menſis obſcurum non eſt. Plautus in captiuis mantelum pro pallio ponit, ſeu integumento: *Nec mendaciis*, inquit, *vſquam mantelum eſt meis.*

B

CAP. XXVI.

De Hemiphorio.

HEMIPHORIVM fuit genus colobij, ex eo dictum, quòd veluti dimidiata veſtis eſſet. Epiphanius contra Ariomanitas, ἡμιφόριον γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀεὶ, καὶ κολοβίωνα ἐνδιδυσκόμενος, *Dimidiatam veſtem, & colobium ſemper indutus.* Palladius in Hiſtor. Lauſi. de fœmina principe loquens, πάντα αὐτῆς τὰ σηρικὰ ἡμιφόρια καλύμματα ταῖς θυσιαστηρίοις ἐδωρήσατο, *Omnia ſua ſerica hemiphoria amicula altaribus dedit.*

C

CAP. XXVII.

De Diaſpris veſtimentis.

IN octaua Synodo ſub finem actionis decimæ eſt locus difficilis in hæc verba conceptus, *Veſtimenta diaſpra tria: Eſophorim dicitrinum cancellatum*, id eſt, Chaſdium crodium habens ornaturam auream, & vellus praſinum, id eſt, villarni pinnimum pro caſula facienda. Aſpra dicuntur candida. Faſti Siculi φορέσας στιχάριον ἄσπρον παραγαύδιν, *Ferens tunicam albam paragaudem.* Chaſdium videtur eſſe ſtratum equi, aut veſtis ſtragula. Synodo Florentina, ἐκαθέζετο ἐφ' ἵππου ὡραιοτάτου μέλανος, καὶ διεστρωμένου μετὰ ἐρυθροῦ καὶ χρυσυφάντου χασδίου: *Inſidebat equo nigro, pulcro inſtrato, ephippio rubro, auro texto.* Eodem loco act. 10. Synodi octauæ Mulehumat interpretatur *planetilia caſtanea.*

D

CAP. XXVIII.

De Dalmatica.

DALMATICÆ tunicæ fuêre manuleatæ, talares, ſericæ, albæ, auro inſignes, quæ olim parum decoræ viſæ mollitiem arguebant. Dio in Commodo, πρὶν μὲν εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι χιτῶνα χειριδωτὸν σηρικὸν λευκὸν σύγχρυσον. (Lego διάχρυσον) φορῶν. *Et prinſquàm ingrederetur in theatrum tunicam manuleatam, ſericeam, albam, inauratam gerens.* Capitolinus in Pertinace, ſcribit, in veſte Commodi fuiſſe imperatorias tunicas, pænulaſque, lacernas, & chirodotas Dalmatarum. Erant χιτῶνες χειριδωτοὶ ποδήρεις ἀμφιμάσχαλοι, *tunicæ manicatæ talares.* Virgilius lib. 9.

E

> *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Caligula apud Suetonium, *Manuleatus, & armillatus proceſſit.* Apud Vopiſcum Aurelianus tunicas albas manicatas populo Romano dedit, quæ tamen olim in vitio fuêre, vt docet Gellius lib. 7. cap. 12. Apud Lampridium Commodus *dalmaticatus proceſſit*, vt & Heliogabalus. Trebellius in Claudio *Cingiliones dalmatenſes* commemorat, id eſt, cingula, quibus vſi Dalmatæ equites. Tunica picta, ſeu palmata triumphantium olim ſimilis erat dalmaticæ. Iuuenalis Satyr. 10.

> *In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem*
> *Ex humeris aulæa togæ.*

Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij tunicam ſenatoriam vocat Dalmaticam. Sed vt ad Dalma

Dalmaticam, quâ vsi Pontifices Christiani, veniamus: ea tunica talaris candida fuit, quam Isidorus lib. 19. origin. purpura clauatam fuisse ait, quare à Germano Patriarcha in Liturgicis vocatur πυροειδής, id est, *ignei coloris*: ἡ στολὴ τοῦ ἱερέως ὑπάρχει κατὰ τὸν ποδήρη Ἀαρὼν, τοῦτ' ἔστιν ἱμάτιον, ὅ ἐστιν ἱερατικὸν ἔνδυμα τὸ μέχρι τῶν ποδῶν πυροειδές: *Vestis Sacerdotis est similis talari vesti Aaronis, id est, vestis sacerdotalis, quæ ad pedes vsque defluit, & ignei coloris est.* Clemens lib. 8. constitut. cap. 11. ὁ δ' ἀρχιερεὺς λαμπρὰν τὴν ἐσθῆτα μετενδὺς, καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, *Episcopus splendida veste indutus stans ad altare.* Gemma animæ cap. 211. Colobium à S. Siluestro in Dalmaticam versum esse ait, & additis manicis in modum crucis formatum, quod idem asserit Alcuinus lib. de diuin. offic. In Actis martyrij S. Cypriani, *Idem Cyprianus in agrum Sexti perductus est, & ibi se lacerno birro expoliauit, & genua in terram flexit, & cùm se Dalmatica expoliasset.* Vides Dalmaticam, quæ olim mollium tantùm fuit, quia lautior, & dignior, posteà sanctissimis Episcopis attributam. Alcuinus lib. de diuin. officiis, *Dalmatica est vestimentum in modum crucis, habet in sinistra parte fimbrias, dextera fimbriis caret, eaq́ est inconsutilis, amplioribus & capacioribus manicis. Ideò,* ait, *largitas brachiorum largitatem & hilaritatem datoris significat. Diaconus qui non est indutus Dalmatica, circumcinctus est casula, vt expeditè ministrare possit.* Rabanus Maurus, *Dalmatica in modum crucis texta est, habet quoque purpureos tramites: ipsa tunica à summo vsque ad ima antè & retrò descendens, necnon & per vtramque manicam.* Valfridus Strabo lib. de rebus Eccles. c. 24. *Siluester ordinauit, vt Diaconi Dalmaticis in Ecclesia vterentur, & pallio linostimo eorum læua tegeretur. Et primò quidem Sacerdotes Dalmaticis ante casularum vsum induebantur, posteà cùm casulis vti cœpissent, Dalmaticas Diaconibus concesserunt. Per initia communi indumẽto vestiti missas agebant.* Stephanus Papa 24. Sacerdotes & Leuitas vestibus sacratis vetuit in vsu communi vestiri. Gemma animæ cap. 215. *Dalmatica à Domini inconsutili tunica, & Apostolorum colobio est mutuata. Est vestis candida manicata: duas lineas coccinas antè & retrò habens, & tramites purpureos. Fimbriæ antè & retrò pendent. In vtrisque lineis sunt quindecim fimbriæ altrinsecus antè & retrò disposita.* S. Gregorius in registro lib. 7. ep. 11. *Diaconi exteri non vsi Dalmaticis nisi ex priuilegio sedis Apostolicæ.* Distinct. 76. c. de ieiunio, Syluester Papa instituit, vt Diaconi Rom. Ecclesiæ Dalmaticis in Ecclesia diebus solemnibus vterentur. In Actis S. Cæsarij apud Surium tomo 4. Symmachus Papa Cæsario Episcopo Arelatensi dedit, vt Diaconi Arelatensis Ecclesiæ Dalmaticis vterentur. Subdiaconi olim tunicis amicti lineis, non dalmaticati procedebant, vt scribit S. Gregor. l. 7. regis. ep. 63. Dalmaticis illis veteribus nihil augustius, aut magnificentius fuit, quibus feretrum Diaconorum, cum efferrentur tectum erat, atque ipsius adeo Rom. Pontificis, vt S. Gregorius docet lib. 12. ep. ex synodi Rom. c. 4. quod idem Gregorius vetuit, ne honor qui olim Martyribus dabatur, Diaconis impẽderetur. Eutychianus Papa statuit ne quis martyrem sine Dalmatica, vel purpurato colobio sepeliret, vt est in Pontificali, & apud Anastasium Biblio. Socrates lib. 6. Histor. vestem Episcopi Hierosolym. quam dederat Constantinus Magnus serico & auro textam, ἐκ χρυσῶν καὶ σηρικῶν νημάτων. Eusebius lib lib. 9. In Panegyr. Ecclesiæ; ὦ φίλοι Θεοῦ καὶ ἱερεῖς οἱ τὸν ἅγιον ποδήρη, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον, τό τε χρῖσμα τὸ ἔνθεον, καὶ τὴν ἱερατικὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος στολὴν περιβεβλημένοι, *O amici Dei, & Sacerdotes amicti sancta Dalmatica talari, & celesti corona gloriæ, & chrismate diuino, & sacerdotali S. Spiritus veste.*

CAP. XXIX.

De Tunicis.

DE tunicis pauca subiungere libet minus vulgata. Apud Pollucem lib. 7. c. 13. χιτὼν ὀρθοστάδιος ὁ οὐ ζωννύμενος, *tunica recta dicitur, quæ non cingitur* ὀρθοστάδιοι χιτῶνες οἱ στατοὶ, *rectæ tunicæ statiuæ.* χιτὼν ἐστι ποδήρης στολιδωτὸς, *tunica est talaris rugosior* Harpocration. ἐξωμὶς χιτὼν ὁμοῦ, καὶ ἱμάτιον. χιτὼν μὲν διὰ τὸ ζώννυσθαι, ἱμάτιον δ' ὅτι τὸ ἕτερον μέρος ἐπέβαλλεν. *Exomis est tunica, quia cingitur; pallium quia altera pars iniicitur.* Pollux, χιτὼν ζωωτὸς καλάσιρις, *tunica animalibus picta,* ζωδιωτὸς ζῶα ἐνυφασμένα ἔχων, *tunica belluata, belluas intextas habens.* κάνδυς περσικὸς χιτὼν χειριδωτὸς, *Capyris persica tunica manuleata.* Tzetzes Chiliade 1. de pallio Antisthenis Sybaritæ, τοιοῦτον τὸ ἱμάτιον ὑπῆρχεν Ἀντισθένους ἦν σύζον ἁλουργὲς πεντεκαιδεκαπηχυαῖον, ἔχον μὲν ζῶα, καὶ θεοὺς, καὶ περσικὰ, καὶ σὺν τὰ μαργάροις, ἠσκημένα τε καὶ λίθοις τιμαλφέσι, χειρίδι δὲ θατέρᾳ μὲν εἶχε τὸν Ἀντισθένην, ἐν δὲ θατέρᾳ σύβαριν τὴν πόλιν Ἀντισθένους, *Tale pallium erat Antisthenis, fusium, seu liliatum purpureum XV. cubitorum pictum animalibus & Diis, & persicis & liliis, seu fusis margaritis ornatum, & lapillis pretiosis, manulea*

altera habuit Antiſthenem, altera Sybarim. Venit centum & viginti talentis. Suidas, καλάσιρις χιτὼν A
πλατύσημος, *Calaſiris tunica clauata.* Heſychius, σειρῆνες οἱ λεπτοὶ καὶ διαφανεῖς χιτῶνες, *Serena tenues, &*
pellucidæ tunicæ. Harpocration Sirenes vocat βελονοποικίλτης ὁ τῇ ῥαφίδι ὑφὴ ποιῶν, καὶ ζωγρα-
φῶν, *phrygio qui acu pingit.* ξυστὶς χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος, *tunica talaris muliebris.* Euſtathius, καλάσι-
ρις ἱερατικὸς λινοῦς χιτών, *Sacerdotalis tunica linea.* Heſych. ποικιλτικὴ πολυμιτάρεια, *Phrygionum ars.*
Scholiaſt. Iuuen. Sat. 8. *Tunica veſtis eſt qua Galli vtuntur in ſacris, virgulis purpureis in modum or-*
gani decreſcentibus. Heſychius, κυμβερίσκον χιτωνίσκου εἶδος πολυτελοῦς, *Cymberiſcum tunicula pretioſe*
genus. Athenæus lib. 5. Sacerdos Herculis, πορφυροῦν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκώς, *purpuream*
tunicam medio albatam amictus, ὑποδεδεμένος λευκὰς λακωνικάς, *calceis albis laconicis indutus.* Hero-
dotus lib. 1. χιτῶνι ποδηνεκεῖ λινέῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλον εἰρίνεον χιτῶνα ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκόν,
tunica talari linea, ſupra alium laneum induit, & chlamydem albam. Tunicæ Romanæ conſuebantur
plagulis æqualibus Varro lib. 8. de lingua Lat. *Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera pla-* B
gula ſit anguſtis clauis, altera latis, vtraque pars in ſuo genere caret analogia. Interula Athenæo lib. 13.
dicitur χιτώνιον ἐγκόλπιον. Ouid.

Sic etiam tunica tangitur illa ſua.

Recta tunica ὀρθοστάδιος à ſtantibus texitur, quam prima Tanaquil texuit, ſi Plinio fides lib. 8.
cap. 48. Tertul lib. de pallio. *Tunica vobis in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis conſilio, quod*
neque trans crura prodigè, nec intra genua inuerecundè, nec brachiis parcè, nec manibus arctè, ſed nec cin-
gulo ſinus diuidente, expedita, atque quadrata inſtita. Tunicas ἀζώστους ſine cinctu. Plautus in Patruo,
cum tunicis longis quaſi puer cauponius. Gellius lib. 7. c. 12. *Romanæ tunicæ breuiores anterius, pau-*
lum infra genua poſterius, ad medios poplites demiſſæ. Apud Pollucem χιτὼν σχιστός, tunica ſe-
cta erat à ceruicibus in pectus, & in genua diuiſa, quę fibulis aſtringebatur, quales ſunt
noſtræ tunicæ talares. Aliæ quæ ſectæ non eſſent vno foramine, quod in ſummo erat, in- C
duebantur. Tunicæ item erant aliæ fluentes, aliæ ἐγκόλπιοι arctæ, quæ membra ſtringerent.
Ouid. l. 3. Artis.

Hæc monet arte latus, tunicisque fluentibus auras.

Quædam cinctæ erant. Tertul. lib. de pallio, c. 5. *Tunica prius cingulo correpta.* Iſidorus lib. 19.
origin. *Talaris tunica dicta eſt eò quòd ad talos vſque deſcendebat, & ad pedes defluebat: ſicut pectora-*
lis, quia apud antiquos breuis erat, vt tantum pectus obiret. Horat

Malthinus tunicis demiſſis ambulat, eſt qui
Inguen ad obſcœnum demiſſis vſque facetus.

Tertullianus lib. de pallio, *Exinde tunicam longiorem cinctu arbitrante ſuſpenditis* Feſtus, *Tu-*
nica palmata à latitudine clauorum, quæ nunc à genere picturæ picta appellatur. Dio de legationibus pa.
416. Caracallas, χειριδωτοὺς χιτῶνας ἐς θώρακος τρόπον τινὰ πεποιημένους ἐνδυνειν. *Tunicas manuleatas* D
in thoracis modum factas, quæ carscalla dicuntur, induere. Apud Heſychium χιτὼν συμπερονητὸς (ita
lege) μὴ ῥαφαῖς συνειλημμένος κατὰ τῶν ὤμων, *tunica fibulata quæ ſuturis ad humeros non cõprehenditur.*
Induſium in fœminis dicitur, tunica interior, in viris ſubucula, quam Auſonius in epheme-
ride *linteam ſindonem* vocat. Varro de vita Pop. Rom. *Poſteaquam binas tunicas habere cœperunt,*
inſtituerunt vocare ſubuculam, & induſium. Vopiſcus, *tunicas paliolatas hyacinthinas, ſubſericas, tuni-*
cam auro clauatam ſubſericam librilem vnam, interulas dilores duas. Cedrinus in Heraclio, *In Perſa-*
rum regis caſtro reperta Carbaſina Camiſia holoſerica, ἱμάτια νακολήτηνα, καὶ τάπητες ἀπὸ βελόνης, *Tapetes*
acu picti. Apud Feſtum, *Aclaſſis tunica ab humeris non conſuta.* Gellius lib. 7. cap. 12. *Viri autem*
Romæ primò quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas, & breues tunicas citra hu-
merum deſinentes, habebant, quod Græci dicunt exomidas. Epiſcopos autem iam olim geſtaſſe
lineas tuniculas docet apud Euſebium lib. 6. cap. 40. Polycrates, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἧς ἤμην E
γυμνὸς ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι, *manens in cubili in quo ſedebam nudus in linea tunicula.* Hanc lineam
tuniculam intelligo, cùm *S. Cyprianus depoſito birro, & exuta dalmatica in linea ſtetiſſe dicitur.*
nudabantur enim ij, in quos animaduertebatur. Quare & Polycarpus apud Euſebium ſe
veſtibus ipſe nudat, & calceos ſibi exuit, quod pace Illuſtriſſ. Baronij dictum volo. Inte-
rularum duo genera fuêre, quarum altera ſuperior dicta Supparus, altera inferior ſu-
bucula. Varro lib. 4. de lingua Latina, *Capitium ab eo quod capit pectus, id eſt, vt antiqui dice-*
bant, indutu comprehendit; alterum quod ſubtus, à quo ſubucula; alterum quod ſupra, à quo ſupparus.
Apuleius Florido. 2. *Interula texta tenui triplice licio, purpura duplici.* Iſidorus lib. 19. origin. cap. 22.
Camiſias vocamus, quòd in his dormimus in camis, id eſt, in ſtratis noſtris. Feſtus, *Supparum veſtimen-*
tum puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt, Camiſia, dicitur. Chriſti tunicam inconſutilem
deſcribit Nonnus ad caput 19. Ioannis:

αἰγλήεντα

A ———————— αἰγλήεντα χιτῶνα

Ὅττις ὅλος ἦν ὑφάντος ὁμοῦ καὶ ἐνερθε φορῆος

Ἄρραφος ἦν ὑφαντὸς ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λήγων.

Splendidam tunicam quæ tota & in inferiore simul & superiore parte gestatoris à collo vsque ad talos desinens, erat inconsutilis. Festus; *toga recta à stantibus & in altum texuntur.* Ita & tunicæ, vnde & ὀρθοστάδιοι dicuntur. Dio lib. 58. χιτῶνα χρυσόπαστον, *tunicam palmatam* vocat. Propriè tunica triũphantis palmata fuit, & toga picta, vt Liuius lib. 30. & 31. Capitolinus in Gordiano. Vopiscus in Aureliano. Suidas, χιτῶνας, καὶ χλαμύδας ποικίλας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας, *tunicas & chlamydes variegatas auro, & purpura.* Venantius,

Alter palmatæ trabeæ nitet altus honore,

Pingit & ornatum gemma, aurum, purpura, byssus.

B Sed de Christi tunica dubitant veteres Patres, an exquisiti operis fuerit, & pretiosa, an vilis, & vulgaria. Exquisita & operosa fuisse videtur, tum quia Nonnus in paraphrasi cap. 19. Ioannis vocat αἰγλήεντα χιτῶνα, *tunicam splendidam*, tum quia eam in partes discindere noluerunt, sed dixerunt, μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, *ne dissecemus eam, sed sortiamur super ea.* Nonnus Panopolit.

Οἴνοπα μὴ σχίζωμεν ἀλητέα τὸν δὲ χιτῶνα

Θεσκελὸν ἀμφιέποντα τύπον ξένον.

Ne rubram hanc vagi coloris tunicam dissecemus habentem formam diuinam, peregrinam. ἀληθινὸν colorem purpureum fuisse ostendimus. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 74. vilem & vulgarem fuisse ait: quòd vero propius, quam vnicam Christus circumferret, in qua cubaret. τίς δ' ἀγνοεῖ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἐσθῆτος ἐκείνης ᾗπερ οἱ πτωχοὶ κέχρηνται τῶν Γαλιλαίων, καθ' ἃς καὶ μάλιστα τὸ γένος φιλ-

C γίνεται τὸ ἱμάτιον τέχνῃ τινι, ὡς αἱ στηθοδεσμίδες ἀνάπλεκτον ὑφαινόμενον, *Quis ignorat vestis illius vilitatem, qua Galilæorum pauperes vtantur, apud quos vel maximè huiusmodi vestis fieri solet arte quadam, vt pectoris vincula retractim textum.* Sciendum autem est ad pannorum texturam tria diuersa solere adhiberi, stamen, substamen quod & subtemen, & subtegmen dicitur, tertium est trama. Sed staminis, & tramæ illud commune, quòd filo constant magis retorto, ac proinde durtiore; subtemen filo molliore, & minus torto. Seneca epist. 90. Posidonius dum vult describere primùm quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli, solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen insertum, quod duritiam vtrinque comprimendæ tramæ remolliat, spata coire cogantur, & iungi, textricam quoque artem à sapientibus dixit inuentam. Propterea Plato στημονικὴν & κροκονητικὴν artes diuersas facit. Illa filum torquet ad firmitatem, & duri-

D tiam maiorem, hæc laxum filum trahit, & molle. Hieronymi ad Demetriadem, *Habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila ducito, vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur.* Ideo autem laxo hoc filo opus, vt spina fullonia in tractione villos excitet, quibus panni mollescũt. Plato in Politico, vbi vtramque artem ad vnum genus στρεπτικὸν retulit, loquitur in hæc verba: ἐπεὶ καὶ τὸ γινόμενον τε μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν, καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον, στήμονα μὲν φασὶ τὸ νῆμα. τὴν δὲ ἀπευθύνουσαν αὐτὸ τέχνην εἶναι στημονικήν, ὅσα δὲ γ' αὖ τὴν χαύνως ὅλκην ἐμμιγεῖς τῷ μαλακτῇ τῆς ἰσχύς, ταῦτα ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς εἶναι τέχνην κροκονητικήν. *Glomi quod fuso vertitur, & fit solidum filum, dicitur stamen, & artem quæ id peragit stemonetucen; quæ autem in tractu fullonico moderatam mollitudinẽ habent, ea quæ neta sunt subtemen vocant, artem ipsam croconeticen.* Crocen dicit subtemen, & villos pannorum è subtemine fullonis opera excitari ait, villis & subtemine absumpto stamen restat, & trama, tunc vestes dicuntur defloccatæ & de-

E cotes, quibus fratilli excussi sunt. Tibullus eleg. 7. lib. 1.

———————— *Post victa senectus*

Ducit inops tremula stamina torta manu.

Firmaq; conductis adnectit licia telis,

Tractaq; de niueo vellere ducta putat.

Tria lanificij genera ponuntur lib. 6. Anthol. pag. 423.

Ἀμφὶ δ' ἐραχναίοιο μίτου πολυδινέα λάτριν

Ἄτρακτον δολιχᾶς οὐκ ἄτερ ἠλακάτας.

Ἁ δὲ πολυστάθμων μελεδήματα κερκίδα πηνῶν

Εὔθροον, ἣ τελάρου δ' εἰροχαρῆ τάλαρον.

Hæc quidem tenuis fili multum circumactum ministrum fusum non sine longa colo, hæc textorio instrumento densatarum vestium radium sonantem curatorem, tertia quasillum lana gaudentem tibi posuerunt,

Ouidius lib. 4. Metamorph. A

Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,
Aut hærent telæ. Idem lib. 6.
Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
Inseritur medium radijs subtemen acutis,
Quod digiti expediunt, atq; inter stamina ductum
Percusso feriunt insecti pectine dentes.

Claudianus, ———— *Doctissimus artis*
Quondam lanificæ moderator pectinis vnci.

Sed huic rei alius locus.

B

CAP. XXXI.

De Tunica Episcopali.

TVNICAM Episcopi fuisse Dalmaticam ex actis S. Cypriani supra ostendimus. Sacerdotales enim & regiæ vestes sunt eædem, vt ostendit Athenæus lib. 5. qui Sacerdoti Herculis πορφυροῦν μεσόλευκον χιτῶνα tribuit, vt regi Xenophon, lib. 8. *παιδείας, purpuream tunicam medio albo distinctam.* Hugo de S. Victore cap. 52. lib. de Sacrament. *Tunica Episcopi strictas habet manicas, & non vsque ad talos, sicut alba, sed vsque ad medium crus porrigitur.* Præter hanc tunicam, tribuit ei Dalmaticam: sic enim ille, *Episcopus autem de his, & aliis quibusdam exornatur, scilicet tunica, dalmatica, sandaliis, mitra, chirothecis, annulo, baculo.* De tunica, Zacharias PP. epist. 6. *Episcopi præclariori veste induti debitum prædicationis persoluant.* C

CAP. XXXII.

De Baculo.

DE Baculo supra diximus, vbi de sceptro: Hoc adjiciamus ex Hugone à S. Victore cap. 40. lib. de Sacramentis. *Episcopo dum regimen Ecclesiæ committitur, baculus quasi pastori traditur. In quo tria notantur, quæ significatione non carent, recuruitas, virga, cuspis. Significatio hoc carmine continetur.* D

Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta:
Hoc est pastoris, hoc virga figuras honoris.

Item,

Attraho peccantes, iustos rego, pungo vagantes:
Officio triplici, seruio Pontifici.

Virga etiam apud Ethnicos imperij fuit insigne. Iuuenal. Satyr. 14.

Vox domini premit instantis, virgamq́; tenentis.

Virgam pro venabulo, vel hasta posuit Claudian. lib. 1. Stiliconis.

Aut longè virga transfigere tigres.

Consulibus præibat lictor, qui virga fores feriret, in quas intraturus esset. Statius lib. 1. Syluar. E

Atriaque & multa pulsantur limina virga.

Martial. lib. 3. ep. 66. ———— *Nobilique virga*
Vatis Castaliam domum sonare.

Ouidius lib. 5. Tristium eleg. 7.

———— *Et quos prætexta verendos,*
Virgaque cum verbis imperiosa facit.

Prudentius pro sceptro posuit,

Regnum per omne iussus sociam tenere virgam.

Demosthenes pro Corona βακτηρία σύμβολον πόλεως, *baculus insigne vrbis.* Hesychius, ῥαβδονόμος, βραβευτής, *index.* Plato in Protagora, ῥαβδοφόρον, βραβευτὴν vocat. ῥάβδοι καμπύλαι, *virga curua*

A *curuæ Laconum in pretio fuerunt.* Florus lib. 3. *Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, & regium in morem, fronte redimita.* Liuius lib. 45. *Popilius virga, quam in manu gerebat circumscripsit regem.* Philostratus lib. 3. Apollonij, *Brachmanibus virgam patrandis miraculis attribuit.* Virga Moyses miracula patrauit. Attactu virgæ apud Homerum Minerua è sene Vlyssem iuuenem fecit, Circe homines in bruta mutauit. De Mercurij virga Virgilius.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

Virgula diuina rerum omnium abundantiam affert apud Philostratum.

CAP. XXXIII.

B

De Annulo.

ANNVLVS Græcis δακτύλιος dicitur, cuius originem à Prometheo repetunt, quem ea lege solutum Caucaso volunt, vt annulum è lapide & ferro gestaret, vt Plinius l. 33. cap. 1. Annulum aureum Romæ per initia Legati qui ad exteros reges mitterentur, soli gessere, quem vngulum, & symbolum vocarunt. Imperatores Equitibus, & aliis ius annulorum dederunt. Fuit argumento diuitiarum, & honoris. Martialis lib. 5. ep. 11.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas vno
Gestat in articulo Stella, Seuere, meus.

Erant annuli æstiui & hiberni. Iuuenal. Satyra 1.

C

———— cum verna Canopi
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ.

Dabatur & annulus in nuptiis pro arrabone: item annulo vasa & literæ obsignabantur. Martial.

Nam signat meus annulus laganas.

Fuit & annulus peruius Flaminis Dialis pro amuleto. Annulus autem Episcopo indebatur in digitum tanquam sponsæ Christi in typo Ecclesiæ, cuius ipse est caput, ait Hugo à S. Victore. *Annulus enim sponsæ mittebatur pignoris loco, qui pronubus dictus.* Tertul. lib. de cultu fœmin. *Aurum nulla norat præter vno digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo.* Isidorus lib. 20. Origin. *Fœmina non vsa fuit annulis nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius quàm* D *binos aureos in digitis habere solebant.* Idem lib. 2. de diuin. offic. cap. 15. *Quod in primis, ait, nuptiis annulus à sponso sponsæ datur, fit nimirum vel propter mutuæ dilectionis signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto annulus digito inseritur. Ideò quia in eo vena quadam fertur sanguinis ad cor vsque peruenire.* Nicolaus Papa epist. ad Bulgaros, *& postquam arrris sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit.* Iuuenal. Sat. 6.

Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia nostra
Tempestate paras, iamque à tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.

Apud Photium in Bibliotheca Theosebius Philosophus dicit vxori suæ, πάλαι μὲν σοι δακτύλιον ἀρραβῶνα δέδωκα παιδοποιΐας συμβιώσεως· ταυτὶ δὲ τοῦτο δίδωμί σοι σωφροσύνης, *tibi olim dedi annulum pignus conuictus ad prolem, iam tibi do hunc annulum temperantiæ pignus, & absti-* E *nentiæ eius consuetudine*, pag. 574.

Ferreum verò annulum sine gemma sponsæ missum ætate sua scribit Plinius lib. 33. Rupertus lib. 1. de officiis, Annulum proprium esse Episcopi testatur. Philostratus lib. 3. Apollonij de Brachmanis agens, τὸ δὲ ἰσχύω τὸ δακτύλιο, καὶ τὴν ῥάβδον ἣν φορεῖν αὐτοὺς, ἀμφω δύνασθαι πάντα, *vires annuli, & virgæ quam ferunt, esse vt omnia possint.*

CAP. XXXIV.

De Podere seu Alba.

PODERIS propriè dicitur vestis quæ ad pedes vsque defluit, de qua Rabanus Maurus de ordine Antiphonar. *Secundum indumentum est linea tunica, quæ Græcè dicitur Poderis.*

 Alcuinus

Alcuinus lib. de diuin. officiis. *Poderis vulgò Alba dicta perseuerantiam significat.* Loquitur de A veste Sacerdotis qui se ad celebranda Missæ solemnia comparat. Alba vocatur Concil. Carthaginensi 4. c. 41. vt *Diaconus tempore oblationis tantùm, vel lectionis, Alba vtatur.* Ipsi igitur Diaconi inter sacra vsi Alba. Ruperto lib. 1. de diuin.offic.lineum vestimentum, & strictum Alba dicitur, quod S. Hieronymus *Ephod Bad* esse ait. Concil Carthag.4. sub an.398. can. 41. vt *Diaconus tempore oblationis tantùm, vel lectionis Alba vtatur.* Gemma animæ cap. 202. *Alba in lege tunica linea, vel talaris dicitur.* Isidor. lib. 19. c. 21. *Poderis est tunica Sacerdotis linea corpori adstricta vsque ad pedes descendens. Hæc vulgo camisia vocatur.* Vestis autem alba, & linea in sacris etiam apud Ethnicos pura habita est. Indotum Magi qui ad solis Sacerdotium prouecti erant, lineis velati sub Diuo vitam agebant, ait Porphyrius lib. περὶ ἀποχῆς. Tibul lib.2.

——— Pura cum veste venite.

Ouidius lib. 3. Amor. de Canephoris virginibus. B

More patrum sancta, velata vestibus albis
Tradita supposito vertice sacra ferunt.

Apuleius Milesia 11. *Antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectoralem ad vsque vestigia strictim iniecti, potentissimorum Deûm proferebant insignis exuuias.* Item, *lintea vestis candore puro luminosi.* Orpheus, & Pythagoras laneas vestes sacris exclusere, lineas adhibuere. Plin. lib. 19. scribit vestes Sacerdotibus Ægypti lineas gratissimas esse eo genere lini quod Xylon vocatur, vnde & dicta Xylina, quibus nulla sunt candore, mollitiave præferenda. Philostratus lib. 3. de vita Apollonij, de Brachmanis, μιτρᾶν τε ἀναδοῦνται λευκήν, καὶ γυμνὸν αὐτοῖς βάδισμα, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐσχημάτιζον παραπλησίως ταῖς ἐξωμίσιν· ἡ δ᾽ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς ἡ γῆ φύει, λευκὸν μὲν ὥσπερ τὸ Παμφύλων, μαλακώτερον δὲ ἐκείνου, ἡ πιμελή, οἷα ἔλαιον ἐπ᾽ αὐτοῦ λείβεται· τοῦτ᾽ ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται. *Brachmanæ mitra reuincti sunt alba, nudo pede ingrediuntur, vestis* C *eorum similis colobiis, materia vestis lana, quam vltrò natura producit, alba vt Pamphiliorum, sed mollior quàm ipsa pinguitudo, quasi oleo imbuta esset.* Iosephus lib. 5. ἀλώζεως, ἐπὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸν ναὸν ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μὲν ἀμπεχόμενοι. *Ad altare & templum ascendebant Sacerdotes inculpati lineis amicti.* ὁ δ᾽ ἀρχιερεὺς ἐλειτούργει λινῆν ὑποδύτην ἔνδοθεν λαμβάνων, *tunicam lineam intus sumens*, καὶ ποδήρης καθύπερθεν ὑακίνθινον ἔνδυμα στρογγύλον θυσανωτόν, *& supra lineam, pallium hyacinthinum rotundum fimbriatum.* Idem initio lib. 8. scribit in oculis Domitiani, atque adeo ipsius Senatus dictum Apollonio, τί μαθὼν οὐ τὴν αὐτὴν ἔχεις ἅπασι στολήν, ἀλλ᾽ ἰδίαν τε καὶ ἐξαίρετον; ὅτι με, εἶπεν, ἡ τρέφουσα γῆ καὶ ἀμφιεννύει, ζῶα δὲ ἄθλια οὐκ ἐνοχλῶ: *quid causa est cur eadem cum cæteris veste non vtaris, sed propria, & eximia?* Respondit ille, *quia me terra quæ alit etiam vestit*, & paulo infra. κρινόμεθα γὰρ ὑπὲρ ὧν σὺ μὲν εὗρες, ὦ Πυθαγόρα, ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ· ἐσθῆτά τε ἣν ἀπὸ θνησειδίων οἱ πολλοὶ φοροῦσιν, οὐ καθαρὰν εἶναι φήσας λίνου ἠμπίσχετο, καὶ τὸ ὑπόδημα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, βύβλου ἐπλέξατο: *Iudica-* D *mur, ô Pythagora, ob ea quæ tu reperisti, ego probaui. Vestem enim quam à morticinis plerique ferunt, non puram esse ratus, linea veste vsus est, & calceos è cortice sibi eadem de causa concinnauit.* Ideo Sidonius Apollonium inter purpuratos lintearum vocat. Herodotus initio lib. 2. ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, καὶ ὑποδήματα βύβλινα, ἄλλην δέ σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξεστι λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδήματα ἄλλα: *Sacerdotes Aegypti ferunt lineam vestem, & calceos è byblo arbore: alia veste, aut aliis calceis eis vti nefas.* Idem alibi, *vestibus amiciuntur lineis circa crura fimbriatis, quas calasiras appellant, supra quas candida ferunt amicula. lanæ neque in ædibus sacris gestantur, neque vnà cum cadauere sepeliuntur. Profanum enim est.* εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι αἰεὶ νεόπλυτα, *vestes ferunt lineas, semper recens ablutas.* Ideo Calui Isidis linigeri dicti. Ouid. 1. Metam.

Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba.

Iuuenal sat. 6. E

Qui grege linigero circundatus, & grege caluo.

Ouidius lib. 1. Amor. eleg.2.

Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim
Quæsieris.

Scitum est Romanos olim vulgò albatos procedere solitos per dies festos etiam creatos, & candidatos. Plautus in Casina, de Olympione quodam loquens, *At candidatus cedit hic mastigia.* Statius lib. 5. Syluar.

Nec saltem teneris ostrum pueriles lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.

Tertul. lib. de resurrect. carnis, *Si famulum tuum libertate mutaueris, & vestis alba nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur.* Ouid. lib. 2. Fast.

Vestibus

A *Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,*
Et populus festo concolor ipse suo est.

Horat.

Ille repotia, natales, aliosque dierum
Albatus celebret.

Alba omnia auspicata erant. Ouid.

——— *date candida ciues*
Omnia, & inceptis dextera cantet auis.

Persius Sat. 1.

Per me equidem sint omnia protinus alba.

Dubito an audiendus sit Eusebius Eccles. Histor. lib. 2. c. 23. Iacobus οὐδὲν ἐρεοῦ ἐφόρει, ἀλλὰ
B σινδόνας, *nihil laneum ferebat, sed omnia linea.* Hierosolymis enim Sacerdotes laneas vestes gerebant, vt docet Ioseph. lib. 5. ἀλλὰ ζῶσι, ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο, *veste vtebantur vulgari extra templū.*

CAP. XXXV.

De Epimanicio, Epigonatio, & Epitrache.

IN Missa S. Chrysostomi hæ vestes Sacerdotis numerantur, & hoc ordine sumuntur. *Ante omnia Sacerdos, & Diaconus intrant in basilicam, & ante imaginem Seruatoris prono capite ter adorant ad orientem, deinde* ἐλθόντες εἰς τὸ ἱερατεῖον λαμβάνουσιν ἕκαστος ἐν τῇ χερσὶν αὐτῶν τὸ στιχάριον ἑαυτῶν, εἶτα ἀποχωρεῖ ὁ διάκονος καθ᾽ ἑαυτὸν εἰς ἓν μέρος τοῦ ἱερατείου καὶ ἐνδύεται τὸ
C στιχάριον, καὶ τὸ μὲν ὠράριον ἀσπασάμενος ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ: *intrantes in sacrarium sumunt vterque in manus tuniculam suam, deinde secedit diaconus in vnam partem sacrarij, & induit tuniculam, & orarium deosculatus imponit in humerum sinistrum, ita & Sacerdos osculatus tuniculam induit eam, mox sumit epimanicia, id est, supermanicale, quem manipulum Latini vocant.* Aduerte tamen *epimanicion,* & *epigonation* solius Episcopi fuisse proprium. Balsamon ad Marcum Resp. 37. ἡ τῶν ἐπιμανικίων, καὶ τῶν ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμασία μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσι προσφιλοτιμεῖται, *epimanicij & epigonatij sacrū indumentū solis Archiepiscopis propriū est.* In epimanicio Seruatoris imago erat intexta, Chronicon Constantinopol. ἐπιμάνικον ὑφαντῶς ἐπάνω κοσμούμενον τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, *sursum habebat intextam imaginem Christi.* Epigonation est genuale. Balsamon de priuilg. Patriarch. τῶν γονατίων τὰ ἐπιβλήματα δοξάζουσι τὸ λέντιον τὸ ἐγχειρίδιον δι᾽ οὗ τοὺς πόδας ὁ κύριος τῶν Ἀποστόλων ἀπέσμηξεν: *genuorum integumenta commendant linteum manuale quo Christus abstersit pedes Apostolorum.*
D Deinde Pontifex collo imponit Epitrachelium, id est collarium, quod aliud esse ab orario, & omoforio docet Codinus lib. de offic. Archidiaconus, inquit, φορῶν στιχάριον, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ φελώνιον, οὐ μὴν καὶ ἐπιτραχήλιον, ἀλλ᾽ ὠράριον, *ferens tuniculam super qua penulam non item collarium, sed orarium.* μετ᾽ ἐπιτραχηλίου καὶ ὠμοφορίου, *cum collario, & pallio.* Macarius Chrysocephalus Epitrachelium vocat ἐπωμάδιον, nisi quis ἐπωμάδιον *pallium* interpreterur, τὸν σταυρὸν ὡς ἐπωμάδιον ἔχων. Item Anonymus in vita Arsenij, μόνον τὸ ἐπωμάδιον τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν φέρων. *Solum Epomadium vt Christi crucem ferens.* Deinde apud Chrysostomum *Pontifex sumpto Epitrachelio accingit se Zona,* εἶτα τὸ ἐπιγονάτιον λαβὼν εἰ ἔστι πρωτοσύγκελλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *deinde genuale capiens si est Pontifex aut protosyngelus magnæ Ecclesiæ,* εἶτα λαβὼν φαιλόνιον, *sumpta penula,* ἀπελθόντες εἰς τὴν πρόθεσιν νίπτουσι τὰς χεῖρας, *euntes ad mensam propositionis lauant manus,* ὁ δὲ διάκονος ἑτοιμάζει τὰ ἱερά, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον, *Diaconus præparat sacra, sacrum discum in læua, calicem dextra, post Sacerdos sumit læua*
E *manu* τὴν προσφοράν, *panem oblationis, dextra sacram lanceam quæ est pro cultro quo panis foditur, & inciditur,* &c. Asteriscus quo panis tegitur est linteum stellarum, ἀὴρ est sudarium, seu integumentum quo panis oblationis tegitur Sacerdos τὸ εἰλητὸν ἐξαπλοῖ, inuolucrum explicat, quo oblatus panis tegitur, quia nondum consecratio facta est. Germanus in liturgicis, τὸ εἰλητὸν σημαίνει τὴν σινδόνα ἐν ᾗ ἐνειλήθη τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐκ τοῦ σταυροῦ καταβάν, καὶ ἐν μνήματι τεθέν, καὶ ἡ ἐπάνω κάλυψις τοῦ δίσκου ἐμφαίνει τὴν σινδόνα, ἣν εἵλιξαν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· τὸ δίσκου κάλυμμα ἀντὶ τοῦ σουδαρίου τοῦ ὄντος ἐπὶ τοῦ προσώπου περικαλύπτοντος αὐτὸ ἐν τῷ τάφῳ· τὸ καταπέτασμα, ἤτ᾽ οὖν ὁ ἀὴρ ἐστι ἀντὶ τοῦ λίθου οὗ ἠσφαλίσατο τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσήφ. Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. 123. ἡ καθαρὰ σινδὼν ἡ ὑφαπλουμένη τῇ τῶν θείων δώρων διακονίᾳ ἡ τοῦ Ἀριμαθαίως Ἰωσὴφ ἐστὶ λειτουργία· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ τοῦ κυρίου σῶμα σινδόνι ἐνειλήσας τῷ τάφῳ παρέπεμψε, οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν. *Pura Sindon (Latini vulgò corporale vocant in quo Christi corpus reponitur) quæ subijcitur extensa ministerio diuinorum donorum, significat Iosephi ab Arimathia officium. Vt enim ille Do-*

 mini

mini corpus sindone inuolutum tumulo mandauit, ita & nos in sindone panem propositionis consecrantes, corpus Christi sine dubitatione inuenimus. Sed Germani verba Latinè reddamus; *Ilitum*, inquit, *seu inuolucrum significat Sindonem qua inuolutum est corpus Christi, detractum è cruce, & in monumento positum; operimentum supra discum significat Sindonem qua inuolutum est corpus Christi. Ipsum disci, seu patenæ integumentum est pro Sudario quo vultus Christi opertus est in sepulcro: velum, seu aër est pro lapide quo munitum est monumentum.* Quatuor à Germano ponuntur *εἰλητὸν, κάλυμμα τοῦ δίσκου, ἐπικάλυμμα, καὶ ἀήρ. Inuolucrum quo operitur panis in disco, & aliud operimentum patenæ, seu disci, & aer· ὁ δὲ ἱερεὺς αἴρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ διακόνου, Sacerdos sudarium sublatum imponit in sinistrum humerum Diaconi, & exeunt simul in basilicam, seu atrium templi, & cùm reuersi fuerint in sacrarium Sacerdos sumpto aëre ex humeris diaconi tegit sancta. Deinde diaconus asteriscum στοιχίζας ἐπὶ εἰλητοῦ, extergens in inuolucro ponit eum cum aëre, καὶ ῥιπίζει ἐπάνω τῶν ἁγίων μετὰ ῥιπιδίου, ventilat super sancta cum flabello.*

CAP. XXXVI.

De Amictu.

PRIMA vestis quam Sacerdos ad sacra se comparans sumit, est Amictus, quod & *superhumerale* dicitur, & capiti primum, deinde humeris inicitur. Rupertus lib. 1. de diuin. offic. *Sacerdos Amictu caput suum obnubit, donec super os casulæ illum reuoluat.* Gemma animæ cap. 201. *Humerale* vocatur, quia caput, collum, & humeros cooperit, & in pectore copulatum duabus vittis ad mammillas cingit. Alcuinus lib. de diuin. offic. Superhumerale, Ephod, *λογεῖον*, *rationale* vocatur, pro quo nunc Sacerdotes Amictũ habẽt quando eunt ad altare. Superhumerale fit ex lino purissimo. Rabanus Maurus de ordine Antiphonar. *Primum Sacerdotũ indumentum est ephod bad*, id est, *superhumerale lineũ.* Ethnici olim Sacerdotes inter sacra operto ferè capite erant. Imo & qui Deos salutabant. Plautus in Curgulione. *Quis est hic qui operto capite Aesculapium salutat?* Sueton. de Aulo Vitellio, c. 2. *Idem miri in adorando ingenij primus C. Cæsarem adorare instituit, quum reuersus ex Syria non aliter adire ausus est quàm capite velato.* Virgilius.

> *Purpureo velare comas adopertus amictu.*

Plutarchus in Romanis, *Διὰ τί τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλήν· τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσκυνῶσιν, ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς, ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον, καὶ δύσφημον ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον: Cur Deos adorantes caput operiunt, an se ipsos summittentes ac deiicientes operto capite, an cauentes ne qua vox inauspicata ad aures accidat precantis, vsque ad aures veste se tegunt.* Varro lib. 4. de lingua Lat. *Capital dicitur à capite, quod Sacerdotula in capite etiamnum habere solent. Rica dicitur à ritu, quod Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant.* Calipera Festo genus vestimenti quo sacrificuli capita operiebant. Saturno & Honori aperto capite faciebant.

CAP. XXXVII

De Sandaliis.

RVPERTVS lib. 1. de diuinis officiis Sandalia propria Pontificum esse ait, quæ per lingulas pedibus adstringebantur. Gemma Animæ c. 209. Sandalia à sandice herba, vel à sandaracino colore dicta esse putat. cap. 12. Actor. Angelus ait S. Petro *ὑπόδησαι σανδάλιά σου, Subliga calceos tuos.* Ioannes VIII. Papa Photio Constantinopolitano Patriarchæ, Pontificiam stolam, epomida, seu pallium, pænulam, sandalium misit, vt est in sess. 4. pseudosynodi Photij. Cæterum *σάνδαλον* genus calcei muliebris fuit. Ælianus lib. 1. c. 17. *πῶς δὲ οὐ διέῤῥεον ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλαὶ τῶν γυναικῶν; ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς στεφάνην ἐπετίθεντο ὑψηλήν, τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδοῦντο. Nunquid pleraque mulieres luxu non difluxerunt, quæ capiti altam coronam imponebant, pedibus sandalia inducebant?* Lucian. lib. de scribenda histor Herculem *παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης σανδάλῳ.* vet. glos. *σανδάλιον gallicula.* Rufinus interpretatur locum è Iosephi lib. 4. origin. c. 8. *ὑπολύσα γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ σανδάλια, soluens mulier fratris galliculas.* Cephisodorus in Trophonio, *σανδάλια τῶν λεπτοσχιδῶν, ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα, sandalia tenuiter secta, quibus aurei insunt flores.* Strabo lib 6. Nabathæos

Sandaliis

A Sandaliis vsos ait. Turpilius, *Misero mihi mitigabat sandalio caput.* Photius pag. 2. scribit ex Nõnoso sandalium olim dicta, ἀρβύλας. Vsi igitur Pontifices sandaliis. Alcuinus lib. de diuin. offic. sandalia dicuntur soleæ. *Est autem genus calceamenti quo induuntur ministri Ecclesiæ subterius solea muniens pedes à terra, superius nihil operimẽti habens* Rabanus Maurus, *Sacerdotes*, inquit, *induũt pedes sandaliis, siue soleis, vt pes neque tectus sit, neque nudus ad terram, vt sandalia partem pedis tegant, partem inopertam relinquant.* Christus Dominus iubet discipulos suos procedere calceatos sandaliis, Marci 6. Gemma Animæ c. 209. *Sandalium calceamentum est incisum, quo partim pes tegitur, partim nudus cernitur. Lingua sub calcaneo surgit de albo corio. Intrinsecus albo corio circundata sunt, extrinsecus nigra apparent. Superior pars per quam pes intrat multis filis est consuta. Lingua super pedem est, linea ex vtraque parte procedunt.* Herodotus lib. 2. scribit Sacerdotes Ægyptios vsos albis calceis papyraceis. Apud Philostratum Apollonius sibi ex papyro calceos plectere ait lib. 8. Eusebius lib. 4. Histor. cap. 16. Scribit Polycarpum sibi calceos exuisse, cùm ad B supplicium raperetur. Quod antea non fecerat, cùm Christiani certatim ei calceos demere studerent. ἐπειρᾶτο καὶ ἀπολύειν ἑαυτὸν μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν. vide quæ supra de calceis diximus.

CAP. XXXVIII.

De Stola, seu Orario.

ALCVINVS lib. de diuinis officiis scribit Hebræos non habuisse stolam, sandalia, & sudarium *Orarium*, inquit, *Stola dicitur, eò quòd oratoribus, id est, prædicatoribus* C *concedatur.* Rabanus Maurus, *Orarium, seu stola iis solis datur, quibus prædicandi officium delegatum est. Orarium collum & pectus simul tegit Sacerdotis.* Rupertus lib. 1. de diuin. offic. *Stola super amictum collo Sacerdotis incumbit.* Gemma animæ cap. 204. *Stola orarium dicitur. Primitùs sinistro humero imponitur, & trans cor in dextrum latus reflectitur.* Stola Romæ muliebris vestis fuit. Cic. 2. Philiph. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Græcis στολὴ quælibet vestis dicitur, à στέλλω, *orno*, vel *induo.* Ennius in Telepho, *Cedo, & caneo vestitus squalida stola. Regnum reliquit septus medici stola.* Varro in Eumenidib. *Partum venusta muliebri ornat stola*, à στέλλω, *orno.* Xiphilinus, de Claudio & Nerone σπαλωλικῶς ἐστέλλοντο. Cedrinus scribit, ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης τὰς στολὰς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εὑρεθῆναι, *in monasterio Augusta stolas Apostolorum repertas esse.* Igitur ipsi Apostoli stolas gessere. *Orary* voce Græci iam olim vsi. Tolet. Syn. 4. *Episcopus cùm ordinatur, orarium, annulum, & baculum coram altari de manu Episcoporum recipiat, Presbyter orarium,* D *& planetam.* Synodo Laodicena can. 126. οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, *Non decet vt minister orarium ferat, aut ianuas relinquat.* Presbyteri quidam oratio publicè vtebantur, quod damnat Hieronymus, & orarium amictum lineum interpretatur, epist. 2. *Non absque amictu lineo incedere laudabile est, ridiculum est referto marsupio, quòd sudarium, orariumque non habeas gloriari.* In vita Ignatii octaua Synodo, ὠμοφόρια, καὶ ὠράρια, καὶ ὅσα τῆς ἱερατικῆς σύμβολα τελειώσεως, *superhumeralia, & oraria & quæcumque insignia sunt Sacerdotalis perfectionis.* Balsamon ad Concil. τὸ ὠράριον φορεῖν μόνον ἐστὶ τῶν διακόνων· ὅτι γὰρ τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ ἐπιτηροῦντες τὰς τῶν ἁγίων εὐχῶν τελετὰς, καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἐκφωνήσεις διδόασι εἴδησιν διὰ τοῦ ὠραρίου τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις τοῦ ὀφείλοντος γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν κατηχουμένων, καὶ τῶν ἄλλων· ἐκλήθη ὠράριον ἐκ τοῦ ὠρῶ, τὸ φυλάσσω, καὶ ἐπιτηρῶ. *Solius est diaconi ferre orarium. Diaconi enim assistentes sacrificantibus, & obseruantes ritum Sacrarum precum, & presbyterorum prolationes, iis qui sunt in suggestu Diaconis per orarium significant quan-* E *do fieri debeat pronuntiatio, seu prolatio petitionum catechumenorum, & aliorum. Dicitur autem orarium à voce ὠρῶ, id est, seruo:* vt volunt Græci, vel ab oro, vt meliùs Latini sentiunt. Codinus lib. de officiis Const. ἀρχιδιάκονος φορῶν τὸ συνήθες αὐτῷ ἐγχείριον, φορῶν δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ φαινόλιον, οὐ μὴν ἐπιτραχήλιον, ἀλλ' ὠράριον. *Archidiaconus gestans consuetum suum manipulum, tum insuper etiam panulam, non tamen & superhumerale, sed orarium.* Photius pag. 567. Biblioth. φακιόλιον ὠράριον, ἡμιτύβιον. Etymologicon, ὠράριον, φάκιον, φακιόλιον, πρόσωπον ἐκμαγεῖον, *linteum ori tergendo paratum.* Prudentius in Hymnis, *Hic sui dat pignus oris, vt ferunt orarium.* Etymol. μίτραι κυρίως οἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ὠραρίων γινόμενοι στέφανοι, *mitra propriè corona facta ex fasciis & orariis.* Oraria fasciæ sunt longiusculæ. Augustinus lib. 22. c. 8. *Oculum lapsum loco suo reuocatum ligauit orario.* Ambr. de obitu Satyri, *Diuinum illud fidelium Sacramentum ligari fecit in orario, & orarium inuoluit collo.* Antiquus Iuuenalis interpres Flameum illud quo nubentes amiciuntur, orarium vocat. Blastat. in Synopsi Concilior. ὁ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ κβ. οὐ δεῖ φησὶ τὸν ὑπηρέτην, ἤτοι ὑποδιάκονον ὠράριον

πε-

περιβεβλῆσθαι, ἀλλὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας θυρῶν ἔχεσθαι· τοῖς διακόνοις δέδοται καὶ μόνοις τῷ λαιῷ τῶν ὤμων τοῦτο περιτίθεσθαι· καλεῖται δὲ ὠράριον ἐκ τοῦ ὠρῶ φυλάσσω, καὶ ἐπιτηροῦσι οἱ τοῦτο ἐξαρτῶντες τοῦτο διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γενέσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων, καὶ τῶν πιστῶν. *Ad caput 22. Syn. Laodicena, Miniſter aut hypodiaconus non debet amiciri orario, ſed Eccleſiæ fores ſeruare. Solis Diaconis datum eſt, vt læuo humero orarium circumponant. Dicitur autem orarium ab ὠρῶ, quod eſt ſeruo. Diaconi enim qui illud ſuſpendunt aſſiſtentes ſacrificantibus, & preces ſancti ſacrificij obſeruantes, Diaconis qui ſunt in vmbone ſeu pulpito per orarium ſignificant tempus futuræ pronuntiationis precum catechumenorum, & fidelium.* Apud Germanũ Patriarcham περὶ τῆς ἱερουργουμένων, οἱ διάκονοι τῇ λεπτότητι τῶν λεπτῶν ὠραρίων περιτρέχουσι, *Diaconi cum tenuibus alis tenuis orarij procurrunt.* πρῶτον στιχάριον λευκὸν ὄν, *primus manipulus albus*, τὰ λωρία τοῦ στιχαρίου, *lora manipuli*, τὸ περιτραχήλιον, *ſuperhumerale*, apud alios dicitur ἐπιτραχήλιον.

Omnino ritus alius fuit Græcorum, alius Latinorum. Aiunt enim orarium à ſolis Diaconis geſtari apud Græcos. At Sacerdotes etiam Latini ſtola, ſeu orario inter ſacra amiciuntur. Adde, quòd fuit & orarium Epiſcoporum. In vita Ignatij, vna tantùm viliſſima tunica ſiue per æſtatem, ſiue per hyemem patienter indutus, Orario quidem ſicut omnes Epiſcopi nunquam vtebatur. Tolet. 4. Can. 39. *Oraria duo nec Epiſcopi, nec presbyteri, nec Diaconi induant.* Concil. Mogunt. anno 813. cap. 28. *Presbyteri ſine intermiſſione vtantur orariis propter differentiam Sacerdotij dignitatis.* Anaſtaſ. Biblioth. in Agathone Papa anno 678. Sancta Synodus Macario Monothelitæ orarium auferri iuſſit è collo eius. Baſilius Epiſcopus Cretæ, orarium eius abſtulit, & eiecerunt eum è Synodo, & thronum eius. Syn. Bracar. 3. cap. 3. *Sacerdos ſacrificium oblaturus non aliter accedat quàm orario vtroque humero circumſeptus. Orarium eſt ſtola longa non lata, cuius vſus Sacerdotibus & Diaconis permiſſus, ſubdiaconis interdictus.* Tolet. 4. *Orarium Leuita geſtet in ſiniſtro humero propter quod orat*, id eſt, *prædicat. dextram habeat liberam, vt miniſtret.* Bracar. Concil. cap. 9. *Placuit vt quia Diacones abſconſis infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nihil differre à Subdiacono videantur, de cætero ſuperpoſito ſcapulæ vtantur orario.* Burchardus lib. 6. c. Presbyter, ſtolam orariam dixit. Concil. Rom. ſub Sylu. cap. 6. Tolet. 4. c. 40. Leuita non debet orarium in ſiniſtro humero geſtare coloribus, aut auro exornatum. Bracar. 1. cap. 9. Hypodiaconis datur orarium, his verbis, *Diaconus infra tunicam abſconſum habet orarium, Subdiaconus ſuperpoſito ſcapulæ vtatur orario.* Aurelianenſi Concil. 1. Can. 21. *Monacho orarium in monaſterio, vel zonas habere non liceat.* Bracar. 3. c. 3. *Orario Sacerdos cùm ordinatur vtroque humero ambiatur. Cum Sacerdos ad ſolemnia Miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut Sacramentum corporis & ſanguinis D. N. I. C. ſumpturus, non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumſeptus, ita vt de vno eodémque orario ceruicem pariter, & vtrumque humerum premens ſignum in ſuo pectore præparet crucis.* In octaua Synodo Patriarcha Hieroſolymitanus petit ab Ignatio Patriarcha Conſtantinopolitano pontificalem ſtolam S. Iacobi Apoſtoli. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitan. περὶ τῆς ἱερουργουμένων. τὸ ὠμοφόριόν ἐστι τοῦ ἀρχιερέως κατὰ τὴν στολὴν τοῦ Ἀαρών, ἣν ὥσπερ ἐφόρουν οἱ ἐν νόμῳ ἀρχιερεῖς σουδαρίοις μακροῖς τὸν εὐώνυμον ὦμον περιβάλλοντες. *Humeralis ſtola Pontificis reſpondet ſtolæ Aaron, quam ferebant Pontifices veteris legis, ſudariis læuum humerum amicientes.*

CAP. XXXIX.

De Palla, & Encolpio.

PALLA interdum dicitur, qua læua Diaconi tegitur. Ita in Pontificali, Syluester conſtituit, vt diaconi in Eccleſia dalmaticis vterentur, & palla linoſtima læua eorum tegeretur. Zozimus Papa anno 417. conſtituit, vt diacones læuas tectas de pallis linoſtimis haberent. Fuerunt in Eccleſiis pallæ holoſericæ, quibus altaria tegerentur. Concil. Pictauienſi anno 393. accuſatur Abbatiſſa, quòd de palla holoſerica veſtimenta neptis ſuæ fecerit. Quod foliola aurea quæ erant in gyro pallæ ſuſtulerit. In epiſt. 2. Clement. *Palla quæ fuerit in altari, aut quæ data eſt in menſam Domini, ne Diaconus humeros operiat.* Concil. Aruernenſi ſub annum 541. *pallijs, vel miniſterijs diuinis corpuſcula mortuorum ne obuoluantur.* In vita Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani octaua ſynodo φελώνια, καὶ ἐγκόλπια commemorantur, id eſt planetæ, & monilia crucis è collo ſuſpenſa. Act. 5. oct. ſynodi, *Impoſuit ſuper colla noſtra Encolpium, id eſt, crucem cum pretioſo ligno, vel reliquiis, ſuſpenſam ex collo Imperatoris, & Epiſcoporum.* Eadem dici phylacteria ſupra oſtendimus. Bonifacius

A facius I. sub Honorio Imp. constituit vt nulla mulier, aut monacha pallam sacram contingeret, aut lauaret. Iustinianus ad Hormisdam, *Duo pallia serica ad ornamentum altaris SS. Apostolorum direximus*. Concilium Aruernense an. 541. cap. 5. pallam altaris & opertorium Dominici corporis sacrum velamen vocat. Encolpium supra vocari phylacteria ostendimus. Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha ad Leonem in Act. Concil. Ephesini: *Mittimus encolpium aureum, cuius vna facies crystallum inclusum, altera picta nigello, & intus habet alterum encolpium, in quo sunt partes honorandi ligni in figura crucis posita.*

CAP. XL.

Chirotheca.

B GEMMA animæ lib. 1. de Antiquo ritu c. 215. Chirothecarum vsus ab Apostolis est traditus per manus operationis, per chirothecas earum occultationes designantur. Chirothecæ inter Episcoporum insignia ponuntur. Chirothecæ sunt inconsutiles, quia actiones Pontificis debent rectæ fidei esse concordes. Homer. Odyss. vltimo χειρῖδας, vocat manuleas.

χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκα.

manuleas in manibus ob spinas. Plinius manicas appellat, lib. 3. epist. ad Macrin. *Cuius manus manicis hyeme muniebantur.* Apud Xenophontem lib. 8. pædias, χειρῖδες & lib. 2. κόραι dicuntur manicæ, intra quas Persæ præsente Rege manus continebant, Rex manum ἔξω χειρίδων, habebat. χειρ μακροτέρα χειρός, longior manu erat.

C

CAP. XLI.

De Rationali.

GEMMA animæ lib. 1. c. 209. Rationale inter Episcopi insignia ponit. *Rationale à lege est sumptum, quòd ex auro, hyacintho, purpura vnius palmi mensura erat factum.* Ephod intelligit, in quo *vrim & thumin*, δήλωσις, καὶ ἀλήθεια, *veritas & scientia.* Hoc *Rationale*, ait Gemma, *in nostris vestibus præfertur per ornatum, qui auro & gemmis summis casulis in pectore affigitur.* Monet autem Pontificem ratione vigere. Alcuinus pro Rationali ait esse pallium Archiepiscoporum lib. de diuinis offic. Vocatur λογεῖον. Metaphrastes in vita S. Athanas. D Alexander Episcopus Alexandrinus Athanasio τὸ ἱερατικὸν ἐφοὺδ περιτίθησι, *Sacerdotale superhumerale circumponit.*

CAP. XLII.

De Mappula.

ALCVINVS de Diuin. officiis, *Mappula quæ in sinistra parte gestatur, qua pituitam oculorum & narium detergimus, dicitur & Manipulus.* Rabanus Maurus, *quartum indumentum est mappula, siue mantile fanonem vocat.* S. Chrysostomus in Liturgia ἐπιμανίκιον. Dabatur olim tergendis manibus. Gemma animæ, *Sacerdos fanonem in sinistrum brachium ponit, qui* E *& mappula, & sudarium vocatur.* Alcuinus de Diuin. officiis, *sudarium* esse ait, quod *ad tergendum sudorem gestari mos est, vulgò fanonem vocant.* Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacrament. cap. 51. Fanonem, manipulum, sudarium. Hesychius λέντιον περίζωμα ἱερατικόν, *linteum cincticulum sacerdotale.* Sudarium Sacerdotis dicitur ἀήρ. In Liturgia S. Chrysostomi, ὁ δὲ ἱερεὺς αἴρει τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ διακόνου, *Sacerdos sudarium in sinistrum humerum Diaconi imponit. Deinde tollit operimenta sancti disci, & sancti calicis*, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τοῦ ὤμου τοῦ διακόνου, *& tollens sudarium ex humero Diaconi, & suffitu eum afficiens operit per eum Sancta.* Item in Liturgia, *Præsanctificator. Sacerdos suffitum dat sanctis Sanctorum*, καὶ ἀσπάζεται ἀέρα προσκυνῶν, *& salutat adorans sudarium.* Germanus περὶ τῆς ἱερουργίας. τὸ καταπέτασμα, ἤγουν ὁ ἀὴρ ἐστὶ καὶ λέγεται ἀντὶ τοῦ λίθου οὗ ἠσφαλίζετο τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσήφ. *operimentum, seu aër est pro lapide quo monimentum munierat Iosephus ab Arimathia;* Videtur aër interdum accipi pro manipulo, interdum pro linteo quo corpus Christi excipitur, & sacer calix tegitur. ibidem διά τι ἄλλο γὰρ τὸ κάλυμμα τοῦτο ἀὴρ ὠνομάσθη, ἢ πάντως διὰ τὸ τὰ

ἐπικα

ἐπικαλυπτόμενον παρ' αὐτοῦ ἀὴρ σκοτεινὸν τῆς εἰρημένης νυκτὸς εἰκονίζει: *Cur enim operimentum illud dicitur aër, nisi quia repræsentat, & figurat aerem tenebricosum, & opertum illius noctis?* In Euchologio καὶ σκεπάζει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μετὰ τοῦ ἀέρος καὶ τίθησι τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἐπάνω αὐτοῦ, *& aere seu sudario vultum suum tegit & sanctum Euangelium supra sudarium illud ponit.* Germanus ἐγχείριον καὶ λέντιον. quoddam præter aërem ponit, τὸ δὲ ἐγχείριον τὸ ἐπὶ τῆς ζώνης ἐστὶ τὸ ἀπομάξαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ λέντιον. *sudarium è zona suspensum est linteum extergendis manibus eius* S. Ioannes in Euangelio, καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν, Christus *accipiens linteum se præcinxit.*

CAP. XLIII.

De Baltheo, seu cingulo.

GEMMA Animæ lib 1. Baltheum cingulum vocat, & zonam, cap. 203. *Zonam Romanam, qua poderis restringitur. Tunica byßina, & tunicæ hyacintina in veteri lege balthea astrictæ erant. Pro quo nunc vtimur Zonis Romanis.* Rabanus Maurus, *Tertium indumentum est cingulum, siue baltheum, ne tunica defluat.* Certè Episcopi olim zona succincti erant. Eusebius lib. 4. c. 16. Polycarpus ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην, *cum exuisset omnia vestimenta, & soluisset zonam.* Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Theoria Missæ, ἡ ζώνη ἣν περιζώννυται, *Zona qua* Sacerdos *præcingitur.* Exodi c. 20. Inter vestes Pontificias Moyses numerat, τὸ περιστήθιον, καὶ τὸν ποδήρη, καὶ χιτῶνα κοσυμβωτὸν, καὶ κίδαριν, καὶ ζώνην, *cincticulum pectorale, poderem, & tunicam fimbriatam, & cidarim & Zonam.*

CAP. XLIV.

De vestibus operosis, & opulentis Ecclesiæ.

VESTES opulentæ, & operosæ, aliæ sacræ fuerunt, aliæ profanæ. Sacræ vel altaribus ornandis, vel Sacerdotibus inter sacra amiciendis, ianuis velandis adhibitæ sunt. Altaribus ornatui fuêre pallæ, pallia, integumenta, vela, de quibus hoc loco agemus, postea de profanis vestibus explicabimus.

CAP. XLV.

De Palergio, & Chrysoclauo, & Fastellis.

APVD Anastasium Benedictus II. Papa *fecit coopertorium super altare cum clauis, & fastellis, & in circuitu palergium Chrysoclauum pretiosissimum. Fastells erant inserta, & emblemata aurea & argentea à fastu dicta. Palergium autem quasi panergium phrygio opere, & omni arte laboratum.* Item, *fecit coopertorium porphyreticum cum cruce, & gemmulis 4. Chrysoclauis, & in circuitu palergium de holoserico.* Porphyreticum hic purpureum intelligo pallium, non lapidem Porphyreticum. Clauus veteribus Romanis plagula fuit quæ ab humeris in pectus dimittebatur, vt epomis Græcorum. Ea clauis purpureis consuta erat latioribus, vel angustioribus, intextis, aut insutis, in tunicam, vt scribit Varro lib. 6. de ling. Lat. Festus, Clauata vestimenta fuerunt clauis intertexta. Varro lib. 8. *Si quis tunicam ita consuit, vt plagula sit angustis clauis.* Papias, Chrysoclauus aurata purpura. Iuuenal. Satyr. 6. *Aut latum pictæ vestis considerat aurum.* Vbi vetus Scholiastes, auroclauatas vestes miratur. Tacitus Imp. apud Vopiscum *auroclauatis vestibus interdixit.* Idem in Bonoso *tunicam auroclauatam subsericam librilem vnam.* Dio χρυσόσημον. Codinus χρυσοκλαβαρικόν. Photius in Bibliot pag. 560. πορφυροῖς πλατέσι σημείοις ἐσθῆτα κεκοσμημένην, vestem ornatam latis clauis. Dio πλατύσημον, χρυσόσημον vocat latum clauum auro clauatum.

CAP.

A

CAP. XLVI.

De Oloucro, & Velis, Belothyris Amphytiris.

APUD Anastasium Hormisda Papa *obtulit pallia olobera blattea cum tabulis auro textis de chlamyde, vel de stola imperiali.* Olobera supra ostendimus esse oloserica. Blattea dicuntur purpurea, ut infra docemus. Idem Hormisda *obtulit succinctorium super confessionem B. Petri*, id est amiculum, aut velum. Alij legunt *suffitorium*, id est, thuribulum. Gregorius III. fecit *vestes altaris, & vela serica alba ornata blatto circumquaque pendentia.* Zacharias fecit *vela pendentia inter columnas ex palliis sericis.* Isidorus lib. 19. Origin. cap. 23. Sericam, oloserícam, tramosericam vestem ponit. Lamprid. in Alexan. sericas, o-

B losericas, subsericas. Ammian. lib. 23. Olim eas vestes soli nobiles gesserunt, postea infimi quique. Guilielm. Biblioth. l. de Stephano VI. *Vela quatuor in circuitu altaris maioris in eadem Basilica obtulit, quorum duo sunt de serico pigatio, tertium pauonatile, quartum de Alexandrino ornatum totum in circuitu de olobero.* Item, *Velothyra quatuor fecit, ex quibus unum auro textum.* Itẽ, *obtulit vela ferica de blattin Bizantea, duo ex his aquilata, duo de basilisfit* (id est, in quibus aquilæ pictæ, & basilisci) *ornata in circuitu de olonero, & vela serica leonata.* Item, *velothyra serica.* Velothyra interpretor vela, & aulæa, quæ foribus prætenduntur, à θύρα, *Ianua.* Aristoph. Schol. ad Ranas παραπετάσμασι τῶν σκηνῶν τοῖς περσικοῖς βήλοις, ἢ βηλοθύροις, *velis, tabernaculis, persicis vestis, aut velothyris.* Codinus lib. de officiis αἰρομένων δ' ἤδη τῶν βηλοθύρων εὐφημοῦνται οἱ βασιλεῖς, *sublatis velis statim acclamatur Imperatoribus.* Apud Euagrium lib. 6. cap. 22. ἀμφίθυρον ὑφαντὸν χρυσοσημένον χρυσῷ, *velum unnicũ foribus tegendis auro insigne.* Amphithyrum cum velothyro pene idem esse arbitror.

C Anastasius in Ioãne II. Iustinianus *obtulit olobera auro texta quatuor.* Leo IV. *obtulit tetrauela olobera alithina* (id est, purpurea) *quatuor cum hastillis, & rosis chrysoclauis.* Item, *vestem de fundato alithino habentem in circuitu periclysin de olobero* (id est, limbum) *velum olouerum unum pendens in regulam.* Vide Cod. Theodos. titulum de vestib. olouens. Apud Anastasium in Symmacho Iustinianus *misit pallia olobera blattea cum tabulis auro textis de chlamyde, vel stola imperiali.*

CAP. XLVII.

De Blatto, Blatta, Blattin.

D ANASTASIVS *Blattum, blattam, blattin*, pro purpura ponit. Paulus Diaconus in gloss. *Blatta genus purpureum, vermis.* l. 10. Cod. de Murilegulis, *blattea tunica.* Ver. glos. βλάττα, αἷμα. *Blattia*, θρόμβος αἵματος, *pars sanguinis concreti.* Strabo lib. 11. εἰλήφειν μηδινὸς ὁπὸς. Χαλκῆ πορφύρα. Sidonius lib. 9. epist 13.

> *Rutilasque ferte blattas*
> *Recoquente quas aheno*
> *Melibœa fucat unda,*
> *Opulentet ut meraco*
> *Bibulum colore vellus.*

Idem ep. vlt. lib. 9. *Blattifer Senatus.* Capitolinus in Vero, *Blatteus color.* Vide Isidorum lib. 12. cap. vlt. lib. 19. cap. 28. Apud Anastasium in Gregorio III. donauit *vela serica alba ornata*

E *blatto circumquaque pendentia.* Adrianus obtulit *vestem de staurácio ornatam in ambitu blattis.* Item, *vestem albam holosericam ornatam in circuitu blatti Byzanteo.* In Leone III. *Periclysin de blattis seu chrysoclauo.* Item, *crucem de blattis, seu fundato.* Videtur idem facere blattas cum chrysoclauo & fundato.

CAP. XLVIII.

De Fundato, seu Fundata.

FVNDATVM Anastasius videtur pro blattis accipere in Leone III. Fecit *vela holoserica maiora sigillata habentia periclysin, & crucem de blattis, seu fundata.* Arbitror fundatum esse auro textum acu pictum. Apud eundem Leo III. Fecit *cortinam sericam albam haben-*

tem periclyſin & crucem de fundata. Galli dicunt, *Robe à fond d'or.* Videtur Anaſtaſius blattam, A chryſoclauum, & fundatum pro eodem ponere. Ait enim in Leone III. *Veſtem habentem periclyſin de blattis, ſeu chryſoclauo.* Item, *Crucem de blattis, ſeu fundato.* Alibi diſtinguit, dicitque *& periclyſin, & blattam, & chryſoclauum.* Alibi, *veſtes de ſtauraci, & fundato, ſeu blatti.* Item, *gabathas fundatas cycnocriſtas.* Sunt parapſides auro ſculptæ, in quibus cygni expreſſi. *Veſtem de fundato alithino habentem in circuitu periclyſin de olouero. Fundatum alithinum*, id eſt, purpureum & veri luminis, vt loquitur Trebellius Pollio. Item, *Veſtem de fundato porphyretico*, id eſt purpureo. *Veſtem de fundato praſino*, id eſt viridi, quia virens ſericum auro intextum eſt. Cortinam fundatam pendentem in arcu triumphali.

CAP. XLIX. B

De Cortinis.

CORTINÆ ſunt aulæa, peripetaſmata, vela apud Anaſtaſium. Adrianus fecit *in Baſilica B. Petri Ap. Cortinas miræ magnitudinis de palliis ſtauracinis, ſeu quadrapolis.* Item, *Cortinas maiores ex palliis quadrapolis.* Leo III. fecit *Cortinam ſericam albam habentem periclyſin, & crucem de fundato.* Suidas καρπασινὰ κορτίναι, *Carbaſinæ cortinæ.* Leo III. fecit *cortinas albas holoſericas roſatas habentes in medio crucem de chryſoclauo, & periclyſin de fundato vnam.*

CAP. L. C

De Alithinis.

ALITHINA dicuntur purpurea, quæ Trebellius in Claudio vocat *veri luminis. Chlamydes*, inquit, *veri luminis limbatas duas*; limbatas vocat, quæ periclyſin habent de blattis, aut chryſoclauo, aut fundato. Balſamon in explicat. Concilior. de Pont. Rom. ἀμφιέννυται καὶ ἀληθινὰ ὑποδήματα, καὶ καβαλλικεύει μετ' ἀληθινῶν σελοχαλίνων, Papa *induit calceos purpureos, & equitat cum ſella, & freno purpureo, more Imperatorum.* Anaſtaſius de Zacharia, fecit *veſtem ſuper altare B. Petri Apoſt. ex auro textam, habentem Natiuitatem Domini Dei, ornauitq; eam gemmis pretioſis, ſimulque & vela ſerica alithina quatuor, quæ & ornauit cum rhodinis, & ornamentis variis auro textis.* Leo III. fecit *velum alithino rotatu habens periclyſin.* Item, *tetrauela olobera alithina quatuor cum haſtillis & roſis chryſoclauis.* Item, *veſtem rubeam alithinam habentem in medio tabulam de chryſoclauo, & in circuitu liſtam de chryſoclauo. Veſtem de fundato alithino habentem in circuitu periclyſin de olobero.* D

CAP. LI.

De Stauracio.

ΣΤΑΥΡΑΚΙΟΝ, *Moſcopolus* ἕλικα interpretatur, ſeu *corimbum*, aut *pampinum.* Ait eam vocem eſſe vulgi, ἕλιξ ὄνομα κύριον, καὶ τὸ κατὰ κύκλον στρεφόμενον, ὡς τὰ κοινῶς σταυράκια ἕλικες λέγονται: *Elix nomen proprium eſt, & quod in circulum ſinuatum eſt, vt quæ vulgò dicta Staurachia, elices vocantur.* Apud Anaſtaſium Adrianus fecit *in Eccleſia cortinas miræ magnitudinis de palliis ſtauracinis, ſeu quadrapolis.* Pallia ſtauracina, & quadrapola eadem facere videtur. Item, *Veſtem de ſtauracio ornatam in ambitu blattis.* Leo III. *in altari veſtem fecit de ſtauracio habentem periclyſin de blattis, ſeu chryſoclauo.* Omnino veſtis de ſtauracio eſt plumatum Babylonicum. Apud Anaſtaſium Sergius Papa, *In loculo plumacium reperit ex holoſerico quod ſtauracis dicitur.* Item, *veſtem de ſtauracio cum cruce & gammadiis, & paratrapetis ſuis, & periclyſi de chryſoclauo.* Item, *veſtem albam holoſericam cum tabula de chryſoclauo, veſtes de ſtauraci & fundato, ſeu blatti.* Adrianus *fecit vela de ſtauracin, ſeu tyrio.* Stauracinū idem cū tyrio eſſe vult. Item, *vela de ſtauracin, ſeu octapli.* Veſtes quadrapolas, octaplas, & ſtauracinas eaſdem eſſe vult. Leo IV. *obtulit vela ſeptem, duo de fundato, & alia duo de ſtauraci, & tria de ſpaniſco.* Michaël Imperator miſit ad Benedictum III. *Veſtem de purpura imperiali munda ſuper altare, cum hiſtoria, cancellis, & roſis de chryſoclauo, velum de ſtauraci cum cruce de chryſoclauo, & litteris de auro Græcis.* E

Veſtes

A Vestes Stauracinæ fuêre auro, & serico pampinatæ, corimbiatæ, filicatæ, quadrapolæ quatuor angulis auro textis, aut sericis, octaplæ octo angulis, aut tabulis auro clauatis.

CAP. LII.

De vestibus quadrapolis.

VESTES quadrapolas, octaplas Anastasius videtur easdem facere stauracinis. Stauracinas easdem tyriis, seu purpureis. Omnino ita statuendum, vestes illas opulentas & lautas, quatuor tantùm rerum generibus textas fuisse, auro, B seu argento, bombycino, serico, byssino. nulla alia materia fuit vnde texerentur. Addebatur color qui tyrius, seu purpureus fuit, prasinus, violaceus, rosaceus: tum variè acû pingebantur, vt aliæ vestes essent pampinatæ, corymbiatæ, filicatæ, & aureis clauis distinguerentur; quædam quatuor tabulis; aliæ acto, quæ videntur quadrapolæ, octapolæ dictæ; tum periclysis limbus ora adiuncta, vel de fundato, vel de blattis. Maximum autem ornamentum fuit à gemmis prasinis, alabandinis, albaueris, & aliis. Scriptores id temporis vsi vocabulis vulgaribus sui sæculi, quæ priscis auctoribus ignota fuerunt: apud Anastasium, Adrianus fecit *Cortinas de palliis stauracinis, seu quadrapolis*. Item, *cortinas maiores ex palliis quadrapolis*. Quadrapola forte dicta sunt à forma, quia quadrata essent, vt omnia pallia orientalium, cum toga Romana rotunda esset, quod suprà ostendimus. Item, *de quadrapolo vestem*. Videtur quadrapolum interpretari in Sergio II. His verbis, *Fecit* C *in Ecclesia B. Syluestri vestem de fundato vnam habentem quatuor angulos, duos quidem tyrios, & duos fundatos.*

CAP. LIII.

De Bubilo.

ANASTASIVS in Leone III. *Fecit velum rubeum, cum Bubilo*. Quid sit illud Bubilum, alij quærant. Vide an legi possit cum Dibelo, aut Diuelo, quod duo vela contineret; vt Tettauela, quatuor vela.

D

CAP. LIV.

De Plumariis.

APVD Anastasium Sergius PP. *Locellum aperuit in quo interius plumarium ex holoserico superpositum, quod stauracis dicitur, inuenit*. Gregorius IV. PP. *Obtulit plumatum velum lineum vnum ante ianuam*. Petronius in satyrico, *plumato amictus aureo Babylonico*. Vitruuius lib. 6. *plumariorum textrinam* commemorat. Quidam *plumam* interpretantur acum. Guilielmus Philander ad Vitruuium putat *Plumarios* dici, qui tomento quodcunque genus vestis, aut straguli consartum inculcatumue acu pingunt. Hermolaus Barbarus *plumarios*, E & *polymitarios* eosdem esse putat. Omnino *plumarij* erant textores, vt Firmicus lib. 3. Astron. c. 13 Linteones vel tunicarum textores, tum plumarios. vet. glossæ. Plumarius πιλοϐαφ☉, l. 1. D. de excusation. artific. Plumarij commemorantur, qui ex variis plumis vestes texebant, quod hodie peritissimè faciunt Sinæ. Prudentius in Hamartigenia.

——Hunc videas lasciuas præpete versu
Venantem tunicas, auium quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.

In Fastis Siculis, σχάσιον ἔχον χρυσᾶ πλυμμία βασιλικά, *tunica habens aureas plumas regias*. Omninò plumæ illæ interdum auium veræ & natiuæ erant, & in vestes vario colore intexebantur: interdum erant aureæ & argenteæ, Phrygionum arte intextæ. Corippus lib. 2.

——sedemq; paternam
Constructam plumis, pulcrisq; tapetibus altam.

 Seneca

Seneca epist. 91. *Non auium plumæ in vsum vestis conseruantur.* Plautus in Epidico, scena 4. *Tunicam vallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium, cumatile, aut plumatile.* S. Hieronymus in Chronicis scribit anno salutis 345. Macedonium artis plumariæ in locum Pauli Constantinopolitani Episcopi ab Arrianis subrogatum. Varro, *Nulla quæ non didicit pingere potest iudicare quid sit bene pictum à plumario.* Ipsa etiam arma plumis muniebantur per imitamentum, sed ferreis Statius lib. 4. Thebaid.

Et aspera plumis Terga.

Ammianus Marcell. *Romani vndique hostem laminis ferreis in modum tenuis plumæ contectum.*

CAP. LV.

De Linteaminibus Ecclesiarum.

LINTEAMINA, quibus altaria insternerentur inter donaria fuerunt. Paulin. Natali. 6.

Cedo altis, pretiosa ferant donaria, méque
Officij sumptu superent, qui pulcra tegendis
Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,
Siue coloratis textim variata figuris.

S. Gregorius ep. 38. lib. 9. *Rustica Patricia misit ad Ecclesiam S. Petri Romam vela.* epist. 14. lib. 2. *Natalis Episcopus Salonitanus vasa sacra & velamina suis dedit affinibus.* epist. 15. lib. 8. *Fuscus Abbas sacros codices, & vela secum asportabat.* Apud Anastasium Bibliothec. in Ioanne II. Papa; *Iustinianus autem misit fidem suam chirographo scripto proprio ad sedem Apostolicam, obtulit olobera auro texta quatuor.* Gregorius III. Papa *vela serica alba ornata blatto circumquaque pendentia Ecclesiæ donauit.* Adrianus *fecit in Ecclesia B. Petri Apostol. veste mira pulcritudinis ex auro & gemmis in qua pictus acu B. Petrus, quem Angelus è vinculis eripit. Vela de palliis tyriis: vestes fecit duas super altare, maiorem vnam ex auro purissimo, atque gemmis, in qua expressa Dei genitricis in cælum Assumptio; aliam de stauracio ornatam in ambitum blattis.* Plinius lib. 35. cap. 11. sub finem. *Pingunt vestes in Aegypto inter pauca mirabili genere: candida vela postquam attriuere illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis.* Vide Plinium. Leo III. *Fecit cortinam sericeam albam habentem periclysin, & crucem de fundata. Vestem de chrysoclauo in qua expressa Christi Natiuitas, & S. Simeonis occursus, & in medio cheretismon.* Existimo Salutationem significari, à χαίρω. *Vela holoserica maiora sigillata habentia periclysin, & crucem de blattis, seu fundato: vela quatuor filo pari Alexandrina. Vestem super altare tyriam habentem gryphas maiores, & duas notas chrysoclauas cum cruce, & periclysin, & blattam, & chrysoclauum. gammadias in ipsa veste chrysoclauas, vestem albam holosericam ornatam in circuitu blatti Byzanteo. Vestem in orbiculis chrysoclauis: Vestem de Imisino. Velum habet in medio tabulam cum cruce de chrysoclauo. Gabatas fundatas cymocristas. Vestem albatam holosericam ornatam in circuitu de imisilo. Vela modica rubea Alexandrina. De Hemisilo vestes. De quadrapulo, vestem de fundato porphyretico habentem crucem de blatti cum phylliis.* Phylla & phyllia sunt folia, vel herbæ. *Vestem de fundato prasino. Cortinam fundatam pendentem in arcu triumphali. Velum olonerum vnum pendens in regulari. Plumatum velum lineum vnum ante ianuam.* Anasta. in Gregorio III. Hic *fecit vestes altaris, & vela serica alba ornata blatto circumquaque pendentia.* In Zacharia, *Pendētia vela inter colūnas ex palliis sericis fecit.* Adrian. *Fecit in Ecclesia B. Petri Apost. vestem miræ pulcritudinis ex auro & gemmis habentem præfiguratam historiam, qualiter B. Petrus à vinculis per Angelum receptus est. Vela de palliis tyriis.* In Leone III. *Cortinas albas holosericas rosatas habentes in medio crucem de chrysoclauo, & periclysin de fundato vnam. Vestem de fundato habentem mucronem per circuitum, vestem de olonero cum gryphis, & vnicornibus. Vela de rhodicio quatuor.* De Sergio II. *obtulit in eadem basilica vestem de chrysoclauo habentem historiam Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi cum gemmis prasinis hyacinthicis, & albis: obtulit cortinas Alexandrinas pretiosissimo opere contextas tres: Vela de fundato ornata in circuitu de blattin, quæ pendent in arcu ipsius Basilicæ viginti quatuor. Vela alia de fundata cum periclysi de blattin quindecim. Vela alba holoserica ex quibus sacrum circumdatur altare quatuor, vnum ex iis habens in medio crucem, & gammadias de chrysoclauo.* Idem, *In basilica B. Petri vela ex auro texta pendentia in arcubus comta in circuitu de blattin numero vndecim, & vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis, & periclysi de blattin. Fecit splendoris non modici vestem cum rotis, & hominibus, & historiam cum cruce, similiter de chrysoclauo, & gammadiam vnam. Obtulit vestem aquilarum habentem historiam cum cruce de chrysoclauo, & gammadiis vnam.* Item: *Vestem cum rotis, aquilaq́; & cruce de chrysoclauo, cum gammadiis vnam. Vestem de serico mundo*

cum

A *cum aquilis habentem tabulas auro textas tres, in qua S. Laurentij martyrium depictum. Fecit vestes de fundato tres habentes vnam tabulam acu pictilem interclusam. Obtulit vela linea numero quatuordecim, listam habentia per circuitum de serico albo sigillato. Vela alba boloserica rosata cum cancellis decorata mirificè.* Nicolaus Papa *in Ecclesia B. Petri vestem auro textam in circuitu gemmas habentem hyacinthinas albas, ac prasinas, simul, & carbunculos lapides obtulit.* Item: *Duo vela auro texta cum gemmis.* Carolus Caluus Rex *B. Petro obtulit ex purissimo auro & gemmis constructam vestem habentem gemmas prasinas, hyacinthinas, & albas*, ait Anastasius in Ioanne II. *Pallia olouera auro texta quatuor. Imisinum, imisilum* vocat sericum leuius, quod Italicè dicitur *Ermesino*, vel *byssinum*.

B

CAP. LVI.

De vestibus opulentis, & operosis Profanorum.

PLATO in Politico velamenta corporis in duo genera diuidit *σκεπάσματα, καὶ περικαλύμματα, velamenta & amictus.* Ibidem ait, *νῦν δὴ τῶν στρωμάτων σύνθεσιν περιβολῇ χωρίζοντες, καὶ ὑποβολῇ. Nunc autem stragularum compositionem diuidentes in eas quæ corpus ambiunt, & eas quæ corpori subyciuntur. Peribolen* vocat quicquid iniiciendi causa paratur, vt pallium, læna: *Hypobolen*, seu *culcitam*, quicquid insternendi aut incubandi causa instruitur, cuiusmodi sunt tapetes, tegetes, storeæ, segestria, erones, cubæ, thoralia, lodices, & cætera eiusmodi. Peribole autem, seu amictus vel corpus proximè ambit, vt tunicæ, cincticula, exomides, colobia: vel tunicis iniicitur, vt pænula, lacerna, toga, abolla, pal-
C lium, & cætera id genus. Inde vestes alias esse aiunt indutui, alias amictui. Pepli duplex vsus fuit, indutui simul, & amictui, ait Varro. Pollux lib. 7. cap. 3. *ἐσθῆμα δὲ ἐστι διπλοῦν τὴν χρείαν ὡς ἐνδύνασθαί τε, καὶ περιβάλλεσθαι.* Inde cælum vocat peplum, *οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα*, vt *amictum Deorum cælestium*, ait Porphyrius lib. de antro Nymphar. Vestium primum auctorem Mercurium esse volunt. Tertul. lib. de Pallio. *Cum Ammon ouium diues è Lybia Osiridem inuisit, Mercurius palpati arietis mollitie delectatus dicitur deglubasse oniculam, & tactu prosequente filum eliquasse, & in vestis pristinæ modum quam philyra tenui vinxerat, texuisse.* Nusquam olim vestimenta augustiora, opulentiora, splendidiora reperta sunt quàm in Sacerdotio Hebræo. Nusquã hodie vestimẽta lautiora, magnificentiora, opulentiora quàm in Sacerdotio Christiano. Non improbo inter priuatos vestium modestiam, & paupertatem; At vbi cultus Dei agitur, nihil nimis amplum, aut augustum haberi potest. Exclamat Deus per Prophetam, *Insulæ me expectant, au-*
D *rum earum & argentum meum est.* Sed in vestibus pretiosis aliæ sunt multiciæ, coæ, sericæ, pellucidæ, quas Christi lex in priuato vsu repudiat, vt molles, & ad libidinem promptas: aliæ auro, argento graues, literis aureis inscriptæ, acu pictæ, in quibus fidei nostræ mysteria exprimuntur. Has amplectimur, non quia auro & gemmis graues; sed quia nihil ad honorem Dei nimis augustum, aut splendidum esse potest. De Cois illis mollibus, ac sericis Tertull. lib. de pallio. *Alexander triumphalem cataphractam amolitus in captiua Sarabara pectus squamarum signaculis disculptum textu pellucido tegendo nudauit.* Iuuen. Sat. 2.

Quæro an deceant multicia testem?
Cum tu multicia sumas.

Petron. *Ventum textilem* vocat passim prostare in nebula lintea. Propert. lib. 2. eleg. 2.

Aut tenues Coa veste mouere sinus.

E Seneca lib. de Beneficiis cap. 3. & Tertul. lib. de pallio, *textum pellucidum, pellucidam Vestem.* Apuleius *Carbasinam, & bombycinam, linteam.* Plinius ex Varrone lib. 4. cap. 12. *Vestis delicatior ex insula Ceo profecta quæ dicitur hydrussa.* Iuuenal. Sat. 11.

Humida suspectis referens multicia rugis.

Propert. lib. 4. eleg. 5.

Eurypilique placet Coa textura Mineruæ.

Tibul. lib. 2. el. 6.

Illa gerat vestes tenues quas fœmina Coa
Texuit, auratas dispositque vias.

Seneca lib. 2. Controuerf. *Infelices ancillarum greges laborant, vt adultera tenui veste perspicua sit.* Solin. cap. 13. *Cos insula Atticæ subtilioris vestis amicula prima lanificij fœminis dedit.* Tertul. lib. de Pallio, *Endromidis Salocem aliqua multicia exstruxit.* Vopiscus in Aureliano, *tunicas multicias vi-*

tiles decem. Sunt bombycinæ veſtes à mulcendo multiciæ dictæ. Vetus Scholiaſtes Iuuenalis A *multicias* interpretatur *veſtes molli intextas ſubtemine, quibus puellæ vtuntur.* Alij multitia, quòd multis filis conſtent præ tenuitate, quæ *polymitaſerica* vocat Pacatus in panegyr. Theodoſij: *illos tenero pellucentes amictu, & vix leue carbaſum vitando ſoli tolerantes.* Sidon. lib. 2. ep. 2. *Et nunc dum in carbaſo ſudat vnus, alter in bombyce.* Prudent.

Vt tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat,
Sericaque infractis fluitent vt pallia membris.

Adeo leues erant vt leui manu attraherentur, quod mollitiei datum. Ioſephus lib. 11. Antiquit. cap. 6. Eſtheris ancilla, θεράπαινα τὸ βάθυ τοῦ ἐνδύματος καὶ μέχρι τῆς γῆς κεχυμένον ἄκροις ἀπῃώρει τοῖς δακτύλοις, *veſtem fluxam, & ad terram vſque fuſam ſummis digitis ſuſpendebat.* Plato in Alcibiade, ὅλξις ἱματίων ἔλεγχος ἁβρότητος, *attractio veſtium indicium mollitiei.* ὑβριςόματά τε, καὶ θυληντικὰς ἐσθήτων ἁλουργῶν ἑλκομένων δι' ἀγορᾶς, *contumelioſæ & fœminatæ veſtes purpureæ attractæ per* B *forum.* Heſychio καταρβύλος χλαμὺς ποδήρης ἕως τῶν ἀρβύλων, *Catarbylus chlamys talaris ad ſoleas defluens.* Calenus apud Dionem obiiciebat Catoni, ὅτι μέχρι σφυρῶν τὴν ἐσθῆτα σύρει, *quod ad talos vſque veſtem traheret.* Inde Syrmata dicta, quibus vſi citharœdi. Cornificius lib. 4. ad Herennium, *Citharœdus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus varijs intexta.* Martial.

Aptabis longum tu quoque Syrma tibi.

Apuleius Flor. 2. *Citharœdus tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes deiectus ipſos, Græcanico cingulo chlamyda, velat vtrumque brachium ad vſque talos palmarum.* Cyprianus de ieiunio Chriſti: *Paludamentis talaribus pauimenta verrentes.* Ouidius:

Ima videbatur talis illudere palla,
Artis opus raræ, fulgens teſtudine & auro.

Heſychio veſtes tragicæ ξυστὶς ξυστίδες χρυσόπαστοι, *Xyſtides rectæ auro textæ.* Talares tunicas C Romæ probro fuiſſe oſtendimus. Cicero de Oppianico, *Illam vſque ad talos demiſſam purpuram recordamini.* Seneca pater lib. 2. controu. *Quòd latior vſque in pedes tunica demittitur, tuum eſt.* Molliores veſtes nebulis comparat Ouidius,

Vellera mollibat nebulas æquantia tactu.

Dio de Heliogabalo, τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρικοῖς ἐξηρτημένον, ὡς αἱ πόρναι Διασείων, *Linteam tunicam aureis fibulis ſuſpenſam mouens vt proſtibula.* Saliſberienſis in Polycrat. lib. 8. cap. 2. *Alter ſolis lineis brumæ horrores excludit, & dum omnia gelu constricta rigent, tenui ſudat in cyclade, & illius delicias etiam bombicinus vrit pannus, aut premit, hic cepa tunicatior denſatus pellibus & epilogiis chlamydi tunicam ſuperinducit.* Prudentius in Symmachum:

——————*ſed eoo ex orbe petitis*
Ramorum foliis fluitantes ſumere amictus
Gaudent, & durum ſcutulis perfundere corpus, D
Vt quæque eſt lanugo ferè molliſſima tactu
Pellitur.

Iſidorus Peluſiota lib. 1. ep. 403. τοὺς σηρῶν ὑμένας vocat ὑφάνται οἱ τοὺς σηρῶν ὑμένας ἐξεργαζόμενοι, πολλοῖς χρώμασι τε καὶ νήμασι τὰς ἑαυτῶν τεχνουργίας ποικίλλουσιν εἰς τελείας εἰκόνος ἐκπλήρωσιν: *Textores, qui ſericas pelliculas expoliunt, multis coloribus, & filis opera ſua variare conſueuerunt, vt perfectam imaginem reddant.* Apud Xiphilinum Tiberius ἀπεῖπε μὴ ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα χρῆσθαι, καὶ χρυσῷ σκεύει, πλὴν πρὸς τὰ ἱερά, *Vetuit quemquam vti veſte ſerica, aut vaſe aureo, niſi ad ſacra.* Mollities in ſerico eſſe viſa eſt, niſi inter ſacra. Virgilius:

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana,
Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres. E

Silius lib. 6.

Seres lanigeris repetebant vellera lucis.

Eucheria:

Aurea concordi quæ fulgent fila metallo,
Sericeum tegmen gemmantia texta Laconum.

Paulinus lib. 1. de S. Martino:

——————*quid ſerica tactu*
Lenia, vel doctè expreſſis viuentia ſignis.

De fruticum lanugine vide Theophraſtum lib. 4. cap. 9. de plantis, Plinium lib. 9. cap. 35. *Non ſatis ſuit homini de periculis maris veſci, niſi & veſtiretur.* Lib. 11. cap. 23. Theophraſt. lib. 7. de plantis: *Bulborum genus quoddam lanigerum in oris maris naſci lana ſub prioribus tunicis conſerta,*

A *serta, ex qua vestes conficiantur.* Mituli, & pinnæ byssum gerunt ex genere concharum. Procopius scribit eam Indiæ partem, vbi nascitur sericum, dici *Erindam.* Monachi ex India venientes cognito cupere Iustinianum aliunde, quàm à Persis Metaxam emere, ἔφασκον σκώληκάς τινας τῆς μετάξης δημιουργοὺς εἶναι· εἶναι δὲ τῶν γονῶν ᾠὰ ἑκάστῳ ἀναρίθμητα, ἃ χρόνῳ πολλῷ τῆς γονῆς ὕστερον κόπρῳ καλύψαντες ἄνθρωποι, ταύτῃ δὲ διαρκῶς θερμαίνοντες χρόνῳ ζῶα ποιοῦσι: *Dixerunt vermes quosdam metaxa opifices esse: esse autem fœtuum oua cuiusque innumera, quæ longo tempore postquam genita sunt, fimo tegentes, & ita satis calefacientes tempore viua efficiunt, & alunt mori folius.* Metaxa dicitur Sera: puto legendum, *Seta*, vt Pausanias lib. 2. Eliacôn scribit. Byssina est è lino, bombycina è verme, serica ex arborum lana, quæ & Medica vestis. Bombycina est eadem cum serica. Byssinæ hodie vsus nobis ignotus. Erant omnes pellucidæ. Martialis lib. 8. ep. 8.

Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.

B Byssum Philostratus in Apollonio ait, φύεσθαι δένδρῳ ὅμοιον μὲν τῇ λεύκῃ τὴν βάσιν, παραπλήσιον δὲ τῇ ἰτέᾳ τὰ πέταλα. βύσσος ἔοικε φαιῷ τρίβωνι: *Byssum nasci in arbore, cuius pes similis populo, folia salici, similis est pullo pallio.* Omninò serica & bombycina eadem sunt, vt ex nauigatione Lusitanorum, & Belgarum in Indiam compertum est: in arboribus enim vermes lanifici reperiuntur, arbores non pectuntur. Venantius lib. 2. de vita S. Martini:

Hic abacum picto bombycina flore decorant
Arte laborata, & vel qualia pensat Arachne,
Serica purpureis sternuntur vellera velis,
Iulia blatta thoris, aurumque.

Pollux lib. 7. sericum, ac bombycinum pro eodem ponit. Optimè, & propiùs ad verum. Vlpianus distinguit l. 23. vestis. Dig. tit. de auro & argen. leg. *Vestimentorum sunt omnia la-*
C *nea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, iniciendi, accubandique causâ comparata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt instita, picturæ, clauique, qui vestibus insuuntur.* Pisidas in carmine de mundi opificio:

Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα σηρικὸν νόμος
Πείθει τὰ λαμπρόπλοκα νήματα πλέκειν.

Qua lex vermem sericum suadet stamina splendidè texta plectere. Lege Plinium lib. 11. cap. 23. Seneca lib. 7. de benefic. *Sericæ vestes quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido se non esse nudam iurabit.* Isidorus lib. 9.

Ignoti facie, sed noti vellere Seres.

Nazianzenus de Philosophia, ἐσθῆτι μαλακῇ καὶ περιρρεούσῃ, καὶ τοῖς ἐκ λίνου καὶ σηρῶν ἀέροις ὑφάσμασι: *veste molli circumfluente, & textis lini, ac serici aeriis.* Consule Plinium lib. 12. c. 6. & 10. & cap.
D 11. & lib. 6. c. 17. Apuleius Miles. 4. *Serico tegmine flagrantiæ solis obsistit inimici.* In panegyr. Constantini, *Vix leue pallium, & sericos sinus vitandi solis tolerantes.* Amorginum lini, aut byssi genus fuit. Suidas ἀμόργινον ὅμοιον βύσσῳ, καὶ πολυτελές· ἀμοργὶς ἡ λινοκαλάμη ἐξ ἧς γίνεται ἀμόργινα ἐνδύματα, ἀμοργὶς ὅμοιον ἀλεπίστῳ λίνῳ: *Amorginum simile bysso pretiosum est. Amorgis calamus lineus vnde fiunt vestes amorginæ. Amorgis similis lino non excorticato.* Ad mollitiem & delitias faciebat color. Clemens lib. 2. pædagogi cap. 10. ποδήρης ποικιλανθής, *talaris varia & florida.* Item τοῖς λιχνοῖς ὑφάσμασι ἐγκαταμιγνύουσαι τὰς δολερὰς βαφάς, οὐκ ἔτι τὰς ὀθόνας τὰς ἀπ' Αἰγύπτου, ἄλλας δέ τινας ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ Κιλίκων ἐκπορίζομεναι γῆς, *textis delicatis, ac lasciuis colores dolosos admiscentes non amplius lintea ex Aegypto, sed alia ex Hebræorum ac Cilicum regionibus comparantes.* τὰ δὲ ἀμόργινα, καὶ βύσσινα σιωπῶ, *Amorgina, & byssina taceo.* Vopiscus in Aureliano, *Batteas vestes fœminis concessit, quæ prius coloreis tantum, & paderotinis vsæ.* Apud Nonium color, cumatilis, κυμαλινὸς,
E cæruleus, molochinus maluæ similis. Cæcilius, Carbasina, molochina, ampelina, impluuiatus color fumoso stillicidio, implutus, Mutinensis. Calthula, crocotula, à caltha, & croco. Næuius, pallis, patagiis, crocotis, malaciis mortualibus. Cerinus à cera. Martialis lib. 1. epig. 81.

Amator ille tristium lacernarum
Et Beticatus, atque leucophæatus.

Plinius lib. 21. cap. 8. *Tres vestium colores, Coccus rosis micat in purpuris tyriis dibaphis, Laconicis, Amethystus in viola, qui & Ianthinos, Conchylium in Heliotropio, in malua ad purpuram inclinat, in viola serotina.* Lutei honos antiquissimus in flammeis nuptialibus totus fœminis concessus. Plaut. in Aulular.

Flammearij, violarij, carinarij.

Sunt opifices flammeorum, & qui tingunt violæ, aut ceræ colore. Iuuenal. Sat. 6.

Et Xerampelinas vestes donauerit illi. Sat. 7. A

Purpura vendit Causidicum, vendunt Amethystina.

Xiphilinus Neroni *χιτῶνα ἀνθινὸν* tribuit, *tunicam floridam.* Martialis lib. 4. epigr. 28.

————— donasti
Hispanas, Tyriasq́, coccinasq́,
Et lotam tepido togam Galæso.

Xenophon in *παιδείᾳ, πορφυρίδας ὀρφνίνας, φοινικίνας, καῤῥυκινίνας, chlamydes purpureas, pullas, puniceas, sanguineas* ponit. Tibullus lib. 2. el. 6.

Illi selectos certent præbere colores,
Africa puniceum, purpureumq́ Tyros.

Plautus in Truculento, *Quia tibi in suaso infecisti pallulam.* Suasus color est ex fumoso impluuio. Ouidius: B

Aeris ecce color tunc cùm sine nubibus aër,
Ecce tibi similis, qui quondam Phrixon, & Hellem
Eripis.
Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis,
Ille crocum simulat.
Hic Paphias myrtos, hic purpureos amethystos,
Albentésue rosas, Threiciamq́ gruem,
Nec glandes Amarylli tuæ, nec amygdala desunt,
Et sua velleribus nomina cera dedit.

Martialis:

Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso C
Munus erit.

Ouidius lib. 3. Artis:

Crispatur gemino vestis Corinthia cinctu
Poplite fusa tenus.

Hæc omnia vestium genera, hi colores mollium fuerunt. Vestes autem quæ in Ecclesia Catholica in rebus Dei adhibentur, etiam apud pauperrimos Capucchinos augustæ sunt, & auro, gemmísque insignes, vt augustissima Dei Sacramenta quantum ab homine fieri potest cum dignitate tractentur. Videas igitur, Italia passim, Gallia, Hispaniaque, Dalmaticas, pænulas, stolas serico, bombycino, amorgino, auro, argento, gemmis fulgurantes, quæ iam olim ab Imperatoribus, & Regibus cultui Dei ac pietatis titibus additæ sunt. Auctor Panegyr. de Constantino Magno, *Meritò augustissima illa delubra tantis donariis* D *honestasti, vt iam vetera non quærant, iam omnia te vocare ad se templa videantur.* Paulinus Natali 6.

Cedo aliis, pretiosa ferant donaria, meq́
Officij sumptu superent, qui pulcra tegendis
Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,
Siue coloratis textim fucata figuris.

Eusebius lib. 4. de vita Constantini: *ἤδη ἢ καὶ τὸ παῦτα νεὼν πλουσίοις βασιλικοῖς ἀναθήμασι καὶ ἐπεποίκιλεν*: *Iam autem Hierosolymis omne templum variis, & Rege dignis donariis distinxerat.* Sed de pretiosis vestibus apud Ethnicos. Virgilius:

Ferre iubet pallam gemmis, auroq́ rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho.

Babylonica belluata in pretio erant. Martialis: E

Babylanica picta superbè texta.

Petronius: *Plumato amictus aureo Babylonico.* Glossæ 1. *Babylonicum, ψιλὴ πεποικιλμένος.* S. Hieronymus ad Lætam: *In quibus non auri, & pellis Babylonicæ vermiculata pictura.* Plautus: *Alexandrina belluata, consutaq́ tapetia.* Hipparchus Comicus apud Athenæum: *δαπίδιον ἓν ἀγάπητον ποικίλον Πέρσας ἔχον, καὶ γρῦπας, Tapete vnum carum, varium, in quo Persæ texti, & Gryphes.* Cydonius de morte contemnenda: *καὶ γὰρ καὶ ὕλης διαφορὰν ἐζήτησε, καὶ ἄνθος ἐξεῦρε, καὶ χρυσὸν συνύφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε*: *Etenim variam materiam quæsiuit, & aurum texuit, & florem inuenit, & omnis generis animantium, ac plantarum formas in his descripsit.* Claudianus lib. 2. Stilicon. de gemmatis vestibus:

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula bullis
Aspera, gemmatasq́ togas.

Silius

A Silius lib. 15. *Ardebat gemma Garamantide cærula vestis.* Lampridius in Heliogabalo, *pallia de Oenanthino fudisse. vsus est aurea omni tunica, vsus est & de gemmis persica.* Oenanthinum oleum intelligit, aut potius vini floridum colorem. Quidam legunt *Balnea de œnanthino.* Vopiscus in Claudio, *chlamydes veri luminis limbatas duas, Albam subsericam paragaudem triuncem vnam.* Albam subsericam intellige tunicam. Paragauda erat inter ea quæ vestibus accedunt, vt & clauus, limbus, patagium. Idem in Aureliano, *cum darentur tunicæ subsericæ lineæ paragaudiæ.* In Fastis Siculis. ἄσηκον παραγαυδῶν. l. 2. C. de vestibus oloueris, *Nemo vir auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas.* Valerianus in epist. ad præfect. Præt. *Dabis Probo interulas paragaudias duas.* Lampridius in Pertinace, *Vestis subtemine serico aureis filis insignior, per tunicas penulasque lacernas, & chirodotas Dalmatarum, & cirratas militares.* Næuius, *Citrosam vestem* vocat crispam ad instar citri, vt Isidorus ait. Næuius,

B *Pulcrámque ex auro vestem citrosam.*

Cyprianus de laude Martyr. *Nam licet pretiosarum vestium more purpura in imagines currat, & lentescentibus filis aurum erret ad speciem.* Firmicus lib. 3. *Hos qui nexo* (forte neto) *auro vestes pingunt.* Ex auro vestes pingentes, aut inauratores, Paulin. lib. 3. de S. Martino:

> *Miscetúrque ostro mollitum in fila metallum,*
> *Mollia puniceo mutantur serica fuco,*
> *Et rutilant doctè ductis sine vellere pensis.*

Heliodorus lib. 3. Aethiop. cap. 7. Theagenes φοινικοβαφῆ χλαμύδα καθειμένος, ἧς τὰ μὲν ἄλλα χρυσὸς ἐποίκιλλε, τοὺς Λαπίθας ἐπὶ τοὺς Κενταύρους ὁπλίζων, *purpuream chlamydem demittens, cuius alias partes aurum variabat, Lapithas contra Centauros armans, fibula Palladem ex electro repræsentabat Gorgonis caput in scuto pectori præferentem.* Erat picta vestis quemadmodum & Charicleæ, ibidem.

C χιτῶνα ἁλουργῆ ποδήρη χρυσαῖς ἀκτῖσι καταπεπασμένον ἠμφίεστο. *Tunica purpurea talari aureis radiis variata induta fuerat.* Consule Heliodorum. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. ἐκ Τύρου, καὶ Σιδῶνος ἀνάγονται μάλιστα οἱ βαφεῖς, καὶ οἱ πορφυρεῖς, καὶ αὐτὰ τὰ κογχύλια διὰ τὸ αἷμα τούτων ἐξανθεῖν τὴν πορφύραν. *Ex Tyro & Sidone tinctores & porphyrentæ veniunt, & ipsa conchylia, quòd ex eorum sanguine purpura efflorescat.* Athenæus lib. 12. ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον, *æqualis ponderis erat purpura ad argentum.* Cassiodor. lib. 1. epist. *Crines illi lactei carneo poculo bis terque satiati pulcherrima ebrietate rubuerint, aut lana auxerint adorandi muricis qualitatem.* Venantius lib. 4. de vita Martini, ———— *Internitet ostrum,*

> *Totáque permixtis radiant velamina gemmis,*

Idem de Senatu curiæ cælestis,

> *Blattea gemmantem Cycladem fila catenant.*

D Paulinus lib. 1. de S. Martino,

> ———— *Quid tale vel ostro,*
> *Vel ducto in filum pensis rutilantibus auro,*
> *Insignes meruere habitus.*

Venantius lib. 4.

> *Qua manus artificis cataclistica fila rotauit.*

Cataclistica, id est fulgentia, quæ ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa essent, vt loquitur Seneca lib. 1. de Tranquil. cap. 1. Amm. lib. 1. *Solitas pressoriis vestes luce nitentes arbitra diligenter explorat.* Apuleius lib. 11. *Eas amœnus lectissima iuuentutis veste niuea, & cataclista prænitens sequebatur chorus.* Venantius lib. 3.

> *Cycladis aut qualis cataclista purpura rasa.*

E Tertullianus lib. de pallio, *Pauo pluma vestis, & quidem de cataclistis, id est, fulgentibus, quales sunt quæ ponderibus clauduntur prementibus.* Plinius lib. 35. cap. 6. *Quendam Sinopidis colorem pressiorem.* De serico Pausanias in fine lib. 2. Eliac. ζωύφιόν ἐστιν ἐν αὐτῇ καλοῦσι Ἕλληνες, &c. τὸ δὲ ἔργον τῶν ζώων κλῶσμα διέρχεται λεπτὸν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ περιειλιγμένον· ἀποθανόντος δὲ ὑπὸ πλησμονῆς τὸ πολὺ τῆς ἀράχνης εὑρίσκουσιν ἔνδον: *Animal est quem vermem Græci vocant. Opus animalium filum inuenitur tenue pedibus eius circumuolutum: cùm mortuum sit, præ repletione intus multum fili reperiunt.* Sericum accepit pro bombycino. Lege Zonaram in Iustiniano. Heliogabalus *holoserica veste primùs vsus est, cùm iam subserica in vsu esset*, ait Lampridius. Alexander, *vestes sericas raras habuit, holosericas nunquam induit, subsericam nunquam donauit.* Apud Vopiscum Aurelianus dixit, *Absit vt auro fila pensentur, cum eius vxor vnico pallio blatteo serico vellet vti.* Sidonius lib. 4. epist. de Theodorico Rege Gotthorum. *Rex flammeus cocco, rutilus auro, lactens serico.* Nihil veste Consulum, & Imperatorum olim fuit illustrius, de qua Claudian. Paneg. 4. Honor.

Asperat

——— Asperat Indus
Velamenta lapis, pretiosáque fila smaragdis,
Ducta virent.

A

De picta veste, quæ palmata seu trabea dicta:

Nec rudis in tali suffecit gratia textu,
Auget acus meritum, picturatúmque metallis,
Viuit opus, multáque ornatur iaspide vultus,
Et variis spirat Nereia bacca figuris.

Ausonius in Gratiar. actione, *palmatam*, inquis, *tibi misi, in qua D. Constantius parens noster intextus est. Hæc est picta vestis non magis auro suo, quàm tuis verbis Constantius in argumento vestis intexitur.* Tunicam blatteam vocat Gregor. Turonens. lib. 2. Histor. Franc. Chlodouæus ab Anastasio Imp. Codicillos de consulatu accepit, & in Basilica S. Martini tunica blattea indutus est, & chlamyde. Sed nos ista talia diligenter exsecuti sumus lib. 1. & 2. de Imper. Roman. Adiungo fessus, & aio, longè iustius esse, vt blatteæ tunicæ sanctissimis Dei mysteriis, quàm Regum cultui seruiant. Ideo in Chronico Alexandrino Constantius Imper. cùm encænia Ecclesiæ Const. celebraret, ἀναθήματα πολλὰ κειμήλια χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ μεγάλα καὶ διάλιθα χρυσοϋφῆ ἀπλώματα τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου πολλὰ προσήγαγεν. *Donaria multa, & cemelia aurea, & argentea ingentia, gemmata, auro textas pallas sancti altaris obtulit.*

B

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI IVLIODVNENSIS DOCT. THEOLOGI,

DE DONARIIS PONTIFICVM,

LIBER II.

In quo omnia pene, quæ apud Anastasium Bibliothecarium pertinent, clarissimè explicantur.

CAPVT PRIMVM.

De Donariis Pontificum.

A MVLTA sunt, è quibus opulentia Sedis Apostolicæ cum pari pietate coniuncta elucescit; nihil, vnde illustrior quàm è Donariis fiat, quæ adeò ampla, opulenta, augusta fuerunt, vt Anaitidis illius in Asia celeberrimæ, & Pythij Apollinis omnium gentium donariis ditissimi, immò ipsius Hierosolymitani templi diuitiæ, si in altera lance ponantur, ne apparere quidem videantur. Quæ qui nosse cupit, legat Anastasium Bibliothecarium, in cuius verbis aliqua barbaries subest, in describendis tamen Donariis tam diserta rerum, ac vocabulorum est significatio, vt propriis appellationibus, quæ id temporis in vsu apud opifices fuerunt, commodè vsus sit, nec quidquam ad rem accommodatius dici potuerit. Donaria autem vel in sacrariis Basilicarum erant, vel in vestiariis, ac cemelus palatij Lateranensis, de quibus B Guilielmus Bibliothecarius in Stephano VI. his verbis agit: *Deinde cum venerabilibus Episcopis, & Augustali Legato, ac honorabili Senatu per omnia sacri Palatij perrexit vestiaria, quæ in tantum deuastata reperit, vt de sacratis vasis, quibus mensas tenere festis diebus Pontifices consueuerant, paucissima inuenirentur. De reliquis verò opibus omninò nihil. Sed quid mirum, si vestiariorum gazas ablatas reperit, qui sacraria perquirens de pluribus Donariis, & Ecclesiarum ornamentis penè nihil inuenit? Crux tamen aurea illa famosissima, quam Belisarius Patricius ad honorem B. Principis Petri Apostolorum instituit, & plurimæ sacratissimorum altarium aureæ vestes cum reliquis ornamentis pretiosis non defuerunt.* Fuisse autem iam olim aurea vasa in Ecclesiis ante Constantini Magni ætatem indicat Prudentius in S. Laurentio:

> *Hunc esse vestris orgiis*
> *Moremq́, & artem proditum est,*
> *Libent vt auro Antistites.*

Argenteis

Argenteis scyphis fuerunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.

Post Constantini ætatem Ecclesia Dei vasis aureis & argenteis opulenta fuit, vt ex Anastasio apparet, cuius hæc verba sunt in Syluestro, *qui donauit patenam argenteam pensantem libras viginti, scyphos argenteos duos, qui pensauerunt singuli libras denas. Amas argenteas duas pensantes singulas libras denas. Pharos coronatas decem pensantes singulas libras denas; Canthara Cerostrata duodecim ærea pensantia singula libras tricenas.*

B

CAP. II.

De Patena.

ΠΑΤΑ΄ΝΗ Polluci dicitur patella. *πάτανα τρύβλια* Hesychio, Latinis *Patina*, sacris scriptoribus *Patena*; Imo & Columellæ, lib. 12. c. 43. *Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat.* Vnde Patenas lata vasa fuisse discas. Nisi fortè apud Columellam *patinas*, non *patenas* legendum putes. *δίσκον* Græci vocant, quam Latini Patenam. Patenæ autem variis vsibus in Ecclesia fuerunt. Germanus in liturgicis. *ἡ ἐπάνω κάλυψις τοῦ δίσκου ἐμφαίνει τὴν σινδόνα ἣ εἱλίξαν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου*: *integumentum quo patena in qua est oblationis panis, tegitur, ostendit sindonem qua inuoluerunt corpus Christi.* Latini item panem in patena reponebant ante consecrationem. Anastasius in Nicolao, *Patenam ex auro purissimo misit Michaël Imperator cum diuersis lapidibus pretiosis albis, prasinis, & hyacinthinis.* Idem commemorat patenam octogoni exauratam, id est, octo angulis constantem. Idem in Zephyrino scribit patenas olim vitreas fuisse. Erat & patena Chrismalis apud eundem in Syluestro, Patenam chrismalem argenteam obtulit auro clusam. Græci habuere *δισκοκάλυμμα*, cuius meminit Germanus in liturgicis & euchologium, *βαστάζοντος τοῦ πρωτοιερέως τὸ μύρον μετὰ τοῦ ἀλαβάστρου κεκαλυμμένον μετὰ τοῦ δισκοκαλύμματος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων μυστηρίων*, *primo Sacerdote portante vnguentum alabastro conditum cum patenæ integumento ante sacra mysteria.* In liturgia S. Marci, *ὁ ἱερεὺς σφραγίζων τοὺς δίσκους, καὶ τὰ ποτήρια*, *Sacerdos signans signo crucis patenas & calices.*

C

D

CAP. III.

De Patena cum turre, & columba.

CONSTANTINVS fecit patenam ex auro purissimo cum turre & columba ornatam gemmis prasinis, & hyacinthinis, quæ sunt numero cum margaritis albis ducentæ & quindecim, pensantem libras quindecim. Aduerte patenam non tantum vas latum fuisse instar lancis, aut patinæ, verum etiam cauum instar pyxidis, quo vnguentum contineri possit. Supra posuit patenam chrismalem, hic patenam cum turre & columba. Euagrius lib. 6. c. 2. Chosroes Rex Persarum victo Varamo mittit ad Gregorium Antiochiæ Episcopum *δίσκον ἕνα, καὶ ποτήριον ἐν χρυσῷ εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων*, *lancem vnam diuinam, & calicem, ad celebranda ministeria.*

E

CAP. IV.

De Amis, siue Hamis.

AMA vas aquarium fuit restinguendis incendiis, de quo Iuuenal. *Dispositis prædiues amis.* Plinius lib. 10. epist. 42. *Nullus vnquam in publico sipho, nulla ama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda.* In Ecclesia hamæ fuere vrceoli, gutturnia, vasa vino & aquæ ad sacrificium altaris. Anastas. de Gregorio III. *In oratorio amulas superauratas paria duo.* In Benedicto III. *Amam vnam ex argento purissimo pensantem libras denas.* In Syluestro, *Amas argenteas duas pensantes singulas lib. denas.* Erant & Amæ & Hamulæ donaria ad

A ad ornatū. Hormisda Papa obtulit Amas argenteas tres pensantes singulas lib. denas. Anastasius Amas quasdam ait medimnos portasse. *Amas ex auro purissimo pensantes singulas lib. quinquaginta, portantes singulas medimnos tres. Amas argenteas viginti, quæ pensant singulæ lib. denas, portantes singulæ medimnoi singulos.* Medimnus mensura est capiens sex modios. Ornamentum erat argenteum forma medimni.

CAP. V.

De Pharis.

B APVD Anastasium in Sylvestro Constantinus Magnus obtulit Pharos coronatos decē, pensantes singulos lib. decē. Anastasio pharus, phara, pharū est genus candelabri, seu lucernæ, cui nomen à Pharo Ægyptiaca lucem de nocte nauigantibus allucente. Statius.

Lumina noctiuaga tollit Pharus æmula Lunæ.

Anastasius in Sylvestro, *pharum ex auro purissimo. Pharum cantharum ex auro purissimo.* Item, *phara canthara vbi ardet oleum: coronam auream quæ est pharus cantharus cum Delphinis centū viginti, pensantē lib. triginta. Coronā pharū ante altare argenteam pensantē lib. triginta. Coronas argēteas pharales.* Adrianus fecit pharum maiorem in typum crucis, qui pendet ante presbyterium, habentem candelas mille trecentas septuaginta. Igitur in pharis & oleum, & candelæ ardebant. Leo IV. Pharum miræ magnitudinis ad splendorem & gloriam Ecclesiæ reparauit. Phari pedibus sæ-

C pe insistebant. In Benedicto III. *Pharum cantharum argenteum sedentem in pedibus quatuor, in quo lucerna simul, & cerei ponebantur iuxta lectorium, miro opere fecit,* id est iuxta pulpitum vbi leguntur sacra Scripta. Item, *Pharus Lateranensis palatij, quæ extenditur à campo vltra imagines Apostolorum.* Item, *Pharum in modum retis cum canistris fecit super gabatas fundatas intertasiles quæ pendent in pharo æreo.* Item, *Pharum cum lucerna, & cerapto suo.* Ceraptum vocat in quo cera ardet.

CAP. VI.

De Pharis Cantharis, & Cerostatis.

D CANTHARI sæpe cum pharis iungebantur, vt oleum subministrarent lucernis. Interdum thus, aut oleum in iis recondebatur, sæpe in Ecclesiis suspendebantur ad ornatum. Cantharus erat propriè poculum Dionysio sacrum. Anastasius in Benedicto III. *Cantharam interrasilem ex argento mundissimo auroque fusam, in quam thus mittitur.* Item, *Cantharam exauratam vnam.* Guilielmus Bibliothecarius de Stephano VI. *In pergula Basilicæ B. Petri posuit Cantharam auream vnà cum pretiosis margaritis, ac gemmis, ac smalto cum perpendiculo ad pendendum.* Symmachus *ad B. Petrum viginti argentea canthara fecit, pensantia singula lib. quindecim. Cantharos & coronas quæ ante sacrum altare, & confessionem B. Petri Apostoli ex antiquo pendebant.* Item, *obtulit cantharos de aurichalco.* Erant & canthari aquā eructantes lauandis manibus, de quibus infra dicemus. Idem in Sylvestro, *pharacanthara in laua Basilicæ argentea viginti quinque, pensantia singula lib. viginti. Cātara cerostrata in gremio basilicæ argentea quinquaginta, pen-*

E *santia singula lib. viginti.* Canthara cerostrata, seu cerostata erant candelabra cereis sustinēdis, aut lucernis accēdendis, quia in cātharis oleum erat, in pharis lampas & lucerna. Anastasius, *Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardet oleum nardinum Pisticum, vbi candela ardet ex oleo pistico in gremio Ecclesiæ.* Vnguentum pisticum vocat fideliter factum. Ita Eusebius lib. 9. Demonstrat. κρᾶμα πιστὸν τῆς καινῆς διαθήκης, *poculum fidele noui Testamenti.* Emanuel Imperat. epist. ad Fridericum, βάλσαμον πιστόν. *Candela ex auro vbi ardet Balsamum, myxum ex stuppa amianthi.* Itē, *pharæ canthareæ, areæ, & cerostratæ in gremio Basilicæ viginti, singula lib. quadraginta.* Item, *tulit cantharas cerostatas æreas.* Item de Leone III. *Canthara habentia in medio cereos ex argento deauratos.* Item, *pharos cantharos in Musilæo B. Petronillæ.* Musilæum interpretor Mausolæum. Itē in Sylvestro, *posuit pharū ex auro purissimo, quod pēdet sub fastigio cum Delphinis quinquaginta, quæ pensant cum catena sua lib. viginti.* Cerostata verò, Cerostaræ, & Cerostrata dicta sunt fulcra, cereis sustinendis. Anastasius, *supra Cerostata pharum vnam.* Item in Vigilio Papa, *Belisarius obtulit*

tulit B. Petro Cerostatas argenteas deauratas maiores duas, quæ stant vsque hodie ante corpus B. Petri Apostoli. Item, *Cerostatas maiores versatiles anaglyphas ex argento.* In Leone IV. *Cerostata de argento maiora pensantia lib. quadraginta octo, in quibus sedent lucernæ bimyxæ de argento purissimo pensantes li. quadraginta nouē.* Audis in Cerostatis sedisse lucernas. Græcis κηροφόρον, κηροστάτην, pisticum vnguentū. Galen. li. de Salub. scribit olim ex sola Laodicea petitū; posteà pluribus aliis locis fieri cœpit. A

CAP. VII.

De Candelabris, & Corona farali.

ANASTASIVS in Syluestro, Constantinus *obtulit Candelabra aurichalca septem ante altaria quæ sunt in pedibus decem, cum ornatu suo ex argento interclusa sigillis Prophetarum, pensantia singula li. triginta.* Sigilla vocat parua signa, seu simulacra Prophetarum cælata. Benedictus III. *obtulit Candelabra septem cum cornibus ex argento purissimo aureo nitentia colore.* In Basilica SS. Marcellini, & Petri *posuit Candelabra argentea auro clusa quatuor in pedibus duodenis pensantia singula lib. ducentas: coronam ex auro purissimo, quæ est pharus cantharus cum Delphinis centum viginti, pensantem lib. triginta.* B

CAP. VIII.

De Polycandelis.

ANASTASIVS in Leone III. *Obtulit Polycandelum porphyreticum pendentem in pergula ante confessionem in catenulis aureis.* Cedrenus διοπτόν ἔμπροσθεν τῆ μεγάλη ἐκκλησία, καὶ πολυκάνδηλα, *peculum cum disco coniunctum obtulit maiori Ecclesiæ, & Polycandela,* seu *candelabra.* Suidas κανδῆλα dicta esse ait παρὰ τὸ καίειν δῆλα, quòd clarè luceant. Melius Latini, quod candeant. S. Epiphanius in Meletianos, κλάσας κανδῆλαν, *fregisse candelam.* πολυκάνδηλα sunt candelabra in quibus plures candelæ. C

CAP. IX.

De Cereo, & igne Paschali.

ZACHARIAS Papa epistol. 12. *De igne Paschali quod inquisisti, quinta feria Paschæ dū sacrum chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis ex diuersis candelis Ecclesiæ oleo collecto in secretiori Ecclesiæ loco ad figuram interioris Tabernaculi insistente, indeficienter cum multa diligentia inspecta ardebunt, ita vt oleum ipsum sufficere possit vsque ad tertium diem, de quibus candelis Sabato sancto pro fontis sancti Baptismate sumptus ignis per Sacerdotem renonabitur.* Apud Eusebium lib. 4. de vita Constantini, τὴν δὲ ἱερὰν παννυχίδα μετέβαλεν εἰς ἡμερινὰ φῶτα κηροῦ κίονας ὑψηλοτάτους καθ' ὅλης ἐξάπτεσθαι τῆς πόλεως τοῖς ἐπὶ τούτων τεταγμένοις· λαμπάδες δ' ἦσαν πυρὸς πάντα φωτίζουσαι τόπον, *Sacrum peruigilium Paschatus nocturnum mutauit in diurnam lucem, cum ij quibus id muneris datum erat, columnas ceræ sublimes per omnem vrbem accenderent.* Idem lib. 6. Histor. Ecc. cap. 9. κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ πάσχα διανυκτέρευσιν τοὔλαιόν φασι τοῖς διακόνοις ἐπιλιπεῖν· ἐφ' ᾧ τὸ πᾶν πλῆθος δεινῆς, ἀθυμίας διαλαβούσης τὸν Νάρκισσον τοῖς τὰ φῶτα παρασκευάζουσι ἐπιτάξαι ὕδωρ ἀνιμησαμένους ἐκ τοῦ πλησίον φρέατος ὡς αὐτὸν κομίσαι, τοῦτο δ' ἅμα λεχθέντα γενέσθαι ἐπεύξάμενον τῷ ὕδατι ἐγχέαι κατὰ τῶν λύχνων παρακελεύσασθαι: *Magno Paschalis noctis peruigilio oleum aiunt Diaconis defecisse, quod cum graue omni populo esset, iussit Narcissus iis qui lumina præparabant, vt aquam haustam è vicino puteo ad se afferrent, quod dicto citius factum est, ipse benedixit aquam, & super eam preces fudit, iussitq; vt in lucernas funderent, quæ pro oleo arsit.* D E

CAP. X.

De Thecis Cerei.

APVD Anastasium Hormisda Papa obtulit Thecas Cyrei aureas duas pensantes singulas libras sex. Quid sit illud Cyreum ignoro. Putem legendum Cerei, vt sit cereus Paschalis.

A chalis, quanquam videtur nouum, cereum aliquem theca aurea includi.

CAP. XI.

De Veterum Lucernis.

VT illis quæ dicta sunt de Lucernis, & pharis Ecclesiæ lux maior accedat; de Lucernis veterum pauca subiiciam. Plutarc. Sympos. 7. scribit, Athenis χρυσοῦν λύχνον, *auream Lucernam* in æde Mineruæ fuisse. Plinius lib. 34. cap. 3. auctor est, Lychnuchos pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium luceures poni solitos. Apud Suetonium lib. 1. cap. 38. Iulius Cæsar triumphans in Capitolium quatuor elephantis lych-
B nuchos gerentibus inuectus est. In conuiuiis adhibitæ sunt Lucernæ polymixi. Martialis lib. 14.

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna Lucerna vocor.

Exodi 25. Lucerna ἑπτάμυξος commemoratur. Petronius, *Lucerna*, inquit, *bilychnis de camera pendebat.* Pensiles illæ Lucernæ fuere frequentes. Statius lib. 1. Thebaid.

——— *vincere noctem,*
Aggressi tendunt auratis vincula lychnis.

Paulin. Natali 9.

——— *Tectoque supernè,*
Pendentes lychni spiris retinentur ahenis,
C *Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant*
Funibus, vndantes flammas leuis aura fatigat.

Athenæus sub finem lib. 15. λυχνεῖον, & λυχνία vocat, λοφνίαν, *facem è cortice*, φανὸν, λυχνοῦχον, λύχνον, δίμυξον, ἑλάνην, id est, *facem ab* ἕλη, id est, *calor*, δελήτρα, *faces accensas*, κεράτινα φωσφόρα λύχνα σέλας, *lychni è cornu lucem ferentis splendorem.* Dionysij Iunioris mirabile candelabrum fuit, qui in Tarentinorum curia candelabrum posuit, in quo tot arderent lucernæ, quot anni dies sunt, Ταραντίνοις εἰς τὸ πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν. *In prytaniis quæ Vestæ sacra, lychni perpetuò ardebant.* Ideò Prytanium, dici volunt, quasi πυρὸς ταμεῖον, *ignis thesaurus*, ξυλολυχνοῦχος Alexidi, Ciceroni est lychnuchus ligneolus, obeliscolychnus, cùm lignum in veruculo pro lampade ardet; velut lapis, *signum Liberi patris Panthei cum suis parergis, & Cupidines duo cum suis lychnuchis.*
D Vbi *Parerga* volunt, quę Anastasius *Palergia*, quædam additamenta. Virgil. de Circe Xylolychnuchum commemorat:

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

λαμπτῆρας vocat Homerus *ardentia ligna*, Odyss. lib. 19.

Αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισι,
ὄφρα φαείνοιεν.
Statim tria ligna posuerunt in ædibus vt lucerent.

Vbi Eustathius, λαμπτῆρας λέγει ἃς νῦν οἱ ἄγροικοι λυχνίας, ἐφ' ὧν δᾷδες καιόμεναι καλὰ δόρπον ἀνάπτονται, ἢ ξύλα ξηρὰ διὰ τὸ ἄκαπνον, *Lampteras vocat quas nunc villatici lychnias, in quibus tædæ inter cænandū accenduntur, aut ligna sicca quia fumum non edunt.* Athenæus lib. 15. παλαιὸν δ' εὕρημα λύχνος, φλογὶ δ' οἱ παλαιοὶ τῇ τε δᾳδὸς, καὶ τῶν ἄλλων ξύλων ἐχρῶντο, *Lychnus inuentum est nuperum. Veteres enim*
E *igne tædæ, & aliorum lignorum vtebantur.* Homerus lucernas δεπὰς vocat, καιόμεναι δ' δέπαι, *lucernæ accensæ.* Aristophanes λυχνοκαυτίαν, λυχναφίαν, φωσφόρους, dixit. Virgilius *Funalia* lib. 1. Æneid.

——— *Dependent lychni laquearibus aureis*
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Herodianus lib. 4. δᾳδουχίας. Aristophanes in Vespis, ἐν ἀγοραῖς τοῖς θεοῖς δαὶς καίεται ἐστεμμένη. *In foro Dijs vritur lucerna ornata*, κοσμουμένη, vt vetus Scholiastes. Prudentius in hymnis;

Viuax flamma viget seu caua testula,
Succum linteolo suggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.

Paulinus Natali 7. vitream Lucernam graphicè describit.

Cominus in medio tecti cameram inter, humumque
Nutabat ſolitus lignum ſuſpendere funus,
Innectens triiugum ſupremo ſtamine ferrum,
Quo vitreæ inſeritur penetrabilis anſa lucernæ,
Auritúſque calyx tribus vndique figitur vncis.
Funditus albet aqua, ſuper vndam flauet oliua,
Stat liquor in liquidis, ſubiecto lubricus humor
Fonte natat, neque iuncta coït miſtura fluoris:
Mergitur in medio plumbum tripes, & cauus illo
Extat apex vncti ſtipatus fomite lini,
Stuppa madens liquidum tenui face concipit ignem.

Idem Nat. 6.

Aſt alij pictis accendant lumina ceris,
Multiforéſque cauis lychnos laquearibus aptent,
Vt vincant tremulas funalia pendula flammas.

Nat. 3.

Clara coronantur denſis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora papyris,
Nocte diéque micant.

Prudentius.

Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ ſuffixa micant per laquearia.

Ariſtophanes in Veſpis, λύχνυς θρυαλλίδας vocat, quia ellychnia fiebant ex iunco. Vide Themiſtium ſerm. 13. De Lychnopœa Ægyptiorum, quod feſtum fuit in quo λύχνα ἀνάπτουσι ὕπαιθροι, *lucernas ſubdio accendunt.* Sozomenus lib. 1. Hiſtor. initio, Theodoſius, inquit, *Iunior* λύχνον ἐκ μηχανῆς τινὸς αὐτομάτω τῇ θρυαλλίδι ἐπιχέοντα τὸ ἔλαιον, *lychnum fecit machimento quodam per ſe oleum in ellychnia infundentem.* Lucernas autem argumento lætitiæ, & honoris fuiſſe oſtendit Iuuenalis. ———————— *At cum,*

Herodis venere dies, vnctáque feneſtra,
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Heliodorus Hiſtor. Æth. lib. 7. καὶ ὑπὸ λαμπάσιν ἡμμέναις ἐπὶ τὸν νεὼν Ἴσιδος κατήγετο ὁ πρεσβύτης ὑπὸ κρότῳ, *& lucernis accenſis ſenex cum plauſu deducebatur in templum Iſidis.* Herodian. lib. 8. δᾳδουχίαις τε καὶ ἀνθῶν βολαῖς ἐτίμων τὸν Ἀντωνῖνον, *facibus accenſis & florum aſpergine Antoninum honorabant.*

CAP. XII.

De Baptiſterij Conſtantini candela, & myxo.

APVD Anaſtaſium Conſtantinus Auguſt. ipſum ſanctum fontem vbi baptizatus eſt, fecit *metallo porphyretico ex omni parte coopertum foris, & deſuper, & quantum aqua continet ex argento puriſſimo in pedibus quinque, qui penſant argenti libras tria millia & octo. In medio fontis columnas porphyreticas, quæ portant fialam auream, vbi candela eſt penſans ex auro puriſſimo lib. quinquaginta duas, vbi ardet in diebus Paſchæ balſamum lib. ducentarũ. Myxum verò ex ſtuppa amianthi. In labium fontis baptiſterij agnum ex auro puriſſimo fundentem aquam, qui penſat lib. triginta. Ad dexteram agni Saluatorem ex argento puriſſimo in pedibus quinque, penſans libras centum ſeptuaginta. In læua agni B. Ioannem Baptiſtam in pedibus quinque, tenentem titulum ſcriptum, qui hoc habet, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, penſantem libras centum. Ceruos ex argento ſeptem fundentes aquas, qui penſant lib. octoginta. Thymiamaterium aureum cũ gemmis praſinis, & hyacinthinis penſans lib. denas.* Metallum porphyreticum dixit, vt alibi, metallum corallũ. Candela eſt lucerna aurea, quia lumine candet. Ea non videtur fuiſſe penſilis, cùm aliæ ſæpe ex catenulis ſuſpẽderentur. Codinus lib de Conſtantinopoli. κρεμάσας τὰς χαλκᾶς ἁλύσεις, καὶ τὰς λυχνίας, *ſuſpendens æreas catenas, & lucernas.* Myxũ eſt ellychnium. Apud Anaſtaſiũ *lucernam ex auro puriſſimo myxorum duodecim Itẽ, lucernã bimyxon obtulit B. Petro de argẽto puriſſimo penſantẽ lib. quadraginta quinque.* Aratus

Ἢ λυχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν,
Aut fungi lucernæ concreſcunt circa ellychnium

CAP.

A

CAP. XIII.

De Cantharis, Nymphæo, & Balneis.

CANTHARVS propriè poculi genus quod Baccho sacrum est. Virgil. Ecl. 6. de Sileno.

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Vlpianus ait l. 41. Dig. de lega. 1. Cantharos esse ludicras quasdam effigies & figuras variè ad arbitrium efficitas, per quas ex rostris aquæ saliunt. Ausonius epistola Idil. 17. *Harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum, Elephantus bellua, aut aper bestia, aut* B *anser volans, & mirmilo in armis subsidens, venator & latrans canis: quin & turris & cantharus, & alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quæ alij alio scientius variegant.* Vlpianus l. fundi. D. de act. empti. Cantharos personas appellat ex quarum rostris aqua salire solet. In actis quatuor Martyrum coronat. *Tunc Sempronianus, Claudius, Castorius & Nicostratus cœperunt in nomine Christi cauare conchas, & pegas, & lectos cum sigillis & cantharis cum magna tenuitate artis.* Olim in Ecclesia præter aquā Benedictam erant pro foribus salientes aquæ lauandis eorū manibus qui in Ecclesiam intrarent. Paulin. ep. 31. *In vestibulo cantharum ministra manibus & oribus fluenta ructantem fastigiatus solido ære tholus ornat, & inumbrat non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens.* Idem epist. ad Seuerum,

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantúmque manus lauat amne ministro.

C Idem Natal. 10.

Interior variis ornatibus area ridet
Læta super tectis, & aperta luce serenis
Frontibus, atque infra niueis redimita columnis:
Cuius in exposito prælucens cantharus extat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera dispositis stant vasa sub aëre nudo
Fonticulis, grato variè quibus ordine fixis
Dissidet artis opus, concordat vena metalli,
Vnáque diuerso fluit ore capacius vnda.

Etenim ante aditus templorum erant plures conchæ, & labra concipiendis aquis. Idem D Natali 9.

Denique cisternas adstruximus vndique tectis
Capturi fundente Deo de nubibus amnes,
Vnde fluant pariter plenis caua marmora labris
Ordine disposito variat distincta figuras,
Concharumque modis, & pictis florida metis.

Anastasius Bibliothecarius in Anastasio II. Papa, item *sub gradus in atrio alium Cantharū foris in vulgò campi posuit, & ad vsum necessitatis humanæ fecit.* Idē in Symmacho Papa, *& Cantharū B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornauit, & ex musiuo agnos & cruces & palmas fecit.* In Hilario Papa Nymphæum pro Cantharo & cōcha aquæ posuit, au pro balneo. *Nymphæum & triporticum ante oratorium S. Crucis, vbi sunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecatonpenta* (lego hecatonpen- E dæ) *lacus & conchas trientas* (lego striatas, id est, canaliculatas) *cum columnis porphyreticis radiatis foratis, aquam fundentes & in medio lacum porphyreticum cum concha assieta* (lego affita) *in medio aquam fundentem, circumdatam à dextris & sinistris. In medio cancellis æreis & columnis cum fastigiis & epistyliis, vndique ornatam ex musiuo & columnis Aquitanicis, & tripolicis, & porphyreticis.* Item *balneum in eodem loco fecit, id est, cantharum.* Item *& ante fores Basilicæ gradus fecit in atrio, & cantharum, & post apsidam aquam introduxit, vbi & balneum à fundamentis fecit.* Symmachus Papa *ad Archangelum Michaëlem Basilicam ampliauit, & gradus fecit, & introduxit aquam.* De Nymphæo l. si quis per. C. de aquæ ductibus lib. 11. *Si quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ &c. amplissima præfecti Prætorij sede dispositura quid in publicis thermis, quid in Nymphæis pro abundantia ciuium conueniat deputari.* Strabo lib. 7. prodit in Apolloniatum finibus Nymphæum locum esse, vbi saxum est ignem vomens, cui fontes subditi aquis calidis, & bitumine scaturientes, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐστι πῦρ ἀνα-

ἀνδοῦζα, ἐπὶ αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαρῷ ἀσφάλτῳ κομφόλης ὡς οἰκὸς τῆς βώλου τῆς ἀσφάλτου. *In regione Appolloniatum quidam locus dicitur Nymphæum, vbi petra est ignem edens, sub qua fontes fluunt, tepidi bituminis cum gleba bituminis ardeat.* Pindar. Ode 12. Olymp. θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ vocat *lauacra Nympharum calida.* Vbi Scholiastes, τὰ ἐν Σικελίᾳ θερμὰ λουτρὰ λέγεται Ἀθηνᾶν ἀναδοῦναι εἰς ἀπόλαυσιν Ἡρακλεῖ, ἡνίκα ἐκεῖ ἐφάνη· τινὲς δὲ νύμφας καθὼς καὶ Πίνδαρος: *Aiunt Mineruam Herculi in Sicilia vt se recrearet aquas calidas edidisse: Pindarus Nymphas, non Mineruam.* Apud Victorem Seuerus Alexander Nymphæum dedit: apud Ammianum lib. 15. Marcus. Apud Capitolinum Gordianus, vbi aqua frigida & calida gratiæ tantum & amœnitatis caussa, non vt balnei vsum præstaret. Clearchus Valentiniano & Valente Imperatoribus Constantinopoli exstruxit Nymphæum. Cedrenus in Valente, ὁ τότε τῆς πόλεως ἔπαρχος νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως ἄξιον εὐωχήσας ἅπαντα τὸν λαόν, *Præfectus vrbis qui tunc erat, Nymphæum exstruens in Tauro magnitudine vrbis dignum, visceratìonem dedit populo.* De Nymphæo oraculum Chalcedone repertum.

> ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν κατὰ ἄστυ χορείην
> τερπόμεναι στείψονται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς.
> *Cum sertis redimita sacra per compita ducent*
> *Vrbis lætitia Nymphæ exhortante choreas.*

Idem in Leone I. August. ait Nymphæum id Constantinopoli deflagrasse, καὶ τὸ νυμφαῖον ἐν ᾧ αἱ γάμοι ἐγένοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους, *Nymphæum vbi nuptiæ eorum celebrabantur, qui domos non habebant, conflagrauit.* Opera Gordiani nulla Romæ extant, ait Capitolinus, præter Nymphæa quædam, & balneas. Certè apud Anastasium Nymphæa sunt aquæ salientes ante vestibula templorum concha septi, vt ineuntes Ecclesiam manus lauent.

CAP. XIV.

De Thymiamaterio, & Thuribulo.

THYMIAMATERIVM, & θυμιατήριον significat acerram, thuribulum adolendo thuri, & vaporandis odoribus, ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, quod est *suffire, vaporare.* Euagrius lib. 6. cap. 2. Chosroes misit σταυρὸν, καὶ θυμιατήριον τὰ πάντα χρυσᾶ, *misit Crucem, & thuribulum, vtrumque aureum.* Constantinus Magnus obtulit θυμιατήρια *duo ex auro purissimo pensantia libras trigenas.* Sergius Papa *Thymiamaterion maius fecit cum columnis, & operculo, quod suspendit ante imagines tres beati Petri, in quo incensum, & odor suauitatis festis diebus dum Missarum solennia celebrantur, mittitur.* Item, thuribulum ex auro purissimo ex diuersis gemmis ornatum, ait Anastasius, qui alibi *suffitorium* appellat. Non tantùm Sacerdotes in Græcia, verùm & viri principes suffitum ad altaria dabant. Euagrius lib. 5. cap. 21. Mauricio ἐπιθυμιῶντι τῶν ἀνακτόρων τοῦ ἱεροῦ οἴκου τῆς ἁγίας θεοτόκου τὸ ἀνὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν παραπέτασμα περιφλεχθὲν γέγονεν, *Mauricio suffitum dante in sacrario templi B. Dei matris, velum sacræ mensæ arsit, quod in omen Imperij acceptum.*

CAP. XV.

De Concha.

CONCHA dicitur vas concauum, ac superiùs patulum instar conchæ. Horatius, *Concha salis puri.* Cato cap. 13. de re rustica: *In cellam oleariam hæc opus sunt, conchas maiores duas, & minores duas, &c.* Iuuenalis posuit pro conchato poculo, vel ipsa concha in vsum poculi translata, Satyr. 6.

> ———— *Cùm bibitur concha.*

Natali 9. Paulinus ad cisternas, & puteos conchas, & labra fuisse ostendit:

> *Vnde fluent pariter plenis caua marmora labris,*
> *Concharumque modis, & pictis florida metis.*

Natal. 10.

> ———— *Parias post vilia conchas*
> *Brassica fert, & splendet aquis, quæ sorde nitebat.*

Loquitur de horto, in quo atrium templi factum. Plinius lib. 33. cap. 8. ferream concham

pro

A pro vase cauo posuit. Sixtus Papa *fecit concham aurochalcam pensantem libras vicenas, fuit ornamentum, quod suspendebatur ante confessiones Martyrum, aut altaria.* Latini putarunt aurichalcum ex auro & ære componi, addita Cadmæa terra, sicut electrum ex auro & argento. Æs Corinthium fuit verum aurichalcum, quia ex auro & ære conflatum. Orichalcum illud montanum Aristoteles in rerum natura esse negat: Optimè. Anastasius de Hilario, *Fecit lacum porphyreticum cum concha assita in medio aquam fundentem.* Item, *Concham, ac spongiam pro nocturnis diligentiis ex argento constituit.* Item, *In concha argentea beatum Cæciliæ caput condidit.* Paulinus ep. 12. *Totum verò extra concham: Basilicæ spatium alto, & lacunato culmine dilatatur.*

CAP. XVI.

B

De Fastigio batutili.

APVD Anastasium in Syluestro Constantinus Magnus *fecit argenteum Fastigium batutile, quod habet in fronte Saluatorem sedentem in sella in pedibus quinque, pensantem libras centenas viginti, Duodecim Apostolos in quinis pedibus, qui pensauerunt singuli libras nonagenas cum coronis argenti purissimi.* Item, *A tergo respiciens in apsida Saluatorē sedentem in throno in pedibus quinis ex argento purissimo, qui pensauit libras centumquadragenas Angelos quatuor ex argento, qui sunt in pedibus quinis, costas cum crucibus tenentes, qui pensauerunt singuli libras centum quinque, cum gemmis alabandinis in oculis. Fastigium ipsum, vbi stant Angeli, vel Apostoli, pensat libras duo millia viginti quinque ex argento dolatico.* Fastigium illud est forma tecti Deorum templis peculiaris, quod Græci ἀέτωμα, & ἀετὸν vocant, quia sit instar aquilæ expandentis alas. Suidas, ἀετώματα τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα, πτέρυγας καὶ ἀετοὺς καλοῦσι, *Tecta templorum aetomata vocant, quasi alas.* Florus lib. 4. cap. 2. *Cæsari*, inquit, *circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo.* Suetonius in Iulio, cap. 81. *Calpurnia vxor imaginata est collabi fastigium domus.* Aristophanes in Auibus:

C

Ἐν ἱεροῖς οἰκήσετ᾽ τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας
Ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν.

In templis habitabitis, vestras enim domos coronabimus ad fastigium. Cicero lib. 3. de Oratore ostendit cur fastigia in templis fiant, his verbis: *Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium necessitas ipsa fabricata est: nam cùm esset habita ratio, quemadmodum ex vtraque parte tecti aqua dilaberetur, vtilitatem templi fastigij dignitas consequuta est, vt etiamsi Capitolium in cælum extolleretur, vbi imber esse non potest, nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur.* Anastasius in Syluestro, *Constantinus*, inquit, *posuit pharum ex auro purissimo, quod pendet sub fastigio cum delphinis quinquaginta, quæ pensant cum catenula sua libras vicenas quinque.* Idē in Sixto, *Valentinianus III fecit fastigium argenteum in basilica Constantiniana. quod pensabat libras 1610.* Fastigiū Constantini erat argenteum batutile, id est, ductum in laminas. *Batuere* est rudibus decernere, vnde in ludo gladiatorum *Batualia*, locus vbi rudibus pugnabant. *Batuendi* verbo vsus Suetonius in Caligula, cap. 32. *Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem.* cap. 54. *Batuebat pugnatoriis armis.* Batuitores apud Adamantium Grammaticum. Anastasius, *Altaria ex argento batutili, & fastigium ex argento dolatico*, id est, expolito, edolato. Alabandinæ gemmæ ab Alabanda vrbe Cariæ non procul à Mæandro. Plinius lib. 37. cap. 2. *Alabandinas crystallos. Alabandicos carbunculos*, cap. 7. lib. 37.

D

E

CAP. XVII.

De Coronis aureis.

CORONÆ aureæ gemmis insignes inter donaria fuerunt. Apud Zonatam Mauricius στέμμα λίθοις ἀτιμήτοις, καὶ μαργάροις ἀσυγκρίτοις κατεστεμμένον ἀνέθετο τῷ Θεῷ τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγων, *Coronam gemmis inæstimabilis pretij, & margaritis incomparabilibus ornatam Deo in Ecclesia dicauit.* Apud Anastasium, *Constantinus obtulit coronas quotuor cum delphinis viginti ex auro purissimo pensantes singulas libras quindecim.* Leo III. *fecit coronas habētes vnà clamateios argenteos*, (lege climacteras, id est, gradus) *subter pendētes septem & triginta.* Idem *fecit coronas ex auro purissimo, inclytus Christi & Sanctorum vultibus refulgentes, iuxta altare B. Petri læua dextraq́; pendentes, cum catenulis aureis, byllis, gemmisq́; prasinis decoratas.* Constantinus Magnus *obtulit coronam auream ante corpus*

 B. Petri

B. Petri, vbi eſt pharus cantharus cum delphinis quinquaginta, qui penſant libras triginta quinque Idem *in Baſilica S. Pauli Crucem auream poſuit penſantem libras quinquagenas.* Idem *Coronam ex auro puriſſimo, quæ eſt pharus, cum delphinis centumviginti quinque, penſantem libras tricenas.* Sixtus III. *obtulit coronam faram ante altare argenteam penſantem libras tricenas. Coronas argenteas farales triginta quatuor penſantes libras denas.*

CAP. XVIII.

De Altari, & Ciborio.

APVD Anaſtaſium Conſtantinus *obtulit in palatio Seſſoriano Altare aureum, quod penſat libras ducentas & quinquaginta.* Altaria autem Ciboriis ornari ſolita erant. Anaſtaſius Papa *Ciborium argenteum fecit, & ſuper columnas Ciborij ex argento puriſſimo fecit cophinos numero quatuor, penſantes libras quadraginta duas. Super ciboriũ fecit oleas, quæ pendent in circuitu altaris, habentes tabulas quatuor exaratas, & gammadia quatuor.* Eſt autẽ Ciborium Græcis peregrinum poculum, quod in Ægypto primùm cœptum fieri ex Ægyptiacæ fabæ cortice, tum ex alia materia, figura eadem, vt ait Athenæus lib. 11. Δίδυμος δὲ φησὶ ποτηρίου εἶδος εἶναι, καὶ τάχα ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκύφια, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι ὡς τὰ αἰγύπτια κιβώρια: *Didymus ait hoc eſſe poculi genus, & fortaſſe ea ſunt, quæ ſcyphia vocantur, quòd in anguſtum pars infima contracta eſt, vt ciboria Aegyptia.* Horatius Ode 7. lib. 2.

Obliuioſo leuia Maſſico Ciboria exple.

Heſychius, κιβώριον Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Græci κιβώριον κιβωτὸν φωτισμοῦ θεοῦ, *arcam illuſtrationis Dei*, quia in eo corpus Chriſti aſſeruabatur. Zonaras ſub Iuſtiniano, τῆς δὲ μεγάλης ἐκκλησίας καθιερωθείσης συνέβη, πεσεῖν ἐκ σεισμοῦ τὴν πρὸς ἀνατολὴν μεγάλην σφαῖραν τοῦ ναοῦ, ἣ πεσοῦσα κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸν ἄμβωνα: *Cùm maior Eccleſia conſecrata eſſet, magnum trullum, ſeu ſphæram templi ad ortum contigit ruere terræmotu, quo caſu ciborium ſacra menſæ, & ipſa ſacra menſa, & vmbo, ſeu ſuggeſtus confractus eſt.* Anaſtaſius de Leone III. *Ciborium ex argento puriſſimo penſans libras ſexcentas vndenas.* Idẽ de Nicolao I. *In Ciborio Conſtantinianæ Baſilicæ optimo de ſiphori, & de fundato quatuor pannos obtulit*, id eſt, vela ſerica auro intertexta. Idem de Anaſtaſio II. *fecit ciborium ex argento, & confeſſionem penſantem libras centum. Super altare ciborium fecit penſans libras centum viginti.* Greg. I. ſub Mauricio *fecit B. Petro Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puro. Ciborium poſuit ſuper ſepulcrum beatæ Agnetis.* Item, *Fecit ciborium deauratum miræ magnitudinis, fecit & Ciborium ſuper altare penſans libras ducẽtas octoginta ſeptem.* Item, *Ciborium quod antè ligneum fuerat, ex marmore fecit.* Gregorius II. *fecit Ciborium ex argento penſans libras 270. & caniſtra decem penſantia ſingula libras denas.* Leo IV. *Ciborium miræ pulchritudinis obtulit ex argento puriſſimo, aureo ſuperinductum colore, cum gemmis praſinis, & hyacinthinis, penſans libras trecentas tredecim & ſemis.* Idem, *Altaris ſancti Petri frontem præcipuam tabulis auro optimo dedicauit, & gemmis optimis totam circumdedit.*

CAP. XIX.

De Metreta, Hydriis, & Pelui.

CONSTANTINVS *obtulit Metretam ex auro penſantem libras centenas quinquaginta, portantem medimnos tres.* Apud Anaſtaſium in Sylueſtro Conſtantinus *obtulit Metretas tres ex argento puriſſimo, quæ penſant ſingula libras trecentas, portantes ſingula medimnos denos.* Metreta congiorum eſt denorum, capit amphoram & quadrantem, id eſt, ſextarios ſexaginta. Medimnus capit modios ſex. Metretæ mentio fit apud S. Ioannem, cap. 2. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς: *Erant ibi hydriæ lapideæ ſex poſitæ ſecundùm purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas duas, aut tres.* Exiſtimo Metretam illam à Conſtantino poſitam, vt in ea luſtralis & benedicta aqua poneretur: non enim video in quem alium vſum dicaretur. *Peluim ex argento ad Baptiſmum, penſantem libras vicenas.* Leo I. Papa *poſt cladem Vandalicam, renouauit omnia myſteria ſacra argentea per omnes titulos conflata, hydrias ſex, quæ penſauerunt ſingulæ libras centum.*

A

CAP. XX.

De Metallo, Corallo, Calice, Scypho, & Ministerio.

APVD Anastasium Constantinus *obtulit Altaria septem ex argento batutili, pensantia singula libras ducentas: Patenas aureas septem, quæ pensant singulæ libras triginta. Scyphos aureos septem, qui pensant singuli libras denas. Scyphum singularem ex metallo corallo, ornatum vndique de gemmis prasinis & hyacinthinis, auro interclusum, qui pensat libras viginti.* Metallum dicitur quæuis materia, quæ effoditur ex terræ visceribus, vt *Metallum miniarium*, apud Plinium lib. 33. cap. 7. Ita & *Metallum corallum*, quod effoditur e solo, quod mari subijcitur. *Scyphos argenteos viginti, pensantes singulos libras quindecim.* Constantinus *obtulit Calices aureos tres cum gemmis prasinis, & hyacinthinis.* Hormisda *fecit scyphos Nationales sex, cum Calicibus, pensantes singulos libras sex.* Interdum calices alij sunt à scyphis. Ioannes I. *obtulit Calicem aureum cum gemmis, pensantem libras quinque. Calices minores ex auro purissimo quadraginta, pensantes singulos libras singulas. Calices minores ministeriales quinquaginta, pensantes singulos libras binas.* Scyphi, & Calices alij sunt ad ornatum, alij ad ministerium. Prudentius.

B

> *Argenteis Scyphis ferunt*
> *Fumare sacrum sanguinem.*

Alibi dixit *Calicem octogoni fundatum cum foliis.* Calicem fundatum vocat auro sculptum octo angulis insignem. Ita & patenam octogoni exauratam vocauit. Idem in Nicolao, Michael Imperator *Calicem de auro misit lapidibus circumdatum, & in circuitu pendentes hyacinthos in filo aureo, & repidis duobus in typo pauonum cum scutis & diuersis lapidibus pretiosis hyacinthis albis.* Item, *Calicem argenteum anaglyphum*, id est cælatum, sculptum asperum, ita vt imagines eminenant. Plinius lib. 33. cap. 11. *Anaglypta* vocat in asperitatem incisa à voce γλύφω, id est *sculpo.* Alij Calices fuêre *Ministeriales.* Anastasius, *linteis diuersis atque Ministeriis* Gregorius II. Ecclesiam ditauit. Apud Vopiscum, *Tacitus Imperator argentum mensale quod priuatus habuerat, Ministeriis conuiuiorum quæ in templis fierent, dedicauit.* Anastasius de Sixto III. *Fecit Ministerium ad Baptismum ex argento.* Lampridius in Alexandro, *Ducentarum librarum argenti pondus Ministerium eius nunquam transiuit.* Glossæ, *Abacus, Delphica, Ministerium* l. 3. D. Commodati. *Si de me petisses vt triclinium tibi sternerem, & argentum ad Ministerium præberem.* Sixtus III. *Fecit Ministerium ad Baptismum ex argento.*

C

D

CAP. XXI.

De Cruce, & Amphithyro.

CRVCES non tantùm à Christianis Principibus, verùm & ab Ethnicis interdum oblatæ sunt. Euagrius lib. 6. cap. 22. Chosroes Victo Varamo mittit ad Gregorium Antiochiæ Episcopum σταυρὸν χρυσῷ πολλῷ, καὶ λίθοις τιμίοις ἐξησκημένον, δίσκον ἕνα, καὶ ποτήριον ἐν χρυσίου εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων, καὶ σταυρὸν χρυσίου καὶ πηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσᾶ, καὶ ἀμφίθυρον οὐννικὸν κεκοσμημένον χρυσίῳ. *Crucem auro multo, & lapidibus pretiosis ornatam, patenam vnam & poculum vnum ad sacra mysteria celebranda, & crucem quæ figeretur in sacra mensa, & thuribulum, omnia aurea, & velum ante fores vnnicū ornatum auro.* Vir doctus vult Amphithyrum tabulam esse biforem, quales in altari collocantur. Male meo animo: nam tabula illa fuit vel argentea, vel lignea. Si argentea, dixisset Euagrius, ἀμφίθυρον ἀργυροῦν. Si lignea fuisset, Cedrina, aut è ligno aliquo pretioso, dixisset, ἀμφίθυρον κέδρινον. Malim igitur velum esse auro textum, quod obtendatur foribus. Id ipsum narrat Simocatta lib. 5. cap. 14. Apud Anastasium Sergius Papa sub annum 688. in sacrario Beati Petri Apostoli *Capsam argenteam in angulo iacentem reperit. Oratione facta sigillum expressum abstulit, loccllum aperuit, in quo interiùs plumacium ex holoserico superpositum, quod stauracis dicitur, inuenit; eoque ablato inferiùs Crucem diuersis ac pretiosis lapidibus perornatam inspexit, de quadratis quatuor petalis, in quibus gemmæ clausæ erant miræ magnitudinis, & ineffabilem portionem salutaris ligni inuenit.* Apud Anastasium Constantinus *fecit Crucem ex auro purissimo pensantem libras centum & quinquaginta.* Crux in processionibus ferebatur in virga argentea. Anastasius *Pontifex Romanus virgam renouauit & deargentauit, in qua Crux ex auro purissimo ex diuersis gemmis hyacin*

E

biacinthinis albis & ſmaragdis continetur. Crux aurea gemmata Pontifici præferebatur. Anaſtaſius de Leone I V. *Necnon & crucem ex auro puriſſimo gemmis ornatam, quam Carolus pia memoriæ Imperator Francorum & Romanorum in Baſilica Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua Conſtantiniana nuncupatur, temporibus domini Leonis ſanctæ recordationis I I I. Papæ obtulerat, quæ mos erat vt in Litaniis ante ſacratiſſimum Pontificem ipſa præcederet, & ſic permanſit vſque ad tempus ſanctæ recordationis domini Paſchalis Papæ.* Leo. I I I I. *fecit Crucem ex auro puriſſimo & miræ magnitudinis, margaritis & gemmis hyacinthinis & praſinis vtiliter ornauit, & ad vſum priſtinum ſanctæ Dei genitricis Romana Eccleſia mirificè decorauit. Fecit idem benigniſſimus Crucem auream nouiter, & ipſa Crux vt mos antiquitus eſt, ſubdiaconi manibus ferebatur ante equum prædeceſſorum Pontificum, quam Deo iuuante in auro ac gemmis melius renouauit.*

A

B

CAP. XXII.

De Cruce Diacopto & Anaglypha.

ANASTASIVS in Adriano, Crucem Diacopron commemorat, quæ vox *intercisam* ſignificat, à κόπτω, *ſcindo.* Ibidem, *Crucem anaglypham interſatilem ex auro fecit pendentem in pergula ante altare cum candelis duodecim.* Item *fecit Crucem interraſilem anaglypham.* Diacopton, & cœlatam Crúcem eandem eſſe arbitror.

CAP. XXIII.

C

De Aquimanili.

APVD Anaſtaſium *Pontifex obtulit Aquamaniles argenteas penſantes ſingulas lib. ſexdenas.* Gregorius I I I. *fecit Aquamanile argenteum.* Varro de vita Pop. Rom. lib. 2. *Vrceolum Aquæmanale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur.* Gloſſarium *Aquimanile* χερνιβον. In Pandect. Florentin. l. 3. de ſuppell. legata, *Aquimanile.* Varro à manando dictum vult, quod ex eo aquæ manent: melius à manibus lauandis. Vnde *Malluuium* Feſto χειρόνιπτρον, vt pelluis, & pelluuium ποδόνιπτρον. Anaſtaſius *Aquamanus antipemptos deauratos fecit.* Idem de Sixto I I I. *obtulit aquæmaniles argenteos tres, penſantes ſingulos libras octonas.*

D

CAP. XXIV.

De Regno.

APVD Anaſtaſium ſub Hormiſda *venit Regnum cum gemmis pretioſis à Rege Francorum Chlodoneo Chriſtiano, donum Beato Petro Apoſtolo.* Regnum triplex corona fuit. Anaſtaſius in Leone I I I. *Regnum ex auro pendens ſuper altare gemmis ornatum.* Item *Regnum ſpanocliſtum ex auro*, lego *epanocliſtum*, id eſt, ſurſum clauſum. Item *fecit ſuper crucem ex auro fuluo paroclistam ornatam gemmis, penſantem libras quadraginta duas*, lego, *epanocliſtam*, & coronam intelligo. Item *Regnum de auro puriſſimo epanocliſtum cum catenulis ſuis, habens in medio crucem auream.* Item, *Regnum ex auro puriſſimo cum gemmis praſinis & hyacinthinis, quod pendet ſuper altare.* De Sergio I I. *Item obtulit Regnum de argento cum tintinabulis, habens in medio crucem cum palumba.*

E

CAP. XXV.

De Gabathis, & Saxiſcis.

HORMISDA *obtulit Gabatha electrina penſantia libras binas.* Gabatha catinus eſt, ſeu capeduncula, trulla, patella. Heſychius, γάβαθον τρυβλιον. Apud Anaſtaſium *obtulit Gabathas ſaxiſcas penſantes lib. duas & ſemis.* Item *Gabathas de auro puriſſimo numero ſex, tres quidem filopares ſigno Chriſti, & duas etiam ſimilitudinis palmarum, & vnam interraſilem, quæ eſt ſaxiſca, penſantes ſimul libras quaternas.* Leo IIII. *obtulit in Baſilica B. Petri Buttonem de argento puriſſimo*

cum

A *cum Gabathis argenteis pendentibus in catenulis septem.* Guilielmus Bibliothecarius de Stephano VI. *Qui cùm videret in Ecclesia S. Dei genitricis Mariæ ad præsepe lampadas consuetudinariè deesse, Gabathas argenteas cum lampadibus obtulit, & continuatim vigiliis ardere præcepit.* Existimem in patella plana fuisse lampadas, in quibus arderet oleum. Leo III. *obtulit Gabathas interrasiles nouem, pensantes libras vndenas.* Item, *Gabathas aureas tres fundatas, pensantes libras quatuor & semis.* Item, *Gabathas argenteas habentes gryphos deauratos.* Item, *Gabathas sex fecit cum Cruce super Crucifixum, quæ pendent ante arcum maiorem dextra læuaq́.* Item, *Gabatham anaglypham,* id est, cælatam *Gabathas argenteas interrasiles fundatas.* Isidorus in glossis, *Paropsis Gabatha, vel catinus.* Gloss. Basilic. καύκης γάβαθα. Martialis lib. 7. epigr. 47.

Transcurrunt Gabathæ, volantq́ lances. Item,

Sic implet gabathas, paropsidesq́.

B Anastasius, *Pharum in modum retis cum canistris fecit super Gabathas fundatas interrasiles ex argento, quæ pendent in pharo æreo.* Item, *Gabathas fundatas cyenocristas.* Item, *Gabatham Apostolicam ex auro pensantem libras quinas.* Fuerunt Gabathæ cum pedibus. Item in Gregorio IV. *Gabathas interrasiles cum pedibus suis.* Nonnulli volunt Gabathas dici, quasi cauatas: ineptè. Verbum est exoticum, & peregrinum. Efformabantur interdum in modum animantium. Anastasius, *Gabatha saxisca in modum leonis.* Item, *Gabathas aureas interrasiles filopares, quæ pendent in catenulis tribus, & vncino vno.* Gabathæ quædam erant fusiles. Anastasius, *Gabathas ex argento fusiles maiores minoresq́, septem, pensantes pariter libras sexdenas.* Cur vocet *saxiscas* ignoro, nisi si fortè, quia imitantur conchulas illas, & patinas, quæ in rupibus, & antris reperiuntur: nam aureas Gabathas vocat saxiscas. In Leone IV. *dixit dextram saxiscam vnam.* Item, *Gabatham saxiscam ex argento purissimo pensantem libras tres.* Theodorus Papa *obtulit*

C *Gabathas aureas tres.* Item, *Gabatha electrina obtulit* Leo III. Item, *Gabathas aureas duas, alias saxiscas quinque.* Honorius *fecit Gabathos aureos.*

CAP. XXVI.

De Colatorio.

COLARE Latini dicunt per colum transmittere. Manilius,

Et colare vagos inductis retibus amnes.

Colum vas vimine textum ad vinum colandum. Virgilius,

Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

D Vnde Colatorium apud Anastasium de Sergio II. *obtulit Colatorium de argento, quo in sacro vtitur officio, deauratum vnum.* In Benedicto III. *Colatorium vnum.*

CAP. XXVII.

De Laudanis.

LAVDANÆ fuere ornamenta aurea, vel argentea, quasi virgæ, quæ suspendebantur ante altaria, aut rugis imponebantur, *à laudando* dictæ, quia in laudem & honorem Martyrum ponebantur. Anastasius de Adriano, *fecit Laudanas duas de argento pensantes libras octonas, quas posuit supra rugas de presbyterio, vbi arcus de ar-*

E *gento existit.*

CAP. XXVIII.

De Baucis, & Caucis.

LEO IV. *obtulit Baucas exauratas tres. Bauca* pateræ genus, quod vulgò vocatur *Bocal,* quasi στομάτιον, aut patuum os. Dicitur & Cauca, caucum, & caucalium in glossis Græcolatinis Achmes cap 187. καυκαλίῳ ὑελίνῳ ὑδροχοεῖ τῷ λαῷ, *Patera vitrea fundit aquam populo.* Glossæ Basilicô καύκης γάβαθα, patellas. Palladius Histor. Lausiaca in Macario Alexandrino κατέχουσα καυκάλιον ὕδατος, *tenens caucalium aqua.* Suidas καυκίον παρ' ἡμῖν, κάλιξ ἢ παρὰ σοφοῖς,

σοφοῖς, *Caucium apud nos, Calix apud Doctos.* Sed de Baucis Anaſtaſius in Benedicto III. *Baucas ex auro puriſſimo duas.* Achmes cap. 198. μετὰ βαυκαλίας τῆς Κλεοπάτρας πινεῖ οἶνον, *cum patera Cleopatræ bibit vinum.* Pontificale Romanum, *& Baucile cum bucali pro manibus abluendis*, liber II. Cerimon. cap. 51. *vas cum bucali tantùm pro lauandis manibus*, lib. 2. Antholog.

> Εἰς τὸ θέρος χαλκοῦ βαύκαλιν ἠγόρασας.
> *Pro æſtate æream pateram, aut lagenam emiſti.*

CAP. XXIX.

De Fibulatoriis.

FIBVLA eſt ornamentum æreum, argenteum, aureum ſubligandæ veſti. Virgil. B

> *Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.*

Græcis πόρπη, πόρπη. Vnde *Fibulatorium.* Anaſtaſius in Leone IV. obtulit *Fibulatoria maiora, & minora quinque.* Suidas φιβλατώριον, πεδιβόλαιον περσικὸν, *amiculum aut pallium Perſicum.* Apud Trebellium in epiſtol. Claudij *Saga fibulatoria* vocantur, quæ fibulis adſtringuntur. Anaſtaſius in Gregorio III. *Amulas ſuperauratas paria duo, pendentes; fibulatoria numero quinque.*

CAP. XXX.

De Monocoſſi.

MONOCOSSIS quid ſit apud Anaſtaſium in Leone IV. dubitatur, *obtulit Crucem de auro vnam habentem in medio Monocoſſim.* An ſolidi ſunt manu cuſi, quos ipſe vocat *mancoſos*. In Adriano, *En in auro ſolidos mancoſos numero ducentos.* Item in Leone IV. *Multóſque et in argento mancoſos prabuit.* Vbi quidam legunt *Mancos*, quia Aldhelmus de laudibus ſcribit, *Fit rerum repentina diſtractio, arcarum ciſtellæ reſerantur, Mancorum marſupia replentur, ſponſalia erogantur.* Certè in illo Aldhelmi loco malim legere *Mancoſſos*, quàm in Anaſtaſio *Mancos*. Oportet igitur Crucem Leonis habentem *Monocoſſum*, vel potius Mancoſſum habuiſſe ſolidum aureum intus manu cuſum. Omninò de monocoſſi amplius quærendum. Apud Anaſtaſium leges & *mancoſas* pro argento percuſſo. C

CAP. XXXI. D

De Caniſtris exafotiis.

CANISTRA aurea & argentea in Baſilicis ad ornatum dicabantur. Anaſtaſius in Benedicto III. *obtulit Caniſtra exafoci ex argento puriſſimo.* In Leone II. *obtulit Caniſtra argentea.* Item, *Caniſtros argenteos interſatiles.* Item, *Caniſtra enafoti ex argento.* Item, *Caniſtra ennafodia.* Leo IV. *fecit ad illuminationem ipſius Baſilicæ, rete ahenum cum caniſtris argenteis.* Hic mihi aqua hæret, nec ſatis liquet, quæ ſint caniſtra exafoci, enafoti, ennafodia, an ſit caniſtra enofotia ἑνὸς φωτὸς, vnius luminis; aut enneafotia, nouem luminum; aut caniſtra exafota, quæ ſex cereos ferant: vt lecticæ exaphori.

CAP. XXXII. E

De Accubito.

ACCVBITA dicta ἀνακλιντήρια, στιβάδες. Lampridius de Heliogabalo, qui pro lectis tricliniaribus accubita, & ſtibadia repetit. *Non cubuit in accubitis facilè, niſi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum ſubalares; ſæpe culcitras mutans, vilioribus amicis folles pro accubitis ſternebat.* Interdum accubitum ſignificat cœnaculum, in quo Accubita ſternebantur, vt & triclinium. Anaſtaſ. in Leone IV. *Nam & Accubitum, quod Dominus Leo bonæ memoriæ tertius Papa à fundamentis conſtruxerat, & omnia ornamenta quæ ibi parauerat, præ nimia vetuſtate, & obliuione anteceſſorum Pontificum deleta ſunt, & in die natalis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem tam Dominus Gregorius, quàm & Dominus Sergius ſanctæ recordationis ibidem minimè epulabãtur.*

Iſdem

A *Iisdem verò beatissimus & summus præsul Leo IV. cum gaudio & nimia delectatione omnia ornamenta, siue alimenta quæ inde deleta fuerant, nouiter reparauit, & ad vsum pristinum mirificè restaurauit.* Solebant in die natalis Rom. Pontificis in accubito Leonis III. epulari. Synodo Laodic. c. 28. ὅ δεῖ ἐν ταῖς κυριακαῖς συνεσθίειν ἢ ἀκκούβιτα στρωννύειν, *non oportet in Dominicis seu Ecclesiis comedere, & accubita sternere.*

CAP. XXXIII.

De Buttone.

B LEO IV. *obtulit in Basilica S. Petri Buttonem de argento purissimo cum gabathis argenteis pendentibus in catenulis septem.* Item, *Buttonem ex argento purissimo fecit in Ecclesia B. Petri, qui pendebat in presbyterio ante altare maius pensantem libras quadraginta nouem.* Idem in Leone III. *In venerabili Monasterio* sanctæ Sabæ fecit *Buttonem argenteum cum canistro suo.* Butti, Buttones dicuntur cupæ, & cupellæ. Glossæ βοῦτις, *cupa.* Basilic. eclogæ 44. ληνοί, κόφινοι, δρέπανοι θεριστικοί, δρέπανοι χόρτου, κάρταλοι, πρὸς δὲ φυλακὴν πίθοι, βοῦτεις. *Torcularia, cophini, falces messoriæ, & fœniculariæ, & cartali, & ad vini custodiam dolia, & Buttones.* Glossæ Græcolatinæ, βυτίον, *cupella.* Gallicè *Bouteille*, Italicè *Bota.*

CAP. XXXIV.

De Billico.

C ANASTASIUS in Ecclesia P. Petri Billicum ponit, qui tegeretur operculo. De Benedicto III. *In Ecclesia beati Petri ad cooperiendum Billicum Confessionis, fecit cooperculum ex auro pensantem libras tres*, putem legendum *vmbilicum*, ὀμφαλόν. Erat fortè illius thecæ, qua S. Petri corpus clausum erat, vmbilicus.

CAP. XXXV.

De Spaniscis.

SPANISCÆ erant ornamenta ab Hispanis petita. Spanodromus apud Palladium in Historia Lausiaca in Pæsio dicitur *Hispanicus cursor*, πατρὸς ἐμπόρου σπανοδρόμου, *Fily patris qui in Hispaniam excurrebat negotiandi causa.* Anastasius in Benedicto D III. *Spaniscas quæ pendent super altare.* Item, *vestem de Spanisco ornatam in circuitu de fundato, & in medio Crucem de argento.* Item, *vela de Spanisco ornata in circuitu de fundato.* Leo IV. *obtulit vela septem, duo de fundato, & alia duo de staurací, & tria de Spanisco.* Et alibi sæpe. Sicuti enim erant vela Byzantina, Alexandrina, & Tyria, ita & Spanisca, seu Hispanisca.

CAP. XXXVI.

De Rhodinis.

E RHODINÆ vestes erant Rosacei coloris. Anastasius de Benedicto III. *Vestem rubeam de arodina*, id est, cum chrysoclauo (lege de Rhodina.) Idem in Zacharia, *fecit vestem super altare beati Petri, &c. & vela alithina, quæ & ornauit cum Rhodicis, & ornamentis varijs auro textis.* Rhodica & Rhodina rubra, aut rosacea. Leo III. *fecit cortinas albas holosericas rosatas, habentes in medio crucem de chrysoclauo, & peticlysin de fundato vnam.* Itē *fecit vela de Rhodino quatuor.* Leo IV. *fecit vela alba holoserica rosata cum cancellis.*

CAP. XXXVII.

De Reti gemmato, & Smaltito.

BENEDICTUS III. apud Anastasium *Rete totum ex gemmis alabaris, & bullis aureis, conclusas etiam auri petias in se habens smaltitas, & amendulas aureas vndecim, & gemmas chrysoclauas decem super altare pendere iussit.* Gemmæ albaueræ sunt candidissimæ, quæ clausæ erant bullis, seu ornamentis orbiculatis. *Petias* vocat segmenta smaltita. *Smaltum* fit

è vitro, vocatur à Gallis *esmail.* Anastasius de Leone IV. *fecit tabulam de smalto ducentas sexdecim auri obrisi pensantem libras.* A

CAP. XXXVIII.

De Saraco.

SARACA Latinis dicuntur plaustra. Cicero in Pison. *Cum tibi tota cognatio in Saraco adducatur.* Sed aliud est Saracum, de quo agit Anastasius in Benedicto III. *Saraca de olouero cum chrysoclauo.* Genus est pallij, aut veli. Neque enim hic mihi libet *Saracam* mutare in Sarabaram Persicam, aut Caracallam Antonianam.

B

CAP. XXXIX.

De Camisijs.

ANASTASIVS de Benedicto III. *Obtulit Camisias albas sigillatas holosericas cum chrysoclauo. Camisias* alibi ostendimus olim dictas tunicas interulas. Glossæ Basilic. καμίσιον ὁ ἐπὶ καμάτων χιτών, *tunica in laborando.* Forte, ὁ ἐπὶ καύματι χιτών, *tunicula in æstu.* Codinus de officiis Constantinop. οἱ ἀναγνῶσται φοροῦντες καμίσια ἐπάνω τ ἱματίων, *lectores ferentes camisias supra reliquas vestes*: vulgò vocant Superpellicia, quæ linea sunt alba. Idem alibi εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται μετὰ τῶν ἐπιρριπταρίων, καὶ καμισίων αὐτῶν, *veniunt Psalta cum amiculis, & camisiis ipsis*, id est, Superpelliciis.

C

CAP. XL.

De Iugulo.

IVGVLVM existimo minus iugum esse, quod ex auro in Basilicis dicabatur, vt memores essent verborum Christi dicentis, *Iugum meum suaue est.* Anastasius in Nicolao, *Iugulum de auro mundissimo fecit in confessione ipsius Basilicæ pensans libras duas.*

CAP. XLI.

De Myzino.

D

MYZINVM arbitror genus esse bombycini leuissimi, quod Itali vocant *hermisinum.* Anastasius in Nicolao, *vestem de fundato vnam habentem historiam leonum, & in circuitu Myzinum.* Item in Leone III. *vestem obtulit de Imisino.* Item, *vestem albatam olosericam ornatam in circuitu de Imisilo.* Item, *de Imisilo vestes.*

CAP. XLII.

De Staupis.

STAVPI ornamenta fuere, quæ sæpe in Basilicis ex argento suspendebantur. Anastasius de Nicolao I. *Staupos argenteos duos in arcu, quem ex argento fecerat, suspendit.* forte legendum *Stropi.* Festus, *Stropus quod Græci στρόφιον vocant, quod Sacerdos in apice habet pro insigni.* Quidam coronam esse aiunt, aut in capite strophium. Vnde strupearia apud Faliscos festa, quibus coronati ambulant. Sed & Straupi erant lora, quibus ad scalmum remi alligabantur, vt ait Isidorus lib. 19. c. 24. Pollux lib. 1. cap. 9. vocat τροπωτῆρας. Victruuius lib. 10. *strophas.* E

CAP. XLIII.

De Rugis.

RVGÆ in marmore vel metallo striæ sunt, canaliculi, sulci, rugarum instar quæ in fronte senum contrahuntur. Sunt tabulæ ex auro vel argento rugosæ, & striatæ. Anasta-

A Anastasius in Nicolao, *In purpureis marmoribus quæ ante corpus beati Petri Rugas argenteas dextra laváque retinent, duas cruces argenteas obtulit.* Idem in Nicolao. *Rugas ex argento purissimo fecit cum gemmis diuersis in confessione Apostoli pensantes libras quadraginta nouem.* Item, *altare maius sub apsida construxit, cuius faciem, atque confessionem, seu Rugas ad decorem sacri altaris inuestiuit argento pensantes libras quadraginta octo.* Item in Stephano II. *fecit & tres regulares argenteos super Rugas, per quas ingrediuntur ad altare.* Leo IV. *Regulas fecit de argento fusiles cum cancellis in ingressu presbyterij, & ante Confessionem B. Petri.* Item Adrianus *fecit Rugas argenteas in ingressu presbyterij pensantes libras octogenas. Idem fecit laudanas duas ex argento pensantes libras octo, quas posuit supra Rugas de presbyterio vbi arcus de argento existit.*

B

CAP. XLIV.

De Siphori.

SIPHORI quid sit apud Anastasium, non liquet. Sic ille in Nicolao. *In Ciborio Constantinianæ Basilicæ optimos de Siphori, & de fundato pannos appendit.* An legendum de *Syrophoris*, vestibus byssinis Syrorum, an *Setophoris*, quòd setam bombyces ferunt. an *Serophori*, quia Seres ea vallera depectunt. Item Adrianus *fecit laudanas duas ex argento pensantes libras octo, quas posuit supra rugas de presbyterio, vbi arcus de argento existit.* Omnino panni de *Siphori* sunt auro clauati, aut serici.

C

CAP. XLV.

De Delphinis.

IN Coronis & aliis donariis Delphini aurei & argentei adiungi solebant. Anastasius *fecit coronam de argento purissimo cum Delphinis pensantem libras centum viginti.* Vbique apud Anastasium videbis Delphinos in coronis & aliis donariis commemorari. In Syluestro. *Coronas quatuor cum Delphinis viginti ex auro purissimo pensantes singulas lib. quindecim: pharum ex auro purissimo, quod pendet sub fastigio cum Delphinis quinquaginta* Item, *Constantinus obtulit pharum cantharum ex auro purissimo ante altare in quo ardet oleum nardinum Pisticum cum delphinis octoginta, qui pensant libras trecentas, & coronam vnam vbi candelæ ardent ex oleo pistico nardino in gremio Ecclesiæ. Pharum cantharum argenteum cum Delphinis centum viginti, quod pensat libras* D *quinquaginta, vbi ardet oleum nardinum pisticum.*

CAP. XLVI.

De Regularibus.

REGVLÆ erant virgæ argenteæ vel aureæ, quæ super rugas sternebantur ad ornatum templi. Hesychius. ῥήγλαι σίδηραι ὡς ῥάβδοι, *Regulæ ferreæ virga seu laminæ.* Varnefridus de gestis Longobardorum lib. 3. cap. 4. *Venum dantes regulas aëis, quæ ita nescio quomodo erant coloratæ, ut auri probati, atque examinati speciem præberent.* Anastasius de Adriano, *Columnas argenteas sex, & regulares duos ex argento purissimo.* Item, *super regularem super* E *inuestitum ex argento purissimo posuit arcum & gammadias ex argento.* Item, *super columnas argenteas regularem inuestitum, argento pensantem libras sexaginta nouem.* Item, *vela pendentia in regulari ante imagines Tyrias sex.* *Regulares* igitur fuere virgæ ligneæ, aut æreæ, quibus vela adducebantur, aut reducebantur. Item, *Regularem ordinauit, quem laminis aureis superinduxit.* Item, *Fecit ante vestibulum altaris Regularem inuestitum laminis argenteis & columnis duabus, vbi & posuit arcum, & gammadias duas pensantes simul libras centum & semis.* Videtur eo loco Regularem vocare *asserem* suppedaneum, longum & latum, cui insideret altare.

CAP. XLVII.

De Murenulis & Murenis.

MVRENVLÆ erant ornamenta mulierum aurea, quibus metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena collum cingebatur, vt scribit Hieronymus

 epist.

epiſt. 15. In ſacris literis Numer. cap. 31. *Dextralia, & Murenula.* Cantic. 1. *Murenulas aureas faciemus.* Eſa. 3. *Auferet Dominus Murenulas.* Apud Anaſtaſium, *Murenæ* erant ornamenta aurea, vel argentea in Baſilicis. In Leone III. *Murenas praſinales pretioſiſſimas duas.* Item, *Murenam triſilem auream, quæ habet buticulas triginta tres. Buticulas* vocat orbiculos, & cupas minores. Item, *Murenam in qua pendent gemmæ hyacinthinæ tredecim.* Item, *Murenam filatam.* Item, *Murenas tres mortuas cum pettinante eorum.* Erant monilia oblonga murenarum inſtar. Pettinantem vocat radiolos pectinatim inſertos. A

CAP. XLVIII.

De Digitiis. B

DIGITIÆ fuêre virgulæ aureæ, vel argenteæ, digitis ſimiles. Anaſtaſius in Leone III. *Digitiæ aureæ nouem.*

CAP. XLIX.

De Siclone.

SICLVS Hebræis vnciam ſignificat, vulgò accipitur pro dimidiato ſtatere, & æſtimatur duabus drachmis Græcis, Geneſ. 24. *Inaures auri appendentes ſiclos.* Ioſephus, ſiclum, τετράδραχμον interpretatur, id eſt, quatuor drachmas Atticas. Apud Anaſtaſium Leo III. *obtulit ſiclonem vnum penſantem libras tres.* Item, *ſicla argentea maiora.* C

CAP. L.

De Gemmilionibus.

GEMMA dicitur quilibet lapis pretioſus, ſiue ſit vnio, ſiue elenchus, ſiue margaritum, ſiue adamas, aut ſmaragdus. Virgilius lib. 5. Æneid.

Et tereti ſubnectit fibula gemma.

Gemmiliones apud Anaſtaſium in Leone III. ſunt ornamenta aurea, vel argentea duarum aut plurium librarum, *obtulit Gemmiliones octo penſantes ſingulos libras duas.* D

CAP. LI.

De Maſoricis oleis.

ANASTASIVS de Leone IV. *obtulit Maſoricas oleas tres ſerico textas, colorêque depictas, quæ in circuitu altaris penderent.* Quæ ſint illæ oleæ Maſoricæ ignorare me fateor. Fortè an, ſint Africanæ, quia in Africa Sarraceni ſuum *Maſoreth* habent. Plinius lib. 17. cap. 12. *Olea non alia maior in Bætica arbor. In Africa verò miliarias vocari multas narrant à pondere olei, quod ferant annuo prouentu.*

CAP. LII. E

De Cantulla.

CANTVLLA ornamentum fuit aureum, vel argenteum, quod in Baſilicis dicabatur. Anaſtaſius de Leone IV. *obtulit Cantullam argenteam vnam.* Vnde ſit dicta Cantulla, ignotum. Canthus ferrum eſt, quo extrema totæ vinciuntur. Sed non facit ad rem. Apud Heſychium κανθήλια τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς νεὼς ἐπικαμπῆ ξύλα, *Canthelia ligna in puppi nauis incurua, è quibus tabernaculum fiat.*

CAP.

CAP. LIII.

De Lista.

LISTAM, oram & limbum interpretor: quidam lineam esse aiunt, vnde *Sublestus* dicatur. Anastasius in Leone IV. *Fecit super altare maius vestem de fundato cum Cruce in medio, & gammadiis, & in gyro Listam de fundato vnam.* Item, *fecit cortinam lineam cum Cruce in medio, & in gyro Listam de fundato mira magnitudinis.* Fundatum dicitur auro textum, aut acu pictum. *Item imagines cum Lista, vestem rubeam, & in circuitu Listam de chrysoclauo.*

CAP. LIV.

De Gammadiis

GAMMADIVM vestis fuit tribus angulis constans, quæ literam Γ exhiberet. Hesychius *γάμμα, στολὴ ἔχουσα σημεῖα ὡς γάμμα, vestis qua signa habet similia litera* Γ. Idem ait Suidas, sed *Gammatia* scribit. Anastasius in Leone IV. *Fecit vela serica de Prasino quatuor, habentia tabulas de chrysoclauo, cum effigie Christi, & in medio Cruces, & Gammadias de chrysoclauo, cum orbiculis, in quibus sunt imagines Apostolorum.* Item, *Gammadia duo, & columnas argenteas octo: Gammadias in ipsa veste chrysoclauas.* Item, *Ante vestibulum altaris posuit arcum, & Gammadias duas, pensantes simul libras centum & semis.* Item in Leone III *Columnas argenteas octo, & Gammadia duo, & arcus duos, cum crucibus argenteis quinque.* Item, *tabulas chrysoclauas quatuor cum gemmis ortnatas, atque Gammadias in ipsa veste chrysoclauas quatuor.* Vnde apparet Gammadium non semper fuisse vestem; sed in ipsa veste fuisse plura Gammadia, id est plures figuras triquetras acu expressas.

CAP. LV.

De Siphone.

SIPHONES sunt tubi filani, fistulæ in fontibus, quibus aqua emittitur. Iuuenal. Satyr. 6.

Effigiémque Dea longis Siphonibus implent.

Anastasius in Adriano, *obtulit calicem maiorem fundatum cum Siphone pensantem libras triginta.* Fundatum exaudio sculptum, & cælatum.

CAP. LVI.

De Cyprino Metallo.

IN Cypro fuit prima æris inuentio, ait Plinius lib. 34. cap. 2. vnde honos æri Cyprio, quod tamen orichalco concedit. Quare *κυπροκαίδηλον* dicitur *candelabrum ex are Cyprio.* In Breuiario Græco manuscripto Anastasius, *ex cyprino metallo fenestras decorauit.* Item, *fenestras ex metallo cyprino.*

CAP. LVII.

De Regiis.

REGIÆ in Basilicis erant structuræ quædam superbæ prominentes, in quibus imagines & statuæ collocari poterant. Anastasius in Leone III. *In ingressu Basilica supra Regias maiores fecit imagines ex argento.* Aliæ fuere vestiæ Regiæ, ornamenta scilicet ex auro vel argenro, de quibus Anastasius, *In Basilica Dei Genitricis ad præsepe in ingressu præsepij fecit Regias vestias ex argento pensantes simul lib. mille ducentas septem.*

A

CAP. LVIII.

De Communicalibus.

COMMVNICALES erant vasa argentea vel aurea, quibus inter communicandum vsus fuit, quæ in stationibus præferebantur. Anastasius, *Communicales ex argento fecit per singulas regiones, quæ praecederent per stationes per manus Acolythorum.*

CAP. LIX.

De Curti.

B

CVRTIS interdum area fuit in vestibulo ædium, quam *Cortem* Varro vocat: interdum aula ampla in vestibulo Templi. Anastasius in Leone III. *Curtem fecit Ludouicus de suo proprio fisco perpetuali vsu.* Pro Corte & area posuit Godefridus monachus in Annalibus. *In quadam Curti Monachorum de Euera Heinrico de Karinthia proditus, & mox à militibus eius circumuentus crudeliter occiditur.* Anastasius in Gregorio IV. Cortem & Curtim ponit pro loco amplo & spatioso, qui Prætorio, porticibus, solariis & aliis ædificiis exornati potest. *In Corte*, inquit, *Draconis domum exstruxit vndique porticibus ac solariis circumdatam. In curte alia quæ Galeria dicitur, domum fecit latam & spatiosam, vt amplissimè Pontifices cum famulis ibi hospitarentur.* Ab ista Curte Galeria, dictæ *Galeriæ* nostrates.

C

CAP. LX.

De Anaglyphis.

EVCHERIVS lib. 3. Regum c. 17. *Anaglypha* Græcè, dicuntur latinis cælaturæ. Cælata sunt autem vasa aurea, vel argentea signis eminentioribus extra, intusque expressa. hæc & alio nomine *sculpta* vocantur. Anaglypha vasa dicta, quòd superius sunt sculpta. Sidonius epist. 13. lib. 9.

Geruli caput plicantes
Anaglyptico metallo
Epulas superbiores
Humeris ferant onustis.

D

Gregorius Turon. lib. 9. cap. 5. Histor. vasa vocat signis caraxata. Virgilius

Vasa aspera signis.

Plinius lib. 33. cap. 11. *Nunc anaglypta, in asperitatemque excisa.* Metellus in Quirinalibus Ode 4. *Quo bibitur scypho vinis signis anaglypho.* Scholiastes Iuuenal. Sat. 9. ad hæc verba. *Curuis calator*, id est, opifices, serui argentarij laboriosi anaglypharij. Anastasius Bibliothecarius in Adriano, *Crucem interrasilem anaglypham.* Item, *Crucem interrasilem anaglypham.* In Nicolao, *Calicem argenteum anaglyphum.* In vita Sanct. Ioan. Alexand. c. 27. *Argentum anaglyphum.* Apud Trebellium Pollionem in Claudio, *Discum Corymbiatum argenteum, lancem argenteam Pāpinatam, Patinam argenteam hederatam.* Cicero *pateram filicatam.* Ista omnia vasa sunt anaglyphica, euiusmodi & apud Virgil. Ecl. 3. de poculis faginis.

E

Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

Item, —— *duo pocula fecit*

Et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheaque in medio posuit, syluasque sequentes.

CAP. LXI.

De Massis.

DE Massis, id est agris, & possessionibus, quas Pontifices & Imperatores Ecclesiæ dabant, lege Anastasium in B. Syluestro, item in Zacharia, *qui misit suggestionem serenissimo*

A *serenissimo Constantino Principi, qui missum & responsalem Apostolicæ sedis ad sedem absoluit Apostolicam, & iuxta quod Beatissimus Pontifex postulauerat, donationem in scriptis de duabus Massis, quas Nymphas, & formias appellant, iuris existentes publici, eidem Sanctissimo Papæ iure perpetuo direxit possidendas.* Zacharias *Massas quas vocant Antras, & formias suo studio iure beati Petri acquisiuit, quas & domos cultas statuit;* id est, ædificiis, Colonis agricolis, villicis instruxit. Anastasius fundos commemorat Casales, & Massas. In Adriano Papa, *Porci in casalibus domo culta inglandati.*

CAP. LXII.

De Euangeliorum Capsis.

B APVD Adonem Childebertus Amalricum apud Toletum vicit, Calices pretiosissimos sexaginta deculit, quindecim patenas miro ordine cælatas, viginti capsas Euangeliorum ex auro purissimo cum gemmis, quas Ecclesiis diuisit.

CAP. LXIII.

De Circellis & Mensa.

CIRCELLI dicuntur circuli, monilia. Glossæ Græcobarbaræ ψέλλια, κιρκέλλια, δακτυλίδια. Anastasius de Leone III. *Obtulit Circellos paria duo gemmis ornatos.* Ibidem *Carolus Magnus obtulit mensam argenteam cum pedibus suis.*

C

CAP. LXIV.

De Capitulatis.

IN actis proconsularibus sub Diocletiano apud S. Augustinum epist. 165. *Capitulata* argentea significant lampadas, aut candelabra.

CAP. LXV.

De Turribus argenteis, & Colombis in Baptisteriis.

D TVRRES argenteæ in Donariis censebantur. Apud Anastasium Hilarius Papa *obtulit ad S. Ioannem intra S. fontem Turrem argenteam cum Delphinis pensantem lib. sexaginta: Columbam auream pensantem libras duas. Sic & ad B. Laurentium obtulit Turrim argenteam cum Delphinis, pensantem libras vigintiquinque.* Innocentius I. *obtulit Turrim argenteam cum patena, & columba, pensantem libras triginta.*

CAP. LXVI.

De Ceruis, & Columnis ad fontem Baptismi.

FONS Baptismi ornabatur Ceruis, qui funderent aquam, hydriis, Columnis & epi-
E styliis. Innocentius I. *ad ornatum Baptismi obtulit Ceruum argenteum fundentem aquam, pensantem libras vigintiquinque.* Sixtus III. *obtulit Ceruum argenteum in fontem, fundentem aquam pensantem lib. trigintaquatuor,* ait Anastasius. Idem Sixtus III. *fecit in Basilica Constantiniana ornamentum super fontem, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit.* Leo *fecit hydrias sex argenteas, quæ pensauerunt singulæ libras centum.*

CAP. LXVII.

De Camera, & auro Trimmæ.

APVD Anastasium Symmachus *fecit Cameram, & Matroneum.* Cameræ dicuntur fornices, testudines, arcus, καμάραι ἀψῖδες. Salustius de Carcere Tulliano, *Eum muniunt*

F 4 *vndique*

vndique parietes, *atque insuper Camera lapideis fornicibus iuncta*, *sed inculta tenebris*. Apud Anastasium Leo Papa *fecit Cameram Basilicæ Constantinianæ*, *& alteram Cameram B. Petri ornauit*. Item *fecit Cameram Basilicæ ex auro Trimma*, *in longum & latum pedibus quingentis*, id est, fornicem totius Basilicæ qui patebat ad quingentos pedes. *Item fecit Cameram Basilicæ ex Trimma auri fulgentem*, id est, fornicem Basilicæ auro laqueatum. *Trimma* enim, vel trimme auri erat aurum in bracteas tritum. τρίμμοι apud Xenophontem sunt tramites transuersi in agris. Apud Anastasium Symmachus *fecit Cameram*, *& Matronaeum*, *& super confessionem imaginem argenteam cum Saluatore*, *& duodecim Apostolos posuit*, *qui pensant libras vicenas*. *Cameram* hic interpretor cubiculum, & sacellum, vbi confessio & sepulchrum Martyris. *Matronaeum* videtur esse locus matronis, seu fœminis dicatus.

A

B

CAP. LXVIII.

De Confessionum columnis, ianuis, & ornamentis

CONFESSIONES erant sacella seu cubicula columnis suffulta, ianuis munita, in quibus corpora Martyrum erant. Apud Anastasium Leo I. Papa *fecit ex auro purissimo in Confessione S. Crucis ianuas pensantes pondus lib. quinquagenarum*: *supra Confessionem aureum arcum*, *qui pensabat lib. quatuor*, *quem portabant columnæ onychinæ*, *vbi stat agnus aureus pensans libras duas*. *Coronam auream ante Confessionem*. Sed de Confessionibus alibi plura. Honorius Papa *inuestiuit regias ianuas in ingressu Ecclesiæ maiores*, *quæ appellantur mediana ex argento*, *quæ pensant libras nongentas septuaginta quinque*. Ianuas Basilicæ vocat ianuas Regias.

C

CAP. LXIX.

De Arcubus.

LEO I. *obtulit aureum Arcum supra Confessionem S. Crucis pensantem lib. quatuor*. Symmachus Papa *obtulit Arcus argenteos tres pensantes singulos libras sexagenas*. Item, *Arcum argenteum pensantem libras sexdecim*. Item, *Arcum argenteum pensantem libras duodecim*. Arcus illi suspendebantur in Basilicis, vel confessionibus ornamenti causa. Non sunt arcus veterum τροπαιοφόροι, de quibus Claudinus lib. 3. Stilicon.

Indutósque arcus spoliis.

Idem Panegyr. 4.

D

——— *Spoliisq́; micantes*

Innumeros arcus.

Prudentius lib. 2 in Symmachum.

Frustra igitur currus summo miramur in arcu,

Quadriiugos.

Sunt tamen imitamenta quædam Arcuum triumphalium.

IVLII

A

IVLII CÆS. BVLENGERI IVLIODVNENSIS, DOCTORIS THEOLOGI,

DE TEMPLIS,

B

LIBER III.

CAPVT PRIMVM.

De Ecclesiis, & Domibus Dei.

LOCVS, in quem Apostoli conueniebant ad orationem, & Synaxes faciebant, dictus est ab initio *Ecclesia*. Epist. 1. ad Corinth. cap. 11. *Nunquid Domos non habetis ad manducandum, aut bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Concil. Chalced. ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγιωτάτης μάρτυρος Εὐφημίας, *In sanctissima Ecclesia sanctissimæ Martyris Euphemiæ.*
C Et vbique apud Patres. Dicuntur item *Domus Dei*, quam appellationem mutuati sunt à Christo dicente, *Domus mea, Domus orationis est*, &c. Tertullian. lib. de Idololatr. *De aduersaria officina in Domum Dei venire.* Zeno Veron. sub Galieno, serm. de Psalm. 126. *Conuentus*, inquit, *Ecclesiarum, siue Templi, quos ad secretam Sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel Domum Dei solita est nuncupare, vel Templum.* Non video cur venerit in mentem viro docto, in notis ad Arnobium verba illa *Templi, & Templum* expungere. Eusebius lib. 8. cap. vlt. οἴκους ἐν οἷς συνῆγον οἱ Χριστιανοὶ, *Domos, in quas conueniebant Christiani.* Cap. 13. τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς οἴκους, *Domos Ecclesiarum.* Lib. 9. cap. 9. Histor. συνόδους ποιεῖσθαι, οἴκους ἐκκλησιῶν οἰκοδομεῖν, *Conuentus facere, Domos Ecclesiarum ædificare.* Zeno Veronen. serm. de Continentia, *Proponimus itaque, vt sæpe contingit, in vnum sibimet conuenire diuersæ religionis diem, quo tibi Ecclesia, illi adeunda sint Templa.*
D Dicebantur non tantùm *Domus Dei*, sed & *Domus Sanctorum*. In Epitome temporis, post Eusebij Chronicon, Romæ ab Anthimo Augusto, ἐκτίσθη ὁ οἶκος τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, *condita est Domus S. Thomæ*, id est, Domus Deo dicata, in qua Reliquiæ sancti Thomæ repositæ erant. Olim, vt Seruius docet ad lib 6. Æneid. quisque domi suæ sepeliebatur. Vnde & Virgilius dixit lib. 7.

Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulcro.

Ita & *Domus Martyrum*, dicta sepulcra Martyrum. Eusebius in Chronico, φωτὸς χάριτος κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ καταυγάζοντος ἐκκλησίας εἰς πάντα τόπον τὰ ὑπὸ τῶν τυράννων ἠρειπωμένων οἴκων ἐκ βάθρων εἰς ὕψος ἄπειρον τελεσθέντων ἐγκαίνια ἐγίνοντο, *Cum diuinum lumen vniuersum orbem Christi Seruatoris Ecclesias illustrasset, encænia fiebant ædium, quæ vbique à tyrannis deiectæ erant, & id temporis in immensam altitudinem à fundamentis erigebantur.* Concil. Aquisgran. sub Pipino, cap. 24. *Vnde hodie quoque Christiana religio Domos in honorem Dei ædificat, ac*
E *dedicat*, &c. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 113. ἐκκλησιαστήριον vocat, quam nos Ecclesiam. Hieronymus epist. 8. *Alij ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant, earumque deaurent capita, pretiosum ornatum non sentientia, ebore, argentoque valuas, & gemmis aurata distinguant altaria.* S. Basil. epist. 61. ad Occidentales, οἶκοι εὐκτήριοι ἔρημοι τῶν ἐκκλησιαζόντων, *Domus orationis sunt inanes ab iis, qui conuenire solebant*, epist. 70. ad Occident. vocat οἴκους προσευχῶν.

CAP. II.

De Templis.

PLERIQVE existimant, veteribus Christianis nullum Templorum vsum fuisse, quod Arnobius, & alij prisci auctores Ethnicis Templa, Christianis Ecclesias, & Domos

Domos attribuant. Arnobius lib. 6. *Sed Templa illis exstruimus nulla, nec eorum effigies adoramus, non mactamus hostias, non thura, & vina libamus.* Zeno Veronensis sermone de Continentia, *diem, quo tibi Ecclesia, illi adeunda sint Templa.* Cæcilius apud Minutium. *Cur nullas aras habent, Templa nulla, nulla nota simulacra.* Origen. lib. 8. Contra Celsum, Κέλσος φησὶν ἡμᾶς βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύεσθαι φεύγειν. *Celsus ait, nos aras, simulacra, Templa ponere nolle.* Respondeo, veteres primitiuæ Ecclesiæ Patres de locis in quæ conueniebant rarò appellationem Templorum & ararum vsurpasse; quia vulgò Templa dicebantur ingentia ædificia, in quibus ad aras tauri & agni Diis inanibus mactarentur. Arnobius lib. 6. *Templa enim hæc quid sunt? Si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane, atque amplum. Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut renideant aureis, splendeant hinc gemmis, & sidereos euomant variata interstitione fulgores, terra sunt hæc omnia.* Deinde Christiani veteres, vt ab Ethnicorum non tantùm ritibus, sed etiam vocabulis abhorrere se ostenderent, loca in quæ conuenirent, non *Templa*, sed *Ecclesias*, & *Domos Dei* vocitarunt. Interdum tamen & *Templa*, & ναὺς appellarunt. Zeno Veronensis, qui sub Galieno vixit anno Christi 260. *Conuentus quidem Ecclesiarum siue Templi, quos ad secretam Sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel Domum Dei solita est nuncupare, vel Templum.* Vbi verò feliciora tempora eluxerunt, & palam Deo ædificia splendidiora Christianis exstruere sub Constantino Magno licuit, sub annum Christi 314. & Templorum appellatio, & Altarium ab iis vulgò vsurpata est. Eusebius lib. 10. Histor. cap. 4. διὰ σπουδῆς Παυλίνου ἐν Τύρῳ νεὼς φιλοτίμως ἐπεσκεύαστο, *studio Paulini Episcopi Tyri Templum magnificè exstructum est.* Item, τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, *cum is Templum exædificasset.* Zonaras τεμένη vocat Ethnicorum Templa, Christianorum verò Ecclesias, ναὺς. Constantinus, inquit, τοὺς ναοὺς Χριστιανοῖς ἀναπετάννυσι, κλείει δὲ τὰ τεμένη τῶν ψευδωνύμων θεῶν, *Templa Christianis aperit, fana autem inanium Deorum claudit.* Eusebius lib. 8. Histor. cap. 16. νεὼς ἐγείρειν, καθῃρημένα τεμένη ἀνανεοῦσθαι, loquens de Ethnicis, ait eos *Templa excitare, & fana quæ deiecta erant, renouare.* Posteà nullo discrimine Christiani de suis ædibus sacris Templa, delubra, sacella vsurparunt. Zonaras in Valente vocat ναὸν καὶ τὸ θεῖον τεμένισμα, *Templum & diuinum fanum.* In Panegyrico 4 Constantini, *Meritò augustissima illa Delubra tantis donariis honestasti.* epist. 1. Felicis IV. Papæ. *Templa Deo ædificare.* Theodoretus lib. 3. cap. 2. Iulianus desertor σηκὸν μαρτύρων ἐδομήσατο, *Templum Martyrum* cum esset adolescens, *exstruxit.* Verùm & *Anactora* dicta sunt. Suidas ἄνακτες οἱ θεοὶ, ἀνάκτορα ἱερά. Euagrius lib. 5. cap. 21. Mauricio ἐπιθυμιῶντι τὸ ἀνακτόρων τοῦ ἱεροῦ οἴκου τῆς ἁγίας θεοτόκου τὸ ἀνὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν παραπέτασμα. *Mauricio thus adolenti in Basilica domus sacræ sanctæ Deiparæ velum sacrum mensæ arsit.* Synesius epist. 58. τέμενος τοῦ θεοῦ, *Templum Dei*, σηκὸν, & περίβολον, *Delubrum* & *sacrum ambitum* vocat.

CAP. III.

De Dominicis, Basilicis, Oratoriis, Martyriis.

ECCLESIAE non tantùm Domus Dei, Templa, & Delubra vocantur, verùm & *Basilicæ, Dominica, Oratoria, Martyria. Basilicarum* vox vbique apud S. Augustinum, Hieronymum & Paulinum occurrit. Hieronym. epist. 16. *Apostolorum & Martyrum Basilicas secretis celebrans orationibus.* De *Dominico* Athanas. epistola ad Constantinum, ἐν τῷ ἤδη λεχθέντι κυριακῷ, *in Dominico iam dicto.* Basilicas Christianorum esse vult, Templa Ethnicorum, S. Hieronymus epistola ad Riparium, *Vt Vigilantius cum Iuliano Persecutore Sanctorum Basilicas aut destrueret, aut in Templa conuerteret. Templa* hoc loco vocat Fana Gentilium. Eusebius lib. 10. Histor. cap. 9. τὰ κυριακὰ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν συγχωρεῖται. *Conceditur vt sua Dominica ædificent.* In Synodo Ancyrana cap. 50. & 58. Dicitur κυριακὸν, *Dominicum.* Cyprianus sermone de eleemosyna. *In Dominicum sine sacrificio venis.* Chalcedonensi Concilio in epistol. Valentiniani ad Theodos. ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου, *In Oratorio Apostoli Petri.* Hieronym. epist. 15. Martyrum limina vocat. *Ad Martyrum limina pene inuita properabat.* Eusebius sub finem lib. 7. Histor. vocat προσευκτήρια, lib. 8. 12. τὸ μὲν προσευκτηρίων τοὺς οἴκους ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτομένους. *Oratoriorum Domos ad solum complanatas instaurauit*, li. 3. de Constantino, τὴν πόλιν εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυνε, μαρτυρίοις τε μεγίστοις, *Illustrauit vrbem Constantinopolim plurimis Oratoriis, & Martyriis maximis.* Sozomenus lib. 4. cap. 2. quibus μνῆμα μαρτύρων εὐκτήριος οἶκος περικείμενος, *monumentum Martyrum, Oratoria Domus circum exstructa.* De voce *Martyry*, Chalced. Concil. ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγιωτάτης, καὶ καλλινίκου μάρτυρος, *in Martyrio sanctissimæ,*

A *ſima, & pulcrè victricis Martyris.* Synodo Gangrenſ. can. 78. εἴτις αἰτιᾶται τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν ἀνάθεμα ἔστω: *Si quis accuſat Synaxes Martyrum, & Miſſas quæ in illis fiunt, & memorias eorum, ſit anathema.* S. Hieronym. epiſt. 7. *Aranearum telis omnia Romæ Templa cooperta ſunt, mouetur vrbs ſedibus ſuis, & inundans populus ante delubra ſemiruta currit ad Martyrum tumulos.* Templa & delubra Ethnicorum intelligit. Socrates lib. 4. cap. 18. Edeſſæ Thomæ Apoſtoli μαρτύριόν ἐστι λαμπρότατον, *Martyrium eſt ſplendidiſſimum.* Theodoret. lib. 3. cap. 2. Iulianus Deſertor σηκὸν μαρτύρων ἐδομήσατο, *Templum Martyrũ extruxit.* Martyria & Cœmeteria vt plurimum erant in ſuburbiis, ἐν τοῖς πρὸ τῆς πόλεως μαρτυρίοις. Theodorus Anagnoſtes lib 1. τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας, *Martyrium ſanctæ Euphemiæ.* Synodo Laodicena can. 113. μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων αἱρετικῶν ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς ἢ θεραπείας ἕνεκα. *Ne liceat fidelibus Eccleſiæ in Cœmeteria aut quæ dicuntur Mar-*
B *tyria omnium hæreticorum orationis, aut adorationis cauſa ire.* Concilio Carthaginenſi 1. ſub Iulio Papa can. 2. *Martyrum dignitatem nemo profanus infamet tempore quo Martyria celebrantur.* S. Chryſoſtomus ſermone in Aſcenſ. ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς Ῥωμανησίας. *In Martyrio Romaneſiæ.* Apud Photium in Bibliotheca Λεόντιος ἀνεγείρει τὸ πολυώνυμον οἶκον τῷ μάρτυρι κοινὸν ἱλαστήριον, καὶ προσφύγιον οὐ τῇ Θεσσαλονικέων μόνῃ πόλει, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πέρασι. pag. 763. *Leontius excitat celebrem domũ Martyri propitiatorium, & locum perfugij, non modo Theſſalonicæ, ſed & omnibus finibus.* Pontificale de Anacleto *Memoriam Beati Petri Apoſtoli conſtruxit.* Sozomenus lib. 2. cap. 26. Conſtantinus περὶ τὸ κρανίου χῶρον μέγα μαρτύριον, *Circa locum Cranij magnum Martyrium eſtruxit.* Ea dicuntur Martyrum concilia: In Martyrologio 13. die Iunij, *corpus Ioannis presbyteri iuxta Martyrum concilia ſepultum.* Gaudentius Brixianus ſermone de Dedicatione Concilij Martyrum. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, *Martyrum conciliabula diuerſis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis*
C *obumbrauit.* Pontificale de Damaſo *qui Martyrũm concilia, atque ſepulcra verſibus declarauit.* In epitome temporis, poſt Euſebij Chronicon, ab Ardaburio exſtructum eſt Simeoni Stilitæ μαρτύριον οἶκος μέγας, *Martyrium magna domus.* Euſebius lib. 3. de Conſtantino ſcribit, eum Conſtantinopolim ornaſſe μαρτυρίοις μεγίστοις. In Concil. Epheſino, σὺν τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὺς, *Templa victorum Martyrum.* Athanaſius de paſſione imaginis Dei, ναοὺς Θεοῦ, καὶ μαρτύρια τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαρτύρων ἀφιερῶσαι, *Templa Dei, & Martyria ſanctorum Martyrum dedicare.* Baſilius ad Pſal. 114. τὸν ἱερὸν τοῦτον τῶν μαρτύρων σηκόν, *hoc ſanctum Martyrum ſacellum.*

CAP. IV.

De Apoſtoliis, Prophetiis, Pharo, Titulis.

D SICVTI Martyria erant Baſilicæ Deo dicatæ ſub nomine Martyrum; ſic & *Apoſtolia* ſeu mauis Apoſtolea Apoſtolis; *Prophetea* Prophetis. Concilio Epheſino pag. 303. τὰ ἅγια μαρτύρια, καὶ τὸ ἅγιον ἀποστόλειον ἀπέκλεισε. *Sancta Martyria, & ſanctum Apoſtolium clauſit.* Theodorus Anagnoſtes lib. 1. ſub Arcadio τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ ἀπετέθησαν ἐν τῷ προφητείῳ αὐτοῦ, *Reliquiæ S. Samuëlis in eius Propheteo ſunt poſitæ.* In epitome temporis poſt Euſebij Chronicon, Romæ ab Anthimo Auguſto ἐκτίσθη ὁ οἶκος τοῦ ἁγίου Θωμᾶ ἐπιλεγόμενος τὸ ἀποστόλειον, *Domus ſanctæ Thomæ exſtructa eſt, dictum Apoſtolium.* Apoſtolia dicta ſunt etiam de Templis Martyrum. Epheſino Concilio, ἀποστόλειον τοῦ ἁγίου Μωκίου, *Apoſtolium S. Mocij.* In Apoſtoliis & Martyriis erant capſulæ Reliquiarum. Apud Anaſtaſium legati Iuſtiniani Imper. Ioannes & Germanus referunt ad Hormiſdam Papam, *vnde ſi Beatitudini veſtræ videtur, Sanctuaria BB.*
E *Apoſtolorum Petri & Pauli ſecundùm morem Iuſtiniano largiri præcipite, & ad ſecundam cataractam ipſa Sanctuaria deponite. Singulas capſellas argenteas per ſingulorum Apoſtolorum Reliquias fieri debere ſuggerimus.* Sozomenus li. 8. c. 17. Rufinus ſub Arcadio, ἐν προαστείῳ Χαλκηδόνος μεγάλην ἐκκλησίαν ἐπὶ τιμῇ Πέτρου, καὶ Παύλου τῶν Ἀποστόλων ἐδείματο, καὶ ἀποστολεῖον ἐξ αὐτῶν ὠνόμασε, *in ſuburbio Chalcedonis magnam Eccleſiam in honore Petri & Pauli Apoſtolorum exſtruxit, & Apoſtolium ab ipſis appellauit.* De *Pharo* in vita S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, ἐν μέσοις τοῖς ἀδύτοις τοῦ ναοῦ τῆς θεομήτορος ὃν δὴ Φάρον ἐν τῷ παλατίῳ φασί. *In mediis adytis Templi S. Dei parentis, quem Pharum in palatio dicunt.* De *Titulis*, Anaſtaſius in ſancto Marcello Papa, *hic vigintiquinque titulos in vrbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes, propter Baptiſmum & Pœnitentiam multorum qui conuertebantur ex Paganis, & propter ſepulturas Martyrum.* Apud eundem ſæpe commemorantur Tituli ſanctæ Suſannæ, & aliorum Sanctorum. Codinus de Conſtantinopoli poſuit *S. Ioannem*: pro Templo ſancti Ioannis, ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην, *Exſtruxit S. Ioannem.* Item vocat Templum Ioannis Baptiſtæ

βαπτ-

βασιλιστήρια, ἐν τῷ βασιλιστηρίῳ. Basilius Seleuciæ lib. 2. de sancta Thecla φροντιστήριον ponit pro Monasterio. Item σεμνεῖον. Philo Iudæus apud Eusebium lib. 2. cap. 17. ἐν ἑκάστῃ δὲ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον, καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται. *In quaque Ecclesia est vna domus dicta Semneum, & Monasterium, vbi Monachi mysteria venerabilis vitæ celebrant.* Hesychius συναγωγὴν esse ait ναὸν ἀνθηρόν, *Synagogam Templum floridum.*

A

CAP. V.

Templa, & Altaria vngi, cùm dedicantur.

TEMPLA, & Altaria, cùm dedicantur, sacro oleo vngi scitum est. Epist. 1. Fœlicis IV. Papæ, *Templa Deo ædificare, & ornare, eaq; diuinis precibus, & sanctis vnctionibus suis cum Altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus, deuotè, & solenniter sacrare.* Concil. Aquisgran. sub Pipino, c. 24. *Vnde hodie quoque Christiana Religio Domos in honorem Dei ædificat, ac dedicat, & Altaria erigit, eisq; oleum superfundit, ac sacrosancto chrismate perungit ea, & à fidelibus pretiosarum rerum donaria accipit.* Agathanensi Concil. cap. 14. *Altaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione consecrari.* Sed huic titui alius locus est.

B

CAP. VI.

De veteri forma Basilicarum.

C

PRIMITIVÆ Ecclesiæ Patres in exstruenda Basilica ante omnia id seruarunt, vt ea nauis instar oblonga esset, atque ad Solis ortum obuersa, proximè ad Templi Hierosolymitani formam accederet: tum vt tribus partibus contineretur, Pronao, seu Prodomo, quod Propylum, atrium, & vestibulum dicitur; Basilica ipsa, siue aula, vbi porticus, vmbo; & locus attributus alius fœminis, alius viris, alius pœnitentibus, alius catechumenis: tum Sacrario, quod dicitur Presbyterium, βῆμα, Adytum, Secretarium, Diaconicum; vbi Altare, Ciborium, & Sancta sanctorum, vbi ipsa Pastophoria, & Cimelia, seu Vestiarium.

CAP. VII.

D

Basilicas ad Ortum obuersas esse.

TEMPLA olim omnia etiam apud Ethnicos Ortum spectasse docet Victruuius lib. 4. cap. 5. & Hyginus de limitibus: posteà placuit omnem religionem eò conuertere, ex qua parte cæli terra illuminatur. Apuleius Milesf. 2. *Tunc Orientem obuersus, & incrementa Solis augusti tacitus imprecatus.* Tertullianus in Apologet. cap. 84. *In affectatione, vt cælestia adorandi ad Solis ortum labia vibratis.* Obuertebantur autem ad Ortum æquinoctialem. Sidonius lib. 2. epist. 10. *Ortum prospicit æquinoctialem.* Ioannes Beletus vetus Auctor, *Et omninò quoque necessarium est, vt ædificaretur versus Orientem, hoc est, versus Solis ortum æquinoctialem; nec verò contra æstiuale solstitium, vt nonnulli & volunt, & faciunt.* Clemens lib. 2. Constitut. cap. 57. καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος, *Et primùm quidem Domus sit oblonga ad Ortum obuersa.* Vide Isidorum lib. 15. Origin. cap. 4. Paulinus tamen epist. 12. *Prospectus verò Basilicæ non vt vsitatior mos est, ad Orientem spectat.* Eusebius lib. 10. Histor. cap. 4. πρόπυλον πρὸς αὐτὰς ἀνίσχοντος ἡλίου ἀκτῖνας ἀναπετάσας, *Atrium aperit sese ad ipsos orientis Solis radios.*

E

CAP. VIII.

De Atrio, seu Vestibulo.

ATRIVM, & Vestibulum sæpe ornabatur porticibus, sæpe patenti planitie, quæ quadris lapidibus, aut marmoribus strata esset; aut ædificiis sub diuo positis, quibus peregrini exciperentur; tum ante fores erant canthari, & salientes aquæ,

A labra, conchæ, putei, cisternæ, quibus Templum inituri manus abluerent. Immò antequàm precarentur, moris fuit vt manus lauarent. Clemens lib. 8. Constitut. cap. 32. *πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ, ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου πρὸ τοῦ ἔργου ἐπιτελέσαι, νιψάμενοι προσευχέσθωσαν*, *Omnis fidelis vir, aut mulier, manè vt è somno euigilarint, & surrexerint, priusquàm operi manus admoueant, manibus lotis Deum orent.* Tertullianus lib. de Orat. cap. 11. *Cæterùm quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu verò sordente orationem obire?* Ioannes Chrysostomus homil. 71. in Ioannem, *εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα εἰς ἐκκλησίαν εἰσιόντες*, *Deinde manus lauamus in Ecclesiam ineuntes.* Homil 52. in Matth. *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο ὁρῶμεν ἔθος κρατοῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς, καὶ ὅπως μὲν καθαροῖς εἰσέλθωσιν ἱματίοις σπουδάζοντας, καὶ ὅπως τὰς χεῖρας νίψωνται*: *In Ecclesia hunc morem obtinere cernimus apud multos, vt vestibus puris in Templum ineant, & vt manus lauent.* Qui mos & apud Iudæos, & apud Ethnicos tenuit, qui habuere in aditu Templorum sua *περιῤῥαντήρια*, vt aspergerentur, &
B expiarentur. In locum salientis aquæ successit aqua Benedicta, quæ in conchis, & labris hodie in atrio Basilicæ seruatur, qua cùm inierimus Templum, frontem aspergimus. Alexander Papa sub Traiano, epist. 1. *Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi purificentur.* S. Augustinus lib. 6. cap. 8. in Iulianum, *Signo Crucis benedicitur aqua in Ecclesia.*

CAP. IX.

De saliente Aqua, & Puteis in Vestibulis Templorum.

MORIS olim fuit, vt in aditu, & vestibulo Templorum Aquæ salientes essent, qui canthari dicti, labra, conchæ, ne illotis manibus Christiani ad preces in Templa
C inirent. Eusebius lib. 10. Histor. cap. 4. agens de Templo, quod Paulinus Tyri Episcopus exstruxerat, ait, in ea porticu quæ sub diuo fuit, aut potius in limine Templi, eiusmodi fontem fuisse, *ἱερῶν δ' ἐνταῦθα καθαρσίων σύμβολα τιθεὶς, κρήνας ἀντικρὺς εἰς πρόσωπον ἐπισκευάζων τοῦ νεὼ, πολλῷ τῷ χεύματι τοῦ νάματος τοῖς περιβόλων ἱερῶν ἐπὶ τὰ εἴσω προϊοῦσι τὴν ἀπόρρυψιν παρεχόμενος*, *Ibi autem sacri Baptismatis symbola posuit fonte exstructo in fronte Templi, qui irriguæ aqua decursu ineuntibus copiam abluendi præberet.* Paulinus epistol 31. *In vestibulo cantharum ministra manibus & oribus fluenta ructantem fastigiatus solido ære tholus ornat, & inumbrat, non sine mystica specie, quatuor columnis salientes aquas ambiens.* Idem epistola ad Seuerum, *E regione Basilicæ nouæ supra medianum arcum hi versus sunt.*

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lauat amne ministro.

D Anastasius in Hilario, *& ante fores Basilicæ gradus fecit in atrio, & cantharum, & post apsidem aquam introduxit, vbi & balneum à fundamento fecit.* Asconius Pedian. *Ideò delubra dixerunt, in quibus labra corporum abluendorum more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici.* Paulin. Natali 10.

Cuius in exposito prælucens cantharus extat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.

Si fontes deessent, erant Cisternæ, & putei. Natali 9

Denique cisternas adstruximus vndique tectis
Capturi fundente Deo de nubibus amnes,
Vnde fluant pariter plenis caua marmora labris
Ordine disposito variat distincta figuras,
Concharumq; modis, & pictis florida metis.

E Item Natali 10. vbi de cantharo egit, subiungit,

Cætera dispositis stant vasa sub aëre nudo
Fonticulis, gratum vario quibus ordine fixis
Dissidet artis opus, concordat vena metalli,
Vnaq; dextrorso fluit orè capacius vnda.

Ibid. ——— *Parias post vilia Conchas*
Brassica fert, & splendet aquis, quæ sorde nitebat.

Erant igitur fontes, cisternæ, putei in vestibulis & atriis Basilicarum. Codinus lib. de Constantinopoli, *τὸ ἅγιον φρέαρ τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος*, *Sanctus puteus B. Apostoli Petri, & locus pulpiti*, seu *ambonis.* Item, *τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου*, *puteus Martyrij.* Cedrinus in Iustiniano, *πληροῖ δὲ καὶ τὸ μεσίαυλον τῆς βασιλικῆς ἐκείνης κινστέρνης*, absoluit Cisternam quæ erat *in medio aulæ Basilicæ Illi.* Vbi aduerte Cisternas in media Basilica, siue aula sæpe fuisse. Basilius Seleuciæ

 Episcopus

Episcopus scribit lib. 2. de vita Sanctæ Theclæ, *Cum morbus immedicabilis in oculos omnium sæuiret, quendam monitum per somnium, vt lauacro Basilicæ S. Theclæ vteretur*, τῷ αὐτῆς χρήσασθαι λουτρῷ, ὅτι τὸ ἀληθῆς ἐκείνης, καὶ πενιχρᾶς κολυμβήθρας ἡ χάρις ἦν: *Gratia illa non illi exili, & paupertino lauacro debebatur*, sed Sanctæ Theclæ. Codinus lib. de Constantinopoli, ἡ δὲ στήλη τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ὑπεράνω ἵσατο τοῦ φρέατος τοῦ ἁγίου ἐπάνω τῆς σαλπίγγος, *stella Constantini erat supra puteum in superiori parte S. putei altius quam tuba*. Eusebius lib. 6. Eccles. Histor. cap. 9 scribit, Narcissum Episcopum Hierosolymitanum, cùm oleum in Ecclesia deficeret, ὕδωρ ἀνιμήσαντας ἐκ τοῦ πλησίον φρέατος, iussisse vt *aquam haustam è vicino puteo* ad se adferrent, quam allatam pro oleo in lucernas iniecit, & arsit. Vide quæ supra de Cantharo, & Nymphæo diximus. A

CAP. X.

De Vestibulo seu Atrio. B

ATRIVM, Vestibulum, Propylum, Prodromum, Pronaum appellatum esse diximus. Anastasius Bibliothecarius in Anastasio II. Papa, *sub gradibus in Atrio aliam Cantharam foris in vulgo campi posuit, & ad vsum humanæ necessitatis fecit*. Festus, *Atrium propriè genus est ædificij ante ædem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit*. quod Varro dictum putat ab Atriatibus Thuscis: putem ego dictum quasi αἴθριον, sub nudo aëre positum. Paulinus,

Sancta nitens famulis interlait atria lymphis
Cantharus.
Cerne coronatam Domini super atria Christi
Stare Crucem. C

Epistol. 31. *Basilica prætento nitens Atrio, fusa Vestibulo est, vbi Cantharum*, &c. Idem Natali 9.

Ecce vides istam quæ iamna prima receptat,
Porticus obscuro fuerat prius obruta tecto,
Nunc eadem noua pigmentis, & culmine creuit:
Ast vbi conseptum quadrato tegmine circa
Vestibulum medio reseratur in æthera campo,
Hortulus ante fuit, venerandam vt martyris aulam.
Eminus aduersis foribus de fonte reclusis
Lætior illustraret honos.
Sed rursum redeamus in atria, conspice rursum
Impositas longè duplicato tegmine cellas D
Porticibus, metanda bonis habitacula dignè.
Quos huc ad sancti iustum Felicis honorem
Duxerit orandi studium, non cura bibendi.
Nam quasi contiguata sacris cænacula tectis
Spectant de superis altaria tota fenestris.

Natali 9.

———— Et aperta per arcus
Lucida frons bifores perfunderet intima largo
Lumine.

Ait in Atrio fuisse porticus, in quibus cellæ peregrinis hospitio excipiendis, vt quasi in metatorio essent. Vbi animaduerte interdum Metata dici hospitia, quæ militibus prouinciales debent. Basilic. ecloga 6. οὐκ ὀφείλει μετάτοις τὴν ἐπαρχίαν βαρύνειν ὁ ἀνθύπατος, *non debet proconsul metatis onerare prouinciam*. Metatorium erat locus in Vestibulo ædium Episcopi excipiendis hospitibus. Theodorus Anagnosta lib. 2. eclog. ἔμπροσθεν τοῦ μιτάτου ξίφος κατ' Εὐφημίου γυμνῶσαι, *nudare ensem ante metatorium contra Euphemium Episcopum*. Paulinus epist. ad Alethium. *vt tota & intra Basilicam, & pro ianuis atrij, & pro gradibus campi spatia coarctentur.* E

CAP. XI.

De Porticibus Atrij seu Vestibuli.

EVSEBIVS lib. 10. Histor. cap. 4. Vestibulum ingens & sublime ponit, πρόπυλον δὲ μέγα, καὶ εἰς ὕψος ἐπηρμένον πρὸς αὐγὰς ἀνίσχοντος ἡλίου ἀκτῖνας ἀναπέτασας, τοῖς δὲ καὶ τοῖς μακρὰν

τῶν

A περιβόλαιον ἔξω ἱερῶν ἱστᾶσι τῆς τῶν ἔνδον παρέχειν ἀφθονίαν θέας, *Cum autem expanderit Vestibulum ante portam ingens & sublime ad ortum solis, etiam iis qui longè sunt extra sacrum ambitum, prabuit eorum qua sunt intus abundè spectaculum.* Gregorius Nazianz. orat. 19 in funere patris de Templo quod pater eius exstruxerat, *Adhac orbicularibus, & aquiangulis splendida materia ductibus, atque ingentem in medio locum ambientibus cingitur, ac portarum, & Vestibulorum venustate pralucet, atque accedentes eminus excipit*, πυλῶν δὲ καὶ προπυλαίων περιλάμπεται χάριτι, καὶ πόρρωθεν τὸν προσιόντας δεξιούμενον. Porrò ipsæ & aditus, valuis & postibus muniti erant. Cicero pro Domo sua, *Ibi enim postis est, vbi aditus Templi, & valua.* Sed de porticibus Atrij Sidonius Apollinaris lib. 2. epist. 10.

Hinc est porticus applicata triplex
Fulmentis Aquitanicis superba,
Ad cuius speciem remotiora
B *Claudunt atria porticus secunda,*
Et campum medium procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas.

Erant supra porticus cellæ. Paulin. Natali 9.

Impositas longis duplicato tegmine cellas
Porticibus.

Post Vestibulum eùm fores transisses, non semper occurrebat ipsa aula Basilicæ, sed in plerisque Templis locus sub dio positus porticibus insignis, quod propriè Atrium fuit. Eusebius lib. 10. Histor. cap. 4. de Templo, quod à Paulino Episcopo Tyri exstructum est: εἴσω δὲ παρελθοῦσι πυλῶν, οὐκ εὐθὺς ἐφῆκεν ἀνάγνοις, καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπιβαίνειν ἁγίων, διαλαβὼν δὲ πλεῖστον ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ τε νεὼ, καὶ τῶν πρώτων εἰσόδων τέτρασι μὲν πέριξ ἐγκαρσίοις καλλωπίσας στοαῖς εἰς C τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν τόπον κίοσι πανταχόθεν ἐπαιρομένοις, &c. *Et autem, qui ianuas pratergressus sit, non permisit statim illotis pedibus in interius Sacrarium ingredi, sed magnum spatium inter primos aditus & inter ipsum Templum intercipiens, quatuor circum obliquis, & transuersis ornauit porticibus, locum quadrata forma columnis vndique excitatis sepiens, quarum quod in medio reticulatis ligneis septis quod satis est longis claudens, medium sub nudo aëre reliquit, vt calum videri posit, & aër radiis Solis peruius sit.* Idem lib. 4. de vita Constantini, pag. 155. ἀμφὶ δὲ τοῦτον αἴθριος τις αὐλὴ παμμεγέθης εἰς ἀέρα καθαρὸν ἀναπεπταμένη, ἐν τετραπλεύροις δὲ ταύτῃ στοαὶ διήρχον, *Circa Templum erat aula quadam sub diuo ingens aëri puro aperta, in cuius quatuor lateribus porticus discurrebant, & lauacra, & flexus extendebantur, & multa habitationes, ac domuncula in gratiam adituorum exstructa erant.* Idem lib. 3. describit Templum, quod circa sepulcrum Domini Constantinus exstruxit: *Primum omnium sacrum antrum ornauit, & diuinum monumentum columnis eximiis, & or-* D *namentis pluribus insigniuit.* διέβαινε δ' ἑξῆς ἐπὶ παμμεγέθη χῶρον εἰς καθαρὸν αἴθριον ἀναπεπταμένον, *Deinde ad locum ingentem sub dio positam deuenit, quem in solo lapis splendens stratus ornabat longo ambitu porticuum ex tribus lateribus comprehensum: regium enim, & primariam Templum coniunctum erat cum latere, quod è regione antri ad Solis ortum respiciebat.* Et infrà, ἑξῆς δὲ πρὸς τῶν ἐπὶ τὰς πρὸ τοῦ νεὼ καμάρας εἰσόδους αἴθριον διελάμβανεν, *Inde procedentibus ad Templi aditus occurrebat locus sub diuo positus, vbi erat & prima aula ad vtrumque latus, & porticus ad aulam, & porta ipsius aula, post quas in ipsa quasi fori lati media plantie vestibula totius adificij magnifica, & luculenta exeuntibus admirabile spectaculum prabebant.*

CAP. XII.

E

De Narthece vestibuli, & Portis.

NARTHEX, seu Ferula locus fuit extra Ecclesiam, vbi stabant οἱ ἀκροώμενοι, *audientes* propè Dicymbalum. In sexta Synodo edictum Principis ἀναλήψιν ἐν τῷ ...ειτῷ νάρθηκι τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας πλησίον τοῦ καλουμένου δικυμβάλου, *positum in tertia ferula sancta Ecclesia prope Dicymbalum.* In Triodio hæc leges: ἀπὸ ταύτης τῆς κυριακῆς ἄρχεται ἡ ἀναγνώσκειν μετὰ τὴν ἐν τῷ νάρθηκι ἀπόλυσιν τῆς λιτῆς τὰς κατηχήσεις τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, *Ab hac Dominica incipimus legere catecheses Patris Theodori Studita post absolutionem precum in Narthece.* Erant tria eiusmodi loca, seu tres Narthecés audientibus attributi. Audientes autem erant pœnitentes, qui Ecclesia excludebantur ante finitam pœnitentiam. Dicebatur & hic locus ἀκρόασις. Theorianus in legat. Armen. eos, qui tali peccato succubue-

 rint,

tint, τρία μὲν ἀκροώμενον ἐκκλήσεως ὁ κανών, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενον ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν: *Canon iubet tres annos audientes eſſe, id eſt, extra Eccleſiam ſtare in ferula, & diuinas Scripturas audire:* Narthex dicitur Ferula, quia pœnitentes ferulæ ſubditi erant. Erat igitur locus ad veſtibulum, vnde Scripturarum lectio poſſet audiri. In veſtibulo erant χάλκεοι οὐδοί, *limina ærea*, vt ait Lucianus in Philopatride, *ferreæ portæ*. Zonaras in Valente, ad preces S. Baſilij, τῶν κλείθρων τοῦ ἱεροῦ διαρραγέντων, καὶ τῶν μοχλῶν αἱ πύλαι διεστησαν ἀπ' ἀλλήλοις, *Clauſtris Templi perruptis, & vectibus portæ à ſe inuicem diſſiluerunt.* Apollonius lib. 1. de excid. Hieroſolym.

> *Stabat ad ingreſſum naſcentis ſpicula Phœbi,*
> *Ianua reſpiciens, & Templi maxima ſummi*
> *Aere graui, ſolidoq́ rigens, quæ brachia poſſet*
> *Adduplicata decem conatu ludere vano.*

CAP. XIII.

De ædificiis extra Templum.

EVSEBIVS lib. 10. Hiſtor. cap. 4. extra ambitum Templi Exedras, & domos Clericis fuiſſe ait. ἤδη λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ νεὼ μετῄει, ἐξέδρας τε, καὶ οἴκους τοὺς παρ' ἑκάτερα μεγίστους ἐπισκευάζων ἐντέχνως ἐπὶ ταὐτὸν εἰς πλευρὰ τῷ βασιλείῳ συνεζευγμένους, καὶ τὰς ἐπὶ τὸ μέσον οἴκου εἰσβολαῖς ἡνωμένους, ἃ καὶ αὐλαῖς ἐπικαθάρσεως, καὶ περιρραινομένων τῷ δι' ὕδατος καὶ ἁγίου πνεύματος ἐγχωροῦσι: *Iam deinceps ad ea, quæ ſunt extra Templa, venit, præparans exedras, & maximas domos vtrimque artificioſè coniunctas ad latus cum Baſilica, & adytu in mediam ædem copulatas, quæ ædificia exſtruxit in eorum vſum qui expurgatione per lauacrum aquæ & S. Spiritus egent.* Baptiſterium ſignificat quod extra templum fuit; ſed tamen Templo coniunctum. De Exedris in quibus æditui habitabant, Ruffinus lib. 2. Eccleſ. hiſt. c. 23. *extrema totius ambitus ſpatia occupant exedræ, & paſtophoria, domuſque in excelſum porrecta, in quibus vel æditui, vel hi, quos appellant ἁγνεύοντας, Caſtos, manere ſoliti erant.* Codinus lib. de Conſtantinopoli, de S. Sophia loquens, τὰ δὲ πέριξ κελλία ᾤκουν τῶν κληρικῶν, *cellæ in circuitu Templi habitabantur à Clericis.* Gloſſæ Paſtophorium eſſe aiunt atrium Templi, vel ſacrarium Pontificum, vel gazophylacium. S. Hieronymus in c. 22. Iſa. Paſtophorium accipit pro thalamo in quo habitabat Præpoſitus Templi. Apud Anaſtaſium Sergius Papa ſub annum 688. *tectum & cubicula vniuerſa quæ erant in circuitu Baſilicæ B. Pauli Apoſtoli, quæ vetuſtate confecta erant, renouauit.*

CAP. XIV.

De Aula Baſilicæ.

AVLA Baſilicæ columnis ſuffulta conuexo vt plurimum fornice hinc inde porticibus ſepta erat, in quibus cubicula, & oracula, quas vulgò *Capellas* vocant, vbi altaria, & ſepulcra Martyrum, ſeu Confeſſiones, & loca viris, fœminis, pœnitentibus, catechumenis in ipſa aula, ſeu concha Baſilicæ ſecreta, vnde ex ambone verbum Dei exaudiri poſſet. Clemens lib. 2. Conſtit. cap. 57. καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ παστοφόρια πρὸς ἀνατολήν, ὅστις ἔοικε νηΐ. κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος, &c. *Primum quidem Domus ſit oblonga, quæ Orientem ſpectet, paſtophoria ex vtraque parte apſidis ortum reſpiciant, domus ſimilis ſit naui. In medio ſit ſedes Epiſcopi, quam vtrimque presbyterorum ſedes ambiant;* παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, *& Diaconi ſtent ſuccincta veſte, quorum prouidentia laici in altera parte ſedeant, in altera fœminæ, in medio lector in loco ſublimi legat, quæ ſcripſit Moyſes, & alij Sancti Dei.* Succinctam Diaconorum veſtem vocat Colobia. Euſebius lib. 10. Hiſtor. cap. 4. In aula Baſilicæ multas portas ad initum & exitum fuiſſe ait his verbis, *Deinde cum vltra progreſſus ſis, plura veſtibula intus occurrunt, quæ aditum in Templum aperiant. Rurſum ſub radio ſolis tres portas ad idem latus aperuit, quarum media cæteris maior æris pegmatis ferro deuinctis, & cælato opere diſtincta, vt regina duas alias hinc & inde ianuas pro ſatellitibus habet. Eodem modo porticus in vtramque Templi partem veſtibulis reſpondentes deſuper diuerſos in templum aditus illuſtres, & conſpicuos habent, ligneis fabricis eleganter, & ſcitè diſpoſitos. Epiſcopus autem regiam aulam opulentiori materia muniens nullis ſumptibus pepercit. Quid domus longitudinem & latitudinem accuratius deſcribam, quæ ad cælum conſurgit cedris Libani ſuperincumbentibus?*

A *tibus? Pauimentum Templi marmore stratum est.* Codinus in aula Basilicæ Sanctæ Sophiæ, duo loca scribit catechumenis attributa, quæ dicta Prima, & Secunda Catechumena, φθασάντων δὲ εἰς τὰ δεύτερα κατηχούμενα, καὶ σὺν κίονας ἀνηγέρθησαν αἱ καμάραι. *Cum verò in secundis Catechumenis occupati essent, & columnis fornices extructi sunt.* Postea commemorat πρῶτα κατηχούμενα. Loca in quæ se viri, fœminæ, pœnitentes, Catechumeni recipiebant, erant portis munita, quas Diaconi obseruarent, ne quid turbarum esset. Clemens lib. 8. Constitut. cap. 11. οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, *Diaconi stent ad virorum ianuas, hypodiaconi ad mulierum.* Codinus de Constantinopoli, σκεπάσαντες δὲ ἐπάνω τὰς ἀψῖδας ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τῶν ἐμβόλων τῶν γυναικωνιτῶν, &c. *Cùm desuper fornices vtriusque partis gynaceonitidis tegerent, & à pessis vsque ad catechumenos repararent.* Ornatum ipsius Basilicæ describit Eusebius lib. 4. de vita Constantin. pag. 155. de Basilica Beatorum Petri & Pauli agens, αὐτὸς δὲ

B νεὼν ἅπαντα εἰς ὕψος ἄφατον ἐπάρας λίθων ποικιλίαις παντοίων ἐξαστράπτοντα ἐποίει, εἰς αὐτὸν ὄροφον ἐξ ἐδάφους πλακώσας, διαλαβὼν δὲ λεπτοῖς φατνώμασι τὴν στέγην χρυσῷ τὴν πᾶσαν ἐκάλυπτεν, &c. *Constantinus Templum omne ad incredibilem altitudinem sustulit, & omnis generis lapillorum varietate fulgurans effecit marmoribus, à solo ad summum fastigium incrustans. Complexus autem tenuibus laquearibus omne tectum aperuit. Sursum æs pro testaceis tegulis à pluuia munibat, circa quod plurimum aurum rutilabat, vt intuentium oculos præstingueret. Cancellis autem æreis & argenteis domum ambibat.* Lucianus in Philopatride ostendit sua iam ætate Christianorum Ecclesias auro illustres fuisse, διήλθομεν σιδηρείας τε πύλας, καὶ χαλκέους οὐδούς, ἀναβάθρας δὲ πλείστας περικυκλωσάμενοι ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν: *Cum vellemus ire in Christianorum Ecclesiam transiuimus ferreas portas, & ærea limina, & plures scalas circuimus, tum in domum ascendimus auratis laquearibus.* Paulinus Natali 9.

Rident insculptum camera crispante lacunar,
C *In ligno mentitur ebur.*
Quæque prius pilis stetit, hac modò fulta columnis
Vilia mutato spreuit cæmenta metallo.

Idem epist. 12. *Latissimo conspectu tota hæc Basilica aperitur, trinis arcubus paribus perlucente transenna per quam vicissim sibi tecta ac spatia Basilicæ vtriusque iunguntur. Intra ipsam verò transennam, qua breue illud quod propinquas sibi Basilicas potius discludebat, interuallum continuatur.* Ait è veteri Ecclesia Fœlicis in nouam transiri per tres arcus, & tres introitus. Ornatum item Basilicæ graphicè pingit Sidonius lib. 2. epist. 10.

Aedes celsa nitet, nec in sinistrum,
Aut dextrum trahitur, sed arce frontis
Ortum prospicit æquinoctialem.
D *Intus lux micat, atque bracteatum*
Sol sic sollicitatur ad lacunar,
Fuluo vt concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor
Percurrit cameram, solum, fenestras,
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta saphyratos,
Flectit per prasinum vitrum lapillos.
Hinc est porticus applicata triplex
Fulmentis Aquitanicis superbo,
Ad cuius speciem remotiora
E *Claudunt ostia porticus secundæ,*
Et campum medium procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas.

Paulinus Natali 10.

Illic porticibus latè circumdata longis
Vestibula in cliuo tectis reserantur aperto,
Et simul astra oculis, ingressibus atria pandunt:
Illic adiunctæ sociantur mœnibus aulæ,
Diffusoque situ simul, & coëunte potentes
Aemula consertis iungunt fastigia tignis.
Inter quæ & modicis variatur gratia cellis,
Quas in porticibus quâ longius vna coactum

Porticus in ſpatium tactu protenditur vno:
Adpoſita lateri ista cominus ora recludunt,
Trinaque cancellis currentibus oſtia pandunt.

Cellas vocat cubicula, & oratoria, quæ cancellis præſtructa erant Idem epiſtol. 12. de porticibus quæ aulam ambiunt; *totum extra concham Baſilicæ ſpatium alto & lacunato culmine geminis vtrimque porticibus dilatatur, quibus duplex per ſingulos arcus columnarum ordo dirigitur. Hæc Baſilica aperitur tribus arcubus paribus perlucēte tranſenna per quā viciſſim ſibi tecta ac ſpatia Baſilicæ vtriuſq; iunguntur. Intra ipſam tranſennam, quæ breue illud quod propinquas ſibi Baſilicas diſcludebat interuallum, continuatur. Tranſennam* appellat pergulam extra templum porrectam, qua tranſitur ſuperpoſito tecto. Eſt quædam quaſi ſuperior ambulatio inter vtramque Baſilicam interiecta. Procopius lib. 1. de ædific. Iuſtin. In ipſis porticibus Andronas, & gynæconas ponit. *Fornicū,* inquit, *alij reſpiciunt ortum, alij meridiem, quidam boream. Porticus vtrimque duæ ſunt, quibus tholus laqueatus auro, harum altera viros precantes capit, altera fœminas,* ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται· γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ πεποιημένους ἡ ἄλλη ἀνεῖται. Idem fornices ab architectis vocari ait *loros*, τὰ ἁψίδων, λώρους δὲ αὐτὰς ἐπικαλοῦσιν οἱ μηχανοποιοί. Euſebius lib. 3. deſcribit templum, quod circa ſepulcrum Domini Conſtantinus exſtruendum curauit, πρῶτον ἁπάντων τὸ ἱερὸν ἄντρον ἐκόσμει μνῆμα θεσπέσιον ἐξαιρέτοις κίοσι, κόσμῳ τε πλείστῳ κατεποίκιλλεν, &c. *Primum omnium ſacrum antrum ornauit, diuinumque monumentum columnis eximiis & ornamentis plurimis inſigniuit. Aula autem Baſilicæ coniuncta erat cum latere, quod è regione antri ad ſolis ortum reſpiciebat, opus eximium in altitudinem immenſum ſublatum longitudine ac latitudine ſpectabile, cuius interiora marmoris varij cruſta tegebant, exterior murorum facies lapide polito belle coagmentato fulgebat, opus egregium, quod marmoris ſplendori parum concederet. Surſum autem ad conuexum tecti ædificia quæ foris erant, plumbum aduerſus iniuriam pluuiæ hibernæ muniuit. Quæ verò intra tectum, laquearibus ſculptis apta, & quaſi magnum quoddam mare per totam Baſilicæ aulam amplexibus inter ſe iunctis dilatata & auro tecta radianti luce templum illuſtre faciebant,* καὶ ὥσπερ τι μέγα πέλαγος καθ᾽ ὅλου τοῦ βασιλείου οἴκου συνεχέσι ταῖς πρὸς ἀλλήλας συμπλοκαῖς ἀνευρυνόμενα χρυσῷ τε διαυγεῖ δι᾽ ὅλου κεκαλυμμένα φωτὸς οἷα μαρμαρυγαῖς τὸν πάντα νεὼν ἐξαστράπτειν ἐποίει· ἀμφὶ δὲ ἑκάτερα τὰ πλευρὰ διττῶν στοῶν ἀναγείων τε καὶ καταγείων δίδυμαι παραστάδες τῷ μήκει τοῦ νεὼ συνεξέτεινον, *circum vtraque latera duarum porticuum quæ partim ſub terra erant, partim ſupra terram eminebant, gemina ædificia cum longitudine Templi pariter producebantur* (παραστάδας, hic nōn interpretor antas, vel antæpagmenta; vel exedras, vel poſtes, ſed ipſarum porticuum ductum) *quæ & ipſæ in vertice auro exornabantur, quarum portiuum aliæ in fronte domus columnis ingentibus ſuffulciebantur, aliæ quæ in ipſo templo erant, peſſū & faſtigiis erigebantur* (ita πεσσοὺς, ſeu πεσσὸς interpretatur Procopius lib. 1. de ædificiis Iuſtiniani λόφους χειροποιήτους *foris exornatis.* Gregorius Nazianzenus orat. 19. νεὼν τῷ Θεῷ ἤγειρε ὀκτὼ ἰσοπλεύροις εὐθείαις εἰς ἑαυτὸν ἀπαντῶντα κιόνων δὲ καὶ στοῶν κάλλεσι δι᾽ ὀρόφων εἰς ὕψος αἰρόμενον, καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν πλάσμασι. Pater Nazianzeni *domum Deo exſtruxit octo æquilateris rectis in ſe occurrentem, & columnarum ac porticuum elegantia per laquearia in altum aſſurgentem, quæ picturis adeò inſignibus exornata eſt, vt vix ipſi naturæ cedant. Adde, quòd & cœlo deſuper illuſtratur, vberrimiſq; lucis fontibus ſpectantium oculos irradiat. Ad hæc orbicularibus, & æquiangulis ſplendidæ materiæ ductibus, atque ingentem in medio locum ambientibus cingitur, ac portarum ac veſtibulorum venuſtate prælucet, atque accedentes eminus excipit. Externus autem ornatus eſt quadratus lapis, atque in cincinnum flexus, pulchritudine, & magnitudine ſingulari, & marmoreis baſibus & capitibus, quibus anguli intercipiuntur: cui tamen patrius ornatus non cedit. Nondum loquor de variis & multiplicibus baltheis à fundamentis ad cacumen vſque protenſis, & intextis, quod ſpectatorem damno afficit viſum circumſcribens.*

CAP. XV.

De Salutatorio.

SALVTATORIVM extra Baſilicam fuit, quod dicitur *Aſpaſticum*, Latinis *Metatorium*, vbi peregrini ab Epiſcopo excipiebantur. Gregor lib. 3. Dialog. *Ipſi Sacerdoti in ipſo quod nunc Salutatorium dicitur, manſio erat.* Theodoretus lib. 5. Hiſtor. cap. 18. ἐπειδὰν δὲ τὸν ἱερὸν περίβολον κατέλαβε, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεών· πρὸς δὲ τὸν ἀρχιερέα παραγενόμενος, ἐν δὲ τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ οὗτος καθῆστο, ἐλιπάρει. *Poſtquam Theodoſius venit ad templi ambitum, non ingreſſus eſt in diuinum templum, accedens autem ad* Ambroſium *Pontificem qui ſedebat in Salutatorio, eum rogauit.* In Monaſteriis fuit & Salutatorium. Concilio Matiſcon. ſub ann. 582. cap. 2.

Ne

A *Ne viri intra Salutatorium, aut oratorium Monasterij virginum intrent.* Paulus Diaconus lib. 13. *Theodosius inueniens Antistitem residentem in Salutatorio. Metatorium* fuit in vestibulo ædium Episcopi, vbi hospitium peregrinis datum. Cedrinus, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διῆρχετο εἰς τὸ μιτατώριον, *per dexteram partem iuit in Metatorium.* Theodorus Anagnostes lib. 2. eclog. scribit inimicos Euphemij Episcopi immisisse quendam, qui in Metatorio ensem ante eum nudaret. In euchologio, *Metatorium* vocatur *Diaconicum*, μετὰ τὸ ψάλλειν τὴν τερτίαν καὶ ἕκτην ἔρχεται ὁ ἁγ. πατρ. ἐν τῷ μιτατωρίῳ, ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. *Post dictam tertiam, & sextam vadit sanctissimus Patriarcha in Metatorium, siue Diaconicum, & exit ad sanctum altare.*

B

CAP. XVI.

De Oratoriis Basilicæ.

IN Basilica vel potius, in porticibus, quæ vtrinque cingebant Basilicam, varia erant cubicula, oratoria, sacella, in quibus altaria cum sepulcris aut reliquiis Martyrum, quæ sæpe cancellis inclusa erant. Paulinus Natali 7.

—— Admotúmque sacratis
Ante fores sancti cancellis corpore verso.

Sed de Oratoriis infra pluribus agemus.

C

CAP. XVII.

De Analogio.

ANALOGIVM seu Ambone locus fuit in aula Basilicæ, vnde sermones in Templo habentur, ait Isidor. lib. 15. origin. vel, vt vult Vualfridus Strabo dictum, quòd in eo verbum Dei legatur, & annuntietur. Ab Anastasio Bibliothecario vocatur *Lectorium.* Isidorus in glossis *Lectorium, analogium*, super quo legitur. Suidas ἀναλογεῖον ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία, *Analogium in quo ponuntur libri.* Stephanus de sacram. altaris c. 4. *officium Acolythorum est ante Diaconum ferre cereum accensum cum ceroferario vsque ad Analogium, & tenere debent dum legitur Euangelium.* In Missa Chrysostomi, ὁ διάκονος προσκυνήσας μετ' εὐλαβείας τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ἐξελθὼν, διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν μετὰ λαμπάδων, καὶ θυμιαμάτων ἔρχεται, καὶ ἵσταται ἄνω ἐν τῷ ἄμβωνι: *Diaconus cum adorarit reuerenter sacrum Euangelium, & exierit per sacras portas cum lucernis &* D *suffitu, vadit & stat sursum in Ambone.*

CAP. XVIII.

De Ambone, seu pulpito.

PVLPITVM non tantùm locus in proscenio fuit quinque pedes altus, vt vult Vitruuius, vbi chorus canebat; verùm & suggestus, ex quo professores docebant, aut declamitabant. Sueton. de claris Grammat. cap. 4. scribit quemdam *Principem nomine, manè differere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum.* Quintilianus Demosthenem angusto E pulpito stantem declamasse ait. Græci ἄμβωνα vocant, *Vmbonem Latini*, ex quo in Ecclesia Diaconi, vel Sacerdotes ad populum sermonem habent. Sozomen. lib. 7. c. 2. εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι παρὰ τὸν ἄμβωνα, *existimo eam iacere ad Vmbonem.* Suidas ἄμβων ἡ τῆς πέτρας ὀφρῦς, *supercilium Petræ*, ab ἀναβαίνω. Hesychius ἄμβωνες αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν, *Ambones ascensus* montium. Blastares in Synopsi Concil. οἱ γὰρ ἐξαρτῶντες τὸν διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι τῷ ἱερεῖ οἱ τοῖς ἐν ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρόν. *orarium Diaconi qui sacrificantibus Sacerdotibus adsunt, sibi aptantes, Diaconis qui sunt in Ambone tempus orario significant.* Curopalates in Rom. Constantini filio, στέφει τοῦτον ὁ Πολύευκτος ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, *Coronat eum Polyeuctus in Ambone magnæ Ecclesiæ.* In Missa S. Chrysost. διάκονος ἵσταται ἄνω ἐν τῷ ἄμβωνι, *Stat Diaconus in Ambone.* Plutarchus in Demetrio vocat βῆμα, qua voce vtitur Chrysostomus in Liturgia. Paulus Diaconus in Anastasio, *Præcepit super Ambonem additamentum* trisagij admittere. Latini Vmbonem ponunt pro loco sublimi. Statius in Hercule Surrentino, *quod solidus contra riget vmbo maligni Montis.* In Achilleide: *Vndisona quos circuit vmbo maleæ. Lectorium* Latini vocant inter-

 dum

dum locum vnde legitur, interdum Pulpitum argenteum, cui liber Euangeliorum imponitur. Apud Anastasium Leo IV. *fecit Lectorium argenteum cælatum super quatuor pedes, in cuius summitate leonis caput refulget pensans libras triginta duas.* Item *fecit Lectorium ex argento.* Nicæna Synodo apud Gelasium, *μὴ δεῖν λαϊκοὺς ἀνιέναι ἐν τῷ ἄμβωνι πλὴν τῶν τεταγμένων ἀναγινώσκειν, ἢ ψάλλειν ἐν τῶν διφθέραις. Non oportere laicos ascendere in Ambonem, sed eos solos qui ordinati sunt, vt legant aut psallant in membranis.* Synodo sexta. *μηδένα τῶν ἁπάντων συγχωρεῖν ἐπ᾽ ἄμβωνος τὸν θείους τῷ λαῷ λόγους ἀποφωνεῖν, εἰ μή τι ἂν ἱερατικῇ κουρᾷ κέχρηται ὁ τοιοῦτος, nemini omnium liceat in ambone diuinos sermones populo prædicare, nisi clericali tonsura vtatur.* Ambo dicitur & *Dicterium.* Basil. Seleuc. lib. 2. de Thecla, *δεικτήριον δὲ λέγεται ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐπιδείκνυνται οἱ λέγοντες, τοῦτ᾽ ἔστιν ὁ ἄμβων ἤ τι τὸ ἀκροατήριον, Dicterium, seu ostentorium dicitur locus vbi spectantur ij qui publicè dicunt, hoc est, ambo seu Auditorium.* In Missa Chrysostomi Diaconus legit Euangelium *ἐν τῷ ἄμβωνι, ἢ ἐν τῷ τεταγμένῳ τόπῳ.*

CAP. XIX.

De Apellaria, seu Apallarea.

APALLAREA fuit operimentum è laminis argenti, quod cathedræ Episcopi imminebat. Anastasius de Sergio Papa. *posuit in absidæ Basilicæ super sedem Appellariam argenteam pensantem libras centum viginti.* Putem dici, quia solem, aut nimiam lucem prohibeat, *ἀπὸ τοῦ ἡλίου, à sole,* vel ab *ἕλη*, quæ vox *lucem* significat.

CAP. XX.

De loco Pœnitentium.

QVATVOR loca Pœnitentibus attributa sunt, *προσκλαυσις* extra vestibulum Basilicæ, *ἀκρόασις* in vestibulo. *ὑπόπτωσις*, in ipsa Basilicæ aula, eum fidelibus stant post ambonem pœnitentes, & cum catechumenis exeunt. Systasis in qua iam non procidentes in genua, sed stantes erant cum fidelibus vsque ad finem Liturgiæ, sed non communicant, vt Gregorius Neocæsariensis in epistola Canon. Apud Zonaram & Balsam. Basilius in epistol. Canon. 3. ad Amphilochium Canon. 58. *ὁ μοιχεύσας πεντεκαιδεκαετίαν, τέσσαρα μὲν ἔτη προσκλαίων, πέντε δὲ ἀκροώμενος, τέσσαρα ὑποπίπτων καὶ ἐνὶ συνεστώς, qui adulterium commisit, annis quindecim pœnitentiam agat, quatuor annis plorans seu auscultans, quatuor succumbens, & vno stans.* Græcus Scholiastes Hermenopuli in Epitome can. sect. 5. tit. 3. *προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι, plorans, hoc est stans extra Ecclesiam, & ingredientes orans, vt pro se precentur Deum.* Tertull. *dixit, fratribus legationes deprecationis suæ iniungere.* *προσκλαύσεως* exemplum est apud Eusebium lib. 5. cap. 28. & Synes. epist. 67. De Acroasi Scholiastes Græcus loco supra citato, *οἱ ἀκροώμενοι ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μεχρὶ τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, auscultantes extra Ecclesiam stabant vsque ad lectionem Euangelij.* Item *ἀκροώμενος, ἤγουν ἔξω ἱστάμενος ἐν τῷ νάρθηκι, Audiens, hoc est stans foris in Narthece. ὑποπίπτων, ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος· ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων, succumbens, hoc est intra Ecclesiam stans pone ambonem, & exiens cum catechumenis. συνεστὼς ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνερχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος, In Systasi orans cum fidelibus, sed non communicans corpori Christi.* Theorian. in legat. Armen. *ἑπτὰ ἔτη αὐτῷ πεσοῦνται· τοῦτο δὲ ἔστιν ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων.* Canon ait, *septem annos in eo loco in genua procident, hoc est, intra Ecclesiam intrabunt; sed stabunt pone ambonem & exibunt cum catechumenis.* Cum reconciliarentur altari, quinta feria sanctæ hebdomadæ, vocabatur *μέσωσις, Plenitudo, Perfectio.*

CAP. XX.

De Sacrario.

INTRA apsidem, vel vt Anastasius, & alij loquuntur, absidam, Presbyterium fuit, vbi maius altare, thronus Episcopi, sedes Presbyterorum, & *βῆμα*, quod propriè de sede.

A sede, seu throno Episcopi dicitur, sed pro Sacrario accipitur. Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. 121. τὸ θεῖον βῆμα τῆς ἐκείνης πράξεσι οὐ κοινοῦται, *Sacrarium Dei eius actionibus non polluitur*. A dextra apsidis, seu testudinis fuit Secretarium, seu Vestiarium, de quo Paulinus epistola 12.

Hic locus est, veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma sacri pompa Ministerij.

A sinistra fuit aliud Secretarium, vbi sacri libri, & Euangelia. Paulinus.

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Sacrarium dixit Hieronym. epist. 3. de morte Nepotiani. *Erat ergo sollicitus si niteret altare, si Sacrarium mundum, si vasa luculenta.* Clemens lib. 2. Constitut. cap 57. Secretaria vocat *Pastophoria.* Hieronymus in Ezechiel. cap. 42. *Pastophorium* thalamum, seu interius cubiculum B interpretatur. Hesych. παστοφόριον ἢ τὸ τὸν παστὸν φέρον, *Pastophorium quod fert thalamum.* Sed priusquam de iis quæ intra apsidem erant, dicam, pauca subiiciam ex Paulino epistol. 31. *Basilica sub alto sui culminis, medijs ampla laquearibus, longum patet, & Apostolico eminus solio coruscans, ingredientium lumina stringit, vel quà sub eadem mole tectorum geminis vtrinque porticibus latera diffundit, quive pratento nitens atrio, fusa vestibulo est.* Idem Natali 9.

———— Venerandam vt Martyris aulam
Eminus aduersa foribus de fronte reclusis
Lætior illustraret honos, & aperta per arcus
Lucida frons bifores perfunderet intima largo
Lumine, conspicui ad faciem conuersa sepulcri;
Quo tegitur posito sopitus corpore Martyr,
C *Qui sua fulgentis solij pro limine felix*
Atria bis gemino patefactis lumine valuis
Spectat ouans.
Ipsaque quà tumulus sacrati Martyris extat
Aula, ecce vides, quantus splendor velut æde renata
Rideat inscriptum camera crispante lacunar,
In lychno mentitur ebur, tectoque superne
Pendentes lychni spiris retinentur ahenis.
Quæque prius pilis stetit, hæc modo fulta columnis
Vilia mutato cœpit cæmenta metallo.

Idem epistola 12. *Totum verò extra concham Basilicæ spatium, alto & lacunato culmine, geminis vtrim-* D *que porticibus dilatatur, quibus duplex per singulos arcus columnarum ordo dirigitur. Cubicula intra porticus quaterna longis Basilicæ lateribus inserta. Secretis orantium prætereà memoriis familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent. Omne cubiculum binis per liminum frontes versibus prænotatur.* Hæc omnia Paulini pertinent ad aulam Basilicæ, ad porticus, & ad cubicula, seu sacella quæ sunt in porticibus: non pertinent ad apsidem. Idem fatetur se ignorare, an apsidem, an absidam dicere oporteat, quod eas voces nusquam legerit.

CAP. XXI.

De Bemate.

TRES Templi præcipuas partes fuisse ostendimus, *Atrium*, seu Vestibulum, ναὸν, seu aulam Basilicæ, & Apsidem, seu βῆμα, quod ἱερατεῖον, & *Sacrarium* dicitur, vbi E fuere duo Secretaria, alterum ad dexteram, alterum ad læuam, quæ duobus ostiis adibatur, quorum alterum item ad dexteram, alterum ad lævam fuit. In eo loco Sacerdos ad altare sacrificium incruentum offerebat, vbi & duo fuere Altaria, quorum alterum in medio maius dictum ἁγία τράπεζα, alterum minus ad sinistram, dictum πρόθεσις, in quo Sacerdos Sacra præparabat, vt docet Simeon Archiepiscopus Thessalonicensis lib de Templo Sacerd. S. Chrysostomus in Liturgia, εἶτα ἀπελθόντες εἰς τὴν πρόθεσιν νίπτουσι τὰς χεῖρας, *Deinde euntes ad prothesin lauant manus*, A Prothesi ad maius altare Sacerdos ibat, vt sacra perageret. Codinus lib. de officiis ἦν γὰρ συνήθεια πάλαι εἰσέρχεσθαι τὸν βασιλέα ... εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, καὶ θυμιᾶν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, *Erat olim moris, vt tali vespertino Imperator in Sacrarium intraret, & ad sacram mensam suffitum daret.* βῆμα autem ea Templi pars dicta, quod non nisi

nisi per gradus & scalaria eò ascenderetur, forte βῆμα dictum, quia intra apsidem esset solium, seu thronus, & quasi tribunal Episcopi. Isidorus lib. 1. epist. 121. εἴτις ἁμαρτωλὸς θυσιαστηρίου ἅπτεται θεοῦ, αὐτὸς ὑφέξει κρίμα, τὸ δὲ θεῖον βῆμα τῆς ἐκείνου πράξεσι οὐ κοινοῦται. *Si peccator altare Dei tangit, ipse pœnas dabit, diuinum autem altare eius actionibus non polluitur*, βῆμα posuit pro altari, forte quia per gradus ascenderetur ad altare, vt infra ostẽdam. Sacrarium vocat S. Hieronymus epist. 3. Isidorus lib. 1. epist. 250. πόσοις κηλῖσι τὸ θεῖον χραίνεται βῆμα, *quot maculis diuinum altare maculatur.* Clemens lib. 8. Constitut. τὰ παιδία ἑστήτωσαν πρὸς τῷ βήματι, *pueri stent prope Sacrarium; alius Diaconus illis præsit, ne tumultuentur.* In Missa Iacobi sacrum celebraturus exit è vestiario, & λέγει εὐχὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἕως τοῦ θυσιαστηρίου, *& orationem dicit è ianua vestiary vsque ad altare; deinde finitis mysteriis dicit orationem ab altari vsque ad vestiarium*, μέχρι τοῦ σκευοφυλακίου. In Missa sancti Chrysostomi. *Sacerdos cum Diacono primum intrat in Templum, & ante imaginem Christi ter prono capite adorat, deinde intrat in ἱερατεῖον, seu sacrarium, vbi sumit sacras vestes; primò sticharium, seu tuniculam, deinde orarium & alias vestes, quibus indutus it ad prothesin lauatum manus. Diaconus postquàm suffitum dedit in sacrario, & in toto Templo, redit ad Sacrarium, & iterum dat suffitum sacræ mensæ*, εἰσέρχεται αὖθις εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. *Deinde Sacerdos dicit orationem* ἐν τῷ βήματι, *in sacrario, Diaconus pronuntiat pacifica* ἔξω τοῦ βήματος, *extra Sacrarium.*

CAP. XXII.

De Apside.

APSIS, quam vulgò Absidam vocant, arcus, seu fornix fuit, testudo Sanctuarij, supra quod erigebatur, in cuius medio maius altare cancellis inclusum. Anastasius de Constantino, *Fecit Basilicam B. Laurentio, in qua fecit gradum ascensionis, & descensionis, in quo loco construxit Apsida, & exornauit marmoribus porphyreticis, & de superiori loco conclusit de argento, & cancellos argento purissimo ornauit, qui pensant libras mille; & ante ipsum locum in crypta posuit lucernam ex auro purissimo myxorum decem, pensantem libras triginta. Intra Apsidem fecit Sacrarium, seu Presbyterium.* Idem de Gregorio III. Papa, *Concessas sibi columnas sex onychinas volubiles ab Eutychio Exarcho, duxit eas in Ecclesiam B. Petri Apostoli, quas statuit supra Presbyterium ante Confessionem, super quas posuit trabes, & vestiuit eas auro, posuitq́ super eas lilia, & faros argenteos pensantes in vnum libras septingentas.* Idem, *Columnas versatiles, & cancellos fusiles argenteos pensantes simul libras mille quingentas septuaginta tres.* Item, *Altare maius sub Absida construxit, cuius faciem, atque Confessionem, seu rugas ad decorem sacri altaris inuestiuit argento, pensans libras octo & quadraginta.* Præter illam Apsidem Sanctuarij Anastasius ponit alias Apsides, his verbis, *Apsidas alias duas dextra lauaq́ positas infra Paracellarium, variis historiis depictas.* Item in Benedicto III. *Absidam, in qua Episcopi psallentes residebant, cum Clero conscenderunt.* Intra Apsidem Sanctuarij erant Episcopia, id est, cathedræ Episcoporum. Anastasius, *In eodem loco dextra lauaq́ Episcopia fecit.* Eusebius lib. 10. Histor. cap. 4. ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐκτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθ᾽ ὅλου κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας, ἐφ᾽ ἅπασί τε τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον θυσιαστήριον ἐν μέσῳ θεὶς, αὖθις καὶ τάδε ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις, εἰς ἄκρον ἐντέχνου λεπτουργίας ἐξησκημένοις, *Cùm autem sedes sublimes Episcopis apparasit, & subsellia Presbyteris, ac ministris, pro cuiusque gradu, ante omnia Sanctum sanctorum altare in medio locans, illud cancellis ligneis, ne sit omnibus peruium, subtili opere textis inclusit, pauimentum ipsum Templi marmore stratum est.* In Sacrario enim Episcopi sedes erat, & Presbyterorum subsellia intra Apsidem, vbi & Secretaria, in quibus sacra vasa, & vestes ad ministerium, & sacri Codices ad lectionem disponebantur. Diaconi in Presbyterio stabant, vt est in decimoquinto canone Concil. Arelatens. ij. non autem sedebant. Concilia item in Basilicarum Secretariis haberi solita erant. Liberatus Diaconus in Breuiario, cap. 13. *Adueniens Marcianus Imperator ad Secretarium cum Iudicibus, & sacro Senatu.* In Concil. Chalcedon. act. 1. *Omnes consederunt ante cancellos sancti altaris in Secretario.* Euagrius lib. 2. cap. 3. tres Templi partes in Basilica sanctæ Euphemiæ describit his verbis, τρεῖς δ᾽ ὑπερμεγέθεις οἶκοι τὸ τέμενος· εἷς μὲν ὑπαίθριος ἐπιμήκης τῇ αὐλῇ, καὶ κίοσι πάντοθεν κοσμούμενος, ἕτερος δ᾽ αὖ μετὰ τοῦτον, τῷ εὔρει, τῷ μήκει σύν τε κίοσι μικροῖς παραπλήσιος, μόνῳ δὲ τῷ ἐπικειμένῳ ὀρόφῳ διαλλάττων, &c. *Templi sunt tres domus; vna sub dio, ornata oblonga aula, & columnis: altera post hanc latitudine, & longitudine, & columnis breuibus priori similis, solo tecto differt, cuius ad latus boreale, ad ortum Solis rotunda domus, columnis ad tholum artificiosè ornatis materia, & magnitudine æqualibus* (lego

ἴσοις

ἵζοις τῶν ὕλων) *intus circumdatur; sub his est quoddam cœnaculum superius sub eodem tecto, vt & ex eo loco qui volunt Martyrem precari, & qui initiantur, adesse possint. Intra tholum ad Orientem est fanum elegans, vbi sancta reliquiæ Martyris sita sunt, in quodam oblongo feretro, quam nonnulli Macram vocant, argenteis tabulis egregiè ornato. In eum igitur locum Imperator, Magistratus, Episcopi, & Sacerdotes, & ipse Constantinopolitanus Patriarcha cum suis Sacerdotibus conueniunt ad Synodum Chalcedonensem. Sacrarium* dicitur, & *Diaconium*, siue *Diaconicum*. Concil. Laodic. can. 125. ὅτι οὐ δεῖ ἔχειν χώραν τοὺς λειτουργοὺς ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν, *Non oportet ministros, seu Subdiaconos locum habere in Diaconico, neque contingere vasa Dominica.* Can. 160. οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, *Nō oportet presbyteros ante ingressum Episcopi intrare in sacrarium, & sedere.* Can. 21. Eusebius lib. 3. fol. 141. de vita Constantini describens magnificum illud Templum, quod ad monumentum Christi Constantinus exstruxit, tres item domos describit, primam ad ipsum monumentum, vbi fuit Sacrarium, & Altare; deinde aulam Basilicæ; tum atrium & porticus sub diuo ante vestibulum positas καὶ δὴ τοῦ παντὸς ὥσπερ τινὰ κεφαλὴν πρῶτον ἁπάντων τὸ ἱερὸν ἄντρον ἐκόσμει μνῆμα θεσπέσιον, *& certè quasi quoddam caput totius, ante omnia sacrum antrum ornauit, monumentum diuinum, vbi Angelus Christum resurrexisse nuntiauit.* Hoc igitur Monumentum quasi totius caput electis columnis, & multo ornatu distinxit. Omnino hoc fuit Secretarium, cum quo Basilica continens erat, sequebatur Vestibulum. Sed de Sacrario Procopius lib. 1. de ædificiis Iustiniani disertè loquitur, in descriptione S. Sophiæ, ὁ δὲ ἱερῶν τε μάλιστα χῶρος ἄβατος, καὶ μόνοις ἱερεῦσι βατὸς, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας φέρεται τετταράκοντα, *Templi sacrarium solis sacerdotibus peruium quadraginta millia pondo argenti continet.* Anastasius epistola ad Serapionem, Alexander Episcopus Constantinopolitanus ἐν τῷ ἱερατείῳ ῥίψας αὐτὸν ἐπὶ πρόσωπον κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, *in Sacrario seipsum prosternens in faciem, iacens in pauimento, precatus est Deum cōtra Arium.* In Synodo Ephesina, οὐ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ ναοῦ τὸ τετράγωνον τοίχων περιβολῇ τετειχισμένον. *Non solum sacra altaria, & oratorium Templi quadrangulum parietum ambitu septum* Imperator ait τοῦ ἁγιωτάτου θυσιαστηρίου διὰ μόνην τὴν τῶν δώρων προσφορὰν ἐφαπτόμεθα, καὶ εἰς τὴν τοῦ θείου κύκλου περιτειχισθεῖσαν ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ἐπιβαινόμενοι, *sanctissimum altare non attingimus, nisi vt diuino dono corporis Christi communicemus, & eximus ex Sacrario, quod parietibus septum est intra apsidem simul atque ingressi fumus.* In Chalcedon. synodo, ἐν τῷ σηκρήτῳ τοῦ ἐπισκόπου, *In Secretario Episcopi* habita est synodus. οὐ συνεχωρήθην ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τοῦ σηκρήτου, *non mihi licuit exire ex Ecclesia secreti.* Item ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ στοϊδίῳ τοῦ θερινοῦ σηκρήτου συνόδου γινομένης, *In Antiochena Ecclesia in porticula æstiui secreti cum synodus haberetur.* Erat igitur Secretarium hibernum, & æstiuum. Concil. Agathensi can. 66. *Quoniam non oportet non sacratos ministros licentiā habere in secretarium, quod Græci Diaconium appellant, ingredi, & contingere vasa Dominica.* Dicitur & Sanctuarium, epist. 2. Clementis. *De vasis sacris ita gerendum est, altaris palla, canthara, candelabrum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea quæ in Sanctuario fuerint, malè tractari.* Sanctuaria interdum dicuntur sacræ Martyrum reliquiæ. epist. 2. Vigilij, *Si verò Sanctuaria quæ habebat Ecclesia, ablata sunt, rursus eorum repositione, & Missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipient* Ita in relatione legatorum Iustiniani, Ioannis, & Germani dicitur, *Sanctuaria BB. Apostolorum Petri & Pauli secundum morem Iustiniano largiri præcipite.*

CAP. XXIII.

De Sacra Mensa.

IN medio Sacrario fuit maius altare, quæ sacra mensa dicta est, & apud Iæuam eius πρόθεσις, vt supra ostendimus. De sacra Mensa Cedrinus in Iustiniano, τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ἔργον ἀμίμητον, ἐκ τοῦ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων τιμίων, καὶ ξύλων, καὶ μετάλλων, καὶ ὕλης ἄλλης, ὅσα τε γῆ φέρει, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, *Tunc facit & sacram Mensam, opus inimitabile, ex auro, argento, & omni gemmarum genere, & ligno, & metallo, & aliis rebus omnibus, quæ terra, aut mari, toto denique orbe in pretio sunt.* Gregorius Nyssenus sermone de Baptis. ἐπεὶ καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦτο τὸ ἅγιον, ᾧ παρεστήκαμεν, λίθος ἐστὶ κατὰ φύσιν κοινός· ἐπειδὰν δὲ καθιερωθῇ τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ, καὶ τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο, ἔστι τράπεζα ἁγία, θυσιαστήριον ἄχραντον, οὐκέτι παρὰ πάντων ψηλαφώμενον, ἀλλὰ μόνων τῶν ἱερέων, καὶ τούτων εὐλαβουμένων, *quoniam & hoc altare cui assistimus, lapis natura sua communis est, postquam autem Dei cultui consecratus est, & eulogiam accepit, est sancta Mensa, altare incorruptibile, non amplius ab omnibus contactum, sed à solis Sacerdot*

cerdotibus, & quidem venerantibus. Socrates lib. 1. cap. 37. Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cùm Arius hæreſim ſuam latè ſpargeret, *μόνον ἑαυτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ καθ' ἐγκλεισον ποιήσας, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας εὔχεται*, *Solum ſe in Eccleſia includens, & ad altare ingreſſus, ſub ſacra Menſa ſeipſum in os extendens, Deum precatur* aduerſus Arium. Sozomenus lib. 9. cap. 1. Pulcheria *ἐκ χρυσοῦ, καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα θεαμάτων κάλλιστον ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*, *Ex auro & lapidibus pretioſis ſacram in Eccleſia donauit Menſam, quod ſpectaculum omnium pulcherrimum, & maximè admirabile fuit.* Chryſoſtomus homil. 66. in Geneſim, *τὴν τράπεζαν ταυτὴν τὴν ἱερὰν ἔνθα τὰ φρικτὰ τελεῖται μυστήρια*, *Hanc ſacram Menſam, in qua terribilia myſteria celebrantur.* In epiſtol. 2. Clementis, *Velamina Dominicæ menſæ iuxta ſacrarium lauentur, ne fortè puluis Dominici corporis male decidat à ſindone. In pelue noua non alia vela lauentur, quàm quæ ad Dominici altaris curam pertinent.* Concil. Ilerdenſi diſtinct. 4. *Ad Corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vaſa, in quibus nihil aliud fiat.* A B

CAP. XXIV.

De Altari.

APSIDEM diximus fuiſſe cameratam & arcuatam, intra quam apud Græcos duo altaria, maius vbi ſacra myſteria celebrabantur, minus cui protheſi nomen, vbi Sacerdos ſe ad ſacrificium accingebat. In Apſide item duo fuiſſe Secretaria, quas conchulas Paulinus vocat epiſt. 12. *Cum duabus dextra, læuáque conchulis, intra ſpatioſum ſui ambitum apſis ſinuata laxetur: vna earum immolanti hoſtias iubilationis Antiſtiti patet, altera poſt Sacerdotem capaci ſinu receptat orantem.* Apud Latinos intra apſidem tria fuere interdum altaria. Paulinus ibidem, *Baſilicam Domino dedi reliquiis Apoſtolorum & Martyrum intra apſidem trichora ſub altaria ſacratas, ſolo & parietibus marmoratam, Camera muſiuo illuſa clarificat. Inferiore autem baltheo, quo parietes & camera confinium interpoſita gypſo crepido contungit, aut diuidit*, &c. Trichora altaria à tribus locis dicta. Statius lib. 3. Syluar. C

Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris.

Spartianus in Peſcennino Nigro, ſimulacrum Iouis in trichoro conſtituit. Sub altaribus erant corpora Sanctorum. Idem Natali 9.

Nam quaſi contignata ſacris cœnacula tectis
Spectant de ſuperis altaria tota feneſtris,
Sub quibus intus habent Sanctorum corpora ſedem.

Idem epiſtola 12. D

Diuinum veneranda tegunt altaria fœdus,
Compoſitis ſacra cum Cruce Martyribus.

Intrà apſidem quoque pergula fuiſſe videtur, quæ Baſilicam ſpectaret, quæque ornaretur donariis. Guilielmus Bibliothecarius de Steph. VI. *In Pergula Baſilicæ beati Petri poſuit cantharam auream vnà cum pretioſis margaritis, ac gemmis. Pergula* propriè pars eſt domus foras proiecta, & propendens; qualia ſunt Mœniana, ſuggrundia, proiecta, vnde vias aut hortos ſpectamus. In Pergulis olim pictores opera ſua exponebant, ait Plinius lib. 35 cap. 10. 19. Sed intra Apſidē altaria aliquis Sanctorum, veſtibus, luminaribus, & donariis ornabantur. Hieron. epiſt. 3. *Nepotianus erat ſollicitus, ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi vaſa luculenta.* Synodo Tolet. 13. ſub annum 683. cap. 7. *Qui inſanatemeritate abrepti altaria nudantes, ſacratis veſtibus exuunt, luminaria ſubtrahunt, ac diuinorum ſacrificiorum cultum ſubducunt.* Item, *quicunque Sacerdotum, vel miniſtrorum altare diuinum veſtibus ſacris exuere præſumpſerit, aut conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de Templo Dei ſubtraxerit, vel extingui præceperit, vel occaſionem dederit; vnde in Templis Domini, aut officia conſueta deſint, aut oblatio ſacrificij ſingularis videatur in aliquo defraudari, regradetur.* Paulinus in Natali ſancti Fœlicis III. E

Aurea nunc niueis ornantur limina velis,
Clara coronantur denſis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora papyris,
Nocte diéque nitent.

Theodoretus lib. 1. Hiſtor. cap. 31. *διεκοσμεῖτο δὲ καὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε παραπετάσμασι, καὶ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῖς*, *Ornabatur autem & diuinum altare regiis velis & donariis aureis,*

A *reis gemmatis, sepiebatur cancellis.* In Concil. Turon. 2. can. 4. *Vt laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur inter clericos tam ad vigilias, quàm ad Missas stare penitus non præsumant, sed pars illa quæ à cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum verò, & communicandum laicis, & fœminis pateant sancta Sanctorum.* Erat locus ante cancellos altaris, vbi populo sacrum Christi corpus administrabatur. Apud Græcos communicaturi ad sacram Mensam accedebant, munus ad altare offerebant, deinde è sacrario & cancellis excedebant. Theodoritus lib. 4. cap. 19. De S. Basilio, & Valente Imperatore, εἰς τὸν θεῖον νεὼν εἰσεληλύθει, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα, καὶ εἴσω δὲ αὐτὸν τῶν θείων παραπετασμάτων ἔνθα καθῆστο γενέσθαι κελεύσας, *Valens in diuinum Templum intrauit, & altari solita dona obtulit,* & Basilius *iubens eum intra sacra vela vbi consederat, manere.* Miretur aliquis Basilium Valentem hæreticum Imperatorem & ad altare admisisse, & intra vela eum considere passum esse, cum
B Ambrosius Theodosium Imperatorem, vbi munus ad altare obtulit, Sacrario exire, & vltra cancellos cum populo sedere iusserit. Idem lib. 5. ἐπειδὰν ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, προσενεγκὼν δὲ ὥσπερ εἰώθει ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμενήκει, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς ὡς προσμένει τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν ὅτι τὰ ἔνδον, ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατά, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἄδυτα. *Cum tempus vocaret Theodosium, vt dona sacra Mensæ offerret, obtulit; & cum obtulisset vt solebat, in sacrario mansit ad cancellos, dicens se communionem sacrorum mysteriorum exspectare,* cui Ambrosius, *secretarium solis Sacerdotibus peruium est, aliis omnibus inaccessum.* Quod idem Paulus Diaconus lib. 13. Histor. Miscel. narrat. Euagrius lib. 5. cap. 21. τὴν ἱερὰν τράπεζαν, sacram Mensam ponit, ἐν τοῖς ἀνακτόροις τοῦ ἱεροῦ, id est, in sacrario Templi. Germanus Constantinopolitanus Episcopus, in Liturgiis ponit κόγχην τοῦ θυσιαστηρίου, σὺν πύργοις, τὴν ἁγίαν τράπεζαν, σὺν ἐν ἁγίᾳ τραπέζῃ μαργαρίτας, τὸ κιβώριον, τὸ ὑπόβαθρον· βῆμά ἐστιν ὑπόβαθρος
C τόπος, καὶ θρόνος, ἐν ᾧ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται· κοσμήτης, κιόνια, ἤτοι τὰ στήθεα τὰ χωρίζοντα τὸ βῆμα, ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ, τὸ δὲ ἔσωθεν, ἤτοι τὸ βῆμα δηλοῖ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰς ὃ καὶ μόνοι ἱερεῖς, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτῶν εἰσίασι. Concham altaris interpretor fornicem, seu cameram. Ita collatione Constantinopoli habita cum Seuerianis sub Ioanne II. Papa ἑπτάκογχος dicitur Triclinium, quod erat in palatio septem fornicibus suffultum: & supra Paulinus dixit, Concham Basilicæ. Germanus igitur numerat *Concham altaris, turres, sacram Mensam, margaritas qui sunt in sacra Mensa, Ciborium, basim. Sacrarium,* inquit, *est locus suffultus gradibus, & podio, & thronus in quo Christus rex præsidet: deinde est Cosmites; tum columnulæ, aut pectuscula, quæ diuidunt sacrarium à reliquo templo. Quæ intus sunt, id est, sacrarium ostendit sancta Sanctorum, quò soli Sacerdotes ingrediantur.* Tum sunt cancelli, qui sacrarium, & altare ambiunt. Codinus de Constantinopoli, ἐποίησε δὲ κιβώριον καὶ σὺν κίονας, καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ἀργύρου· τὸ δὲ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κι-
D βωρίου ὁλόχρυσα ἐποίησε, καὶ σκεύη χρυσᾶ τῶν δώδεκα ἑορτῶν, καὶ χρυσοῦς δίσκους, καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ. *Fecit Ciborium & columnas, & pectuscula altaris ex argento: malum autem, & lilia, & crucem Ciborij ex solido auro. Fecit & aurea vasa, duodecim dierum festorum, & aureos discos, & thuribula aurea.* Vnde coniicias singulis festis propria vasa dicata fuisse.

CAP. XXV.

De Altarium ornatu.

E ALTARIA ornabantur gradibus, rugis, tabulis argenteis, succinctorio, ciborio, columnis, velis; propitiatorio, confessione, cancellis. Hieronym. epist. 3. *Nepotianus erat sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si ianitor creber in porta, vela semper in ostiis, si vasa luculenta,* &c. *Qui Basilicas Ecclesiæ, & Martyrum conciliabula diuersis floribus, vitiumq́ pampinis adumbrarit* De gradibus altaris Sidonius.

> *Quid cùm te celsis gradibus venerabilis aræ*
> *Concionaturum plebs sedula circumspectat.*

Apud Anastasium in Syluestro, Constantinus *obtulit ipsum altare argento & auro clusum; cum gemmis prasinis & hyacinthinis, & albis ducentis decem ornatum vndique, pensantibus libras trecentas quinquaginta.* Leo IV. Papa, *non tantùm confessionem sacram, verum etiam frontem Altaris sancti Petri aureis simul, argenteisq́ tabulis perornauit.* Item *Altaris sancti Petri frontem præcipuam tabulis auro optimo dedicauit, & gemmis optimis totam circumdedit, in quibus aureis tabulis Christi Domini forma, & eius Resurrectio præfulget, & Petri, Pauli, atque Andreæ vultus coruscant.* Carolus Imperator *Altare obtulit cum columnis argenteis & ciborio.* Item *Altare maius sub abside construxit, cuius faciem, atque*

confessionem, seu rugas ad decorem sacri altaris inuestiuit argento pensantem lib. quadraginta octo. Confessionem interpretatur, *faciem Altaris*, & eam partem vbi corpus Martyris erat positum. Item *altaris propitiatorium laminis argenteis ornatum circumduxit, atque sacram confessionem eius exterius interiusque cum regulis suis construxit.* Theodoritus lib. 5. scribit altare cancellis clusum, κιγκλίδες μόνοις ἱερεῦσι βαταί, *solis Sacerdotibus patent.* Quare Ambrosius dixit Theodosio, oportuit te ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμενηκέναι, *intus ad cancellos mansisse.* Item *propitiatorium sacri altaris, seu confessionem interius, exteriusq; cum rugis suis exstruxit.* Item, *Erexit ibi ante confessionem sacri altaris sex purpureo colore columnas, quas super & candidi marmoris trabem posuit.* Item *altare præsepij, seu venerabilem confessionem.* Audis altaris Propitiatorium, & ipsum altare confessionem dici. Rugæ erant quasi striæ, & sinus in ipso altari. Stephanus II. *Fecit tres regulares argenteos super rugas, per quas ingreditur ad altare.* Item, *in circuitu altaris fecit tetrauela octo, quatuor ex albis, quatuor ex coccino.* Item, *super altare in Ecclesia sancti Laurentij coopertorium fecit, & inter columnas altaris dextra, læuaq; vela alba.* Leo IV. *Confessionem altaris tabulis ex argento paratis purissimo ad antiquum decus perduxit, in quibus est Saluator in throno sedens, pretiosas in capite gemmas habens, imò & rugas sacræ confessionis ex argento constructas, vultus habentes beatorum Petri & Pauli, quæ omnia pensant libras ducentas & octo.* Item, *Confessionem cum sacro altari argenteis tabulis pensantibus libras nonaginta, & tres Sanctorum effigiebus perornauit.* Item *regulas de argento fusiles fecit cum cancellis in ingressu presbyterij, & ante confessionem beati Petri.* Item, *Propitiatoriū sacri altaris S. Petri, spanoclistū habens argenti libras septuaginta & duas, auri octuaginta* (lego epanoclistum, id est, sursum clausum.) Benedictus inuestiuit corpus beati Petri tabulis argenteis deauratis. In sexta Synodo can. 69. μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἐν λαϊκοῖς τελοῦντι ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου, *Nemini laico liceat intra sacrum altare intrare.* 4. Antioch. Syn. can. 148. οὐ δεῖ τὰς γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι, *non oportet mulieres ad sacrum altare ingredi.*

CAP. XXVI.

De Ciboriis.

ALTARIA Ciboriis ornari solita erant: Ciboria verò liliis aureis, pomis, malo, crucibus, vt docet Codinus in Constantinopoli de S. Sophia. Iustinianus ἐποίησε κιβώριον, καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰ στήθη τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά, τὸ δὲ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα, τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸ σωλέαν χρυσᾶ. *Fecit Ciborium & columnas, & pectora altaris ex argento deaurato, malum autem, lilia, crucem ciborij ex solido auro. Ambonem & solium aurea.* Quid sit Ciborium supra exposuimus, cùm de donariis ageremus. Tu vide, si tanti est.

CAP. XXVII.

De Diaconico.

DIACONICVM, & Diaconium ostendimus interdum accipi pro Presbyterio, seu Secretario. In Typico Sabæ καὶ εἰσελθόντες ἀλλάσσουσιν ἱερατικὴν στολὴν ἐν τῷ διακονικῷ, *ingressi mutant vestem Sacerdotalem in Diaconico.* Codinus in offic: Constantinopolitanis. In Basilica S. Sophiæ Rex audit preces magni Basilij, πλησίον τοῦ διακονικοῦ, *prope Diaconicum.* Apud Photium pag. 619. τὸ ἄδυτον τοῦ Θεοῦ σηκὸν οὐ νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα, loquitur de oraculo, seu Debir Templi Hierosolymitani, quod soli Pontifici summò patebat.

CAP. XXVIII.

De Vestiario, & Cemeliis.

INTRA Apsidem fuit vestiarium, id est, cubiculum, in quo vasa aurea, argentea, vestes sacræ auro textæ, & alia Cemelia seruabantur ab eo qui σκευοφύλαξ, & κειμηλιάρχης dictus. Latinis vocatur *Thesaurus.* Concil. Rom. sub Leone IV. cap. 20. *Thesaurus, siue ministerium, vel ornamentum Ecclesiarum, vbi vasa & vestes.* Vrbanus Papa sub Alexandro Seuero Augusto. *Fecit ministeria sacrata omnia argentea, & patenas argenteas.* Sceuophylaca, & Cemeliarchen

A meliarchen Græcorum, Latini Sacristam vocant. Decret. lib. 1. titut. 26. cap. 1. *Et se sciat Sacrista subiectum Archidiacono, custodiat sacra vasa, vestimenta totius thesauri Ecclesiæ.* Dicitur & Custos Ecclesiæ. Tolet. Syn. 1. Item, *Custos Ecclesiæ pallia, linteamina, altaria, cuncta utensilia Ecclesiæ custodiat.* Varro vocat Æditum: Vestiarium σκευοφυλάκιον. Codinus de Constantinopoli, τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον σὺν τῷ ναῷ, *Vestiarium totum cum Templo exstruxit.* In Vestiario Sacerdos faciebat primam oblationem panis priusquam iret ad θυσιαστήριον, seu minus altare, ait Germanus, ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ προσκομιδὴ ἐπιτελεῖται. In Collatione habita cum Seuerianis Constantinopoli, sub Ioan. II. Papa Cemeliarches maioris Ecclesiæ commemoratur. Eusebius lib. 3. de vita Constantin. τοῖς ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ κειμηλίοις, παραπετάσμασι τε ποικίλοις καλλύνας. *Cemeliis argenti & auri, & velis variis ornauit.* Anastasius Cemeliam vocat. *Honorius,* inquit, *renouauit omnem Cemeliam.* Item, *Cimelia aurea, & argentea illuc condonauit.* Idem in Se-

B uerino Papa. *Sigillauerunt omne vestiarium, seu Cimelia Episcopij.* Erant & in palatio Lateranensi Vestiaria, de quibus Guilielmus Bibliothecarius in Stephano VI. *Deinde cum venerabilibus Episcopis, & Augustali legato, honorabili Senatu per omnia sacri palatij perrexit vestiaria, quæ in tantum deuastata reperit, vt de sacratis vasis, quibus mensas tenere festis diebus Pontifices consueuerant, paucissima inuenirentur. Sed quid mirum si vestiariorum gazas ablatas reperit, qui sacraria perquirens de pluribus donariis, & Ecclesiarum ornamentis penè nihil inuenit?* Sub ipsis Apostolis vasa aurea, & argentea in Ecclesia fuere, can. 65. Apostolorum σκεῦος ἀργύρεον, ἢ χρυσοῦν, ἢ ὀθόνης ἁγιασθὲν μηδεὶς εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω, *vas auri, & argenti, aut vestem lineam nemo ad proprios vsus transferat.* Chalcedonens. Concilio, Ἐπίσκοπος ἔχων σκεύη ἀργύρεα ἡγιασμένα ἕως λιτρῶν διακοσίων, τὸ ποτήριον διάλιθον πολλοῦ ἄξιον προσενεχθὲν τῇ ὑμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἐν τοῖς κειμηλίοις τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἀπέθετο, *Episcopus habens vasa argentea sacrata vsque ad libras ducentas, poculum gemmatum quod donatum erat Ec-*

C *clesiæ, non reposuit inter cimelia.* Germanus in Liturgicis, τὸ σκευοφυλάκιον ὅπου ἡ προσκομιδὴ τελεῖται αὐτὶ τοῦ κρανίου τόπου ἐστί, *Vestiarium vbi fit oblatio, est pro loco Cranij.* Euagrius lib. 3. cap. 22. Anastasius Imperator, τὴν ὁμολογίαν παρέθετο Μακεδονίῳ τὴν τῶν σεπτῶν κειμηλίων φυλακὴν ἐμπεπιστευμένῳ, *Confessionem fidei deposuit apud Macedonium, cui custodia credita erat venerandorum cemeliorum.* In epistola Chrysostomi ad Innocentium Papam. *Ornamenta Ecclesiæ in auro, argento, & vasis, quorum breuiculum factum est.* In actis Proconsularibus de traditoribus Pauli Episcopi. *A fossoribus reperti calices duo aurei, calices sex argentei.* Optatus lib. 1. *Erant enim Ecclesiæ ex auro & argento quàm plurima ornamenta, quæ nec defodere terra poterant.* Tertullianus lib. de pudicitia cap. 7. *Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum.* cap. 10. *Pastor quem in calice depingitis, S. Laurentius, Custos erat Cemelij,* Prudentius in hymnis

D *Claustris sacrorum præerat,*
Cœlestis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votasque dispensans opes,
Exquirit arcam ditibus
Massis refertam, & fulgida
Montes moneta conditos.

Socrates lib. 7. cap. 21. δίσκοι, ποτήρια, πολλὰ κειμήλια χρυσᾶ τε, καὶ ἀργυρᾶ ἡ ἐκκλησία ἐκ φιλοτιμίας τῶν προσηκόντων αὐτῇ κέκτηται, *Discos, pocula, multa cemelia aurea, & argentea ex gratitudine, & beneuolentia eorum qui ad eam pertinent; Ecclesia possidet.* Anastasius in Seuerino Papa, *Indices sigillauerunt omne vestiarium Ecclesiæ, seu cimelia Episcopij, quæ diuersi Imperatores seu Patricij & consules pro redemptione animarum suarum beato Petro Apostolo reliquerant, vt pauperibus singulis tempori-*

E *bus pro alimonia erogarentur, seu propter redemptionem captiuorum.* Varro apud Gellium lib. 2. c. 10. Thesauros vocat *flauissa*, ab auro flauo, vel *fauissas*, quas nonnulli censent quasi *fouissas* dictas: erant enim caua subterranea vbi reponebantur imagines vetustate collapsæ: *fauere* enim veteres dixere *fodere*, vnde *fauia* posteà *fouea* dicta est. Concil. Bracar. 3. *Vasa sacra, vel indumenta, ac vtensilia vela, ornamenta Ecclesiastica quidam in vsus epularum transferunt, & profanos, quod vetatur.* Procopius lib. 1. de ædificiis Iustiniani, in Sancta Sophia τὰ κειμήλια δὲ τοῦ νεώ, ὅσα ἐν χρυσῷ καὶ τὰ ἐν ἀργύρῳ καὶ λίθοις ἐντίμοις σύμπαντα μὲν φράζειν ἀκριβολογουμένῳ ἀμήχανον, *Vestiarij templi huius opes quæ sunt in argēto & lapidibus accuratè percensere nemo potest.* Eusebius libro 3. de vita Constantini, τὸν δὲ νεὼν σωτήριον ἀναστάσεως ἐκόσμει ἀδιηγήτοις κάλλεσι πλείστων ὅσων ἀναθημάτων χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων πολυτελῶν ἐν διαλλαττούσαις ὕλαις, *Templum Saluatoris Resurrectionis ditauit ornamentis inenarrabilibus plurimorum donariorum ex auro, argento, & lapillis pretiosis.* Idem lib. 10. c. 4. Histor. τὰ δὲ τοῦ νεὼ περικαλλῆ κειμήλια, καὶ ἀναθήματα ἃ καὶ αὐτὰ σεμνὰ μὲν ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλα,

γάλα, *Ornamenta pulcherrima & donaria Templi quæ ipsa verè magna sunt, & augusta.* Concilio Tolet. 17. *Nemo de sacris ministerijs, & vniuersis Ecclesiæ ornamentis Sacerdotum pro suis vsibus & voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare audeat.* Eusebius libro 8. Histor. cap. 16. ὅζα τε τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα κειμηλίων, *omnia sacra vasa ob Ecclesiæ Cemelia.* Apud Anastasium Gregorius II. Papa linteis diuersis atque ministerijs Ecclesiam ditauit. Vrbanus Papa sub Alexandro Seuero fecit ministeria sacrata omnia argentea. S. Augustinus epistol. 165. Acta proconsularia ponit, in quibus capitulata, & lacerna argentea sub Diocletiano fuisse dicitur. In Chronico Alexandrino Constantius celebrans encænia Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ἀναθήματα πολλὰ κειμήλια χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ μεγάλα, καὶ διάλιθα χρυσοϋφῆ ἀπλώματα τῆς ἁγίας θυσιαστηρίου πολλὰ προσήγαγεν, *Donaria multa, cemelia aurea, & argentea magna gemmata, auro texta pallia sacri altaris multa obtulit.* Paulin. Natali VI.

> *Ast alij pretiosa ferant donaria, meq;*
> *Officij sumptu superent, qui pulchra tegendis*
> *Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,*
> *Siue coloratis textim fucata figuris.*
> *Hi leues titulos lento poliant argento,*
> *Sanctaq; præfixis obducant limina lamnis:*
> *Ast alij pictis accendant lumina ceris,*
> *Multiforesq; cauis lychnos laquearibus aptent.*
> *Martyris hi tumulum studeant perfundere nardo,*
> *Et medicata pio referant vnguenta sepulchro.*

Idem Natali III.

> *Aurea nunc niueis ornantur limina velis.*

CAP. XXIX.

De Trullo.

TRVLLVS sublimis erat fornix in rotundum concameratus, quem Iustinianus solidum fecerat: Iustinus ne nimio pondere rueret, cauum. Is quatuor fornicibus, pluribus columnis suffulciebatur. Cùm Trullus cecidit & quatuor fornices Constantinopoli in æde S. Sophiæ, columnæ omnes steterunt. ait Codinus αἱ τέσσαρες ἀψῖδες, καὶ οἱ κίονες πάντες καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. Cum Trullus restituendus fuit Architecti Iustino Imperatori dixerunt, *vt attolleret pilas, & fulcimenta quæ sustinent Trullum*, ἀπεδαίως ἔχειν ἢ αἴρειν τοὺς ἀντίνυκτας (legendum puto ἀντίχειρας.) καὶ παυλερώσεις, ἅτινα ἐδέχοντο τὸ τροῦλλον. Item dixerunt Iustino, ἵνα γένηται ὀπίπεδος ὁ τροῦλλος, καὶ κυμβαλικὸς καθὼς ἐστι νῦν, *vt planus, & cauus fieret, qualis nunc est.* Artifices *è priori altitudine quindecim vlnas resciderunt*, ἔκοψαν ἐκ τοῦ πάλαι ὕψους ὀργυιὰς ιε. Zonaras *Trullum* interpretatur sphæram in Iustiniano, πεσεῖν τὴν μεγάλην σφαῖραν τοῦ ναοῦ, ὅθεν λέγεται καὶ τὸ τροῦλλον καθαιρεθῆναι, καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μετεωρότερον. *Cecidisse magnam sphæram Templi, vnde dicitur Trullum sublatum esse, & postea excitatum* ab eodem Iustiniano, *vigintiquinque pedibus sublimiorem quàm prius fuisset.* Trullus ille argentóne an plumbo tectus fuerit, ignoto. Certè apud Anastasium Sergius Papa Basilicam S. Cosmæ, & Damiani *fusis chartis plumbeis cooperuit.* Codinus de Constantinopoli scribit Trullum Templi beatorum Petri & Pauli à Constantino excitatum fuisse ξυλόστεγον, ξυλότρουλλον, *ligneum, & Basilicam ipsam ligno tectam.* ὡς δρομικὴν ἐκκλησίαν ξυλόστεγον, ξυλότρουλλον κτισθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Cedrinus de Iustin. ἤγειρεν ἄλλας πίσσες (Procopius πεσσούς) καὶ ἐδέξατο τὸ τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι ποδῶν εἰς ὕψος τοῦ πρώτου κτίσματος· ἐποίησε δὲ καὶ τὸν ἔξω τοῦ ναοῦ κατ᾽ ἀναλογίαν τῶν ἔσω πισσῶν, τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυλάσσας μέχρι τοῦ τρούλλου ἀνεβίβασεν, ἐρείσματα τούτους τῶν ἀψίδων κατεργασάμενος, *excitauit alios pinsos, & apices, seu vertices* (Procopius λόφους interpretatur, & sunt lignea quædam machinamenta testudinata, quæ opus lapideum, quod supra exædificatur, sustinent, quæque absoluto Trullo remouentur) *& sustinuit Trullum, & ita exstructus est sublimior viginti pedibus quàm prius fuerat.* Zonaras viginti pedibus sublimiorem fuisse ait. *Eduxit autem à solo vsque ad Trullum quatuor cochleas in exteriori templi parte è regione Pinsorum qui intus erant, quæ fulcirent fornices.* Codinus in Constantinopoli, τῶν δὲ πισσῶν ὑψωθέντων, *cùm vertices erecti essent.* Zonaras in Iustiniano, τροῦλλος πεσὼν κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης συνέτριψε, *Trullus casu suo Ciborium sancta Mensa contriuit.* Vnde apparet Trullum impositum sacrario, & apsidi,

A & apsidi, intra quam erat sacra Mensa. Codinus, φέρεται λόγος ὅτι ὁ τροῦλλος κισσάρινός ἐστιν· οὐκ ἔστι δὲ ἀλλ' ἐλαφρὸς ὁ πηλὸς, καὶ λευκός· μετ' αὐτοῦ δὲ ἐξήγειρε τὰς τέσσαρας ἀψίδας δίμεγέθεις, εἶτα οὕτως τὸν τροῦλλον ἀνὰ ιβ. πλίνθες βησάλων, *sermo vulgi est, Trullum esse hederaceum, sed non est: verum est terra leuis, & candida, cum hoc quatuor magnos fornices extruxit, tum trullum duodecim lateribus coctis, seu plinthis imposuerunt, deinde eum* ἐμουσίωσαν, καὶ ὀρθομαρμάρωσαν, *musiuo opere, & marmoratione exornarunt.*

CAP. XXX.

De Antimensiis.

B DE Altari maiori, & sacra Mensa diximus: de Antimensiis dicamus, quæ ex eo appellata sunt, quòd pro sacra Mensa sint. Anonymus Auctor, ἀντιμήνσια ἴσμεν γινόμενα ὅταν ὁ ἀρχιερεὺς δι' ἑαυτοῦ ἐνεργήσῃ τὸν ἐγκαινισμὸν, καὶ ἐκ τοῦ πανίου ὑποστρωθέντος, καὶ περιειλήσαντος τὴν τράπεζαν εἰς βραχία τεμνομένα, καὶ γραφομένα τοῖς ἱερεῦσι δίδοσθαι, καὶ ἄνευ τούτων μὴ δύνασθαι ἱερουργεῖν· *Antimensia fieri scimus, quoties Antistes per se facit dedicationem, & ex panno substrato, & inuoluente Mensam in parua segmenta secto, & scripto, dat Sacerdotibus, vt sine iis sacra mysteria celebrare non possint.* Balsamon ad Concil. vj. can. 31. διὰ τοῦτο γὰρ ὡς ἔοικεν ἐπενοήθησαν καὶ τὰ ἀντιμήνσια, καὶ γίνονται παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἀρχιερέων, καθ' ὃν καιρὸν ποιοῦσιν ἐνθρονιασμὸν ἐκκλησίας ἐφ' ᾧ τίθεσθαι αὐτὰ εἰς τὰς ἁγίας τραπέζας, ἤγουν τοῦ ἐνθρονιασμοῦ τῶν ἀνοιξίων, καὶ τῶν ἐγκαινίων, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἀναφέρεσθαι τὴν κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικὴν γίνεσθαι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τὴν ἱερουργίαν: *Ideò reperta sunt Antimensia, & fiunt ab Antistitibus, quo tempore celebrant dedicationem Ecclesiæ, vt ea Antimensia ponantur in sacris Mensis,*
C *vt permissu Antistitis oblatio Liturgiæ fiat in Oratorio.* Manuel Patriarcha in Responsis, τὰ ἀντιμήνσια οὐκ εἰς πάσας ἀνάγκη κεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ' εἰς ἃς οὐ γνώριμόν ἐστιν εἴτε καθιερωμέναι εἰσὶν, εἴτε οὔ· τὰ γὰρ ἀντιμήνσια καθιερωμένων ἁγίων τραπεζῶν τόπον ἐπέχουσι, καὶ ἔνθα εἰσὶ γνώριμοι καθιερωμέναι οὐ χρεία ἀντιμηνσίων ἐκεῖ: *Antimensia non in omnibus Mensis poni necesse est, verùm in iis tantùm, de quibus nescitur an sacrata sint: Antimensia enim locum obtinent altarium, quæ consecrata sunt, vbi scitur altaria consecrata esse, non opus est Antimensiis.* Nicephorus Homologeta, καλοῦνται δὲ τὰ ἀντιμήνσια ὡς ἀντιπρόσωπα, καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μισσῶν τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν τράπεζαν: *Vocantur autem Antimensia, vt quæ è regione respondent pluribus mensis, quæ sacram Mensam aptant, & absoluunt.* Hodie pro Antimensiis quadræ marmoreæ dantur ab Episcopis consecratæ.

D

CAP. XXXI.

De Oraculo.

APVD Anastasium Leo IV. *intra Basilicam beati Petri Oraculum miræ pulchritudinis construxit, quod pulchris marmoribus circumdans splendidè compsit, Absidamq́; eius ex musiuo aureo superinducto colore decorauit.* Dicuntur Capellæ Toletano Concil. I. 16. q. 1. *Si plures Ecclesiæ baptismales in vna terminatione non sint, sed vna tantùm cum Capellis suis.* Cellas, & cellulas vocant Vallerius Maximus & Gellius. Codinus in Constantinopoli, κέλλια Clericorum ædiculas: τὰ δὲ πέριξ κέλλια ἦσαν τῶν κληρικῶν, *Circum erant cellulæ Clericorum.*

E

CAP. XXXII.

De Oratorio.

ORATORIA interdum erant sacella grandia, columnis, altaribus, cancellis, & aliis ornamentis insignita. Anastasius de Hilario, *In Oratorio sanctæ Crucis fecit Confessionem, vbi lignum Dominicum posuit cum Cruce aurea cum gemmis, quæ pensabant pondus librarum viginti.* Item, *Fecit Nymphæum, & Triporticum ante Oratorium sanctæ Crucis.* Item, *Fecit Oratorium iuxta arcum principalem in parte virorum.* Item, *In Oratorio fecit Pergulam, & contulit Gabathas, & Cruces pendentes.* Item, Hilarius Papa *in ambobus Oratoriis fecit ianuas æreas argento clusas.* Item, *In Oratorio sanctæ Crucis fecit Confessionem, vbi lignum Dominicum posuit cum Cruce aurea cum gemmis, pensant. libras ducentas.* Oratoria interdum vocantur minora Templa, quæ per pagos, & vicos fiunt, aut villas Nobilium. Concil. Cabillon. sub annum Christi 664. *Oratoria per*

villas potentium iam longo constructa tempore, & facultates ibidem collatas ipsi, quorum villa sunt, ne sibi arrogent; sed Clerici ibi pareant Episcopo, qui ordinet, qualiter ad ipsa Oratoria officium diuinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Interdum Oratorium erat ornamentum argenteum, quod suspendebatur. Apud Anastasium Symmachus Papa *fecit Oratorium S. Thomæ Apostoli ex argento, pensans libras trecentas, & Confessionem pensantem libras viginti.* Item, *Fecit Oratorium S. Apollinaris ex argento, & Confessionem cum arcu ex argento.* Item, *Fecit Oratoria duo* (id est, Sacella) *S. Ioannis Baptistæ, & S. Ioannis Euangelistæ, in quorum Confessione arcus argenteos posuit pensantes libras triginta.* Pontificale, Bonifacius I. *fecit Oratorium in cœmeterio sanctæ Fœlicitatis iuxta corpus eius, & ornauit sepulchrum eius.* Codinus in Constantinopoli, τὰ ἐυκτήρια τῆς ἁγίας Σοφίας. Hilarius Papa *fecit Oratoria tria in Baptisterio Basilicæ Constantinianæ, ex argento, & lapidibus pretiosis.* Symmachus *fecit Oratorium S. Thomæ Apostoli ex argento pensans libras sexdecim. Oratorium S. Apollinaris ex argento, & Confessionem, cum arcu ex argento, pensantem libras triginta. Oratorium S. Sosij ex argento in Confessione, pensans libras viginti.* Item, *Ad fontem in Basilica beati Petri Apostoli, Oratorium sanctæ Crucis ex argento, Confessionem, & Crucem ex auro cum gemmis, vbi inclusit lignum Dominicum, ipsa Crux pensans libres denas.*

CAP. XXXIII.

De Confessionibus.

CONFESSIONES dictæ sepulcra Martyrum; item Cubicula, seu Sacella, in quibus corpora Sanctorum, cum altari erant; imò ipsum Altare sæpe Confessio appellatur. Anastasius *Propitiatorium laminis argenteis exornatum circumduxit, atque sacram Confessionem eius interius, exteriusque cum rugulis suis construxit.* Item, *Propitiatorium sacri altaris, seu Confessionem interius, exteriusque cum rugis suis.* Quia in ipsius altaris palliis, aut tabulis argenteis, marmoreisve Confessio Sanctorum expressa erat. Sixtus III. *fecit Confessionem beati Laurentij cum columnis porphyreticis, in qua transenna, altare, cancelli, supra platonias porphyreticas, omnia ex argento pensantia libras trecentas quinquaginta, & apsis supra cancellos cum statua Martyris argentea pensans libras ducentas.* Hilarius Papa *fecit Confessionem sancti Ioannis Baptistæ ex argento, quæ pensat libras centum.* Anastasius in Symmacho Confessionem vocat Cubicula. *Quæ Cubicula*, inquit, *à fundamento perfecta construxit.* Anastasius *erexit inibi, ante Confessionem sacri altaris sex purpureo colore columnas, quas super & candidi marmoris trabem posuit.* Item, *altare præsepij, seu venerabilem Confessionem.* Item, *succinctorium fecit super Confessionem beati Petri.* Item in Ioanne Papa, *Positum est ornamentum super Confessionem beati Pauli de gemmis prasinis, & hyacinthinis.* Item, *inuestiuit Confessionem beati Petri ex argento puro, quod pensat libras centum octoginta septem.* Ibidem ad ingressum Confessionis super trabes ponebantur phari in Basilicis. Videtur Confessio propriè fuisse pars altaris, in qua martyrium Sancti expressum esset. Leo IV. *Non tantùm Confessionem sacram, verumetiam frontem altaris S. Petri aureis simul, argenteisque tabulis perornauit.* Item, *Confessionem altaris tabulis ex argento paratis purissimo ad antiquum decus perduxit, in quibus est Saluator in throno sedens, pretiosas in capite gemmas habens. Immò & rugas sacræ Confessionis ex argento constructas vultus habentes Petri & Pauli, pensantia omnia lib. ducentas octo.* Item, *Confessionem cum sacro altari argenteis tabulis pensantibus libras nonaginta tres, Sanctorum effigiebus perornauit.* Sixtus III. *ornauit de argento Confessionem beati Petri Apostoli, quæ habet libras quadringentas.* Valentinianus III. *imaginem auream cum duodecim portis, & Apostolis duodecim, & Saluatorem in gemmis pretiosissimis ornatum super Confessionem beati Petri Apostoli posuit.* Sixtus III. *fecit Confessionem B. Laurentij cum columnis porphyreticis, & ornauit transennam, & altare & Confessionem sancti Martyris Laurentij de argento.* Item, *fecit Oratoria duo sancti Ioannis Baptistæ, & sancti Ioannis Euangelistæ, in quorum Confessione arcus argenteos posuit, pensantes libras triginta.* Hilarius Papa *in Oratorio S. Crucis fecit Confessionem, vbi lignum Dominicum posuit cum Cruce aurea cum gemmis pensantem libras ducentas.* Interdum Confessio ponitur pro donario argenteo, quod suspenditur in Oratoriis. Anastasius II. Papa *fecit Confessionem beati Laurentij Martyris ex argento pensantem libras centum.* Item *fecit Confessionem ex argento, pensantem libras viginti.* Ea *Confessio* vocatur & *Passio*. *Ante corpus beati Laurentij Martyris posuit Passionem eius, argento clusam, sigillis ornatam cum lucernis byssinis argenteis, pensantibus singulis libras triginta.* Quæ sint lucernæ byssinæ, non intelligo, nisi fortè lucernæ argenteæ byssino aliquo texto ornatæ sunt. Valentinianus III. *fecit Confessionem beati Pauli ex argento purissimo, quæ habet libras ducentas.* Item *fecit Oratorium S. Apollinaris ex argento, & Confessionem cum arcu*

A *ex argento.* Item, *fecit in Confessione ianuas pensantes pondus libr. quinquaginta. Confessionem* posuit pro sacello, seu oratorio. Item, *supra Confessionem aureum arcum, qui pensabat libras quatuor, quem portant columnæ onychinæ, vbi stat agnus aureus pensans libras duas.* Item, *coronam auream ante Confessionem, pharos cum Delphinis, qui pensabant libras quinque, lampadas aureas numero quinque, qua pensabant libras viginti.* Apud Anastasium Symmachus Papa *fecit Ciborium ex argento, & Confessionem pensantem libras centum & viginti; Arcus argenteos pensantes singulos libras sexaginta.* Item, *Confessionem sancti Cassiani ex argento pensantem libras viginti. Arcum argenteum pensantem libras duodecim; oratorium S. Apollinaris ex argento, & Confessionem in arcu ex argento pensantem libras triginta.* Item, *Oratorium S. Sosij ex argento in Confessione pensante libras viginti.* Item, *ad fontem in Basilica B. Petri Apostoli, oratorium sanctæ Crucis ex argento, Confessionem, & Crucem ex auro cum gemmis, vbi inclusit lignum Dominicum: ipsa Crux pensans libras denas.*

B

CAP. XXXIV.

De Encaniis, & Dedicatione Templi.

DEDICATIO, Consecratio, & Inunctio Templorum in veteri lege vsurpata est. Num. 7. dedicatur Altare. 3. Reg. 8. dedicat Salomon Templum Domini. 3. Esd. 7. post Transmigrationem dedicatur domus Domini. Mach. 4. Machabæi dedicant Deo altare Dedicatio quotannis octo diebus celebratur. Iacob oleo Lapidem inunxit, Genes. 35. Moses Tabernaculũ, Exodi 40. In Ecclesia autem primitiua Templa dedicari Deo solita esse, docet Eusebius li. 4. de vita Constantini c. 40. lib. 10. Histor c. 3. & 4. Ambrosius sermon. 89 de Dedicat. Ecclesiæ, & passim Patres. Paulinus Natali Fœlic. 10.

C

Namque hodie bis eam geminata nouatio comit,
Dum gemina Antistes gerit illic munera Christi,
In geminos adytum venerabile dedicat vsus,
Castifico socians pia sacramenta lauacro:
Sic pariter Templum nouat hostia, gratia fontem,
Fonsque nouus renouans hominem.

Loquitur de Dedicatione Baptisterij. *Encænia* vocat S. Ioannes Euangelista cap. 10. Græci ἀνοίξια, ἐνθρονισμὸς, ἐγκαίνισμὸς. Balsamon Responso 38. Διαφορὰ μεγάλη ἐστὶν ἐκκλησιῶν καθιερωθεισῶν δι' ἐγκαινίων, ἀνοίξιων, καὶ ἐνθρονισμοῦ, χρίσματός τε ἁγίου μύρου καὶ ἀποθέσεως λειψάνων ἁγίων μαρτύρων. *Differentia magna est Ecclesiarum, quæ consecrantur per Encænia, quæ dicuntur Ανοιξια,* id

D est apertio Templi, *& enthronismos per sacrum chrisma & depositis ibidem Martyrum reliquiis.* Paulus Diaconus lib. 16. *Facta sunt Encænia apud Constantinopolim, & recondita sunt Lipsana Andreæ & Lucæ Apostolorum, & transiit Menas Episcopus cum sanctis Lipsanis sedens in carruca aurea imperatoria, lapidibus insignita, tenens tres thecas Sanctorum Apostolorum in genibus suis; & ita Encænia celebrauit.* Dedicatio non poterat fieri, nisi suspensis prius candelabris. Codinus lib. de Constant. sub finem, *Cum perfectum*, inquit, *Templum esset, Theodora Augusta suspensura erat sacras catenas, & lucernas, vt dedicaret Templum,* ὅπως ἐνθρονιάσῃ τὸν ναὸν, καὶ ἐγκαινίσῃ αὐτὸν, γυνὴ ὃ βασιλέως. *Quod cum rescivisset Iustinianus, inuidia motus, ne Imperatrix eum anteuerteret, vetuit tota vrbe fieri, aut suspendi catenas. Quo cognito illa fecit ex bombycina funes tortos, ex quibus suspendens lucernas, dedicauit Templum.*

E

CAP. XXXV.

De Baptisterio.

EGIMVS de Secretariis, Altaribus, & Trullo, cæterisque rebus, quæ erant intra apsidem. Iam ad *Baptisterium* deueniamus, quod in extrema Basilica fuit. *Baptisterium* igitur locus fuit, vbi viri, fœminæ, pueri sacro fonte tingebantur. Dicitur Φωτιστήριον apud Socratem lib. 7. Histor. cap. 4. Latini *Sanctum Fontem* vocarunt. Anastasius in Hilario Papa. Item *ad sanctum Ioannem intra sanctum fontem lucernam auream cum myxis luminum decem pensantem libras quinque; ceruos argenteos tres fundentes aquam, pensantes singulos libras triginta; turrem argenteam cum Delphinis pensantem libras sexaginta, columnam auream pensantem libras duas. Baptisterium* intra ipsam Basilicam fuit. Concil. Chalced. καθεζομένων ἐν τῷ ἁγίῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλη-

ἐκκλησίας βαπτιστηρίῳ, *Cum sederint Patres Synodi in Baptisterio Ecclesiæ.* Oportuit locum amplum esse, vbi Patres Synodi considere possent. Suspendebantur columbæ aureæ supra fontem In septima Synodo act. 5. τὰς εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρυσᾶς τε, καὶ ἀργυρᾶς περιστερὰς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβήθρων, καὶ θυσιαστηρίων, *Aureas & argenteas Columbas cum suspendisset supra diuinum fontem, & altare.* Pappus in Synodo 91. Timotheus Ælurus *in Baptisterio trucidandum Proterium curauit* παρεσκεύασε ἀναιρεθῆναι Προτέριον. Apud Anastasium Sixtus III. *Fecit in Basilica Constantiniana ornamentum super fontem, quod ante non erat, id est, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas, quas & versibus exornauit.*

Mergere peccator sancto purgande fluento,
Quem veterem accipiet, proferet vnda nouum.

Paulinus Natali 10. Baptisterium describit.

Est etiam interiore sinu maioris in aulæ
Insita Cella procul quasi filia culminis eius,
Stellato spatiosa tholo, trinóque recessu
Dispositis sinuata locis: medio pietatis
Fonte nitet, miréque simul nouat, atque nouatur.

Vbi obseruabis Baptisterium esse in extrema aula Basilicæ, cellam amplam, & sinuosam, quæ tres recessus habeat, in cuius medio fons ipse fuerit. Chronicon vetus, Basiliscus ἔφυγεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν εἰς τὸ μέγα φωτιστήριον, *fugit in magnam Ecclesiam in Photisterium maius.* Vbi recens tincti illuminati dicebantur. Pius Papa sub Antonino Pio, *Fontem Baptismi construi fecit; manu sua benedixit, & consecrauit.* Hilarius sub Leone Augusto, *Bibliothecas duas fecit in Baptisterio Lateranensi.* Vnde conicere est, quanta loci amplitudo fuerit. Vide quæ suprà de fonte Constantini diximus.

CAP. XXXVI.

De Diaconiis.

DIACONIÆ loca fuêre, in quibus per Diaconos regionarios pauperes alebantur. Anastasius de Stephano III. *Diaconiam SS. Sergij & Bacchi concedens, omnia, quæ in vsum Diaconiæ existunt, statuit perpetuo tempore pro sustentatione pauperum in Diaconiæ ministerio deseruire.* Idem ponit Diaconiam sancti Bonifacij, Diaconiam sanctæ Mariæ, Diaconiam SS. Nerei & Achillæi. In Diaconiis Diaconi regionarij per singulas vrbis regiones stipem egentibus erogabant, & viduarum, pupillorum, senum necessitatibus consulebant; ita tamen vt suæ administrationis summo Pontifici rationem redderent. Gregorius lib. 9. epist. 24. ad Ioannem: *Igitur te Ioannem religiosæ intentionis tuæ studio prouocati, mensis pauperum, & exhibendæ Diaconiæ relegimus præponendum. Ne qua tibi ex hac administratione nascatur dubietas, hac te munitione prospeximus fulciendum, constituentes, vt de hoc quòd mensas pauperum, vel Diaconiæ exhibitionem suscepisti, siue subinde perceperis erogandum, nulli vnquam hominum quolibet modo, seu ingenio cogaris ponere rationem.*

CAP. XXXVII.

De Campanili.

CAMPANILE locus fuit in Basilica, vel proximè Basilicam, vbi campanæ positæ. Apud Anastasium Leo IV. *Campanile fecit in Ecclesia B. Andreæ cum malleo aureo, & Cruce exaurata.* Malaxus in Histor. Patriarch. *Campanarium* vocat. Sexta Synodus *Dicymbalum*, id est, turrim, in qua sunt duæ campanæ, ἐν νάρθηκι πλησίον τοῦ καλουμένου δικυμβάλου, *in Narthece prope dicymbalum.* Si fuit in Narthece, qui locus pœnitentibus in vestibulo attributus, extra Basilicæ aulam fuit. Germanus in Liturgicis *Campanam* vocat σημαντῆρα, καὶ τὸ σημαντήριον, ὃ αἰνίττεται τὰς τῶν ἀγγέλων σάλπιγγας, *Campanam quæ significat tubas Angelorum.* Symphosius in Ænigmatis,

Aere rigens curuo patulum componor in orbem,
Nobilis est intus linguæ crepitantis imago.

CAP.

CAP. XXXVIII.

De Macrena.

MACRENA, vel Macrona videtur esse porticus, aut solarium oblongum. Anastasius, *Macrenam Lateranensis palatij, quæ extenditur à Campo vltra imagines Apostolorum.* Item *Camera ipsius Macrenæ. Macrena* igitur erat camerata, & testudinata, forte dicta quasi μακρὰ.

CAP. XXXIX.

De Platoniis.

PLATONIÆ dictæ, loca marmorum crustis inducta, aut pauimenta tessellatis emblematis, & insertis variata, quæ Græci πλακωτὰ vocant, πλὰξ *crusta*, lapidea tabula. Anastasius, Platinas marmoreas vocat. *Liberius*, inquit, *ornauit de platinis marmoreis sepulcrum S. Agnetis.* Zonaras in Constantino Magno πλακωτὴν ἀγορὰν, *forum marmoreis tabulis instratum.* Anastasius de Leone III. *super lilios ex metallis marmoreis Platonias posuit.* Marmorea metalla dixit, vt alibi metallum corallum. Sixtus III. *fecit Platoniam in Cæmeterio Calixti, vbi nomina Martyrum & Episcoporum scripsit cum memoriis.* Idem de Damaso, *hic reædificauit Platoniam, vbi corpora Apostolorum iacuerunt.* Erat opus musiuarium tessellatum, vbi vermiculata emblemata. Ennius,

> *Quàm lepidæ lexes compostæ vt tesserulæ omnes,*
> *Arte pauimenti, atque emblemate vermiculato.*

Græci vocant ψηφοβολίαν, de qua Plinius. lib. 35. c. 1. Seneca epistola 87. Sixtus III. *fecit Confessionem beati Laurentij cum columnis porphyreticis, in qua transenna; altare, cancells supra Platonias porphyreticas, omnia ex argento, pensantia libras trecentas quinquaginta: & apsis supra cancellos, cum statua Martyris argentea, pensans libras ducentas.*

CAP. XL.

De Templorum dote.

QVI Basilicas exstruebant, eas dotare iubebantur, cuius dotis administratio, & dispensatio ad Episcopum pertinebat. Anastasius in Syluestro, Constantinus Basilicæ sancti Ioannis Baptistæ apud Albam attribuit *possessionem Albanensem cum lacu Albanensi præstantem solidos ducentos quinquaginta. Massam Muci præstantem solidos centum septuaginta.* Vide Anastasium ibidem, & alibi passim. Concil. Tolet. III. iubetur, vt ij qui ædificarint Ecclesias, easque consecrari postulant, dotem quam contulerint, patiantur ad Episcopi ordinationem pertinere. Apud Anastasium Pius Papa sub Antonino Pio. *Ex rogatu B. Praxedis dedicauit Ecclesiam Thermas Nouati, in vico Patritij, in honorem sororis suæ sanctæ Potentianæ, vbi & multa dona obtulit, vbi sæpius sacrificium Domino offerens ministrabat, imò & fontem Baptismi construi fecit, manu sua benedixit, & consecrauit.* Sylucstet *fecit in vrbe Roma Ecclesiam in prædio cuiusdam Presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, quem titulum Romanum constituit; vbi contulit calicem aureum pensantem libras duas, fundum Valerianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos octoginta, fundum Statianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos quadraginta* &c. Constantinus Christianorum Ecclesiis attribuit reditus Templorum Ethnicorum, vt scribit Eusebius in vita Constantini. In Chronologia de Episcopis Lugdunensibus, in sancto Aureliano leges fundationem, seu dotationem Caroli Calui in hæc verba, *Concessimus Ecclesiæ beatissimi Protomartyris Stephani Lugdunensi Ecclesias villasque cum omnibus ad eas pertinentibus in pago Lugdunensi positas*, &c.

A

CAP. XLI.

De Horologio.

IN Templorum Campanili, vel alibi, Horologium poni solebat. Cedrinus scribit Iustinianum Imperatorem condidisse ὡρολογεῖον, quod idem narrat Codinus in Constantinopoli. Nolo hic multa de Horologiis ascribere. Primus Achas Horologium fecit 4. Reg. ca. 20. & Esa. 38. Primus Romæ Scipio Nasica Collega Lænatis aqua diuisit horas æquè noctium ac dierum anno Vrbis 595. vt prodit Plinius lib. 7. cap. 60. Vide Artemidorum lib. 3. cap. 67. Cassiodor. lib. 1. epistol. vlt. Gellium lib. 3. cap. 3. Constantinopoli in apside Basilicæ fuit Horologium æreum à Iustino II. factum lib. 4 epigramm. Græc. tit. vltim. εἰς τὴν βάσιν τοῦ ὡρολογίου τοῦ εἰς τὴν ἁψῖδα τὴν εἰς τὴν βασιλικήν. B

Δῶρον Ἰουστίνοιο τυραννοφόνου βασιλῆος,
Καὶ Σοφίης ἀλόχου φέγγος ἐλευθερίης,
Ὡρέων σκέπτεο σοφὸν σημάντορα χαλκόν,
Αὐγῆς ἐκ μονάδος μέχρι δυωδεκάδος.

In basim Horologij quod fuit in apside Basilicæ donum Iustini Tyrannicida regis, & Sophiæ uxoris eius, lumen libertatis. Horarum intuere indicem, aereum à prima ad duodecimam. Eodem loco vide plura alia Horologia, aut per aquam in clepsydra, aut per gnomonem in solario. Gellius lib. 3. c. 3. Ex Plauto, *nunc etiam quod est, non estur, nisi soli libet.* Ammian. Marcellinus lib. 23. *Vnicuique venter velut solarium est.* Vide Sidonium lib. 13. epist. vltim. Vitruuium lib. 9. cap. 4 cap. 9. & 8. Horologium excauatum hemicyclium ex quadrato ad enclima succisum Berosus Chaldæus inuenit. Cicer. 2. de Natura Deor. *Cum solarium ex aqua contempler, vel descriptum:* Commemorat item Sphæram Possidonij, cuius singulæ conuersiones idem efficiunt in Sole, & in Luna, quod efficitur in cælo singulis diebus & noctibus. Censorinus in die Natal. cap. 23. Solarium antiquissimum apud ædem Quirini statutum ait. Alij in Capitolio fuisse aiunt, quidam ad ædem Dianæ in Auentino. Nullum fuit prius quàm quod M. Valerius ex Sicilia aduectum ad rostra in columna posuit. Nasica Censor in aqua fecit Horarium. Pers. Satyr. 3. C

——*Quinta dum linea tangitur vmbra.*

Cassiodorus lib. 1. epist. vltim. *Horologium est quod aquis sub modulo fluentibus temperatur, & quod solis comprehensa illuminatione distinguitur. Primum fit, vbi stylus diei index per vmbram exiguam horas consueuit ostendere: secundum fit, vbi præter solis radios hora dignoscitur, noctes in partes diuidens, quod rationem cæli ad aquarum fluenta conuertit, quorum motibus ostendit quod cælum voluitur.* Plinius lib. 2 cap. 76. primus Anaximenes Milesius Horologium dedit scioetericum. Symphosius in Ænigmatis de clepsydra. D

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,
Ius auidæ linguæ, finis sine fine loquendi,
Ipsa fluens dum verba fluunt, vt lingua quiescat.

Hyginus de limitibus, *scribemus circulum in loco plano, & in puncto eius σκιόθηρον ponemus. Has vmbras è gnomone ad multipedam in tabula describemus.* Vide Hyginum.

CAP. XLII.

E

De Cœmeterio.

COEMETERIA propriè dicuntur loca, in quibus dormitur, à κοιμάω, *dormio.* Vnde veteres Christiani Polyandria sua *Cœmeteria* vocarunt, quod viros pios à morte velut à somnio suscitandos esse putarent. Plinius epistol. 17. lib. 2. Dormitorium membrum vocar. glossar. ἐλκοίμιθρον, *Dormitorium*, lego, κοίμηθρον. Petrus Aruernus Basternas, siue Dormitoria. Athenæus lib. 4. cap. 5. Cœmeteria quæ propriè dicerentur, docet his verbis, εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο, ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δὲ ἄλλον ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, κοιμητήριον, *vbique in Creta duæ sunt domus, quarum altera dicitur Andræum, altera Cœmeterium, vbi peregrinis diuersorium assignant.* Olim in Cœmeteria Martyrum Christiani ad pietatis officia conueniebant, vetabántque ne Cœmeteria hæreticorum Catholici frequentarent. Laodic. Concilio, can.

A lio, can. 113. *μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων αἱρετικῶν ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς, ἢ θεραπείας ἕνεκα*, *Ne liceat Catholicis, orationis, & sacri officij causa in Cæmeteria, aut Martyria hæreticorum conuenire.* lib. 1. c. 3. Histor. Tripartit. *Populus ieiunans non est egressus ad Cæmeterium orationis causa.* Eusebius lib. 7. cap. 10. Maximinus vetuit Conciliabula Christianorum, & conuentus ad Cœmeteria, *εἴργει ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου.* Pontius Paulinus in Actis Passionis Cypriani, *Iussum est, vt nulla Cæmeteria faciant, neque Cæmeteria ingrediantur.* Cœmeteria Christiani veteres vocarunt *Arenarias, Cryptas, Catacumbas*, seu *Catatumbas*, & *Areas.* Tertullianus ad Scapulam. *Non sint areæ*, hoc est Cœmeteria. Pontius Diaconus in Actis Martyrij sancti Cypriani, *sepultus est in area Candidi procuratoris.* Cœmeteria omnia extra ciuitatem posita erant. Ea dici concilia Martyrum supra ostendi. Eusebius lib. 9. Histor. cap. 2. auctor est, Christianos in Cœmeteria Martyrum conuenire solitos, *εἴργειν*

B *ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου*, *prohibere nostros in Cæmeteria conuentus.* Socrates lib. 3. c. 28. *ὁ λαὸς νηστεύσας ἐξῆλθε περὶ τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι, διὰ τὸ πάντας ἀποστρέφεσθαι τὴν πρὸς Γεώργιον κοινωνίαν*, *Populus cum ieiunasset, exiuit ad Cæmeterium, vt precaretur, quia omnes communionem Georgij auersabantur.* Cryptæ meminit Petrus de Natalibus, *Irenæus*, inquit, *sub Seuero Imperatore gloriosissimo coronatus martyrio, tandem Christi hostia factus est, sepultus à Zacharia presbytero in Crypta Basilica Beati Ioannis Euangelista, sub altari, qua in colle antiquo musiui, & auri opere exstructa est.* Apud Anastasium Ioannes I. *Cæmeterium BB. Martyrum Nerei, & Achillæi via Ardeatina refecit, renouauit Cæmeterium SS. Felicis & Adaucti, renouauit Cæmeterium Priscillæ.* Codinus de Constantinopoli, *μνημεῖον τῶν ὀρθοδόξων*, *Cæmeterium orthodoxorum* vocat. Erant in Cœmeteriis Ecclesiæ, & sæpe magnificæ domus. Apud Anastasium Liberius rediens habitauit in Cœmeterio S. Agnetis, apud Germanam Constantij. Ioannes III. Papa *ampliauit, & restaurauit*

C *Cæmeteria sanctorum Martyrum. Hic constituit, vt oblationes, & Amulæ, vel luminaria in eadem Cæmeteria per omnes Dominicas de lateranis ministrarentur.* Item, *Tunc Papa retinuit se in Cæmeterio sancti Tiburtij, & Valeriani, & habitauit ibi multum temporis, vt etiam ibi Episcopos consecraret.* Bonifacius Papa habitauit in Cœmeterio S. Fælicitatis Martyris sub Theodosio II. vbi obtulit coronas argenteas tres.

CAP. XLIII.

De Proscenio Templi maximi.

D NICETAS Choniates in Alexio Manuelis filio *Proscenium Templi*, *προσκήνιον τοῦ νεὼ*, vocari ait *πρωτεκδικεῖον*. Intelligo Atrium Templi. Quis esset *πρωτέκδικος*, indicat Codinus lib. de offic. *πρωτέκδικος εἰς τὸ ἀναλαμβάνειν τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κρίνειν τὰ ἐγκληματικὰ ὑποθέσεων*, *Protecdicus, qui suscipiebat captiuos de clero, & iudex causarum criminalium.* Ionnes Episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam scribit fuisse quatuor defensores, seu *ἐκδίκους.*

CAP. XLIIII.

De Templis Ethnicorum.

E EADEM penè Templis Ethnicorum forma fuit, quæ nostris, *πρόδομος, ὀπισθόδομος*, *Adytum, Cellæ.* Publius Victor lib. de 14. Vrbis regionibus. *Ante Cellam est Prodomum, post Templum, opistodomum.* Varro lib. 6. de lingua Latina. *Templum tribus modis dicitur, à natura, ab auspicio, ab similitudine. A natura in cælo; ab auspicijs in terra; ab similitudine sub terra. In cælo Templum dicitur, vt in Hecuba, ô magna templa Cælitum commista stellis splendidis. In terra, vt in Peribœa, scrupea saxa Bacchi templa prope adgreditur. Sub terra, vt in Andromacha, Acherusia templa alta, Orci pallida, Leti obnubila.*

Obsita tenebris loca. Ex Ennio, de cœlo,

Vnus erit quem tu tolles in cærula cæli Templa.

In Augurali disciplina *Templum* est cæli regio. In hymno Iani, apud Victorinum Rhetorem, vnde & *Templum* pro cælo ipso ponitur. Septimius Poeta,

Cui reserata mugiunt aurea cæli templa.

Templum item, locus Augurum lituo definitus, quam arcem Liuius lib. 1. vocat. Festus,

Minora Templa ſunt ab Auguribus, cum loca aliqua tabulis, aut linteis ſepiuntur, ne vno amplius oſtio patent. Seruius ad librum primum Aeneid. *Templum dicitur locus manu deſignatus in aere, poſtquam factum illicò captantur auguria.* Ad librum 4. *Templum non ſolum quod poteſt claudi, verum etiam quod palis, aut haſtis, aut lineis, & loris ſeptum eſt. Amplius vno exitu in eo eſſe non oportet, cùm ibi ſit cubiturus auſpicans.* Feſtus, *Templum locus eſt, qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, vnde Contemplari.* Varro lib. 6. de ling. Latina. *Curia Hoſtilia Templum eſt, & tamen ſanctum non eſt* hoc eſt, quicquid palis, haſtis, aut aliqua re ſimili claudi poteſt. Nonius, Templum, & ſepulcrum dici poteſt veterum auctoritate. Virgilius,

> *Præterea fuit in tectis de marmore Templum*
> *Coniugis antiqui.*

Denique, vt loquitur Luctatius ad librum 1. Thebaid. *Penates hominum ſunt, Deorum Templa.* Templorum autem variæ fuere partes πρόπυλον, πρόναον, ναός, πρόδομος: *Area, veſtibula.* In quibus Victruuius lib. 4. c. 1. *Tetraſtyllum* ponit, id eſt, ſpatium quatuor columnis diſtinctum. Hæc prima pars eſt. Altera Templi pars dicta ναὸς, quæ eſt aula Templi. Tertia dicta Adyrum. *Pollux lib.* 1. εἰ δέ τι καὶ ἐπὶ χωρίον ἄβατον εἴη, τοῦτο καὶ ἄδυτον εἴποις ἄν, καὶ ἀψαυστόμενον, καὶ ἄβατον, καὶ ἀνάκτορον, *Si qua Templi pars inacceſſa fuerit, intacta, quæ non videatur, dicitur adytum, & anactorum.* Cæſar lib. 3. belli ciuilis. *Pergami, quæ Græci adyta vocant.* Virgilius 2. Aeneid.

> *Exceſſêre omnes adytis, ariſq. relictis.*

Seruius ad libr. 6. Aeneid. *Penetralia* vocat ſecreta Templorum, vbi Victimæ cædebantur. Lucan. lib. 2.

> *Ante ipſum penetrale Deæ, ſemperq. calentes*
> *Mactauêre focos.*

Et lib. 5.

> *——Illa pauens adyti penetrale remoti*
> *Fatidicum prima Templorum in parte reſiſtit.*

Dicitur & *Sacrarium.* Liuius lib. 39. *Purè lotus in ſacrarium deducitur.* Quarta pars eſt *Cella*, vbi ſimulacra reponuntur. Quinta ὀπισθόδομος. Harpocration, ὁ οἶκος ὁ ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ᾧ ἀπέκειτο χρήματα, *domus pone Templum Mineruæ, vbi pecuniæ repoſitæ.* In veſtibulis Templorum gradus ſæpe fuêre, per quos in ipſum Templum iretur. Ouidius,

> *Templa manent hodie vaſtis innixa columnis,*
> *Perque quater denos itur in illa gradus.*

Virgil. 1. Aeneid.

> *Aerea cui gradibus ſurgebant limina, tectaq.*
> *Aere trabes.*

In templum Iouis Capitolini per centum gradus aſcendebatur. Pollux lib. 1. τὸ δὲ χωρίον ἐν ᾧ θεραπεύομεν τοὺς θεοὺς ἱερόν, καὶ νεώς, ἔνθα ἡ καθιδρύσεως σηκός, τέμενος· τὸ δὲ πρὸ ἱεροῦ πρόδομος, τὸ κατόπιν, ὀπισθόδομος, καὶ ἡ εἴσοδος πρόπυλαια· οἱ δὲ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση, καὶ τεμένη, καὶ ἕρκη, καὶ ὁ περὶ αὐλὰ κύκλος περίβολος: *Locus in quo Deos colimus, Templum, delubrum; vbi locamus Deos, fanum. Ante Templum locus prodomus, poſt Templum Opiſtodomus, ingreſſus, veſtibulum.* Loca Deo ſacra *Saltus, fana, ſepta, ambitus.* καλιὰν καὶ καλιάδα ἡρώων vocat Dionyſius Halycarnaſ. lib. 3. origin. quaſi nidum. πτερύγιον, Templi pinnaculum, πτέρυγες, *pinnæ.* Pinnaculum Templi Hieroſolymitani deſcribit Ioſephus lib. 5. excidij, cap. 14. κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσοῦς ὀβελοὺς ἀνεῖχε τεθηγμένους ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τῶν ὀρνέων, *& in vertice aurea verucula habuit, vt ne aliqua aue inſidente inquinaretur.* Hoc erat propriè Pinnaculum, in quo quæratur aliquis, quomodò potuerit Chriſtus conſiſtere, aut Iacobus ex eo præcipitari? Sed oportuit eſſe ſpatium aliquod pone verucula, vbi conſiſteretur. Lege eodem in loco accuratiſſimam Templi Hiroſolymitani deſcriptionem. Feſtus Sacella eſſe ait, loca Diis ſacrata ſine tecto. Sanctus Ambroſius libr. 4. & 5. epiſtolarum, Fana pro Templis idolorum ſemper ponit. Diodorus Siculus lib. 16. omnium Siciliæ Templorum magnificentiſſimū ait ναὸν ἑξακοσιόκλινον, Syracuſis ab Agathocle extructum. Pauſanias pagina 97. vnicum Spartæ Templum fuiſſe ait, Armatæ Veneris, cui impoſitum eſſet ὑπερῷον, id eſt, Cœnaculum. Vnde Templum Heliopolitanum magnificentiſſimum apud Strabonem lib. 17. κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸ τέμενος λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, *Introitus in Templum pauimentum lapide ſtratum eſt;* cuius latitudo eſt vnius iugeri, longitudo quatuor iugerum. Dicitur que *Dromos*; quaſi curſus. Quà longè porrigitur, paſſim ſphinges lapideæ poſitæ ſunt, poſt ſphingas πρόπυλον, veſtibulum magnum, dein

A deinde aliud post vestibula occurrit Templum, cuius Pronaos ingens, cui æqualis σηκὸς, id est, *concha Templi*. Ad vtrumque latus Pronai sunt eæ quæ dicuntur pinnæ. Ij sunt duo parietes æquè alti atque Templum in initio inter se distantes paulò plus quàm sit lata Templi crepido. Vide Vitruuium lib. 3. & 4. Hesychius πτερὰ μέρη τὰ πρόπυλα ναῶν. Vide Iosephum lib. 12. originum cap. 7. & 11. Tholus erat columnatus rotundus, ait Varro lib. 3. cap. 5. de Rerustica. Hesychius θόλος κυρίως καμάρα, καταχρηστικῶς οἶκος εἰς ὀξὺ ἀπολήγων ἔχων τὴν στέγην κατασκευασμένος, *Tholus propriè camera, seu fornix, per abusum domus, cuius tectum in acutum desinit*. Item θόλος στρογγυλοειδὴς οἶκος δι' στεγῶν εἰλυμένος, *Tholus orbiculata domus, testis inuoluta, & imbricibus tecta*. Seruius ad hæc verba Virgilij lib. 9.

Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

Tholus propriè est veluti scutum breue, quod in medio tecto est, in quo trabes coëunt, ad quod dona suspendi
B *consueuerant*. Pro testudine ædificij posuit Ouidius lib. 6. Fastor.

Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Par facies Templi, nullus procurrit in illo
Angulus.

In Deorum Templis testudines erant auro laqueatæ. Ouidius,

Flamma nitore suo Templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar.

Item,

Nos quoque Templa iuuant, quamuis antiqua probemus,
Aurea, Maiestas conuenit ipsa Deo.

Ipsæ Templorum ianuæ auratæ fuerunt. Aristoph. in Auibus,
C
Οὐχὶ νεὼς ἡμᾶς οἰκοδομεῖν δεῖ
λιθίνας αὐτοῖς, οὐδὲ θυρῶσαι
χρυσαῖσι θύραις.

Non Templa nos extruere oportet lapidea illis, neque ianuis aureis claudere. Ouidius *Templa aurea* vocat:

Aurea sanctorum potuissent Templa Deorum
Viuere, quæ tantum sustinuere nefas.

Virgilius 6. & 9. Æneidos *alta Templa*. Lucretius lib. 2. *Aurata Templa*. Propertius libro 4. Eleg. 7.

Fictilibus creuere Diis hæc aurea Templa.

Quintilianus libr. 1. cap. 4. Instit. *Celebria Templa*. Ouidius lib. 3. de Arte.
D
——— *Auro radiantia Templa.*

Ibidem,

——— *Factum de marmore Templum*

Virgilius 6. Æneid.

. *Instituam de marmore Templum.*

Ouidius lib. 1. Fastor.

Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis.

Lactantius lib. 5. cap. 8. *quod Templum non auro, & gemmarum donis ornatur*. Foribus Templi nomen Dei inscribi solitum. Iamblichus lib. 1. de vita Pythagor. ἱερὸν ἱδρύματ Ἀπόλλωνι, Πυθίῳ ἐπιγράψας, *Templum exstruxit Apollini, cum hac inscriptione, Pythij*. Dionysius Halycarnass. lib. 1. origin. καὶ αὐτῷ κατασκευάζουσι οἱ Λατῖνοι ἡρῷον ἐπιγραφῇ τοιᾷδε κοσμούμενον, Πατρὸς Θεοῦ χθονίου, *Latini ei Heroum posuerunt cum hac inscriptione, Patris Dei terrestris, qui Numicum amnem possidet*. Plu-
E rarchus in Erotico, Βελεστίχης ἱερὰ, καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσι, ἐπιγράψαντος τοῦ βασιλέως, Ἀφροδίτης Βελεστίχης, *Alexandrini habent Templa Belestiæ, quibus Rex præscripsit, Veneris Belestica*. Cellæ autem in Templis Deorum erant, vbi asseruabantur simulacra, de quibus lege Vitruuium lib. 4. Liuius lib. 28. *Prohibuisse statuas sibi in Capitolio in Cella Iouis poni*. Videtur σηκὸς esse Cella. Hesychius, σηκὸς ἐνδοτερος οἶκος τοῦ ἱεροῦ, *Secus locus interior Templi*. Diodorus lib. 1. Ἰσιδος σηκὸν ὑπάρχειν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡφαίστου, *Cellam Isidis esse in templo Vulcani*. Templum erat loci sublimitate & operis dignitate præeminens, vt ait Augustinus lib. 4. de Ciuitate cap. 23. Apud Apuleium Milesia 11. Conceptum Templi est murorum ambitus, seu περίβολος. Diodorus Sicul. libro. 1. τῷ ἐν τῇ Μεμφει θεῷ τὰ πρὸς ἕω προπύλαιον κατεσκεύασε, καὶ τῷ ναῷ τὸν περίβολον, *Deo Mempheos ad ortum fecit vestibulum, & templo conceptum*. Plato lib. 6. de legibus, templa in ipso foro ponenda esse ait, tum vt eò populus faciliùs confluat, tum quia forum erat

 in ma

in maximè illustri, & spectabili vrbis parte. τὰ μὲν ἱερὰ πᾶσαν πέριξ τὴν ἀγορὰν χρὴ κατασκευά- A
ζειν. tum quia in iis sacrosancta & inuiolabilia erant publicæ pecuniæ positæ. Scholiastes
Aristoph. in Pluto, ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς πολιάδος Ἀθηνᾶς διπλοῦς τεῖχος ἦν, ὅπου θησαυροφυλάκιον. *Po-
ne Templum duplex murus fuit, vbi ærarium.* Victruuius lib. 1. *Si omnibus templis saluberrimæ regio-
nes, aquarumque fontes idonei eliguntur, maximè Aesculapio & Saluti.* In aditu templorum fuisse
περιρραντήρια docet lib. 3. Theodoretus Histor. Eccles. de Iuliano Desertore, νεωκόροι περι-
ῤῥαντηρίοις τοὺς εἰσιόντας περικαθαίροντες, *Aeditui aquæ aspergine ingredientes expiabant.* Item in Tem-
plis Ethnicorum erat ἑστιατήριον, ait Philostratus in Damiano, vbi conuiuia agitabant. Ad
templum Ephesinum ibatur per porticum lapideam, quæ ad stadium porrigebatur. ἔστι δὲ
αὐτῇ στοὰ ἐπὶ στάδιον λίθου πᾶσα, ait Philostrat. Sola adyta sacris vacabant: Basilica, porticus,
Pronaos vsibus profanis exponebantur. Plinius lib. 4. epistol. *De transactione hæreditatis, conue- B
nimus in ædem Concordiæ.* Cicero pro Quintio, *nisi ad templum Castoris quæreretur, quantum solue-
retur. Oppansa erant vela aris & statuis, quæ obducta profanorum aspectum arcebant, reducta reuela-
bant*, ait Apuleius Miles. 11. Ibidem Conseptum Templi vocat, vbi Sacerdotes, æditui,
initiati habitabant. Vide Templum Agrigentinum magnificentissimum apud Diodorum
Siculum pagina 375. libri Græci typis Stephani. Aristides de Cyziceno Templo, νεὼν τρι-
πλοῦν τῇ φύσει· τὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ καταγειός ἐστι θέα, τὰ δὲ ὑπερῷον, τὰ δὲ νενομισμένη δρόμοις καὶ ὑπὸ γῆν. ἢ
κρεμάσει δι᾽ αὐτοῦ διηκόντες κύκλῳ, *Templum triplex natura est: Eius enim vna pars est subterranea: alia
superior supra terram instar cœnaculi; tertia est ad cursus & sub terram.* Vide Platon. in Critia pag.
505. ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι ἄβατον ἀφεῖτο περιβόλῳ χρυσῷ περιβεβλημένον· τοῦ δὲ Ποσειδῶνος νεὼς ἦν σταδίου μὲν μῆκος,
εὖρος δὲ τριῶν πλέθρων, ὕψος δὲ ἐπὶ τούτοις σύμμετρον ἰδεῖν· πάντα δὲ ἔξωθεν περιήλειψαν τὸν νεὼν ἀργύρῳ,
πλὴν τῶν ἀκρωτηρίων· τὰ δὲ ἀκρωτήρια χρυσῷ, τὰ δὲ ἐντὸς τὴν μὲν ὀροφὴν ἐλεφαντίνην ἰδεῖν πᾶσαν χρυσῷ, καὶ
ἀργύρῳ, καὶ ὀρειχάλκῳ πεποικιλμένην, τὰ δὲ ἄλλα πάντα τῶν τοίχων, καὶ κιόνων, καὶ ἐδάφους, ὀρειχάλκῳ περι- C
έλαβον. *Sacrum & inaccessibile templum, erat aureo ambitu circumdatum. Erat Neptuni templum stadium
vnum longum, iugera latum tria, altum verò quantum longitudo eius, latitudoque exigere videbantur.
Exteriora præter suprema fastigia argento omnia exornarunt. Nam culmina ipsa & apices auro: intus au-
tem laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco variè cælata conspiciebantur. Reliqua omnia, parie-
tes, columnas, pauimenta orichalco exornarunt.* Arnobius lib. 6. *Primus fabricator Templorum Pro-
metheus Aegyptius, aut Merops, aut vt tradit in admirandis Varro, Iouis proles Aeacus. Multa ex his Tem-
pla, quæ tholis sunt aureis, & sublimibus elata fastigiis, auctorum conscriptionibus comprobantur conte-
gere cineres, atque ossa, & functorum esse corporum sepulturas. In Mineruio Cecrops conditus. In templo
Mineruæ Larissæo, Acrisius, &c. Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut re-
nideant aureis, splendeant hinc gemmæ, & sidereos euomant variata interstitia fulgores, terra sunt hæc
omnia: tuguriola Diis dare, & conclauia, & cellulas fabricari.* Cellulæ pars Templi sanctior fuit, D
vbi Deorum simulacra reponebant. Gellius lib. 7. c. 1. Scipionem ait in Capitolium venti-
tare solitum, ac iubere aperiri cellam Iouis, atque ibi solum diu morari, quasi consultan-
tem de Rep. cum Ioue. Theodoretus lib. 3. c. 22. νεὼς Serapidis Alexandriæ τῶν πανταχοῦ γῆς
μέγιστος, καὶ κάλλιστος. Gellius lib. 14. c. 7. ex Varrone, *non omnes ædes sacras Templa esse, ac ne
ædem quidem Vestæ templum esse.* Varro lib. 6. de lingua Latina. *Curia hostilia Templum est, & san-
ctum non est. Templum locus est ab Auguribus effatus.* De Templis Aegyptiorum Clemens Ale-
xandrinus lib. 3. pædag. c. 2. Αἰγύπτιοι ναοὶ, καὶ προπύλαια, καὶ προτεμενίσματα, ἐξέδραι τε, ἄλση τε, καὶ
ὀργάδες, κίοσι τε παμπόλλοις ἐστεφάνωνται αἱ αὐλαὶ, *Aegyptia Templa, & vestibula, & pronai, & sal-
tus, & luci, tum aulæ pluribus columnis suffulciuntur.* Vide Iosephum lib. 2. ἀρχαιότητος, & cap. 16.
lib. 1. belli Iudaici. Ethnici donariis Templa ornare soliti erant, qualia pleraque Crœsus
ad Templum Apollinis misit apud Herodotum lib. 2. Phalaris Agrigent. epistol. 84. misit E
τρίποδας Δελφικοὺς, καὶ στεφάνους χρυσοῦς, καὶ ἄλλα πολλὰ πολυτελῆ χαριστήρια τῆς σωτηρίας, *Tripodas
Delphicos, coronas aureas, & alia pleraque pretiosa, pro actione gratiarum ob recuperatam salutem.* Iusti-
nus lib. 24: de Delphico Templo, *multa igitur & opulenta ibi regum populorumque visuntur munera,
quæque magnificentia sui reddentium vota grata & Deorum responsa manifestant.* Censorinus de die
Natali. *Illi enim, quòd alimenta, patriam, lucem, se denique ipsos deorum dono habebant, ex omnibus
aliquid Deo sacrabant, magis adeò vt se gratos approbarent, quàm quòd Deos arbitrarentur iis indigere.
Itaque cùm perceperant fruges, antequàm vescerentur, Diis libare instituerunt, & cum agros atque vrbes
Deorum munere possiderent, partem quandam Templis, Sacellisque, vbi eos colerent, dicauerunt.* Strabo
lib. 6. Metapontinos ait οὕτως εὐτυχῆσαι ἀπὸ γεωργίας, ὥστε θέρος χρυσοῦν ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι, *ex
agricultura adeò fuisse diuites, vt auream Messem Delphico Apollini dicarint.* De Donariis templi
Olympici & Delphici, lege Pausaniam lib. 1. & 2. Eliacon. Euripid. In Ione A. 4.

λαβών

A

Λαβὼν δ' ὑφάσματα ἱερὰ θησαυρῶν πάρα
Πρῶτον μὲν ὀρόφῳ πτέρυγα περιβάλλει
Πέπλων ἀνάθημα Διὸς παιδὸς, ὃς Ἡρακλέης
Ἀμαζόνων σκυλεύματα ἐνέγκει Θεῷ.

Cum sumpsisset è Thesauro vela sacra acu picta, primum quidem fastigio peplorum alas circumiicit, Donarium Iouis filij, quos Hercules Amazonibus ereptos Apollini obtulit. Donariis nomen donantis & Dei cui daretur adscriptum. Plautus in Rudente, *vt comprehendar cum sacra vrna Venerea. Nam hæc literata est, ea ipsa cantat quæ sit.* Apuleius Milef. 6. *Lacinias auro literatas, ramis arborum postibusque suffixas.* In veteribus Inscrip. Donarium hoc leges. SANCO SEMO. PANI. DE DECVMA VICTOR TIBI LVCIV' MVMMIV' DONVM.

Moribus antiquis pro vsura dare sese
B *Visum animoso, perfecit se pace, rogans te*
Cogendo dissoluendi, vt felicia faxis,
Perficias decumam, vt faciat vera rationis,
Propter hoc atque aliis donis des digna merenti.

In Templis autem non tãtùm erant donaria, verùm & quia sancta & inuiolata, in iis thesauri, παρακαθῆκαι, testamenta reponebantur, vt Strabo lib. 14. Xiphilin. in Commodo; *πῦρ εἰς τὸ εἰρηναῖον ἐμπεσὸν τὰς ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων, καὶ τῶν Ἀραβίων φορτίων ἀπενέματο, Ignis cũ incidisset in templũ Pacis, merces Aegyptiorum & Arabum depastus est.* Apud Sueton. c. 83. Iulius Cæsar testamentum suum Virgini Vestali Maximæ demandauerat. Apud eundem cap. 101. Testamentum Augusti depositum apud virgines Vestales. Apud Plutarchum M. Antonij testamentum Vestalibus virginibus concreditum. Vlpianus l. 3. de Tabul. exhibendis. *Si Custodiam testamenti*
C *Aedituus susceperit.* Ideo templa militum excubiis sepiri solita, vt Herodianus scribit.

FINIS.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI IVLIODVNENSIS DOCT. THEOLOGI,

DE TOTA RATIONE DIVINATIONIS; aduersus Genethliacos.

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

De origine Diuinationis.

A NIHIL homini tam insitum est, quàm vt scire appetat, & in cognitione rerum versari, earum maximè, quibus res, rationesque suas contineri putat; siue iam eæ fuerunt, siue sunt, siue futuræ exspectantur. Vnde Gens nulla fuit, neque tam humana, atque docta, neque tam immanis, tamque barbara, quæ non significari futura, & à quibusdam intelligi, prædicique, & cupiat, & speret. Principio Assyrij propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, traiectiones, motusque stellarum obseruauerunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obseruatione syderum scientiam putantur effecisse, vt prædici posset, quid cuique euenturum, & quo B quisque fato natus esset. Eamdem etiam Ægyptij longinquitate temporum, & studio consequuti putantur. Cilicum autem, & Pisidarum gens, & his finitima Pamphylia, volatibus auium, cantibusque, vt certissimis signis res futuras declarari putant. Quid verò maioris rei susceptum, aut gestum est in Græcia, sine Pythio, aut Dodonæo, aut Ammonis oraculo? Romanæ vrbis parens Romulus, non solùm auspicatò Vrbem condidisse, sed etiam optimus augur fuisse traditur. Denique Auguribus & reliqui Reges vsi, & exactis Regibus nihil publicè sine auspiciis, nec domi, nec militiæ gerebatur. Cumque magna vis videretur esse & in impetriendis, consulendisque rebus, & in monstris interpretandis, ac procurandis, in Aruspicum disciplina, omnem hanc ex Hetruria scientiam adhibebant. Et cùm duobus

modis animi fine ratione, & scientia, motu ipsi suo soluto, ac libero incitarentur, vno furente, altero somniante, furoris diuinationem Sybillinis maximè versibus contineri arbitrati, eorum interpretes decem delectos ex Ciuitate esse voluerunt. Ex quo genere sæpe Ariolorum etiam, & Vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culleonis, audiendas putauerunt. Nec verò somnia grauiora, si quæ ad Rempublicam pertinere visa, à summo consilio neglecta sunt. Quin etiam templum Iunonis Sospitæ Lucius Iulius, qui cum Publio Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia fecit, ex Cæciliæ Balcarici filiæ somnio, ait Cicero libro 1. de Diuinatione. Quibus ille verbis diuinationem ab Assyriis, & Chaldæis ortam ostendit. A quo facit Ammianus lib. 23. his verbis: *Prope Seleuciam est Chaldæorum regio altrix Philosophiæ veteris, vt memorant ipsi, apud quos veridica vaticinandi fides eluxit.* Belus Babylone inuentor fuit syderalis scientiæ, auctore Plinio libro 6. cap. 36. Philostratus non Chaldæos modò, & Ægyptios, verùm & Indos diuinationi deditos fuisse indicat lib. 10. de Sophist. *ἁρμόσαι δὲ ἡ μὲν τῇ ἀνθρωπίνῃ μαντικῇ, ἣν Αἰγύπτιοί τε, καὶ Χαλδαῖοι, καὶ πρὸ τούτων Ἰνδοὶ συνέθεσαν μοίραις ἀστέρων στοχαζόμενοι τοῦ ὄντος*: *Aliud*, inquit, *diuinationis genus accommodatum est humani generis ingenio, quod Ægyptij, Chaldæi, & ante hos Indi composuerunt, è particulis, & vicibus astrorum futura coniectantes.* Apud eumdem libro 1. de vita Apollonij, Zarchas Indus ex diuinatione Medicinæ scientiam ortam esse putat, & Apollinis oraculo Æsculapium doctum, quæ herbæ humidis, quæ siccis, & aridis commodè vlceribus adhibendæ essent, quæ pocula intercuti aquæ exhauriendæ, vel deriuandæ, sanguini sistendo, tabi, & tuberculis sanandis, & serpentium venenatorum ictibus medicandis idonea sint: quomodo venenatis ipsis ad multos morbos vtendum. Neque enim vero simile est, sine diuinatione ausos vnquam homines fuisse, omnium maximè exitiosa venena salubribus admiscere. Inde nimirum est, quòd Apollinem eumdem Medicum & Vatem esse aiunt: *τινὰς μὲν δεῖ προσάγειν πόας ὑγροῖς ἕλκεσι, τινὰς δὲ αὐχμηροῖς, καὶ ξηροῖς ξυμμιγείας* Lego, *ἐκ συμμιγείας*. Ibidem ait Philosophos vsurpasse libamenta quædam arcana, & sacrificia, quibus sydetalem scientiam intelligerent, & diuinationem, ac vaticinandi artem studiosè affectarent. *τὰς δ' ἀπορρήτους σπονδάς, αἷς ἀστρικήν, ἢ μαντείαν κατενόουν, καὶ τὴν μαντικὴν ἐσπούδαζον.* Strabo lib. 16. Græcos à Phœnicibus Astronomiam didicisse auctor est; Phœnices ipsos ab Abrahamo, vt vult Eusebius lib. 9. præparat. Euangelic. *Diuinationem* autem Romani appellarunt à Diuis, accommodatiori vocabulo, quàm Græci, qui *Manticen* à furore dixerunt: quia Dei solius proprium est, vt futura norit, maximè quæ fortunæ putantur, aut ab hominis voluntate pendent, vt docet Hieronymus ad cap. 46. Esaiæ: *Præter me nullus est Deus, nec alius scire potuit ventura, nisi ego, qui per Prophetas nuncio quæ facturus sum, vt cùm prædicta constituero, diuinitatem probem.* Quod idem Pacuuius autumat his verbis:

> *Nam si qui, quæ ventura sunt, prouideant,*
> *Æquiparent Ioui.*

Procopius, *οὐ μέγα δεῖγμα τοῦ θεότητος τὸ προαγγεῖλαι ταῦτα διὰ τῶν Προφητῶν, ὅπως οὐκ ἴσχυσι ποιεῖν οἱ φενακισμῷ προλέγειν ἐπαγγελλόμενοι δαίμονες*; *An non magnum diuinitatis argumentum est, quòd à Prophetis ista longè antè prædicta, quàm facta sunt; qualia dæmones, qui futurorum sibi notitiam arrogant, ne per fucum quidem præstare queant?* Fauorinus apud Gellium tolli ait, quod maximè inter Deos atque homines differt, si homines res omnes pòst futuras prænoscerent. Philostratus lib. 1. de vita Apollonij, *καὶ μὴν τοῦτο πλεονεκτοῦσιν οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι οἱ μὲν ὑπ' ἀσθενείας οὐδὲ τὰ αὐτῶν ἴσασι, τοῖς δὲ γιγνώσκειν ἴσασι τὰ ἐκείνων τε, καὶ αὐτῶν*: *Et certè hoc præstant Dij hominibus, quòd hi præ imbecillitate ne res quidem suas satis notas habent; illi res hominum, & suas ipsorum norunt.* Omninò ita res est, neque Angeli, neque Dæmones, neque homines sine Deo, futura certò tenent, nisi si fortè quæ pendent à naturalibus causis, quorum effecta necessaria sunt. Ideò Chrysippus Diuinationem ait esse *vim cognoscentem, & videntem, & explicantem signa, quæ à Diis hominibus portenduntur.* Officium eius est, *prænoscere Dij erga homines mente qua sint, quidve significent, quemadmodum ea procurentur*, vt Cicero lib. 2. de Diuinatione scribit. Propriè Prophetæ, & Diuini apud Iudæos olim, hodie apud nos, qui vera in Deum fide imbuti sumus, qui diuino instinctu futura præsentiant, quibus tamen carere nos posse ostendit Procopius ad Esaiam. *ἄτοπον ἔχοντας τὴν ἐκ τῶν δημιουργημάτων τοῦ Θεοῦ συμβουλὴν τοῖς εἰκῇ γινομένοις ἀπάγεσθαι. εὕρημα δὲ τῶν Φιλισταίων κληδονισμός, ὡς Χαλδαίων ἀστρολογία, καὶ Αἰγυπτίων ἐπῳδαί τε, καὶ φαρμακεῖαι, καὶ Κρητῶν οἰωνοσκοπία*, *Absurdum est eos, qui ex certis Dei operibus consiliorum suorum rationem inire possunt, ad ea, quæ temerè fiunt, abduci. Diuinatio per omnia Philistinorum est inuentum, vt Chaldæorum Astrologia, Ægyptiorum incantatio, & veneficium, Cretensium auguratio.* Quæ omnia apud

Gentes

A Gentes inania, & falsa. Origenes lib. 4. in Celsum, Diuinationem inter ea numerat, quæ neque bona per se, neque mala sunt, quia boni & mali diuinant. χρὴ δ' εἰδέναι ὅτι τὸ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν, οὐ πάντως θεῖόν ἐστι· καθ' αὑτὸ γὰρ μέσον ἐστὶ, καὶ πίπτον εἰς φαύλους, καὶ ἀστείους. καὶ ἰατροὶ γοῦν ἀπὸ ἰατρικῆς προγιγνώσκουσί τινα, κἂν φαῦλοι τὸ ἦθος τυγχάνωσιν. οὕτω δὲ καὶ κυβερνῆται, κἂν μοχθηροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, προγιγνώσκουσιν ἐπισημασίας, καὶ ἀνέμων σφοδρότητας, καὶ τροπὰς περὶ τὸ περιέχον ἔκ τινος πείρας, καὶ τηρήσεως. καὶ οὐδήπου παρὰ τοῦτο θείους τις αὐτοὺς εἶναί φησι, ἂν τύχωσι μοχθηροὶ εἶναι τὸ ἦθος. ψεῦδος οὖν τὸ παρὰ τῷ Κέλσῳ λεγόμενον, τὸ, τί ἂν φαίη τις θειότερον τοῦ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν τε, καὶ προδηλοῦν. ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, πολλὰ τῶν ζώων αὐτοποιεῖσθαι θείας ἐννοίας. οὐδὲν γὰρ τῶν ἀλόγων ἔννοιαν ἔχει τοῦ θεοῦ. ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἶναι τὰ ἄλογα ζῶα, ὅπου γε καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἔτι φαῦλοι, κἂν ἐπ' ἄκρον προκόπτωσι, πόρρω εἰσὶ τῆς θείας ὁμιλίας· μόνοι δὴ ἄρα οἱ κατὰ ἀλήθειαν σοφοὶ, καὶ ἀψευδῶς εὐσεβεῖς ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἰσὶν,
B ὁποῖοί εἰσιν οἱ καθ' ἡμᾶς Προφῆται, καὶ Μωΰσης: *Nosse oportet, quòd futura prænoscere non omninò diuinum est. Per se enim Diuinatio res quædam media est, quæ in homines malos cadere possit, & vrbanos. Nam & Medici ex medicina arte quadam præuident, licèt moribus corruptis sint. Ita & magistri nauium licèt deprauati sint, cognoscunt signa tempestatum, & turbinum, & mutationes circa ambientem aërem ex obseruatione, & experientia. Neque ideò quis eos diuinos esse dixerit, si malè morati sint. Falsò igitur dixit Celsus, nihil diuinius esse futurorum præsensione, ac prædictione. Falsò dixit quædam bruta animantia diuinâ intelligentiâ prædita esse. Nullum enim è brutis animantibus Dei scientiam habet. Falsò dixit bruta animantia propiùs diuino colloquio frui, cùm ex hominibus, qui moribus perditis sunt, quantumuis scientia, & ingenio profecerint, à diuinæ familiaritatis consortio absint. Soli igitur ij, qui reuerà sapiunt, ad Dei consortium proximè pertinent, quales sunt apud nos Prophetæ, & Moyses.* Idem lib. 1. in Celsum, ait Iudæis Prophetas datos esse, ne sicut Gentiles ad oracula, auguria, auspicia, aruspicia, ventriloquos, genethliacos, Chaldæos confugerent; quæ omnes artes apud Iu-
C dæos sunt vetitæ. Certè Planetarij, & Mathematici legibus Romanis improbantur, Cod. lib. 1. tit. De veteri iure enucleando.

CAP. II.

De Oraculo, seu Ephod Iudæorum.

QVEMADMODVM apud Hebræos antiquissimi Prophetæ fuêre, Abraham, Isaac, Iacob, Iosephus, & alij: sic omnium antiquissimum oraculum apud eosdem fuit in Ephod, seu Epomide Pontificis attextum. λογεῖον, *Pectorale, Rationale* Septuaginta Interpretes vocant, Hebræi *Cosen*, vel, vt Iosephus, *Essen,*
D *monile* ex duodecim gemmis conflatum, in quo *Vrim*, & *Thumim* adscripta erant, id est, *declarationes, illustrationes*, cùm vox Hebræa *Vr*, δῆλα, *Vrim*, φωτισμοὶ, δήλωσις, καὶ ἀλήθεια, *veritas*, & *scientia*; *Thumim*, τελειώσεις, *perfectiones* esse dicantur, vt è lapillorum liquido splendore, aut nubilo futura præsagiri possent, Exod. cap. 28. Alij putant *Vrim*, & *Thumim* verba non fuisse adscripta, sed lapides ipsos vocari *Vrim*, & *Thumim*, quia futura declararent. Quemadmodum vocantur lapides, *Sosam*, & *Milluim*, id est, *candorum*, & *plenitudinum*, Numer. 27. Esdr. 2. Nehemi. 7. Ioseph. lib. 3. orig. cap. 9. Suidas *Ephod* textum fuisse ait palmæ vnius, cui stella in medio aurea, adamas inter duos smaragdos, in quibus duodecim tribuum nomina scripta Pendebat è collo Pontificis Deum consulentis. Si res lætæ sperandæ erant, *fulgurabat* adamas, ἤστραπτεν. Si res Deo parum accepta, ἔμενεν ἐν ἰδίᾳ τάξει,
E *manebat in priore statu*. Si cædes futura, *sanguineus apparebat*, ἐγίνετο αἱματώδης. Si lethiferum aliquid, *niger fiebat*, εἰ δὲ θανατηφόρον ἔμελλεν, ἐγίνετο μέλας. Anastas. Episcop. Nicen. quæst. 38. *Forma*, inquit, *Ephod erat vnius palmi; textura instar Pectoralis ex filo aureo, & varia arte confecta, & in medio habebat auream stellam, vtrimque duos smaragdos, quibus erant inscripta duodecim tribus.* Sed longè meliùs Philo Iudæus lib. de vita Mosis, Epomidem describit his verbis: Ἐπωμὶς καταποικίλλεται ὑακίνθῳ, καὶ πορφύρᾳ, καὶ βύσσῳ, καὶ κοκκίνῳ: *Superhumerale laboratum erat hyacintho, purpura, bysso, cocco, intertextum auro.* Folia enim auri in tenues bracteas, quasi pilos secta omnibus liciis, & filis contexta erant. Gemmæ in summo aptæ duæ pretiosæ smaragdinæ, quibus expressa erant duodecim nomina eorum, à quibus appellatæ tribus: vtrimque nomina sex, & duodecim aliæ gemmæ pretiosæ ad pectus coloribus insignes, sigillis similes: quarum quatuor ordines, ex tribus lapillis singuli, qui Rationali apti erant. Rationale ipsum quadrangulum duplex laboratum erat, quasi basis, vt duarum virtutum simulacra ferret,

ſcientiæ, & veritatis: quod eatenulis aureis ad Superhumerale deuinctum erat, astrictum ex eo, ne laxaretur. Sacerdos applicato Ephod consulebat Dominum. 1. Reg. 23. cuius responsum ex fulgore gemmarum acceptum, vt Iosephus lib. 3. origin. cap. 9. Interdum præter fulgorem gemmarum Sacerdos prophetiæ lumine à Deo illustratus respondebat, & rei gerendæ modum aperiebat, vt libro 2. Reg. cap. 5. & 1. Reg. cap. 26. vocatur Responsio per Sacerdotes. Glycas 1. parte Annal. S. Hieronym. ad Fabiolam, Iosephus origin. lib. 3. ait exitiſſe tempore ſecundi Templi Superhumerale, & Rationale; ſed vtrumque deſiiſſe fulgere annis ducentis, antequàm ipſe ſcriberet ſuam hiſtoriam. Rabbini dicunt amiſſa eſſe *Vrim*, & *Thumim* in Transmigratione Babylonis, pro quibus fuit filia vocis exiens è monte Oreb. Deus igitur ſolus eſt, qui futura citra errorem tenet. Quare Propheta in ſacris Literis ait, *Annunciate quæ ventura ſunt, & dicemus, quia Dij eſtis.* Eſaias cap. 29 *Claudet oculos veſtros, Prophetas, qui vident viſiones, operiet, & erit vobis viſio omnis, ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas, dicent: Lege iſtum. Et reſpondebit, Non poſſum, ſignatus eſt enim.* S. Ioannes Damaſcenus lib. 2. cap. 4. τὰ μέλλοντα οὐδ᾽ ἄγγελοι, εἰμὴ οὖ Θεοῦ ἀποκαλύπτοντος ἴσασι. &c. δαίμονες ποτὲ μὲν τὰ μακρὰν γινόμενα βλέποντες, ποτὲ δὲ στοχαζόμενοι, ὅθεν καὶ τὰ πολλὰ ψεύδονται; *Solus Deus futura certò ſcit, Angeli Dei neſciunt, Dæmones ignorant, qui tamen Deo reuelante interdum futura prædicunt. Interdum ea, quæ procul ſunt, Dæmones vident, & nunciant, interdum futura coniectant, vnde & ſæpe falluntur.*

CAP. III.

De Prophetis Iudæorum.

PRIMVS hominum parens, idem primus Propheta fuit, qui nomina filiis indidit, fatum eorum indicantia. Apud B. Clementem in epiſtola ad Iacobum, beatus Petrus ita cum Simone Mago diſputat: εἰ προέγνωσεν μὴ εἶχεν Ἀδὰμ, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις ἅμα τοῖς γεννηθεῖσι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐπιτίθησι; τὸν μὲν πρῶτον καλέσας Καίν, ὃ ἑρμηνεύεται ζῆλος, καὶ τὸν Ἄβελ, πένθος: *Si futura ignorauit Adamus, quî fieri potuit, vt filiis ſtatim editis nomina, quæ eorum actionibus reſponderent, impoſuerit? primum enim vocauit Cain, inuidum; alterum Abel, luctum.* Noëmus, Abrahamus, Iſaacus, Iacobus, Moſes, & alij, quorum vaticinia Inſtrumento veteri continentur, Dei interpretes, & ὑποφῆται fuêre. In Prophetis autem id ante omnia requiritur, vt diuini Spiritus afflatus mentem eorum erigat ad ea, quæ indicantur percipienda; tum verò vt lumen à Deo infundatur, & illud quidem non perpetuum, ſed tranſiens, & temporarium, quo viſa plenè intelligant, & interpretentur. Theologi reuelationem, & ἀποκάλυψιν vocant. Lumen illud in Chriſto Domino perpetuum, & permanens fuit, cuiuſmodi lumen hoc aſpectabile in Sole eſt. In cæteris temporarium, cuiuſmodi in aëre lumen cernitur, qui de die radiis Solis illuſtratur, de nocte caligat. Alioqui Prophetæ perpetuò futura cernerent. Procopius ad Eſaiam: Προφήτης ὁ προφάσκων, ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὰ παρόντα λανθάνοντα. ὁρᾷ δὲ ὁ Προφήτης, ἡγεμονικὸν, ὡς ἐν ὀνείροις ὕπαρ τυπούμενος, &c. *Propheta eſt, qui res futuras, aut præſentes occultas prædicit. Videt Propheta principe animi parte tamquam per ſomnium re ipſa informata, aut tamquam qui in tabula rerum bonarum, vel malarum picturam intuetur, non vi ſtupefacta intelligendi, quaſi velo mens humana per ſpiritum obducatur; ſed Deus illis, quibus illabitur, naturales animi ſenſus non aufert, at perficit: neque par eſt rationem, quæ profit aliis, ſeipſam ignorare, & ſermonis vtilitate priuari.* Solius Dæmonis eſt eorum, à quibus admittitur, menti ſtuporem inducere. Deus igitur ita eorum animos afficit, vt imagines rerum futurarum immittat, deinde lumen infundit, vt imagines illas intelligant, diiudicent, interpretentur: quod lumen ſi deſideratur, non eſt propriè Prophetia, ſed Viſum. Pharaoni enim, & Nabuchodonoſori viſa, & imagines in quiete ſine lumine, & intelligentia viſorum fuerunt. Aduocati ſunt Ioſephus & Daniel, qui lumine à Deo accepto, viſa interpretarentur. Baltazarus literas in pariete exaratas vidit, neque ſine interprete Daniele intellexit. Caſſandra videre ſe ait, quæ prædicit apud Senecam in Agamemnone:

> *Anime conſurge, & cape pretium furoris,*
> *Tam clara nunquam prouidæ mentis furor*
> *Oſtendit oculis, video, & interſum, & fruor.*
> *Imago viſus dubia non fallit meos.*

Spectamus,

A *Spectamus, epulæ regiâ instructæ domo,*
Quales fuerunt vltimæ Phrygibus dapes.

Imagines autem illæ aut sunt intellectiles in ipsa mente animi, sine ministerio facultatis imaginatricis, ac sensuum exteriorum, cuiusmodi fuêre in Mose, Dauide, Solomone: quod genus diuinationis est sublimius: Aut imagines existunt in facultate imaginante: quomodò Hieremias Ollam succensam vidit, & virgam vigilantem: Nabuchodonosorus in quiete arborem: tunc autem animum à sensibus externari, abducique necesse est. Quæ si vigilanti obiiciuntur, illustrius genus diuinationis efficiunt, quàm si dormienti: quia vis luminis animum à corpore auulsum ad spiritalia rapit. Ita Beatus Petrus in Actibus Apostolic. cap. 10. Vigilans, cùm cibum sumere vellet, vidit cælum apertum, & vas de cælo in terram demissum, in quo erant quadrupedes, serpentes, & volucres, cum hac voce, *Surge* B *Petre, occide & manduca.* Vbi diuinatio nobilior, quia verba audiuntur ab indicante, quàm si nudæ imagines infundantur. Supra rationem Diuinationis, est sola intellectus illustratio, per imagines illas intellectiles sine phantasiæ ministerio; cuiusmodi fuit in Mose, & Dauide, maximè verò in Christo, in quo scientiam infusam extitisse nemo dubitat; quanquam & sanctissima eius anima in contuendo Deo semper defixa fuit, & visione ea quæ Beatos efficit, vt creata est, statim est donata. Omnium infima Diuinatio, cùm imagines vigilantis oculis, & aliis sensibus extrinsecis ita obiiciuntur, vt animus à corpore non abducatur, nec lumen ad intelligendum infundatur. Ita Baltazarus vidit literas in pariete incisas, nec sine interprete intellexit. Moses Propheta cæteris superior, & nobilior fuit, qui Deum mente animi vidit, & vigilans Angelum Dei habitum præferentem. Secundùm eum Dauid est maximus, qui corporatum ex virgine Deum, & in Cruce salutem hominum ex- C pedientem intellectu simplici vidit. Ab illis visis Prophetæ *Videntes* dicuntur, quia præ cæteris sensibus oculi clarissimè vident, clarissimè percipiunt, vt Basilius ad caput 1. Esaiæ. Procopius ad Esaiam ἀκριβεστέρα τῶν αἰσθήσεων ὅρασις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν· οὐχ ὁμοίως γὰρ ἀκοή τε, καὶ ὄρασις τῶν φοβερῶν, ἢ τῶν ἡδέων ἀντιλαμβάνονται. δι' ὅπερ τῶν ἀληθῶν ἡ θεωρία διὰ τὸ ἐναργὲς, καὶ τὸ ἀναμφίβολον ὅρασις προσηγόρευται. δι' ὃ καὶ ὁρῶν ὁ Προφήτης ἐλέγετο, καὶ ἐμπαθῶς βλέπων: *Sensuum omnium ad veritatis indagationem certissimus est visus: neque enim similiter auditus & visus, quæ iucunda, aut formidabilia sunt, percipiunt. Vnde fit, vt veri contemplatio propter euidentem fidem Visio nominetur, & Videns Propheta.* Prophetia quidem, quia Deum authorem habet, *Verbum Domini* dicitur; & *Visio.* cap. 1. Amos. *Verba Amos quæ vidit super Israel.* Esa. 1. Hebræis *Roe*, Græcis ὅρασις, *Visio Esaiæ quam vidit*, cap. 2. *Verbum quod vidit Esaias, dauar & malchut*, id est, *verbum & consilium.* Hieronymus lib. 5. cap. 15. ad Esaiam *Visionem, & verbum læta consequuntur* D *Hebr. massa, à nasa portare*, φορτίον, *onus semper tristia*, Iob. 26. *Cùm vix paruas stillas sermonis eius audierimus* Esa. 21. *Quod audiui à Domino Deo exercituum.* Daniel. cap. 2. cap. 10. Visionem suam vocat *Vocem Dei, intellectionem Dei.* Exod. 20. *Populus vidit vocem Dei.* Vtitur autem Deus Angelis administris, per quos Prophetas erudit, & futura non modò piis, sed etiam profanis aperit, cuiusmodi fuerunt Sibyllæ, quas vero Dei cultu imburas, & vt Theologi loquuntur, in gratia per charitatem fuisse, nemo asseuerare ausit; cùm tamen instinctu Dei per Angelos de rebus futuris, imò & de arcanis fidei monitæ sint. Prophetia enim sine charitate, & amore Dei esse potest, cùm sit in intellectu; charitas in voluntate: cuius operatio posterior est operatione intellectus. Dæmones ipsi plerunque imagines immittunt, quibus futura cognoscantur, parum vtique certas, interdum veraces: quia ex Philosophorum sententia, vt nihil omninò in rebus malum esse potest, ita neque falsum. Vt enim E malum est in rebus, ita & falsum in cognitione. Cùm igitur falsa multa Dæmon fanaticis suis aperiat, nonnulla etiam vera falsis admixta enuntiat, quia falsa omnia vero aliquo niti, vt mala bono, necesse est. Sanctus Chrysostomus homil. 29. in epist. 1. ad Corinth. inter Prophetas, & Pseudoprophetas discriminis hoc esse ait, quòd, εἴποτε κατεσχέθη τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ ἐμαντεύετο ὥσπερ ἀπαγόμενος, οὕτως εἵλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος: *Si quando quis arreptus esset à spiritu immundo, & vaticinaretur, tanquam qui abduceretur, sic trahebatur vinctus à spiritu, nihil sciens eorum quæ diceret.* Hoc enim proprium est fatidici, τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀνάγκην ὑπομένειν, τὸ ὠθεῖσθαι, τὸ ἕλκεσθαι, τὸ σύρεσθαι, *emotæ mentis esse, vim pati, pelli, trahi, raptari, vt furentem:* ὁ δὲ Προφήτης μετὰ διανοίας νηφούσης, καὶ σωφρονούσης καταστάσεως, *Propheta mente sobria, modestè sciens quæ loquitur, dicit omnia*, καὶ εἰδὼς ἃ φθέγγεται φησὶν ἅπαντα. Procop. ad Esaiam p. 112. ait, singulare id esse iis, qui Deos inanes colunt, vt magicas artes, & vaticinia cùm in periculo versantur, aduocent, & Dæmones consulant. ἐπειδὴ καὶ τοῖς εἰδώλοις

προσίκειν, καὶ φίλον ἀεὶ τοῖς τοιούτοις πολυπραγμονεῖν τὰς τῶν μελλόντων ἐκβάσεις διά χρησμῶν τε, καὶ μαντείας, ὅτε καὶ μάλιστα κινδυνεύουσι. Idem ad Esaiam. τίς ὑμῖν ἡ ὄνησις τῆς ἐκ δαιμόνων μαντείας οὐδὲν προεγνωκυίας τῶν ὕστερον; *Quid vos iuuit diuinatio dæmonum, quæ futura non nouit?* Idem ad caput 45. ὡς ἀπολεῖ τὰς πανταχοῦ μαντείας, καὶ τὰ χρηστήρια δι' ὧν οἱ δαίμονες ἐφενάκιζον πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, εἰδέναι τὸ μέλλον πλαττόμενοι, καὶ τὰ τῆς καρδίας ἐπερχόμενα λέγοντες, *Perdet diuinationes, & oracula, quibus dæmones ante Christi aduentum futura se, mentisque cogitationes scire mentiebantur.* S. Chrysostomus Hom. 29. in epist. 1. ad Corint. ἐπειδὴ τελεταῖς τισι, καὶ μαγγανείαις καθείρξαι δαίμονά τις εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος, καὶ μαντευόμενος ἐρρίπτετο, καὶ ἐσπαράττετο, καὶ ἐνεγκεῖν δαίμονος τὴν ὁρμὴν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἔμελλε διασπώμενος οὕτως ἀπόλλυσθαι, τοῖς τὰ τοιαῦτα μαγγανεύουσί φησι, λύσατε λοιπὸν ἄνακτα, βροτὸς θεὸν οὐκ ἐπιχωρεῖ. Deinde subiungit de Pythia, quod alio loco posuimus, id est, *quoniam certis ceremoniis, & præstigiis quidam illigarat dæmonem in homine, & homo ille vaticinans iactabatur, & lacerabatur, nec poterat vim dæmonis ferre, sed ita laniatus animam acturus erat, dicit præstigiatoribus: Soluite iam Regem, homo Deum non capit.* Sed illæ dæmonis artes erant. Apud Iudæos & Christianos Deus vera Prophetis indicat.

CAP. IV.

De Prophetis Primitiuæ Ecclesiæ, & aliis plerisque.

QVEMADMODVM Fidei constituendæ, & propagandæ Christus Dominus Apostolis, & Discipulis suis vim, & gratiam miraculorum attribuit, ita & donum Prophetiæ, quod per initia tam frequens in Ecclesia fuit, vt Agabus, filiæ Philippi, & alij plerique integritate vitæ insignes eo donarentur. Animam enim puram, ac limpidam esse oportuit, in qua velut in speculo imagines à Deo impressæ elucescerent. Quare Basilius Sabellianos sui temporis insectatur epistol. 64. ad Neocæsarienses, qui cùm animis essent inquinatissimis, se per insomnia diuinationem à Deo consequutos putabant, οὓς εἰκὸς ἦν σωφρόνους, ἔχειν εἰδέναι, ὅτι τῆς ἀχραντοῖς, καὶ πάσης κηλῖδος κεκαθαρμέναις ψυχαῖς τὸ προφητικὸν ἐναυγάζει χάρισμα· οὔτε γὰρ κάτοπτρον ῥυπῶντα δυνατὸν τῶν εἰκόνων δέξασθαι τὰς ἐμφάσεις, οὔτε ψυχὴν τῆς βιωτικαῖς προκατειλημμένην μερίμναις, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἐπισκοτουμένην πάθεσι δυνατὸν ὑποδέξασθαι τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰς ἐλλάμψεις. οὐ γὰρ πᾶν ἐνύπνιον εὐθὺς προφητεία, ὥς φησι Ζαχαρίας, *Quos, si saperent, nosse oportuit, gratiam prophetiæ elucescere in animis impollutis, & ab omni macula puris: neque enim speculum sordens imagines rerum expressas recipere potest, neque animus curis vitæ huius occupatus, & perturbationibus carnis, ac superbia obscuratus, Spiritus sancti illustrationes admittere potest. Nec enim omne somnium statim est prophetia, vt ait Zacharias.* Dominus fecit fantasiam, & pluuiam hibernam, ideò loquuti sunt labores, & insomnia. Verùm in primis illis Ecclesiæ rudimentis tanta fidelium integritas fuit, vt passim Christiani Prophetæ existerent. Sanctus Chrysostomus, ad epistol. 1. ad Corinth. cap. 12. Homil. 23. Plures id temporis Prophetiæ donum à Deo accepisse ostendit ad hæc verba, *Et quosdam quidem posuit in Ecclesia, primùm Apostolos, secundò Prophetas, deinde virtutes. Apostolos* primo loco posuit, secundo Prophetas. Prophetabant enim, vt filiæ Philippi, vt Agabus, vt ij ipsi qui erant apud Corinthios; de quibus dicit, *Prophetæ autem duo, aut tres loquantur.* Ad Timotheum quoque scribens dicebat: *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ tibi data est per Prophetiam.* Et longè plures tunc erant quàm in lege veteri, καὶ πολλῷ πλείους τότε ἦσαν, ἢ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς· οὐ γὰρ εἰς δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν περιεστήκει τὸ χάρισμα, ἀλλ' ἐξεχεῖτο δαψιλῶς ἡ χάρις αὕτη, καὶ ἑκάστη ἐκκλησία πολλοὺς εἶχε τοὺς προφητεύοντας. *Non enim ad decem, & viginti & quinquaginta, aut centum redactum erat Prophetiæ donum, sed gratia ipsa largiter diffusa erat, & vnaquaque Ecclesia plures habebat, qui prophetarent.* Si autem dicit Christus, *lex & Prophetæ vsque ad Ioannem*, de illis dicit Prophetis, qui eius aduentum prædixerunt. Quando Esaias cum Iudæis disserebat, hoc quoque diuinitatis maximum esse dixit indicium, futura dicere. Porrò autem Christus quóque tot factis signis, hoc quoque dixit esse non paruum suæ diuinitatis indicium, & assiduè effatur, *Hoc autem dixi vobis, vt quando facta fuerint, credatis, quod ego sum*, &c. Et illa quidem etiam quidam alij non magni pretij (ἕτεροί τινες οὐ πολλοῦ ἄξιοι παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰλήφασιν) initio acceperunt, sicut illi qui dixerunt, *Domine nónne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus?* Idem Hom. 29. *Propterea*, inquit, *acceperunt discretiones spirituum*, ὥστε διακρίνειν καὶ εἰδέναι, τίς μὲν ὁ πνεύματι φθεγγόμενος καθαρῷ, τίς δὲ ὁ ἀκαθάρτῳ, *Vt discernerent, & scirent, quis loqueretur mundo spiritu, quis immundo.* Etenim cùm sceleratus sit diabolus, subit eos qui prophetant, & induere

pseudo-

pseudoprophetas, tanquam qui ipsi quoque futura prædicant; quales fuere Priscillianistæ, qui omnia syderibus tribuebant, & Massaliani, seu Euchetæ, qui per somnia diuinabant. Quærit Iustinus quæstione 2. ad Orthodoxos, cùm Prophetæ & Apostoli, Græcorum item oracula futura prædixerint, Vnde plus fidei Prophetis, & Apostolis, quàm Græcorum oraculis attribuendum puremus? Respondet ille, τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ἐστὶ πάντα ταῦτα, καὶ ἡ πρόῤῥησις τῶν λόγων, καὶ ἡ ἔκβασις τῶν ἔργων, *Eiusdem Dei esse omnia ista, & prædictionem verborum, & euentum seu exsecutionem rerum*, cùm ipse & per Apostolos, seu Prophetas, & per eos, qui à pietate alieni sunt, prædicat quæ facturus est. Quemadmodum per Balaamum Propheram & bene precatus est Israëli, & male precatus hostibus eorum. Ita & per vaticinium prophetarum prædixit Regi Babylonis captiuitatem Israël, lego τὴν ἅλωσιν τοῦ Ἰσραὴλ, & per vaticinia Græcanica antè significauit ea, quæ rebus ipsis impleta sunt. Est autem plurimum differentiæ inter Prophetas, & vaticinia Græcorum. Primùm quidem, quia Prophetæ, & Apostoli Deum nouerant, cuius nomine futura præsagiebant, & in eum credebant, adorabántque. Deinde, quòd omnia quæ Apostoli prædixerunt de Diis, & oraculis Græcorum desitutis, & de Christiana fide constituenda, euentum sortita sunt: quæ autem vates Græcanici aduersus veritatem Dei, & cultorum eius, aut pro constituendis Græcanicis superstitionibus prædixerunt, ea exitum non habuerunt, πάντα ὅσα περί τε τῆς τῶν ἑλληνικῶν θεῶν, καὶ μαντείων καθαιρέσεως, καὶ τῆς τῶν Χριστιανικῶν πραγμάτων συστάσεως προεῖπον οἱ Προφῆται, τὴν ἔκβασιν ἐδέξατο. Origenes pluribus locis Diuinaculos, qui ministerio dæmonum futura prædicerent, insectatur, maximè lib. 3. περὶ ἀρχῶν. Quid dicendum est de iis, quos *Diuinos* appellant, à quibus per incorporationem dæmonum eorum qui eis præsunt, versibus arte modulatis responsa ferunt? Sed & hi quos *Magos*, vel *Maleficos* dicunt, aliquoties dæmonibus inuocatis supra pueros adhuc paruæ ætatis, versu eos dicere poëmata admiranda omnibus, & stupenda fecerunt: quia recipiunt dæmonum inspirationem, & sapientiæ eorum, ac doctrinæ participes Magi efficiuntur. Ex quo fit, vt eorum operationibus repleantur, quorum se prius famulatui subiugauerunt. Humana anima dum in hoc est corpore, recipere potest diuersas energias, & operationes spirituum diuersorum, malorum, & bonorum. Quod in Energumenis insanientibus, & in Magis sentientibus, ac sapientibus animaduertitur. Idem in Euangel. Ioannis, & 1. Reg. 19. de Saüle prophetante scribit, peccatores quóque interdum prophetare. 1. Regum 28. inueniuntur idolorum Vates ostendentes de Arca, denuntiantésque Palæstinis, *quòd si buculæ lactentes in viam ambulauerint, Iesubeth Samnæ, sciant sibi à Deo factam plagam.* S. Chrysostomus à peccatoribus sæpe futura prædici ostendit, Homil. 21. in Genesin, σοφὸς ὢν, καὶ εὐμήχανος ὁ δεσπότης, καὶ δι' ἀναξίων πολλάκις συγχωρεῖ προλέγεσθαι θαυμαστὰ, καὶ μεγάλα πράγματα· κληθεὶς Βαλαὰμ καταρᾶσθαι τὸν λαὸν, οὐ μόνον οὐ κατηράσατο, ἀλλὰ καὶ προεφήτευσε μεγάλα, καὶ θαυμαστὰ πράγματα, οὐ περὶ τοῦ λαοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας. ὁ Λάμεχ ἐγέννησε υἱὸν, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε, λέγων· οὗτος δὴ ἀναπαύσει ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν. Homil. 37. in Genes. Ἀβραὰμ περάτην ἑρμηνεύεται, ἐπεὶ ἔμελλεν ἀπὸ τοῦ πέραν εἰς τὴν Χαναναίαν ἔρχεσθαι, διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐπέθηκαν, καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ εὐμηχάνου σοφίας, τὸ καὶ διὰ τῶν ἀπίστων πολλάκις τοιαῦτα οἰκονομεῖν. Homil. 48. εἶδες διὰ πάντων δεικνυμένην ἐναργῆ τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, πῶς καὶ διὰ τῶν ἀπίστων προμηνύεσθαι τὰ μέλλοντα οἰκονομεῖ ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης: Cùm parentes Rebeccæ prædixissent prolis multitudinē ac fœlicitatē. *Sapiens cùm sit, & prouidus Dominus, sæpe mirabilia, & magna prædici ab indignis patitur. Balaam vocatus, vt exsecraretur populum, non exsecratus est, sed multa & mirabilia vaticinatus est, non solùm de populo, sed & de aduentu Domini. Lamech genuit filium, & vocauit eum Noë: dixitq́, Iste requiem nobis afferet ab operibus nostris. Abram significat Peregrinum,* aut *Transeuntem, quia in Chananæam à longinquo transiturus erat, ideò nomen Abra parentes ei posuerant. Hoc enim sapientia Dei est, per infideles subinde res eiusmodi dispensare.* Item, *Vides in omnibus manifestam Dei prouidentiam, qui per infideles futura præsignificat.* Vera igitur Diuinatio est à Deo, non ab alio. Theodoretus lib. 5. Histor. Ecclesiast. cap. 24. Ἰωάννης ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενος πολιτείαν πολλὰ τοῖς πυνθανομένοις προὔλεγε τῶν ἐσομένων· πρὸς τοῦτον ὁ Θεοδόσιος ἀπέστειλεν, εἰ πολεμητέον τοῖς τυράννοις μαθεῖν ἐφιέμενος; καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου πολέμου τὴν ἀναιμωτὶ προηγόρευσε νίκην, &c. Chrysost. in Genes. Homil. 61. οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ προαγορευθέντα μὴ εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Homil. 63. Iosephus ait somniatorib. οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις.. τῶν ἐνυπνίων; διηγήσασθε οὖν μοι· μὴ γὰρ οἴκοθεν ἐπαγγέλλομαι τι ὑμῖν ἐρεῖν· Θεός ἐστιν ὁ ἀποκαλύπτων. Homil. 66. ὁρᾷς πῶς ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις προμηνύει τῷ Ἰακὼβ, καὶ προφητικῷ κινούμενος πνεύματι, οὕτω τοὺς παῖδας τοῦ Ἰωσὴφ εὐλογεῖ, τὰ μετὰ τοσοῦτον ἐσόμενα χρόνον ὡς ἤδη παρόντα, καὶ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα οὕτω προβλέπων· τοιοῦτον γὰρ ἡ προφητεία: *Ioannes in Aegypto Asceta, multa*

eorum quæ futura erant consulentibus respondit. Ad eum misit Theodosius, qui quærerent, an tyranni bello persequendi essent? Is priori bello incruentam fore victoriam prædixerat. Chrysostomus scribit, *fieri non posse, quin ea eueniant, quæ à Deo prædicta sunt.* Iosephus dixit, *ijs qui somniarant, an Deus somnia non potest interpretari? Indicate mihi, nihil à me dicam. Deus est qui reuelat. Vides quomodò gratia Dei futurum Iacobo aperuit, & Prophetico actus spiritu ita filiis Ioseph benedixit, videns quasi præsentia quæ longè pòst futura erant.* Dubito, an à Deo fuerit Diuinatio, de qua Zonaras in Basilio Augusto scribit, qui cùm Adatam vrbem obsideret, oppidanique negligerent, rogari causam, ex iis senex respondit, οὐχ ὑπὸ σοῦ πέπρωται τὴν πόλιν ἁλῶναι νῦν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου τῶν ἀπογόνων τῶν σῶν. *Non est in fatis, vt à te hæc ciuitas capiatur nunc; capietur aliquando ab vno ex tuis nepotibus.* Monachi apud Zonaram sæpe vera vaticinantur. ὁ μοναχὸς Μάρκος ὁ τὸ τετραῴδιον τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναπληρώσας ἔφη πρὸς τὸν Λέοντα· ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου βασιλεύσεις δέκα ἔτη, καὶ ὁ λόγος ἔργον εἴληφεν. Ioannes Tzimisces Antiochiæ προχειρίζεταί τινα μοναχὸν Θεόδωρον, ὃς αὐτῷ προεῖπε τῆς βασιλείας τυχεῖν, καὶ μὴ σπεῦσαι, μηδ' ἁρπάσαι αὐτὴν, ἀλλ' ἀναμεῖναι τὴν ἐκ τοῦ θείου πρόχειρον. In Basilio Porphyrogenneta Bardas Sclerus ἐλπίδας ἔθαλπε, μᾶλλον μέν τι ἐξ ὀνείρου τινὸς μοναχοῦ ἀρετὴν μετιόντος· ἔδοξε γὰρ ἐκεῖνος ὁρᾶν τὸν Σκληρὸν γυναικί τινι, ἐφ' ὑψηλῆς καθημένης σκοπιῆς προσελθεῖν, τὴν δὲ μάστιγα αὐτῷ ἐγχειρίσαι βασιλικήν, *Monachus Marcus, qui impleuit tetraodium, seu quadruplex carmen magni Sabbati, dixit Leoni philosopho, Scias ô rex, te ab hoc tempore decem annos regnaturum. Exitus vaticinium probauit.* Ioannes Tzimisces Antiochæ *præfecit Episcopum quendam Monachum Theodorum, qui ei Imperium prædixerat, monueratque ne properaret, ne raperet illud, sed expectaret Dei dispositionem.* Bardas Sclerus *suas spes fouebat ex somnio cuiusdam monachi virtute clari. Is enim videre sibi visus est Sclerum accedentem ad mulierem quandam, quæ sedebat in sublimi specula, & ipsi flagellum regium committebat.* Verùm & diuinationes, quas ex eodem auctore subiiciam, de Deo fuisse videntur. Is in Iustino Thrace, cùm Edessa Scirti fluuij eluuione submersa esset, εὑρέθη ἐν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ πλὰξ λιθίνη ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν αὐτῇ ἐγκεκολαμμένοις λέγουσα ταῦτα, Σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις. Ita & in murorum, qui euersi erant Calcedone fundamentis, εὑρέθη πλὰξ ἔχουσα γεγραμμένα ταῦτα:

> Ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν κατὰ ἄστυ χορείην
> Τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
> Καὶ τεῖχος λουτροῖσι πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ
> Δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
> Ἄγρια, μαργαίνοντα, κακὴν ἐπιειμένα ἀλκὴν
> Ἴστρου κιμμερίοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ,
> Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν, καὶ Μυσίδα γαῖαν,
> Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσι
> Αὐτοῦ κεν βιότοιο τέλος, καὶ πότμον ἐπίσποι.

Inuenta est in ripa fluuij lamina lapidea hieroglyphicis literis exarata cum his verbis, Scirtus fluuius saltationes ciuibus graues, & infaustas saltabit. Et Calcedone alia *reperta his versibus insculpta: Sed quando Nymphæ per vrbem latæ sacras choreas in vicis agent, & lauacrum publicum muro lamentabili munitum erit; tunc infinitæ gentes crudeles, furentes variè sparsorum hominum robore noxio præditæ, traiecto Istri Cimmerij meatu cũ armis & hastis, Scythicam regionem, & Mysiam perdent, & Thraciã ingressæ cum spe furenti vitæ finem, & fatum sibi attrahent.* Zonaras sub Irene, ἐν τῇ Θρᾴκῃ κατὰ τὸ μακρὸν τεῖχος τότε τις ὀρύττων λάρνακι ἐντυγχάνει λιθίνῃ ἀνθρώπου φερούσῃ νεκρὸν, καὶ γράμματα ἐγκεκολαμμένα ἐχούσῃ λέγοντα, Χριστὸς μέλλει γεννᾶσθαι ἐκ παρθένου, καὶ πιστεύω εἰς αὐτόν· ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου, καὶ Εἰρήνης τῶν βασιλέων πάλιν ἥλιε ὄψει με, *In Thracia ad longum murum id temporis quidam fodiens incidit in capsam lapideam, in qua hominis cadauer erat inclusum, & hæ literæ insculptæ, Christus nasci debet ex virgine, in eum credo. Sub Constantino & Irene, Sol rursum me aspicies.* Origenes de Prophetis Iudæorum ita loquitur. lib. 7. contra Celsum, καὶ πνεῦμα εἰ ποιοῦσι καλὸν ἐκ θεοῦ προαγγέλλειν τὰ θεῖα, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ ταῦτα κηρύττον, οὗ δὴ πλησθέντες ἄνδρες παλαιοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ἤγγειλαν· τῶν δὲ ἐν ἰουδαίοις Προφητῶν οἱ μὲν προφητείας, καὶ τῆς θείας καταδοχῆς, ὡς ἂν σοφοὶ, οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς προφητείας φωτισθέντες τὸν νοῦν, τοιοῦτοι γεγόνασι αἱρεθέντες ὑπὸ τῆς προνοίας εἰς τὸ πιστευθῆναι τὸ θεῖον πνεῦμα, καὶ σὺν ἀπὸ τούτου λόγους διὰ τὸ τοῦ βίου δυσμίμητον, καὶ εὔτονον, καὶ ἐλεύθερον: *Et si quem spiritum putatis à Deo profectum prædicere diuinitùs futura, is Spiritus sanctus est, quo veteres Prophetæ pleni multa bona prædixerunt: Prophetarum autem qui in Iudæis fuerunt, alij quia probi & sapientes, à Deo instincti prophetarunt, alij ab ipsa Prophetia illustrati mente, prophetæ fuerunt, Dei prouidentia electi, vt Spiritus sanctus eis crederetur, & eius oracula, quia vitam sanctam, imitatu difficilem, austeram, & liberam sectabantur.* Quemadmodum autem vaticinia, quæ supra posui, à Deo sunt, ita quæ à Magis, & Astrologis fiunt, à Dæ-

mone

A mone exeunt, vel si ab Astrologis, incerta sunt habenda. Imò & quæ à Dæmonibus prædicuntur, incerta sunt. Zonaras in Constantino Magno, qui condita Constantinopoli τὸν ἀστρονόμον καλέσας Οὐάλεντα τὸν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων τὸν ἀκριβέστερον, ἐκέλευσεν, ἐπὶ τοῦ γενεθλίου τῆς πόλεως συντάξαι θεμάτιον, *Vocato Valente Astronomo, omnium peritissimo, iussit & genesin & natalitium vrbis thema poneret.* Ille sexcentos nonaginta sex annos eam perennaturam denuntiauit. Astronomus mendacij coniuncitur. Idem in filiis Constantini. Κώνσταντος ἄρτι γεννηθέντος λέγεται ἐπιτρέψαι τοῖς ἀστρολόγοις τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἐπὶ τοῦ τούτου γενεθλίου ποιῆσαι θεμάτιον· καὶ τούτους εἰπεῖν, ὡς ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς αὐτοῦ μάμμης ἀναιρεθήσεται, *Constante recens nato, Constantinus iussit Astrologos genesin eius ponere, qui dixere, eum inter vlnas auiæ moriturum.* Mortuus est in vrbe, cui nomen Helenæ, ab auia eius. Constantinopoli in theatro, & circo multa erant simulacra magica. Alexander Imperator Leonis philosophi frater Magos rogat, an diu regnaturus es-B set. ἤκουσεν ἐξ ἐκείνων ὡς ἔσται αὐτῷ μακροχρόνιον τὸ βιώσιμον, εἰ τῷ ἐν τῷ θεάτρῳ συΐ, ὃς χαλκοῦ πεπλασμένος, ὀδόντας, καὶ αἰδοῖα περιθεῖτο· σὸν γὰρ ἔλεγον τοῦτο στοιχεῖόν ἐστι, αὐτίον ἱστάμενον Λέοντι τῷ σῷ ἀδελφῷ. In Nicephoro Phoca, κεχρησμῳδημένον ἔχων τὸ ἐν τοῖς βασιλείοις μέλλειν ἀναιρεθήσεσθαι, ἔδοξεν ἑαυτῷ περιποιεῖσθαι διὰ τοῦ τείχους ἀσφάλειαν: *Audiuit ex illis se diu victurum, si apro qui in theatro ex ære factus erat, dentes & pudenda apponerētur: quia ea figura tua est, quæ è regione sita est, Leonis fratris tui.* Niceph. Phocas, *accepto responso se in regia interemptum iri, putauit se tutum fore, si regiā muro includeret*, quod fecit, & mox tamen ibidē cæsus est. Persæ, Chaldæi, Arabes, ex astrorū situ futura diuinabāt. Zonaras in Mauricio, Χοσρόην ὄντα ἐν γνώσει τῆς κατὰ τῶν ἀστέρας κινήσεως, καὶ ἐντεῦθεν αὐχοῦντα γινώσκειν τὰ μέλλοντα φάναι, ἕξει τὸ Βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας, τριτὴν κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα ἐτῶν· μετὰ δὲ τοῦτο πεμπταίαν ἑβδομάδα ἐτῶν Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσουσι. Idē in Iust. Rhinotmeto, Leōtius Παύλῳ τινὶ μοναχῷ ἀστρολογίαν μετιόντι, καὶ τὴν βασιλείαν χρησμῳδοῦντι αὐτῷ φησι. Rhinotmetus C Κῦρον τινα μοναχὸν ἔγκλειστον πατριάρχην προὐβάλλετο ὃς αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀποκατάστασιν προεφοίβασε. Idē in Philippico. λέγεται γὰρ ἄρτι τοῦ Λεόντος τὸν σκήπτρων ἐπειλημμένου χρησμῳδῆσαι τούτῳ δή τῷ Φιλιππικῷ τὴν εἰς βασίλειον θρόνον ἀναγωγὴν μοναχόν τινα ἔγκλειστον ὄντα ἐν τῇ τοῦ Καλλιστράτου μονῇ, καὶ τὸν προρρήσεως αἰτῆσαι μισθόν. In Leone, Germanus Patriarcha dixit Leoni Isauro, οἶδα μὲν ᾀδόμενον τὸ μέλλειν κινηθῆναι ταύτην τὴν αἵρεσιν, ἀλλὰ μὴ σύγε εἴης ταύτης εἰσαγωγεύς. Κόνων γάρ τις ὀνομαζόμενος ταύτης μέλλειν κατάρχεσθαι λέγεται. Ἑβραῖοι δύο τὴν ἐπιτήδευμα γόητες· οἱ δὲ ἀστρολογίαν ἔλεγον μετιέναι, κἀντεῦθεν εἰδέναι τὰ μέλλοντα, καὶ τῷ Ἀραβῶν Ἰζὶδ τὴν ἀρχὴν ἐπαγγελλόμενοι, εἰ τὰ ἐκκλησιῶν τὰ Χριστωνύμων τὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης ἐκβαλεῖ ἐκτυπώματα. οὗτοι ἐν Ἰσαυρίᾳ περιτυχόντες τῷ Λέοντι νεανίᾳ τυγχάνοντι τὴν τῶν Ῥωμαίων προμαντεύονται βασιλείαν. Leo Philosophos filius Basilij, ἐραστὴς σοφίας παντοδαπῆς, καὶ αὐτῆς δῆτα τῆς ἀπορρήτου, ἣ δι᾽ ἐπῳδῶν μαντεύεται τὰ ἐσόμενα, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀστέρων δ᾽ ἐσχολακὼς κινήσεις, καὶ τὴν ἐκ τούτων ἀποτελεσματικὴν ἐπιστήμην μετήρχετο. Idē in Cōstātino filio Leonis Philosophi, ἐὼν τις τελώνης Νικόλαος, D ὃς πρὸς τοὺς Ἰσμαηλίτας φυγὰς ἀστρολογίαν μετῆλθε· οὗτος τῷ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου ἔγραψε, μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τοῦ Δούκα· νεωτερίζει γὰρ ἀφρόνως, καὶ ὀξέως ὀλοθρευθήσεται. Quod re comprobatum est. *Chosroes astrologiæ peritus ex astris prædicebat fore, vt Persæ & Babylonij tres annorum hebdomadas circumeuntes, in Romano imperio grassarentur, deinde Romanos quinque annorum hebdomadas Persis imperaturos.* Rhinotmetus Iustinianus *cuidam Paulo astrologo Monacho, qui imperium ipsi spondebat, dixit.* Idem Rhinotmetus, *Cyrum quendam monachum inclusum Patriarcham fecit, qui sibi Imperium vaticinatus erat.* Cùm Leontius *nuper ad Imperium euectus esset, monachus quidam inclusus Philippico in Callistrati Monasterio Imperium prædixit, & vaticinij pretium poposcit.* Germanus Patriarcha dixit Leoni Isauro, *Vulgò fertur hæresim hanc contra imagines excitatam iri à Conone: sed tu non is es. Respondit, ille se puerum Cononem vocitatum. Duo Hebræi Magi & Mathematici Ibitho Arabi regnum denuntiarunt, si Christi & matris eius imagines de Ecclesiis eiiceret.* Idem, *In Isauria Leoni adolescenti Imperium spondent* E *Romanorum & vaticinij mercedem sanctarum imaginum excidium postulant. quod ille pollicetur, & patrat.* Leo philosophus, filius Basilij, *omnis philosophiæ, ipsius quoque magicæ artis studiosus, quæ per incantationes, aut mathesin futura prænoscit. Nicolaus quidam publicanus, qui ad Ismaëlitas refugerat, astrologiam didicit. Is ad logothetam dromi scripsit, ne timeatis à Duca: res enim nouas inconsultè molietur, & oprimetur. Quæ verba, res factæ sunt.* De Chaldæis & Magis Origenes in Hierem. Homilia 4. Chaldæorum terram ob id appellat, quia plurima quæ geruntur in terris, stellis consecrent, & peccatorum nostrorum causas, siue virtutem eorum, quæ accidunt nobis, earum motibus asserant fieri, *Eos esse Chaldæos diximus, qui talibus se superstitionibus dedicauerunt. Si quis vestrum mathematicorum deliramenta sectatur, in terra Chaldæorum est.* Homil. 16. in Numeros. *Est ergo talis quædam in ministerio præscientiæ operatio dæmonum, quæ artibus quibusdam ab iis, qui se dæmonibus mancipauerunt, colligitur, & nunc per eas, quas sortes nominant, nunc etiam ex contemplatione fibrarum, quæ extispicia, nunc per auguria, & alias præstigias comprehendi videtur.* Quærat aliquis.

aliquis, à quo profecta sint vaticinia, quæ apud Procopium in bello Vandalico leguntur, quorum vnum fuit, *G, fugaturum B*, Gensericum scilicet Bonifacio exitium allaturum: *B, fugaturum, G*, Belisario Gilimerem prædæ. Alterum fœminæ cuiusdam Maurusiæ Vaticinium, *Maurusios à viro imberbi deletum iri*. A Solomone Eunucho imberbi, non à Belisario deleti sunt. Quis dubitet à Deo profecta, cùm certa & rata fuerint? Manilius, Vates sub Ara signo cælesti, & Mathematicos nasci putauit. lib. 5. de eiusdem Aræ effectis loquens.

Quos potius finget ortus, quàm templa colentes,
Atque auctoratos in tertia iura ministros,
Diuorumque sacra venerantes numine voce,
Pene Deos, & qui possunt ventura videre.

De Mathematicis Sidonius lib. 11. epist. 8. *Illud sanè non solùm culpabile in viro fuit, sed peremptorium, quod Mathematicos quondam de vita sua fine consuluit, qui constellatione percunctantis inspecta pariter annum, mensem, diemque dixerunt, quos vt verbo matheseos vtar, climactericos esset habiturus; vtpote quibus themate oblato, quasi sanguinaria genituræ schema patuisset: quia videlicet amici nascentis anno quemcumque clementem planeticorum syderum globum in diastemate Zodiaco propter ortus erexerat, hunc in occasu cruentis ignibus inrubescentes, seu super diametro Mercurius syndetus, seu super tetragono Saturnus retrogradus, seu super centro Mars apostaticus exacerbassent. Sed de his qualia, quoque modo sint, quamquam sint maximè falsa, ideoq; fallentia, si quid plenius, planius que cohæret, licet & ipse Arithmeticæ studeas, & quæ tua diligentia, Vertacum, Thrasibulum, Saturninum sollicitus euoluas.* Hæc ille eruditè, quoniam astrologi metiuntur astrorum aspectus ex interuallo, seu diastemate inter se. Diametrum oppositum vocant, quod fit in signo, quod est septimum à primo; Triquetrum, seu trigonum in quinto; quadratum in quarto; sexangulum, seu sextilem in tertio. Hæc, inquam, ille scienter & bene, sed melius omnia ista falsa & fallentia dixit Tertulianus libro de Idololatria: *Nihil scis, Mathematice, si nesciebas te futurum Christianum: sin sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo instrueret, quæ aliorum climacterica præcauit.* Martian. Felix libro. 2. *Verum illud, quòd nascenti ab ipso Ioue sydereca nuncupatione compactum, ac per sola Aegiptiorum commenta vulgatum fallax mortalium curiositas asseuerat.* Marcus Victor lib. 4. *Quosdam infelices qui decipit, incitat error, Dum causam inquirunt rerum, astrorumque meatus.* Vide Catonem lib. de re Rustica caput. 6. Columel. lib. 1. cap. vlt. Petrum Blæsens. epistol. 65. Certè Roma Mathematici iam olim pulsi, Anno vrbis 614. Marc. Popilio Lænate, Cn. Calpurnio Consul. C. Cornelius Hispallus prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe atque Italia iussit, *Leuibus atque ineptis ingeniis fallaci syderum interpretatione quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes*, ait Valer. lib. 1. Apud Dionem lib. 49. Marc. Agrippa Aedilis τοὺς ἀστρολόγους, καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν, *Astrologos & Vates vrbe eiecit*. Apud eundem lib. 56. Augustus omni vaticinio & prædictione interdixit. Apud Tacitum lib. 2. facta & de Mathematicis, Magisque Italia pellendis Senatusconsulta sub Tiberio. in fragmentis Vlpiani lib. 7. de officiis Proconsul. Prætereà interdicta est Mathematicorum callida impostura, & obstinacitate persuasio. Nec hodie primùm interdici eis placuir, sed vetus hæc prohibitio est. Denique extat Senatus Consultum Pomponio & Ruffo Coss. factum, quo cauetur, vt Mathematicis, Caldæis, Ariolis, & cæteris, qui similem quæstum fecerunt, aqua & igni interdicatur, omniàque bona eorum publicentur. Veteres illi Romani Mathematicos vrbe pellebant, non quia dæmones auctores haberent, sed quia Reipub. exitiosi putabantur. Dæmones certè, vt sunt à natura sagaces, ingenita animi perspicacitate, tum verò diuturna experientia multa præsentiscunt, quædam è signis cælestibus augurantur, alia ex hominum indole, nonnulla docentur ab Angelis, quæ Deo permittente prænunciant: sæpius tamen imponunt, vt sunt natura sponte mendaces, & in fraudem inducunt.

CAP. V.

De Rerum Naturalium Diuinatione.

DIVINATIONEM Theologi docent aliam esse à Deo, quæ propriè & verè Diuinatio dicitur; aliam à Dæmone, quæ mendax; Tertiam ab hominibus, qui cælum numeris ac motibus sequuntur; quartam quæ fit ab vsu peritis, vt medicis, nautis, & aliis artificibus; quintam, quæ brutis animantibus ab ipsa natura indita est. Illius quæ ab hominibus

A nibus reperta est, quatuor vulgò partes constituuntur: quarum prima versetur circa reuolutiones & totius anni vicissitudines, aëris salubritatem, annonæ pretium, morbos animantium, sine superstitione denuntiet. Altera genituras inquirat; quæ fallax est, & vetita. Tertia electionum, quæ doceat quid pro tempore sit agendum, in qua fraus crebrò subest. Quarta est imaginum, quæ ad stellarum aspectum & situm exsculpuntur, quæ vetita est, & præstigiosa, quòd ex imagines ac characteres nec ex se vim vllam habeant, nec ab artifice, nec à stellis efficientiam vllam, aut virtutem accipiant, cùm imaginis ac characteris propriũ sit, vt arbitratu hominis aliquid significet; non vt agat, nec artifex, aut astra vim vllam in laminas æreas, aut argenteas infundere possint, cùm astra intelligente anima careant, & isti characterum ac imaginum artifices non ab astris, sed à spiritibus, quos singulis astris præesse volunt, efficientiam ac virturem attrahi fateantur; quos ego infelices genios esse inter-
B pretor, qui ex tacito vel expresso pacto ad signa illa præstò sunt agúntque, vt hominibus exitio sint. Quorsum enim artifices isti, si duos inter se committere volunt, duorum infestis animis pugnantium effigies; si amorem conciliare, duorum se complectentium imagines exsculpunt? Si secundi aliquid, & salutaris petitur, in recta iconis superficie; si verò infausti quid, ac pestiferi, in auersa parte incidunt quod euenire cupiunt? Cœlum & astra motu, luce, ac occultis influxibus, res anima carentes, mixta, & elementa, viuentia imperfecta ex putri materia producere possunt: ad animalia perfecta, vt vniuersæ tantùm causæ eum proximis concurrunt. Sed his omissis eam diuinationis partem inspiciamus, quæ brutis animantibus indita est, vnde homines vulgò pluuias, ventos, procellas, serenum augurantur: de quo genere Virgilius:

Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
C *Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis*
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
Iam tibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Cùm medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq́; ferunt ad littora, cúmque marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notásque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

Plinius l. 8. c. 28. *Ruinis imminentibus musculi præmigrant; aranei cũ telis primi cadunt; obseruatum vulpem aure ad glaciem apposita coniectare crassitudinem gelu.* c. 37. *Herinacei mutationem aquilonis in austrũ condentes se in cubile præsagiunt.* l. 11. c. 10. *Apes prædiuinant ventos, imbresque, & tunc se cõtinent tectis.*
D cap. 24. *Ex araneis sunt auguria; quippe incremento amnium futuro, telas suas altius tollunt.* Seneca in Agamemnone:

Iam lassa Titan colla relevabat iugo,
In astra iam lux prona, iam præceps dies,
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar,
Suspecta varius occidens fecit freta.
Nox prima cælum sparserat stellis, iacent
Deserta vento vela, tum murmur graue
Maiora minitans, collibus summis cadit,
Tractúque longò littus, ac petræ gemunt.

E Varro, *Repente noctis circiter meridiem,*
Cum pictus aër feruidis latè ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet,
Nubes aquales frigido velo leues,
Celi cauernas aureas subduxerant,
Ventique frigido se ab axe eruperant
Phrenetici septentrionum filÿ,
Secum ferentes tegulas, ramos, syrus:
At nos caduci naufragÿ ciconiæ,
Quarum bipennis fulminis plumas vapor
Percussit altè, mæstè in terram cecidimus.

Idem apud Seruium,

Tum liceat pelagi volucres, tardaq́ paludis
Cernere inexpleto studio certare lauandi,
Et velut insolitum pennis infundere rorem,
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et bos suspiciens cælum, mirabile visu,
Naribus aërium patulis decerpsit odorem,
Nec tenuis formica cauis non educat oua. A

Legendus Virgilius sub finem lib. 1. Georg. Seneca Thyeste,

Instat nautis fera tempestas,
Cùm sine vento tranquilla tument.

Lucan. lib. 1.

Multa quidem prohibent nocturno credere ponto, B
Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes,
Lunaq́ non gracili surrexit languida cornu,
Aut orbis medij puros exesa recessus,
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumq́ nota rubuit; tum lurida pallens
Ora tulit, vultu sub nubem tristis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus,
Nec placet incertus qui prouocat æquora Delphin,
Aut siccum quod mergus amat, quodque ausa volare
Ardea sublimis pennæ confisa natanti,
Quodque caput spargens vndis velut occupet imbrem. C
Instabili gressu metitur littora cornix.

Constantinus in Geoponicis. τριταία, καὶ τεταρταία οὖσα ἡ σελήνη, καὶ λεπτὴ, καὶ καθαρὰ φαινομένη εὐδίαν δηλοῖ· καὶ πανσέληνος δὲ οὖσα ἐὰν καθαρὰ φανῇ, εὐδίαν σημαίνει, ἐρυθροτέρα δὲ οὖσα ἄνεμον· ἐὰν τι μελαινόμενον αὐτῆς φανῇ, ὑετόν· καὶ ἥλιος καθαρὸς ἀνατέλλων, εὐδίαν, καὶ ὀλίγου νέφους πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι αὐτὸν φαινομένου, εὐδίαν· καὶ δυόμενος δ' αὐτοῦ ἐὰν νέφη περιπεπτασμένα περὶ αὐτὸν ὦσι, αἰθρίαν· δυόμενος δὲ δίχα νεφελῶν καθαρὸς, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, εὐδίαν· ἐὰν δὲ δίχα νέφους ὁ ἥλιος ἀναδύῃ, τὰ νέφη ὕστερον λαιὸν ἐπιστῇ ἐρυθρότερα, οὔτε τῇ νυκτὶ, οὔτε τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὕει: *Luna tertia, & quarta tenuis & pura si luxerit, sudum significat. Plena item si pura luxerit. Si rubicunda, ventum. Si nigrum aliquid in eius orbe extiterit, pluuiam. Sol purus oriens, significat sudum, & nubecula si ante exortum paruerit, sudum: & cùm ad occasum tendit, si nebula circa eum sparsa sint, pluuiæ aberunt. Si occidit sol sine nebulis, postea nubeculæ rubra prope sequantur, neque nocte, neque die quæ proximè sequitur, pluet.* καὶ γλαὺξ ᾄδουσα συνεχῶς ἐν νυκτὶ, καὶ κορώνη πραέως ἐν ἡμέρᾳ κρώζουσα, καὶ κόρακες πλείονες ἀγεληδὸν ὥσπερ χαίροντες, καὶ κρώζοντες αἰθρίαν δηλοῦσι, *Noctua noctu continenter canens, & cornix leuiter de die crocitans, & corui plures gregatim quasi lætantes, & crocitantes à pluuia liberum cælum denuntiant,* τριταία, καὶ τεταρταία σελήνη ἀμβλείας ἔχουσα τὰς κεραίας, καὶ ἀχλυώδεις ὄμβρον προσημαίνει, *tertia & quarta luna obtuso cornu, & nebuloso, significat pluuias, & circulus eius ruber, ac igneus procellam,* καὶ ἐρυθρὸς δὲ ὁ κύκλος αὐτῆς φαινόμενος, ἢ πυρώδης χειμῶνα· πανσελήνου δὲ ὄντος αὐτῇ περὶ αὐτὴν μελαινόμενον ὤφθῃ, ὄμβρον· ἐὰν δὲ περὶ πᾶσαν τὴν σελήνην ἅλωνες δύο, ἢ τρεῖς ὦσι μέγιστον χειμῶνα ἔσεσθαι δηλοῦσι, καὶ μάλιστα εἰ μελανώτεραι ὑπάρχουσι: *Cùm luna orbiculans est, ac plena, si quid circa eam nigrius cernatur, imbrem significat. Si area duæ, aut tres circa lunam omnem, magna erit tempestas, maximè si nigriores sunt.* καὶ ὁ ἥλιος δ' ἐρυθρὸς ἀνατέλλων, καὶ μελαινόμενος, ὄμβρους· καὶ ἀνατέλλοντος δὲ τοῦ ἡλίου ἂν παρὰ τὰς ἀκτῖνας σκολιὸν νέφος φανῇ, ὄμβρον· δυόμενος δὲ ὁ ἥλιος, ἐὰν κατ' ἀριστερὸν μέρος νέφος μέλαν ἔχῃ πλησίον, εὐθέως ὄμβρον χρὴ προσδοκᾶν· βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ ὅθεν ἂν γίγνονται, ἐκεῖθεν τὸν χειμῶνα δηλοῦσι· ἐὰν ποτὲ μὲν ἐκ νότου, ποτὲ δὲ ἐκ βορρᾶ ἐξακούωνται αἱ βρονταὶ, καὶ αἱ ἀστραπαὶ γίγνωνται, ἄνεμος ἐπενεχθήσεται· ἔτι δὲ καὶ αἱ ὄρνεις αἱ λιμναῖαι, καὶ αἱ θαλάττιαι ἐπὶ ὕδατος συνεχῶς λουόμεναι χειμῶνα δηλοῦσι· ἴρις διπλῆ φανεῖσα ὄμβρους. αἱ δὲ εἰς χύτραν, καὶ χαλκεῖον σπινθῆρες γιγνόμενοι ὄμβρους· καὶ κορώνη ἐπὶ αἰγιαλοῦ τὴν κεφαλὴν διαβρέχουσα, ἢ πᾶσα νηχομένη, καὶ νυκτὸς σφοδρότερον κρώζουσα ὄμβρους προμηνύει, καὶ κατοικίδιοι ὄρνεις πυκνῶς κονιώμεναι, καὶ κρώζουσαι, καὶ κόρακες δὲ καὶ κολοιοὶ ἀθρόως ἐπιφαινόμενοι, καὶ κρώζοντες, καὶ χελιδόνες λίμναις, ἢ δεξαμεναῖς, ἢ ποταμοῖς περιπετόμεναι μετὰ βοῆς, ὄμβρον: *Sol ruber exoriens, & nigricans, imbres portendit. Oriente sole si ad radios nubes caliginosa paruerit, imbres. Sol occidens, si ad sinistram nubem nigram habuerit prope, expectandus est continuò imber. Tonitrua & fulgetra vnde fuerint, ex ea parte procella futura est. Si iam ab austro, iam à borea tonitrua, & fulgura fuerint, ventus flabit. Aues paludum, & maris, quæ sæpe in aquam se mergunt, procellam notant. Iris duplex si existit, imbres: scintilla in ollam, aut* D E

officinam

A *officinam fabri ærarij exsilientes, imbres. Cornix in littore caput tingens aquis, aut tota natans, & nocte vehementius crocitans, imbres. & gallinæ domesticæ frequentius puluere se aspergentes, & crocitantes, & corui, gracculi confertim apparentes, & crocitantes, & hirundines paludibus, aut cisternis, aut fluuiis circumuolitantes cum clamore, imbres denuntiant.* καὶ μυῖαι ἐπὶ πλέον δάκνουσαι, καὶ κύνες μετὰ κλαγγῆς ἐπειγόμεναι πρὸς τροφήν· καὶ ἀράχνια μὴ ὄντος ἀνέμου καταφερόμενα, καὶ λύχνου φλόγες μελαινόμεναι, καὶ ποίμνια σκιρτῶντα, χειμῶνα· καὶ βόες πρὸς μεσημβρίαν ὁρῶσαι, καὶ τὰς χηλὰς περιλειχόμεναι, καὶ μετὰ μυκηθμῶν ἐπὶ τὴν βουστασίαν ἐρχόμεναι, ὄμβρους. ὁμοίως καὶ λύκοι πλησίον τῶν οἰκημάτων θρασυνόμενοι, καὶ κύνες ὀρύττοντες τὴν γῆν, καὶ ὀλολυγμὸν τρύζοντες ἑωθινόν, καὶ τὰ ὄρνεα εἰς τὰ πρὸς πέλαγος μέρη φεύγοντα, χειμῶνα. γέρανοι δὲ θᾶσσον ἐρχόμεναι, χειμῶνα εὐθέως ἔσεσθαι· ὅταν δ' ἅμα πλείω σημεῖα ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντρέχῃ, βεβαιότερα τὰ ἐλπιζόμενα. μάλιστα δὲ παραφυλάττειν δεῖ αὐξούσας, καὶ φθινούσας τετράδας τὴν τοῦ ἀέρος κίνησιν τρεπούσας: *Muscæ si frequentius mordent, & canes cum clangore incitatæ ad cibum, & araneæ cum*

B *ventus non spiret agitatæ, & lucernæ ignes nigri, & greges exsilientes, procellam: & boues ad meridiem spectantes, & vngulas lambentes, & cum mugitu ad bubilia venientes, imbres. itidem & lupi propè domos audaciùs ventitantes, & canes fodientes terram, & latratum stridentes* (τρύζοντες) *matutinum: & aues ad mare fugientes, tempestatem. grues celeriter aduolantes, procellam illicò fore. Cum autem simul plura signa in idem conuenerint, firmiora sunt quæ spectantur: maximè spectare oportet quartos quosque dies, qui mutant aëris statum.* πρῖνοι, καὶ δρύες τὸν καρπὸν πολὺν φέρουσαι, ἐπὶ πλεῖον ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα δηλοῦσι· καὶ αἶγες, καὶ οἶες ὀχευθεῖσαι, καὶ πάλιν ὀχεύεσθαι βουλόμεναι, μακρότερον σημαίνουσι χειμῶνα, καὶ ἐὰν τὰ βοσκήματα τὴν γῆν κατορύσσῃ, καὶ τὰς κεφαλὰς πρὸς βορρᾶν τείνῃ, *Ilices, & quercus, quæ multum fructum ferunt, hyemem fore diuturniorem significant, capræ & oues initæ, & frequentiùs iniri volentes, longiorē hymem denuntiant: & si greges & pecudes terram suffodiunt, & capita obuertūt ad boreā.* ἐὰν μετὰ τρύγητον πρὸ δύσεως πλειάδων ὄμβρος γένηται, πρώϊμον τὸ ἔτος ἔσται· ἐὰν δὲ ἅμα τῇ δύσει τὰς

C πλειάδας ὄμβρος γένηται, μέσον· ἐὰν δὲ μετὰ τὴν δύσιν τῶν πλειάδων, ὄμβρος ἄρξηται, ὄψιμον τὸ ἔτος. S. Basilius Homilia 6. in Exameron: ἀναγκαῖαι πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον αἱ ἀπὸ τῶν φωστήρων σημειώσεις· ἐὰν γὰρ μή τις πέρα τοῦ μέτρου τὰ ἀπ' αὐτῶν σημεῖα περιεργάζηται, χρησίμους αὐτῶν τὰς ἐκ τῆς μακρᾶς ἐμπειρίας παρατηρήσεις εὑρήσει. πολλὰ μὲν γὰρ περὶ ἐπομβρίας ἐστὶ μαθεῖν. πολλὰ δὲ καὶ περὶ αὐχμῶν, καὶ πνευμάτων κινήσεως, ἢ μερικῶν, ἢ καθόλου βιαίων, ἢ ἀνειμένων· ἓν γάρ τι τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου παραδεικνυμένων, καὶ ὁ κύριος ἡμῖν παρέδωκεν εἰπών, ὅτι χειμὼν ἔσται· στυγνάζει γὰρ πυρράζων ὁ οὐρανός. ἐπειδὰν γὰρ δι' ἀχλύος ἡ ἀναφορὰ γένηται τοῦ ἡλίου, ἀμαυροῦνται μὲν αἱ ἀκτῖνες, ἀνθρακώδης δὲ καὶ ὕφαιμος τὴν χρόαν ὁρᾶται, τοῦ παχυνθέντος τοῦ ἀέρος ταύτην ἐμποιούσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὄψεσι· μὴ διαχυθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος ὁ πεπυκνωμένος, τέως καὶ συνεστὼς ἀήρ, δῆλός ἐστι διὰ τὴν ἐπιρροίαν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν κρατηθεῖσαν μὴ δυνηθείς, ἀλλὰ τῷ πλεονασμῷ τοῦ ὑγροῦ χειμῶνα ἐπάξων τοῖς χωρίοις περὶ ἃ συναθροίζεται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπειδὰν ἡ σελήνη περιλιμνάζηται, καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν αἱ λεγόμεναι ἅλως περιγράφωσιν, ἢ ὕδατος ἀέρος πλῆθος, ἢ πνευμάτων

D βιαίων κίνησιν ὑποφαίνουσιν, ἢ καὶ οὓς ὀνομάζουσιν ἀνθηλίους, ὅταν συμπεριτρέχωσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτωμάτων τινῶν ἀερίων σημεῖα γίνεται. ὥσπερ οὖν καὶ αἱ ῥάβδοι αἱ κατὰ τὴν χρόαν τῆς ἴριδος εἰς ὀρθὸν τοῖς νέφεσιν ἐμφαινόμεναι, ὄμβρους, ἢ χειμῶνας ἐξαισίους, ἢ ὅλως τὴν περὶ πλεῖστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυνται· πολλὰ δὲ καὶ περὶ σελήνην αὐξομένην, ἢ λήγουσαν οἱ τούτοις ἐσχολακότες τετηρήκασι σημειώδη, ὡς τοῦ περὶ γῆν ἀέρος, ἀναγκαίως τοῖς σχήμασιν αὐτῆς συμμεταβαλλομένου. λεπτὴ μὲν γὰρ οὖσα περὶ τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρά, σταθερὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται· παχεῖα δὲ τὰς κεραίας, καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη, ἢ καὶ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν, ἢ νότου βιαίαν κίνησιν ἀπειλεῖ. τὴν δὲ ἐκ τούτων σημείωσιν ὅσον τῷ βίῳ παρέχεται τὸ ὠφέλιμον, τίς ἀγνοεῖ; ἔξεστι μὲν γὰρ τῷ πλωτῆρι, εἴσω λιμένων κατέχειν τὸ σκάφος, τοὺς ἐκ τῶν πνευμάτων κινδύνους προορωμένῳ. ἔξεστι δὲ τῷ ὁδοιπόρῳ, πόρρωθεν ἐκκλίνειν τὰς βλάβας ἐκ τῆς σκυθρωπότητος τοῦ ἀέρος τὴν μεταβολὴν ἀναμένοντι. γεωργοὶ δὲ οἱ περὶ τὰ σπέρματα, καὶ τὰς τῶν φυτῶν θεραπείας πονούμενοι, πολλὰς ἐντεῦθεν εὑρίσκουσι τὰς εὐκαιρίας τῶν ἔργων. ἤδη δὲ καί τινα τοῦ παντὸς διάλυσιν, ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, σημεῖα φανήσεσθαι

E ὁ κύριος προηγόρευσεν. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς αἷμα, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς· ταῦτα σημεῖα τῆς τοῦ παντὸς συμπληρώσεως. ἀλλ' οἱ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες, ἐπὶ τὴν συνηγορίαν τῆς γενεθλιαλογίας τὸν λόγον ἕλκουσι, καὶ λέγουσι προσηρτῆσθαι τὴν ἡμετέραν ζωὴν, τῇ κινήσει τῶν οὐρανίων· καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τῶν ἄστρων γίνεσθαι παρὰ τῶν Χαλδαίων τὰς σημειώσεις τῶν περὶ ἡμᾶς συμπτωμάτων. καὶ ἁπλουστάτην οὖσαν τῆς γραφῆς τὸν λόγον, ἔσονται εἰς σημεῖα, οὐχὶ τῶν περὶ τὸν ἀέρα τροπῶν, οὐδὲ τῶν περὶ τὰς ὥρας μεταβολῶν, ἀλλ' ἐπὶ τὰς τῶν βίων ἀποκληρώσεως, πρὸς τὸ δοκεῖν ἑαυτοῖς ἐξακούουσι· τί γάρ φασιν; ὅτι τῶν δὲ μὲν τῶν κινουμένων ἄστρων ἡ ἐπιπλοκὴ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζωδιακῷ κειμένους ἀστέρας κατὰ τοιόνδε σχῆμα συνελθόντων ἀλλήλοις, τὰς τοιάσδε γενέσεις ἀποτελεῖ· ἡ δὲ τοιάδε σχέσις τῶν αὐτῶν, τὴν ἐναντίαν ἀποκλήρωσιν τοῦ βίου ποιεῖ: *Necessariæ sunt significationes quæ fiunt è sole, luna, & stellis. Si quis enim non vltra modum signa, quæ sunt ab astris inuestiget, ac scrutetur, vtiles obseruationes ex longa experientia reperiet. Multa enim de futuris imbribus, siccitatibus, ventorum particularium, aut vniuersalium motione discet, siue illi violenti, siue remissi futuri sunt. Vnum enim exemplum eorum, quæ ab astris significantur, Dominus noster tradidit dicens: Imber erit:*

Cælum enim rubeſcens triſtius apparet. Cùm enim ſolis conuerſio caliginoſa, & nebulis obducta fuerit, radij eius obſcurantur, ipſe ſol ſanguineo colore candens carbonis inſtar cernitur, denſitate aëris hanc ſpeciem exhibente oculis hominum. Aëre autem non diffuſo à radiis ſolis, quia denſior, & compreſſior eſt, quanquam certum eſt eum exſpiratione, & affluxu vaporum è terra exſilientium ſuperari non poſſe; omninò tamen ob humidi redundantiam imbres in ea loca, in quibus cogitur, ac denſatur, inducturus eſt. Itidem & quoties luna reſtagnat, & nebulis circumluitur, aut ſol ipſe areis circumſcribitur, aquæ pluuiæ abundantia, aut motio ventorum violentorum ſignificatur. Item Anthelij qui vocantur, quoties cum ſolis curſu, ac conuerſione circumcurrunt, affectiones, & caſus aliquos in aëre futuros oſtendunt. Sicuti & virga, quæ ſecundum colorem Iridis rectæ in nubibus exiſtunt, imbres, & procellas fœdiſſimas, aut omninò magnam in aëre mutationem portendunt. Multa autem & circa lunam augentem, aut ſeneſcentem ſigna ſtudioſi obſeruarunt, quod aër terræ circumfuſus neceſſariò cum eius ſchematis, ac figuris commutetur. Si enim luna tenuis fuerit tertia die, & pura, firmum ſerenum ac ſtabile ſignificat. Quod ſi cornua eius craſſiora fuerint, & rubentia, aut è nubibus aquam vehementem, aut nothi violentum motum minatur. Quis autem ignorat, harum rerum ſignificatio quantum vitæ fructuoſa ſit? Licet enim nautæ intra portum tenere nauim præuiſis ventorum, ac turbinum periculis: licet viatori multò antè damna vitare, cùm mutationem ex triſti aëris facie exſpectet. Agricolæ autem, quorum opera in ſeminibus, & cultura plantarum occupatur, ex eo omnes inueniunt operum opportunitates. Iam autem & Dominus noſter in Sole, Luna, & Stellis ſigna diſſolutionis vniuerſi huius fore denuntiauit. Sol conuertetur in ſanguinem, & Luna non dabit lumen ſuum. Hæc ſigna futura ſunt conſummationis vniuerſi. Sed qui tranſiliunt ſcamma, & feruntur extra oleas, ſermonem hunc ad patrocinium geneſeon trahunt, dicuntq́ vitam noſtram ex aſtrorum conuerſione ſuſpenſam eſſe. Ideoq́ à Chaldæis ſignificari ex ſitu ſyderum ea quæ nobis toto vitæ curriculo euentura ſunt. Et ſimplicem huius ſcripturæ ſermonem de luminaribus cæli, ſint in ſigna & tempora, non exaudiunt de mutationibus, quæ fiunt in aëre, neque de tempeſtatum conuerſionibus: ſed de vita cuiuſque hominis ſortitione. Quid enim aiunt? Complexum ſcilicet, & habitum aſtrorum, ad ſigna, quæ ſunt in Zodiaco, concurrentium inter ſe ſecundùm varias figuras, eiuſmodi genituras facere. Talem autem ſitum, & habitum ſtellarum contrariam vitæ ſortitionem conſtituere. Qui in ea hæreſi erant, conſulebant Chaldæos & Mathematicos etiam de ſalute Principis, quod maieſtatis crimen fuit, apud Tacitum lib. 3. Annal. *Quæſitumq́ per Chaldæos in domum Cæſaris.* Idem lib. 6. *Scientia Chaldæorum artis id conſecutus, cuius apiſcendæ otium Tiberius apud Rhodum Magiſtrum Thraſyllum habuit, peritiam eius hoc modo expertus.* Idem lib. 4. *Ferebant periti cæleſtium iis motibus ſyderum exceſſiſſe Roma Tiberium, vt redire illi negaretur. Mox patuit breue confinium artis & falſi.* Facit à Tacito Leonidæ epigramma.

> Μάντιες ἀστρολόγοι ὅσοι ζῆτε χελδῆον
> Ἔρροι τ' εἰκαίης ψευδόλογοι σοφίης·
> Ὑμέας ἀφροσύνη μαιώσατο, id eſt:

Vates, qui ſtellarum cæli vias rimamini, valete fortuitæ ſapientiæ falſiloqui auctores. Vobis ſtultitia naſcentibus obſtetrix fuit. Tacitus lib. 14. *Chaldæi reſponderunt conſulenti Agrippinæ ſuper Nerone, fore vt imperaret, matrémque occideret.* Idem lib. 16. *Chaldæorum arte famoſum, & ſua, Cæſariſq́ facta ſcrutari* Lib. 1. Hiſtor. *Vrgentibus Mathematicis, dum nouos motus, & clarum Othoni annum obſeruatione ſyderum affirmant, genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Sed de ſignis eorum quæ naturæ ordine fiunt, audiendus eſt præter cæteros, Cicero lib. 1. de Diuinat.

> *Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros*
> *Inflatum mare, cum ſubitò, penitusq́ tumeſcit,*
> *Saxáque caua ſalis niueo ſpumata liquore,*
> *Triſtificas certant Neptuno reddere voces,*
> *Aut denſus ſtridor, cùm celſo è vertice montis*
> *Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.*
> *Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti*
> *Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas,*
> *Haud modicos tremulo fundens de pectore cantus.* Et cæt.

Sed in eo genere nihil fœlicius ab vllo hominum explicari potuit, quàm à Virgilio explicatum eſt, l. 1. Georgic. de præſenſione ex habitu, & colore Solis:

> *Hoc etiam emenſo cùm iam decedet Olympo,*
> *Profuerit meminiſſe magis: nam ſæpe videmus,*
> *Ipſius in vultu varios errare colores.*
> *Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros.*

Sin

A *Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,*
Omnia tunc pariter nimbis ventisque videbis *Feruere.*

Aratus:

Ἤν μὲν ὑποσκιάησι μελαινομένη εἰκυῖα
Ἠέλιον νεφέλη, ταὶ δ' ἀμφίμιν ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἀκτῖνες μεσσηγὺς ἑλισσόμεναι δίχα ἔωνται,
Ἤν τ' αὖ ἔτ' εἰς ἠῶ σκέπαος κεχρημένος εἴης.

Si nubes nigræ similis solem obumbret, circum ipsam autem hinc inde radij interuoluti fundantur, certè adhuc in auroram tegumento egeres. Claudianus de bello Gildonico ridet has obseruationes.

Heu nimium segnes, cauta qui mente nottis,
Si reuolent mergi, graditur si littore cornix;
B *Ora licet maculis adsperserit occiduus sol,*
Lunaque conceptis liuescat turbida ceris,
Et concussa vagos iaculentur sydera crines,
Imbribus humescant hædi, nimbosaque Taurum
Ducat hyas, totusque fretis descendat Orion.

Virg. lib. 1. Georgic.

Luna reuertentes cùm primùm colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit. Vento semper rubet aurea Phœbe.
C *Sin ortu in quarto, (namque is certissimus auctor)*
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem pluuia, ventisque carebunt.

Idem.

Verum vbi tempestas, & celi mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus Austris
Densat: erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat,
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris. &c.

D S. Basilicus lib. 6. in Hexam. οἶμαι δὲ καὶ τῇ τῶν ζώων κατασκευῇ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἀπὸ γῆς φυομένοις, μὴ μικρὰν ὑπάρχειν ἐκ τῆς κατὰ τὴν σελήνην μεταβολῆς τὴν συντέλειαν. ἄλλως γὰρ διάκειται μειουμένης αὐτῆς, καὶ ἄλλως αὐξομένης τὰ σώματα, νῦν μὲν ληγούσης ἀραιὰ γιγνόμενα, καὶ κενά, νῦν δὲ αὐξομένης καὶ πρὸς τὸ πλῆρες ἐπειγομένης, καὶ αὐτὰ πάλιν ἀναπληρούμενα: *Existimo animantia, & cætera, quæ terra edit, non parum affici ex lunæ mutatione. Aliter enim se habent luna senescente, aliter augente corpora, iam vacua & exilia Luna decrescente, nunc crescente plena, quia humidum calido mixtum sensim in corporum penetralia immittit.* Argumento est, quòd qui sub Luna dormiunt, caput nimio humore sibi repleri experiuntur, & carnes recèns occisæ, appulsu luminis Lunæ facilè mutantur, & animantium cerebella, & marinorum maximè humida, & medullæ arborum, & variæ aëris affectiones noua Luna ex sereno in procellosum, & in euripis refluxus, & æstus Oceani, quos Lunam sequi accolæ deprehendunt: Euripi enim
E refluunt reliquis Lunæ temporibus; in coitu ipsius Lunæ quiescunt, donec exortu suo euripum moueat. Hesperium certè mare fluit ac refluit pro habitu Lunæ, ὥσπερ ἀναπνοαῖς τῆς σελήνης ὑφελκομένη πρὸς τὸ ὀπίσω, καὶ πάλιν ταῖς ἀπ' αὐτῆς ἐκπνοαῖς εἰς τὸ οἰκεῖον μέτρον προωθουμένη. Cōstātinus in Geoponicis, *Si post messem ante occasum Pleiadū pluuia fuerit, præmaturus erit annus. Si sub occasum Pleiadum imber fuerit, medius erit, nec tardior, nec tempestiuior annus. Si post occasum Pleiadum, tardior erit. Talis expectanda est hyems, qualis fuerit festa dies, quæ Brumalia Romanis dicitur, vt Democritus, & Apuleius, hoc est, vigesima quarta dies mensis Decembris* &c. Tradunt certè Democritum metente fratre ardentissimo æstu orasse, vt reliquæ messi parceret, raperetque desecta sub tectum. Paucis post horis sæuo imbre vaticinatione approbata, vt Plin. lib. 18. c. 35. Quis ignorat Anaxagoram in Olympia, cùm nulla pluuiæ suspicio esset, παρελθόντα ὑπὸ κωδίῳ, pelliceam vestem indutum processisse, nec ita multò pòst ingentem pluuiam sequutam? Et domum omnium firmissimam cùm breui casuram prædixisset, corruisse,

& eùm diem in noctem versum iri præuidisset, lapidem quoque de cælo in Aegos fluuium casurum, vera pronuntiasse ait Philost. lib. 1. de vita Apollon. c. 2. Idem lib. 8. Apollon. τί δὲ Θαλῆς τε, καὶ Ἀναξαγόρας τὼ ἴωνε, ὁ μὲν εὐφορίαν τὴν τῶν ἐλαιῶν, ὁ δὲ πολλὰ τῶν οὐρανίων παθῶν προειπόντε, ἦ γοητεύοντε προεῖπον ταῦτα; *Quid? Thales, & Anaxagoras Iones, alter vbertatem oliuarum, alter cæli varias affectiones, ac tempestates, nunquid magicis præstigiis prædixêre?* σιτία λεπτὰ τὰς αἰσθήσεις ἐν αἰθρίᾳ τινὶ ἀπορρήτῳ φυλάττει, καὶ οὐκ ἐᾷ θολερὸν περὶ αὐτὰς οὐδὲν εἶναι, *cibi tenues admirabilem quandam & arcanam sensibus perspicacitatem tribuunt, nec turbidum quicquam, aut obscurum circa ipsos manere sinunt, faciuntque, vt tanquam in speculi claritate cuncta perspiciā tum facta tum, futura*, ait Apollonius. *Neque enim expectabit sapiens euaporantem terram, aut aerem corruptum, si graui aliquid desuper adueniat: sed hæc omnia intelliget, quamuis adhuc in foribus existentia posterius quàm Dij, citius quàm pleriq; hominum. Dij enim futura, homines ea quæ fiunt, sapientes quæ instant, & accedunt, sentiunt. Purus oriens, atque non feruens serenum diem nuntiat, ac hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridiè serenus, & oritur, tantò certior fides serenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit, item ventos, cùm ante exorientem nubes rubescunt. Quòd si & nigra rubentibus interuenerint, & pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu spargentur partim ad austrum, partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluuiam tamen, ventosq; significabunt.* Consule Plinium lib. 18. c. 35. *Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes se se, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranæ quoque vltra solitum vocales, & fulicæ matutino clangore.* Plin. ibidem. Cicero

Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, & fluctum ceruice recepit;
Mollipedesque boues spectantes lumina cæli,
Naribus humiferum duxêre ex aëre succum.
Iam verò semper viridis, sempérque grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi, lib. 1. de Diuinat.

Virgil.

Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cælo labi, noctisque per vmbram
Flammarum longos à tergo albescere tractus.
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
——— *Nunquam imprudentibus imber*
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aeriæ fugêre grues, aut bucula cælum
Suspiciens patulis captauit naribus auras;
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo;
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter, & bibit ingens
Arcus, & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.

Cætera pete à Virgilio lib. 1. Georgic. Idem lib. 10. Æneid.

——— *Flamina prima*
Cùm deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura venturos nautis prodentia ventos.

Sisenna lib. 1. Histor. *Subitò mare subhorrescere, cacosque fluctus in se prouoluere.* Seneca in Agamemnone,

Tum qui iacente reciprocus ludit salo
Tyrrhenus omni piscis exultat freto,
Agitque gyros, & comes lateri adnatat,
Anteire naues lætus, & rursus sequi.

Homer. Iliad. ξ.

Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ,
Ὀσσόμενοι ἀνέμων λιγέων αἴψηρα κέλευθα
Αὔτως, οὐδ' ἄρα τε προκυλίνδεται οὐδετέρωσε.

A *Vt cum nigricat mare magnum fluctu muto, videntes vias celeres ventorum stridentium temerè, cum fluctus neutram in partem prouoluitur.*

In mari autem adnotabatur προχειμάσεις, ἐπιχειμάσεις, μεταχειμάσεις, *Signa quæ procellæ præcurrunt, quæ sunt in procella, quæ sequuntur procellam.* Vt Veget. lib. 4. cap. 40. Plin. lib. 18. cap. 25. Tempestatum significatio nunc præcedit, quam προχείμασιν, nunc pòst venit; quam ἐπιχείμασιν vocant. Serenitate reddita vulgò confectum sydus audimus. Aquilo si mouit procellam, vbi cessat, mare statim sedatur, quia spirat ab altiori parte. Auster autem, & Africus ab humili, ideo non statim sedatur, ait Gellius lib. 2. cap. 22. Varro in Sesquiulysse. *Iugere volitans miluus aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum pastor sibi sumat.* Fabius declamat. 4. *Sic futuras tempestates pelagi fragor, & conscium nemorum murmur enuntiat.* Denique & nautæ procellas, & medici morbos, & agricolæ tempestates, studio, & experientia antè

B præcipiunt, quàm euenerint. Dicerem & Mathematicos è syderum ortu, & obitu multa præsentiscere, quæ necessariò è causis necessariis consequuntur, nisi longiùs eiusmodi tractatio me duceret, ac fortè ad Chaldæorum, & Mathematicorum artem non penitus improbandam traheret. Ante omnia confessum est, vt Ptolomæus ait, ab æpherea natura vim quandam in inferiora hæc influere, qua vigeant, omnémque efficientiam suam sortiantur; quemadmodum ab hominis capite in partes corporis inferiores vis quædam influit, vt bene habeant, & perdurent. Sol conuersione sua quatuor efficit tempestates, quibus inferiora omnia mirificè afficiuntur. Vere cælum mitescere, arbores frondescere; æstate vites lætificæ pampinis pubescere; rami baccarum vbertate incuruiscere, segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scatere, herbis prata conuestirier, vt vetus auctor loquitur. Vere igitur herbæ germinant, plantæ pullulant, arbores frondescunt, animantia venerem ap-

C petunt: Æstate plantæ vbertate baccarum incuruiscunt: Autumno cuncta senescunt, mense φυλλοχόῳ folia ex arboribus defluunt, aquæ exarescunt, quæ hyeme intumescunt. Sol non modò moderator est omnium luminum, sed inferioribus istis vitæ fons, omnia vegetans. Luna vehementius agitat Oceanum, quàm mare mediterraneum, quod experientia manifestò tenetur. Lapides quosdam reperiri certum est, qui rationem decrementi Lunæ, ac incrementi sequantur. Selene piscis, ait Ælianus, ex arbore suspensus Luna augente frugiferam facit; ad fontem admotus, iugem ac perennem eum reddit. Leo X. Pontifex Maximus lapillum in annullo gessit, qui pro vario Lunæ lumine è cæruleo in candidum abiret. Clemens VII. Romanus Pontifex alium habuit, in quo macula sole oriente oriens, occidente occidens, ad solis motum circumagebatur. Quid causæ esse dicas, cur capilli resecti post plenilunium serius crescant? Lupinus, & Heliotropium ad Solis motum circum-

D agantur? Ægrotos vbique videas à meridie noctis, ad diei meridiem meliusculè se habere; à media die ad mediam noctem deteriùs, vt plerumque id temporis moriantur, quia Sol perpetuò descendit, & nobis subducitur? Vnguium præsegmina, prout variè se Luna habet, variè immutantur. Ipsa medicamenta, Lunæ incrementa aut decrementa sequuntur; & minus, magisque pro habitu Lunæ pollent. Ortus & occasus syderum maximas apud nos mutationes afferunt. Caniculæ ortus maria turbat, canes in rabiem agit, æstus facit: Arcturi ortus pluuias: Fauonij ineunte Februario spirare occipiunt; Etesiæ sub æstatis initium, qui stato tempore spirant, quando à motu Solis pendent, cuius vis nequit impediri. Triticū si molitur Augusto mense, farinam edit, quæ toto anno integra seruatur. Zythum si Martio mense conficitur, integrum à labe perennat. Virgiliæ herbæ nascuntur, & occidunt Virgiliarum sydere Oriente, ac Occidente. Quid plura in re clara? Constantini diuinationem in

E Geoponicis accipito, qua vbertas, aut inopia frugum anno quoque prædicitur. ἐν λέοντι οὔσης τῆς σελήνης ἐὰν ἀνατέλλῃ γίνεται ὁ κυνὸς, σίτου φορὰ πολλὴ, καὶ ἐλαίου, καὶ οἴνου ἔσται, καὶ τῶν ἄλλων πάντων εὐωνία: *Luna in Leone, si orta fuerit canicula, erit vbertas tritici, olei, & vini, & alia omnia vili pretio venalia erunt.* Hæc ferri possunt, non item quæ sequuntur, θόρυβος, καὶ σφαγαὶ, καὶ βασιλέως ἐπιφάνεια, καὶ ἁπαλία τοῦ ἀέρος, καὶ ἐπιδρομὴ ἔθνους ἐφ' ἕτερον ἔθνος, καὶ ἔσονται σεισμοὶ, καὶ κλύδωνες, *Tumultus, cædes, & nouus rex existet, erit & mollitudo aëris, ac teneritudo, & excursio gentis in aliam gentem, terra mouebitur, erunt procellæ:* ἐν παρθένῳ οὔσης αὐτῆς πολυομβρίαι, εὐφρασίαι, καὶ τικτουσῶν φθορὰ, σωμάτων, καὶ τετραπόδων εὐωνία: *Luna in Virgine, multus imber erit, oblectationes, puerperarum interitus, corporum, & quadrupedum vile pretium.* ἐν ζυγῷ οὔσης αὐτῆς βασιλέως κίνησις, καὶ τετραπόδων ὄνησις, καὶ ἐν τοῖς ὄχλοις θόρυβος, ἐλαίου σπάνις, σίτου φθορὰ, οἴνου καὶ ἀκροδρύων εὐφορία: *In Libra si Luna fuerit, Rex mouebitur, quadrupedum erit commoditas, in plebe tumultus, olei penuria, tritici pernicies, vini, & fructuum ex*

arboribus copia. In Scorpio tumultus Sacerdotum & apum interitus, & peſtilens annus: ἐν σκορπίῳ ἱερέων θόρυβος, καὶ μελιττῶν φθορά, καὶ λοιμικὴ κατάστασις. ἐν τοξότῃ εὐθηνεία, καὶ πολυομβρεία, καὶ σίτου εὐθηνία, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις εὐφροσύνη. θρεμμάτων δὲ, καὶ πτηνῶν φθορά. *Luna in ſagittario, anni vbertas, frequentes pluuia, tritici copia, apud homines oblectatio, pecudum & volucrum interitus.* ἐν αἰγοκερῷ στρατοπέδων κίνησις, καὶ πολυομβρεία, καὶ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου πολλὴ φορά, καὶ πάντων εὐωνία. *In Capricorno exercituum motus, multi imbres, tritici, vini, olei abundantia, rerum omnium vile pretium.* ἐν ὑδροχόῳ βασιλέως λύσις, σίτου φθορά, καὶ ἀκρίδος ἔφοδος, καὶ σπάνις ὄμβρων, καὶ λοιμοί. *Luna in aquario, Rex pellетur, tritici lues erit, locuſtarum irruptio, inopia pluuiæ, peſtis:* ἐν ἰχθύσι πολυομβρεία, καὶ τῶν πτηνῶν φορά, καὶ οἴνου, καὶ σίτου εὐφορία, νόσος δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους. *Luna in piſcibus, multus imber, volucrum prouentus, vini, triticique abundantia, morbus hominibus.* ἐν κριῷ τῶν ζώων τῶν νεμομένων φορά, καὶ πολυομβρεία, καὶ σίτου ἐλαχίστη φορά, ἐλαίου εὐφορία. *In ariete prouentus animalium paſcentium, frequentes pluuiæ, tritici exiguus prouentus, olei copia:* ἐν ταύρῳ πολυομβρεία, καὶ χάλαζαι, καὶ ἐρυσίβη, καὶ τιμωρίαι πολλαί, *In tauro ſi Luna fuerit, iuges pluuia, & grandines, & rubigo, & cruciatus multi:* ἐν διδύμοις σίτου, καὶ οἴνου φορά, καὶ παντὸς καρποῦ, καὶ βασιλέως ἔκλειψις, καὶ ἀνθρώπων φθορά, καὶ στρατοπέδων κίνησις. ἐν καρκίνῳ ξηρασίαι, καὶ λοιμοί, *In Geminis tritici, & vini abundantia, & omnium fructuum, & regis defectio, & hominum interitus, & exercituum motus. In Cancro ſiccitas, & peſtis.* Tempeſtatum, rerumque quaſdam ſtatas eſſe cauſas, quaſdam verò fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifeſtum eſt. Quis enim æſtates, & hyemes, quæque in tempeſtatum annua vice experimur, ſyderum motu fieri dubitet? Ergo vt Solis natura temperando intelligitur anno, ſic reliquorum quoque ſyderum propria eſt quibuſque vis, & ad ſuam cuique naturam fertilis. Alia ſunt in liquorem ſoluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut durati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec verò aſtrorum magnitudinem oculis dimetiri debemus, cùm nullum eorum minus eſſe Luna, tam immenſæ altitudinis ratio declaret. Igitur in ſuo quæque motu, naturam ſuam exercent: quod manifeſtum, Saturni maximè tranſitus, & curſus annuis imbribus faciunt. Nec meantium modò ſyderum hæc vis eſt, ſed multorum etiam adhærentium cælo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum extimulata ſunt: qualiter in Suculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluuio nomine *Hyadas* appellant. Quin & ſua ſponte quædam, ſtatiſque temporibus, vt Hœdorum exortus. Arcturi verò ſydus non ferè ſine procelloſa grandine emergit. Nã Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? Cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna. Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius contrà ſtare, & contueri tradit, ac velut adorare, cùm ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maximè in rabiem agi, non eſt dubium. Quin partibus quoque ſignorum quorumdam ſua vis ineſt, vt autumnali æquinoctio brumáque, cum tempeſtatibus confici ſydus intelligimus. Nec imbribus tantùm, tempeſtatibúſque, ſed multis & corporum, & ruris experimentis. Afflantur alij ſydere, alij commouentur, ſtatis temporibus, aluo, neruis, capite, mente. Olea & populus alba, & ſalices, folia ſolſtitio circumagunt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis herba pulegij, rumpuntur intentæ ſpiritu membranæ. Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur Heliotropium, obeuntem Solem intueri ſemper, omnibúſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari poteſtate oſtrearum, conchyliorumque, & conchatum omnium corpora augeri, ac rurſus minui. Quin & ſoricum fibras reſpondere numero Lunæ, exquiſiuere diligentiores: minimúmque animal formicam ſentire vires ſyderis, interlunio ſemper ceſſantem. Quo turpior homini inſcitia eſt, fatenti præcipuè iumentorum quorumdam in oculis morbos cum Luna increſcere, ac minui. Patrocinatur vaſtitas cæli immenſa, diſcreta altitudine in duo atque ſeptuaginta ſigna. Hæ ſunt rerum, aut animantium effigies, in quas digeſſere cælum periti. In his quidem mille ſexeentas annotauere ſtellas, inſignes videlicet effectu viſúve. Exempli gratia, in cauda Tauri ſeptem, quas appellauêre *Vergilias*: in fronte Suculas, Booten, qui ſequitur Septentriones. Idem Conſtantinus in Geop. ex Zoroaſtre de fulminibus hæc affert lib. 1. *Illud tonitru primum habendum eſt quoque anno, quod poſt ortum canis extitit. Sed obſeruandum in qua Zodiaci Domo Luna eſt, cùm tonitru primum auditur. Si tonuit in ariete, terror, trepidatio, & fuga hominum ſignificatur, quam tamen ilicò tranquillum excipiat. Si Luna in Tauro, hordei pernicies, irruptio locuſtarum, in aula Principis lætitia; iis qui ſunt ad ortum, calamitas, & fames denuntiatur. Si Luna in Geminis, turba, morbi, tritici pernicies, Arabum clades futura eſt. In Cancro auena interitus, pluuiæ penuria, boum pernicies.* Cæteras homi-

nis

A nis fabellas persequi longum esset, ἐπέχω. Ceos accepimus ortũ Caniculæ diligenter quotannis seruare solitos, coniecturámque capere, vt scribit Heraclides Ponticus, salubris ne, an pestilens annus futurus esset. Si enim obscurior, & quasi caliginosa stella extiterit, pingue, & concretum cælum esse, vt eius adspiratio grauis, & pestilens futura sit; sin illustris & perlucida, tenue, purúmque, & proptereà salubre. Thales Milesius, cùm è syderum positu, & aëris constitutione animaduertisset olearum vbertatem fore, omnem oleam antequam florere cœpisset in agro Milesio coëmit, vt Cic. lib. 1. Diuinat. Iarchas lib. 3. Apollon. cap. 13. apud Philostratum, *οἱ μαντικῇ χαίροντες, θεῖοι τε ὑπ᾽ αὐτῆς γίγνονται, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων πεφύκασι, qui diuinandi peritia gaudent, diuini per ipsam euadunt, & ad vtilitatem hominum plurimum conferunt.* Qui enim ea, quæ aliis opus est à Diis exquirere, præuidere, & prædicere possit, hunc felicissimum puto, cum tantum præstet, quantum Apollo Delphicus.

B Quòd si ij qui ad oracula eunt, puri, mundíque accedere iubentur; quantò æquius est, eum qui præscire futura velit, castè sanctéque affectum esse, vt purè de eo quem in pectore gestat, tripode vaticinari possit? Sic enim vocaliora, veriorá que dabit responsa. Vates dicuntur λόγιοι, à Plutarch. in Sylla. Thales primus defectionem Solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse fertur. Ab Anaximandro Physico moniti Lacedæmonij sunt, vt vrbem, & tecta relinquerent, armatique in agro excubarent, quòd terræ motus instaret, tunc cùm vrbs tota corruit, & ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis auulsa est. Pherecydes cùm vidisset haustam aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare, quòd ea vehementius immutari, turbarique absque flatibus intestinis, ac subterraneis, qui exitum sibi quærerent, non poterat. Hæc diuinatio, quia ratione nititur, & ex causis naturalibus euenta necessaria prædicit, non vsquequaque improbanda est. Melior tamen quæ viris piis à Deo tribuitur, vt in sacris litteris Eliæ, Elisæo & aliis plerisque.

C

CAP. VI.

De Genethliacis.

LVCIANVS spem, & metum, diuinationem apud homines effecisse existimat in Alexandro. Siquidem vtrique iuxta, vel ei qui metu laboret, vel huic qui spe teneatur, præscientiam quàm maximè necessariam esse constat. Atque hac via Delphos olim fuisse ditatos, Delum, Clarum, & Branchidas, hominibus spe, & metu ad sacra confluentibus, ac futura præscire cupientibus, τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ διὰ τὴν ἐλπίδα, καὶ τὸν φόβον, φοιτώντων εἰς ἱερά, καὶ προμαθεῖν τὰ μέλλοντα δεομένων. Inde nimirum exorti Chaldæi, astra numeris & motibus per-

D sequuti sunt, magis illi quidem vt rem suam facerent, quàm & hominum spem, aut metum diuinando subleuarent. Dicunt autem illi vim quandam esse in orbe signifero talem, & eius orbis vnaquæque pars alia alio modo moueat, immutetque cælum, proinde vt quæque stellæ in iis, finitimisque partibus sint quoque tẽpore. Eámque vim moueri ab iis syderibus, quæ vocantur errantia. Cùm autem in eam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui nascitur; aut in eam, quæ coniunctũ aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. Etenim cùm tẽpora anni, tempestatumque, cæli conuersiones, cõmutationesque tantæ fiant accessu stellarũ & recessu, cumque ea vi solis efficiantur, quæ videmus, non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent: proinde vtcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari, atque formari, ex eóque ingenia, mores, animum,

E corpus, actionem vitæ, casus cuiusque, euentúsque fingi. Quibus etiam Diogenes Stoicus concedit, aliquid, vt prædicere possint, duntaxat quali quisque natura & ad quam quisque maximè rem aptus futurus sit. Cætera quæ profiteantur, negat vllomodo posse sciri. Etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerunque disparem. Quòd si vera esset astrologorum ratio, necesse esset geminos, qui vno tempore concepti, & nati sunt, eodem fato natos esse. Atqui persæpe fit, vt alter sit mas, altera fœmina. Et vt mas vterque natus sit, summa est plerunque vitæ, & fortunæ dissimilitudo. Proclus & Eurysthenes Lacedæmoniorum Reges gemini fratres fuerunt. At hi nec totidem annos vixerũt. Anno enim Procli vita breuior fuit, multúmque is fratri rerum gestarum gloria præstitit, vt Cicero lib. 2. de Diuinatione scribit. Nigidius figulus tantulum interualli, quo geminorum alter altero posterior nascitur, satis aiebat esse, vt infinitam fortunæ disparitatem afferat: vt enim à figulo, cùm rota circumagitur, si quis è gutto sensim oleum instillet, ipsa orbis rapida

conuerſio efficiet, vt à ſe gurtæ longiſſimè diſtent: ita & in rapida cælestium orbium conuerſione tantulum moræ varium aſtrorum ſitum, & vitæ fortunæque diſcrepantiam naſcēti afferet. Ideò Cic. lib. 2. Diuinat. *Contemnamus etiam Babylonios & eos qui ex Caucaſo ſigna cæli ſeruantes, numeris & motibus ſtellarum curſus perſequuntur, qui quadringenta ſeptuaginta millia annorum monumentis comprehenſa continent.* Conſtantinus Manaſſes Chaldæos, & Aſtrologos μεθυρολέσχας, & ἀστερολέσχας appellat, quos eleganter traducit Apuleius Mileſ. 2 9. *Chaldæus quidam hoſpes miris totam ciuitatem reſponſis turbulenta, & arcana fatorum ſtipibus emerendis indicit in vulgum, qui dies copulam nuptialem affirmet, qui fundamenta mænium perpetuet, qui negotiatori commodus, qui viatori celebris, qui nauigiis opportunus.* Porphyrius περὶ δραπέτου ἀνδραποδίζεως, ἢ χωρίου κτήσεως, ἢ γάμου εἰ τύχοι, ἢ ἐμπορίας τὸν θεῖον νοῦν ἐνοχλῆσαι, *Dæmonis mentem de fugitiuo ſeruo inueniendo, de prædio emendo, de nuptiis ſi contigerit, aut negotiatione interpellarunt. De Beatitudine nihil certum, aut fide dignum.* Iuuenal.

B

> *Chaldæis ſed maior erit fiducia, quicquid*
> *Dixerit Aſtrologus, credent à fonte relatum*
> *Hammonis.*

Sed in quo tandem homine tanta eſt ſyderum, ac cæli ſcientia, tam diligens ac pertinax obſeruatio, vt qua ſigni particula, quo puncto quiſque natus ſit, certò cognoſcere ſe ſpondeat? In orbe ſignifero duodecim ſigna ſunt, in ſingulis triginta partes, quia ſol triginta dies in quoque moratur, ſingulas partes in ſexaginta vices diſtribuunt, quàm incomprehenſibile eſt in quo ſexageſimo tot ſexageſimæ particulæ natiuitatis momenta conſtituant, ait Ambroſius lib. 4. Examer. cap. 4. Sextus Empiricus, τὸν μὲν οὖν ζωδιακὸν κύκλον διαιροῦσιν εἰς δώδεκα δύο ζώδια, ἕκαστον δὲ ζώδιον εἰς μοίρας τριάκοντα· ἑκάστην δὲ μοῖραν εἰς ἑξήκοντα λεπτά· οὕτω γὰρ καλοῦσι τὰ ἐλάχιστα, καὶ ἀμερῆ. τῶν δὲ ζωδίων τὰ μὲν τινὰ ἀρσενικὰ καλοῦσι· τὰ δὲ θηλυκά, ἅπερ συνεργὸν ἔχει φύσιν πρὸς ἀῤῥενογονίαν: *Zodiacum diuidunt in duodecim ſigna. Signum quodque in partes triginta: partem quamque in ſexaginta vices. Sic enim vocant minima quæ diuidi nequeunt. Signa quædam maſcula vocant, quædam fæminea, quæ ad mares aut fæminas generandas valent.* Addit Baſilius lib. 6. Examer. ἑκάστην πάλιν τῶν ἑξηκοστῶν ἑξηκοντάκις ἔτεμον, *ſingulas ſexageſimas iterum in alias totidem ſexageſimas ſecant.* Quæro in quo Sexageſimo ſexageſimæ momenta natiuitatis conſtituant? At, inquies, plena Luna & noua lymphatici vehementius furunt, maris æſtus vehementius intumeſcũt, Oceanus quaſi Lunæ comes eum ea ſimul ſeneſcit, adoleſcítque. Quàm ineptum, abſurdúmque eſt, vt quoniam æſtus Oceani cum Lunæ curriculo congruit, negotium quoque quod tibi forte de aquæ ductu cum riualibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem eſt, quaſi habena quadam de cælo vinctum gubernari exiſtimemus? Quod etſi vi, & ratione quapiam diuina fieri poteſt, nequaquam id tamen in tam breui, exiguóque vitæ ſpatio, quantouis hominis ingenio percipi poteſt. Coniectantur pauca quædam nullo ſcientiæ fundamento concepta, ſed vana, & vaga, & arbitraria; qualis longinqua oculorum acies eſt per interualla media caligantium. Sed obſeruatio illa ſyderum, quam ſcientiæ ſuæ originem eſſe prædicant, qui poteſt conſiſtere? Nam ſi à Chaldæis diuturna ſyderum obſeruatione hæc diſciplina orta eſt, procedat ea certè ſub ea modò inclinatione cæli, ſub qua tũc Chaldæi fuerunt, non ſub ea quæ diſſimilis eſt, aut fortè etiam aduerſa, & contraria. Nam quanta partium, circulorúmque cæli ex conuexionibus mundi varietas ſit, quis non videt? Eædē igitur ſtellæ, per quas omnia diuina humanáque fieri contendunt, ſicuti non vſquequaque pruinas, aut calores cient, ſed mutant & variant, tempeſtatéſque eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas mouent: Cur non euenta quoque rerum, ac negotiorum alia efficiunt in Chaldæis, alia in Getulis, alia apud Danubium, alia apud Nilum? Perquam abſurdum eſt, ipſum aëris habitum ſub alio, atque alio cæli fornice non eundem manere in hominum autem negotiis opinari ſtellas iſtas idem ſemper oſtendere, ſi eas ex quacunque terra conſpexeris, ait Fauorinus apud Gellium. Ariſtoteles ait, cælum agere luce, & motu tantum; alij influxus eſſe volunt à luce & motu reipſa diſtinctos, per quos non calor, qui motu tantùm & lumine producitur: ſed aliæ qualitates elementorum fiant. Quidam aſtra influxu ſuo inclinare animi affectiones aiunt, quæ ſequuntur corporis habitum & diſpoſitionem. Tertullianus lib. de idololatria Aſtrologiam inter Magiæ ſpecies recenſuit. D. Baſilius in Hexameton. eandem inſectatur, vt & alij omnes Eccleſiæ Patres.

C

D

E

De

A

CAP. VII.

De veris Astrologorum vaticiniis.

ARGVMENTA firma sunt, quibus Astrologi oppugnantur: sed exemplis,ac rerum experimentis fulciri se contendunt, quæ in omni re pluris esse debent,quàm è schola petitæ argutationes. Vt si calidum ignem esse neges,& digitum in ignem inferre te iubeam;plus,opinor,experiētia,quàm tenues ratiunculæ persuadeat. Augustus,inquiunt, in secessu Apolloniæ Theagenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat. Cùm Agrippæ, qui prior consulebat, magna, & penè incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseuerabat; Qua edita, exsiluit Theagenes, adorauitque eum, ait Sueton. in Augusto cap. 9. Idem in Vespasiano cap. 13. dixit, Genesim habere Imperatoriam. Dio lib. 59. Apollonius quidam Ægyptius domi Caligulæ,quod euenturum esset,prædixerat, fore nimirum, vt illa die occideretur à Cassio Chærea. Ammian. Marcellin. lib. 29. Patricius, & Hilarius per mensulam lauream Theodosium Valenti successurum pronuntiarunt. Post hæc interrogati, an ex fide sortium, quas agitabant,ea præscierint, quæ sustinerent,præsciuisse dixerunt. Tamen ipsi cùm cognitoribus Principis cædes, incendiáque flagitantes furias imminere, *αὔλικα ἐν πεδίοισι Μίμαντος καιόμενος κῆρ*, *statim in campis Mimantis crematus corde.* Valens enim in campis Mimantis crematus est. Xiphilin. in Caracalla, Vates in Africa dixit Macrinum præfectum prætorio, & filium eius Diadumenum Imperatores futuros. Ioanni Comneno Imperatori Constantinopolitano duo C data oracula ait Nicetas, alterum *τόποις δ' ἐν ὕγροις, καὶ παρ' ἐλπίδα πέσῃς*, *Cades aquosis improuisus in locis.* Alterum, *ὦ πῶς γενήσῃ βρῶμα δεινῶν κοράκων. O quomodò eris esca coruis edacibus.* Vtrumque contigit. Cùm enim æger in valle decumberet, imbre de repente orto lectus eius impetu aquæ abreptus est. Coruos expertus est, eùm ferramentis candentibus instar rostri aduncis manus eius saucia exureretur. Sueton. in Augusto cap. 94. quo die Augustus natus est, eùm de Catilinæ coniuratione ageretur in Curia, & Octauius ob vxoris puerperium serius adfuisset, nota, ac vulgata res est, P. Nigidium comperta moræ causa, vt horam quoque partus acceperit, affirmasse, Dominum terrarum orbi natum. Apud Nicetam lib. 2. Hydromantes Andronico quærenti de successore, in aquis exhibuit primas nominis Isaacij litteras; Sed ordine inuerso, Si pro Is. Idque secunda responsione addidit, fore intra Exaltationem Crucis. Quod exitus verum esse probauit. Sueton. in Galba, *Constat Augustum* D *puero adhuc salutanti se inter æquales, apprehensa buccula dixisse, καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παραγεύσῃ, Et tu fili, Imperium nostrum degustabis.* Alexandro Seuero sortes Virgilianæ datæ,

Tu regere imperio populos, Romane, memento.

Domitiano cùm Mathematicus mortem denuntiasset,quæsiuit de eo princeps,quod genus mortis eum maneret: Respondit ille, se lacerandum à canibus. Iussit Domitianus hominem cremari: igne repentina pluuia extincto, cadauer à canibus laceratum est Astronomiam plerique laudi esse aiunt, Astrologiam fraudi. Apud Spartianum Hadrianus Kalendis Ianuarùs facta sibi in singulos anni dies certò cecinit.

Capitol. in Gordiano Iuniori, *quum senior Gordianus Mathematicum aliquando consuleret de genitura huius: Respondisse ille, hunc & filium Imperatoris, & ipsum Imperatorem futurum. Et quum senior Gordianus rideret, ostendisse constellationem Mathematicum ferunt, & de libris veterum dictasse,* E *ita vt probaret se vera dixisse, qui quidem & seni, & iuueni & diem, & genus mortis, & loca quibus essent perituri, obstinata constantia, & veritate prædixit.* Solebant enim Mathematici responsa sua dictare, & vt fidem prædictionibus suis facerent, auctoritates adscribere de libris veterum eius artis auctorum. Iuuenal. sat. 6.

——— Dictatáque verba
Pertulit vt mos est, & aperta palluit agna.

Auson.

Dictasti fatis verba notanda meis.

Tertul. *Septima die facta scribenda aduocantur.*

Tiberius *plures occidit, quorum diem natiuitatis, & genituram inspexerat, & ex ea mores, studia, fortunamque perspexerat. πολλοὺς γὰρ καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγένηντο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον, καὶ τὴν τύχην αὐτῶν διαγνωσκῶν ἀπεκτίννυεν,* vt scribit Dio lib. 57. Idem de Caligula prædicare solitus

ſolitus erat, exitio ſuo, omniumque Caium viuere, *ſe natricem* (ſerpentis id genus) *populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum educare*, ait Sueton Adderem de Iulio Cæſare, quem immolantem aruſpex Spurina monuit, caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur. Spurinámque irridens Cæſar, & vt falſum arguens, quod ſine vlla noxa Idus Martiæ adeſſent: veniſſe quidem eas, ſed non præteriiſſe Spurina dixit. Capuæ tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor eius vrbis ſepultus, ſub idem tempus inuenta eſt, conſcripta literis, verbiſque Græcis hac ſententia, *Quandoque oſſa Capyos detecta eſſent, fore vt Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſque mox Italiæ cladibus vindicaretur*, vt Sueton. Non omiſerim præſagium Tiberij de Seruio Galba tum Conſule, quem accitum, & diuerſis ſermonibus tentatum, poſtremò Græcis verbis in hanc ſententiam adloquutus, Et tu Galba quandóque deguſtabis Imperium: ſeram ac breuem potentiam ſignificans, ſcientia Chaldæorum artis, cuius apiſcendæ otium apud Rhodum, magiſtrum **B** Thraſyllum habuit, peritiam eius hoc modo expertus: Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte, ac liberti vnius conſcientia vtebatur. Is litterarum ignarus, corpore valido, per auia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) præibat eum, cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet, & regredientem, ſi vanitatis, aut fraudum ſuſpicio inceſſerat, in ſubiectum mare præcipitabat, ne index arcani exiſteret. Igitur Thraſyllus iiſdem rupibus inductus, poſtquam percontantem permouerat, Imperium ipſi, & futura ſolerter patefaciens, interrogauit, an ſuam quoque genitalem horam competiſſet, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille poſitus ſyderum, ac ſpatia dimenſus, hærere primò, dein paueſcere, & quantum introſpiceret magis, ac magis trepidus admirationis, & metus. Poſtremò exclamat ambiguum ſibi, ac prope vltimum diſcrimen inſtare. *Tum complexus eum Tiberius, præſcium periculorum, & incolumem fore gratatur.* Tacitus lib. 6. Dio lib. 55. αὐτός τε γὰρ **C** ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὤν, καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων πάντα καὶ τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ἐκείνοις πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο: *Erat eius Diuinationis, quæ ex aſtris ducitur, cùm ipſe peritiſſimus, tum Aſtrologiæ omni praſtantiſſimum ſecum habebat virum Thraſyllum nomine, vnde & ſuum, & ipſorum fatum omne compertum habebat.* Ferunt eum aliquando cùm eſſet Rhodi, Thraſylli de muro præcipitandi conſilia animo agitaſſe, quod is ſolus omnium ſuarum cogitationum conſcius eſſet. Inde cùm triſtem videret, percontatum quid ita vultum contraxiſſet: eúmque reſpondiſſe, periculum ſe aliquod ſuum vereri: admirationéque motum Tiberium propoſitum abieciſſe. Is quidem Thraſyllus adeò omnia certò habebat cognita, vt cùm procul aduentare nauim vidiſſet, quæ nuntium reditus Romam à matre, & Auguſto vehebat, prædixerit de felici nuntio. Sueton. in Vitellio. *Nullis tamen infenſior quàm veraculis, aut Mathematicis, vt quiſque deferretur, inauditum capite puniebat.* Exacerbatus, quòd poſt **D** edictum ſuum, quo iubebat intra Kal. Octob. vrbe Italiáque Mathematici excederent, ſtatim libellus eſt propoſitus, & Chaldæos dicere, Bonũ factũ, ne Vitellius Germanicus intra eundẽ Kalendarum diem vſquam eſſet. Adrianus matheſin ſic ſcite viſus eſt, vt ſerò Kalendis Ianuariis ſcripſerit, quid ei toto anno poſſet euenire, ait Spartianus. Seuerus ex aſtris, quibus natus erat, didicerat è Britannia ſe non rediturum. Etenim in palatio in ædium faſtigio, in quibus controuerſias diſceptabat, inſcripſerat, vt ab omnibus cerneretur horoſcopus, præter eam partem, quæ ad horam, qua natus eſſet, ſpectabat: καὶ γὰρ ἐς τὰς ὀροφὰς αὐλὰς τῶν οἴκων ἐν τῷ παλατίῳ ἐν οἷς ἐδίκαζεν ἐνέγραψεν, ὥστε πᾶσι, πλὴν τοῦ μορίου τοῦ τὴν ὥραν, ὥς φασιν, ἐπισκεπτήσαντος, ὅτε ἐς τὸ φῶς ἐξῄει, ὁρᾶσθαι, vt prodit Xiphilinus. Veſpaſianus cùm genituram filiorum aſpexiſſet, vtroſque ſibi in Imperium ſucceſſutos eſſe non dubitabat, τούς γε μὴν παῖδας γενεθλιαλογήσας ἑκατέρους αὐτῷ ἐπέπειστο διαδόχους ἔσεσθαι τῆς ἀρχῆς, narrante Eutropio lib. 7. **E** Seuerus cùm ſollicitus Mathematicum conſuluiſſet, poſitaque hora ingentia vidiſſet, Aſtrologus dixit ei, *Tuam, non alienam pone genituram.* Cumque Seuerus iuraſſet, omnia ei dixit, quæ poſteà facta ſunt. Cùm amiſſa vxore aliam vellet ducere, genituras ſponſarum requirebat, ipſe quoque matheſeos peritiſſimus, & cùm audiſſet eſſe in Syria quamdam, quæ id genituræ haberet, vt Regi iungeretur, eamdem vxorem petiit, ait Spartianus in Seuero. Marianus Comes matheſeos peritus Zenoni roganti, quis ei in Imperium ſucceſſurus eſſet, reſpondiſſe fertur, Anaſtaſium Silentiarium, addidiſſe, *Mihi ipſi necem breui conſciſces.* Vaticinium exitus probauit, vt Cedrinus. De Geta Seuerus gnarus geniturae illius, cuius, vt plerique Afrorum, peritiſſimus fuit, dixiſſe fertur: *Mirum mihi videtur, Iuuenalis amantiſſime, Geta noſter diuus futurus eſt, cuius nihil Imperiale in genitura video*, ait Spartianus in Geta. Suetonius in Veſpaſiano, *Conuenit inter omnes, tam certum eum de ſua, ſuorumq́ genitura*

ſemper

A *semper fuisse, vt post assiduas in se coniurationes ausus sit affirmare Senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem.* Spartianus in Ælio Vero. *Fertur Adrianus Veri scisse genituram: fuisse enim Adrianus peritum matheseos Marius Maximus vsque adeò demonstrat, vt eum dicat cuncta de se scisse, sic vt omnium dierum vsque ad horam mortis futuros actus antè præscripserit.* Suetonius in Vitellio, cap. 3. *Genituram eius prædictam à Mathematicis ita parentes exhorruerunt, vt pater magnoperè semper contenderit, ne qua ei prouincia viuo se committeretur.* In Nerone, cap. 40. prædictum à Mathematicis Neroni olim erat fore, vt quandoque destitueretur. Suetonius in Domitiano, cap. 15. *Nulla tamen re perinde commotus est, quàm responso, casuq; Ascletarionis Mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem iactasse, se quæ præuidisset ex arte: sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus, & affirmantem fore, vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè imperauit.*
B *Quod cùm fieret, euenit vt repentina tempestate detecto funere, semiustum cadauer discerperent canes.* Leontius Philosophus Atheniensis testamento facultates omnes filiis legauit, Athenaïdi filiæ aureos centum, addita hac causa, ἀρκεῖ γὰρ αὐτῇ ἡ τύχη αὐτῆς, *Sufficit ei fortuna eius.* Hanc Athenis Constantinopolim aduectam, vt testamentum patris rescindendum curaret, cùm videret Pulcheria forma præstanti, ingenio egregio, mira facundia, Imperatori Theodosio fratri vxorem conciliauit, & sacro fonte lotam Eudociam appellauit, ait Cedrinus. Disertiùs Zonaras de Leontio, ὡς γνοὺς ἐξ ἐπιστήμης εὐτυχῆσαι μέλλουσαν τὴν θυγατέρα λαμπρῶς, *Qui cùm ex arte filiam perspexisset ad summam felicitatis euehendam*, ei centum aureos, nec ampliùs testamento reliquit. Chosroen, cui motus astrorum notus erat, vnde futura cognoscere se gloriabatur, dixisse aiunt duci Mauricij, *Scito res aduersas ad Romanos redituras,* ὅτι καὶ ἐν γνώσει τῆς κατὰ τῶν ἀστέρας κινήσεως, κἀντεῦθεν αὐχοῦντα γινώσκειν τὰ μέλλοντα φᾶναι. *Qui viginti annis & altero Babyloniorum dominatu prementur.* τρίτην κυκλοφορουμένην ἑβδομάδα ἐτῶν.
C *Posteà Romani trigintaquinque annis Persas seruitute prement.* Id vaticinium verum esse res ipsa indicauit, vt Zonaras in Mauricio. Leontius Monacho matheseos perito, qui sibi Imperium ex arte prædicebat, ait se vaticinio eius fidem abnuere. Cui Monachus, μὴ δειλανδρήσῃς ἔφη, ἀλλ' ἐπιχείρησον τῇ πράξει, καὶ οὐκ ἀστοχήσεις τῆς ἐφέσεως. *Ne timidè agas*, inquit, *sed manum operi admoue, & voti compos fies.* Leontius fidissimis quibusque assumptis, & publicis carceribus effractis, magnum vinctorum numerum eduxit, à quibus Imperator renunciatus est, & Iustiniano nares præcidit, ait Zonaras in Iustiniano Rhinormeto. Monachus alter Philippico Imperium vaticinatus est, τὴν εἰς τὸν βασίλειον θρόνον ἀναγωγὴν χρησμῳδῆσαι. Immò & duæ nonariæ, ac meretrices Iustiniano Magno, & Belisario post amplexus, alteri Imperium, alteri victorias, & bellicam gloriam prænunciarunt: & vaticinij fidem matrimonio pepigerunt. Nomen meretrici alteri Antoniæ, alteri Theodoræ fuit. Hebræi duo Leoni
D adolescenti sellulariam artem facienti Romanum Imperium augurati sunt, quorum diuinationi cùm ille diffideret, vaticinium verum esse Deum obtestati sunt, eumque iureiurando obstrinxerunt, vt se Imperio potitus voti compotes efficeret, quod ille facturum se fidem iureiurando deuinxit. Apud Diodorum Siculum lib. 2. Chaldæi Alexandro victorias, & Babylone mortem prædixere. Item Antigono, Nicanori, Seleuco. Lactantius lib 7. Hystaspes Rex Medorum antiquissimus multa vaticinatus est, etiam quæ ad extrema mundi tempora spectant. Suetonius in Vespasiano, cap. 14. monentibus amicis, cauendum esse Metium Pomposianum, quòd vulgò crederetur genesim habere Imperatoriam, insuper Consulem fecit, spondens quandoque beneficij memorem futurum. Caligulæ consulenti de genitura sua Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmauit. Zo-
E naras de Macrino, ὡς ἐκ μάντεώς τινος πεπληροφορημένον ἔχων αὐτὸν εἰς αὐταρχίαν, cui à diuino Imperium prænunciatum erat. Ammianus Marcellinus lib. 22. *Sed si intelligendi diuini aditionem multiplicem, & præsensionum originem, mente vegeta quisquam voluerit replicare, per mundum omnem inueniet mathemata huiusmodi ab Aegypto circumlata*, &c. Hac institutus prudentia Pythagoras colens secretiùs Deos, quidquid dixit, aut voluit, auctoritatem esse instituit ratam, & femur suum aureum apud Olympiam sæpe monstrabat; & cùm aquila colloquens subinde visebatur. Hinc Anaxagoras lapides è cælo lapsuros, & putealem limum contrectans, tremotes futuros prædixerat terræ. Ægyptiis tribuit Ammianus, quòd plerique omnes Chaldæis, & Babyloniis. Sed ad exempla redeamus. *Cùm natus esset Nero*, ait Xiphilinus, *prima luce antequàm Sol ortus esset, radij circum eum fulserant: quâ ex re tum etiam animaduerso stellarum cursu, qui tum erat, atque earum coniunctione, quidam Astrologus duo simul prædixit, eum regnaturum esse, & matrem necaturum. Quod cùm Agrippina intellexisset, demens subitò exclamare*

capit

cæpit: Me verò occidat, dum regnet. καί τις ἀστρολόγος ἔκ τε τούτων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δύο ἅμα περὶ αὐτοῦ ἐμαντεύσατο, ὅτι τε βασιλεύσει, καὶ ὅτι τὴν μητέρα φονεύσει. Sucronius in Claudio, cap. 3. Soror Liuilla cùm audiſſet quandoque Claudium imperaturum, tam iniquam, & tam indignam ſortem populo Romano palàm, & clarè deteſtata eſt. Zonaras in Conſtantino Leonis filio, Nicolaus τελώνης τὴν πίστιν ἐξομωσάμενος, *Publicanus fide eiurato* ad Iſmaëliras confugit, & Aſtrologiæ ſe dedit. Is ſcripſit ad Dromilogothetam, *Noli timere à Conſtantino Duca, nam temerè nouis rebus ſtudebit, vnde ei futura pernicies.* Leoni Philoſopho Monachus Marcus, qui tetraodium magni Sabbati explcuit, dixit: *Sic habeto, Rex, ob hac die te decem annos regno potiturum.* καὶ ὁ λόγος ἔργον εἴληφεν, *exitus vaticinium probatum eſt.* Cognouerat Leo è vaticinio, quod ei datum erar, *ſe die Natalis Chriſti & Imperio, & vito exturbandum,* καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, καὶ τῆς ζωῆς. Edeſſa vrbs illuſtris Oſroenæ prouinciæ ſubmerſa eſt: cùm Scirtus fluuius, qui eam mediam interfluit, exundaſſet, lapidea tabula in ripa fluminis eſt reperta, cui noris hieroglyphicis inſculptum erar, σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις, *Scirtus fluuius ſaltabit exitialem ciuibus ſaltum*, air Zonaras. Aſtrologia Beroſus enituit, cui ob diuinas prædictiones Athenienſes publicè in Gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuêre, vt Plinius lib. 7. cap. 37. Meton Aſtronomus Niciæ cladem in Sicilia vaticinatus eſt, & domo incenſa ſimulauit inſaniam, ne ei militiæ nomen daret, Ælian. in var. hiſtor. P. Nigidius figulus matheſeos ſcientiſſimus Auguſto infanti Imperium prædixir, vr Xiphilin. Lucan. lib. 1.

At figulus cui cura Deos, ſecretáque mundi
Noſſe fuit, quem non ſtellarum Aegyptia Memphis
Aequaret viſu, numeriſq; mouentibus aſtra.

Scribonius mathematicus Liuiæ de partu conſulenri, marem parituram prædixit, ſine diademate Imperatorem, ait Suet. Aſtrologus quidam in aula Friderici ſecundi Imp. Rodolphum Comitem Haſpurgenſem rogatus, cur præ cæteris coleret; *Quio*, inquit, *Imperator clariſſimus eſt futurus*, vt Cuſpinianus in Cæſaribus. Aſtrorum poſitura dicitur Ammiano Marcellino lib. 29. & Spartiano in Aelio Vero *Conſtellatio.* Ciceroni lib. de Diuinat. *natalitio ſydera.* Perſio ſat. 5. *Horoſcopus.* Geminos Horoſcope varo producis genio. Horatio lib. 2. ep. 2. *Natale aſtrum.* Manilio lib. 3. *Sydus horoſcopum.* Suetonio, *geneſis, geniturо.* Ammianus lib. 29. Heliodorum fatorum per genituras interpretem. Vulgò *Genethliacos, planetarios, mathematicos, addictos mathematicæ* vocant. Tiberius circa Deos & religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ, perſuaſioniſque plenus cuncta fato agi, ait ille. Dio τῶν ἀστέρων διάταξιν, Tacitus *poſitum aſtrorum*, Sueron. *Thema ſuum. Auguſtum* ἐκ προσγραφῆς πᾶσι τὴν τῶν ἀστέρων διάταξιν ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο φανερῶσαι, *vulgoſſe poſituram aſtrorum ſub qua natus erot.* Ex his quæ ſuprà poſuimus, luce eſt clarius, ex aſtrorum obſeruatione, mathematicos Auguſto, Tiberio, Caligulæ, aliiſque pleriſque veriſſima prædixiſſe, quæ rerum euentis teſtata fuerint. An Dei nutu per Angelos, Mathematicis vera enuntiata eſſe fatendum eſt, quia vt poëta cecinit:

—— Sunt maxima cordi
Regna Deo, donatque aliquid plus ille tyronnis
Conſilij, quàm ſit priuata mente repoſtum.

An à Dæmonibus, aut aſtris, ex quibus ea quæ fortunæ ſunt, certò præſentiri non poſſe oſtendimus. Euenta video prædictis conſentanea, cauſam ignoro. Nec enim mihi ſatisfacit Fauorinus apud Gellium, qui Mathematicos ait multa tentando incidiſſe imprudentes in veritatem. Minus etiam mihi probantur ij, qui aſtra cauſas eorum eſſe aiunt, quæ à voluntate hominis pendent. Corpora enim, cuiuſmodi ſunt ſtellæ, in animum hominis ſpiritalem agere nequeunt. Euſebius libro 6. Demonſtrat, putat dæmones ex aſtrorum motu, & ſitu furura prædicere, idque oraculi reſponſo iunotuiſſe, cùm quæreretur, mas an fœmina partu edenda eſſet: quo ſignificatum eſt, puellam fore, ex eo quod Luna ferretur ad Venerem. *Luno enim illuſtris exarauit coſtam Venerem, Incitatum fæmineum, ô omice, tuum, ſemen.*

—— Φοίβη γὰρ εὔσκοπος ἤρεσεν ἀγλαὴν
Κύπριν ἐπειγομένην θῆλυν γόνον, ὦ φίλε, σπῶ.

Item de morbo ex aſtrorum poſitura prædicit,

Ἀλλά σε μόρσιμον ἦμαρ ἀναπλῆσαι βιότοιο
Ἀλγινόεις βροτόλοιγος ἐπιπατέρχων κρόνῳ αὐτα

A ψάζαν.

Sed fatalem vitæ diem implere Mars tristis exitiosus impedit occurrens Saturno. Zonaras de Domitiano, πάντων τῶν πρώτων τὰς τ' ἡμέρας, καὶ τὰς ὥρας ἐν αἷς ἐγεγόνεισαν διασκοπῶν, οὐκ ὀλίγους καὶ τούτων τῶν ἐλπιζομένων ἔν τινι δυνάμει ἔσεσθαι προσαπώλλυσκε, καὶ Νερούαν ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μή τις τῶν ἀστρολόγων αὐτῷ εὐνοῶν ἔφη, ὅτι δι' ὀλίγων ἡμερῶν τελευτήσει, Domitianus *omnium procerum genituram sciens, non paucos ex iis qui aliquando in Imperio fore sperabantur occidit, & Neruam ipsum peremisset, nisi astrologus Neruæ bene cupiens dixisset, eum breui moriturum.* Putat, inquam, Eusebius, ἐκ τῆς φορᾶς τῶν ἄστρων, ex astrorum motu dæmones, atque adeo mathematicos futura prædicere. Sed an astra signa esse potuerunt euenti illius, quod à Volaterrano narratur lib. 5. Guido Bonatus Foroliuiensis methematicus, Montis Ferrati Comiti in hostes irruptionem facturo sub Martino IV. Pontifice Romano, prædixit fore, vt hostes imparatos, nec opinantes ad internecionem cæderet; sed in femore vulnus graue acciperet. Cui vt mederetur, Foroiulio vnà cum Comite egressus est, secùmque stupas, oua, & alia medicamina detulit, & Guidonis Comitis latus texit, quem vulnere accepto in femore victorem in ipsa acie diligentissimè procurauit. Bartolomæus Coeles Bononiensis Coponum Hermetis satellitem breui cædem nefariam facturum prædixerat. Idem Hermeti Tyranno futurum, vt exul in acie cæderetur. Hermes Copono clam imperat, vt vatem mali nuncium interficiat. Præuiderat necis discrimen Coeles, & secreta galea caput muniebat, ancipiti gladio, quem peritissimè ambabus manibus regebat, semper armatus. Verùm à Copono baiuli habitu personato, dum feræ ostij calculo iniecto præpeditæ clauem insereret, adacta in occipitium securi interfectus est. Antiochus Tibertus astrologus Guidoni Balneo Guerræ prædixerat, fore vt ab intimo amico perfidiæ suspicione necaretur. Pandulpho item Malatestæ Arimini Tyranno, futurum vt patria pelleretur, & exul rerum omnium egens periret. Non ita multò post Pandulphus Guidone obtruncato, exul & egens in diuersorio senex periit, narrante Paulo Iouio. Idem scribit, Petrum Leontium Spoletanum medicum matheseos peritissimum, cùm sibi subitæ mortis periculum in aqua portendi cognosceret, Patauio, & Venetiis Spoletum remigrasse, vt frequentes nauigationes effugeret. Ad Laurentium Medicem vocatus morbo decumbentem, cùm is Leontij negligentia occubuisset, à Petro Laurentij filio in puteum præceps datus, & mersus interiit. Sleidanus lib. 19. Commentariot. auctor est, Paulum III. Pontificem Maximum mathematicæ peritissimum, Petro Aloysio Placentiæ, & Parmæ tyranno, per litteras significasse, vt decimum diem septembris anni millesimi quingentesimi quadragesimi septimi, tanquam sibi infaustum caueret. Ea ipsa die Aloysius ab Augustino Lando, & Iacobo Scoto Placentinis Comitibus per speciem colloquij interemptus est. Putem Pontificem Max. id non ex mathesi, & astrorum situ, sed scientia Dei voluntate ab Angelis accepta cognouisse. Nostra ætate diebus aliquot antequam Henricus III. Christianissimus Galliæ rex nefario parricidio tolleretur, vulgò Parisiis iactatum esse scio, vltima mensis Augusti die Christianissimum regem è medio sublatum iri. Henricus IV. itidem Christianissimus, ac inuictissimus Galliæ rex, qua die ab exitiali illo hominis portento duobus vulneribus confossus est, à multis est monitus, ne pedem regia efferret; eam sibi diem perniciale fore. Cedrinus in Heraclio miram Astrologi de Saracenis diuinationem affert. ἐγένετο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως τούτους κανονίζοντος κρατῆσαι ἐν ἰσχύι μὲν ἔτη τθ, ἐν δὲ συστροφῇ, καὶ ἀκαταστασίᾳ, καὶ συμφορᾷ ἕτερα ἔτη νς, ὡς εἶναι τὴν διακράτησιν αὐτῶν ἅπασαν εὐτυχοῦσαν καὶ δυστυχοῦσαν ἔτη τξε. Facta est astrorum obseruatio, quod thema vocant, de Saracenis à Stephano Alexandrino, qui statuit eos robore pollentes fore annos trecentos nouem, vexatos iri tumultibus, & calamitatibus quinquaginta sex annos, rerum itaque eos potituros annos in vniuersum vtraque fortuna trecentos sexaginta quinque. Apud eundem Georgius Pisides Heraclio victoriam de Persis prædixit,

——— ὦ βασιλεῦ,
Μελαμβαφὲς πέδιλον ἑλίξας πόδα
Βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.
O Rex qui nigro calceo pedem inuoluisti,
Tinges eum colore rubro ex sanguine Persico.

Præter exempla, certant & rationibus, quas Proclus in sua Paraphrasi refert cap. 2. his verbis, *Nemini dubium est, ex ætheris natura virtutem quandam transmitti, & transire in inferiora, quæ suo ambitu complectitur, cum elementa quæ sub Luna sunt, ignis & aër, à motionibus ætheris contineantur, & vertantur: ipsa verò inferiora contineant, & sua conuersione conuertant, terram scilicet,*

aquam, plantas, & animalia quæ in illis sunt. Sol enim semper cum ambiente omnia circa terram gubernat, non solùm per mutationem tempestatum, generationes animalium, & fructuum productiones, fluxus aquarum, varias corporum habitudines, ac mutationes efficiens; sed etiam per illa per quæ quotidie transiens alias subinde mutationes facit dies, calidi, humidi, sicci, frigidi, secundùm consequutionem figurationis, & habitudinis eius, quæ supra nostrum caput est. Luna autem vt citima terris, plurimos defluxus transmittit, & cum ea patiuntur, & vertuntur animata, & inanimata: flauij augentur, & minuuntur ad eius lumen, maris excursus, & impetus ad eius ortus & occasus mutant; plantæ & animalia cum ea decrescunt, aut implentur, aut in parte, aut etiam tota. Itidem & stellæ cùm errantes, tum fixæ orbem suum facientes, multa vt appareant per ambientem efficiunt; æstus, ventos, tēpestates, quibus ea quæ in terra sunt, afficiuntur, & gubernantur. Et earum constellationes, ac varij inter se aspectus ac positus commixtis eorum influxibus varias afferunt mutationes, ἀλλὰ κατακρατεῖ μὲν ἡ τοῦ ἡλίου δύναμις ὡς καθολικωτέρα, αἱ δὲ λοιποὶ συνεργοῦσιν, ἢ ἀποσυνεργοῦσι κατά τι, καὶ ἡ μὲν τῆς συνεχέστερον καὶ φανερώτερον τοῦτο ποιεῖ, διά τε τὰς συνόδους, καὶ τῶν διχοτόμων σχημάτων, καὶ τῶν πανσελήνων, οἱ δὲ ἄλλοι ἀστέρες, διὰ μακροτέρων, καὶ ἀφανέστερον ἐπιφαινόμενοι, καὶ κρυπτόμενοι, καὶ προσνεύοντες. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, οὐ μόνον αὐτὰ τὰ συγκραθέντα ὑπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων διοικεῖται, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων αἵ τε βλαστήσεις, καὶ αἱ τελειώσεις, διαπλάττονται, καὶ διαμορφοῦνται κατὰ τὴν ποιότητα, ἣν εἶχον πρὸς τὸ περιέχον. ἤδη οὖν οἱ παρατηρητικώτεροι τῶν τε γεωργῶν, καὶ τῶν νομέων στοχαζόμενοι ἐκ τῶν συμβαινόντων πνευμάτων κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς σπορᾶς, καὶ τῆς συνουσίας τῶν ζώων, προγινώσκουσι τὴν ποιότητα τῶν ἀποβησομένων· καὶ ὅλως τὰ μὲν καθολικώτερα, καὶ ὅσα γίνεται διὰ τῶν φανερωτέρων συσχηματισμῶν σελήνης, καὶ τοῦ, καὶ τῶν ἀστέρων, ταῦτα προγινώσκουσιν ἀπὸ μόνης τῆς παρατηρήσεως, καὶ οἱ μὴ ὄντες φυσικοί. θεωροῦμεν γὰρ καὶ τοὺς λίαν ἰδιώτας, ἐκ μόνης τῆς παρατηρήσεως προγινώσκοντας, ὅσα γίνεται ἐκ μόνης τῆς μείζονος δυνάμεως, οἷον τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς ἁπλουστέρας τάξεως οὐκ ἐχόντα ποικιλίαν ἐκ τῶν συσχηματισμῶν τῶν ἀστέρων, καὶ τῆς τοῦ πρὸς τὸν ἥλιον. μᾶλλον δὲ καί τινα τῶν ἀλόγων ζώων προγινώσκει, ὥσπερ ἔχει ἐπὶ τῶν μεταβολῶν τῶν κατ᾽ ἔτος ὡρῶν, ἔαρος. *Sed maximè dominatur Solis virtus, vt generalior, & latiùs patens: aliæ stellæ iuuant, aut impediunt in aliquo. Et Luna quidem frequentiùs, & clariùs id facit, in coitu aut diuidua, aut orbiculata, & plena. Aliæ stellæ longiori interuallo, & minus frequēter, & obscurius apparentes, vel cùm occulūtur vel cùm adnutant, & respectant. Quæ cùm ita habeant, non tantùm ipsa mixta, stellarum cursibus obtemperant, verùm & semina cum germinant, & perficiuntur, secundùm qualitatem & affectum quem habent ad ambientem, finguntur ac efformantur. Iā enim agricolæ, & pastores diligētiores, cōtēplantes ex ventis qui spirant, tēporibus sementis faciēdæ, & admissura animalium, præsentiunt euentura. Et omnino quæ generaliora sunt, & quæ fiunt per clariores positus, ac figuras solis, Lunæ, & astrorum, ea ex sola obseruatione cognoscunt, etiam ij qui rerum naturalium scientiæ non imbuti sunt. Imò & quædam bruta animantia præsentiunt mutationes tempestatum anni, veris, æstatis, autumni hyemis, & ventorum, quarum vt plurimum sol causa est. Qui ista paulò curiosius obseruant, ante cognoscunt non tantùm simpliciora, sed ea quæ exiguam aliquam mixtionem habent, vt nautæ procellas, ventos, qui fiunt è Lunæ figuris, aut fixarum stellarum in suis decursibus ad solem aspectu. Sæpe tamen errant, quia non intelligunt tempora, loca, transitus erronum, quæ si exactè tenerent, absq́ errore iudicarent.* Quid igitur prohibet eum qui plenè norit motus Solis, Lunæ, & stellarum, tempora, loca, figuras & positus, & naturas, vires earum perspectas habere; verbi caussa, naturam solis calidam esse, Lunæ humidam; quid, inquam, prohibet, quin is cui cætera talia nota sint, naturaliter, acutè, scienter coniiciat ea, quæ ex qualitate horum omnium inter se mixtorum euentura sint; ita vt prædicere queat propriā ambientis quolibet tempore constitutionem, siue calidior, siue humidior futura sit? Quod per habitum & figuram stellarum, & lunæ ad solem præsentire potest. Vt autem tempestatum singularum ratio propria, & status à perito matheseos prædici potest, sic & de quolibet homine. Etenim ex constitutione ambientis, quo tempore quidque fit, in vniuersum sciri potest qualitas temperamenti cuiusque hominis, & dicere de eo qui nascitur, eum corpore & animo talem futurum, & quæ ei quoque tempore commoda, aut incommoda ventura sunt, cū ea ex ambiētis constitutione præuideātur. Verbi causa, quia id quod ambit tale est, adæquatū est, ac ex proportione respōdet, ac cōfert tali tēperamento; aut tale ambiēs, noxium & exitiale est tali temperamento. Quanquam autem huic arti sua certitudo est, tamen in prædictionibus peritissimi etiam interdum labi possunt, quia coniecturis tantùm nituntur, ἡ γὰρ θεωρία ἡ περὶ τὴν ποιότητα τῆς ὕλης πᾶσα στοχαστική ἐστι, καὶ οὐχ διαβεβαιωτική. Geneseon positura difficilis est, quia seminis diuersitas plurimum potest ad generis proprietatem. Videmus enim cùm idem sit ambiens, & idem horizon, vnumquodque semen dominari ad formam suo generi reddendam, vt ex homine homo, ex equo equus gignatur. Sed & loca vbi generatio fit, multa mutant. Licet enim eadem semina sint hominum, equorum, boum,

A boum, & eadem ambientis constitutio, loci diuersitas vbi quæque nascuntur, facit corpora, & animas diuersas. Vide Proclum, lib. 1. Paraphraseos in quatuor Ptolomæi libros.

CAP. VIII.

De Stellis felicibus, & infelicibus.

ASTROLOGI Stellas alias felices & salutares, alias infelices, & maleficas existimant. Propertius lib. 2.

At vos incertam mortales funeris horam
Quæritis, & qua sit mors aditura via.
B *Quæritis & cælo Phœnicum inuenta sereno,*
Quæ sit Stella homini commoda, quæque mala.

Macrobius ad lib. 1. de somnio Scip. cap. 19. *Vitam nostram præcipuè Sol & Luna moderantur. αἰσθητικὸν sentiendi natura est à sole, φυτικὸν crescendi à Luna.* Certi sunt numeri, per quos errones Soli, & Lunæ aggregantur. Epitritus, Hemiolius, Epogdous, Duplaris, Quadruplaris. Iouis stella per omnes hos numeros Soli sociatur; Veneris stella per plures, non per omnes Soli adiungitur: Luna per omnes. Hinc licet vtraque benefica credatur, Iouis tamen stella cum Sole accommodatior est; Veneris cum Luna. Atque ideò vitæ nostræ magis commodant, quasi luminibus vitæ nostræ auctoribus numerorum ratione concordes. Saturni autem, Martisque stellæ ita non habent cum luminibus competentiam, vt vel extrema numerorum linea Saturnus ad Solem, Mars aspiciat ad Lunam. Ideo minus commodi vitæ humanæ existimantur, quasi cum vitæ auctoribus aucta numerorum C ratione non iuncti. Plinius lib. 2. cap. 7. *Pars alia & fortunam pellit, astroque suo, & euentus assignat, & nascendi legibus. Semelque in omnes futuros vnquam Deo decretum; in reliquum verò otium datum. Sedere cæpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Ecce fulgurum motus, oraculorum præscita, aruspicum prædicta, atque etiam (parua dictu) in auguriis, sternutamenta, & offensiones pedum. Diuus Augustus lanum prodidit calceum præposterè inductum, quo die seditione militari penè afflictus est.* Salisberiensis lib. 11. Polycrat. cap. 12. *Mathematici sunt, qui à positione stellarum, situque firmamenti, & planetarum motu, quæ sunt ventura coniiciunt. &c. quorum & genethliaci imitantur errorem, vnde Satyricus, Nota Mathematicis genesis tua.* Iidem vno verbo horoscopi nominantur; vnde rursus.

—— Geminos Horoscope Varo
Producis genio. ——

D Longius progreditur Lucanus, & eluuiones aquarum, conflagrationes ipsius vniuersi astrorum vi effici posse arbitratur; Imò & clades, ab astris esse ait lib. 1.

—— Summo si frigida cælo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.
Si sæuus radiis Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succensusq; tuis flagrasset curribus æther.
Hi cessant ignes, tu qui flagrante minantem
Scorpion incendis cauda, chelasq; peruris,
E *Quid tantum gradiue paras? Nam mitis in alto*
Iuppiter occasu premitur, Venerisq; salubre
Sydus habet, motúque celer Cyllenius hæret.
Et cælum Mars solus habet. Cur signa meatus
Deseruere suos, mundóque obscura feruntur?
Ensiferi nimium fulget latus Orionis:
Imminet armorum rabies, ferrique potestas
Confundet ius omne manu, scelerisq; nefando
Nomen erit virtus, multosq; exibit in annos.

Amicitias & inimicitias ab astris generari plerique omnes putant. Persius,

Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Consentire dies, & ab vno sydere duci.

Noſtra vel æquali ſuſpendit tempora libra
Parca tenax veri, ſeu nata fidelibus hora,
Diuidit in geminos concordia facta duorum.
Saturnumque grauem noſtro Ioue frangimus vna.
Neſcio quod certè eſt, quod me tibi temperat aſtrum.

Horatius od. 17. lib. 2.

Seu libra, ſeu me ſcorpius adſpicit
Formidoloſus, pars violentior
Natalis horæ, ſeu tyrannus
Heſperiæ Capricornus vndæ,
Vtrumq; noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum. Te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucriſq; fati,
Tardauit alas.

Hæc illi ex Mathematicorum diſciplina canunt. Certè Cicero vim aſtrorum aliubi reſpuit, aliubi amplectitur. lib. 7. epiſt. ad famil. *Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe. Hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe.* lib. 1. de Diuina. *Quid habet Aſtrologus, cur ſtella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit, Martiſq; contraria?* Seruius, Martem & Saturnum vocat θεὺς ἀναιρετικοὺς, id eſt, *qui habent vim de medio tollendi aſpectu peſtifero.* Manilius libro 4.

Felix æquato genitus ſub pondere libræ.

quia naſcuntur amici ſub tertio trigono, Geminis, Libra, Aquario. Idem libro 2.

Quoſque dabunt chelæ, & quos dat aquarius ortus,
Vnum pectus habent, fideiq; immobile vinclum.
Magnus erit geminis amor, & concordia duplex.

Propertius libro 4. eleg. 1.

Feliceſq; Iouis ſtellæ, Martiſq; rapaces,
Et graue Saturni ſydus in omne caput.

Cicero libro de Somnio Scipion. *Deinde eſt hominum generi proſper, & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis; tum rutilus, horribiliſq; terris, quem Martem dicimus. Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, Dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta ſua luce luſtret, & compleat.* Iulius Firmicus lib. 1. cap. 4. *Sol optim. Max. qui mediam cæli partem poſſides, mens mundi atque temperies, Dux omnium & princeps, qui cæterarum ſtellarum ignes luminis tui moderatione perpetuas.* Idem libro 6. cap. 32. *Dicunt Saturnum in progreſſu nihil nocere, cùm retrogradus eſt, eſſe periculoſum, ideóque eum falcem habere in tutela, quòd & ipſa potentia nihil valet, retroacta quicquid ei occurrit, ſecat.* Plinius libro 2. cap. 8. & 18. Salutarem Iouis ſtellam eſſe ait, peſtiferam verò Saturni. Planetæ omnes, vt docet Salisberienſis, præter Solem, & Lunam, qui ſoli ſingulis contenti ſunt, duobus domiciliis gaudent, naturali ſcilicet, & accidentali. Lunæ domicilium naturale eſt Cancer, Leo Solis, Mercurij Virgo, Libra Veneris, Scorpius Martis, Sagitarius Iouis, Saturni Capricornus; quòd in iis quiſque creationis ſuæ principium habuit. Caſu verò fit, vt Saturno cedat Aquarius, Piſces Ioui, Aries Marti, Taurus Veneri, Mercurio Gemini. Si Planetarij, & Mathematici regionibus ſuis ſe tenerent, iucundiſſimum diſciplinæ ſuæ fructum caperent. Conſtellationibus illi ſuis omnia dum tribuunt, in creatoris prorumpunt iniuriam. Deinde eam conſtellatio rebus neceſſitatem indicit, vt arbitrij perimat libertatem. Quidam eò veſaniæ prolapſi ſunt, vt ex diuerſis ſtellarum poſitionibus dicant imaginem ab homine poſſe formari, quæ ſi per interualla temporum, & quadam proportionum ratione in conſtellatione ſeruata formetur, ſtellarum nutu recipiat ſpiritum vitæ, & conſulentibus vera reſpondeat. Delirant illi quidem, & à Dei cultu ad Dæmones deuoluuntur. Non eſt conſilij mei verba Matheſeos hîc omnia ſubtexere, pauca annotabo. *Conſtellationis* voce vtitur Spartian. in Vero. Iſidorus lib. 8. Origin. cap. 9. & alij. *Climacteras* item vſurpant, Gellius libro 3. cap. 10. *Pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, quos Climacteras Chaldæi appellant.* Tertullian. lib. de Idol. *Ipſa te de periculo tuo inſtrueret, quæ aliorum climacterica præcanit.* Sanct. Clemens lib. 9. Recognitionum, *Climacteras dicunt, quaſi periculi tempus in quo interdum perimatur quis, interdum non perimatur.* Polycarpus libro de geſtis Sancti Sebaſtiani,

Aut

A *Aut climacterica tibi in centro sunt nata.* Quæ neque in trigono, neque in tetragono, neque in exagono, neque ex diametro inter se opponuntur, ea dicuntur asyndera, ablepta, non iuncta, non conspicua. Centra, seu cæli cardines, sunt quatuor, *horoscopus*, seu *ortus*; *meridies*, seu *mesurantema*: *occasus* seu δύσις: *Imum* cæli, seu *hypogæum*. *Meridies* est caput, & princeps omnium cardinum. *Thema* dicitur situs astrorum. Iulius Firmicus libro 2. cap. 29. *Quicunque in Themate secundus fuerit inuentus.* Suetonius in August. cap. 29. *Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt Thema suum vulgauerit.* Firmicus libro 4. cap. 1. *Si Luna feratur ad solem, & ei se partili radiatione coniungat, in qualicunque Themate faciet periculosos, miseros.* *Genitura* item est positus astrorum, sub quo quisque nascitur. Firmicus lib. 3. cap. 1. *Ne quis putet à prudentissimis viris genituram istam sine causa esse compositam.* Spartianus in Antonino & Geta, *Seuerus gnarus genituræ.* Eutrop. in Vespasiano, fata Natalitia interpretatur. Dicitur & *Genesis.* Adhel-
B mus, de laudib. Virgin. cap. 15. Fato, & genesi gubernari futura iuxta Mathematicorum constellationem arbitratur. Capitolinus in Gordianis, *genesim* & *constellationem* ponit, vnde *Genethliaci* apud Gellium lib. 14. cap. 1. *Schema* dicitur & *Figura constellationis.* Firmic. lib. 4. cap. 9. *Lunaticos facit, si figura Lunæ, vel schema, similitudine Saturno comparetur.* lib. 7. cap. 1. *Si sol, & Luna diametra se radiatione respiciant, aut si quadrati fuerint, ita tamen vt hæc schemata in cardinibus fiant.* *Planetica sydera* vocant erratiria: erraticas stellas, errones Planetas, Gellius lib. 14. cap. 1. Censorinus cap. 13. *Septemq́; stellas inter cælum & terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur.* *Zodia* sunt signa Zodiaci. Philastrius hæresi 121. *Alia est hæresis, quæ dicit secundùm Zodia nasci homines, sicut Mathematici illi vanissimi.* *Diastemata* sunt interualla, quibus sydera inter se opponuntur. Sidonius carm. 14. epist. ad Pollemium, *Videris, vtrùm aures quorundam per imperitiam temerè mentionem centri, proportionis, Diastematum climatum, vel mœra-*
C *rum, epithalamio conducibilem non putent.* Carmine 15. vocat *Diastema quintum.*

Sic placidam Paphien seruare diastema quintum.

Mœræ sunt partes Zodiaci, quæ in meridas, moria, seu particulas diuiduntur. Ibidem Sidonius:

Terdenas tropico propè climate currere mœras.

Vnumquodque signum terdenas mœras habet. Iulius Firmicus lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 10. terdenas scilicet singulis signis partes reddens. Censorinus lib. de die natali, cap. 8. *Sunt autem hæ particulæ in vnoquoque signo tricenæ, totius verò Zodiaci numero trecentæ sexaginta: has Græci mœras cognominarunt, eo videlicet quòd Deas fatales nuncupant mœras, & hæ particulæ veluti nobis fata sunt.* Astrologi autem metiuntur astrorum aspectus ex interuallo, seu diastemate inter se. *Diametrum* oppositum vocant, quod fit in signo, quod est septimum à pri-
D mo, trigonum in quinto, quadratum in quarto, exagonum in tertio. Sidonius lib. 11. epist. 8. multa Mathematicorum vocabula commemorat. *Annum*, inquit, *mensem, diémq́; dixerunt, quos, vt verbo matheseos vtar, climactericos esset habiturus; vtpotè quibus themate oblato quasi sanguinariæ genituræ schema patuisset; quia videlicet amici nascentis anni, quemcumque clementem planeticorum syderum globum in diastemate Zodiaco propter ortus erexerat, hunc in occasu cruentis ignibus inrubescens, seu super diametro Mercurius syndetus, seu super tetragono Saturnus retrogradus, seu super centro Mars apostaticus exacerbassent.* Astrologi prætereà duodecim genituræ locos ponunt, quorum primi sunt quatuor Cardines, ac dicuntur *Centra*: quatuor secundi, qui ἀποκλίματα, vulgò *deiecti loci*, seu pigri: quatuor tertij, qui & ἐπαναφοραὶ, vulgò *succedentes.* Quatuor genituræ Centra, alij *cuspides* vocant, alij angulos; sunt autem hæc, *Horoscopus siue ortus*; secundò ὑπόγειον, siue ἀντιμεσουράνημα, quod sub terra latet, tertiò *occasus.* Quartò
E medium cælum, seu *mesuranema.* Interuallum dicitur μεζονίτερον, seu *tetragonum.* Figura enim Geneseos est quadratum. Mesuranema Ptolomæus præfert Horoscopo. Hypogæum specie minus est Horoscopo, effectu maius, vt docet Manilius lib. 2.

Proximus ast ima quanquam statione locatus,
Sustinet alternis nixum radicibus orbem,
Effectu minor in specie, sed maior in vsu,
Fundamenta tenet rerum, sensusque gubernat.

Hypogæum enim opes dare fabulantur. Horoscopum seu ortum volunt vitam, nuptias, epulas gubernare, de quo ibidem Manilius.

Tertius æquè illi pollens in parte nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sydera surgunt,
Vnde dies redit, & tempus describit in horas.

M 3 *Hinc*

Hinc inter Graias horoscopus editur vrbes:
Hic tenet arbitrium vitæ, atque hic regula morum,
Fortunamq́; dabit rebus ducetq́; per artes.

Non autem Centra tantùm ponunt, & Cardines, verùm & eorum tempora, quàm singulis quadrantibus suos ætatis gradus attribuant. Primus quadrans à medio cælo ad Horoscopum dicitur *Apelioticus*, qui Primam pueritiam continet, ac proximam ætatem pubertati. Secundus ei oppositus dicitur *Antapelioticus*, qui senectam, & annis vergentem ætatem continet, ab imoque cælo pertinet ad Occidentem. Tertius dicitur *Libycus* ab Occidente ad medium cælum, pubertatem & iuuentam Ita Ptolomæus, & Manilius. Sed vt nunquam, aut rarò, inter Astrologos conuenit, quòd ματαιοτεχνίαν, & futilem artem arguit, Demophilus, & alij plerique volunt Horoscopum significare primam ætatem; Mesuranema, seu medium cælum, mediam; occasum vltimum cardinem, qui est sub terra, mortem, dedecus & decus, quæ mortem sequuntur. Inter singulos Cardines duo signa ponunt, quæ vocant *Interualla*, quæ à parte dextra nominant *Epanaphoras*, à læua *apoclimata*. Horoscopi apoclima malum dæmonem indigetat, & anaforam. Occasus apoclima, Epicataphoram, pœnam, malam fortunam, inferni portas, laboris ianuas. Adiciant duodecim domos, & primam vocant Horoscopum οἴακα, βίον, tutelam Mercurij; secundam Typhœum, portas inferni, otiosum locum, epanaphoram: Tertiam deam, apoclima: quartam hypogæum, antimesuranema, tutelam Ditis: quintam, Dæmonia, epanaphoram: Sextam pœnam, malam fortunam, apoclima seu declinationem: Septimam, occasum, portam inferni, tutelam Veneris: octauam Typhœum, principium mortis, signum otiosum, Epicataphoram, Epanaphoram: Nonam Deum, Catomerida, Monomœria, Apoclima: Decimam, Mesuranema, tutelam Veneris: vndecimam, Bonam fortunam, Bonum Dæmonem, Epanaphoram: Duodecimam, Anaphoram, Caeodæmona, Apoclima. Quatuor igitur Cardines tutelæ quatuor Deorum assignant, Horoscopum Mercurij: Medium cælum Veneris tutelæ; imum Saturni; Occasum Diris: De quibus Manilius sub finem lib. 2.

Nunc satis est cæli partes, titulosq́; notasse,
Effectusq́; loci per se cuiusq́;, Deosq́;,
Cui parti nomen posuit, qui condidit artem
Octa topos,

Octa topon vocat, quia cùm quatuor sint cardines, singulis cardinibus duo *Topi*, seu Loci attribuantur: quorum antecedens est apoclima, sequens epanaphora. Puta, Nonus locus est apoclima Decimi, vndecimus est epanaphora eiusdem. Vulgò tamen duodecim locos numerant. Deinde duo Themata hominis præcipua instituunt, alterum genituræ, alterum fortunæ. In Themate genituræ ponunt ea, quæ ad animum & corpus pertinent: in Themate fortunæ, quæ actionum sunt, & ἐπίκληρα vocantur. *Thema* fortunæ *sortem* fortunæ vocant. Quot sunt geniturarum horoscopi, tot sunt fortunæ sortes. Eorum quæ ad corpus, & animum pertinent, Dominus est Horoscopus; Actionum & rerum extrinsecarum, Domina est sors fortuna. Sed vt nunquam inter Astrologos conuenit; alij res corporeas tribuunt Horoscopo: res quę animum spectant, Lunæ: Bona extrinseca, sorti fortunæ; actiones medio cælo assignant. Ita Hermes in Carpo. τὰ σωματικὰ τῷ ὡροσκόπῳ, τὰ ἐπίκληρα τῷ κλήρῳ τύχης, τὰ ψυχικὰ τῇ σελήνῃ, τὰς πράξεις τῷ μεσουρανήματι. Vt cùm hæc sint quatuor in nascente considerãda, tot etiam themata instituenda sint; primum eorum quæ ad corpus pertinent; alterum eorum quæ sunt extrinseca; tertium eorum, quæ animum spectant; quartum actionum. Atque vt Horoscopus eorum, quæ ad corpus pertinent Dux est; ita Sors fortunæ eorum, quæ sunt extrinseca; Luna eorum quæ animum attinent; Mesuranema actionum. Constituto themate sortis fortunæ, perinde septem stellarum sortes ducebantur, vt sors fortunæ in genitura. Sors Saturni dicitur *Nemesis*, Sors Iouis *victoria*, Martis *audacia*, Solis *bonus Dæmon*, Veneris *amor*, Mercurij *necessitas*, Lunæ, *bona fortuna*. Manilius lib. 3.

Fortunæ sors prima data est; hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuiq́; hærentia cuncta,

Denique in zodiaco duodecim domicilia seu locos ponunt. Primus est sors fortunæ, qui continet in se κτῆσιν, in bonis acquirendis, agricultionem, ædificationes: secundus, militiam & peregrinationes: tertius politicen & præfecturas: quartus ea quæ ad forum, & iura ciuilia pertinent: quintus coniugia, & affinitates: sextus mercaturam: septimus pericula:

A cula: octauus dignitates, & felicitatem: Nonus liberorum educationem, & conuersationem: Decimus statum vitæ, & munera patris familias: vndecimus, diætam, & præcepta valetudinis: Duodecimus preces & vota. Manilius lib. 3.

Post hanc militiæ locus est, qua quicquid in armis, &c.
Tertia ad vrbanos statio est numeranda labores;
Iudiciorum opus in quarta natura locauit.

Sortem verò fortunæ duplicem constituunt, Diurnam, & nocturnam. Si Sol erit in supremo hemisphærio ab Oriente per meridiem ad occidentem, erit diurna genitura; sin ab occidente per imum cælum ad orientem, erit in infimo hemisphærio; & proinde erit nocturna genitura. In diurna genitura à sole ad Lunam progrediuntur per signa consequentia initio facto ab Horoscopo. Petosiris & Necepso, ὅταν κλῆρον τύχης λαμβάνῃς, ἡμέρας μὲν ἀπὸ ἡλίου
B ἐπὶ σελήνην ἀριθμεῖ, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡροσκόπου ἐπὶ τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων ἀπόλυε. *Cùm fortunæ sortem accipies, in diurna genitura à Sole ad Lunam numera, & æqualia ab horoscopo ad sequentia signa abiice.* Recentiores Astrologi aliam rationem inierunt: Locum enim Solis à loco Lunæ detrahunt. Reliquum est distantia Solis à Luna: Quæ distantia ad Horoscopum adiecta desinit in loco Sortis fortunæ. Manilius lib. 3.

Tunc si fortè dies nascentem exceperit alma,
A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
Signorum: ortiuo totidem de cardine duces,
Quem bene partitis memorant Horoscopon astris.

Ita veteres à recentioribus corriguntur, qui si in suis rationibus peccarunt, quidni & nuperi isti Astrologi, qui veterum dictata quotidie mutant, etiam peccent, & se pòst futuris
C Mathematicis ridendos, arguendosque præbeant? Si veteres errarunt, nihil ex arte certi prædicere, nulla certa experimenta artis posteris tradere, nulla documenta potuerunt. Valeat igitur ars infidelis, & vana, quæ tota ex mendaciis, & vigilantium somniis conflata est.

M 4 IVLII

IVLII CÆS. BVLENGERI

DOCTORIS THEOLOGI,

ADVERSVS GENETHLIACOS & Mathematicos,

LIBER II.

CAPVT PRIMVM.

Diuinationem solius veri Dei esse.

QVIA Deo, qui fons est totius veritatis, plus fidei, quàm ratiunculis hominum fallacibus tribuendum est, Deum de vera futurorum præsentione loquenrem audiamus apud Isaiam, cap. 41. *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos*, cap. 44. *Ego sum Dominus faciens omnia, irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.* Apud Hierem. cap. 10. *Hæc dicit Dominus; Iuxta vias Gentium nolite discedere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.* Ecclesiast. cap. 8. *Homo ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.* Idipsum primitiuæ Ecclesiæ Patres à Deo docti arctè tenent. Concilio Bracat. 1. cap. 9. & 10. Toler. 1. in assertione fidei contra Priscillianistas, & in 2. par. Decret. cap. 26. Basil. Homil. 6. in Genes. Chrysostom. & Gregor. Magnus in cap. 2. Matthæi, damnant, & refellunt eos, qui è stella quæ Magis apparuit, vanissimæ huic arti fidem arrogare volunt; & alij plerique, quorum verba suo loco reddemus. Sed libet hic mihi rationibus aliquot auctoritatem huic arti detrahere Nemo de seipso certò statuere potest, quid in posterum facturus sit, cùm voluntas hominis non in eodem vestigio firma hæreat, sed variè commutetur, & ambulet. Multominus Astrologus definiet, quid hic, vel ille in posterum facturus sit; quò voluntatis impetus eum sit abrepturus. Deinde, si futura certò præuidisset dæmon, nunquam Iudæis auctor fuisset, vt Christum Crucifigerent, vnde tyrannidi suæ interitum fore cognouisset. Adde, quòd ipsi dæmones fatentur se res verè præsentire non posse, apud Eusebium libro sexto capite primo. Sic enim Apollo de se loquitur, κλεῖε βίην, κάρτος τε λογων, ψευδηγόρα λέξω. *Abstine vim, & robur verborum, falsa dicam, si me respondere coëgeris.* Ibidem capite 4 & lib. 5. cap. 10. scribit Oenomaum quendam multa Apollinis oracula falsi conuicisse. Fallitur autem plerunque dæmon in æstimandis iis, quæ facturi sumus; quia libertas arbitrij humani ad omnia etiam inopinata suo motu flecti potest, tum quia sæpe diuinitùs incitati, consilium & animum mutamus, & vim earum rerum, quibus constantia nostra à dæmone tentatur, perfringimus. Sæpe fit, vt quod dæmon agere constituerat, non agat, Deo prohibente. Sæpe Deus præter communem ordinem naturæ agit. Qui potuit præsentire dæmon fore vt Abraham senex è Sara effœta, & senio confecta filium susciperet; Zacharias ex Elizabetha? Sed hoc mecum seriò expende. Christiana religio vel vera est, vel falsa. Si vera, nulla vis est Astrologiæ, quam illa nullam esse testetur. Si falsa est, cùm totum pene orbem traxerit, eam tantum roboris à pollenti aliquo Sydrum positu consequutam esse necesse est. Vnde sequetur, cælum, & astrenismos pessimæ religioni robur suum adstruxisse, quod absurdum est. Deinde fidei nostræ præcipua capita iam olim per Prophetas astrologiæ rudes prænuntiata sunt. Non igitur aut à positu astrorum, qui nunc est, pendent; aut ex eo qui olim fuit, esse, aut cognosci potuerunt. Adde, quòd si omnia ex astrorum situ pendent, omnia

A omnia necessariò fieri oportet, vt nullus sit arbitrio hominis locus, vt Eusebius lib. 6. præparat. cap 9. ostendit. Ideò meritò Ecclesia iam olim Mathematicos damnauit. S. Epiphanius lib de ponderibus, & mensuris scribit, Aquilam Ponticum Scripturæ interpretem, piorum communione motum, quòd mathematicis artibus studeret. Vide S. Augustinum sub finem enarrationis Psalm. 61. Multa sunt præterea, quibus homines cuiusque loci, ac fortis, si quid sapiunt, aut aliquem Dei sensum habent, ab omni diuinationis genere deterreri debeant. Primum quidem, quòd nihil ad dissuendas amicitias, & humani generis societatem labefactandam fraudulentis illis vaticinationibus efficacius est. Quam enim animi quietem experietur is, cui vel vxoris, vel liberorum, aut familiarium insidiis pereundum esse Astrologus denunciarit; qui eo se sydere natum didicerit, vt vel ipse, vel filij in furcam agantur; cuius vxor, & filiæ publicæ libidinis victimæ futuræ sint, aut for-
B nices, aut lupanaria infessuræ? An pater filio bene cupiet, quem ex adultera genitum, aut familiæ suæ pestem, ac perniciem futurum Mathematicus pronunciarit? Maiorum nostrorum memoria Guido Maltrauersus Comes Patauinus Nicolaum filium odio plusquàm Vatiniano insectatus est, quòd eum Iambonus Planetarius in exitium patriæ natum prædixerat. Quo animo Alexander Medices in propinquos omnes esse potuit, à quibus sibi necem afferendam esse de Basilio Mathematico didicerat? Adde, quòd ad turbas in Republica faciendas, cædes patrandas, omnia diuina, humanaque iura miscenda, nihil illis diuinationibus opportunius est: cùm & Principes, quibus periculum à subditis per Mathematicos denunciatur, in omnium capita passim grassentur; & ij, qui se regia genesi natos didicerunt, per incendia, per cædes, per intestina dissidia viam sibi ad Imperium sternant. Galbam Otho vergentem annis Imperatorem Reipublicæ salutarem, vrgentibus
C Mathematicis, de Imperij, & vitæ statu deiecit, narrante Tacito. Alphonsum Hispaniæ Regem octauum Abeldelmenus figuli cuiusdam filius Pauli Monachi Astrologi vaticinatione ad spem Imperij erectus, de summa rerum flagitiosè deuoluit, & præcisis manibus in Chersonesum relegauit. Quot viri nobiles, Tiberij, Caligulæ, Claudij, Neronis, Domitiani, Imperatorum gladiis per summum scelus succubuerunt, quia genesim Imperatoriam habere dicebantur? Valens ob Alectryomantiam quantum sanguinis fudit, cùm eius nomen, qui sibi in Imperium successurus esset, à quinque literis Theod, incipere didicisset? Omnes passim Theodori, Theodoriti, Theodoti, Theodosij indicta causa iugulabantur, vt vaticinio fraus fieret. Non modò autem Astrologi ciuitatibus, Rebuspublicis, regnis, & Imperiis sunt exitiales, verumetiam fidei Christianæ fundamenta suffodiunt. Anno salutis receptæ 1465. Abram quidam Iudæus matheseos peritus repertus est,
D qui ex coniunctione Iouis & Saturni in signo Piscium Iudæis Messiam id temporis pollicetetur, ratus astrorum efficientia, non Dei misericordia Seruatorem humani generis in lucem exiturum. Lemlæus itidem Iudæus Astrologiæ nomine clarus, anno 1500. ex syderum positu, aspectuque tam asseueranter Messiam aduentare denuntiauit, vt Iudæi passim domos euerterent, quasi anno insequenti reditus Hierosolymam certus ac indubitatus esset. Vide, obsecro, quantum à vero Mathematici oblandant, qui sex tantùm religiones in hoc vniuerso esse posse confirment, quòd stella Iouis Religionum effectrix vna tantummodò sit, quæ cum sex planetis variè coniuncta sex solùm Religiones producere possit. Mendacium impudens, & absurdum. Cui obscurum esse potest hodieque variis locis supra centum Religionum sectas infinitis ritibus, ac cerimoniis dissidentes reperiri? Astrologi Arabes, Christi fidem, ac cultum à Deo sanctissimè institu-
E tum, referunt in eum schematismum, qui fuit parte sexta Arietis sexto ante Christi natalem anno; aut in illum, qui in postrema Cancri parte vigintisex ante Christum natum annis conuenerat. Sed recognosce mecum, & damna sacrilegium Cardani, lib. de supplemento Almanachi, cap. 22. statuentis, legem Iudaicam à Saturno esse, Christianam à Ioue, & Mercurio, Mahometæ à Sole, & Marte, ex æquo dominantibus, quorum alter iustitiam, alter sæuitiam infundat; idololatriam à Luna, & Marte: quo quid indignius, quid flagitiosius dici, aut cogitari potest? Valeant igitur æruscatores isti, vt cum Fauorino loquar, ex mendaciis cibum, quæstumque captantes: & cùm in re omnium maxima, sanctissimaque delirent, in minimis etiam repudientur.

Quibus

A

CAP. II.

Quibus argumentis Astrologi se tueantur.

GENETHLIACI promptum sibi esse volunt, vt certò notent, quo quisque sydere, quóve cæli positu natus sit, aut conceptus; & quo ingenio, qua indole animi futurus sit. Cùm enim ingenium, ac indoles temperamentum sequatur, vt docet Aristoteles libro de Physiognom. & vt plurimùm homines naturæ impetu, ac propensione se ferri patiantur, quæ humorum quasi alumna sit, consentaneum esse aiunt, vt ex temperamenti obseruatione facilè mores, & ingenium deprehendant. Quibus respondeo, irritum, ac ridiculum esse eorum augurium; cùm materiæ dispositio, virtus formatrix à parentibus simul cum humido primogenio deriuata, institutio, assuetudo, maius ad mores, & indolem pondus, quàm astrorum situs afferant. Libertas homini insita in vtramque partem animum flectit, canente Poëta: B

Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.

Ingenia hominum, quasi stirpes, si cultu domentur, facilè

Exuerint siluestrem animum, cultúque frequenti
In quascumque voces artes, non tarda sequentur.
Cultus humum quondam Cerealia pendere iussit
Munera, mordaces interiere rubi.
Cultus & in dumis succos emendat acerbos,
Fissáque adoptiuas accipit arbor opes.
Quàm falsò accusant superos, stultique queruntur
Mortales, etenim nostrorum causa malorum
Nos sumus, & sua quemque magis vecordia lædit.

C

Alio nos telo petunt Planetarij, aiuntque, Physiognomicos ex lineamentis manuum, ex vultu, & totius corporis figura, velut è signis quibusdam à cælo impressis ingenium, ac indolem cuiusque perspectam habere, narrante Aristotele in Physiognomicis, *Iustiúsque esse, ac vero similius, vt Astrologi longè certius ex astrorum positu hominum propensionem, animique mores deducent.* Respondemus, lineamenta manuum, & totius oris conformationem, ac temperamentum corporis subindicare; ex quo tamen de futuris contingentibus nihil li quidò possis augurari. Tertia petitio, qua verum oppugnant, est ab experimentis, quibus maximè Astrologi nituntur, & oppidò triumphant: ostendunt enim longo vsu se didicisse, cos nasci Reges, quos Capricornus benignè aspexerit; quos Aquarius, piscatores; quos Mercurius, mensularios; quos Orion, venatores; quos Mars, percussores. Item ascendente Geminorum sydere, & Saturno, Mercurióque sub Aquario iunctis, in nona cæli plaga, nasci vates. Quibus Saturnus in Leone nascentibus affulserit, eos varijs calamitatibus iactatum iri. Respondeo, in Getulia nullos esse piscatores, vbi tamen Aquarius splendet. In Gallia, Hispania, Britannia, multos sub Capricorno genitos, in singulis tamen regnis singulos esse Reges. Nullos esse vates in Scythia illa barbara, & Brasilea, vbi omnes penè grassatores, prædatores, sicarij, cùm plerique eorum sub Mercurio, Venere, Sole, & aliis minoribus astris nati sint. Amazones omnes sub Marte genesin non habuerunt, & tamen bellatrices omnes fuerunt; viri earum sub Marte nati ad calathum, & fusum damnati sunt. Aliam hastam iniiciunt Astrologi, & Apollinem, Serapidem, Amphiaraum, Trophonium, Iouem Dodonæum ex tripode multa de futuris contingentibus verè pronunciasse afferunt. Respondeo, Dæmonum responsa fallacia in ambiguum implicita, mendacia obliqua fuisse. Dæmones tamen interdum per sanctos Angelos Deo arbitrante futura didicisse, quæ hominibus aperuerint. Occulta diuinæ prouidentiæ dispositio, vt S. Augustinus ait lib. 4. Confess. cap. 3. aliquando cæcas hominum mentes ignoto quodam instinctu sic agitat, vt nescientes proferant, quæ consulentes, vel ex eorum meritis, vel ex abysso iusti iudicij Dei oporteat audire. Idem lib. 5. de Ciuit. cap. 7. *Non immeritò creditur, cùm Astrologi mirabiliter multa vera respondent, occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est, has falsas, & noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus; at firmare non horoscopi notati, atque inspecti arte, quæ nulla est.*

D

E

Quid

A

CAP. III.

Quid Astrologi certò prædicere poßint.

ASTROLOGI ex Astrorum positu futura contingentia denuntiare non possunt. Sed ea tantùm quæ certo, ratóque naturæ ordine eueniunt. Itaque syderum omnium ortus, obitus, aspectus, defectiones, eclipses ex artis instituto prædicere possunt, cæteràque omnia, quæ à cælestium orbium motibus pendent; quos æquabili, & stato ordine fieri fatemur. Imò & morbos, frigora, tempestates, sterilitates, pluuias, ariditatem, terræ motus, aliáque talia naturæ effecta, quæ infra Lunam è cælestium orbium de-
B fluxu magnā partem eueniunt, autumare, non certò præsentire possunt: quia per difficile est omnium syderum, à quibus eiusmodi euenta inhiberi queunt, vim & efficientiam ex-
ploratam habere, maximè cùm de numero cælestium orbium, & dignitate, de motuum varietate, & proportione inter eos non conueniat. Adde quòd, vt Auicenna docet, eiusmodi euenta non à cælo tantùm, sed maximè à proximis causis pendent: quia diuersi sunt terrarum situs, & innata cuique regioni temperies. Consule Astrologorum Ephemerides, rarò eos scopum attingere reperies, maximè vbi ad certam horam, aut diem res exigitur. Quæ verò casu eueniunt, aut ab humana voluntate pendent, ea irrito ictu Planetarij aucupantur: quia corpora cælestia in intellectum & voluntatem directo, aut necessario motu nihil influunt. Deinde, quia hæc euenta talem nacta sunt causam, qualia ipsa sunt, cum causæ, & effecta sibi mutuò respondeant. Quare sicut ipsa casu eueniunt, ita
C causas ancipites, indefinitas, & contingentes habent. Vt enim necessariis effectis sunt necessariæ causæ, ita contingentibus contingentes. Omne signum materia constans, vel est eius effectus, cuius signum est, vt fumus ignis, quem indicat, effectus est; vel signum & effectus ab eadem causa manant, atque ita sese mutuò indicant: quia id quod ostendit causam, consecutione quadam effectum prodit, quomodò Iris serenum portendit, quia causa Iridis, eadem sereni ac sudi causa est. Motus autem aut situs corporum cælestium nequeunt effecta esse futurorum contingentium, neque iidem motus, & effecta eorum ad aliquam superiorem causam materiatam sibi communem referri possunt, cùm eiusmodi causa nulla sit, & corpora cælestia supremum locum obtineant inter agentia, quæ materia constant: vnde liquidò apparet contingentes effectus, ac liberos ab astris pendere non posse. Adde, quòd Astrologi mille & viginti duas stellas non plures numerant, quæ om-
D nes vel sunt efficaces, vel inefficaces. Si efficaces, qui fieri potest, vt in huius, vel illius genesi earū omnium efficientiam notent; aut sciant, quam ex vario positu, & aspectu vim sibi inter se addant, aut detrahant? Si sunt inefficaces, valeant Astrologi, & aliam quercum excutiant. Quæres, quid causæ sit, cur vaticinia, quibus Augusto, & aliis Principibus Imperium denuntiatum est, vera fuerint: cur nostro æuo Nostradamus in Prouincia Narbonensi tot oracula certæ fidei fuderit, & literis mandarit? Respondebo, eius rei multas causas afferri posse: quarum prima hæc est, quòd in tanta eorum, quæ temerè, ac nullo certo argumēto effutiunt multitudine, fieri non potest, quin verè aliquid nō iudicio, & arte; sed casu, & fortuna interdum prædicant. Sed verum vnum Vaticinium, cui forte respondit euentus, mille fœdissimis mendaciis onerant. Quod autem in Theagenis vaticinio proram, puppimque suæ artis ponunt, qui Augusto Imperium denuntiauit apud Suetonium
E quod Capricornum pro horoscopo haberet, ipsum Germanicus Cæsar in Anecdotis d Capricorno ostendit, his verbis:

Hic Auguste tuum genitali corpore numen
Attonitus inter gentes, patriamq́, parentem,
In cælum tulit, & maternis intulit astris.

Apud Suetonium, natus est Augustus nono Kalend. Octob. paulò ante solis exortum. September antiquus, vt Iosephus Scaliger ostendit, Romæ incidebat in Iulium nostrum. Si igitur Augustus natus Oriente sole, vt vult Suetonius: ergo natus horoscopante Cancro. Falsum igitur horoscopante Capricorno eum editum. Si Capricorno horoscopante editus est, vt vult Germanicus, qui Aratea sua Augusto dicauit; ergo falsum dixerit Suetonius, natum Oriente sole. Aut Suetonius hallucinatus est, aut Theagenes, & post ipsum Augustus, & Germanicus. Ruit igitur in hoc Theagenis vaticinio Matheseos fides, vt Thea-

vt Theagenem non ex astrorum positu, sed aliunde Imperium Augusto denuntiasse oporteat, qui perperam thema Augusti posuerit, aut cui potius Augustus perperam indicarit. Sed quomodò Agrippa, & Augustus potuerunt tempus genituratum suarum edere in tanta perturbatione anni Romani, qui quoties intercalatum sit, à natalibus suis ad cædem Cæsaris omninò nesciebant? Ne ipsos quidem Pontifices puto, qui non ex præscripto, sed ad libidinem intercalabant, potuisse asseuerare in viginti annis, quoties, & quando intercalatum fuisset. Sed hæc ad vanitatem artis ostendendam sufficiunt. Certè Cardanus libro de Iudiciis cap. 6. Mathematicos mendacibus vaticiniis astrologiæ fidem detrahere ait his verbis: *Ex quadraginta rebus, quæ ab astrologis celeberrimis prædicuntur, vix decem eueniunt.* Ego verò vix vnam vaticinio respõdere affirmarim. Altera causa vaframentis astrologorum tribuenda est, qui geneses ita cõstituere, ita ex iis vaticinari solent, vt quicquid euenerit, prædictum putes: quia generatim & indefinitè pronũtiant. Quare Cardanus sect. 1. Aphoris. 3. *Cùm artes*, inquit, *quæ propriis subiectis inhærent, nihil certi de futuris polliceri possint, astrologus nunquam absolutè quidquam de futuris pronuntiare debet.* Generalia autem cùm in varia trahi possint, nihil mirum est, si Genethliaci vera interdum denuntient. Adde, quòd suis vaticiniis tot conditiones apponunt, vt si res fortè non successerit, habeãt quo mendacium tegant. Inuenies, inquiunt, thesaurum, si veneris ad eam ætatem, qua thesaurum astra pollicentur: suscipies liberos, si vxor fuerit fœcunda; & tu vir validus ac noxia liber: conualesces è morbo, si medicum scientem, & amicum adhibueris. ô præclara vaticinia. Quis è vulgo sine astrorum scientia eiusmodi prædictiones certò fundere non possit? Ioanni Menardo Ferrariensi Medico prædixerat Astrologus in fouea periturum; exinde Medicus vitare omnes foueas, obseruare omnes scrobes, donec ducta vxore nimia venere extinctus est: in quem Paulus Iouius styli aculeum strinxit hoc epigrammate.

In fouea qui te periturum dixit Aruspex,
Vates verus erat; coniugis illa fuit.

In Nostradamum alius eleganter lusit hoc carmine.

Nostra damus, cùm verba damus: nam fallere nostrum est:
Et cùm verba damus, nil nisi nostra damus.

O isti, si futura ex astris præsentitis, quin disertè omnia sine fuco & fallaciis enuntiatis? Quid in re clara opus est verborum inuolucris? Tertia causa est, quòd Astrologi eorum, de quibus iudicant, temperamentum, ingenium, corporis habitum, opes, consilia, studia, instituta, propensiones, & alia id genus acutè & sedulò explorãt, ex quibus sua vaticinia coagmentent; furi crucem, ganeoni morbos, aleatori bonorum naufragium; Cardinali primariæ auctoritatis, & prudentiæ Pontificatum denuntiant. Adde, quòd plerique omnes Astrologi artes vetitas adhibent, dæmonum fraudes admouent; qui, vt mira sagacitate valent, res futuras longè certiùs quàm Astrologi subodorantur. Certum est, Plotinum, Porphyrium, Iamblicum, Proclum, & alios nobiles Mathematicos, tacita cum nequam illis geniis consilia coiisse, & plura de illis, quàm de astris didicisse. Quod docet Sanct. Augustinus lib. 5. de Ciuitate cap. vlt. in hæc verba, *Non immeritò creditur, cùm Astrologi multa verarespondent, occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est, has falsas opiniones de astralibus fatis inserere mentibus humanis, atque firmare; non horoscopi notati atque inspecti aliqua arte, quæ nulla est.* Quod idem asserit lib. 2. de doct. Christiana cap. 22.

CAP. IV.

An à syderibus fortuna pendeat.

IVVENALIS ex vulgari sui sæculi sensu dixit,

Sydera te excipient modo primos incipientem
Edere vagitus. Quid Tullius, anne aliud quam
Sydus, & arcani miranda potentia fati?

Miror eam opinionem in hominum animos irrepsisse, cùm contraria contrariorum causas esse non posse fateantur. Quid magis contrarium rato certóque astrorum motui, quàm incertæ, ac instabiles fortunæ vices? Quid fortunæ varietate inconstantius? Quid astrorum vertigine, ac motu constantius? Quis igitur furor, ea quæ temerè & fortunæ volubilitate fiunt, cæli, astrorumque definitis ac ratis cursibus adscribere? Nihilominus Genethliaci quatuor

A quatuor, aut plures Planetas in suis dignitatibus constitutos prospera omnia spondere, totidem in suis deiectionibus aduersa omnia indicare contendunt. Nos verò experimentis docti effata hæc astrologorum falsi meritò damnamus, cùm Sfortia Mediolanensis Dux natus anno 1451. die 5. Augusti, in genesi habuerit Solem in gradu decimonono Leonis, minuto vicesimo, Iouem in Piscibus, Venerem in Libra, Martem in Ariete, Saturnum in Libra, id est, quinque Planetas in dignitatibus suis: & tamen is toto vitæ tempore omnibus aduersæ fortunæ procellis iactatus sit; Contra Franciscus Sfortia, Ludouici filius, natus anno 1495. die 3. Februarij, nullum Planetam præter Martem in sua dignitate habuerit: & tamen secunda prosperæ fortunæ aura subuectus, omnia quæ pater amiserat, Caroli V. auspiciis reciperarit. Plurima alia exempla & experimenta contra hæc Astrologorum effata apud Sixtum ab Hemminga leges. Cùm autem in multis peccent Planetarij, tum in B hoc vel maximè, quòd cùm eos punctum natiuitatis fugiat, quod vix vmquam, quæcunque tandem diligentia adhibeatur, deprehendi potest, illud ex iis quæ homini accidunt restituere, & æstimatas, quas vocant, genituras ad veram geneseos fidem redigere se falsò gloriantur.

Ante leues etenim pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces.

Quàm fugientem, & vagam genesim in suum domicilium retrahant. Illi tamen tempore morbi, aut periculi eius, de quo quærunt, obseruandum esse locum Martis, aut Saturni, aut vtriusque contendunt. Quod si eorum alter vel vterque repertus fuerit in eodem gradu, in quo existimata genitura est horoscopus, ritè natalem horam obseruatam fuisse putant: sin autem Saturni, aut Martis locus longè ab eo gradu absit, qui censetur horoscopus, falsò renuntiatam genituram esse defendunt. Relictóque priori horoscopo, locum, C quem tempore morbi, aut periculi Martis, aut Saturni errones insident, vel aliqua irradiatione attingunt, pro natalitio astro sumunt. Quò fit, vt si in existimata genitura gradus vicesimus Virginis censeatur horoscopus, Mars verò tempore mortis non in vicesimo, sed in decimoseptimo gradu Virginis reperiatur, is gradus verus horoscopus habeatur. Leouitius hanc restituendi horoscopi rationem ad omnes Planetas pertinere putat. Mendosè. Nam cùm alij per Aminodar, alij per trutinam Hermetis horoscopum restituendum censeant; hæc diuersa sententiarum fluctuatio fidem arti derogat. Deinde constat, maleficos Planetas sæpius transgressos horoscopum, eiusque triangula, & quadrata, consentientibus etiam annorum initiis sine vllo effectu. Quod pluribus exemplis Sixtus ab Hemminga testatum facit. His adde, quòd Genethliaci profitentur, non omnia quæ hominibus acciD dunt, ab astris proficisci, sed pleráque à liberis, aut proximis causis; nec vllo discrimine internosci posse ea, quæ ab Astris aut proximis causis fluunt; vnde sequitur, nullam Genethliacis rationem relictam esse, quâ fugientem, ignotamque genituram è casibus, qui toto vitæ decursu contingunt, natalibus reddant, & in verum geneseos punctum restituãt. Quod magnam & exitialem arti genethliacæ iniicit securim, quæ ex ignotis astris de futuris euentis vaticinari audet, & ex incertis euentis natalitia astra deprehendere conatur. Quo enim modo ars certa ex euentis notari potuit, quæ ex stellis futuros euentus prænuntiet, cùm non constet, qui effectus à proximis causis, qui à natalitiis syderibus oriantur? Cardanus enim libro de tempor. & mot. errat. restit. ca. 11. fatetur plurimos euentus, maximè verò eos qui à libero voluntatis motu pendent, ab astris & cælo arcessendos non esse. Quasi verò astra mihi hunc animi motum iniiciant, vt ludo, vel literis, ambulationi, E aut compotationi, hoc vel illo tempore animum adiiciam? Ridicula hæc sunt & anilibus figmentis similia. Quid quòd euentus sæpe inter se non consentiunt; sed vnus hunc, alius alium horoscopum exposcit? Quod in genesi Caroli V. Germaniæ Imperatoris peritissimi Astrologi obseruarunt. Qua de re consule Sixtum ab Hemminga Frisium rei Astrologicæ scientissimum virum.

A

CAP. V.

De vita, morte, & moribus, certi nihil ex Astris prædici posse.

PLANETARII vaticinia omnia, quæ de morte, & vita fundũt, ex directionibus Significatorum vitæ ad Promissores eiusdem petunt. Tres autem in vniuersum vitæ Significatores constituunt, Solem, Lunam, Horoscopum; nonnulli Sortem addunt, siue partem Fortunæ, & Dominum horum locorum: Sed cùm nullam certam legem habeant, qua Significatorem Promissorémque vitæ deligant, quis non videt eorum iudicia de morte, & vita nullis principiis stare, nullis experimentis fulciri? Imò & directiones, quas illi ominosas, & inauspicatas autumant, plerunque sine B noxa transeunt: quas minus diras existimant, illæ pestiferæ sunt, & lethales. Si autem directiones, & reuolutiones mortiferæ, ac lethales eos fugiunt, temerè & cæco ictu de vita & morte vaticinantur. Cuius rei clarissima sunt exempla in genituris Henrici VIII. Angliæ, Henrici II. Galliæ Regum, & aliis plerisque, quas Leouitius, Cardanus & Gauricus recensent. Sæpe fit vt multi sine manifestis directionum & reuolutionum causis, mortem oppetant; sæpe factum, vt ingens hominum numerus id temporis excederet, quo nulla directio, vel reuolutio suspectabatur, neque vlla Solis, aut Lunæ inauspicata defectio præcesserat, neque initium anni maleficorum syderum aspectus fœdarunt. Plerique morte violenta sublati sunt, quibus astra quietum, ac naturale mortis genus pollicebantur: plurimi naturali, quibus vim & crucem astra minabantur; vt in tanta inconstantia nihil habeant C Astrologi, vnde vaticinia sua firment. Henrico II. Christianissimo Regi Cardanus felicem senectam, & quietum, ac naturale mortis genus spoponderat; qui hastæ fragmento equestri certamine oppetiit. Francisco II. Henrici II. filio vitam ab anno 1562. vsque ad annum 1571. inoffenso itinere euntem denuntiarant, quem rapuit annus 1560. Ita omnes in Caroli IX. Galliæ Regis, Isabellæ Valesiæ Philippi Regis Hispaniæ vxoris, in Petri Aloysij Placentiæ Ducis morte, & innumeris aliis falsa pronuntiarunt. Eant nunc Genethliaci, & nobis suas directiones, & reuolutiones obtrudant, quibus nihil vanius, aut fallacius esse compertum est. Noli existimare, eos in moribus, honoribus, dignitatibus, & aliis vitæ officiis quàm in vita & morte diiudicandis certiores, aut credibiliores esse: in omnibus cæcutiunt, & à vero, & arte destituuntur, quæ verum ipsa destituit, aut potius euertit. Ptolomæus lib. 4. de Iudic. cap. 3. Quæ ad dignitatem pertinent, & hanc beatitudinis partem à luminum statu, & satellitum astrorum accipimus. Nam si in masculinis signis ambo D luminaria, & in angulis, siue alterum horum quinque erronibus stipatum, erga solem quidem matutinis; vespertinis verò erga Lunam, Reges erunt, qui nascentur. Quod Cardanus adeò certum esse ait, vt mendici filius si hoc syderum positu nascatur, eum ad Regnum amplum & opulentum, cuiusmodi sunt regna Galliæ & Hispaniæ, non tantùm euehendum, sed etiam ei stabilem, ac diuturnam regni vsuram fore dicat. Quibus verò id experimentis asseris, Cardane? Quibus exemplis, aut testibus firmas? Si secus euenire certis exemplis vinco, cui te mulctæ obnoxium esse pateris? Quis vnquam feliciori astrorum positu natus est, quàm Franciscus II. Galliæ Rex, de quo præcipui nominis Astrologi magna omnia, & diuturna portenderant; qui tamen in ipso iuuentutis flore immatura morte languens auriculari morbo præreptus est? Eo ipso tempore, quo Franciscus II. in lucem prodiit, ab ingressu Solis in Aquarium signum masculinum vsque ad ingressum in Pisces, tri- E ginta totis diebus planetæ omnes orientales Soli fuêre; Lunáque intereà plura signa masculina peragrauit. Quot id temporis in Gallia, Hispania, Germania pueros natos esse putas, quibus regna tam auspicato syderum positu ex tua disciplina debebantur; qui tamen in mẽdicitate, & summis rei domesticæ angustiis consenuerunt? Quot pueri nati sunt infausto syderum schemate, vt vos interpretamini, qui tamen ad Regna & Principatus euecti sunt? In Francisci Valesij Ducis Engolismensis genesi nusquam Sol, aut Luna stipati quinque erronibus in masculinis signis, aut angulis reperti. In Isabellæ Henrici VIII. Angliæ Regis filiæ genitura, quam tu, Cardane, diligenter annotasti, nusquam Sol quinque erronum comitatu septus, aut Luna in angulis fuit: & tamen vterque florentissima regna pacificè tenuêre. Quare subtiliores Astrologi Ptolomæi placita fluxæ fidei esse animaduertentes, vt labenti arti succurrerent, ad angulos, & masculina signa, exaltationes, receptiones, domicilia,

A cilia, & alia huius generis ludibria addiderunt; quæ tamen omnia in irritum abiêre. Discurre, Cardane, per eas genituras, quas ipse studiosè composuisti; agnosces ex euentis, quàm diuersus à vero abieris. In genesi Pauli II. Pontificis Sol est in deiectione sua, in Aquario, in opposito Saturni, in termino Martis; Luna peregrina in Piscibus; in termino Martis in octaua domo; Venus Domina medij cæli, in sextili Lunæ, in Capricorno posita peregrina, in cadenti cæli loco, in termino Saturni. Cauda Draconis, in medio cæli: quo verò tempore Pontifex renuntiatus est, anno 1464. medium cælum peruenerat directione ad gradum decimumnonum, minutum secundum Geminorum, in quem nulli cadunt radij beneficiorum: Reuolutione peruenerat ad gradum vicesimum, minutum quadragesimum sextum Piscium: Quî ex hoc positu syderum ei summum Sacerdotij apicem portendere potuisti, ex quo vel deiectio, vel certè mediocritas honorum colligitur? In genituris B Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. Clementis VII. Pauli III. Iulij III. Marcelli II. Pauli V. natalitia sydera tam longè fuêre ab illo dignitatum fastigio, vt alia omnia potius portendi viderentur. Quid ad hæc tu, Cardane, dicturus es, nisi omnes Astrologorum prædictiones esse paleatum cassa, vitrea fracta, gurguliunculos minutos? Verba tua sunt genitura quadragesimaseptima de Leone X. *Sol existens in constellatione trium fixarum, cùm perueniit ad Iouis locum, & Iouis quadratum ad cæli medium, quod est cor, dedit Pontificiam maximam dignitatem.* Quæ pietas, aut religio in te est, Cardane, qui syderibus adscribis, quæ soli Deo adscribenda sunt, à quo solo in fructum Ecclesiæ Pontifices constituuntur? Sed tu artis tuæ ludibria sequutus, Iouem facis Religionum auctorem, & pro vario cum erronibus congressu varias Religiones suscitare contendis. Ita Albumazar Mahumetæ superstitionem concursui Iouis & Saturni in Scorpione; Christi fidem magnæ cuidam coniunctioni, quæ C in Leone sub Christo contigit, assignat. Tu ipse in hæc delitamenta erupisti octaua genitura, cùm diceres: Christianam legem fouet igneus trigonus, Mahumetæ aqueus. Idem genitura vndecima, Lutheri sectam propter spicam Virginis inualuisse ais, quam quia Martem admixtum habet, & caudam, infinita capita reddere defendis. Hæc est tua pietas, Cardane; sic Christianum agis, vt ab astris, non à Deo verum Dei cultum instillari; à stellis, non à Dæmone sectas impias, & profanas excudi, ac disseminari contendas. Sed ad Pontifices redeamus, qui cùm omnium purpuratorum Patrum suffragiis renuntiantur, fierine potest, vt ex vnius genesi, quis ad eum gradum promouendus sit, intelligatur, nisi omnium qui ad eandem dignitatem aspirant, natalitia astra consulantur, vt cuius auspicatior fuerit genitura, ei pontificatus attribuatur? Sed valeant genituræ, & longè facessant in iis, quæ solo Dei nutu temperantur. Scribis ipse in genitura Caroli V. ex natalitiis astris D nihil posse de Imperatorum, aut Regum publicis negotiis decerni; sed ea pendere ex Regnorum & statuum stellis: solùm coniecturam fieri posse de vita priuata, de temperamento corporis, de valetudine, de prudentia, & consilio. At Pontificatus non pertinet ad vitam priuatam, sed ad fidei Christianæ gubernationem. Age verò, quot putas Pontifices id temporis ad summũ Sacerdotium assumptos, quo nulla directio, nulla reuolutio ad amplissimã dignitatẽ aditum aperiebat? Quot id tẽporis repulsam passos, quo directiones, & reuolutiones spem dignitatis faciebant? Ex tuo ipsius calculo sydera Iulium II. potiùs, quàm Pium III. Alexandro VI. substituebant: & tamen contra sydera fidem, Pius III. successit. Si ad te deruleto genesin ab humana omni coniectura subductam, quam solis astris constitui oporteat, Genethliacus, quòd maximè abominor, fiam; si mihi certò dixeris partus ne ille mas sit, an fœmina; viuus, an mortuus; Christianus, an Iudæus; Clericus, an Laicus: E Diaconus, an Sacerdos. Et adhuc mihi tuas reuolutiones, exaltationes, deiectiones cum aliis sexcentis deliramentis obtrudes, à quibus Socrates, Plato, Aristoteles, Galenus, Hippocrates, nostra ætate Clauius, Sixtus ab Hemminga, & quotquot alij viri eruditione & sapientia clari sunt, vno animo abhorruerunt.

CAP. VI.

De Monomœriis Ægyptiacis, & Antisciis.

Ægyptii Monomœriarum ascendentes in singulis signis cum significationibus, & Decanis suis posuerunt, & Monomœrias ad singulos gradus decanorum retulerunt. In Ariete primum Decanum ponunt, quem Martis esse volunt, &

Asinan Martis appellant. In primo gradu vir est dextra falcem tenens, sinistra balistam: A *Natus*, inquiunt, *laborabit, aliquando bella geret*. In secundo, vir capite canino, dextra protensa, læua baculum gerens: *Natus*, inquiunt, *rixosus erit*, *& inuidus*. In tertio, vir dextra ostendens varia mundi, sinistra zonæ apposita: *Natus*, inquiunt, *pacis amator erit*. Quæro de te, Mathematice, an soli viri sub gradibus istis nati militiæ onera subituri sint, an illa syderis necessitate fœminæ solutæ sint? An agricolæ bellorum præcipui hostes illis astrorum legibus illigentur? Sed in his Monomœriis, quia ridiculæ sunt, diutiùs immorari pudet. Audiamus Ferdarias Lunæ, ex quibus Ptolomæus longæuitatem aucupatur. Anatole, siue exortus Lunæ septuagintaocto annos vitæ pollicetur, si ea in aliquo signo zodiaci fuerit. μεσουράνημα, seu Luna medium cælum obtinens, septuagintaquinque: occasus, seu δύσις, septuagintasex: Hypogæum, vnum & sexaginta: declinatio, seu ἀπόκλιμα μεσουρανήματος, sexagintaocto: relatio, seu ἐπαναφορὰ hypogæi, sexagintatres: relatio mesuranematis, B septuagintaseptem: declinatio hypogæi, quinquaginta: relatio ortus, vigintitres: relatio occasus, tredecim: declinatio occasus, duodecim. Sapiens Abenesra & Lunæ, & Planetarum Ferdarias, in quibus Ptolomæus artis fastigium reposuit, ludificatur, & alia via in longæuitate definienda ingreditur. Ab hoc Cardanus longissimè recedit, & in suis reuolutionibus omne punctum artis positum esse ait, quæ cùm veteribus ignotæ fuerint, artem matheseos ignotam iisdem fuisse necesse est. Sed videte, quæ ratio mouerit Ptolomæum, vt Lunæ medium cælum obtinenti, quod μεσουράνημα vocat, principatum dederit: *Quia*, inquit, ἀναλογεῖ τῇ κεφαλῇ, quia mesuranema respondet capiti. Caput autem in homine omnium partium principium est. Quid audio, Ptolomæe, Luna medium cælum obtinens respondet capiti, quod partium hominis principium est? Valeat igitur Aristoteles cum corde, Galenus cum hepate, quorum ille Cor, hic Hepar reliquarum corporis partium C principium esse asserit. Sed plura de hoc argumento infrà subiiciemus. Iam expendamus, quæ sint Astrologorum Antiscia, quæ signa audiant, quæ videant, quæ imperent, quæ obediant, quæ oderint, quæ ament. Ptolomæus vires signorum dupliciter accipi ait, κατὰ σχηματισμόν τινα, *per configurationem quamdam*, aut καθ' ὁμοίωσιν, *secundùm similitudinem*. ὁμοίωσις ἰσοδυναμία ἐστὶ τῆς οἰκειώσεως, καὶ συμπαθείας τῶν σημείων, *Similitudo est æqualis virtus cognationis, & sympathiæ signorum*, eaque fit κατὰ τὸ βλέπειν, κατὰ τὸ ἀκούειν, κατὰ τὸ μισεῖν, καὶ κατὰ τὸ φιλεῖν, *eò quòd se aut videant, aut audiant, aut oderint, aut ament*. Quæ à quatuor punctis cardinalibus ex æquo distant, ea *Antiscia* vocant; & quidem quæ æqualiter à punctis tropicis absunt, ἰσοδυναμοῦντα, & *æquales vires habentia* dicuntur, & *videntia*. Quæ à punctis æquinoctialibus æqualiter dimota sunt, προστάσσοντα, καὶ ἀκούοντα, *iubentia*, *& audientia* vocantur. Quæ vident, æquales noctes, & dies habent; quæ iubent, & audiunt, æquales ortus, & occasus. Nam D ducta per puncta æquinoctialia linea circulum in duo hemicyclia, æstiuum, & hyemale, vel septentrionale, & australe secat: & semicirculum signorum septentrionalium, *Iubentium*; semicirculum australium *Obedientium* facit: quia ab Ariete dies noctem superant; à Libra superantur, vt hoc pulcro commento maiores dies minoribus imperare debeant. Firmicus ea tantùm, quæ iubent, & obediunt, *Antiscia* vocat; & Libram, & Arietem antiscia facit, • quia veteres ab integris dodecatemœriis cardinalibus æqualiter distantia antiscia vocabant: recentiores rationem mutarunt, & à quatuor punctis cardinalibus æqualiter distantia Antiscia dixerunt. Quid huic arti fidei arroges, in qua discipuli à Doctoribus suis discedunt, & vetera instituta recentioribus mutant? *Videntia*, & *Audientia* Firmici, longè alia sunt à videntibus, & audientibus Manilij, quæ disertè arguunt ματαιολογίαν, καὶ ματαιοτεχνίαν Genethliacorum. E

CAP. VII.

Quòd Astrologi de rebus futuris nihil certò cognoscere possunt.

LIBET hîc aliquot rationes paucissimis verbis ascribere, quas posteà pluribus verbis illustrabimus, quibus appareat Astrologos nihil de rebus futuris certò cognoscere posse. Prima est, propter quas causas quæque res fit, aut est, per eas cognosci debet; sed per proximas, & particulares causas quæque res fit, & est, per eas igitur debet cognosci. Ita generosum canem venatores, pernicem equum equites è stirpe, & semine parentum diiudicant. Cæli cùm sit vniuersalis causa,

A causa, efficientia vniuersalis est, quæ ad producendum quoslibet effectus per causas proximas, & particulares definitur. S. Augustinus lib. 2. de Genesi ad literam, *Cùm multa corpora diuersorum generum, vel animantium, vel herbarum, & arbustorum, vno simul puncto temporis seminentur, vno quoque puncto temporis innumerabiliter multa nascantur, non tantùm diuersis, sed etiam iisdem terrarum locis, tanta sunt varietates in progressibus, in actibus, & passionibus eorum, vt verè isti perdant sydera, si ista considerent.* Secunda ratio eadem est re ipsa priori, quam apud Gellium Fauorinus illustrat lib. 14. cap. 1. *Si vita, mortisq́, hominum, rerumq́, humanarum omnium tempus, & ratio, & causa in cælo, & apud stellas foret, quid de muscis, aut vermiculis, aut echinis, multisque aliis minutissimis terræ, marisque animantibus dicerent? An ista quoque iisdem, quibus homines, legibus nascerentur, iisdemque itidem extinguerentur, vt aut ranunculis quoque, & culicibus, nascendi fata sint de cælestium syderum motibus attributa? Aut si id non putarent, nulla ratio videretur,* B *cur ea syderum vis in hominibus valeret, si deficeret in cæteris.* Tertia ratio est: Si homines liberæ voluntatis vsum habent, vt vult Aristoteles, & omnes in seipsis experiuntur, si sui quisque iuris & arbitrij, nulla est Astrologorum ars, vt infra pluribus ostendam. Quarta ratio est de Geminis, quam latiùs infra exsequemur. Cicero lib. 2. de Diuinat. Proclum & Euristhenem reges Lacedæmoniorum, fratresque geminos commemorat, quorum tamen & exitus vitæ dissimilis, & gloria rerum gestarum dispar fuit. Quinta est, multos eodem planè sydcrum situ, similiter affecto cælo quotidie nasci, quorum vitæ decursus exitusque sit diuersus, & contrarius; plerosque diuerso syderum situ, qui eodem genere mortis pereant. Quod iis qui eodem prælio, eodem naufragio, eodem terræ motu pereunt, sæpe accidit. Sexta: Cur olim in Italia nemo repertus, qui circumcideretur, hodie plerique? In Iudæa vbi omnes olim circumcidebantur, hodie pauci? Et cætera talia, de quibus C infra explicabitur. Septima: Cùm prædictiones Astrologorum ferè falsæ sint, nec nisi perquàm raro veridicæ, apparet, eas non ex arte aliqua, & certis obseruationibus proficisci; sed temerè ac fortuitò denuntiari; cùm omnis scientia, & ars in iis versetur, quæ aut semper, aut certè frequenter ita contingunt, vt ab ea docentur. Quod argumentum apud Gellium lib. 14. cap. 1. Fauorinus diligenter exsequitur. Albumazar Astrologorum omnium sui æui antistes, de Christi natali hæc scripsit: *Post Alexandrum annis trecentis apparuit Arelasor filius Bel, qui Persas contriuit: & proximè post trecentis aliis annis transactis apparuit Iesus magister, & dux Christianorum.* Agnoscis, opinor, hominis inscitiam, cùm Christus Dominus trecentis & viginti annis post Alexandri mortē natus sit; & Arsaces, non ille Atelasor filius Bel, annis plus minus ab Alexandri exitu octoginta, Macedonibus Persarum Imperium eripuerit. Sed falsa vaticinia Genethliacorum infra subijciam. Octaua ratio est: quòd viri omnes excellen-D tibus ingeniis Astrologorum vaticinia nihili duxerint. Nona; Astrologos inanibus ratiunculis in suis illis vaticiniis duci, qui astra humida, frigida, sicca esse velint; & in genitalibus ac natalitiis astris fundamentum artis suæ ponant, quæ tamen ipsi nulla ratione certò cognosci posse fatentur.

CAP. VIII.

De Astrologiæ vanitate.

E MIRABATVR Fauorinus apud Gellium, *Cuiquam liquere, stellas erraticas non esse plures quàm vulgò dicerentur. Posse enim fieri, vt plures essent, quas cernere homines non possent propter exsuperantiam vel splendoris, vel altitudinis. Nam & quædam sidera è quibusdam terris conspiciuntur, earumq́, terrarum hominibus nota sunt. Sed eadem ipsa ex alia omni terra non videntur, & sunt aliis omnino ignotissima. Atque vt demus has tantummodo stellas ex vna parte terræ obseruari debuisse, quæ tandem finis istius obseruationis fuit, & quæ tempora satis esse visa sunt ad præmonstrandum, quid significaret aut situs stellarum, aut circumitus, aut transitus? Nam si isto modo cœpta fieri obseruatio est, vt animaduerteretur, quo habitu, quáque forma, quaq, positura stellarum aliquis nasceretur, tum deinceps ab ineunte vita fortuna eius, & mores, & ingenium, & circumstantiæ rerum, negotiorumq́, & ad postremum finis etiam vitæ spectaretur, eáque omnia vt vsu venerant, literis mandarentur, ac postea longis temporibus cùm ipsæ illæ eodem in loco, eodemq́, habitu forent, eadem quæ cæteris quoq, euentura existimarentur, qui eodem illo tempore nati fuissent. Si isto modo obseruari cœptum est, & ex ea obseruatione composita quædam disciplina, nullo id pacto potest procedere. Dicant enim, quot tandem seculis or-*

 bis hic

bis hic obseruationis perfici quiuerit. Constare quippe inter Astrologos, stellas erraticas, quæ esse omnium rerum fatales viderentur, infinito propè annorum numero ad eumdem locum, cum eodem habitu simul omnes, vnde profecta sunt, regredi, vt neque vllus obseruationis tenor, neque memoria vlla effigies literarum tanto æuo potuerint edurare. Hæc Fauorinus optimè. Philostratus lib. 3. Apollon. cap. 13. τὰ μὲν δὴ τῶν ἀστέρων, καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν πᾶσαν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγοῦμαι φύσιν, καὶ οὐδὲ εἰ κέκτηταί τις οἶδα: *Astrorum scientiam, & diuinationem omnem, humanæ naturæ metas excedere puto, & vtrùm quispiam verè ipsam nouerit, nescio.* Cùm enim Astrologi non certò teneant astrorum numerum, vires, influxus, efficientiam, fieri non potest, vt futura certò teneant, cùm ignorata causa effecta teneri non possint. Eos fugit, quæ sit cæli natura, magnitudo, numerus orbium, ordo, dignitas, motuum varietas, astrorum numerus, varia lux, potestas, efficacitas: quæ omnia si tenerent, in tam discrepantes sententias non distraherentur, vt docet Aristoteles lib. 2. de cœlo, cap. 12. Quidam octo tantùm cœlestes orbes, vt Plato, Aristoteles, Cicero ad Somnium Scipionis; alij nouem, quidam decem, nonnulli vndecim, multi duodecim, plerique tredecim numerant. Reperiuntur & qui tres tantùm orbes ponant. Ignorant, inquam, cœlúmne sit natura quædam simplex, an composita ex materia & forma; an vna & eadem sit materia cœlestium orbium, & rerum inferiorum, an omnino alia. Sitne cælum animatum, an inanimum. Suâne vi, & à se moueatur, an extrinsecùs ab intelligentia. Quid causæ, cur non omnes orbes vno motu circumagantur, sed alij vno tantùm, alij pluribus, quidam paucioribus. Illos latet, quid errones, & aliæ stellæ in elementa, metalla, stirpes, animantes possint; quippe stellarum potestates Chaldæorum obseruatio excepit, ait Seneca lib. 2. cap. 32. nat. quæst. Quid tu? Tot millia syderum iudicas otiosa lucere? Quid est porrò aliud, quod errorem inducat peritis natalium, quàm quòd paucis nos syderibus assignant, cùm omnia, quæ supra nos sunt, partem sibi nostri vindicent? Sydera effectus rerum omnium aut mouent, aut notant, ait ille, cui nihil ego neque diuini, neque humani hac in parte accrediderim. Ioannes Salisberiensis in Polycratico suo iucundus est, qui ex sententia Mathematicorum alia signa docet esse mascula, fœminea alia, quæ fortean genus propagarent, & speciem, nisi dissociata locis, coïtu, & complexu prohiberentur. *Saturnus*, inquit, *quia frigidus, & senex, grauis est, & noxius, & de natura malitiam, morositatémque contrahit ab ætate: omnibus igitur inimicus, vix etiam suis scholasticis parcet. Succedit ei Iupiter, contrà propitius, & saluber, tantaque benignitatis in omnes, vt nec de malitia patris, nec matris ferocitate subiectum quemquam offendat, nisi fortè & ipse in orbis subiecti stipendia stationarius factus sit, retrogradúsve, aut adustionem miserabilem patiatur. Mars ferox, naturáque indomitus, omnes præter scholasticos suos persequitur: mitigatur tamen interdum Iouis accessu, vel Veneris, quoniam & ipsa propitia est, & benigna. Mercurius verò talis est, qualem vicini planetæ permiserunt, cùm & ipse conuertibilis naturæ sit, potentioribúsque cohæreat: vnde plerique eum præsulem eloquentiæ opinantur, eo quòd illa iuncta sapientiæ plurimùm prosit, malitiæ sociata noceat plurimùm.* Hæc ille non sine causa irridet, quem audiendum censeo cum Zonara, qui vaticinium ait datum esse Nicephoro Phocæ, fore vt in regia necaretur. Ille vt sortem eluderet, mœnibus regiam clausit, quibus vim arceret, quam virtute defendere non potuit. *Debuerat ille sic rationem ponere: Si verum est oraculum, fatum vitari nequit; si vitari potest, oraculum est mendax*, ait Zonaras. Sed Ciceronem audiamus Mathematicos, & Chaldæos oppugnantem lib. 2. de Diuinat. *Etenim, vt ipsi dicunt, ortus nascentium Luna moderetur, eáque animaduertant sydera natalitia Chaldæi, quæcunque Lunæ iuncta videantur, oculorum fallacissimo sensu indicant ea, quæ ratione, & animo videre debebant. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram penè contingens, quantum absit à proxima Mercurij stella; multò autem longius à Veneris, deinde alio interuallo distet à Sole, cuius lumine collustrari putatur. Reliqua verò interualla infinita, & immensa à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad cælum ipsum, quod extremum, atque vltimum mundi est. Quæ potest igitur contagio ex infinito pene interuallo pertinere ad Lunam, vel potius ad terram? Quid cùm dicunt, omnes omnium ortus quicunque gignantur in omni terra quæ incolatur, eosdem esse, eadémque omnibus, qui eodem statu cæli, & stellarum nati sunt, accidere necesse esse? Nonne eiusmodi sunt, vt ne cæli quidem naturam interpretes istos cæli nosse appareat? Cùm enim orbes finientes, qui à Græcis OriZontes nominantur, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint, necesse est ortus, occasusque syderum non fieri eodem tempore apud omnes. Quòd si eorum vi cælum modò hoc, modò illo modo temperatur, quî potest eadem vis esse nascentium, cùm cæli tanta sit dissimilitudo? In his locis, quæ nos incolimus, post solstitium canicula exoritur, & quidem aliquot diebus, apud Troglodytas ante solstitium, vt si iam concedamus aliquid, vim cælestem ad eos qui in terra gignuntur pertinere, confitendum sit illis,*

eos,

A *eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter cæli dissimilitudinem; quod minimè illis placet.* Postrema Ciceronis ratio firma est, & efficax, prior frigida, & ridicula: Cùm enim superiora corpora magnitudine superent ea quæ infra sita sunt, ac lumine, motu, & influxibus in inferiora agant, vt longinquitas, qua sol abest à terra, non prohibet, quominus in terrena lumine, & motu agat; ita nec longiquintas, qua Saturnus, Iupiter, & Mars à Luna absunt, impedit, quominus superiora corpora in ea, quæ infra sita sunt, agant. Adde, quòd Astrologi existimant defluxus omnes à superioribus corporibus in corpore Lunæ, quæ cælo cirima, terris proxima est, excipi, vnde in inferiora transmittantur.

B

CAP. IX.

De efficientia Cæli.

HIPPOCRATES Medicorum antistes, Democrito æqualis, Aristoteles, & Galenus effecta penè omnia, quæ Genethliaci cælo ac syderibus adscribunt, è proximis, & coniunctis causis oriri certissimis rationibus asserunt. Cùm enim præcipua controuersia inter eos de humani corporis temperamento, ac constitutione vertatur, eam à genitalibus astris Astrologi arcessunt; Philosophi ac Medici ab inferioribus, & proximis causis deriuant, nec animi habitum ex corporis natura pendere autumant, cùm extrinsecus anima initiatur, & ab omni concretione materiæ libera sit: sed suis rationibus stare, suo arbitrio regi, corporis ipsius Dominam asseuerant. Vt autem accuratiùs singula, quæ huius argu-C menti sunt, expendamus, & quam vim in hominis constitutione Cœlum, & astra habeant, dispiciamus; in primis cum Aristotele statuimus, Sydera omnia licet luminis aliquid à Sole mutuentur, lumen tamen proprium, ac insitum habere, cùm sint cæli quæque sui densiores partes, cuius propria, & particularis affectio lux est. Aristoteles autem lib. 2. de Cælo cap. 7. Astra ex corpore, in quo mouentur, esse, non ex igne demonstrat. Quare οἱ κύκλοι κινοῦνται, ἄστρα ἠρεμοῦντα ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις, *Globi cæli mouentur, astra orbibus alligata per se non mouentur, sed suorum orbium motu rapiuntur.* Cælum autem in inferiora efficientiam habere nec Aristoteles negat, & in eius sententiam vltrò concedimus. Sic enim ille libro 2. de generat. cap. 2. ἡ κυκλοφορία τοῦ οὐρανοῦ ποιητικὴ αἰτία ἐστι τῶν γιγνομένων, καὶ φθειρομένων, *Motus cæli orbicularis causa est efficiens eorum, quæ generantur, & corrumpuntur.* Ex ea enim est tempestatum anni conuersio, cum quibus elemenra generandis frugibus, animantibusque operantur, &
D de suo plurimum afferunt. Videmus enim accedente ad nos Sole, arbores frondescere, & læta viriditate pubescere; frutices ac plantas, floribus ac fructibus augeri, animantium pleraque generari: eodem abscedente omnia marcescere, & aspera hyeme intermori, aut languere. Vita autem, quæ de cælo ad hæc inferiora propagatur, est ipsa natura, secundùm quã generatio fit. Primi tamen mobilis conuersio non est causa generationis, & corruptionis: sed motus solis secundùm obliquum zodiaci circulum. In eo enim continuum vnum est, & mouetur Sol duobus motibus, quibus accedit, & recedit, ne sit sola generatio, vel corruptio, cuius rei causa est motus atbicularis, qui solus continuus est: quia continuum id est, quod mouetur. Cæli autem in res inferiores efficientia non tantùm est à motu orbiculari, sed vel maximè à luce, qua Sol calefacit, & exsiccat. Sicut enim cælum quatuor elementa modo quodam eminenti continet, ita lux quæ est primigenia cæli qualitas, ele-
E mentorum qualitates virtute eminentiori continet, ac efficit. Quanquam autem Sol caloris & aliarum qualitatum propriè est expers, lucem tamen habet caloris effectricem, quæ vt causa synonyma lucem sibi similem in aëre facit, vt causa homonyma calorem reflexa producit: quia reflexa longè copiosior est, & ad calorem excitandum efficacior. Ideò, aëris infima regio luce solis magis incalescit, quàm media, cùm oppositu solidi corporis lumen reflectatur, & quia vlterius propagari non potest, in eadem ipsa parte aëris, per quam transmissum est, vberiùs producitur. Aristoteles certè non tantùm à sole, verum & à cæteris astris calorem in hæc inferiora excitari ait, libro 2. de cælo cap. 7. θερμότης ἀπὸ τῶν ἄστρων γίνεται παρεκτριβομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐκείνων φορᾶς, *Calor ab astris fit ex attritu aëris sub eorum motu*: quia proximus est aër elemenro ignis, sicuti iacula quæ per aërem feruntur ignescunt, plumbei globi liquescunt; quia qui eos circundat aër, motu & attriru ignescit. Cùm autem aër existat sub globo corporis orbicularis, necesse est, vt cùm globi cæli circumaguntur, aër incalescat,

quibus globis sol & alia sydera illigata sunt : ideò sole supra nos circulante maximum effici calorem Themistius ad cap. 7. lib. 2. de cælo docet. Sed de Sole Ciceronem lib. 2. de Natura Deorum disserentem audiamus : *Sol, qui astrorum obtinet principatum, ita mouetur, vt cùm terras larga luce compleuerit, easdem modò his, modò illis partibus opacet : ipsa enim vmbra terræ soli officiens noctem efficit. Nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas, quæ diurnorum, eiusdemque solis tum accessus modici, tum recessus, & frigoris & caloris modum temperant*, &c. Inflectens autem Sol cursum tum ad septemtriones, tum ad meridiem, æstates & hyemes efficit, & ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescenti adiunctum est, alterum æstati. Ita ex quatuor temporum mutationibus omnium, quæ terra, marique gignuntur, initium, & causæ ducuntur. In Lunæ quoque cursu est brumæ quædam, & solstitij similitudo, multáque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augescantque, & pubescant, maturitatemque assequantur quæ oriuntur è terra. A B

CAP. X.

An Cæli sint aliqui influxus.

ARISTOTELES luce & motu cælum agere docet, alios influxus non agnoscit; qui tamen omninò admittendi videntur : quia cælum est causa vniuersa, quæ virtute elementa, & vim omnem eorum sublimiori quodam modo complectitur. Quare cælum hanc per se vim habet, vt quatuor primas, in inferioribus corporibus qualitates producat, quasi totius naturæ infra orbem Lunæ ministras, ac cælestis formæ vicarias. Sed eas omnes sola luce producere nequit, quæ per frigidum, aut humidum non agit; vnde sequitur præter lucem, virtutem cæli aliquam esse, quæ frigidum & humidum in his inferioribus gignat. Deinde acus nautica magnetis affrictu ad polum obuertitur : heliotropium herba solis cursum intuetur, & quà potest obuersa sequitur : galli media nocte quiete satiati canunt; Oceani æstus, ostrea, conchylia, ossa cum Luna augentur, aut imminuuntur : quæ omnia solius lucis ministerio fieri nequeunt. Astra quædam ortu suo, vel occasu sterilitates, pluuias, siccitates, vbertatem, morbos faciunt : Selenites lapis Lunæ varias formas reddit : pupillæ felibus cum Luna crescunt, aut oboriuntur. Mars flauam bilem auget : Saturnus atram : Iuppiter sanguinem. Luna in coitu vehementiùs mouet corpora inferiora, & procellas ciet. Quare Orpheus Cælum vocat παγγενέτειρα, ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή, *Omnium rerum genitorem, principium & finem.* Idem ἀστέρας γενέτειρας ἁπάντων indigetat, μοιριδίους, πάσης μοίρης σημαντῆρας, *Stellas omnium genitrices fatales, omnis fati indices*, nimis audacter, & parum ex vero. C D.

CAP. XI.

De Sole.

SOL quamquam re ipsa calidus non est, caloris tamen omnis est effector. Quare Democritus Solem μύδρον, ἢ πέτρον διάπυρον, *ferrum, aut lapidem ignitum* esse dixit. Iulius Firmicus lib. I. Astrol. *Sol optimus maximus, qui mediam celi possides partem, mens mundi, atque temperies, dux omnium, & princeps.* Ita & Cicero in Somnio Scipionis : *Deinde subter mediam ferè regionem Sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce illustret, & compleat.* De eodem Macrobius, & plerique veteres Ecclesiæ Patres : *Sol omnium syderum moderator, ac lucis arbiter est, quo nihil in hoc vniuerso vel ad speciem pulcrius, vel ad rerum gignendarum commoditatem fœcundius, qui vitalem vim, ac salutarem stirpibus, & animantibus communicat; qui hoc est in cælo, quod in animali cor, qui vices temporum, annumq; nouo semper flore redeuntem ex vsu naturæ temperat, eiusq; partes ita diuidit, vt inter se non secus ac in choro nectantur. Cuius vis, & potestas motus reliquorum luminum stata dimensione moderatur, qui longè lateq; diffuso splendore supera omnia, inferaq;, & ipsos stellarum ignes collustrat. Cuius influxus in abditissimos vsque recessus penetrat, & terræ viscera irrorat, & aurum, ac gemmas gignit. Qui est veluti mundi oculus, iucunditas diei, cæli pulcritudo, naturæ gratia, quem Deus quasi pulcherrimum sui simulacrum in cælo constituit.* Seneca epist. 88. *Sydera agit continuus ordo fatorum, & ineuitabiles cursus per statas vices remeant. Effectus rerum omnium aut mouent,* E

A *mouent, aut notant. Sed siue quidquid euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet: siue significant, quid refert prouidere, quod effugere non possis?* Ex Stoicorum sententia loquutus est, qui veri ignoratione fatum ab astris esse autumabant. Aristoteles lib. 2. de generat. text. 56. & lib. 2. de cælo, text. 20. cæli motu deferri ad nos astrorum efficientiam docet, vt suprà ostendimus. Item motu cæli, ignis, aërisque calorem foueri; motum diurnum, quamuis primi mobilis proprius sit, maximè tamen in Sole elucescere, qui suo ortu dies, noctesque designat. Motum cæli ad supremum aërem pertinere, non vlteriùs, vbi exhalationes aliquas, non aërem, aut ignem accendat, quæ corpora natura sua calidissima sint, vt Aristoteles significat lib. 2. de generat. text. 16. Infima autem hæc corpora non cieri motu cæli, aut certè non ea celeritate agitati, quæ ignem generet, res ipsa loquitur. Experimur enim aërem hyeme frigidum, terram gelu concretam, aquas glacie rigentes.

B

CAP. XII.

An sublunares Causæ à cælestibus pendeant.

CORPORA, quæ sub cælo posita sunt, à cælestibus ita pendent, vt sine illis diu perseuerare non possint. Nam si motus cæli conquiesceret, orbis terræ, supra quem Sol consisteret, incendio conflagraret, alter nimio frigore pessum iret, vt Aristoteles lib. 1. Meteor. cap. 2. lib. 8. Physicor. text. 91. Deinde variæ anni tempestates, rerumque vices sine definito quodam cursu, recursuque Solis non existerent, lib. 2. de cælo, text. 20 Quod autem vulgò dicitur, *cessante cælo cæteras causas feriari*, sic exaudiendum est, vt dicamus, sublata cæli conuersione res inferiores diu perennare non posse: quamquam C vt breui tempore vigeant, cælo non egent, quia madefaciendi vis inest aquæ per se, & ex naturæ principiis. Lapis quiescente cælo, ab elementis, ex quibus constat, modico tempore conseruari potest, nec cęli auxilio eget, vt deorsum feratur. Vnde sequitur, inferiora corpora, quæ pendent à causis proximis, sine causis vniuersis ad breue tempus existere posse. Id enim propriè causa dicitur, quod sua vi rem efficit. Ita lucem effici à Sole dicimus, quia recedente Sole lux perit, accedente reuiuiscit. Id itaque rei cuiusque causa efficiens dici potest, quo sublato res non stat, vel non fit; quo debilitato imminuitur effectus; quo alio modo se habente, aliter, atque aliter res fit. At quoquo modo se cęlum habeat, in terris multa fiunt vno semper & pari modo. Ignis enim semper vrit, aqua madefacit, lapis deorsum fertur, vulnus graue necat. Non pertinent igitur hæc ad cæli efficientiam, sed ad proximas causas, & cum effectu coniunctas. Fatentur vltrò Planetarij, D cęli effectione nihil in iis opus esse, quæ causæ proximæ per se pręstare possunt. Non eget ignis auxilio cęli, vt stipulam incendat; neque aqua, vt madefaciat. Egent partes vniuersi inferiores, & elementa superioribus, & vniuersis causis; non particulares, vt vim suam, & efficientiam obtineant. Nihilominus elementa suis se viribus sine adminiculo cęli tueri abundè possunt, quia non pugnant nisi in confinio, vbi magnæ corruptiones timendæ non sunt, quia integrum elementum subitarias contrarij irruptiones mole sua, & vi naturali facilè frangit, quæ prętereà quò longiùs à suo principio discedunt, per se concidunt, aut debilitantur.

CAP. XIII.

E

An à Cælo Materia præparetur ad Formas.

MATHEMATICI, vt viam sibi ad Geneses vindicandas muniant, multa fabulantur, quæ cum vera Philosophia pugnant. Dicunt enim Materiam à solo cælo ad Formas præparari; Species rerum, & earum effectus à cælo fluere, & alia pleraque absurda, quæ ratio refutat. Materia enim ad formam comparatur in generatione animantium, non tam à cælo, quàm à causis proximis, & eiusdem rationis. Quis enim vnquam hominem nisi ab homine, aprum nisi ab apro, leonem nisi à leone gigni fando accepit? Deinde cùm cæli efficacitas vno, eodemque loco vniusmodi sit, & sui similis; vnde in eodem loco, sub iisdem stellis Spinæ, tribuli, lolium, auenæ, triticum oriuntur, nisi ex proximis & contiguis causis? Vnde in eadem materia diuersæ partes, os, caro, neruus existunt? Materia non

non momento, ſed temporis lapſu diſponitur ad formas. Quandiu fouendum eſt gallinæ ouum, priuſquàm excludat pullum? Quot dies ſemina in terræ viſceribus latent, antequam germinent? At cæli vis in dies & horas mutat. Quomodò igitur aſtra inchoatam materiæ diſpoſitionem proſequentur, ſi vim ac ſitum puncto temporis mutant? Aut qua ratione quicquid priori ſyderum poſitu inchoatum erat, à contrario ſyderum ſchemate non euertetur? Vnde eodem tempore & loco, eodem aſtrorum aſpectu homines, equi, columbæ gignuntur; ſi à cælo ſolo ad formas ſine proximis cauſis materia diſponitur? Denique perfectorum animantium, plantarumque generatio fit aut ex ſemine, aut ex ſurculo ſatiuo, vel inſito, in quo proximæ cauſæ, non cæli, ſoliſve affectio dominatur. Sed & differentiæ ſubſtantiales, & aduentitiæ non à cælo, ſed à proximis cauſis proficiſcuntur. Naſcuntur hyeme animalia plurima, quibus multò copioſior calor ineſt, quàm quem in aëre experimur è cælo delapſum: contrà per maximos Solis ardores æſtate fructus, herbæ, frutices pleriquе naſcuntur, in quibus longè plus eſt frigidi, quàm quod à cælo defluit. Quanta per ardentiſſimos æſtus ariditas eſt? At humida pleraque tum adoleſcunt, experimurque felicius ea prouenire, quibus ex irrigatione crebra humidum copioſius affunditur, areſcente cælo, quàm quæ vberiùs perfundit cælum in ingrato agro. Quid hyeme, aut vere humidius? Multa nihilominus vtroque tempore naſcuntur arentia, quibus à cælo non paratur materia; ſed à proximis cauſis. Non igitur frigidum, calidum, ſiccum, aut humidum, à Sole, ſed à ſeminibus, quæ naturæ ſponte frigida, ſicca, humida, calida ſunt, efficiuntur. Eodem in hortulo lactucæ plurimæ naſcuntur inter ſe colore, ſapore, foliorum numero, thyrſo diſſimiles. Vnde tanta rerum varietas ab vno, & eodem cælo exiſtere poteſt, non item à ſemine, gleba, irrigatione? Quanta diuerſitas eodem in horto liliorum, vacciniorum, ligustrorum? Quanta in eodem prato graminum, in eadẽ piſcina piſcium varietas cernitur, quæ non niſi diſpoſitioni terræ, & aquæ, vel ſemini attribui poteſt? Vnde tot inter boues, aſinos, & equos in iiſdem præſepibus diſcrimina, niſi à proximis cauſis? Adde, quòd ſublunarium cauſarum vis ſingularis eſt, & ad vnum aliquid definita, ſicut & earum actiones: & quoniam actio vna eademque res eſt cum effectu, neceſſe eſt, vt effectus certus ac definitus ſit. Propterea ſi calor multus eſt, multum calefacit; ſi modicus, modicum. Denique in generatione equi vel cælum, & ſemen æquali virtute agunt, vel maiori, vel deteriori. Si maiori virtute cælum agit quàm ſemen, aliquid eſt in equo non à ſemine profectum, ſed à ſolo cælo; id nimirum quod proximæ cauſæ vires ſuperat. Si minori virtute, aliquid cauſæ proximæ præſtant, ſine cæli adminiculo. Si pari, certè cæli partes in effectione rerum nõ ſunt potiores; nec proximæ cauſæ cæli auxilio egent, cùm ſimile à ſimili nihil patiatur, neque æquale ab æquali. Quare ſi partes cæli, & cauſæ proximæ vires ſunt, neutrum alterum agere, aut efficere poteſt. Poſtremò ipſos homines locis vbi nati & educti ſunt, ſimiles eſſe docet Liuius lib. 9. *Iam Samnites ea tempeſtate in montibus vicatim habitantes campeſtria, & maritima loca, contempto cultu molliore, atq; vt euenit ferè locis ſimili genere, ipſi montani atq; agreſtes depopulabantur* Cicero pro lege Agraria, *Non ingenerantur hominibus mores tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci, & à vita conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & viuimus. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci, quod propter portus ſuos multis, & variis mercatorum, & aduenarum ſermonibus, ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtus vocantur. Ligures montani, duri, atq; agreſtes, docuit ager ipſe nihil ferendo, niſi multa cultura, & magno labore quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, & vrbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atq; omnium rerum affluentia primùm illa nata ſunt, arrogantia, &c.* Quos imitatus eſt apud Italos Torquatus Taſſus in Hieroſolymis liberatis Cantu 1. ſectione 61.

Ma cinque milla Stephano d'Ambuoſa
E di Blez, e di Turs in guerra adduce.
Non è gente robuſta, ò faticoſa,
Seben tuta di ferro ella riluce
La terra molle, e lieta, e dilettoſa
Simili à ſe gli habitator produce.

CAP.

A

CAP. XIV.

An Causæ proximæ instrumenta Cæli sint.

GENETHLIACI Cælum animatum ponunt, & causas omnes sub orbe Lunæ instrumenta cæli esse volunt; quorum alterum pugnat cum Aristotele, qui animam actum corporis organici potentia vitam habentis esse asseruit. Atqui corpus simplex organicum esse non potest, nec aptum ad obeunda animi munia; cuiusmodi sunt incrementum, decrementum, auditus, visus, olfactus, tactus, quæ multiplicia, variáque instrumenta postulant; alterum veræ Philosophiæ aduersatur, quia instrumentum vim om-B nem ab artifice mutuatur: causas autem sub Lunæ orbe positas, à cælo nihil mutuari ostendimus. Deinde si causę sublunares instrumenta cæli sunt, cur earum effecta non cælo, sed causæ proximæ similia sunt; cùm effecta non instrumento, sed causæ principi similia esse debeant? An quia cælum magis vniuersa causa est, quàm proxima? Sed elementa, cùm in ratione causæ latiùs pateant quàm bos, leo, vulpes; nemo tamen bouem, aut leonem elementorum effectus esse vnquam dixerit? An quia cælum perfectius causis inferioribus? At aurum aliis metallis perfectius est, quæ tamen eius instrumenta esse nemo asseruerit. An quia omnis agendi vis è cælo defluit? Sed id à vero abludere ignis ostendit, qui sine adminiculo cæli festucas, ac paleas exurit. Quod autem Mathematici materiam à proximis causis disponi aiunt, mox cælesti quadam efficacitate formas substantiales è materiæ sinu educi autumant, toto cælo errant; cùm Aristoteles lib. 7. Metaphys. formas substantiales C non cælesti virtute ex vtero materiæ extundi, sed à qualitatibus aduentitiis, vt instrumenta substantiæ sunt, effici doceat. Duo enim ad instrumenti rationem conuenire debent; alterum, vt effectum principi causæ similem efficiat; alterum, vt sit aliquid alterius. Ita semen instrumentum viuentis dicitur, & quia viuentis aliquid est, à quo vim omnem habet agendi, & quia viuenti assimilat effectum, quod vtrumque in qualitatibus aduentitiis reperitur, quæ non suam, non cæli, non intelligentiæ; sed substantiæ cui famulantur, reddunt imaginem. Ita calor, & siccitas ignem efficiunt, cuius sunt instrumenta, & virtutes. Nec Genethliaci magis audiendi sunt, cùm in eodem homine duo temperamenta distinguunt, quorum alterum ex quatuor primis qualitatibus, totidémque humoribus conflatum formæ respondeat; vnde alij bile laborent, alij pituita: alterum materiam sequatur ex occultis astrorum viribus coagmentatum, ex quo variæ hominum propensiones, & affectio-D nes existant, quarum ratio non possit ex primis qualitatibus desumi; quod plerique cùm bile atra laborent, liberales sint; alij in quibus sanguis dominetur, auari; nonnulli bile flaua præditi, meticulosi sint; quidam pituitosi, liberales. Sed hæc ratio friuolaria est, cùm animi mores vsu, institutione, familiaritate, domestica disciplina, parentum exemplis, Principum seueritate, Reipublicæ institutis in deterius aut melius formentur. De Temperamento autem ita statuendum est, illud nihil aliud esse, quàm mixtionem primarum qualitatū, vel simplicem qualitatem ex mixtione primarum exortam, nec duo in eodem homine temperamenta esse, sed vnicum, auctore Galeno in præfatione ad libros de Temperamentis.

CAP. XV.

E

An rerum occultæ vires à Cælo sint.

MATHEMATICI effectus omnes mirabiles, quorum causæ hominis animum fugiunt, ad syderum virtutem reuocant, à quibus Herculeus lapis vim occultam acceperit, qua ferrum; adamas, qua festucas, & surculos ad se trahat. Inde esse aiũt, quòd Hirci sanguis emolliat adamantem, miluus gallinaceum, gallinaceus leonem terreat, Thessali laudatione fascinent, Dicori aspectu, Catoblephas animal obtutu homines à longè necet, Rhabarbarum flauam, Epithymum atram bilem, Agaricum pituitam educat. Sed quid causæ est, cur vim illam Magnetis cælo potius, quàm formæ Magnetis ipsius ascribamus? Quid aliud Saturni, aut Martis arcana vis sequitur, quàm orbis sui ingenium? Quidni etiam Magnetis occultæ vires ex ingenio eius & natura oriantur? At esto, non sequantur huiusmodi vires formas substantiales, nec primarum qualitatum temperamentum;

an

an ideò ab astris eas oriri oeceſſe eſt? An ſi mihi obſcutum eſt, cur radix Squamoneæ ad ooxios humores depellendos, Ariſtolochiæ ad morſus ſerpentum valeat, ilicò ſydera in partes vocaoda ſunt? Quomodò cælum in Helleboro tantam virtutum copiam, quanta deſcribitur à Plinio, incluſit, copulauit, diſtinxit, vt vna alteri non offieeret? Qui fieri potuit, vt tot virtutibus coogruentem ſedem, materiámque inſtrueret? Certè animalium affectiones à cælo, quod anima caret, defluere nequeunt, cùm oeque actu, neque poteſtate eas contineat: nec cælum anima carens, animali ea dare poſſit, à quibus eſt imparatum. Philoſophi verè doeent, eum, qui det formam, ea dare, quæ forma poſita conſequi neceſſe eſt. Sed cælum formam ſubſtantialem dare non poſſe ſupra oſtendimus; nec igitur ea, quæ formam conſequuntur largiri poteſt. Quòd autem Planetarij ſympathiæ, & antipathiæ rerum cauſas cælo tribuunt, fugit eos ratio. Ioſita enim illa conſeoſio, diſſenſióque non à cælo, ſed à forma petenda eſt; aut à primis qualitatibus, io quarum rationibus eſt inuoluta, cùm ex iis rerum omnium temperamenta cooſurgant. Has autem non vno modo variari poſſe, nemini dubium eſt. Non enim contrarius eſt calor frigori cuicunque; ſed certus gradus cum certo pugnat, vt cum eo coaleſcere nequeat. Quanquam enim ſubſtantiæ per ſe nihil eſt contrarium, harum tamen qualitatum occaſione inter ipſas etiam ſubſtantias oriuntur amicitiæ, & inimicitiæ, familiaritates, & odia. Solet autem vnaquæque res quo modo affecta ipſa eſt, eodem aërem proximum afficere, idque vel propagatione eiuſdem qualitatis, ſiue ſenſum fugiat, ſiue ſenſu percipi, aut ex affectu deprehendi poſſit: cuiuſmodi eſt vis Magnetis; vel emiſſione tenuiorum quorumdam ſpirituum, quos eiaculari corpora ſoleot, quæ proptereà tempore mareſcunt. Vnde triplex terum ordo conſurgit; quarum aliæ inter ſe concordant, aliæ diſcordant; quædam nihil concordiæ, aut diſcordiæ inter ſe habent, quòd vtræque ſimili temperamento ſint, & ſimile à ſimili non afficiatur. Ita fulmen liquat aurum intacto loculo, cum quo agendi, patiendique proportiooe iungitur, non cum aureo; tum vina inuiolato vaſe abſumit.

CAP. XVI.

De Criticis Diebus.

CRITICOS item dies Planetatij ad ſydera teferunt; quoniam eorum obſcura & impenetrabilis ratio eſt, eorúmque alij Lunæ cauſam aſſignant, quæ cæli ſigna decurrens humani corporis humores ſtato tempore moueat: alij Soli adſcribunt, cuius effecta Lunæ effectis validiora ſint. Sed aut Luna huiuſmodi vim quæ humores exagitat, à ſe habet, aut ab altero mutuatur. Si à ſe habet, cur octaua, cur decima ſexta die non idem, quod vndecima, & decima ſeptima præſtat? Cur vnus dies magis criticus eſt, quàm alius? Cur ſeptima die materia ita eſt affecta, vt moueri poſſit, octaua non poſſit? A quo præparantur humores in ſeptimum diem, in decimum quartum, aut in vieeſimum? Cur ab eo, à quo diſponuntur, niſi agente Luna moueri non poſſunt? Humores certè alios ſponte naturæ tardiùs, alios celeriùs commoueri non dubito; vnde quotidianæ, tertianæ, quartanæ febres oriantur. Qui cùm inter ſe pugnent, vous tandem ſeptima aut decimaquarta die ſuperior euadit; eos tamen à Luna commoueri nego. Sed Aſtrologi non tantùm criticos dies, verùm & peſtilentem annum, & morbos epidemicos, ac volgiuagos, ad vim ſyderum peſtilentem teferunt; aiúntque luem, quæ ſubiode in greges ouium, & armenta graſſatur, non ex aëre corrupto naſci, qui reliqua animantia veneno ſuo inficiat; ſed à peſtifero ſydetum afflatu. Age verò, Mathematice, cur in morbis iſtis epidemicis ad ſydera velut ad ſacram anchoram refugis, cùm eorũ vna aliqua ex primis qualitatibus cauſa eſſe poſſit? Quid prohibet ſecundam aliquam qualitatem ex primis ortam huiuſmodi morborum effectricem eſſe? An quia morbi huiuſmodi in omnia animantia ex æquo non ſæuiunt; ſed in ea tantùm, quæ certo ſibi temperamento reſpondent? Id autem eſt ab affectione corrupta aëris, cuius ſenſus oos fugit. Sed longè abſurdius eſt, quòd planetarij aſtra non modò corpus, verùm & animum afficere autumant; cùm tamen ratio dictet, alieoum eſſe, vt res corporeæ in ſpiritales agant, à quibus toto genere diſſitæ ſunt. Ptolomæus libro 1. de Iudiciis Aſtronom. cap. 4. & 8. Aſtrorum erraticorum, & affixorum vires vniuerſas in calido, ſicco, humido, frigido, & aliis, quæ ex his primis fiunt, collocat, quæ ad corporis temperamentum pertinere apparet, & cap. 2. efficientiam aſtrorum in eo eſſe ponit, vt quotidianas ſeminum, animantium,

A mantium, cæterorumque corporum mutationes efficiant. Optimè Sanctus Thomas 1. par. q. 115. art. 4. *Corpora cælestia in corpora quidem inferiora imprimunt directè, & per se; in vires autem animæ, quæ sunt actus organorum corporeorum, non directè quidem, sed per accidens; quia necesse est, huiusmodi actus harum potentiarum impediri, secundum impedimenta organorum, sicut oculus turbatus non bene videt.* Cicero lib. 2. de diuinat. *Cùm anni tempora, tempestatumq́, cæli conuersiones, commutationesq́, tantæ fiant accessu stellarum, & recessu, cumq́ ea vi Solis efficiantur, quæ videmus; non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent, perinde vtcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari, atque formari, ex eoq́ ingenia, mores, animum, corpus, actionem, vitæ casus, cuiusque euentusque fingi.* Aristot. cap. 2. lib. Physiogn. ὅτι καὶ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἀπαθεῖς οὖσαι τῶν τοῦ σώματος κινήσεων, τοῦτο δῆλον πάνυ γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις, καὶ ἐν ταῖς ἀρρωστίαις. *Animi cogitationes sequi corpora, nec ipsas per se liberas, & immunes esse à corporis motibus argumento*

B *sunt ebrietates, & morbi.* Multùm enim ab affectionibus corporis cogitationes immutatæ videntur, & contra ex animæ affectionibus corpus ipsum affici manifestum est, ex iis quæ experimur in amore, metu, dolore, & voluptate. Amplius autem in iis, quæ natura fiunt, aliquis clariùs deprehendat corpus & animum tanta cognatione teneri, vt inter se plurimarum affectionum causæ sint. Nunquam enim animal tale natum est, vt formam haberet alterius animalis; animam alterius; sed semper eiusdem corpus, & animam. *Quare necesse est, vt tale corpus talis dispositio consequatur*, ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τῷ τοιῷδε σώματι τοιάνδε διάνοιαν. Ita & equites de equis, venatores de canibus ex cuiusque forma iudicant. At forma omnium animantium à proximis causis, non à cælo pendet, cui efficientia assignanda non est, nisi eorum, quorum nulla sub orbe Lunæ proxima causa possit ostendi. Sed nihil omnium sub cælo reperitur, cuius proximam causam Medici, & Philosophi afferre non possint. Quod

C si proximam cuiusque effectus causam repudias, & ad communes ac generales refugis, nutante, aut potius sublata propria, certaque causa, liberum erit cuique sibi ludos facere, & quidlibet de quolibet causari. Vnde sequitur, Planetarios futilem artem, & ridiculam amplecti, qui reiectis propriis ac proximis causis, longè remotas, & sibi ignotas consectentur. Ptolomæus ipse libro 2. de Iudiciis, proximas causas inspiciendas esse censet. Sic enim ille cap. 2. *Quod autem ad genethliaca, & alia sigillatim compositarum rerum iudicia pertinet, permulta cernere est, quæ singulares constitutiones illarum adiuuent, & conficiant. Cui enim obscurum est, quantum seminum diuersitas ad proprietatem generis cuiusque momenti habeat, cùm & hoc ipsius cæli circumfusi, & definiti omnibus terris hemisphærij ambitu opus sit, vt vires omnibus seminibus infriuantur, quibus vnumquodque in sui generis affectione, & informatione excellat, vt hominis, equi, & cæterorum? Loca etiam, in quibus gignimus, non mediocres mutationes afferunt: Nam singulorum generum*

D *seminibus propositis, & eodem in statu aëris, tamen multùm diuersis in locis genitos & corporibus, & animis inter se differre comperimus. Ipsa etiam educatio, & consuetudo multum potest.* Eadem iterat, firmatque cap. 3. Quæ tu si vacat, ex eo require. Ex quibus sequitur, vt aliquid efficiatur, solius cæli vim non satis efficacem esse, nisi proximæ causæ conueniant, quarum vna si desideretur, effectum non sequi necesse est. Inde est monstrorum deformitas, corrupto aliquo principio: inde animalium sterilitas ex patris & matris vitio. Denique pugnantia ista sunt, ad effectum necessarias plures esse causas, & ab vna duntaxat eum confici posse. Ad constitutionem autem fœtus, plures causas necessariò conuenire nemo est qui neget; materiam, cuius est mira varietas; vim formatricem; idoneum locum, vbi conformatio fiat. Vteri enim figura, situs, duritics, mollities, vlcera, fœtus conformationem vitiant, aut iuuant. Requiritur & alimentum, quo fœtus alatur, & augeatur; naturalis calor, quo fo-

E ueatur; bona matris constitutio, quæ fœtum in vtero foueat, & firmet. Si sterilitas, aut fœcũditas est ab astris, qua mente Hippocrates medicamenta sterilibus præscripsit, Galenus prægnantibus? Cur sub iisdem astris steriles, & fœcundæ reperiuntur, si astra totum generationis negotium conficiunt, & causas omnes ad generandum idoneas instruunt? Adde, quòd Genethliaci, vt de fœtu iudicent, parentum, auorum, atauorum, genitalia astra nosse, matris cibum, potum, somnum, vigilias, occultos animi motus, appetitiones, mœrores, lætitiam, timores, sollicitudines, saltationes, exercitationes, repentinos casus exploratos habere debent, à quibus fœtus in vtero clausus pendet. Patrũ autẽ cum varia sit affectio, varius habitus; non eadem semper vis seminis ad procreandum est: alia iuueni, alia seni, ægroto, languenti, venere aliena exhausto, ebrio, ad procreandum efficacitas. Sicut autem fœtus pendet à constitutione parentum, quæ ex eorum natalitiis astris repetendæ est; ita & parentum temperamenta non solùm ex propriis astris, verùm & à maiorum habitudi-

ne, & stellis natalitiis arcessenda sunt. Eundum igitur erit, vt de fœtu iudices, per singulos maiorum gradus, pérque infinitam successionum seriem. Sed omninò insubidum, ac ridiculum est quod scribit Ptolomæus lib. 3. c. 4. de Iudic. Solem & Saturnum patribus præesse, Venerem & Lunam matribus, ex quarum cum aliis stellis situ, aspectúque, parentum constitutio diiudicanda sit. Age verò, Ptolomæe, quid rei esse potest Saturno cum patribus, frigido cum calidis, qui nisi fœmina calidiores sint, patres esse non possunt? Cur potiùs Iouis erronem patribus non assignasti, ob calidum & humidum generationi opportuniorem? Frigidum enim, & siccum Saturni à generatione alienum est. Nec minus ridiculum est, quod Genethliaci asserunt, has stellas in occasu senectutem, in ortu pueritiam, medio cælo iuuentutem portendere. Inde enim sequitur, senes tollendæ proli operam dare debere, cùm errones isti ad occasum tendunt; iuuenes cùm medium cælum obtinent; pueros cùm primùm eæ stellæ oriuntur; qua fabula quid frigidius aut ineptius esse potest?

CAP. XVII.

Cur filij Parentibus sint similes.

CVM multa sint, quæ Genethliacos mendacij arguant, tum maximè similitudo Parentum, quam in filiis Natura expressit. Eam enim filiorum indolem, & habitum non ab astris, sed ab intrinseco principio existere manifestè conuincit. Filij autem patribus similes sunt, non tantùm quia mares, sed maximè quia eadem cum patribus oris, & corporis conformatione sunt. Quærit Aristoteles lib. 3. de generat. cur mas potiùs nascatur, quàm fœmina, cur vultu patrem referat, aut matrem? Quidam existimarunt, marem in dextera vteri parte, fœminam in læua concipi. Pessimè: ὦπται γὰρ καὶ τὸ θῆλυ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῶν ὑστερῶν, καὶ ἄρρεν ἐν τῷ ἀριστερῷ, καὶ ἄμφω ἐν τῷ αὐτῷ μέρει, *Sæpe fœmina in dextera parte visa, mas in læua, mas & fœmina in eadem parte.* Democritus dixit, ὁπότερον ἂν κρατήσῃ τὸ σπέρμα τὸ ἀπὸ τοῦ μορίου ἐλθὸν, ᾧ διαφέρουσιν ἀλλήλων τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, *Vtrum vicerit semen è genitali profectum, quo differunt mas & fœmina, marem, aut fœminam gigni.* Leophanes existimant dextero teste alligato, aut sinistro, concumbentes marem aut fœminam gignere. τὸ δεξιὸν ὄρχιν ἀποδησαμένοις ἢ τὸ ἀριστερὸν συμβαίνει τοῖς ὀχεύουσι ἀρρενοτοκεῖν. Quæ si vera sunt, quid afferunt astra, vt mas aut fœmina generentur? Ibidem Aristoteles, ὁ μὴ ἐοικὼς τοῖς γονεῦσι ἤδη τρόπον τινὰ τέρας ἐστί, *Qui non similis est parentibus, iam aliquo modo monstrum est.* Natura enim in his quodammodò à genere desciuit. Principium primum degenerandi est fœminam generari, & non marem. Si semen maris non superat ob iuuentam, aut senium, fœmina gignitur. Lib. 4. de generat. *Si motus, qui à mare est, superarit; motus verò, qui est ab hoc homine, putà Socrate, non superarit; aut si motus, qui est à Socrate, superarit; motus verò, qui est à mare, superatus sit, mas erit similis matri, fœmina similis patri. Si motus vt à mare, & vt à Socrate, superarint, filius patrem toto ore exhibebit.* Non igitur à cælo similitudo, sed à generante. Cur enim stellæ filios parentibus potiùs similes efficerent, quàm aliis quibuscumque? Martialis:

[illegible] Est tibi qui patris signatur imagine vultus,
[illegible] Testis maternæ nota pudicitiæ.

Iurisconsulti l. Gallus. D. de liberis, & posthumis. quoties dubitatio incidit, ad quem maritum proles pertineat, ad mortuum, an ad viuum, ex similitudine prolis de lite statuendum esse docent. Præterea Mathematici non quo fœtus in vtero matris sanguine alatur, non qua mater habitudine sit, quid ei prægnanti acciderit ad geneses constituendas spectandum, sed cæli solius rationem habendam esse putant, à quo fatum pueri pendeat. Contrà Medici plurimum momenti esse in alimento, quo pueri vtero inclusi aluntur, existimant. Galenus lib. 7. de vsu partium, cap. 8. *Multum*, inquit, *interest, quanto, qualive sanguine fœtus in vtero alatur. Cùm vitium aliquod fœtui ipsi acciderit eiusmodi, vt non amplius alimentum, quod satis sit, trahere queat; aut cùm mulieris corpus morbus eiusmodi insederit, vt non satis sanguinis suppeditare posit, id temporis operum naturæ ordo perturbatur.* Quæro de te, Mathematice, quæ stellæ vitium illud matris, aut filij emendare possint? Plinius lib. 1. cap. 6. *Adeo incessus, & quidquid dici potest, in grauida refert, vt salsioribus cibis matres vsæ carentem vnguibus partum edant, quos vereor vt stellæ natalitiæ restituere possint.* Idem cap. 7. *Plerumque abortus causa fit odor à lucernarum extinctu*: cuius an auctores fuerint errones, viderint errones Astrologi. Hippocrates Aphorism. 24. sect. 5. *Si aluus multum fluxerit mulieri vterum gerenti, periculum*

A *periculum est vt partus elidatur.* Succurrite erones de cælo, & laboranti fœtę manum, si quam haberis, subiicite. Quin & monstrorum rationes, vt aliarum rerum, è cęlo quęrunt: in primis Ptolomęus lib. 3. de prędict. Astrolog. Iulius Firmicus lib. 7. cap. 8. *Sol si in horoscopo fuerit inuentus, & Luna in medio cæli; maleuola verò ambæ ita sint diuisæ, vt vna Solem, altera Lunam anaphoram teneat, & ab iis alia sint beneuola stella, cæcos efficiunt, aut luminibus vitiatos.* Quid tu mihi, malùm! monstrosos, & vitiosos partus à Sole, & stellis arcessis, quos à copia, vel inopia seminis errante natura Philosophi contingere testantur? Aristoteles lib. 2. Physic. cap. 8. ἁμαρτία δὲ γίγνεται καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν· καὶ τὰ τέρατα ἁμαρτήματα ἐκείνου τοῦ ἕνεκα τοῦ· εἰ δὴ ἔστιν ἔνια κατὰ τέχνην ἐν οἷς τὸ ὀρθῶς ἕνεκα τοῦ, ἐν δὲ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἕνεκα μέν τινος ἐπιχειρεῖται, ἀλλ' ἀποτυγχάνεται, ὁμοίως ἂν ἔχει καὶ ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς: *Peccatum contingere potest in iis, quæ natura, vel arte fiunt. Malè aliquis pinxit, scripsitve, & non ex arte; peccauit, & à fine deerrauit: & monstra quidem peccata sunt naturæ, à fine, ad quem ibat, deerrantis. Sicut autem non-* B *nulla sunt secundùm artem, in quibus quod bene fit, alicuius gratia fit; in iis autem, quæ peccantur, agens finem assequi conatur, sed aberrat: ita & in naturalibus, agens præter animi sententiam interdum à fine excidit.*

CAP. XVIII.

An Astra Fœtui præsint.

PLANETARII aiunt fœtui concepto primo mense Saturnum frigidum, & siccum imperitare; quia id temporis semen aquosum & fluxum, sydere sicco & frigido eget, cuius ministerio constringatur. Secundo mense, dominatum esse Iouis cuncta C supercilio mouentis, fortunantis, calidi, humidi, incrementa fœtui dantis. Tertio mense, horribilem terris Martem dominari, qui calido innato nimium humidi fluxum sistat, & exsiccet. Quod si ita habet, vbi sunt astrorum congressus, & schematismi, anguli, aspectus, descensus, domus, antiscia, ortus, occasus? Principia omnia Mathescos contrariis principiis euanescere necesse est. Addit Iulius Firmicus lib. 2. cap. 27. Caput hominis in signo arietis esse; Ceruicem in tauro, Humeros in geminis, Cor in cancro, Pectus & stomachum in leone, Ventrem in virgine, Renes & vertebras in libra, partes Genitales in scorpione, Fœmora in sagittario, Genua in capricorno, Tibias in aquario, pedes in piscibus. Deus bone! Vbinam gentium sumus? An inter anus, & infantium cunas versamur, vt his fabulis aures nostræ conuerberentur? Cor hominis in cancro retrogrado, non in leone generosum pectus obuium in hostem ferente; caput in ariete, non in virgine, genitalia D in scorpione, non in sagittario. Apage fabulas, & fabulatores, qui audientium otio impudenter abutuntur. Non his ineptiis contenti planetarij necessitati cuidam ab astris fluenti nos alligant, & liberum voluntatis vsum quo maximè homines sumus, & ad Deum proximè accedimus, eripiunt. Manilius,

Syderibus videre vagis pendentia fata.

Quos tamen falsi arguit Ptolomæus in Centiloquio, *Potest*, inquit, *is qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, & seipsum præparare.* Iulius Firmicus libro 1. cap. 3. *Inuocemus suppliciter Deos, & religiosè promissa numinibus vota reddamus, vt confirmati animi, nostri diuinitate, ex aliqua parte stellarum violentiis decretorum potestatibus resistamus.* Dubitant autem Astrologi, an in genituris constituendis conceptus, an verò natalis ipse obseruandus sit. Ptolomæus lib. 3. cap. 2. omnem corporis constitutionem, quæ puero accedit, ex E hora conceptus pendere, neque mutari à natalitiis stellis, vel aliis quibuscunque pronuntiat. Idem tempus, quo concipitur fœtus, ignorari ferè à coniugibus scribit, quorum frequens consuetudo nullum relinquit argumentum, in quam potissimum horam conceptus inciderit. Quare Aristoteles libro 4. de generatione animal. cap. 7. monet, non rarò falli mulieres opinantes se concepisse, cùm non conceperint; falli verò mense vno interdum, cóque amplius. Quòd si hora conceptus & parentibus ipsis, & mathematicis ignota est, quæ ars incertior, aut fallacior est Genethliacorum arte, quos in ipso limine offẽdere necesse est? Qui si dixerint è natalitiis astris genitalia sydera deprehendi, à Ptolomæo falsi arguentur, qui eodem loco docet, natales stellas transferri à sua natali vi & impulsu, trahíque alio longè à genitalibus, ad prosequendum id quod genitalibus astris inchoatum fuit. At stellæ genitales ignorantur; vnde sequitur & efficientiam natalium sydetum ignorari. Multa

autem esse quæ partus accelerent, aut morentur, ostendunt medici, & puerperæ ipsæ fatentur, morbos scilicet, diarrhœas, renum calculos, dolores, febres, corporis gracilitatem, infantis habitum, situm, robur, molem; quæ omnia cùm partui moras aut anticipatione affectant, natalitia sydera cum genitalibus ratò conuenire possunt Obiiciunt Planetarij ex Ptolomæi centiloquio numero 51. locum, quem Luna tenet, quando infans vtero funditur, esse horoscopum conceptus; contrà, locum, in quo Luna fuit tempore conceptus, esse horoscopum natalis: Quibus respondeo, si conceptus hora ignota est, necesse est, vt locus in quo Luna fuit tempore conceptus, ignoretur: Si parturitio pluribus de causis accelerari, aut moram pati potest, locum in quo Luna fuit, cùm in lucem prodiit infans, certò teneri non posse. Adde, quòd vel breuissimum momentum in rapidissima cæli vertigine magnam syderum mutationem affert, vt si vel puncto temporis aberres, à natalitiis astris longissimè discedas. Iam verò neque parentes, neque obstetrices, neque domestici verum natalis horæ momentum quacunque tandem diligentia vtantur, subnotare possunt. Ideò Genethliaci cùm incertam natalitiam horam esse sciant, eam existimatam, siue suspectam, appellant, in qua si tantillum erroris est, vt esse necesse est, cùm falso principio nitantur, omnia eorum prædicta vana, & mendacia esse par est. Sed demus hoc Astrologis, vt hora genitalis & natalitia certò teneatur; cùm omnia eius qui natus est, munia cum pluribus communicentur, nec ab vno confici possint, qui possunt Planetarij de rebus illis, quas singuli cum pluribus coniunctim administrant, certò pronuntiare, nisi omnium, qui ad eiusdem muneris participationem vocantur, geneses compertas habeant? Aut enim omnes, qui in eodem munere versantur, eadem genitalia sydera habent, aut diuersa. Si habent diuersa, pugnabunt inter se, & alia aliis officient: si eadem, quod ægrè fieri potest, singulorum geneses sunt obseruandæ.

CAP. XIX.

De Coniugiis.

PTOLOMÆVS lib. 4. de iudiciis, cap. 4. masculorum coniugiis Lunam, fœminarum Solem præesse ait, parum memor se lib. 3. cap. 4. Solem, & Saturnum patribus; Lunam, & Venerem matribus assignasse. Ibidem ait, alium schematismum eidem fœminæ plures viros, alium eidem viro plures vxores conciliare. Age verò, vxor alicuius sub iis astris nata sit, quæ plures maritos destinant; vir item eius sub aliis, quæ plures ei vxores portendunt, quomodo natalitiæ stellæ has inter vtrumque difficultates explicabunt? Vterque primas nuptias agitauit, vtrique sydera alterum, & tertium coniugium pollicentur. An alter ab altero diuertet, vt nouum matrimonium contrahat? Inter Iudæos & Turcos ea diuortia libera sunt, apud Christianos vetita. Morietur vxor, euanescet vis stellarum, quæ secundas & tertias nuptias illi portendebant. Excedet maritus, in easdem angustias Mathematicus se induet. Vincent fortè stellæ validiores. Quis potest astrorum vires metiri? Quis omnium horoscopos ad rationes vocabit? Planetarij non minus ridiculi sunt, cùm ab iis consuluntur, qui Principum aulas, & comitatum ambiunt. Comparant enim vtriusque geneses, & ex amborum natalitiis astris, si consentiunt, prospera omnia spondent. Nec cogitant aulicorum inter se insidias, criminationes, odia, quibus se per vices amicitia Principum deturbant. Non vident fieri posse, vt Princeps ante diem suum obeat, quàm ille alter, cui prospera in comitatu Principis denunciarunt, in eius conspectum, aut certè familiaritatem venerit. Non attendunt, sæpe fieri, vt vnus alius genesin habeat cum genesi Principis magis congruentem. Deinde, licèt astra, vel opes, vel honores, vel gratiam tibi portendant, vt eam consequaris, multa conueniant necesse est, opportunitas, consilium, liberalitas Principis, & alia pleraque arbitraria, quæ à voluntate hominum mutabili pendent. In cęlo diuitiatum, & honorum remotissima, & maximè generalis causa est, quæ sine proximis, & cum ipsa re coniunctis causis est inefficax. Iam verò quòd nascenti temperamentum à stellis indi Planetarij putant, fallit eos suum augurium. Infantes enim à parentibus, & à lacte nutricis temperamentum verius, quàm à cęlo mutuantur, vt Aristoteles lib. 7. de Histor. animal. cap. 10. docet. Hippocrates lib. 4. de morbis, calculi principium oriri à lacte, quod impurum infans suxit, asseuerat. Obseruatum est, infantem, qui capræ lacte nutritus fuerat, perpetuò saltare, & summa

A summa fruticum cacumina, quod capræ faciunt, abradere solitum. Alium suillo sanguine nutritum, cœno semper oblectatum. Docent Medici, eos, qui à nutricibus iam senescentibus aluntur, citiùs senescere, quàm qui à iunioribus. Faustina Marci Philosophi vxor, cùm sanguinem calidum gladiatoris, quem extrema linea amabat, obduxisset, Commodum filium ex viro peperit cruoris auidum, & sæuitia immanem. Fauorinus apud Gellium lib. 12. cap. 1. *In maribus*, inquit, *inolescendis magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet, quæ à principio imbuta paterni seminis concretione, ex matris etiam corpore, & animo recentem indolem configurat.* Cùm autem ingenium, & temperamentum infantis à nutrice pendeat, vnde nouit Astrologus, quæ ex tanta lactantium multitudine adsciscenda sit puero nutrix? Quibus cibis generando lacti vsura sit? Cùm autem ad temperamentum infantis lac nutricis plurimum faciat, cibus, qui à puero sumitur, non minimum confert;

B qui si vitiosus, aut pestilens, aut absonus est, temperamentum mutat, vt docet Hippocrates tribus libris de Diæta. Visi sæpe homines, qui cùm ab incunabulis veneno educti essent, salubres cibos refugerent, & pestifero halitu eos afflarent, cum quibus colloquerentur. Mithridates, quia veneno innutritus erat, ægrè veneno efficacissimo sibi necem consciscere potuit. Galenus lib. de cibis boni & mali succi scribit, ætate sua cùm in Imperio Romano grassante fame vulgus hominum vitiosis cibis vteretur, ineunte ætate ferè omnes multiplicibus, ac variis per cutem vlceribus laborasse, quorum alia erant ἐρυσιπελώδη, alia φλεγμώδη, quædam ad Herpetis similitudinem serpentia, nonnulla impetiginem, vel scabiem, & vitiliginem referebant. Ex quibus liquidò constat, falsò asserere Astrologos in astris vniuscuiusque victum, cibum, temperamentum cerni, cùm annonæ penuria, bellorum incommoda, nauigationes, artificia, morbi, & varij casus cibos, & tem-

C peramentum mutent, quod maximè ab exercitatione pendere testatur Hippocrates lib. 1. de Diæta, & Galenus lib. de exercitat. paruæ pilæ. Quin & aëris tempeties, & regio, situsque locorum, & domicilium ipsum temperamentum magis afficit, quàm astra, auctore Hippocrate lib. de aëre, aquis, & locis: & Aristotele lib. 7. Politic. cap. 11. Immò & si quis æquabili vitæ generi assuetus, à pristina cibi, potusque ratione discedat, temperamentum infringit, & valetudinem plurimùm debilitat. Dionysius tyrannus domi Siculis mensis, quæ opiparæ fuêre, innutritus, vbi solum vertere coactus, angustius, adstrictiusque vitæ genus vsurpauit, insanabili morbo contabuit. Cornelius Celsus lib. 1. cap. 3. *Neque verò*, ait, *ex multa fame nimia satietas, neque ex nimia satietate fames idonea est, periclitaturq; & qui semel, & qui bis die cibum incontinenter contra consuetudinem assumit.* Itemque neque ex nimio labore subitum otium, neque ex nimio otio subitus labor sine graui noxa est.

D Denique multa temperamenti vitia vel Medicorum arte, vel studio, vel exercitatione, vel ipsius naturæ bonitate corriguntur: quod Cicero docet lib. 2. de Diuinat. his verbis, *Illúdne dubium quidem est, quin multi cùm ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur, & corrigerentur ab natura, cùm seipsa reuocasset, aut arte, aut medicina: aut quorum linguæ sic hærerent, vt loqui non possent, eæ scalpello resectæ liberarentur. Multi etiam naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt, vt Demosthenem scribit Phalereus, qui cùm literam caninam R dicere nequiret, exercitatione fecit, vt planissimè diceret.* Non igitur è cælo temperamentum, astrisque fluit, cui tot genera rerum seruiunt: quod ratio victus, exercitatio, medicina immutat, aut corrigit. Sed animi mores, affectus, studia, propensiones temperamentum sequuntur: quod frustrà Planetarij ab astris arcessunt, cùm à proximis causis arcessi debeat. Quot casus voluntarij, aut fortuiti temperamentum mutant, & non

E modò corpus, verumetiam animum afficiunt? *Octauium Augustum intueamur omnium hominum felicissimum, cui tamen Philippensi prælio morbus, fuga, & triduana in palude latebra, ægrotanti, aqua subter cutem fusa, turgida latera, naufragia Sicula, & alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in naualı fuga, vrgente hostium manu, preces Proculeio mortis admotæ, cura Perusinæ contentionis, sollicitudo Martis Actiaci, Pannoniciq; belli, ruinæ è turri, tot seditiones militum, tot ancipites corporis morbi, suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio, toties petita insidiis vita, incusatæ liberorum mortes, luctusq; non tantùm orbitate tristes, adulterium filiæ, & consilia parricidæ palàm facta, contumeliosus priuigni Neronis secessus, aliud neptis adulterium, iuncta deinde tot mala, inopia stipendij, rebellio Illyrici, seruitiorum delectus, iuuentutis penuria, pestilentia vrbis, fames, sitisq; Italiæ, destinatio exspirandi, & quatriduı inedia, maior pars mortis in corpus recepta: iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius fœda sugillatio*, ait Plinius lib. 7. cap. 45. Quæ omnia videant Mathematici, ab astris, an à proximis causis repetenda sint.

A

CAP. XX.

De Vitiis, ac Virtutibus.

ASTROLOGI Virtutes, ac Vitia, non libera voluntate suscipi, non institutione, exemplo, exercitatione acquiri, sed ab astris natalitiis fluere contendunt. Quod si verè dicitur, homines non iudicio, vel libero animi arbitrio, sed nascendi sorte, ac fati necessitate ad mala bonaque feruntur. Quorsum igitur leges, quorsum præmia fortibus, & bonis, supplicia sceleratis ac flagitiosis decreta? Adde, quòd ipsum hominis temperamentum, à quo mores animi fluere volunt; virtutis exercitatione, & honestate vitæ corroborari, & in melius emendari; vitiorum importunitate infringi, ac destrui confessum est. Gulæ, crapulæ, veneris, comessationum, vigiliarum effrænis licentia corpus & animum debilitat; astricta, rectàque vitæ ratio corroborat, & firmat, nec ad lineas Genethliacorum, triangulos, exagonos, quadrata confugiendum est: sed ad disciplinam, moderationemque, vel immoderatam profusionem, qua quisqoe vtitur, respiciendum. Frustra Mathematici inculcant, astra causas esse principes, ac palmarias, quarum inferiora omnia sint instrumenta, quæ nihil agere possint, nisi quatenus à principe causa mouentur: supra enim docuimus, non eam esse vim astrorũ, vt omnes inferiores causas ad suos effectus admouere possint, nec causas proximas, à quibus effectus propriè fluit, à cælo pendere, aut eius instrumenta esse; sed ipsas verè principes, ac intrinsecas esse causas, quæ extrinseco sydérũ auxilio ad vim suã exerendam, & effectus producendos non egeãt. Quòd autem animi mores temperamentum corporis sequi aiunt, non vsquequaque verum est: animus enim ratione pollens, & libertate, corpori leges dicit, & efferentibus sese motibus frænum iniicit, vt ipsum affectuum impetum ratione constringat, & velut calcitronem equum in recti iudicij gyrum compellat. Innascitur quidem propensio animi ex constitutione, habitúque corporis; sed ea ratione, ac libertate arbitrij castigatur. Quòd autem Mathematici varios gentium mores cultúsque, quorum alij truculentiores, alij mitiores sint ac moderatiores, ab astris repetunt; fugit eos ratio: neque astra truculentiam, aut moderationem hominibus; sed educatio, institutio, consuetudo afferunt. Quæ gens olim Teutonis, Cymbris, Sarmatis, Gallis, Britannis truculentior fuit? Quæ iisdem hodie humanior, moderatior, & literis ac virtutibus instructior? Olim Lacedæmonij bellicosi, hodie imbelles; Athenienses nauali scientia clari, hodie nauium ac maris imperiti: In nouo orbe nudiustertiùs Brasilei, Peruani, Tapinumbuzi plusquam belluina immanitate humanis carnibus victitabant; hodie exuta feritate mitioribus institutis imbuuntur, & ab immani feráque vita ad humanitatem excoluntur. Quod non syderibus, sed educationi, ac institutioni adscribendum. Nec ab ea mente Iulius Firmicus abludit lib. 1. cap. 4. cùm in hæc verba loquitur: *Deinde & Græcorum leuitas frequenter modesta grauitatis pondus accepit, & effrænata Scytharum rabies quandoq́, humanitatis clementia mitigatur, & in finibus Galliarum populus sapientia prudentia conualescit, astrorumq́, subdolas mentes honesta fidei ornamenta condecorant, & à plurimis Hispanis iactantiæ vitia deseruntur.* Sed vt ad institutum redeamus, eadem hodie astra Græciæ, Thraciæ, Asiæ, Aegypto, quæ olim, illucescunt: eadem syderum vis dominatur: non idem tamen indigenis cultus, non eadem humanitas, ex quo fœda Turcorum illuuies immani barbarie, & horridis institutis omnia fœdauit: quo genere hominum quid infidelius, quid crudelius, quid ab omni humanitate alienius, cùm tot iam annos mira cæli indulgentia in florentissimis regionibus amœno solo, aëre commodo, stellis felicibus vtantur? Sed educatio, institutio, parentum exempla, consuetudo, dominandi licentia ingenium mutat, nouos mores affingit, & aduersus cæli ac syderum influxus exsurgit, ac conualescit. Quis fando vnquam audiuit in Græcia, Thracia, Bithynia, Cappadocia, Ægypto vni viro eodem tempore plures vxores contigisse; quod hodie Turcorum instituto vulgatum ac solemne est? Non id quidem ab astris, sed à corruptis gentium institutis. Astra aliquid in genere possunt, causæ proximæ ad omnia sunt efficaces: rapiuntur sensus à præsentibus plerunque obiectis, & vniuersæ ferè hominũ prolapsiones ex præsenti ambitionis, furti, cædis, gulæ opportunitate oriuntur. Magis animi rebus obiectis in vtramque partem, quàm syderibus mouentur. Plus ad mores & indolem genus, conditio, fortuna, quàm stellæ afferunt. Roma olim delitiis Asiæ, quam vicerat, victa succubuit. Nocte vna quispiam

A piam fortè matrimonium alea exhausit, vertit se statim ad furtum, ad fœnus, ad rapinam, ad sternitium, ad opificium. Mercator mercibus in mari amissis piraticam facit: alius bellorum iniuria bonis euersus latrocinium exercet: varij denique casus in ratione mortalium plusquàm sydera valent. Quot legimus ex humili loco ad Imperia, regnáque ascendisse? Maximinus è Calone miles sub Seuero, è milite Tribunus sub Caracalla, è tribuno prouinciæ Præfectus sub Alexandro Seuero: & tandem Imperator effectus est. Pertinax è ludimagistro, Seuerus ex aduocato fisci, Iustinus Thrax è pastore, cùm militiæ nomen dedissent, ad Imperium euecti sunt. Dices, genesim regiam illis fuisse. Respondeo, non Martis in propria domo, aut in exaltatione, vel in trigono Iouis, ac Solis in angulo constituti beneficio: sed labore, virtute, industria eos singulari Dei consilio hunc gradum adsecutos. Age verò, quænam astra faciunt, vt filij artes à patribus acceptas exerceant, nec altiora B spectent? Alij mercaturam, quidam agriculturam, nonnulli sellularias artes? An mercatores dixeris, Mercurium in themate genitali feliciter positum habuisse, agricolas Saturnum in propria domo, & exaltatione constitutum? Mendicis & proletariis nati, vt plurimùm mendici sunt, pauperibus pauperes, mediocribus mediocres, diuitibus diuites, nõ vi natalitij syderis, sed paternæ conditionis. Lacedæmones auri, argentique omnes inopes fuêre: sed animi & corporis robore opulenti. Tam adstricta apud eos legum disciplina fuit, vt nemo auarus, nemo aduersus Imperia magistratuum contumax, nemo legum aut iustitiæ contemptor reperiretur: omnes patriæ amantes, auitæ disciplinæ tenaces, laboris ac periculorum appetentes, quocunque tandem sydere nati essent, quia Reipublicæ instituta syderibus omnibus apud eos validiora erant. Plus enim seueritas legum, ac Principum ad morum integritatem, quàm omnes Capricorni, & Scorpionis afflatus, aspectúsque possunt. C Quid quòd metus Dei, fidei Christianæ amor, conscientiæ seueritas, trigonis omnibus, ac quadratis astrorum longè firmior est? Quo sydere tot Martyres natos esse putas, qui sub Diocletiano, Galerio, Maxentio, cæterísque Imperatoribus de vitæ potius, quàm de fidei ac virtutis statu deiici se passi sunt? Conscientia integra vim sydcrum frangit, eámque sibi seruire cogit. Audiamus Latinæ eloquentię principē libro de fato in hęc verba disserentem: *Similiter ad animorum motus voluntarios non est externa causa requirenda. Motus enim voluntarius eam naturam in se ipso continet, vt sit in nostra potestate, nobisq́ pareat, nec id sine causa. Eius enim rei causa natura est. Licet astra propensionem hominibus iniciant, ea tamen ratione constringi, & in contrarium flecti potest, cùm homines sui iuris & arbitrij sint, nec aliunde quàm à Deo, & à seipsis necessariò pendeant.*

D

CAP. XXI.

Cur Astrorum prædicta falsa sint.

QVæ maximè causæ sunt, cur Astrologorum vaticinia fluxæ fidei sint, & mendaciis ac fraudibus consuta: Eorum, qui eam artem factitant, imperiria, & ipsius artis vanitas. Astrologorum imperitiam in ipsis eius repertoribus Ptolomæus, & Albumazar, cæterique Mathematici damnant. Cùm enim Astrologiæ origo à Chaldæis, & Aegyptiis petatur, quorum illi quadraginta se annorum millia in experiendis pueris quicunque nati essent, posuisse mentiri ausi sunt: omnes melioris notæ Planetarij Chaldeos, & Aegyptios in summa eius artis, quam repererant, ignoratione versatos esse, falsis principiis vsos, falsa E docuisse, tradidisse, ad posteros transmisisse fatentur. Ptolomæus ipse, quo auctore sub Claudio Imperatore astrologia maximè enituit, & summam omnis absolutionis consequuta videtur, à recentioribus Mathematicis sæpè lapsus esse, & variis erroribus eas artes implicuisse, conuincitur. Errores eius de Solis abside, Cardanus libr. de restitut. temporum c.6. grauissimè insectatur. Ibidem c.7. & 8. Ptolomæum in motibus Lunæ, Martis, ac Saturni dimetiendis, allucinatum esse contendit. Idem sect. 1. Aphorismo 71. *Quatuor*, inquit, *sunt, ex quibus contingit errare, falsa ratio, falsa computatio, falsa obseruatio, falsa temporum enumeratio.* His duobus vltimis Ptolomæus errauit, aut altero eorum. Si astrologiæ parens, à quo Iulius Firmicus, Manilius, Iamblicus, & alij Mathematici veluti è perenni fonte scientiam hauserunt, in ipsis artis principiis, & fundamentis errauit; quid de cæteris statuendum, qui eo duce doctoreq; nituntur? Albumazar, qui Saturnicas reuolutiones inuenit, sua ætate tanta nominis celebritate fuit, vt dubiam Ptolomæo Astrologiæ palmam faceret, cuius puti-

dissimos errores. Albertus Pighius Campensis Astrologus Parisiensis in astrologiæ defensione his verbis insectatur: *Finxerunt quemlibet ex Planetis, & vnumquodque item signorum mundi imperium tenere annis trecentis sexaginta; quibus exactis, nouum aiunt incipere orbem magnum, cui & Planeta priori proximus, & signum quod deinceps hæret signo priori, pariter præsunt. Sed hæc quàm fabulosa, quàm obtusissimis etiam ingeniis conficta eo patet.* Cardanus item lib. de Iudiciis geniturarum cap. 6. & 26. Iulium Firmicum, & Albumazarem vt astrologiæ imperitos dicteriis incessit: recentiores Cardanum ipsum traducunt, & ignorantiæ fœdissimæ incusant. Ipse libro centum geniturarum gen. 19. inscitiæ suæ testimonium reddit, qui se triginta totos annos in suo horoscopo laborasse profitetur. O laborem cassum, & irritum, & tali capite dignum! Idem pluribus locis, quos adscribere piget, eam artem à nemine teneri, à nemine scienter tradi palam fatetur. Cyprianus Leouitius in quæst. de vita, nullam habere vim directiones Solis, aut Lunæ contendit. Idem in eligendo Domino genituræ à cæteris omnibus recedit. Si vis ludibria artis vanæ recognoscere, lege Cardanum ad librum 1. Ptolomæi de Iudiciis textu 14. Albertum Pighium in Astrologiæ defensione, parte prima sub initium. Ptolomæus, Firmicus, Bonatus, Bellantius libro 1. Apologiæ aduersus Picum Mirandulanum, Astrologorum sui temporis inscitiam, adulationem, lucri cupiditatem lacerant & concerpunt. Multum est in Astrologis inscitiæ; sed fraudulentiæ ac vanitatis longè plus est, qui vnum id agunt, vt dum iis à quibus consulantur, illudunt, rem faciant, & ex mendaciis quæstum aucupentur, de quibus scitè Ennius ait, *quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam petunt. De his diuitiis deducant sibi drachmam, reddant cætera.* Ptolomæus libro 1. de Iudiciis cap. 1. non eos tantùm fraudes consuere, & diuitum loculis insidiari ait, verùm & integumento Astrologiæ necromantiam, geomantiam, pyromantiam, aliasque veritas, & occultas dæmonum artes occulere testatur; Nulla est genitura, in qua Mathematici non reperiant plures directiones, reuolutionesque irritas, & inanes. In genitura Henrici II. Galliarum regis Gauricus, & Cardanus solùm considerant directionem Lunæ ad trigonum Iouis, quæ contigit anno ætatis eius vigesimo octauo exacto, mense tertio, die vicesimasexta, quo patre mortuo regnum sortitus est. Et Ceresarius in genitura Pauli III. Pontificis non meminit nisi directionis Solis ad trigonum Mercurij anno ætatis sexagesimosexto, quo Pontifex renuntiatus est, vt appareat eos malis artibus grassari, qui ea quæ artis sunt, omninò non attingant; sed ea quæ eorum vanitatem arguere possent, subdolè occulerent. Cardanus consultus de Eduardi VI. Anglorum regis genitura, pronuntiauit eum post quinquagesimumquintũ ætatis annum diuersis morbis laboraturum, & sanguinis profluuio moriturum Cùm Eduardus anno ætatis decimosexto excessisset, Cardani mendacium ludibrio omnibus fuit. Idem lib. 2. quadripartiti cap. 14. quibus fraudibus Patis Ceresarius in vaticinio de Pauli III. Pontificatu sit vsus, luculenter aperuit, ipse in vaticiniis suis non minus fallax, & fraudulentus. Ita suas fraudes Astrologi inter se opprobrant, & criminantur, vt vanitatem ludicræ & mendacis artis omnibus planam faciant.

CAP. XXII.

De Genesi inspicienda.

SEXTVS Empiricus lib. 1. contra Mathematicos, cap. 21. Genefeon fallaciam egregiè ludificatur: *Noctu*, inquit, *sedebat Chaldæus in alto aliquo promontorio sydera spectans; alius assidebat parturienti, donec peperisset, qui tintinnabulo, vel sonitu peluis, momentum ipsum parturitionis magistro de cælo seruanti significaret. Is autem cùm audisset, notabat signum, quod oriebatur, tamquam horoscopum; interdiu autem obseruabat horoscopos, & motus. Ita cùm Olympias Alexandrum peperit apud Callisthenem, Nectenabo Rex Aegypti Mathematicus sonitu dises monitus genesim Alexandri & confecit, & fata eius recensuit.* Quæ deliramenta ibidem Sextus Empiricus egregiè traducit, quem tu, si vacat, consule. Respondent Mathematici, prima illa matheseos nascentis cunabula, & rudimenta fuisse; posteà extitisse Mathematicos, qui numeris, ac motibus cæli cursus persequerentur, & in Ephemerides referrent, cuiusmodi fuère Alphonsi, Copernici, Leouitij Ephemerides, & aliorum. Nos Ephemerides illas tot erroribus, & mendaciis scatere asserimus, vt nulla eclipsis ab illis vllo tempore sine errore notata sit. Aut enim statum ab iis tempus longè sequitur, aut anteuertit, aut omninò non comparet. Age verò, vnde fieri putes, vt adeò diffideant Astrologorum calculi,

nisi

A nisi ex eo, quòd astrorum motus nondum exploratos habent? Nihil certè diligentiæ omisit Ticho Brahe, nihil artis, aut industriæ in notandis fyderum curfibus; libro tamen de noua stella, pag. 648. Martis, & Saturni motus adeò incertos esse testatur, vt tribus interdum, quatuórve diebus Astrologi à calculo aberient. Quin etiam nostro fæculo exorti Mathematici, qui *Telescopio* (sic enim oblongam fistulam specularem, seu tubum opticum appellant) quatuor nouas stellas proximè erronem Iouis circulantes, clarissimè se annotasse dicerent; & duas alias proximè Saturnum, sed minus conspicuas. Cùm autem Ptolomæus & Firmicus Chaldæos falsis mathefeos principiis nixos esse asserant, & ipsi nihil à se afferre, sed omnia ex Chaldæorum, & Ægyptiorum obseruationibus scribere profiteantur, eam artem meris mendaciis niti apparet. Cùm enim experimentis fulta sit, & priscorum, recentiorumque experimenta in astrorum iudiciis dissimillima sint, per-
B gulam pictorum esse necesse est, in qua nihil veri, sed omnia ficta, & falsa sint. Scribit Ptolomæus lib. 3. Quadripartiti, cap. 14. dirigendos esse Aphetas ad Anæretas secundùm ordinem signorum in orientalibus cæli locis; in occidentalibus verò non solùm secundùm ordinem signorum, sed etiam contra successionem. Cardanus rationem dirigendi in sorte non mutat, sed eamdem sequitur, quam in horoscopo, Sole, & Luna. Leouitius, & alij solum horoscopum dirigunt ad promissores, cùm agitur de valetudine, morbis, & longæuitate, omisso Sole, Luna, Sorte, & dominio horum locorum. Sortem verò quocumque loco ponatur, semper dirigunt contra successionem signorum, & graduum: omnes tamen experimentis niti se contendunt. Quid veri esse putes in tanta discordia, cùm aut omnes errare, aut vnum modò rem acu tetigisse necesse sit? Quare fateri cogitur Bellantius libro de Astronomiæ veritate, quæst. 1. art. 1. Astrologos de singularibus
C nonnisi imperfectè prædicere, propter cælestium schematum dissimilitudinem. Quid tu (malum!) Astronomiæ veritatem asseris, si ex ea de singularibus nihil nisi imperfectè, & mendaciter prædicere potes? Ita & Ptolomæus in Centiloquio, can. 1. in generali, non in particulari prædicere posse Astrologum scripsit. Cur igitur consultoribus tuis imponis, Mathematice, cùm de singularibus nihil certi denunciare possis, qui mortem violentam ferro, veneno, pleuretide, insidiis accersitam, diuitias ex hæreditate, ex industria, ex coniugio, amicitias Principum, cædes fratrum, parentumque denuncies, & tempus, annum, diem singulorum assignes? Consulentium stoliditate impudenter, & flagitiosè abuteris, qui ea, quæ supra artem sunt, pollicearis. Deinde cùm euenta, quæ prædicis, copulata sint, aut simplicia, in vtrisque fraudem struis. Cùm enim denuncias Philippum ex Olympiade Alexandrum Asiæ debellatorem suscepturum, copulata res est è pluribus, quorum
D alterum sine altero effici non potest; sed vtrumque à certo, & definito astrorum reditu pendet. Quare si non redeunt astra, quæ singulares effectus præstant, neque ea redeunt, quæ copulata euenta efficiunt. Cùm denuncias Alexandrum crastina die excessurum, simplex effectus est. Simplicia autem euenta non à quocumque astrorum positu, sed definito, certo, ac stabili fluunt; qui si nunquam idem reuertitur, vt Astrologi statuunt, nec idem simplex effectus redire potest, nec effici experimentum. Vana sunt igitur astrorum apotelesmata, irrita tua vaticinia, mendaces denunciationes. Ad hæc, circumstantiæ singulares, quas ab Astrologo definiri posse negas, vel à syderibus pendent, vel aliunde arcessuntur. Si a syderibus manant, erit eorum à Mathematicis experimenta nulla facta sunt? Cur astrorum apotelesmata te fugiunt? Si aliunde fluunt, nihili sunt genethliacæ artes, quæ rem præcipui momenti astrorum efficientiæ subducant. Rursus, minima quæque
E stellarum commutatio, & nouus schematismus effectorum non modò circumstantias, sed etiam genus immutant, auctore Cardano lib. de iudiciis, cap. 1. 3. 6. & lib. de reuolution. cap. 7. Vnde igitur Astrologi experimenta sumunt, quibus suam disciplinam fulciant, cùm idem astrorum positus nunquam redeat, idem in cælo schematismus bis nunquam exprimatur? Vnde sequitur, omnes syderum congressus, cùm innumeri sint, obseruari non potuisse; nec esse, nec fuisse Astrologos, qui quotidianos astrorum sui seculi congressus, eorumque apotelesmata enotarent, vt futilem artem, & friuolariam esse oporteat, quæ certis experimentis, ac definitis munita non sit. Sequitur item, experimenta, quæ facta sunt, scientiam constituere non posse, quia nullæ sunt astrorum figuræ prioribus similes, ex quibus generalia pronunciata sumi possint, quæ ad iudicandum de similibus viam sternant.

CAP.

A

CAP. XXIII.

Astrologos astrorum vires experiri non potuisse.

GENETHLIACI asserunt, se astrorum vires longa obseruatione ita compertas habere, vt in iudiciis suis nullus error contingere possit. Quare Ptolomæus lib. 4. de Iudiciis, Saturni stellam frigidi maximè, & sicci effectricem esse ait; stellam Iouis temperatę naturæ, cùm inter Saturni frigidam, & Martis æstuosam interiecta sit; Martis verò erronem vrere, & arefacere, quæ vis ex ignea eius vi, & rutilo fulgore deprehendatur; Veneris erronem æqua cum Ioue temperie esse, quæ à vicinia Solis calorem mutuetur; humidi tamen effectrix sit natura sua, quæ vis Iouis erroni negatur. Mercurij stellam arefacere, & humidum absorbere, quod longiùs à Sole non deerret; interdum tamen humidi effectricem esse. Eadem penè iterat Cardanus lib. de supplemento Almanachi, nisi quod aliquid de suo addit. Tantum autem Planetarij omnes erronum viribus tribuunt, vt reliquorum astrorum vires ad eos reuocent. Ptolomæus lib. 1. de Iudiciis cap. 8. *Stellæ*, inquit, *in capite Arietis effectus habent commistos ex viribus Martis, & Saturni, &c.* Si probatum fuerit igitur non potuisse Astrologos experiri vires erronum, placita omnia, & scita genethliaca complotata sunt. Hoc ergo seriò agamus, & erronum vires astrologis erronibus ignotas esse ostendamus. Ante omnia quæro, vndenam Ptolomæus didicerit, Saturni erronem frigefacere, Martis exsiccare? Vnde compertum habuit, frigus, quod experimur, à Saturno potius, quàm ab aliis astris esse? Neque enim sola vnquam Saturni stella in cælo effulsit. At, inquiet, semper gelidum aërem experimur fulgente Saturno. Nihil ne ergo faciunt ad frigus aliæ stellæ, quas Saturnij frigoris administras, & socias esse contendis? Nonne quotidie de nocte aut de die Saturnus nostrum orbem percurrit, nonne rapitur motu diurno ab ortu in occasum? Num frigore eius leone furente, canicula æstuante, quotidie afficimur? Vnde didicisti, si nulla Saturni stella in cælo esset, frigus in hoc orbe nullum futurum? Deinde vel Saturnus quibuscunque stellis affictus frigus facit, vel cum quibusdam solùm, non cum aliis. Non dixeris Saturnum cum Marte, Sole, canicula, leone frigus efficere. Si coniunctio Saturni cum certis syderibus frigoris effectrix est, vnde potiùs à Saturno quàm ab illis syderibus frigus effici didicisti? Quonam experimento id astruis? An illa astra, quæ Saturno iuncta frigus facere contendis, à Saturni vicinia seiuncta frigus non efficere vnquam expertus est? Cùm in Capricorno Saturnus frigus efficiat, cur potius frigus à Saturno, quàm à Capricorno fieri putas? Cur sub eadem astrorum cum Saturno coniunctione plus frigoris de nocte, quam de die, plus hyeme quàm æstate, plus in montibus quàm in patentibus camporum æquoribus experimur? Quam melius Aristoteles lib. 1. de generatione, Solem accessu ad nos, recessuque caloris ac frigoris omnis, quod à cælo fluit, causam esse pronuntiauit: cui si addideris frigus, quod ex aqua & terra oritur, nullum reperies experimentum, quod Saturni frigori fidem adstruat, qui cùm totis quindecim annis ad Cancrum progrediatur, & totidem ab eo digrediens ad Capricornum redeat, vnde frigoris eius experimentum duci posse speres? Quis vnquam quindecim frigidos annos à quindecim calidioribus annis, quibus ad nos propiùs Saturnus accedit, distinxit? Quis frigus gradatim crescens per quindecim annos, & sensim decrescens per alios quindecim obseruauit? De Venere & Mercurio idem, quod de Saturno colligas oportet. Cùm enim Mercurius non longiùs à Sole quàm vnius signi interuallo vnquam recedat, Venus nunquam à Sole duorum signorum interstitio longiùs absit, vix internosci potest, quam vim Mercurius, & Venus per se sine Sole habeant, quid cum Sole efficiant, quod adminiculum in agendo Sol ab illis accipiat. Adde, quòd Venus accessu & recessu à Sole augetur aut minuitur non secus ac Luna: vis tamen eius per statas vices non augetur, vt Lunæ. Vnde efficientia Veneris nullis experimentis per se explorari potest, quod Cardanus ipse ad librum 1. Ptolomæi cap. 16. agnoscit: Sed neque cæterorum erronum vires vllo experimento innotescere potuerunt, quod ea quæ tardè, & longo temporis tractu fiunt, plurium causarum interuentu aut impediri, aut promoueri possint, vt non liceat dispicere, à qua potissimum causa promanent. Ruit igitur Astrologorum ars, quæ nullis experimentis fulciri potest, cùm erronum vires nulla obseruatione cognosci possint.

CAP.

A

CAP. XXIV.

An modica figurarum commutatio Prædictionibus non obsit.

GENETHLIACI, quia eosdem schematismos nullo tempore in cælo bis existere, sed alios, atque alios sibi subinde succedere, semperque submutari consentiunt, commutationem eiusmodi figurarum, ac situum leuis esse momenti defendunt, vt ea prioribus experimentis, & hodiernis prædictionibus non officiat. Quibus respondeo ego, si quid euenit sub coniunctione Solis, & Iouis in primo gradu Libræ, non inde continuò fieri, vt propter huiusmodi coniunctionem euenerit. Quid B enim si acciderit vi aliarum causarum, quæ minùs obseruatæ fuerint, cùm proximæ causæ maiorem vim ad effectus singulares, quàm cælum, & stellæ habeant? Quid difficilius est, quàm in tanto causarum confluxu dispicere, quid vnaquæque efficiat? Deinde figurarum dissimilitudo, quam modicam esse Astrologi fingunt, maxima sæpe, & efficacissima contingit, vt neque priora experimenta posterioribus, neque posteriora prioribus aliquid roboris, aut fidei addere possint, nec ex vtrisque quidquam vniuersum colligi queat, vnde ars, aut præcepta rectè iudicandi consurgant. Consule Cardanum lib. de Iudiciis, cap. 22. qui idem lib. 2. Ptolomæi, textu 54. mira, & inusitata quædam futura denunciat sub coniunctione capitis Arietis octauæ sphæræ cum capite Arietis nonæ, quæ non potest fieri nisi post trigintasex millia annorum. O mirificum experimentum! Protogato vitam ad id vsque tempus, Cardane, vt eius veritatem corrobores. Quid, quod va- C riæ stellarum in cælo figuræ, ac conformationes doctissimis etiam Astrologis ignorantur, cùm vernum æquinoctium nondum compertum esse omnes agnoscant, auctore Cardano sect. 1. Aphorism. 21. *Quædam*, inquit, *sciuntur perfectè, vt circulorum ascensiones; quædam propinquo modo, vt Solis reuolutio; quædam sciri possunt, etsi non sciantur, vt reuolutio superiorum; quædam sub scientiam sunt, sed nunquam sciri potuerunt, vt ingressus Solis in æquinoctij punctum; quædam nec sciuntur, nec sciri possunt, vt mistiones siderum, & vires.* Quid verò tu, Cardane, Astrologiam inter artes numeras, in qua neque erronum ingressus in signa, & in signorum gradus, neque syderum mistiones, viresque ab iis, qui hanc artem faciunt, teneantur? Sed esto, recurrant aliquando in idem signum errones, an in eumdem signi gradum conuenient? Fateris ipse, etsi in idem signum conuenerint, dissitos tamen à priore congressu fore quatuordecim, quindecim, aut viginti gradibus: quæ distantia tanti momenti est, D vt alias veterum, & nouarum congresionum vires, alios effectus esse necesse sit. Cùm enim variis eiusdem signi gradibus variæ stellæ sint insitæ, quarum quædam Saturni, aliæ Solis, nonnullæ Martis, Mercurij, aut Veneris ingenium sequantur, varias figuras, & ex iis varios effectus nasci consentaneum est. Consule Ptolomæum lib. 1. de iudiciis, cap. 8. Valdè quippe interest, in quoto gradu declinationis australis, seu borealis fuerit erronum coniunctio, cùm multi simul zodiaci gradus sint, qui in eodem signo variam efficere possint aquilonarem, aut australem erronum declinationem, habita præsertim comparatione cum terra, in qua quilibet gradus cælestis milliaria vigintisex, si Ptolomæus audiendus est, complectitur. Sed in aëris affectione constituenda, variandaque, positas esse stellarum vires docet Ptolomæus libro 1. de Iudiciis cap 2. & 3. Quare præcipuam a∙ in prædictionibus, declinationis erronum rationem habendam lib. 1. cap. 10. Cur igitur ais, E Cardane, quamuis Planetæ non in eundem signi gradum conueniant, leues euentorum esse coniunctiones? Itáne verò sexaginta duo milliaria exiguam afferunt mutationem? Atqui diuersarum ciuitatum quæ propius distent, diuersas aëris constitutiones, diuersos hominum mores, ex diuerso climate colligis. Eorum qui eadem hora in eadem vrbe nascuntur contrarij mores, propensiones, affectus à diuersitate loci quanquam minima oriuntur. Nunc verò nihil integrum gradum ad varios effectus conferre contendis. O ingenij leuitatem, & vanæ artis inconstantiam! Huc accedit, quòd si tatò astra in eundem signi gradum conueniunt, longè infrequentius in eodem conueniunt eiusdem gradus minuto, quæ quia sexagena sunt in quolibet gradu, minutorum numero non parum syderum declinatio variatur. At si quando in idem minutum errones confluunt, quod ratissimè, vel potius nunquam accidit, quæro de te, Cardane, qui medicinæ studiis distineris, an id punctum etiam obserues? An tibi semper inter manus quadrantes, & astrolabia

bia sint? Quî fieri potest, vt omnia minuta de die, de nocte, hyeme, æstate, sudo, & vdo A cælo notes? Sed in hoc negotio totus sis, diu noctúque in minutis istis experiendis vigiles, an per singula momenta paratos mulierum vteros habes, qui eô temporis puncto partum fundant, quod ad experimenti certitudinem tibi necessarium est? Mera mapalia. Sed esto, redeant ad idem minutum errones, isque reditus Astrologis innotescat, si eorum epicyclus, vel excentricus in alia parte absidem habeat, quàm priùs habuerat, quonam tua experimenta recident? Errones enim humiliores, aut sublimiores erunt, quàm priori schematismo fuerant, vnde contrarij sequentur effectus. Duplex enim astri vicinia esse potest; altera quando stella tropicum Cancri repetens, aut exoriente conscendens directos, ac perpendiculares ad nos radios mittit; altera, qua ex sublimiori sui orbis parte ad eam, quæ terræ proxima est, relabitur. Quæ quidem si tibi penitus obseruanda sunt, vereor vt prius experiri vitam desinas, quàm verum experimentum conficias. Imò & cùm latitudo zodiaci ad duodecim gradus pateat, etiam si astra in idem minutum longitudinis conueniant, à B priori tamen erronum congressione sex, octo, vel decem gradibus latitudinis dissidebunt, quæ res eùm efficiat, vt stella propiùs, longiúsve à nobis absit, longè aliter hic astrorum positus quàm prior partum afficiet. Quanquam non ex gradibus modò zodiaci, verùm & ex numero erronum, qui conueniunt, ingens diuersitas oriatur. Interdum enim duo, tres, plures ad eundem gradum confluunt, quorum si duo in pari gradu latitudinis, in diuerso alij, & si tres longitudine respondent, vnus, aut plures dissident; quantam effectuum mutationem sequi necesse sit, viderit Cardanus. Verùm hoc tibi do, Cardane, quia meretur eruditio tua, obseruaris sine errore quicquid è cælo seruari potest. Quid tum deinde? Quod tibi apotelesma superiores causæ reficient, nisi sublunares proximæ conspirent? Causam in cælo efficientem assignas? Sed an eadem materia, idem inferiorum causarum affluxus C in prioribus experimentis fuit, qui in recentioribus repertus est? An pater idem, mater eadem, vterque robore & ætate eadem, pari corporis animíque affectione, idem semen, quod in humano corpore quolibet momento mutat? Si quid ex his desideratur, omnia experimenta tua iacent. Tu cæli cardines obambulas, trigonos, absides, quadrata, syderum positus, ac schemata peragras, & proximas causas, à quibus propriè ac singulariter effectus est, non inspicis? Sapienter, meo animo: multa enim efficiunt, ne proximæ causæ vires percipiantur: Variæ in primis circumstantiæ; quarum genera si spectes, paucæ sunt; sin cuiusque generis partes, inexplicabilis varietas. Quot in sæculo anni, quot in anno menses, in mense hebdomades, in hebdomade dies sunt; ex tot diebus quis vnum alteri similem vidit? Quid de locis dicam, in quibus homines nascuntur? Mitto Europam, Asiam, Africam, nouum Orbem: Taceo Regna, Imperia, Prouincias. De vna aliqua ciuitate loquor, in qua certè, quot tribus curiæ, fora, theatra? Quæ si cum alia vrbe compares, mi- D ram in vtraque dissimilitudinem reperias. Iam verò inter ciues & incolas quantum discriminis, si mores, ingenia, studia, conceptum, ortum, instituta, ordines attendas? Quid ad hanc varietatem, Cardane, dicturus es? An dedis manus, aut eo animo es, vt ad nostra castra perfugias? Si scripta tua satis capio, non procul à nostra sententia discedis. Verba tua sunt libro de Iudiciis cap. 32. *Quatuor causæ sunt, cur electiones sint difficiles. Prima, ob multitudinem negotiorum vni non possumus esse intenti, nec etiam illam eligere, quæ sit excellentioris conditionis. Secunda, quia non est facilè eligere ex significatoribus quid propriè decernant. Tertia, quòd congressus rerum perpetuò re non possumus. Quarta, quòd quantitatem rerum attingere nequimus.* Quot in hac arte accidunt diuersitates ex regionibus, ciuitatibus, legibus & temporibus? Nam nec in eisdem erraticæ locis sunt, nec æquali motu mouentur, nec erraticas eodem modo excipiunt. E Quid ais, Cardane, tam arduum est experiri, quid astra valeant in electionibus, quæ sunt in hominum potestate, & in iis rebus quas pro arbitratu quotidie licet astris subiicere, & obseruare, quid in iis iuris exerceant, id assequi te posse desperas, & nihilominus efficientiam, & vires, quas astra in genituris obtinent, curiosiùs inquirere non vereris? At, inquies, interest plurimum, quo sydere negotium quodque suscipiatur, quo cæli statu princeps adeatur, iter ineatur, bellum, mercatura, aut studia literarum arripiantur. Quam igitur natalitia & genitalia sydera vim habent, ex quibus totius vitæ curriculum, fatúmque pendere ais, si ad singula negotia stellæ consulendæ, & cælum interrogandum est? Certè si negotia, quæ quotidie suscipiuntur, non ex natalitiis astris, sed ex horarum, dierúmque electionibus pendent, nihil ex genituris certi deprehendi potest. Sed demus hoc tibi, Cardane, vt iter suscipienti cæli facies prospera, & auspicata maximè arrideat; an idem habitus

cæli

A cæli toto itinere perseuerabit? Quomodò iter agenti stellæ sternent viam, auertent latronum incursus, Solis æstum mitigabunt, maria procellasque sedabunt, ne fœda tempestate deprehendaris? Idem tu, si memor es libro de Iudicus ca. 22. huiusmodi electiones egregiè traduxisti, quæ pessimè Ludouico Sphortiæ processerint, cùm nihil nisi ex præscripto astrologi ingrederetur, nihil maioris negotij nisi auspicatò susciperet. At si electiones commenta sunt Astrologorum, vt ipse fateris, cur non & genituræ? *Alfridaria*, inquis libro de Iudiciis cap. 2. *vocant dominatus astrorum, qui septimo quoque anno in hominibus mutant. Primis septem annis puero Luna dominatur, septem aliis sequentibus Mercurius, à decimoquarto anno ad vigesimum primū annū adolescenti septem annis præsidet Venus.* Hæc tu, Cardane, quasi è tripode pronuntias, & à Ptolomæo diuersus abis lib. 4. cap. 9. ab vtroque Firmicus libr. 2. ca. 29. cuius verba hæc sunt, *Cùm Sol dominus temporum fuerit, tenet dominatum annos decem, menses nouem: simili modo & Luna,*
B *cùm Domina temporis fuerit.* Quid pugnatis inter vos, Astrologi, de Domino temporis? Si vultis audiri, concordate. An singulorum experimenta inter se dissident? An fabulas luditis, & mera figmenta chartis illinitis? Cur Lunam nascenti puero potius præesse traditis, quàm Solem, vitalis calidi, ac spirituum fontem? Singulis diebus, singulis horis, singulis momentis astrorum schemata variantur. Quid ergo iuris Luna obtinet in puerum per septem totos annos, quod non obtineat in sequentem ætatem? His accedit, quòd cùm singulis diebus alij pueritiam, alij adolescentiam, alij virilem ætatem, alij senilem ingrediantur; si Alfridaria starent, pugnantes stellæ contra omnia Mathematicorum effata vno eodémque tempore vires obtinerent. Imò, quæ Genethliaci de Chronocratore, & temporum moderatore docent, Alfridaria funditùs euertunt. *Initium temporis*, ait Firmicus, lib. 2. cap. 29. *in diurnis genituris Sol accipit, & cæteris diuidit: in nocturnis Luna, nec aliam rationem ad-*
C *mittas, quia hæc ab omnibus probatur.* Excipe Cardanum, Iuli Firmice, qui à te plerunque, & Ptolomæo discedit. Si vim suam Alfridaria obtinent, & septem totis pueritiæ annis Luna regnat, septem sequentibus Mercurius, quid afferunt Domus, Antiscia, Fines, Horoscopi, Cardines, Signa, Configurationes, Trianguli, Stationes, Directiones, Retrogradationes, Irradiationes, Cursus, Carpenta, cæteráque id genus ludibria, quorum apud Astrologos magnæ vires sunt, si Lunæ dominatum septem totis annis eripere, aut interrumpere non possunt? Somnia hæc sunt vigilantium, & ludibria puerorum, pappos in aëre volitantes sectantium. Alfridaria igitur iacent: sed magnæ reuolutiones in subsidium aduolant, quas tamen Albertus Pighius Campensis Astrologus clarissimus in Apologia deridiculò habet part. 1. his verbis, *Quæ autem de maximis coniunctionibus isti fabulantur, quorum effectus in tam multa sæcula extendunt, è quibus orbes magnos, & Saturni reuolutiones confingunt per omnes cæ-*
D *los, Dominus Petrus Abiacensis Cameracensis Cardinalis deierat, se omninò ignorare, imò omninò se non intelligere, quid hi loquantur, vt qui se ipsos non intelligant. Quis enim non rideat maximam coniunctionem, quam vocant Saturni & Iouis, sicum Solari aliquo deliquio forte acciderit, in tria, aut quatuor millia annorum suum effectum extendere? Quis vnquam hominum tandiu vixit, vt id experiri posset? At ex Aristotele constat, experientiam, obseruationemq́ non nisi ex pluribus singularibus effici.* Hæc Pighius eruditè. Astrologorum stoliditas eò vsque processit, vt non modò fingerent quemlibet ex erronibus, & signis, vniuersi huius potiri imperium annis trecentis sexaginta, vt scribit Pighius, quibus exactis nouus inciperet orbis magnus, cui & Planeta priori proximus, & signum quod deinceps hæreret, signo priori pariter præessent, atque ita qualis dominantis syderis, atque signi natura esset, talia trecentis sexaginta annis euenirent; verùm etiam stellas esse, quæ se viderent, & audirent; alias quæ auribus, & oculis capta essent,
E fabulati sint. Hæc figmenta inter alios prodit Iulius Firmicus his verbis: *Aries leonem non videt, sed audit; Leo arietem videt, sed non audit; Aries cancrum videt pariter, & audit.* Errones esse qui loquantur necesse est, vt alij audire possint. Has anicularum nænias, an Æsopi fabellas esse putes, apud quem asini, & boues inter se sermocinantur? Nemo certè veterum piscibus sermonem attribuit, Astrologi attribuerunt. De illis tamen scire velim, quonam experimento colloquia tam abdita compererint, vnde obtutus astrorum blandos, aut retorridos cognouerint; cur aliis linguam astruxerint, aliis oculos eripuerint, quibusdam & aures, & oculos addiderint. O figmenta ridicula & vana! Iulius Firmicus lib. 2. cap. 22. duodecim loca in genituris spectanda esse ait, ex quibus fata nascentium aucupari, & præsentiscere oporteat. Primus locus est, in quo horoscopus est constitutus: in hoc loco vita hominum, & spiritus continetur. Quid audio, Firmice, non in semine parentum vita, & spiritus, sed in horoscopo continetur? In nono ab horoscopo

roscopo loco Religionem contineri putas, non à Deo, non à Principe, non à pietate, non ab anticipatione aliqua Numinis, quam Natura nobis indidit, propagari? Quis hæc folia farfari, & palearum cassa esse neget? Nec pluris sunt illæ erronum, partiumque zodiaci directiones, quibus horoscopum, quamuis puero nascente ab vno aliquo errone longiùs absit, certo tamen tempore ad eum, non fine eius, qui natus sit, periculo peruenire fabulantur. Esto enim alicuius genituræ horoscopus Leonis pars decimaquinta, & Saturnus partem sextam Virginis insideat, cùm Saturnus horoscopum ob interuallum loci non attingat; qua ratione illi officere potest, nisi horoscopus tandem aliquando ad eum locum, quem Saturnus insederat, peruenerit: quod interdum fieri magno eius, qui natus sit, periculo contendunt? Huiusmodi decursus horoscopi ad planetarum loca *Directiones* vocant, ex quibus Ptolomæus vitæ spatium; Firmicus, & alij rerum omnium euentum prædicunt, & repudiatis Arabum monomœriis, faciebus, nouenariis in solis directionibus, & reuolutionibus, omne Astrologiæ punctum reponunt. Sed de te quæro, Firmice, cùm astra sint densiores suorum orbium partes, à quibus abduci, aut seiungi nequeant, cùm sint, vt Aristoteles loquitur, illigata orbibus suis, ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις, partes autem in toto tamquam in loco non existant, vt docet Aristoteles lib. 4. Physicor. text. 23. Cur locum illis in orbibus suis attribuas? Immò cùm in continuo corpore nullæ sint partes, lib. 4. Physicor. text. 11. & orbis superior, à quo inferior continetur, vniusmodi sit, & continuus; qui fieri potest, vt orbis superior aliqua sui parte locum erroni præbeat? Deinde cùm astra perpetua vertigine rotentur, & ea, quæ mouentur, nullum certum, ac definitum locum obtineant; quis furor est, voluentibus se rapido cursu erronibus certa loca vel in Virgine, vel in Leone, vel in Piscibus assignare? Errones certè à longè spectantibus nunc in vno, nunc in alio zodiaci signo considere videntur, oculorum vitio; sicuti montes eminùs exorientem Lunam vertice contingere putantur. Quare cùm multo longiùs errones à zodiaco absint, quàm à Luna montes, non minùs insulsè signa zodiaci erronum loca, quàm Lunam montium locum esse dixeris; maximè cùm locus ambientis corporis terminus, ac superficies sit immobilis. Iterum de te quæro, Firmice, quid sit illud, quod ais, horoscopum planetarum loca peruadere, & suo quasi domicilio derelicto in alienas domos irrumpere? An orbes Lunæ, Mercurij, Veneris, aliorumque erronum ea conuersione rotantur, vt singulis annis vno gradu ad certum terminum accedant, à certo termino recedant? Quod si asseris, ecquænam pars orbis Solis, aut Lunæ horoscopi munus sustinebit? Sed neque in zodiaco pars vlla reperietur, quæ vno quotannis gradu ad Saturni, aut Mercurij locum progrediatur. Iam verò si eam zodiaci partem, sub qua nascente puero planeta fuit, planetæ locum appellas; & horoscopum, eam zodiaci partem, quæ sub horam natiuitatis in Oriente fuit; qua fronte asserere audes, vnam zodiaci partem ad aliam eiusdem orbis partem accedere? Aut cur eodem iure zodiaci signa vltrò citroque commeare, stellas affixas interdum conuenire, & concurrere ad geneses non doces? Commentitium igitur horoscopi ad locum erronis decursum, & imaginarium fatearis necesse est, nisi cum ratione pugnare perseueras. Sed non minus absurdum est, quod de signorum duodecim zodiaci viribus fabularis, quædam infœcunda esse, masculina, diurna, terrestria, amica, fœcunda, fœminea, nocturna, aquatica, inimica, quæ tantam vim habeant, vt vniuersa Mathematicorum apotelesmata, euentaque ab iis pendeant. Sed à te abeo, Firmice, vt mihi res sit cum Alphonso Rege, qui tua festa erroris incusat. Cùm enim zodiacum vnum immobilem in octaua sphæra constitueres, in quo duodecim signa verterentur, quòd octo tantùm cælestes orbes agnosceres, ecce tibi derepentè Alphonsus emersit, qui regia auctoritate nonum & decimum orbem procuderet, vt rationem expediret, qua octauus orbis motu diurno ab ortu in occasum raperetur; & rursus alio motu ferretur, quo stellæ fixæ à punctis cardinalibus æquinoctiorum, & solstitiorum ab occasu in ortum recederent; & alterum zodiacum in decimo globo immobilem, solo animo conspicuum, à stellis vacuum, & inanem constitueret; in quo tamen duodecim signa, iisdem nominibus distinxit, quæ cum erronibus concordare, vel discordare, eorumque vires acuere, vel obtundere, tum propriis rationibus ad rerum omnium constitutionem facere asseueraret. Sed agedum, Alphonse Rex: mihi enim tecum, reuerentiâ, quæ regiæ Maiestati debetur, obseruatâ, res iam erit: An singulos cœlestes orbes vnius esse naturæ, & rationis, simpliciaque esse corpora cum Platone, & Aristotele agnoscis? Motus enim simplex corpori simplici proprius,

ac pecu

A ac peculiaris est. Motum diurnum, quem orbi decimo velut auctori proprium ascribis, cùm simplex sit, à simplici corpore proficisci necesse est, cuius vna sit ratio, & natura. An mihi das, quod omnes Philosophi teuent, partes specie, & natura disiunctas inter se cohærere non posse? Cùm igitur eiusdem orbis partes inter se cohæreant, eas specie, & natura inter se congruere fateberis. Denique si decimus orbis vniusmodi non est, sed variis constat partibus, motus diurnus illi naturalis, & proprius esse nequit: siquidem vnaquæque natura proprium sibi, & singularem motum vindicat. Quare si in decimo globo plures sunt naturæ, & plura motus principia, cùm alia natura hunc, alia motum illum postulet, qui fieri potest, vt motus diurnus decimo orbi sit naturalis? Si motus ille vni parti tantùm naturalis est, aliis partibus violentus sit necesse est. At nihil violentum perennat. In corpore autem simplici, ac continuo, in quo natura nullas partes B constituerit, quis à natura signifer circulus constitui potuit? Tuus igitur ille decimi orbis zodiacus fictitius est, ac imaginarius, à quo natura simplicis corporis abhorreat. Ecquis enim zodiacum à reliquo orbe discreuit, si nulla partium in orbe distinctio est? Qua fronte igitur, Alphonse, partibus decimi orbis imaginariis, & commentitiis eas vires adscribere non dubitas, quas reliquo orbi derogas, partiumque zodiaci, quarum vnam esse naturam oportuit, alias fœmineas, masculinas, amicas, inimicas; alias nocturnas, diurnas, terrestres, aquaticas esse contendis? Quis scripsit zodiaco fines, ne vltra vigesimumtertium gradum, & aliquot minuta excurrat, si sola Mathematicorum cogitatione zodiacus ille informatur: Cur diuersas, & contrarias vires imaginario tuo zodiaco adsciscis? An partitionem zodiaci in duodecim signa voluntariam, & arbitrariam esse diffiteris? Si ergo zodiacum decimi orbis in viginti partes tribuisses, quod animo & cogitatione fa-C cere potuisti, nouas singulis partibus vires natura renuente adstruxisses. O inanes cogitationes, & fanaticorum hominum visa & portenta! Cur ea, quæ veteres astronomi de octauæ sphæræ asterismis prodiderunt, ad imaginaria tua decimi orbis signa transtulisti? Cur libidinosum Arietem ex octaua sphæra in decimam traiecisti, vt propiùs ad Dei & Angelorum sedem eius animalis spurcitiæ pertinerent? Chaldæi, à quibus vanissimæ artis origo fuit, solis asterismis incubuere, nullam signorum, quæ carent stellis, rationem habuêre; & tu ab auctoribus tuis diuersus abis? Non illi Martem in Tauro deiici, in scorpio exaltari, mentiti sunt. Non Saturni cum capricornio, Veneris cum libra concentum, & affinitatem imaginati sunt: astrorum cursus numeris ac motibus persecuti, rebus ipsis, non inanibus figmentis instituerunt. Huc accedit, quòd astra quoque octaui orbis affixa, & errore libera ab vno tantùm signo in aliud demigrant. Cor leonis in vltimo gradu cancri aliquando fuit: D hodie ad vigesimum quartum leonis gradum peruenit: & stellæ, quæ olim in Ariete, hodie in Tauro visuntur. Qui fieri potest, vt ab imaginariis decimi globi signis errones afficiantur, & stellæ fixæ, quæ propiùs ad decimum orbem pertinent, non afficiantur? Quid causæ esse dixeris, cùm aliorum orbium vires in solo astro residant; cur in decimo globo ab astris imparato tantum efficacitatis resideat? Cur inferior Zodiacus nihil efficit, nisi astrorum vi; superior sine astris operosus est, & efficax? Si minutum illud te fugit, vt fateri cogeris, quo errones è signo, quod peragrarunt, in signum próximum demigrant: qui fieri potest, vt de syderum viribus certè iudices? Tycho Brahe Martis motum adhuc incompertum esse scribit libro de noua stella: veteres astrologos ingressum Solis in quatuor puncta cardinalia ignorasse profitetur: Quæ artis principia si te latuêre, quis cætera tibi inexplorata fuisse neget, vnde falsa tua ex astris vaticinia extitisse consentaneum est? Obiicies, E vires astrorum maximas ipsa etiam experientia quotidie percipi, ac probari. Sol enim ex Ariete egrediens, veris amœnitate, & temperie omnia perfundit: in leone ardores immodicos ciet, quibus sata læta, fructusque carbunculantur. Idem iudicium est de cæteris erronibus, Arietem & Leonem percurrentibus. Deinde scribit Ptolomæus, Solem in Ariete tonitru, fulgure, fragore nostrum hunc orbem quatere; quod aliunde quàm ab Arietis natura oriri non potest. Interdum media æstate ingruit frigus, ruunt imbres, crepitat grando, fæuiunt venti, procellæ furunt: contra per hyemem subinde ardores æstuant, venti spirant, & solum arefaciunt, quæ aliunde proficisci non possunt, quàm ex subito alicuius astri ex vno in aliud contrarium signum transitu; vel ex vno in alium eiusdem signi gradum. Denique, qui eodem positu stellarum nascuntur, sæpe similes per omnia, & pene gemini, sæpe vita, moribus, studiis, corpore, animo, dissimili sunt, cuius rei causa alia nulla esse potest, nisi ex eo quod hi, cùm in lucem exeunt, astra ex vno signo in aliud transuolant;

P 2

uolant; aut easdem signi partes, gradusque natura & viribus similes decurrunt. Itáne verò fenris, Solis vires, & efficaciam à signis, in quæ ingreditur, augeri, vel minui? Adeóne Sol imbecillus per se est, vt aliorum opem emendicare cogatur? An re fugit, à Sole astra omnia vires suas, luménque mutuari; & cùm ipse sit fons lucis, mundi mens, & temperatio, vt Cicero loquitur, cæteris omnibus lumen, roburque de suo impertiri? Non igitur Solis initus in signa Zodiaci has rerum varietates; sed accessus ad nos, stati, recessúsque per vices afferunt. Tolle Zodiacum, & eius signa, Sol ad nos statis viribus accedat, & recedat, eadem effecta, quæ hodie, consequentur. Quo tempore Sol hunc orbem in leone ardoribus incendit, nonne lenissimè afficit eos, qui ad alium orbem pertinent? Consule Aristotelem lib. 1. de generatione textu 57. lib. 2. Meteor. cap. 2. Qui circa Orionis ortum vsque ad Ethesias, & prodromos tranquillum, ac sudum esse air, non Orionis, sed Solis virtute. Subitæ autem aëris mutationes, quæ per æstatem subinde accidunt, non è cælo, sed è terra, & copia, inopiáve exhalationum; ex materiæ affectione, ex antiperistasi, & aliis plerisque causis repetendæ sunt. Argumentum autem, quod ex geminorum simili natura ducitur, in proximis causis frangitur, quæ plus ad similitudinem, aut dissimilitudinem, quàm remotæ, & generales omnium iudicio valent. Quam enim Sol sine semine patris similitudinem faciet? Quòd autem astra omnia vnius imaginis easdem habere vires autumas, longè huius animi falleris. Tradunt enim Mathematici, quos tu Alphonse Rex, sequeris, in vnoquoque signo tres esse Decanos, qui pluribus erronibus respondeant, & variis virtutibus prædiri sint. Rursus in vnoquoque signo alij Dodecatemoria diuersa, nonnulli Monomœrias; quidam Nouenias, aut Fines, aut facies cum varia potestate præficiunt: vnde signorum variæ partes statuuntur à Firmico lib. 8. c. 3. & Ptolomæo, quos cupiam candidè & disertè docere, vbinam vis illa posita sit, quam ab astrorum virtute & à partium signi facultate diuersam esse volunt. Ioannis de Sacrobosco verba hæc sunt: *Humana persuasio stellis numeros, & nomina fecit; non ex sua natura, sed ex significatione distinctionis accommodata.* Si nomina stellis, non ex natura; sed vt à se inuicem internosci possent, arbitratu hominum indita sunt, quid tu mihi ex nominibus vires, & naturas, non ex viribus nomina, & appellationes arcessis? Chaldæi ex Libra, & Scorpione vnam modò imaginem effecerunt, & vndecim tantùm Zodiaci asterismos posuerunt: Arabes nomina signorum pro libidine mutarunt, & pro Geminis duos Pauones; & pro Virgine spicarum manipulum subiecerunt. Ptolomæus Hipparchi asterismos omnes inuertit ac submutauit: Hebræi pro imaginibus literarum elementa cælo affixerunt: & adhuc arbitrarios astrorum schematismos esse inficiaberis? Vnde apparet, Astrologos insubidè & inficetè ingenia feratum, quæ in Zodiacum relata sunt, ad astra, & syderum schemata referre, cùm temerè, aut iculariter ea nomina signis facta sint, quæ nullo astrologiæ dispendio hominum voluntate summutari possint. Quis risu temperet, cùm effatum astrologorum audit, Luna in Tauro morante medica potione abstinendum, quòd Taurus cibum in ventrem demissum iterum in rumam reuocet, ac in futuram inediam dispenset? Imperitè ac stolidè, quem tu Taurum in Zodiaco esse putas, Iudæi literam, alij equum, aut elephantem esse voluerunt.

CAP. XXV.

De Monomœriis.

ASTROLOGI, ne postremum aliquem stoliditate haberent, præter illa zodiaci deliramenta, in vnoquoque Decano formas quasdam commenti sunt imaginarias, quibus in re nullum argumentum fuit. Primum ergo Decanum aiunt esse Martis, in cuius primo gradu, qui omni stella caret, hominem statuunt, in cuius dextera falx, in læua sit balista. In secundo gradu virum capite canis (Anubim esse putes) dextera porrecta, læua baculo armata: & similia in cæteris gradibus & Decanis portenta locarunt, quibus Genethliaci non minorem quàm signifero asterismis auctoritatem asciuerunt. Nec immeritò. Ex vna enim & eadem delirantium, aut somniantium officina vtraque prodiêre. Idem dulcedine somniorum suorum capti, vt singula signa in triginta gradus, ita & in tres Decanos partiti sunt, quibus singulis denos gradus attribuerunt, & singulos Decanos vni alicui erroni assignarunt. Primus itaque Decanus Arietis apud Ægyptios est Martis; alter Solis; tertius Veneris. Apud Arabas primus cuiusque signi Decanus

A canus patrifamiliàs tribuitur. Chaldæi paulò aliter Decanos constituunt. Q isti, cur in argumento eodem tam diuersi abitis? Conferte capita inter vos, & in commune aliquid statuite. Si quid in arte, quam faciris, verum est, vnum esse necesse est; quorsum tam diuersis itineribus ad eundem scopum tenditis, ad quem vna & certa via ducere debuit? Imò, ad quem nulla via ducit, cùm sint mera hominum figmenta? Quorsum mihi Monomœrias, Dodecatomoria, & alia eiusmodi somnia obtruditis, si nusquam in eadem arte concinitis, & luxuriæ ingeniorum vestrorum in his fabulis velificamini? Oculos saltem ad Indos referte, viros occultarum artium præ aliis gnaros, qui signa non in Decanos, non in dodecatomoria, non in Monomœrias; sed in nouem partes descripserunt, quas Noucoias indigetarunt, tam felici commento, vt Apollonius Thyantus Monomœriis, ac dodecatomoriis valere iussis ad Noocnias illas velut ad scopulos adhæserit. O fœdam B & inconditam figmentorum proluuiem! Quis putet in arte tam variis imaginibus deformi aliquid veri esse posse? Non in hoc gradu Astrologi steterunt, sed ineptias longiùs protulerunt. Zodiacum nulla erronum habita ratione in partes lucidas & tenebrosas, vacuas, & plenas, fœmineas & viriles, salubres & insalubres distribuerunt apud Iulium Firmicum lib. 4. cap. 16. Quid tu mihi, Firmice, partes zodiaci tenebricosas esse ais, cùm in octaua sphæra vbi signiferum constituis, in tanta syderum multitudine & luce nullus caligini aut tenebris locus esse possit? Pergis porrò, & quasi ex tripode pronuntias: *Qui vnam stellam præter Solem & Lunam in plenis partibus habuerint, mediocres erunt: qui duas, ad omne felicitatis genus accedunt.* Quæro de te, an hæc euenta experimento didiceris; an ab aliis tradita sine vsu & tractatione sequutus sis? Certè Albumazar disciplinæ tuæ fidem derogat. Quas enim tu partes fœmininas vocas, ille masculinas esse defendit: quas plenas, ille va-C cuas. Auendrodam, Abraham, Alchabitius in alia omnia discedunt, quanquam ne ipsi quidem inter se de partibus masculinis, & fœmininis, plenis & vacuis consentiunt. Vis in tua verba iurem, & tua documenta cæteris antepoņam? Exemplis, non verbis, experimentis, non figmentis placita tua firmato. Subiungis libro 3. cap. 3. Astra contrarias vires in variis domiciliis sortiri, & in sententiam tuam Cardanum trahis, qui libro de reuolutionibus cap. 12. Planetas malos Domibus, in quibus sunt, nocere scribit; & bonos iuuare eas, si in eis sint. Hausistis vterque hanc disciplinam à Ptolomæo lib. 3. de Iudiciis cap. 10. 12. & 13. Sed Domos istas, quas constituitis, imaginarias & commentitias esse ex eo apparet, quòd inter vos ipsos de erronum domiciliis non conuenit. Alij enim Æquatorem; alij verticalem circulum; quidam parallelum per gradus eclipticæ orientem meridiano circulo interceptum; alij zodiacum in duodecim domicilia tribuunt. In tanta va-D rietate, cuius calculum sequar, in cuius sententiam pedibus ibo? Tam frequentia super eadem re discidia fidem infidæ arti derogant. Veritas vna est, à qua qui contraria sentiunt, aberrent necesse est. Huc accedit, quòd huiusmodi astrorum sedes, & domicilia Genethliaci fixa faciunt, & immobilia. Prima enim Domus est in oriente, sexta in occidente, quarta in imo cælo, decima in medio. At nulla est cæli pars orienti, vel occidenti, medio vel imo cælo sic affixa, quæ diurna primi mobilis vertigine ab oriente in occidentem non rapiatur. Imaginaria sunt ista erronum domicilia, quibus res ipsæ assensum negant. Scribis enim, Firmice, erronum domicilia immobilia esse, cùm signiferi signa octauæ sphæræ illigata erronibus suas domos, sedésque præbeant. Sed qua fronte signa zodiaci fixa, & immobilia esse defendis, quæ diurno cæli motu quotidie ab ortu in occasum circumferantur? Quod si erronum domicilia in zodiaco decimi orbis te posuisse quis asserit, næ ille toto cæ-E lo longissimè errat, cum zodiacus decimi orbis fictitius Alphonsum Regem habeat auctorem. Deinde cùm in decimo globo nulla sydera sint; quis furor est, erronum domicilia in orbe inani à stellis constituere: aut quam vim agendi errones à Domibus imaginariis sortiri possunt? Omnis enim affectio, vel est à substantia, vel ab accidente. Zodiacus decimi orbis, nec est substantia, nec accidens, cùm sola cogitatione constituatur. Respondebit aliquis, nullam cælestibus Domibus inesse vim: sed in sublunaribus rebus esse characterem Domorum, qui id omne efficiat, quod Planetarum Domibus tribui solet. Sed id responsi non est quasi æ nucis, quia eius, quod nusquam est, nulla potest esse forma, nullus character. Atqui domicilia ista nusquam sunt: vnde sequitur nullum eorum esse characterem. Ex quo Ptolomæi grauior lapsus apparet, qui non errones modò in suis domibus agere, sed ipsas etiã Domos efficaces, & operosas esse putat. *Hinc Domus, inquit, mortis, hinc domus laboris, hinc domus bonæ, maleque fortunæ, filiorũ, diuitiarũ, dignitatum.* Quænã sunt eæ Domus Ptolo-

meæ? An illæ, quas tua cogitatio, vel potiùs somniatio peperit? Valde fœcũda est in vtramque A partẽ tua cogitatio, si non modò in terra, verũ & in cælo tam facilè domos exstruere potest; easque mortis, & vitæ; penuriæ & opulentiæ dispensatrices. Alias autem Astrologi aiunt esse æthereas Domos, de quibus adhuc egimus, aliæ erronũ domicilia, de quibus Ptolomæus, l. 1. de Iudiciis c. 16. his verbis, *Domus autẽ ratio naturalis hac est, quia ex duodecim signis duo proximè accedunt ad verticale nobis punctũ, ideò calores, & æstus generant. Ea sunt cancer & leo. Placuit attribuere illis duobus præcipuis, Soli leonem, propterea quod masculinum est signum: Lunæ cancrum, quia fæmineum*, &c. Firmicus lib. 2. cap. 4. singula signa in tres partes diuidi ait, singulas partes singulos habere Decanos, vt sint in singulis signis terni Decani, quorum singuli ex triginta partibus denas possideant, & dominium suum in denas partes exerant. Ptolomæus eodem loco, *Capricornus*, inquit, *& aquarius hyemalia signa sunt, & frigida; Saturnus quoq; natura frigidus est: iure itaque illi debebantur hæc signa*. Age verò, Ptolomæe, quonam experimento didicisti Leonem signum B esse masculinum? An quia sub Leone nullæ fœminæ, soli mares gignuntur? An quia audacia & robore cæteris animantibus antecellit? Sed hanc rationem si sequeris, gallinaceus pro leone substituendus erat, qui & plures fœminas salit, quàm leo, & mas valentior ac calidior est, & ipsum leonem obtutu solo terret. Sed quot fœminæ sub Leone, quot viri imbelles nascuntur? Quid te commeruit Cancer, vt eum fœmineo sexu damnares? An quia sub eo solæ fœminæ concipiuntur, ideo masculis illis, ac genitalibus partibus mulctandus fuit? Quid causæ, cur Saturnum frigidum Capricorno, & Aquario, frigidis signis, illigares? Cùm alij astronomi planetarum vires noxias vulgò temperent? Cur Saturno signa calida potiùs, quàm frigida non tribuisti? Vnde Saturnum diurnum frigidum, Martem nocturnum calidum esse comperisti? Lunæ frigidæ Cancrum calidum, & æstuantem attribuisti; Soli calido leonem æstuosum? An quia signum Leonis, quod nobis arden- C tissimum est, sub alio polo degentibus est frigidissimum? *Domum*, ais, *planeta congruere, quæ maximè illius naturæ accommodata sit, & in qua ille vires melius suas exerceat*. Hæc ratio si tenet, Marti non Scorpius, sed Leo fuerat assignandus. Adde, quòd Marti obest plurimum quadrata Solis, & Lunæ irradiatio, vt ipse fateris; nec Saturno parum nocet, si iisdem apponitur. Agnosce igitur re frigidis de causis ad domos erronibus assignandas adductum. Quòd si verè tradis, felices esse omnes planetas, quoties tanto interuallo à Sole absunt, quanto eorum domus distant à domo solis, necesse est vt Saturnus Soli & Lunæ oppositus; Mars ex quadrato iisdem respondens, fortunati sint, contra omnium Astrologorum scita, qui volunt infortunatos esse hos syderum concursus. Valeant igitur istæ Domus non à natura planetis ascriptæ, sed hominum ingenio temerè, & iocular iter repertæ. D

CAP. XXVI.

De Astrorum coniunctionibus.

MIRIFICAS Genethliaci astrorum coniunctiones comminiscuntur, aut potiùs ridiculas, quibus ea, quæ longissimis à se interuallis dissita sunt, coniungere conantur. Quos Cicero meritò ridet lib. 2. de Diuinatione, his verbis: *Docet enim ratio Mathematicorum, quam Chaldæis notam esse oportebat, quanta humilitate Luna feratur, terram penè contingens, quantum absit à proxima Mercurij stella, multo autem longiùs à Veneris, deinde alio interuallo distet à Sole, cuius lumine illustrari putatur; reliqua verò tria internalla infinita, & immensa à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam; inde ad celum ipsum, quod ex-* E *tremum, atque vltimum mundo est. Faciliùs certè terram, & maria cum Luna, & Mercurio coniunxeris, quàm Lunam, & Mercurium, cum Ioue, aut Saturno.* Quid de stellis octauo cælo illigatis dixerim, quas Astrologis ignotas esse Cardanus lib. 1. Ptolomæus comment. 3. profitetur? Vnde incertam hanc esse artem necesse est: *Et quòd plura sint astra, quàm Astrologi norint; & eorum, quæ norunt, natura perspecta non sit; & quòd eorum, quorum natura perspecta sit, agendi modus ignoretur, per circulúmne positionis, an per locum, an per antiscia, an per declinationem.* Bene sit Cardano, à quo tes ipsa veram vocem tandem aliquando expressit. Incertam, & vanam, vt est, Astrologorum artem esse fatetur. Cùm enim astrorum efficientia tribus maximè modis summutetur, vt Astrologi volunt, domibus, signis, aspectibus; domus, & signa nihil ad geneses facere suprà ostendimus: aspectus autem imaginarios esse liquidò constat. Scribunt enim, aliter Saturnum commouere sublunaria, quando duobus signis à Ioue

Ioue distat; ac quando quatuor, aut tribus signis, de quibus lege Firmicum lib. 2. cap. 25. & Ptolomæum lib. 1. de iudiciis, cap. 12. 13. 14. vbi trigona, exagona, quadrata, obiecta, dextra, sinistra superstitiosè, ac fanaticè recenseut. Quid enim stolidius, quàm inter artis principia ponere astra, quæ infinitis propemodùm locorum interuallis à se distant, ex eodem se circulo spectare? Sic enim fieret, vt errones, qui à signifero longissimè dissident, in zodiaco exagonos, tetragonosque potiùs, quàm in aliis orbibus redderent: vt Luna, quæ citima est terris; Saturnusque, qui extimus; & Sol, qui medium locum obtinet; ex æquo ad constituendos quadratos, & exagonos conuenirent. Saturnum aiunt orbe terratum nonagies maiorem, Iouem nonagies & quinquies, Solem trecenties sexagies & sexies. Qui fieri potest, vt tam immensæ magnitudines puncti vicem obtineant, sine quo trianguli, quadratiue latera copulari non possunt? Quis in tam incredibili magnitudine angulus, quæ laterum coitio cogitando informari potest? Sed demus Astrologis angulos esse, quos imaginantur. An aspectus astrorum momento fiunt, an certo aliquo tempore perdurant? Si puncto temporis euanescunt, vt in tam rapida cæli vertigine necesse est, nihil eorum efficiunt, quæ aliquo temporis spatio egent, vt fiant; qualia sunt omnia, quæ apud homines aguntur. Si aspectus illi certo tempore perseuerant, quomodò cum iis congruere possunt, quæ ab hominibus efficiuntur? Quis aspectus astrorum tribus, aut quatuor annis durans efficere potuit, vt Henricus IV. Rex Christianissimus hostibus victis regnum Galliæ hereditarium vi, & armis sibi vindicaret? Dicunt Mathematici, in facultate nutriente, sentiente, animali cælestem quemdam natalitij thematis characterem esse; qui vbi natalitia sydera ad ea loca, in quibus natali hora fuerunt; vel ad loca, quæ cum his coniunctum quid habent, peruenerint; excitet hominis naturam, vt sedulò in ea omnia opera incumbat, quæ agenda occurrunt. Opinationem hominum audio, sed non persuadent. Nec enim apparet, cur huiusmodi character, qui semper in facultate altrice, sentienti, animali hæret, nunc eam commoueat, nunc otietur, & nihil efficiat.

CAP. XXVII.

De Obsidione Planetarum, seu Obsessione.

GENETHLIACI aiunt, planetam obsideri, quoties illum vtrimque ex proximis signis maligna duo sydera circumueniunt. Ita Iouem obsessum esse dicunt à Marte, & Saturno; quoties ille est in Libra, Mars in Virgine, Saturnus in Scorpione: quæ loca vocantur inconiuncta, nimis ineptè; cùm ea, quæ situ proxima sunt, inconiuncta vocent: quæ loco maximè distant, ea coniuncta nuncupent. Sed de te quæro, Cardane, si Mars ex Virgine non adspicit Iouem in Libra positum, quomodò illum obsidere possit? An nihil censes Martem ex Virgine aduersus Iouem agere in Libra positum; ideoque loca putas inconiuncta? Quando verò ex altera parte in Scorpione Saturnus conspirat, tunc vtrimque obsideri Iouem, & obsidium manifestum esse arbitraris? Oportuit te docere, cùm Ioui nihil impedimenti afferatur à Marte in Virgine commoranti, cùm Saturnus Scorpium ingreditur, & nihil in Iouem molitur; quid Marti accedat, vnde Iouem, cui nihil prius officiebat, obsidere incipiat? Sed nimis vrgeo, videris senex pudens vehementiùs commoueri. Age, Cardane, leniùs agam: quæro iterum de te, quomodò fiat, vt planetæ, quoties eodem, vel proximis signis continentur, non se mutuò afficiant, quoties alter ab altero longiùs abest, se afficiant, & inter se patiantur, & agant? Sol enim, si quò nobis propior est, eò vehementiùs nos afficit, quidni & reliqua astra, quò inter se propiùs absunt, quò propiora signa insident, eo maiorem in sese vim mutuò exerant? Immò cùm, vt Theologi, & Philosophi sentiunt, stellæ ab omni vi contraria liberæ sint, & inuiolabiles; ostende, qui stellæ ab aliis stellis obsideri, & maligna irradiatione affici possint? Dices fortè, nihil astra ipsa inter se agere, aut pati: sed influxus, quo hunc inferiorem orbem afficiunt, mutuò se labefactare. Admitto, quia vis: sed ais, efficientiam, quæ à Ioue in Libra commorante manat, longè efficaciùs frangi, ac debilitari ab influxu Saturni, dum in Scorpione moratur, quàm cùm ab eo longiùs recessit. Causæ enim, quæ propiùs absunt, vel te ipso iudice, plus iuuant, aut officiunt, quàm quæ longiùs dissitæ sunt. Apage igitur signa ista inconiuncta, & bullatis nugis apud homines Philosophiæ scientes abstineto.

A

CAP. XXVIII.

De Genesi Vrbium.

IAM olim fuêre, qui Romæ genesim ab ipsis palilibus, quibus condita est: qui Constantinopoleos, & aliarum vrbium natales colerent & cælo adscriberent. Cardanus ipse l. cent. genitur. Venetiarum, Bononiæ, Mediolani, Florentiæ geneses in literas misit. Quo argumento, Cardane, duceris, vt astra in ligna, lapides, lateres influere putes? Quæ re, malum! intemperantiæ egerunt, vt de Florentia scriberes? Ciuitas hæc Martem habet cadentem; vnde non multum bello proficere potest: ostensum est autem, Mercurium damnari; vnde ad literas non adeo vt Mediolanenses apti. De Pisis taces, quas Florentia bello fregit; de Florentia clamas, eam belli studiis parum efficacem fore. An Hippon nudiustertius exiguo milite Serenissimi magni Hetruriæ Ducis auspiciis fortiter expugnatus; tot naues hostium captæ, mersæ, incensæ; tam opima præda de Turcorum triremibus aucta; tot naualia prælia feliciter gesta; tot arces excisæ; tot captiui tot mancipia Liuornum ducta Florentiæ bellicā laudē parum illustrant? *At literarum, inquis, studiis Mediolano inferior erit.* Vbi, quæso te, literæ nostra ætate maioribus ingeniis, ampliori fructu, & claritudine, quàm Florentiæ excultæ sunt? Vbi Alciati, Petrarchæ, Dantæ, Fiscini, Victorij, & alij innumeri, nisi Florentiæ literas expoliuerunt? Vide quàm vaticinationes tuæ à vero aberrent, quæ rei bellicæ, & literariæ ei ciuitati laudem præripiat, quam omnes vtriusque studij nostro tempore principatum tenere fatentur. Sed quia vis interesse, quo sydere quæque ciuitas condita sit, de te audire velim, quod tempus conditioni vrbis assignes? An cùm primus fundamento lapis à còditore iacitur, an cùm sulcus aratro mœnibus signandis ducitur; an cùm mœnia, turresque exstruuntur, cùm templa, palatia, fora exædificantur? Toto illo tempore varia stellarum schemata esse necesse est. Cuinam vrbis conditionem assignas? An ipsum vrbis solum, ipsa mœnium fundamenta eiusmodi sunt, vt astrorum influxus accipere, & sentire possint? Mira deliramenta, insaniæ propiora. Sed vrbium, hominumque fata recenses, equorum, ouium, stirpium, arborum, quæ magis à syderibus, quàm homines afficiuntur, silentio præteris. De Regum, ac Principum fortuna vaticinaris, de canibus, & mulis, qui tuæ domi sunt, taces. O nouum Trophonium, & Amphilochum!

B

C

CAP. XXIX.

De Geminis nascentibus.

D

GEMINI, qui eodem sydere nati sunt, sæpe dissimiles exitus habent; qui diuerso similes sortiuntur. *Nouimus geminos*, ait Augustinus lib. 5. de Ciuit. Dei, *diuersi sexus; ambo adhuc viuunt, quorum cùm sint inter se similes corporum species, quantum in diuerso sexu potest; instituto tamen, & proposito vita planè sunt dispares. Ille in officio comitis militat, & à sua domo penè semper peregrinatur: illa de solo patrio non recedit.* Omnes ne, qui Canensi pugna ceciderunt, eodem sydere in lucem prodierant? Hic ad sua minuta confugiunt Astrologi, & breuissimum in ortu nascentium punctum magnas mutationes afferre clamant. Id si verum est, desinant artem, abiiciant quadrantes, & astrolabia; quia nullam vnquam genesim constituent, quantacunque diligentia vtantur, quin plurimum à puncto natiuitatis aberrent. Si tempora, quæ Solis, ac Lunæ defectionibus assignant, vna semper, aut altera hora fallunt; quid de geniturls existimamus, quarum tempora nunquam certa, & explorata habent? De iis, qui diuerso sydere nati eundem exitum habent, Cardanus libro de Reuolutionibus cap. 1. parum se explicat, ad vniuersas causas recurrit, in hanc & illam partem se versat, & nihilominus in salebra hæret. Annuæ enim illæ reuolutiones, quas opponit, principibus Astrologiæ parum probantur, *quia*, vt ait Ptolomæus libro 2. Apotelesm. *nullum certum constitui potest anni principium, vnde reuolutio desumatur.* Cardanus libro de Iudiciis cap. 6. authorem harum reuolutionum se facit, quæ priscis Astrologis ignotæ fuerit, & veterum experimenta repudiat. Quam bene, viderint illi. Sed reuolutiones illas ludicra figmenta esse recentiores Genethliaci fatentur, quia ex nihil efficere possint, quod in genitura non continetur.

E

CAP.

A

CAP. XXX.

Cur tot Signa Genethliacorum.

EX iis signis, & astris, quæ Genethliaci sequuntur, alia vera sunt, & in cælo re ipsa notantur: vt errones, & sydera quædam octaui orbis: alia commentitia, & ingenio, arbitratuque hominum ficta: quorum nomina, & schemata ab Ægyptiis, Græcis, Arabibus variè commutantur: cuiusmodi sunt Antiscia, Nouenariæ, facies Currus, Carpenta, Figuræ, Exaltationes, Deiectiones, Alfridaria, Fines, Ducatus, Defluxus, Domicilia, Loca, Gaudia, Familiaritates, Odia: quorum necessitatem varietas eorum B euentuum, qui terra, mari, aëre, toto denique terrarum orbe fiunt, ab iis expressit. Quod fatetur Cardanus libro de iudiciis, cap. 26. his verbis: *Ex hoc patet causa, cur tot inuenerint nugas, partes, facies, nouenarias; quia non potuerunt tot rebus, quæ homini eueniunt, situ solo septem planetarum satisfacere.* Sed dum huic euentuum varietati mederi cupiunt, tam varias, & contrarias singulis cæli particulis vires attribuêre, vt nulla sit tam infelici astro genesis, cui regiam fortunam; nulla tam felici schemate syderum, cui mendicitatem, exilia, cruces adscribere non possint. Itaque ex commentitiis illis schematis, Regibus impunè blandiri, & nummos ab iis exsculpere; iis, à quibus alieniores sunt, infortunia, & calamitates denunciare possunt, ita vt artis regulis, ac disciplina mendacia sua tueantur. Tradunt enim Genethliaci astrorum vires infringi, aut corroborari, acui, vel retundi, quoties exaltantur, aut deiiciuntur; vel si sunt diurna, aut nocturna, domi suæ, aut alienæ; C quando suos habent fines, aut ingrediuntur alienos; quando matutina, aut vespertina sunt, australia, aut septentrionalia, in signis masculinis, aut fœmininis, pigris, aut deiectis; quoties iuuantur aliorum benigno aspectu, aut maligna irradiatione præstinguntur; quoties gaudent, aut mœrent, quoties genituræ dominantur, aut aliis destituunt, quoties infra, aut supra terram feruntur, quoties in loco sunt maleuola stella infesto, vel ab ea soluto, ac libero. Rursus cælum in duas partes secant, & ab Ariete ad Libram aiunt Solem exaltari, à Tauro ad Scorpium deiici; à Scorpio verò vsque ad Taurum, aliosque planetas, in quibusdam signis deiici, in aliis exaltari, docente Ptolomæo lib. 1. de iudiciis, cap. 18. Et in exaltatione astrorum maximas esse vires, in deiectione minimas. Idem cælum iterum diuidunt in duodecim domos, & singulis erronibus suas domos attribuunt, in quibus vires suas maximè exerant, tum singulis zodiaci signis tres partes, totidem de- D canos assignant: vt quamuis totum signum domus sit Solis, aut Martis, in ea tamen alij sint decani, qui in suo ducatu, & finibus tantum efficiant, quantum in suis domibus. His addiderunt directiones varias, multiplices reuolutiones, alfridaria, absides, caudam, caputque Draconis, triangula dextra, læua, ignea, aërea, aquea, exagona, tetragona, dextra, & sinistra, quadrata, antiscia, dodecatemoria, & alia innumera portenta, ex quibus in qualibet genesi quidlibet pro libidine conficiunt: vnde fit, vt si ad eamdem genesim constituendam plures Mathematici adhibeantur, vnus eidem homini longæuitatem, opes regias, ampla, & nobilia coniugia, & nominis celebritatem: alter breuem vitæ decursum in, egestatem, obscura, & infausta matrimonia, dedecus, & ignominiam denunciet: & omnes cùm inter se dissentiant, artis præceptis insistere se testiculentur: quod Sixtus ab Hemminga Frisius astrorum scientissimus triginta geniturarum exemplis planissimè do- E cuit. *Atqui*, ait Cardanus, *omnia, quæ Mathematici Augusto, Tiberio, Vitellio, Domitiano, Adriano, Seuero Imperatoribus, prædixerant, certa fide vaticinij euenerunt.* Esto. Ecquis artes aruspicum, extispicum, augurum, fulguratorum, cabalistarum, sortilegorum, coniectorum irritas, & fallaces esse non agnoscit? Attamen illi quot vaticinia cecinerunt, quotum euentus certæ fidei fuit; cùm ideò nulla mendacibus artibus hodie fides adhibeatur, quæ Astrologorum etiam calculo damnantur? Non igitur euenta vaticiniorum fidem arti faciunt, sed ratio vaticinandi. Quamuis enim nullum esset Astrologiæ nomen, nulla ratio, vt nulla est: sed temerè, & certo casu Astrologi, vt faciunt, ea, quæ prædicunt, enunciarent: aliqua tamen è tam multis, quæ prædicunt, euenire necesse esset. Multa Genethliaci verè denunciarunt, eorum numerum subducito, ipse summam eorum, quæ falsò vaticinati sunt, efficiam; ostendamque, si vnum aliquod eorum vaticinium verum fuit, mille vaticinia mendacia, & futilia extitisse. In alia igitur lance vera vaticinia, in alia mendacia ponito: hæc

hæc terram & maria præ illis deprimere comperies. Adde, quòd Ptolomæus ipse in centenar. numero 1. Astrologos non nisi generalia quædam, & indefinita prædicere posse ostendit: cùm particularia non nisi ab iis qui numine afflati sunt, prædici possint; vt ipse testatur lib. 2. quadripartiti. Bellantius quæst. 1. art. 2. & 3. ad tertium, scribit indefinitè solùm Astrologos cognoscere eum, qui natus sit, fore Principem, diuitem, militem, literis deditum: diuinare posse aliquem obiturum morte violenta; non autem à quo inferenda illa mors sit, aut quo instrumento, aut quo loco. Cardanus sect. 1. Aphorism. 3. negat Astrologos particularia denuntiare posse. Sed exempla, quæ Astrologi ad artis suæ confirmationem de Augusto, Tiberio, Adriano & aliis afferunt, particularia, certa & definita sunt. Non igitur ab arte Astrologorum, sed aliunde fuerunt. Cardanus sectione prima Aphorismo vltimo docet, Principum successus astris non subiacere. Idem lib. centum geniturarum genit. 7. affirmat, ex genitura non posse de publicis negotiis ferri iudicium: qua igitur fronte ad natalitia sydera principatum Augusti, Tiberij, Neronis, & aliorum referunt? Persimiles fuisse Augusti, & Cosmi Medices genituras omnes consentiunt, vnde asterismo Capricorni, quo in nummis argenteis Augustus vsus est, Cosmus non modò pecuniam, verùm & publica etiam ædificia signauit. Verùm in Cosmi genitura Cardanus nullum principatus indicium; sed solius prudentiæ signa vidit, libro centum geniturarum genitura 49. At Deus bone! quantum inter vtriusque principatum iisdem syderibus discrimen fuit, quanta in vtroque casuum diuersitas! Tiberius plerosque genituris inspectis e medio sustulit, quibus falsò astrologos ex sydere, quo nati erant, Imperium pollicitos esse apparuit. His accedit, quod Ptolomæus ipse lib. 1. de Iudiciis cap. 3. negat, posse quidquam certo & indubitato iudicio, de vita & morte ex solis astris statui: vnde falsum est, Bellantium ex astrologiæ præscriptis Pico Mirandulano mortem anno ætatis 33. denuntiasse: falsum est astrologum, qui Petro Aloysio Placentiæ Duci necem an. 1547. prædixit, artis præceptis institisse, cùm Lucas Gauricus, & Sixtus ab Hemminga libro Astrologiæ refutatæ genitura 9. eius genesi diligenter inspecta, statuant, nihil anno 1547. in Petri Aloysij genitura fuisse inauspicatum. Alexandri Medices genitura tam aliena fuit à morte, quam illi Astrologi prænuntiarant, vt necesse fuerit Gaurico detrahere ex hora natiuitatis eius minuta quatuor, secunda viginti, vt tempus ortus congrueret cum eo genere mortis. Quod solentes suo more faciunt Astrologi, vt ex euentis tempus natiuitatis dιudicent, & rursus ex hora natali mero ludibrio de euentis statuant. Cosmi primi Magni Hetruriæ Ducis genesin Cardanus libro centum geniturarum, cum eius rebus non congruere profitetur.

CAP. XXXI.

Iudicia Matheseos esse vana, ex Origene, & aliis.

MVLTA sunt apud Genethliacos, & Chaldæos absurda, quæ homines elegantioribus ingeniis insectari solent. Apuleius Apologia secunda, *Præterea nescio quos Chaldæos consulucrat, quo lucro filiam colocaret. Qui vt audio, vtinam illud non verè respondissent, maritum in paucis mensibus moriturum. Cætera enim de hæreditate, vt assolent, ad consulentis votum confinxerunt.* Capitolinus in Pertinace, *Hac re pater motus ad Chaldæum venit, qui quum illi futura ingentia prædixisset, stipem se perdidisse dixit.* Facetè irridentur Astrologi lib. 2. Græc. Epigram.

> Πάντες ὅσοι τὸν Ἄρη, καὶ τὸν Κρόνον ὡροθετοῦσιν,
> Ἄξιοι εἰσὶ τυχεῖν πάντες ἑνὸς τυπάνου.

Omnes quotquot Martis, & Saturni situm obseruant, digni sunt qui tympanum, & fustuarium consequantur.

> Εἶπεν ἐληλυθέναι τὸ πεπρωμένον, αὐτὸς ἑαυτῷ
> Τὴν γένεσιν διαθεὶς Αὖλος ὁ ἀστρολόγος.
> Καὶ ζήσειν ὥρας, ἔτι τέσσαρας. ὡς δὲ παρῆλθεν
> Ἡ πέμπτη, καὶ ζῆν εἰδότα μηδὲν ἔδει·
> Αἰσχυνθεὶς Πετόσιριν ἀπήγξατο, καὶ μετέωρος
> Θνήσκει μὲν, θνήσκει δ' οὐδὲν ἐπιστάμενος.

Aulus Astrologus cùm sibi ipse genesim posuisset, dixit, sibi fatum instare, & victurum tantùm quatuor

A *tuor horas: Sed vbi hora quinta præterijt, & rudis artis victurus erat, se suspendit, reueritus Petosirin Chaldæum, & in sublimi mortuus est rudis, & imperitus artis Astrologiæ.* Certè nihil apud Genethliacos absurdius est, vt Origenes scribit, quàm eos præsentem astrorum vim ignorare, futuram coniectari; cùm facilius sit præsentia nosse, quàm futura, quæ fortunæ sunt, & aliter, atque aliter contingere possunt. Occultum illis est, quid apud varias & dissitas orbis regiones astra in præsens efficiant; & quid in futurū effectura sint scire se gloriantur Deinde si ea, quæ sub oculos cadunt, & in manibus prope habent, vires herbarum, metallorum, lapillorum, animantium eos fugiunt, qua fronte cælestia ambiunt à sensibus remotiora? Callisthenes prodit Nectabin Ægyptium, cùm Olympias in partu Alexandri esset, in excubiis fuisse, & disci ænei tinnitu datum ei signum temporis, quo partus ederetur, vt genituram certiùs constitueret. Qua in re fugit eum ratio, cùm locus, tempus, corporis B puerperæ affectio, obstetrix ipsa partum acceleret, aut tardet. Quæ autem in Nectabi tanta oculorum celeritas, vt punctum illud in obseruando astrorum positu consequeretur, quo natus Alexander, cùm rapida cæli conuersio transuolet, & posituram syderum summutet? Adde, quòd aliud stellarum agmen fuit, quo tempore conceptus est homo in vtero matris, aliud nouem illis mensibus, quibus in vtero latuit. Si alius, atque alius stellarum situs, & ductus, alias atque alias fortunas efficit; quanta fortunæ mutatio, quamque diuersa in eodem homine futura est? Sed & nuptiarum tempore, ex quibus liberi quærerentur, atque ipso etiā maris & fœminæ coitu iam declarari oportere Fauorinus dicebat, certo quodam, ac necessario stellarum ordine, quales; qualique fortuna homines gignerentur; ac multò etiam antequam pater ipse, atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici, quinam olim futuri essent, quos ij creaturi forent, & supra longè, atque longè per in-C finitum. Certè cognitio futuri ex astris vsque adeò est obscura, vt dæmones ipsi sæpe sibi non liquere pronuntient. Euseb. lib. 6. Præparat. oraculi verbis id probat.

Σήμερον οὐκ ἐπέοικε λέγειν ἀστρωνόδον, εἰρεῖν δ'
Ἕδραν· μαντοσύνη γὰρ ἐν ἄστρασι νῦν πεπέδηται.

Hodie non conuenit dicere astrorum viam, & positum: Diuinatio enim ex astris nunc impeditur. Chaldæi dicunt habere se innumerabilium annorum obseruationes rerum euentis comprobatas, è quibus ars ipsorum collecta sit. Nam cùm in omni præteriti temporis spatio penè innumerabiles res eodem modo euenirent, iisdem signis antegressis, ars est effecta eadem sæpe animaduertendo, atque notando. Quare Chaldæos ferunt quadringenta septuaginta millia annorum monumentis huiusmodi obseruationum comprehensa habuisse, quæ deliramenta sunt insipientium, aut anilibus fabulis similia. Cùm enim cæli facies, & omnium D signorum positura, quæ semel fuit eadem omninò non nisi post immensa annorum spatia redire possit, qui fieri potuit, vt Planetarij eiusmodi obseruationes toto vitæ curriculo inter se comparare potuerint? Octauus enim orbis, in quo sunt stellæ affixæ, non ante sex & triginta annorum millia circuitum suum explet. Sed demus, eos nosse singulares cuiusque astri seorsim vires, ac defluxus; an ex eo efficitur eos scire, cùm diuersa astra in vnum coierint, quàm omnia simul vim habeant? Pestifer est Saturnus, vt aiunt, qui Iouis aspectu frangitur. Salutaris est Venus, cuius benignitas Martis, aut Saturni apposítu minuitur. Quod si res hominū aliter se habere nō possint, quā vt astra definiunt, ait Origenes, ἐξ ὅλου τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖται, *hominis liberum arbitrium euertitur*, nihil laude dignum, aut vituperatione agimus, necessitate, & fato acti, quia νευροσπαστούμενοι, ducimur, vt neruis alienis mobile lignum. Εἰ μὲν γὰρ καὶ Χριστὸν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ τελεσθέντα ὑπὸ τὴν ἀναγκαίαν τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τῆς γενέσεως ἀνελήφεσαι. &c. apud E Euseb. l. 6. preparat. *Nisi etiam & Christus, si audaculos istos audimus, huic astrorum necessitati obnoxius natus omnia fecit, vt passus est, non summo illo rerum omnium opifice virtutes incredibiles ei largiente, sed astris.* Addit Origenes, *Si positura hodierna, statusque astrorum aliquid in aliquo effecit, intelligi nequit eandem posituram aliquid, quod iam præterierit, in alio effecisse.* Quicquid enim efficit, prius est eo quod efficitur. At ea quæ Mathematici prædicunt, priora sunt astri positura. Pollicentur enim, vbi genituram hominis resciuerint, comprehensuros se, quomodò vnusquisque errorum ad perpendiculum partis alicuius signi in zodiaco, aut minimorum quæ sunt in illa parte se habuerit, & quale sydus zodiaci in orientali orizonte fuerit, quale in occasu, quale ad meridiem, quale ad boream. Et cum posuerint σχηματισμὸν, ac constellationem, quam nascente homine fuisse augurantur, quo tempore discedunt ab eo, de quo primum quærebant, non modò futura discutiunt, verum & præterita, & ea quæ genituram, & fatum hominis antecedunt; quæruntque, quis pater; vnde domo, pauper an diues, integer membris,

bris, an mutilus; moribus melior, an deterior; opulentus, an inops; cui ſtudio addictus. Idem de matre, & fratribus ætate maioribus interrogant. Concedamus verò eos quæ vera ſunt, eo loci comprehendere: quæramus de iis, qui exiſtimant aſtra neceſſitatem rebus hominum afferre; quî fieri poſſit, vt hodierna ſyderum poſitura præteritis neceſſitatem afferat? Neque enim aliquid efficere potuerunt, priuſquàm ea eſſet aſtrorum poſitura, quę nunc eſt, quæque id temporis, quo præterita fuerunt. Si autem id fieri nequit, quatenus priora tempore ſunt, certum eſt aſtra, quæ hoc modo mouentur in cælo, non ea feciſſe, quæ præterierunt, priuſquàm hoc modo ſe haberent. Quod ſi quis vera eos dicere admittit, inſiſtens iis, quæ de futuris dicuntur, non in eo quod aſtra efficiant, ſed in eo quod ſignificent tantum, eos vera dicere aſſeuerabit. Si verò quis dixerit, aſtra non ea efficere, quæ præterierunt; ſed alios aſtrorum poſitus in cauſa fuiſſe, vt præterita cognoſcerentur, & poſituram quæ nunc eſt, ſignificare tantum; *Ex eo quòd futura declarantur præſenti genitura huius hominis, afferat aliquis differentiam ex aſtris poſſe oſtendi, quòd alia intelliguntur vera eſſe ab aſtris vt efficientibus, alia ab aſtris vt ſignificantibus tantùm*, τὰ μέν τι μέλλοντα δηλοῦσθαι ἀπὸ τοῦ ἐνεστηκότος σχηματισμοῦ τῆς τοῦδε γενέσεως, παραστησάτω τὴν διαφορὰν τοῦ ἀπὸ τῶν ἀστέρων δύνασθαι δεῖξαι, ὅτι τὰ δὲ μὲν γίνεται ἀληθῆ ὡς ἀπὸ ποιούντων, τὰ δὲ ὡς ἀπὸ σημαινόντων μόνον. Quod diſcrimen ſi dari non poteſt, meritò fatebitur, nihil eorum quæ ad homines pertinent, ab aſtris fieri aliud, quàm vt ſignificent; ita vt non ab aſtris futura & præterita acceperit, ſed à mente Dei per rationem quandam propheticam. Quemadmodum enim ſcientia, qua Deus videt ea quæ cuique euentura ſunt, nihil detrahit libero noſtro arbitrio; ita nec ea ſigna, quæ Deus ad ſignificandum conſtituit, liberum illud, quod in nobis eſt, impediunt. Sed vniuerſum cælum quaſi Dei liber futura continere poteſt propheticè, vt ſignificet. Quare in precatione Ioſeph verba Iacobi intelligi poſſunt, *Legi in tabulis cæli, quæ vobis & filiis veſtris euenient.* Fortè & illud complicabitur cælum vt liber, indicat ſermones, qui continentur futura ſignificantes implendos; quemadmodum Prophetiæ dicuntur impletæ eſſe, cùm euenerunt, & ita ſydera erunt in ſigna, ſicut dictum eſt, *Sint in ſigna.* Hieremias autem nos ad nos ipſos reuocans, & metum adimens ex aſtrorum ſignificatione, fortè etiam eos alloquens, qui aſtris vim efficiendi tribuunt, ait: *Nolite timere à ſignis cæli.* Iam alterum epicherema expendamus, quo euincitur aſtra ſignificare tantùm, non etiam efficere. Ex pluribus genituris hominum vna capiatur, & demus ſcientiam hanc ab homine teneri poſſe, vt ex alicuius conſtellatione Mathematicus dicat fore, vt aliquid patiatur, aut à latronibus, in quos inciderit, iuguletur; & ſi plures ei ſint fratres, ex cuiuſque genitura idem præſentiar. Arbitrantur enim genituris ſingulorum fratrum & patris, & matris, & vxoris, & filiorum, & ſeruorum, & amicorum genus mortis à latronibus futuræ contineri. Fortè & genituris latronum, qui occiſuri ſunt. Quînam ergo fieri poteſt, vt is, qui tot genituris continetur, ſub hac potius ſyderum poſitura, quàm ſub illa, & iſta cenſeatur? Nec enim credibile eſt conſtitutionem aſtrorum in huius, vel illius genitura id effeciſſe; in aliorum ſignificaſſe tantùm, non effeciſſe. Fruſtra enim dixeris, omnium geneſin continuiſſe ſigillatim vim efficientem, vt hic interficeretur; alioqui geniture quinquaginta mortis huius cauſæ effectrices eſſent. Non video, quî defendere poſſint, in Iudæa infantium penè omnium hunc in geneſi ſchematiſmum eſſe oportere, vt octauo die verpi fiant, vlceribus, inflammatione, & vulneribus graues, & in ipſo vitæ aditu medicis egentes. Quod idem Iſmaëlitis in Arabia tertio & decimo ætatis anno accidit, vt recutiti fiant. In Æthiopia conchæ genuum quibuſdam adimuntur: Amazonibus altera papilla exuritur; quo ſydere natalitio id efficiente? Qui ſub Piſcibus naſcitur Piſcator futurus eſt, inquiunt. An in Getulia, vbi nulli Piſcatores, neminem ſub piſcibus naſci putes? *Sed amplius quæramus*, ait Origenes; *an aſtra, quæ oſtendimus vim efficiendi non habere, vim ſignificandi habeant, & ea ſigna ab hominibus cognoſci queant?* Dicunt Genethliaci videndum imprimis, in qua ſexageſima ſexageſimæ ſigni zodiaci natalitium ſydus reperiatur. Deinde, quod ſignum zodiaci in orientis orizonte ſit: ſed & partem ſigni, & partis illius ſexageſimam, & ſexageſimæ aliam ſexageſimam obſeruandam. Cùm hora mediam partem ſignorum duodecim contineat, quî ſexageſima ſumi poteſt, niſi horæ diuidantur in ſuos quadrantes, & minuta, vt ſciatur, an is de quo agitur, natus ſit hora quarta, & media horæ parte, tertia, quinta, octaua, ſextadecima, trigeſima ſecunda? Significata enim mutari aiunt, ſi pars horæ ignoretur. Iis igitur, qui in Geminis naſcuntur, ſæpe punctum horæ interiicitur; & multa eorum, quæ contingunt, mutantur præter cauſam habitus aſtrorum, & partem ſigni zodiaci, quæ eſt ad orizontem, quæ

ſæpe

A sæpo fugit eos, qui horam se obseruasse putant. Nemo enim asseuerare potest, id quod inter huius, & illius genituram intercicitur, tricesimam horæ partem fuisse. Sed de hora demus illis, quod volunt. Theorema est apud eos, zodiacum circulum, vt planetas ab occasu ad ortum ferri, centum annorum spatio partem vnam, & hoc lapsu temporis mutare posituram signorum zodiaci; quorum duo genera sunt. Alia enim signa intellectu tantùm; alia sensu percipiuntur, & sunt instar figurationis. Ex signo, quod intellectu percipitur, nihil comprehendi potest, vt aiunt: ex sensili potest verum elici. Ipsi tamen se confusionem, & temperationem eorum, quæ in his astrorum positutis contingunt, omni ex parte defendere non posse fatebuntur; cum id, quod ab hoc imbecilliori astro significatur, melioris sydetis obtutu debilitetur, & plus, minúsve infringatur. Rursus sæpe debilitatio deterioris, quæ fit ab astro potentiori, impediatur, ex eo quòd alterum astrum peiora signi-
B ficans, hoc vel illo modo positum sit. Et opinor eum, qui locis istis immoretur, desperaturum fieri posse, vt ista comprehendantur ab homine; licet astra non vt efficientia, sed significantia tantùm spectentur. Idem ostendit Basil. lib. 6. in Examer. *Simulatque natus est infans, mas an fœmina sit, obstetrix explorat. Tum vagitum expectat infantis, indicium vitæ eius, qui recens natus est.* Quot vis illo tempore sexagesimæ minuta præteriisse? Deinde obsterrix Chaldæum monet de partu, quæ dum loquitur, quot minuta prætereuolant? Dum Chaldæus instrumenta, quibus horæ punctum exploret, adornat, quot minuta effluunt? Compertum enim esse oportet, non modò in quo signo sit sydus natalitium, in qua parte, duodecima, tricesima, sexagesima, sexagesimæ sexagesima. Explorandi sunt item errones, quomodò ad stellas affixas se habeant; qua sint inter se figura, quo positu: vt meritò qui hæc consectantur, omnium risui ac ludibrio exponi debeant. At Petrus, verbi gratia, anno
C 1567. natus est, mensis Octobris die 17. hora sexta matutina diei Veneris. Quid tum deinde? Minimum illud, quo Petrus in lucem editus est, an citra errorem à quoquam potuit explorari? *Sed quæ dementia est*, ait Cicero, *vt in maximis motibus, mutationibusq; cæli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quæ tempestas vbique sit, quarum rerum in proximis locis dissimilitudines sæpe sunt, vt alia Tusculi, alia Romæ eueniat tempestas?* Hæc igitur cùm sit tum serenitas, tum perturbatio cæli, est ne sanorum hominum hoc ad nascentium ortus dicere non pertinere? Illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo; intelligi autem vix potest, quæ à Luna, cæterisque syderibus cæli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? Quid quod non intelligat seminum vim, quæ ad gignẽdum plurimum valeat, funditus tolli? Quis enim non videt, & formas, & mores, & plerosque status, ac motus effingere à parentibus liberos? Quod non contingeret, si hoc non vis, & natura gignentium efficeret; sed tempera-
D tio Lunæ, cælique moderatio. Quid quod vno, eodemque temporis puncto nati dissimiles & naturas, & vitas, & casus habent? Parumne declarant, nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? Nisi forte putamus, neminem eodem tempore ipso & conceptum, & natum, quo Africanum. Quid? Illud ne dubium est, quin multi cùm ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur, & corrigerentur ab natura, cùm se ipsa reuocasset, aut arte aut medicina? At quorum linguæ sic inhærerent, vt loqui non possent, eæ scalpello resectæ liberarentur. Multi etiam naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt, vt Demosthenes, cùm literam R dicere nequiret, exercitatione effecit, vt planissimè diceret. Quod si hæc astro ingenerata, & tradita essent, nulla res ea mutare posset: Sed astri vis cur potius agit in nascentem id temporis, quo nascitur, quàm in genitum, & conceptum eo puncto, quo gignitur, & concipitur? Cuiusmodi enim
E semen vtrinque in vtero matris coit, siue integrum, & vegetum, siue fluxum & tabidum, quoque habitu & statu est, vel suaptè natura, vel à Lunæ & cæli temperatione, eiusmodi fœtum concipi & nasci, necesse est.

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

E soluto & tabido semine conceptos, eosdem tabidos, & solutos gigni necesse est. Vitia parentum, & morbi in filios transeunt. A senibus effœti, à strumosis, elephantiacis, comitico morbo perditis, podagricis; strumosi, elephantiaci, Herculeo morbo perditi, podagrici generantur. Aguouisse dicitur Virgilius vitium in equo iuuenta ferociente, & in primo conatu deficiente; quòd à vetulo & effœto, genitus esset. Si vis astri agit, eo maxi

ximè puncto agit, quo materia ceræ instat, quamlibet formam à defluxu sydetis capere potest, non quo nascitur infans membris integris, aut labefactis. Quod si momentum id spectandum est, quo fœtus in vtero concipitur, quis Astrologorum est, qui speret se momentum illud deprehendere posse, quod parentibus ipsis ignotum est, cùm alij septimo, octauo, nono, decimo mense nascantur? Quid verò dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreationes habet? Quid interest inter Indos, & Persas, Æthiopas, & Syros, corporibus & animis? Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quàm Lunæ tractus ad nascendum valere. Etiam hoc requiro, omnesne, qui Cannensi pugna ceciderunt, vno astro fuerint? Exitus quidem vnus omnium fuit. Quid? qui ingenio, atque animo singulares nascuntur, num astro æquè vno? Quod enim tempus, quo non innumerabiles nascantur? At certè nemo similis Homeri. Et si ad rem pertinet, quomodò cælo affecto, compositisque syderibus quodque animal oriatur, valeat etiam id necesse est in rebus inanimis. Quo quid dici potest absurdius? Lucius quidē Tarutius Firmanus in primis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam Romæ natalem diem ab iis parilibus repetebat, quibus eam à Romulo conditam accepimus. Romamque, cum esset Luna in iugo, natam esse dicebat. *O vim maximam erroris*, inquit Cic. *Etiam ne vrbis natalis dies ad vim stellarum & Lunæ pertinebit?* Sed frustra sunt Mathematici, qui de cæli affectione, & stato sydetum motu sibi blandiuntur, cùm à solito cursu (vt Salisberiensis ait, l. 2. c. 24.) multa deuertant, & eo maioti admiratione feriant sensus hominum, quo non modò insueta; sed etiam ipsi naturæ videntur aduersa, vt cùm Solis defectio plenilunio contingit: aut circa Lunæ coitum, aut citra plenilunium, vel vltrà, luminis sui Luna patiatur eclipsim. Qui enim syderibus legem dedit, quando vult, & quomodò vult, nouum stupente natura, aut rarum producere potest effectum ex causis concurrentibus, quæ aliter apparere consueuerant. Sed quanta est hæc figurorum certitudo? Nempe cùm signa meatus deseruere suos, nouum aliquid creditur imminere. Quasi verò nouum illud, quod expectatur, aut præsciri nisi iam fit, vllo modo possit, aut si præsciatur, nisi Deo propitio, queat auerti? Plautum audito, si rationem non audis: Cum sycophanta percontaretur, an illi planetæ essent placandi, qui numeris totum rotant, eos Mandrogerus nostro visu faciles, nec dictu affabiles esse respondet, adicitque:

Qui atomos in ore voluunt, stellas numerant,
Sola mutare non possunt sua.

Vt irrideat vrbano sale, quemadmodum Salisberiensis loquitur, eos qui visum exercent in contemplatione eorum, quæ visum fugiunt, & interpellant eos, qui loqui dedignantur; & cùm atomos in ore voluant, verendum est, ne si atomus genethliaco fortè intercidat, in excipienda sententia cælestium labatur. An te mouet quod apud Lucanum figulus audaciusculè dixit?

Aut hic mundus, ait, nulla sine lege per æuum
Errat, & incerto voluuntur sydera motu:
Aut si fata mouent, vrbi, generique paratur
Humano matura lues.

Adde quòd, vt è Fauorino suprà ostendimus, innumeræ stellæ in cælo sunt, quæ oculorum aciem fugiunt, multæ Astrologis ignotæ, paucæ notæ. Cur igitur ex iis quæ notæ sunt, futura prænuntiant, quarum vim longè maximo sydetum, quæ ignota sunt, numero, & viribus obtui necesse est? In octauo orbe mille, ac insuper viginti duas stellas affixas vulgò numerant, quarum quæ minima est, terræ magnitudinem superat. Canicula Sole ipso maior esse putatur. Quid? Ea Saturni aut Martis malitiam non franget? Apud Plinium c. 26. lib. 2. Hipparchus nouam stellam & aliam æuo suo genitam deprehendit, eiusque motu, qua die fulsit, ad dubitationem adductus est, anne hoc sæpius fieret, mouerentur que & eæ, quas putamus affixas? Quod si subinde generantur, aut pereunt, nouos defluxus ex iis manare in res inferiores necesse est; qui stellis euanescentibus euanescant. Si supra Saturni orbem aliquæ stellæ mouentur, frustra nos Chaldæi quinque erronibus assignant. Adde, quòd effectus omnis naturam suam propriam, ac singularem efficaciùs sortitur à causa particulari, quàm vniuersali. Plantæ cuiusque natura, leonis, equi, hominis magis est à semine plantæ, leonis, equi, hominis, quæ causæ sunt particulares, quàm à Sole, & stellis, quæ sunt causæ vniuersales. Sol enim & leo leonem generant. Legendus Sanctus Augustinus c. 17. l. 2. de Genesi ad lit. & Gell. l. 14. c. 1. Cùm igitur effecta magis

A gis sint à causa particulari, quàm vniuersa, cur potius hominis fatum, & mores ab astris, quàm à parentibus arcessimus, quæ causæ sunt particulares? Deinde in tam præcipiti dierum, noctiumque vertigine, minima momenta ingentes faciunt mutationes, vt ait Fauorinus apud Gellium, quæ Astrologi notare non possunt: non ergo & futura prædicere. Ignorato enim puncto genituræ, prædictio nulla est. Legend. Augustinus l. 5. de Ciuitate Dei c. 2. & 3. & l. de Doct. Christ. c. 22. D. Gregor. homil. 10. super Euangel. *Quàm multi*, ait Fauorinus, *homines diuersis stellarum motibus in lucem editi eodem genere mortis, eodemque ictu temporis intereunt. Quàm multi eadem prorsus affectione cæli nati, diuerso fato sunt.* In eodem argumento pluribus immorarer, nisi Comes Mirandulanus, & plerique alij abunde astrologos mendacij, & vanitatis reuicissent; quos qui adirent Alexandriæ *βλάκες*, id est *fatui* appellati sunt. vnde *βλακεννόμιον* tributum quod pendebant Astrologi, quasi ex eo quod à fatuis da-B tum est, reficeretur. Et Fatui ipsi Astrologi, vt de se quidam in epigrammatis Græcis non diffitetur.

> ἴδε ὡς καθ' αἰθέρα λεύσσων
> τὸ ὑπὸ ποσὶν οὐκ ἰδὼν πῆμα κυλινδόμενον.

Vide vt astra intuens, & ea quæ sunt in æthere, non animaduerti malum quod ad pedes obuersabatur. Ita & Thales cùm sydera spectans in scrobem incidisset, mulierculæ risui fuit. Quare Diuinaculi meritò vrbe & Italia pulsi ab Agrippa, Tiberio, Domitiano, Vitellio apud Tacitum & Dion. Plinius tamen sic eos laudibus effert, vt admirans exclamet, *Macte ingenio este cæli interpretes, rerumq. naturæ capaces, tantorum luminum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta, in defectibus stellarum scelera, aut mortem aliquam syderum pauente.*

C

CAP. XXXII.

De Fato ex Astris.

APVD Gregorium Nyssenum lib. de Fato, Eusebius Philosophus his rationibus ex astrorum positu Fati necessitatem asserebat: ὁ τῶν οὐρανίων ἐπισκεψάμενος τὴν κίνησιν, τόν τε ζωδιοφόρον κύκλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυοκαίδεκα τμήματα τῇ περιγραφῇ τῶν ἐγγεγραμμένων ζωδίων δι' ἴσου ἐπ' ἀλλήλων διεστηκότα, ἕκαστόν τε τῶν ἄστρων τὴν δύναμιν καταγνοὺς, τινὰ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐκ φύσεως ἰσχὺν ἔχει. *Qui*, inquit, *contemplatus est cælestium corporum motum, Zodiacum circulum, eiusq. duodecim, quæ in eo conspiciuntur, segmenta, æquabiliter inter se dissita, necnon singulorum astrorum facultatem, ac vires, quas per se quodque in ortu suo habet: quid eorum* D *efficiat congressus propriis singulorum virtutibus inter se temperatis, siue ea commisceantur, vt cùm astrum alterum appropinquat alteri, siue secernantur, vt cùm alterum ab altero recedit: quid item inferioris recessus, quid superioris in transitu defectio, quid eiusdem restitutio: quid varia congredientium, & digredientium forma, siue trianguli, siue scaleni, aut si quam aliam geometricam figuram referunt: qui hæc*, inquit, *& huiuscemodi alia perspexit, sciet fati nomine id significari, quod serie quadam immutabili, pro certa stellarum coniunctione necessariò efficitur. Cùm id quoque mihi inauditum, & nouum accidisset*, inquit Nyssenus, (*non enim quidquam eorum, quæ diceret, intelligebam, quippe ea disciplina non eruditus*) *rogaui, vt eo modo mihi vim verbi declararet, quo Fati notionem assequi possem. Nam cælestes circulos alium in alio esse, & motu contrario conuersioni firmamenti, in quo stellæ non errantes affixæ sunt, interiùs cieri, eosq. omnes in Zodiaco circumuolui: hæc, inquam, etiam ab aliis audiui, ac proinde luminarium splendorem pro conuersione cuique cælo propria, tum accedere, tum rece-* E *dere, atque inferiore astro subeunte tolli è conspectu nostro superius, siquidem inferiori directè opponatur: & quæcumque hinc aptè colligerentur, siue formam aliquam efficerent, vt cùm circulus spatium, quod in se continet, ita motu suo ambit, vt sidus in transitu, aut rectà obiiciatur superiori, aut declinet; siue breui temporis interuallo, siue longiori cuiusque circuitus absolueretur, quandoquidem pro singulorum magnitudine necessariò vel celerior, vel tardior esset conuersio. His omnibus silentio præteritis, orabam, vt tantùm Fati vim perspicuè mihi explicaret, Deúsne aliquis Fati nomine intelligeretur, huius vniuersi Imperator, summa potestate præditus, quiq. omnia haberet in manu sua, & pro arbitratu gubernaret: an verò Fati virtutem alterius alicuius superioris virtutis ministram statueret, vt & ipsa quodammodò alteri Fato subiecta sit, præcellentioris causæ in administratione socia. Nam si eam in res omnes imperium obtinere credendum esset, ratione nos induci, vt nihil illam supereminere censeamus. Sin eam astrorum motum sequi, ac ita demùm violenta quadam necessitate in res omnes dominari assereret, satius fuisse præcedenti, quàm sequenti omnipotentem illam vim attribuere; ac vel sydera rerum istarum*

causas esse dicere, vel conuersionem firmamenti, vel circulos, qui in ea concipiuntur; vel certè circulum, qui cælo obliquè inscribitur. Si quis enim concederet, astra neque per se moueri, neque perpetua conuersione inter se aut coniungi, aut disiungi; sed eandem semper referre figuram, Fatum non existeret. Quare si ex syderum motione Fatum oritur, frustrà profectò id dominari in cætera putatur, quod superiori causæ seruit, neque omninò esset, nisi motus esset. At non eò, inquit Philosophus, nostra spectat oratio, quasi ipsum Fatum per se esset aliqua natura; sed cùm sit quædam rerum mutua conuenientia, & coniunctio, atque vniuersum omni ex parte cohæreat; quemadmodum etiam in vno aliquo corpore quædam omnium membrorum inter se consentientium cernitur concordia; cumq; superior mundi portio sit præstantior, idcircò inferiora simul cum primaria portione reguntur, ad eiusq; velut nutum cælesti motu sese fingunt, & accommodant; quandoquidem necessariò, ac multifariam, vti dictum est, vi cuiusque syderis vnà mouentur. Vt in medicamento specierum qualitates artificiosa quadam ratione commistæ, communi illo temperamento quippiam efficiunt aliud, neque tale, qualis vnaquæque ante mixturam fuerat, sic cælestium virtutum diuersæ sunt proprietates, quarum varia ex astrorum vel accessu, vel recessu profecta coniunctio, varias, ac diuersas vitæ reddit actiones, tamquam influxus quidam inde ad nos sine interruptione deriuetur. Quæ etiam causa est, quamobrem ij, qui hæc diligentiùs inuestigant, futura minimè falsò prædicant. Quemadmodum enim peritus Medicus, si medicamentum calidum, aut eiusmodi, quod dissolutionem, stuporem, torporémve conciliet, cum aliquo alio commisceatur, proprietatem ex illa diuersarum rerum mixtura oriundam prædicit: quid item efficiat, & quamdiu vim retineat, cui perniciosum, cui salutare sit: ita is etiam, qui ad res cælestes animum sedulò applicauit, & cuiusque naturam perspexit: sciet coniunctionis earum quæ sit vis, & efficacitas. Porro iste confluxus ne ad breue quidem temporis spatium sibi similis est: sed quia congredientium syderum nunquam stabilis est motus, influxus quoque vnà cum illa motus diuersitate varietur semper, ad eamq; efficientiam suam accommodet necesse est. Cuius influxus portionem nascens quisquis in eo temporis momento sortitur, & quasi spiritu attrahit, ac talis euadit, qualem cum portionis illius proprietas & præsignificauit, & effecit. Prorsus enim necesse est, vt quomodò effigies signo insculpta ceræ imprimitur: sic hominis quoque vita, in quam partem influentis ex astrorum motu virtutis incidit, ad illius proprietatem conformetur, ac talis fiat, qualem in se continebat illa influxus portio, quam quisque initio vitæ veluti spiritu attraxisset; & qua virtute semel velut insignitus esset, cùm ea necessario deinceps conuenire, iis rebus tum gerendis, tum ferendis, quarum principia, causásve sydereus ille, & fortuitus influxus contulisset. Quæ cùm ille diceret: Non desines, inquam, nugas, & ineptias mihi commemorare, & confirmare indiuiduam illam portionem momentanei influxus, quo in nos, vt ais, causæ omnes è cælis influant, cùm tamen neque dicas animantiúmne sit, ac voluntatis, arbitrijq; particeps, nec qua ratione res animatas regat id, quod neque per se subsistit, neque anima, neque vllo naturæ instinctu præditum possis ostendere; sed omnibus consiliis, cogitationibus, prouidentiæ, institutioni, curæ, studio virtutis quasi quemdam tyrannum, aut dominum præficias in animum quiddam, arbitrij expers, instabile, fluxum, insecabile, nec per se subsistens: ad cuius potentiam rerum, & constitutionem, & gubernationem oratione tua refers? An non vides, quàm hoc auribus, animisq; hominum sit absurdum? Si enim tantam vim habet fortuitus ille influxus, vt non sequendo, sed præcedendo rerum constitutionem moderetur: certè præcedet nascentem, ac non iam nati casibus seruiet. Incertum enim hic est, quid quo sit prius, cùm ad punctum temporis & æqualiter inter se, ac simul moueantur. Nam & homo necdum in lucem editus motu quodam cietur, decrementi videlicet, & incrementi naturalis, quæ quidem species motus sunt: & stella mouetur, neque quiescit priùs etiam, quàm homo spiritum ducat. Et quoniam æqualiter, ac simul mouentur, certo iudicare non possumus, vter præcedat, cùm & ille circulorum conuersione, & hic natura motione feratur. Quòd si in vna parte temporis conueniunt ambo, quod in eis discrimen est, vt alterum ab altero pendere credamus? Si enim astra hominem progignerent, ortus rerum esset continuus, neque vel ad momentum temporis hominum procreatio intermitteretur. Iam verò cùm inter nascentes certa intersint interualla, perspicuum fit, hominum ortum non sequi motum syderum. Hic enim perpetuus est, ille interrumpitur; ac suo quodam peculiari nexu, atque ordine tam homines, quàm astra per se mouentur, cùm nulla necessitas inter se copulet ea quæ natura disiunxit. At si id vestra sibi vult oratio, vt in illa temporis particula sitam esse credamus causam omnium, quæ in hominum vita committuntur, vide quot myriadas Dominorum, ac Tyrannorum in dies singulos, in singulas item noctes per minutas illas, & indiuiduas temporis sectiones existant, die ac nocte in vigintiquatuor, vt dicitis, horas diuisis; quauis hora in sexaginta minuta, quouis minuto in sexaginta secunda, quouis secundo, vt asserunt ex vobis ij, qui hæc subtiliùs pertractanda susceperunt, retento eodem sexagenario numerò, in sexaginta tertia. Ex quibus in vnum collecti momentanei illi Dij, siue Tyranni, siue nescio quibus aliis nominibus afficiendi, amplius vnam & viginti myriadas conficiunt. Iam si vna hora tot nobis partium myriadas suppetat, vigintiquatuor proportione vnius omninò multiplicata, infinitas Fatorum myriadas

profe

A *proferent. At enim quoduis ex illis ineuitabili potentia præditum esse confirmatis, ex quo efficitur, nullum eorum esse, quod non agat. Neque enim potentiæ proprium esse dixeris, vt non agat, quandoquidem potentia omnis in actione perspicitur. Æqualia sunt igitur etiam potentiæ effecta: quare quot sunt segmenta temporis, totidem quoque homines horis singulis nascantur necesse est. Porrò si cuinis Fato æqualis potentia assignanda est, erunt omnes ex æquo Reges, longæui, potentes, fortunati, felices, & quidquid præterea in bonis numeratur, acquirent. Nam si quis eorum defectus est, aliquod certè imbecillius, & imperfectius iudicandum est. Neque enim æqualem potentiam tribueris tam ei, qui magna, quàm qui parua præstiterit. Exempli causa, alius centesimum superauit annum, senex, opulentus, felix, omnibus in rebus secundam expertus fortunam, nepotibus stipatus, pronepotum aspectu lætus, sanus, incolumis, honoratus, doloris expers, opibus affluens; & si quid aliud in hac vita pretiosum est, rebus omnibus beatus. Alius simulatque ex materno vtero prodiit, suffocatur. Multi quippe*
B *ex meretricibus, aut adulteris nascuntur infantes, quos vtpote nothos suis ipsæ manibus matres obtruncant, cædeq; flagitium supprimunt. Quæ Fati potentia in his extitet? An istis æquè ac illi diuturnam vitam dare non potest? Si asseritis posse, omnibus in rebus ex æquo vis eius elucebit. Neque enim aliud poterit, aliud non poterit, si reuerà potentia valet: at potentia ex effectis cognoscitur. Nulla ergo existet vitæ dissimilitudo, sed summam sibi felicitatem pariter omnes pollicebuntur, eo quòd ex vestra sententia omnes Fato sint subiecti, ipsumq; Fatum semper omnia possit. Si ergo & omnia, & semper potest Fatum istud, omnia in omnibus poterit. Atqui multa inter homines & varia viuendi sunt genera, cùm dignitate, & opibus, tum temperum, corporumq; temperatura, omnibusq; aliis rebus, quibus beatus quispiam, aut miser habetur. Itaque commentitium illud vestrum Fatum non omnia posse, effectorum diuersitas liquidò declarat. Etenim si vitam longam à potentia proficisci existimamus, breuem profectò ab impotentia promanare doceri oportet. Ita Fatum aliud infirmum, aliud potens statuendum erit. Quia enim*
C *vitæ longitudo eiusdem breuitati contraria est, principia vtique inter se contraria sibi vindicabunt. Siquidem nemo ad eamdem causam retulerit, & beatitudinem, & miseriam: sed si illa per potentiam potiamur, hæc omninò propter defectum potentiæ non erit. Miseria quippe in eo vel maximè consistit, quòd beatitudinem quis consequi non possit. Enimuerò, plures vitam degunt miseram: Fati ergo infirmitas, quàm potentia, est maior, & efficacior. Vbi nunc est inuicta illa, & omnipotens, atque ineluctabilis necessitas, vt in ea omnium rerum humanarum potestatem esse positam putemus, quam maiori ex parte infirmam esse comprobauimus? Sed dices, hoc ipsum aliud in alio velle, in vtroque tamen id valere, quod velit. Quæ verò eius voluntatum diuersitatis est causa? Faciamus esse duos homines, qui nihil inter se differant, neuter siue bonum, siue malum vltrò sit amplexus; sed hic paulò antè ex materno vtero prodierit, si casu sic eum natura effuderit; ille vel continuò, vel paulò pòst. Non eadem ambobus vita sorte obtingit: sed alter felix, aut omninò Rex, fortassis auro, &*
D *purpura natus mox inuoluitur; alter pauperis alicuius, aut etiam serui filius, ne laceris quidem pannis à parentibus integitur. Quid ergo deliquit, quòd paulò citiùs, vel tardiùs altero sit progenitus; idq; non suo consilio, sed naturæ motu, vt idcircò vitam sortiretur inhonoratam? Quam vos hic defensionem pro vestra illa domina afferetis? Vbi iustitia, vbi pietas, vbi numen? Num dices, Fatum nihil horum curare, neque virtutis rationem habere, neque bono cuiquam prouidere? Si non istis, vtique contrariis studiis vacabit: quia constat, quod à bono abhorret, id cum malo esse coniunctum. Neque hoc, inquies, neque illud ei cura est. Inanimum ergo, neque voluntario iudicio, neque boni, malíve cognitione præditum esse affirmas; si anima, ratione, & voluntate caret, neque per se subsistit. Et adhuc tantam ei largimini potestatem, vt animantes arbitrij capaces moderetur, & regat ea, quæ subsistunt, id quod minimè subsistit; expers vitæ, participes vitæ; res animatas, inanimum, exors consilij, & virtutis, res consilij consortes: denique entia non ens. Nam quo rerum genere continetur istud, cuius nomen*
E *tantoperè iactatis, Fatum? Animal non est, in zodiaco non cernitur, Deus non habetur. Quî enim Deus esset, qui neque virtutis, neque æquitatis ducat rationem? Quod verò nihil ex his rebus est, quid tandem est? Sed videtur à vobis Fatum dici quoduis temporis momentum, siquidem tempus sese ad omnem motum siue fluminum, siue stellarum, siue hominum extendit. Neque refert, siue fluuij motu designes insecabilia cuiuslibet instantis temporis segmenta, siue nauis vi ventorum agitatæ, siue hominum iter facientium, siue astrorum, quæ moueantur. Vnus enim est omnium, quæ loco mouentur, terminus, vt migrent ex eo, in quo sunt, vel in id, in quo non sunt. Quòd si neque fluminum, neque nauigiorum motus, neque hominum ambulatio interualla temporis designantium efficiunt Fatum: cur temporis punctis ex motione stellarum ortis Fatum fieri fingitis? Cur dicitis, motus cæteros esse vel tempora, vel indicia temporis: at verò ex motu syderum Fatum existere obseruatum esse? Cur non singulis momentis singuli homines nascuntur? Repetam enim superiorem orationem. Quoniam eadem causa est, vt homo sit beatus, vel miser, & vt omninò sit. Si astra sunt causa euentuum, qui hominis ortum sequuntur, prorsus & ipsius etiam ortus causa sunt:*

Q 3 *sin*

sin huius causa non sunt, nec illorum vtique sunt. At verò astra non esse causas ortus, vel ex eo liquet, quod tempori continenter fluenti nequaquam continens hominum ortus respondeat; sed interrumpatur: illa autem Fata ex fluenti tempore, ac sempiterna syderum motione sine vllo nascuntur interuallo, quod vel sensus vel intelligentia percipi queat. Quodnam igitur est istud Fatum? Quod vnúmne sit generale, an plura sectionibus temporis minutè concisa, nondum ratione colligere potui. Moueri astra dicitis, nos quoque vicissim fluminum motum proferimus: at illa semper, hæc itidem perpetuò: at illa in tempore, neque hæc extra tempus: at in illis motus initium inuenire non possumus, neque in his. Par itaque est illorum, & horum eadémque ratio: Nec verò contrarium motum quispiam his assignauerit, cùm aqua naturaliter semper è superiore loco in inferiorem defluat. Quæ cùm ita sint, aut fluminum quoque motum Fata quædam edere concedite, aut neque nos eam vim astrorum motui concedemus. At ea vis est, inquit ille, Arietis, Tauri, & cuiusuis planetæ, vt si quis sub aliquo ex iis nascatur, siue aliquod erraticum sydus solùm, siue cum aliis in orbe circumferatur, vita illius, qui in eam inciderit horam, intercedente virtutum coniunctione cum ortu consentiat. O vaniloquentiam! inquam ego, Taurum odeò seruilem fortè propterea dicitis, quia id animal iugo dometur; arietem contra beneficum, quod lanam ferat; ac si quis sub istorum altero natus, aut alius vicissim è medio sublatus fuerit, commistis proprietatibus certam quandam sortem nascentibus obuenire. Quid ergo? Dic mihi, spontène aut Taurus sub iugo est, aut Aries gaudet, cùm tondetur? Damni item, ac torporis afferendi facultas est ei, qui obit supremum cælum, vel caliditas Marti, vel cuiuis alij stellæ volenti sua vis inest, an inuitæ? Si quidem volentes in malis sunt, ac voluntaria nocendi vi prædita, quisquis id fatetur, palam infelices pronuntiat; quòd meliorem sortem in sua potestate cùm teneant, deterior ipsis voluptati sit. Sin haud sua sponte tales sunt, quales existimantur, sed necessariò tales quales facta sunt: aliquod ergo superius Fatum his quoque naturam, ac virtutum proprietates destinauit. Quò fit, vt alia sydera his superiora quærenda sint vnà cum motu, quem sibi vendicent, quorum certa coniunctio fatali quadam necessitate, aut taurum seruilem, aut arietem damnosum, aut cancrum capite mutilum effecerit, aut si quid aliud de singulis astris sophistæ nugantur. At si ea, quæ nobis apparent, necessitate cuiusdam Fati sunt eiusmodi, certè etiam superioris illius necessitatis insuper alia tibi causa necessaria excogitanda erit eiusmodi constitutionis, & huius alia, iterumque alius alia infinitè, atq; ita Fatũ Fati, sors sortis, necessitatis necessitas alia semper confingẽda. His à me ita disputatis, Philosophus quicum disputabam, huiusmodi rationibus in eas angustias redactus, orationis longiùs prouectæ filum in medio incidit. Et quid, inquit, pugnas cum vi? Cur non sequeris eos, qui rerum veritatem per numeros indagauerunt, ac tempore accuratè cognito totam deinceps nascentis vitam prædicunt, ætatem, ingenium, mores, pericula, casus, coniugia, procreationes liberorum, honores; aut contrà liberorum orbitatem, morbos, ignominias, vitæ breuitatem, incommoda paupertatis? Quæ cùm accuratè præsignificentur, euentúsque sit testis veritatis, quæ tibi reliqua est ratio, quamobrem Fati necessitatem esse non credas? Tum ego eiusmodi prædictionum causas me paulò pòst allaturum pollicitus, rogaui; num huiuscemodi euentuum causa fortuita esset, neque cum certa ratione coniuncta; an verò simul etiam rationem aliquam inuenissent, vt consentaneum esset fieri, quæ fierent? Imò verò, inquit, ratione nituntur, quæ fiunt; quia cùm ex certo sydereárum qualitatum concursu certam constitutionem nascentis corpus sibi vendicet, qui accuratam cælestium rerum cognitionem habet, nascentis constitutionem prænoscit; necnon quamdiu viuere possit, diutiùs quidẽ si firmior sit corporis constitutio; non item, si infirmior. His dictis arrisi: Et nesciebam, inquam, Fata tibi Galeni & Hippocratis, ac similiũ parentum pignora videri: quoniã illi quoque missa syderũ motione, quantum facta ex proposito corpore coniectura consequi poterant, futura prænuntiabant: vt cùm sunt oculi caui, tẽpora contracta, frons indurata, & vix pelli adhærescens, mortem prædicunt. At multis tamen ægris, ac mortem iamiam imminentem præstolantibus ars medica huiusce Fati fila quasi retexuit, ac retractauit: quemadmodum Plato de Pædotriba Herodico scriptum reliquit, nunquam illum quidem gymnastico exercitio integram sanitatem recuperare potuisse, quòd morbus esset lethalis: semper tamen præsentem mortem solertia sua protraxisse, neque perfecisse, vt securè viueret, sed vt tardiùs moreretur, ac lentè morte vsque ad senectutem perduraret illo remedio sapienter inuento. Quod argumento est, non indissolubile esse Fati vinculum, siquidem arte quadam dissoluitur. At hoc argumentum, inquit ille, prædictiones fatales non confutat: quia fieri potest, vt id quoque prænuncient ij, qui cælestem motum accuratè contemplati sunt, atque alij certam, alij dubiam mortem prædicant: Hîc ego: Non est, inquam, ita id, quod ex ipsa ratione necessitatis constat: alia quippe est contingentium ratio, alia immutabilium, quæ minimè conuenit in contingentia, quorum alterutrum omninò fieri necesse est, ita tamen vt in vtramque euentus partem opinione claudicemus: quod à necessitatis ratione longissimè abest. Veruntamen quæsiui ex eo, quo fundamento niteretur futurorum euentuum prædictio? Quod, inquit ille, sæpiùs iam ex me audisti, de eo etiamnum percontaris? Sunt virtutes quædam syderum propriæ, quæ pro infinitis diuersis coniunctionibus à perpetua motione prouenientibus infinitas, easq; diuersas producunt facultates. Qualis

igitur

A *igitur est per id tempus astrorum conformatio, ac vis horæ, in quam cuiusque ortus fortuitò inciderit, talem eius vitam fore necesse est, neque aliter se res habet. Quid, inquam, calamitates bellicæ; terræmotus, vrbium ruinæ, maximarum naufragia onerariarum, inundationes, deflagrationes, hiatus terræ, aliaq́ huiuscemodi exitij genera? Quî ista cum prædictione consentient? Quàm multa nostrâ, quàm multa patrum memoriâ contigerunt, vt diluuium ætate Noë, exustio Sodomorum, suffocatio Aegyptij exercitus in mari rubro consequuta, alienigenarum iugulatio. & cædes, naturalis mors Israëlitici populi in infinita illa multitudine confecti; clades, quæ centum octogintaquinque millia Assyriorum momento temporis perierunt; calamitates, & mala, quæ Medis, Iudæis, & Græcis acciderunt, atrocibus terra mariq́ commissis prælus; & quæcunque id genus alia memoriæ prodita sunt? Quinetiam si hæc omnia prætereantur, satis multa huius rei testimonia nobis suppeditant, quæ nostro seculo contigerunt. Quis enim nescit magnam Bithyniæ metropolim, vnam ex præstantissimarum vrbium numero? Quis latam, ac spatiosam*

B *ignorat Thraciam? Illam terramotu, ac igne; hanc bello repentè funditus esse euersam? Quot ibi pueri, quot infantes, iuuenes, senes, liberi, & serui, victores, & victi, diuites, pauperes, valentes, ægroti; denique omnes puncto temporis interierunt, omnes ex æquo absumpsit ignis, domus loco sepulcrorum fuêre omnibus. Vbi sunt syderum coniunctiones, quæ diuersas vitæ formas hominibus præfiniunt? Num omnes illi eadem astrorum constitutione nati fuerunt? Num omnium natalitium sydus fuit Cancer, omnibúsque eam sortem destinauit? Atqui diuersitas, penè dicam infinita, ætatum, & honorum testis est, non omnes vno tempore fuisse progenitos. Quocirca si diuerso quisque tempore natus, in parem nihilominus calamitatem incurrit, nónne vel hæc euenta prædictionem leuitatis, & inconstantiæ conuincant? Sed est, inquit, & nauis, & vrbis, gentis, & cuiusuis rei Fatum, quod ex optimo astrorum situ totum deinde statum consequentem constituit, & causam continentem, ac superiorem in gubernandis rebus contentis, ac inferioribus necessariò iuuat. Quis ergo, inquam, est nauium ortus? Quis ciuitatis? Vnde originem trahit qualibet*

C *gens? Cædit materiarius materiam, eam venalem habet negotiator lignorum, nauium opifex pecunia redimit, partitur opificium in operarios: alius enim serra lignum secat in asseres, alius carinam fabricatur, alius erigendis tabulatis dat operam, hic proram, ille puppim extruit, huic malus, illi antennæ curæ est, quidam ex lino rudentes texunt, clauum gubernator curat, quidam foros, & velum conficiunt, quidam nauem etiam picturis exornant, nonnulli pice iuncturas perungunt, & in medio sentinam construunt. Neque omnes simul suum faciunt opus, sed alius iam, alius paulò pòst, ille cœptum iam ad finem perduxit, iste etiamnum laborat. In quo igitur tempore Fatum nauis sapientes collocabunt? Num in eo, quo lignum emitur, cæditur, aut tractatur; an quo ferrum aduehitur, an quo clauis asseres compinguntur? Nam cùm multa, & diuersa diuerso tempore studia, conatúsq́ aduersus naufragium adhibeantur: quodnam tempus naui fatale assignabis, vt instante interitus necessitate vectores vnà secum perdat? Quid iam dices de ciuitatibus? An tum in eas dominari Fatum putant, cùm ij, qui eam in*

D *rem incumbunt, de condendis consilium capiunt; an cùm naturam loci considerant, an cùm exemplar efformant; aut fabris ferrum aduehunt, aut lapides reponunt, aut materiam comportant? Quidnam ex his est principium constituendæ ciuitatis? Quid porrò dices de gente bellicis calamitatibus attrita? Quæ tandem, aut vnde orta aduersa sors alios interimit, alios captiuos in seruitutem redigit? Quî Fatum est, vt Annibal, aut Cæsar, aut Alexander Macedo Fata æquarent omnium quibuscum bellum gerebant, vsque eò necessitate illa valentiores, vt ijsdem planè & æqualibus hostium malis omnia dirperent? Sed enim minimè verisimile esse, eadem ciuitatum Fata eosdemq́ stellarum situs efficere, vt terræmotibus quassata ruina opprimantur, ex eo perspicere quiuis poterit, quòd nemo nesciat huiuscemodi terræ affectiones non solùm in locis habitatis, sed etiam in inhabitabilibus existere. Si quis Sangaorum montem in Bithyniæ finibus situm vel ipse vidit, vel aliis referentibus audiuit, quod dicam, verum esse comperiet, totum iugum in viam subsedisse, ac terribile prætereuntibus præbere specta-*

E *culum. Eiusmodi quoque sunt Paphlagoniæ affectiones: vbi etiam habitationes hominum his modis vnà sæpe conuulsæ sunt: atque ideò cùm tales motus oriuntur, locus ille ab incolis deseritur. Quid sigillatim dicere opus est Cyprios, Pisidas, & Achiuos, apud quos harum rerum multa sunt indicia? Verùm cuius gratia mentionem earum fecimus id dicam, omnes eiusmodi motus terræ esse affectiones. Si ergo ita accidat, & etiam hominum habitatio eo in loco inueniatur, ipsi quoque infortunium illud loci necessariò participant: sin is ab incolis sit vacuus, infortunium loci hominibus damni dat nihil. Quæ igitur est Fati necessitas, cùm ex æquo loca habitata, & inhabitabilia huiusmodi affectionibus sint obnoxia? Nam si possent demonstrare terram particulatim, ac non vniuersam simul conditam esse, vaniloquẽtia ista speciem fortassis aliquam præ se ferret, certa syderum coniunctione certa parti terræ connexa, hoc aut illud necessariò fieri. Quoniam verò omnia se mutuò complectuntur, cœlum, terra, mare, atque vt Moyses ait, terra etiam prius condita est, quàm astra eum motu suo: cur eorum, quæ in terris & terræ partibus eueniunt, causam ad syderum referunt motionem? Quapropter, cùm terra sit astris*

aquaua, neque vllam inde vel concidendi, vel perdurandi cauſam capiat, cumq; in cæteris partibus eiuſmodi exiſtant affectiones: non vtique Fati neceſsitàs, ſed alia quædam iis in locis iſtorum caſuum propria cauſa eſt. Quando igitur tale quippiam terræ accidit, atque eiuſmodi aliqua calamitates inde oriuntur etiam incolis ruina obrutis: quid dicunt, qui Fatum adorant, & aſtrorum motum rebus præeſſe opinantur? Quî fit vt occidat infans, adoleſcens vir, pater, ſenex, nobilis, patricius, mercenarius, vinctus? Cur neque tempus naſcendi, neque diſcrimen dignitatis vllum prohibet, quò minus pari calamitate inuoluantur? Ad hæc, quis ignorat extremum malum eſſe, corpus cum filia commiſcere, violare matrem? Quod ſi quadam ſortis neceſsitate fieret, vtinam apud nos quoque fieret: nunc autem apud ſolos Perſas, & qui illorum edocti ſunt inſtituta, flagitium hoc perpetratur. ex quo planum fit, ſortem, ac Fatum eſſe cuiuſque voluntatem pro arbitrio quodlibet amplectentem. Præterea, ne quid tale poſsint dicere, in certis locis proprias quaſdam aſtrorum motiones reperiri, atque ideò alios matres ducere in matrimonium, alios occidere hoſpites, & humanas vorare carnes; quòd certus quidam aſtrorum ſitus vim ſuam in illos priuatim exerceat: tametſi hæc prorſus indoctorum hominum ſit oratio, neque rerum contemplationi deditorum, ſed exiſtimantium certa terræ ſpatia certis portionibus ſuperis circumſcribi (ſic autem terreſtria forent potiora cœleſtibus, ſiquidem horum conſtitutio ex illorum conditione penderet,) tamen hoc quoque argumentum adiiciam, quo magis illorum falsâ refutetur opinio, omnes propemodum terræ partes à gente Iudæorum fuiſſe habitatas, orientales, auſtrales, mediterraneas, occidentales, ſeptemtrionales, gentes denique fermè omnes promiſcuè cum Iudæis habitaſſe. Quid ergo cauſæ erat, cur nulla ſyderum neceſsitas in vllo eorum valuerit, vt quempiam gentilem præſtaret indemnem; ſed quamuis ſint infinitæ coniunctiones aſtrorum diuerſæ, qualis quiſque forte fortuna natus eſt, talis ſemper eſſet, ac præfinitis diebus damnum natura eius faceret? Hoc loco ille: Nondum iſta quidem, inquit, apud nos explorata ſunt, qua ratione res apud multas gentes legibus conſtitutæ imminens ex aſtris Fatum euitent: futurorum tamen prædictio magno argumento fuerit. Fatum cuiuſque eſſe ineuitabile. Quomodo enim quiſpiã nõ falsò præuideret, quot annos hic, aut ille ſit victurus, quæque ei ſint euentura, niſi aliqua neceſsitas illi hæc ita futura decreuiſſet, vt non poſsint non fieri, & prænuntianti per certam numerorum obſeruationem palam feciſſet? Ego verò ſatius eſſe aiebam, me rerum huiuſmodi ignarum videri, quàm noſtrorum dogmatum rudioribus anſam præbere riſus. Verumtamen neglectis, quæ ridiculè nobis obiicerentur, quàm poſſem paucillimis omnem earum rerum cauſam complexurum. Eſt, inquam, hominum generi natura hoſtis, vis quædam bonæ naturæ aduerſaria. Cuius res ſexcenta, eaq; euidentia afferri poſſunt argumenta; ſed non arbitror neceſſarium eſſe in præſenti perſequi ordine omnia, quibus fidem facere queam. Cùm ergo diuinæ naturæ quoduis bonum ſiue cogitatum, ſiue nominatum conueniat, à qua proficiſcitur vita, lux, veritas, iuſtitia, ſapientia, immortalitas, & quicquid boni beneuolus animus poteſt concipere: cùm, inquam, talis ſit diuina natura, ac talia largiatur, aduerſariam quandam vim cuiuis bono oppoſitam eſſe omni ex genere colligimus. Quæ proinde loco vitæ mortem, loco veritatis fraudem, loco cuiuſlibet boni oppoſitum malum hominibus irrogat: quippe cui id gratum ſit, quod naturæ humanæ exitioſum. Sed quemadmodum, qui veneficia exercent, lethale pharmacum melle reddunt dulce, non eo animo vt comedentis guſtatum oblectent, ſed ne lethale eſſe ſentiatur: ſic mortifera illa natura, cùm in animo habeat, hominem inducere, vt à bona natura deſciſcat, bonarum rerum formas induit, ac fraudes tegit: vt miſeri mortales ad id intenti, idque bonum eſſe rati, illius quod naturâ bonum eſt, deſiderio ne teneantur. Quomodò autem accidit, vt quis per fraudem aliquam ſe futuri quippiam profiteatur prædicturum? Sic & fraudulenti dæmones faciunt in iecoris contemplatione, in auguriis, in ominibus, in manium euocatione, in vaticiniis ex natali petitis: cùm quodlibet horum non eodem, ſed diuerſo modo futurum præſignificent. Itaque vt qui ex inſpecto iecore, aut ex omine quopiam coniectat, aut ex aſpectu volantis auis, aut per Fati neceſsitatem ea ſe prædicere pollicetur: ita cùm huiuſce vaticinationis ſit vnica cauſa, fraus videlicet, & opera dæmonum, quoniam aliquid prænuntiatum aliquando perfectum eſt (ſi tamen omninò perfectum eſt) non continuò fati vis demonſtratur, quia omne vaticinationis genus habere vim ſuam ex Fato iure diceretur. Sic vnum Fatum eſſet ſomnium, aliud ex palpatione, aliud ex auguriis, vel ominibus, vel quibuſdam ſymbolis conſtaret. Quod ſi in his nihil prohibet, quominus vaticinatio ſit ſine Fato: neque ſi qui fortuiti euentus cum prædictione conſentiant, ſatis id fuerit, vt probetur, non facilè talia contingere. Quanquam neque certæ, & indubitatæ diuinationes ſunt eorum, qui eam artem profitentur; ſed multa ſibi effugia prouident, vt ſi contrarius euentus vanitatis eos coarguat, poſsint euadere, prolatis rationibus quas præmeditantur Ex quo efficitur, neque ſcientiam eorum vllam eſſe, niſi vt in eum qui in hora indicanda errauerit, culpam conferant erroris, ſicque prædictiones ambiguè, & in vtramque partem paratas inſtituant, vt quicquid euenerit, id prædictum eſſe videatur? Sæpe enim eximium quid & ſupra alios euenturum alicui prædixit is, qui horam natiuitatis conſiderauit: deinde autem cùm ille in extrema mala, ac calamitates non vulgares

A *vulgares inciderit, non se aberrasse à prædictione affirmauit vates: Nam id quod insigne futurum erat, & supra alios, in aduersam, ac malam partem euentum fuisse sortitum: idque res nostra memoria gestæ testantur. Valente enim Romanorum Imperatore talis fraus, & impostura quendam ad Imperium affectandum permouit. Animos illi quidem faciebat, audacioremque reddebat Genethliacorum prædictio; sed exitus conatuum eiusmodi fuit, vt ipse summis magistratibus gestis clarus, fieret magnitudine calamitatis insignior: idque patrocinium Genethlialogiæ plerisque visum est, quod res prosperæ viri aduersas exæquassent. Verum ergo falsis istorum prædictionibus ad Fatum refellendum non nitor: sed illa potius ratione, quod fallaces ac subdoli dæmones multis etiam aliis modis vaticinationes fraudulenter comminiscuntur. Nam diuinatoria quadam aqua epota in mentis errorem, & insaniam inducit: & spiritus supernè per quoddam ostium permeans, intraque fœminea viscera receptus, & vtero tumorem & menti furorem ac delirium conciliat. Quæ omnia, diuina & vaticinia videntur errore deceptis. Quin etiam omnes illi, qui*

B *ex iecore, aut signis quibusdam ignis, aut ex auium volatu futura coniectant, vim vaticinij non ad Fatum, sed ad afflatum quendam dæmonum referunt. Quare existimo aut non esse omninò vera vaticinia, quòd multis euentibus contrariis conuelluntur; aut si quis ostendat Fatum præsignificare aliquem futurum euentum, quod in aliis omnibus, ita vti prænuntiata fuerant, euenientibus reperimus, id in huiusmodi quoque vaticinationis genere necessariò reperiri censemus. Par enim in his omnibus est ratio, vt fatidici vbi in plerisque errauerint, in quibusdam certè futurorum euentuum veritatem vaticinatione videantur assecuti. Atque instar fraudulentorum dæmonum in eam rem omnes cogitationes conferunt, & curas, vt hominem eò redigant, ne oculos ad Deum conuertat, ab eoque omnia bona obtineat: atque adeò consilium, quo homines simplices, & fallaciis obnoxij à diuina voluntate amplectenda reuocantur, ad eiusmodi astrorum coniunctionem, ac vim inde defluentem, maximè ad malignorum dæmonum spectat scopum. Itaque si iucundum est dæmonibus, animos hominum ab amicitia Dei auertere, sicque auertit istarum rerum fallacia:*

C *perspicuum sit, id dæmonum quoddam esse opus, comparatum ad decipiendos eos, qui omnem illam vim hisce rebus contineri opinantur, neque oculos ad Dei summam conuertunt potestatem.* Apud Photium in Bibliotheca Theodoretus Episcopus Tarsi quærit, *cur* Mathematici *vniuersam terram in duodecim partes tribuant, quæ duodecim signis respondeant, & illis subiiciantur; cùm ea signa perpetua vertigine cum cælo ferantur, nec eidem terræ parti semper incumbant?* πῶς τὴν ὅλην γῆν εἰς ἴσα μέρη τοῖς ιβ καταμερίζοντες ζῳδίοις, τὰ μὲν τμήματα τῆς γῆς, καὶ σὺν ἐν αὐτοῖς δῆλον εἰσιοῦντας εἰς ἕκαστον ἀφωρισμένως ἀναφέρουσι τῶν ζῳδίων; Deinde, si terra puncti est instar ad cælum, & singula signa magnitudine terram multis partibus superant; qui fieri potest, vt ea singulis terræ partibus ex æquo respondeant, & pariter cum illis se proferant, ac contrahant; pariter cum illis se dimetiantur, & ad eas se applicent, & accommodent; præsertim cùm maxima terræ pars ob frigus, æstus, montes, maria, solitudines, feras vasta sit, & parum habitabilis?

D Quod si ea signa singulis terræ partibus ratione loci non dominantur; sed affectione solùm naturali; quid causæ est, cur Astrologi certa signa certis terræ partibus imponant? Iam verò si singula signa ad singulas terræ partes ita afficiuntur, vt salutari aliquo sydere exoriente eas iuuent; noxio aliquo sydere existente, eas perdant; cur aliquæ regiones adeò sunt infelices, vt nullius vnquam salutaris syderis aspectu in illa cæli vertigine recreentur? Cur in Africa, Ægypto, Arabia, tot sunt solitudines, tot monstra grassantur? An nulla sydera sunt, quorum salutaris aspectus cum aliquo zodiaci signo coniunctus vastitatem illam auertere possit? Agnosce, Mathematice, Deum singulis locis, singulis rebus propriam vim, proprium ingenium attribuisse; & solitudines, montes, agros vberes, aut macilentos variis locis collocasse; vt varietas illa non ab astris, sed ab eius nutu pendere appareat. Age verò, cur signa zodiaci erronum domus esse dicitis? An quia fixa in zodiaco? At eadem

E ratione stellæ in octaua sphæra fixæ erronum domus futuræ sunt. An quia signa zodiaci è pluribus stellis conflata? Sed & sydera fixa è pluribus stellis coniuncta sunt, vt Bootes, Lactea via, Vrsa maior, minórque. Itaque si huic rationi locus est, & sydera fixa domus erronum futura sunt: Cur verò errones signorum zodiaci domus esse non dicuntur, cùm non minus ad effectus suos à signis iuuentur, quàm ipsi signa iuuent? Si errones solo motu efficaces sunt; stellæ fixæ, & ipsa zodiaci signa, quia non mouentur, inefficacia & superuacanea erunt. Quod si signa efficacia sunt, quia per ea errones mouentur, quantò magis zonæ, & loca aëris, per quæ errones mouentur, efficacia erunt? Certè Astronomi non vsquequaque improbandi essent, si naturæ lege contenti, sydera motibus ac numeris persequerentur: & imbres, ardores, frigora, ventos, tempestates, defectiones Lunæ, ac Solis ex arte prædicerent: sed extra oleas feruntur, & fœdissimè impingunt, cùm dicere audent cum Manilio,

Syderibus

> *Syderibus videre vagis pendentia Fata.*

Item,

> ——— *conscia Fati*
> *Sydera, diuersos hominum variantia casus,*
> *Fatorumq́; vices certis discurrere signis.*

Iuuenal.

> *Sydera te excipient modò primos incipientem*
> *Edere vagitus. Quid Tullius? anne aliud quam*
> *Sydus, & occulti miranda potentia Fati?*

Ex eorum sententia inter primos Orpheus ἀστέρας vocauit πάσης μοίρης σημάντορας, *Omnis Fati indices*. Cabalistæ aiunt, stellas in cælo esse quasi literas, in quibus Angeli futura legant, quæ scriptio dicitur Malachini. Plotinus nihil astrorum vi euenire hominibus aiebat; sed ea quæ decreti necessitas in singulos sancit per transitum erronum statione, recessúve monstrari; vt aues præteruolando futura pennis, vel voce significant nescientes. Plautus stellas Deos facit, qui hominum facta explorent. in Rudente:

> *Iuppiter nos pergentes alios alia dispertat,*
> *Qui facta hominum, mores, pietatem, & fidem*
> *Noscamus.*

Plinius l. 2. c. 8. *Sydera quæ affixa diximus mundo, non illa, vt existimat vulgus, singulis attributa nobis & clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiusque lucentia adnumerata mortalibus, nec cum suo quæque homine orta moriuntur, nec aliquē extingui decidua significant. Non tanta cælo societas nobiscum est, vt nostro Fato mortalis sit ille quoque syderum fulgor.* Soli & Lunæ primariam vim plerique omnes attribuūt Orpheus Solē *cor cæli, luminis fontem, in quo anima mundi sit appellat.* καρδίαν οὐρανοῦ, πηγὴν φωτὸς, ἐν ᾧ κόσμου ψυχή. Plinius l. 2. *Sol non temporum modò, terrarúmque, sed syderum ipsorum, cælique rector. Hunc mundi esse totius animam, ac planius mentē; hunc principale naturæ regimē, ac numen credere decet.* Hermes ἥλιος θεὸς μέγιστος τῶν κατ' οὐρανὸν θεῶν. *Sol Deorum omnium, qui in cælo sunt, est maximus.* Martianus Capella hominis animam à Sole αὐθέντην trahere, à Luna φύλακα autumat. Aristotel. l. Meteor. c. 3. negat Solem esse πυρώδη, quia omnia conflagrarent. Stoici apud Stobæum Solem πῦρ εἶναι τεχνικὸν, *ignem artificiosum* esse, qui augeat res quasque, & conseruet, vt in animantibus & plantis videre est. Male. Ita enim Sol animatus esset. B. Ambrosius l. 2. examer. c. 3. Solem calidæ esse naturæ ait. Secundus in gnomis σελήνην vocat οὐρανοῦ πορφύραν, πλεόντων παννύχισμα, ἡλίου διαδοχὴν, ὁδοιπόρων παρηγορίαν, οὐράνιον ὁδηγητρίαν, *Lunam cæli purpuram, nauigantium peruigilium, Solis successionem, viatorum solatium, cælestem mentem*. Tzetzes ad Hesiodum, φύσιν σεληναίας φύσιν ἁπάντων τῶν χυμῶν πληρωμάτων, *Naturam lunæ, naturam humorum omnium sortitam esse* ait. *Humida est post coitum vsque dum diuidua sit, infantis incrementa imitans; calida in plenilunio, vt iuuenta: in decremento sicca, vt virilis ætas: tandem frigida & senescens.* ὑγρὰ μὲν γὰρ ἐστι διχάδος πρώτης μέχρι, τὴν βρεφικὴν αὔξησιν μιμουμένη. Eiusdem corpore omnium astrorum virtutes excipi aiunt, vt genitale lumen in inferiora defluat. Vt tamen Luna, cęteraque astra plurimum polleant; ex iis certè futura præsciri nequeunt. Esa. c. 47. *Stent, & saluent te augures cæli, qui contemplantur sydera, & annuncient ea quæ tibi euentura sunt.* σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ οἱ ὁρῶντες τοὺς ἀστέρας· ἀναγγειλάτωσάν σοι τί μέλλει ἐπὶ σε ἔρχεσθαι· ἰδοὺ πάντες ὡς φρύγανα ἐπὶ πυρὶ κατακαυθήσονται, *Ecce omnes vt stipulæ exurentur igni*. Hierem. 10. *Iuxta vias gentium nolite discedere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* Populos illos Chaldæos intelligit, de quibus Procopius ad Esaiam παρίστησι δὲ Δανιὴλ ὅπως παρὰ Χαλδαίοις διέπρεπον μάγοι τινὲς, καὶ Γαζαρηνοὶ, καὶ φαρμακοὶ, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ, οἱ καὶ εὐδοκίμουν παρὰ τῷ βασιλεῖ, ὡς δι' αὐτῶν κατευθυνομένης τῆς βασιλείας, *Daniel ait apud Chaldæos fuisse in pretio Magos, Gazarenos, venenarios, aliosq́; similium artium peritos, qui erant in honore apud regem quasi regnum per eos bellè administraretur.*

CAP. XXXIII.

Diuinatio ex Ambrosio, & aliis oppugnata.

HÆC *veteris instrumenti oracula apud sanctos Ecclesiæ Patres tanti fuêre, vt Aquila Ponticus cœtu piorum motus sit, quòd genturas inspiceret*, ait Epiphan. lib. de Ponderibus. Sed agendum, quæso, quæ syderum affectio efficere potuit, vt toto penè orbe inanes dij cole-

A coluerentur ante Christum natum? Quæ tanta vis in syderibus, vt per Asiam, Europam, Africam, Mahometæ sectam propagare, Christi fidem toto orbe disseminare, bonos cultores, aut malos efficere potuerit? Albumazar Astrologorum sui æui facile princeps, è syderū positu Christi legem non plus mille quadringentis sexaginta annis perduraturā putauit. Abraham alius astrologus annis mille quadringentis sexaginta quatuor à Christo nato Messiam venturum prænuntiauit. Quis hominum, in quo sit aliquid sanæ mentis, fabellis istis fidem habeat? Ambrosius certè l. 4. Exam. c. 4. non incommodè sapientiam Chaldæorum telis aranearum similem esse ait, quibus muscæ & culices expedire se nequeant, cùm à validioribus animantibus nullo negotio perrumpantur. Quid quòd Astrologiæ fundamenta inania & falsa sunt? Aiunt enim Saturnum frigidum:

Frigida Saturni sese quo stella receptet.

B Martem siccum, Lunam humidam; cùm tamen omnia astra, quæ lucem ex se fundant, & moueantur, virtute calida esse necesse sit. Lux enim omnis, & motus sua vi calefaciunt, & stellæ omnes lumen à Sole, qui virtute calidus est, mutuantur. Adde, quòd si Luna humida, frigida esset; plenilunio maximum noctu frigus existeret: quod aliter habere experimur. At Saturnus, inquiunt, per lucem calefacit, per influxum frigus efficit. In Saturno igitur, cuius stella vnius rationis est, duæ sunt contrariæ qualitates, quod à ratione alienum est, quæ facilè euincit, in corpore multiformi duas contrarias qualitates esse posse; vt in corpore hominis cor calidum, cerebrum frigidum; non item in vniformi. Deinde vis calefaciendi stellæ naturalis, nobilior est vi refrigerandi, quæ non nisi aduentitia esse potest; ideoque in omnibus astris potior caloris, quàm frigoris habenda ratio. Sed demus illis, si lubet, alias stellas frigidas, humidas; alias calidas, siccas. Cur eæ amplius

C agunt in nascentem, quàm in eum, qui concipitur, aut qui in vtero latet? Certè Ptolomæus l. 3. Apotelesmat. spectandum tempus conceptus potiùs, quàm ortus ait, ob affectionem ambientis aëris. Adde, quòd noui, & insolentes quotidie astrorum sunt defluxus, & cùm annus magnus decem, aut duodecim, aut pluribus annorum millibus expleatur, nondum eadem cæli facies, ex quo mundus genitus est, redire potuit, vt obseruationi locum faceret. Quid quod nouæ cottidie stellæ vel oriuntur, vel apparent, & existunt; vel deficiunt, aut obscurantur, & variè mixti defluxus varia efficiunt, quæ obseruari nequeunt? Quid quod illius materiæ primogeneæ, quam quis in ortu habuit, nihil in senectute superest, in qua influxus hæserant; vnde sequitur influxus non agere in senes, qui egerant in iuuenes? *Non igitur definita, neque præcepta, neque comprehensa Chaldæi dicunt*, ait Fauorinus; *sed lubrica, atque ambagiosa coniectatione nitentia inter falsa & vera pedetentim quasi per tenebras*

D *ambulantes. Quàm multa ego*, ait Cicero, *Pompeio, quàm multa Crasso, quàm multa huic ipsi Cæsari à Chaldeis dicta memini, neminem eorum nisi domi, nisi in senectute, nisi cum claritate esse moriturum; vt mihi permirum esse videatur, quenquam exstare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re & euentis refelli? Nec mirum est eos ista fugere, quæ fortunæ sunt, cùm ea ignorent, quæ ex causis naturæ sunt apta. Cùm ante dies paucos*, ait Ambrosius l. 4. exam. cap. 7. *esset sermo de pluuia, quæ fore vtilis diceretur, ait quidam, Ecce neomenia dabit eam. Delectatus sum, quod nullus imber effusus est, donec precibus Ecclesiæ datus manifestauit, non de initiis Lunæ sperandum esse, sed de prouidentia & misericordia creatoris.* Augustin. l. 1. c. 1. & 2. de Ciuit. & c. 17. l. de Genesi ad liter. *Nascitur puer prono capite, incitatissima vertigo syderum est.* Alia igitur astra in caput nascentis, alia in collum, alia in dorsum, lumbos, renes, femora influunt. In tanta varietate, cui præcipuas fati vires assignes? Aut si natalitium sydus, quod in capite vim exerit, in totum

E corpus efficientiam transmittit: cur in geminis, quorum posterior prioris pedes apprehensos tenet, eadem vis syderis non obtinebit? Qui pronis pedibus nascuntur, Agrippæ dicti, cur inauspicati & infelices habentur; cuiusmodi Nero fuit, si natalitium sydus, quod in pedes nascentis influit, est felix? Sed omnium aptissimè Bardizanes Syrus Astronomiæ peritissimus apud Eusebium lib. 6. Præparat. Euangel. νόμος ἐστὶ παρὰ Σήραις, μηδένα φονεύειν, μήτε πορνεύειν, μήτε κλέπτειν, μήτε ξόανα προσκυνεῖν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγίστῃ χώρᾳ οὐ ναὸν ἔστιν ἰδεῖν, οὐ γυναῖκα πόρνην, οὐ μοιχαλίδα ὀνομαζομένην, οὐ κλέπτην ἑλκόμενον ἐπὶ δίκην, οὐκ ἀνδροφόνον, οὐ πεφονευμένον. *Lex est apud Seras, vt nemo scortetur, furetur, simulacra adoret. In ea regione latissima nullum est templum, nulla meretrix, aut adultera, nullus fur in ius rapitur, nemo homicida est, nemo occiditur.* Nullius enim liberum arbitrium stella rutili & igniti Martis medio cæli decurrens cogit, vt homicida sit. Non Venus cum Marte existens, vt aliquis cum aliena vxore misceatur, licet omninò toto die Mars medium cælum teneat, & omni hora & die

Seres

Seres geuetentur. Apud Indos, & Bactra multa millia ſunt Brachmanum, qui ex traditione maiorum, & legum inſtitutis, neque occidunt, neque ſimulacra colunt, non edunt animata, non ebrij fiunt, vinum & ſiceram non guſtant, non indulgent ſceleri vlli, Dei cultui attenti: cùm alij Indi occidant, ſcortentur, ebrij fiant, & ſimulacra colant, & in omnibus fermè fato rapiantur. In eodem climate genus quoddam Indorum eſt, qui hoſpites in quos inciderint, deprædantur, eoſque mactatos vorant. Et neque aſtra benefica eos à cæde, & inceſtis nuptiis reuocant, neque malefici cogunt Brachmanas, vt perperam agant. In Perſis lex eſt, vt filiæ patribus nubant, & ſorores fratribus, matres filiis: & non modò Perſæ in eo tractu has nuptias inceſtas vſurpant, ſed & quotquot ex iis è Perſide aliò migrarunt, qui dicuntur Maguſæi, eodem flagitio inceſtantur, eaſdem leges & inſtituta ad poſteros tranſmittentes per ſucceſſionem. Quorum multi hodiéque ſunt in Media, Ægypto, Phrygia, & Galatia: & non ſemper Venus in domicilio, & finibus Saturni, Marte comite in omnium natalibus reperitur. Apud Gelouos lex eſt, vt fœminæ agros colant, domos ædificent, & omnia munera obeant, & congrediantur cum quibus velint, & à viris non incuſentur, neque vlla vocetur adultera, quòd omnes labore exerceantur, & cum omnibus coëant, maximè cum hoſpitibus. Et neque vnguento vtantur Gelonæ mulieres, veſtibus colore tinctis non ornantur, excalceatæ; licet Geloni viri eorum vehantur lecticis, ac ſellis mollibus, verſicoloribus amicti, auro onuſti, vngueuto diffluentes; idque non per mollitiem, ſed per conſuetudinem. Sunt enim fortes, & bellicoſi, & venandi ſtudioſiſſimi. Et non omnes Gelonorum vxores Capricorno, aut Aquario Venerem infeſtam ſortitæ ſunt. Neque viri eorum omnes habent in ariete Venerem cum Marte, vbi fortes, & luxu perditos Chaldæi ſtatuunt. In Græco legitur γῆλοι, γήλωναι, verto *Gelonos, Gelonas*, aut corrigo. Apud Bactra fœminæ omni ornatu exquiſito, & vnguento vtuntur, quibus pueri, & adoleſcentes impenſiùs miniſtrant, quàm viris. Procedunt illæ cum multo faſtu in equis auro & gemmis inſignibus, pudicitiæ negligentes, quæ promiſcuè cum famulis, & peregrinis conſueſcant, nullo virorum reſpectu, quibus imperitant. Non tamen dixeris, in omni mulierum genitura Venerem riſus amantem, apud Bactra cum Ioue, & Marte in propriis terminis medium cælum tenere. In Arabia, & Oſroene, & adulteræ, & quæ in leuem adulterij ſuſpicionem venerint, non impunè habent. Apud Parthos & Armenios homicidæ è medio tolluntur, vel à iudicibus, vel ab eorum gentilibus, qui cæſi ſunt. At ſi quis vxorem, fratrem imptolem, ſororem innuptam, filium, aut filiam necarit, à nemine accuſatur, cùm iſta lex apud eos obtineat. Apud Romanos, & Græcos grauiùs animaduertitur in eos, qui domeſticos & aſſiues interficerent. Apud Afros fur vel oboli compertus lapidatur; apud Bactra conſpuitur (lego ἐν Ἄφροις) Romæ flagris conciditur. Hæ leges obtinent ab Eufrate ad Oceanum. Ad Ortum verò, qui vt homicida, aut fur inceſſitur, non ægrè fert, nec contumeliam putat; Qui vt maſculæ veneris amans, iniuriam vel capitis periculo vlciſcitur. In Græcia vitio philoſophis non datur, ſi pueros in amoribus habent. Ad Ortum mares, qui ſtuprati ſe paſſi ſunt, ſi res innotuit, à fratribus, parentibus, affinibus trucidantur, & ſepulturæ honore carent. Alicubi pueri & adoleſcentes publicè pro vxoribus habentur, ſine vllo dedecore, quia ita mos inualuit. Neque tamen dixeris omnes in illis regionibus, quibus tam fœdè illuditur, in genituris ſuis luciferũ & Mercurium in domo Saturni, & terminis Martis occidentes habuiſſe. Apud Britannos multi viri vxorem vnam habent. In Parthis plures vxores virum vnum, omnes caſtæ viro ex lege parent.

Amazones omnes viris carent; ſed vt bruta animantia quotannis verno æquinoctio è finibus exeuntes, cum finitimis coëunt, qui eum diem feſtum habent. A conceptu redeunt domum, & ſub idem penè tempus omnes pariunt, vt fert lex naturæ. Mares natos exterminant, fœminas alunt; bellatrices ſunt, exercitationum ſtudioſæ. Mercurius cum Venere in domiciliis Mercurij facit fictores, ſtatuarios, pictores, argentarios. In domiciliis Veneris ſeplaſiarios, vnguentarios, phonaſcos, vocis ſuſcitabula, poëmatum actores. Apud Pœnos, (male ſcribitur Ταίνοις) & Saracenos, & in ſuperiori Libya, & apud Mauros, & Nomadas, qui ſunt ad Oceani oſtia, in vlteriori Germania, ſuperiori Sarmatia, & Scythia, & in omnibus gentibus quæ ſunt ad Boreales Ponti partes, in vniuerſa Alania, Albania, Otene, Saunia, Chruſe, videre non eſt fictorem, ſtatuarium, argentarium, pictorem, architectum, geometram, phonaſcum, hiſtrionem, ἀλλ' ἰσίγη), lego ἀρ' ἰσίγη). An mores omnis illius tractus priuati ſunt influxu, & efficientia Mercurij, & Veneris? Medi omnes

cadauera

A cadauera etiã num ſpirantia canibus, quos ſtudioſè alunt, obiiciunt; & non omnes cũ Luna Martem in Cancro diurnæ geniruræ præſidem ſub terra habent. Lege ἐφ' ἡμερινῆς γενέσεως. Indi mortuos vrunt, cum quibus & vxores volentes cremant; & non omnes, quæ viuæ cremantut Indorum vxores, Solem in Leone cum Marte, in terminis Martis, in genitura nocturna ſub terra ſorritæ ſunt. Germanotum maxima pars ſuſpendio moritur, & non omninò Germanorum vulgus Lunam & horam Lunæ medium cælum tenentis ſub Saturno & Marte habet (τὴν σελήνην, ϗ τὴν ὥραν μεσολαβουμένας.) In omni gente, in omni die, in omni loco geniruræ naſcuntur homines. In quaque parte hominum lex, & mos obtinet propter liberum hominis arbitrium; & genitura non cogit Seras nolentes, vt occidant; nec Brachmanes, vt carnibus veſcantur; nec Perſas, vt inceſtis nuptiis abſtineant; nec Indos, ne crementur; nec Medos, ne à canibus vorentur; aut Parthos, ne plures vxores ducant,

B nec in Meſopotamia mulieres, ne caſtæ ſint; & Græcos, ne nudis corporibus non exerceantur; aut Romanos, ne imperent; aut Turcas, ne viris nubant; aut alias barbaras gentes, vt Muſas & litteras colant. Sed, vt dictum eſt, vnaquæque gens, & homo quiſque, cùm ſui iuris ſit, libertate vt vult vritur, & quando vult, & ſeruit genituræ, & naturæ per carnem, qua eſt accinctus, aliàs vt vult, aliàs etiam vt non vult. Vbique enim, & in omni gente pauperes & diuites, reges, ac ſubditi, domini, & ſerui, valentes. & ægroti reperiuntur, quiſque ſecundum ſuæ genituræ ſortem. Hæc Bardeſanis mihi mirificè probantur: *Aſtrologi autem dicunt, terram hanc diuiſam in ſeptem climata, & præeſſe vnum è ſeptem erronibus ſingulis climatis, & homines non ſibi diuerſas leges poſuiſſe; ſed cuiuſque planetæ dominantis voluntatem in eo climate, cui præſit, impleri; quam legem exiſtimant ij, qui ſub eo planeta tenentur* Quæ ſententia vera non eſt. Si enim orbis terræ in ſeptem partes diuiditur, cur in vna parte plu-

C res legum differentias reperimus? Non enim ſeptem ſunt leges ſecundum ſeptem erronum numerum; neque duodecim ſecundum duodecim zodiaci ſigna; neque triginta ſex, ſecundum numerum Decanorum; ſed leges infinitæ. Memores eſtote eorum quæ diximus, in eodem climate, in eadem regione Indiæ, homines eſſe qui carnibus humanis veſcantur, alios qui eſu animatorum abſtineant. Er Maguſæos non in Perſide modò filias ducere vxores, ſed vbivbi gentium ſunt, ex maiorum inſtituto, & ritu ſacrorum. Multæ barbaræ gentes in diuerſis orbis partibus, ad ortum, occaſum, boream, auſtrum, quæ Mercurialis diſciplinæ ſunt expertes. Quot noxiæ leges, & malæ à viris ſapientibus ſublatæ ſunt? Quot ſolutæ, quia difficiles? Quot Reges victis leges dederunt, prioribus abolitis, & nullus erro ſuum clima deſeruit? Nuper Arabia ſubacta Romani leges mutarunt. Cedit liberum arbitrium aliorum imperio. Addam, quod & peruicacibus fidem faciat. Iudæi om-

D nes à Moſe dicti mares octauo die circumcidentes cruentant, non præſentia planetæ expectata, non virata climatis poteſtate, neglecta lege regionis, in qua degunt; idque vbique obſeruant. Quod non fit vi genituræ, quæ vna omnibus eſſe nequit. Sabbato omnes ab opere feriantur, & neque iter faciunt, neque ignem accendunt; neque genitura cogit Iudæum Sabbatis domum exſtruere, deſtruere, emere, vendere, aut aliquid moliri; cùm tamen Sabbato Iudæi generent, generentur, ægrotent, moriantur, quæ liberi arbitrij non ſunt. In Syria, & Oſroene multi ſibi virum exſcindebant initiis Rheæ: iuſſit Abgarus rex, vt eorum manus truncarentur, qui ſibi virum ſecuiſſent; omnes puncto temporis ſectione abſtinuerunt. Quid de Chriſti ſecta? quis autumet, quam & in variis climatis multi ſequimur, & vbique ſuſcitamus, qui multi cùm ſimus, vno indigetamur nomine? Neque in Parthis, Chriſtiani Parthi plures vxores ducunt; neque in Medis, cada-

E uera canibus obiiciunt; neque in Perſis, filias vxores ducunt; neque apud Bactra, & Turcas nuptiarum iura violant; neque in Ægypto colunt Apin, aut canem, aut hircum, aut felem: ſed vbivbi gentium ſunt, neque à prauis legibus, aut moribus ſuperantur; neque eorum genitura ab erronibus climatis conſtituta, cogit eos vti malis moribus, quibus doctor eorum interdixit. Morbis autem, paupertati, vexationibus obnoxij ſunt, & dedecori. Quid attinet oſtendere Aſtrologos futura nec in cauſis præſentire, quas ignorant, (futurorum enim cauſæ ſunt Deus, cælum, caſus, hominis voluntas, quæ omnia Mathematicos fugiunt) nec in effectis, quæ nondum ſunt? Quod ſi quis neget aſtra futurorum naturalia ſigna eſſe, quis contra euincat? Quod enim naturale ſignum eſt alicuius rei, omninò id vel eius rei cauſa eſt, vel effectus, vel vtrumque ab vna & eadem ſuperiori cauſa proficiſcitur; vt rubor ſignum eſt caloris, quia ruboris cauſa eſt: Iris ſignum eſt ſerenitatis, quia Sol iridem & ſerenitatem efficit. Sed aſtra eorum, quæ ſub Luna eueniunt nec cauſæ

R ſunt,

sunt, nec effectus: nec igitur signa. Non enim causæ sunt, cur Magi matrum, & sororum consuetudine vtantur; aut Turci masculam venerem expetant, nec à coniugio Magorum, aut præpostera Turcorum libidine astra effecta sunt. Sed neque sublunaria omnia, & astra ab eadem causa vniuersa, quæ sit superior, existunt. Non igitur astra causæ sunt, aut signa eorum, quæ fiunt. Vniuersa enim illa causa sublunarium, & syderum esset Deus, aut Angeli, qui futura in cælo notarent: quod est absurdum. Angeli enim nihil aliud in cælum agunt, nisi vt id moueant, quo in res inferiores agat motu, & lumine astrorum. Vnde sequitur, nec Deum, nec Angelos causas esse futurorum contingentium, quorum pleraque à Dei bonitate, & Angelorum integritate aliena sunt. Deinde signum, effectus eius est, cuius signum est; vt fumus effectus est ignis, cuius est signum: at sydera futurorum effecta esse nemo sanus dixerit: vnde neque sydera signa esse futurorum. Adde, quòd effecta fortuita causam habent fortuitam; igitur ancipitem, & minimè definitam, antequam efficiantur. Non igitur ab astris sunt, quæ causæ sunt necessariæ, non fortuitæ. Denique si astra naturalia signa sunt futurorum, necessarium est, vt quod significant, eueniat: vnde sequitur, Fatum esse, quod libertatem homini, meritum, laudem, vituperationem, præmium, pœnam, ac dignitatem omnem eripiat; cùm in eo quod necessariò vi quadam maiore fit, nihil laudis, præmij, pœnæ, vituperij esse debeat. Vnde & Astrologi pletique, qui astra causas, & signa esse defendunt, Fatum repudiant, maximè quod vniuersæ illæ causæ à singularibus impediri posse quotidie experiuntur. Quod si dixeris, Deum posuisse astra in signa, & tempora, occurret tibi Theodoretus in Aporis, dicetque, Deum posuisse signa in tempora, vt astra significent, *tempus serendi, metendi, arborum instituendarum*, ἢ εἰδέναι σπορᾶς καιρὸν, ἢ τοῦ φυτεῦσαι. Genes. c. 1. *Sint luminaria in signa, & tempora, & dies, & annos.* Fecit Deus stellam ad dominandum in diem & noctem. Caue longiùs ab iis terminis, quos Deus fixit, discedere ausis. Signa sunt in dies, noctes, & anni tempestates, hæ tibi metæ, hi termini, quos migrare nefas. S. Basilium audi homil. 5. in Exam. pag. 25. ἀναγκαῖαι πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον αἱ ἀπὸ τῶν φωστήρων σημειώσεις· ἐὰν γὰρ μή τις πέρα τοῦ μέτρου τὰ ὑπ' αὐτῶν σημεῖα περιεργάσηται, χρησίμας αὐτῶν τὰς ἐκ τῆς μακρᾶς ἐμπειρίας παρατηρήσεις εὑρήσει, *Necessaria sunt hominum vitæ tuendæ significationes luminarium; si longua obseruatio intra modum se teneat.* Nam ex iis imbres, æstus, venti præsentiri possunt. ἀλλ' οἱ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες ἐπὶ τὴν συνηγορίαν τῆς γενεθλιαλογίας τὸν λόγον ἕλκουσι, *sed qui scamma transiliunt, ad geneses ea trahunt, dicuntq́ vitam nostram è motu cælestium pendere.* Ideoque apud Chaldæos ex astris ea, quæ nobis accidunt, significari, & verba sacræ scripturæ, *sint vobis in signa*, non de aëris, & tempestatum mutationibus; sed de vitæ cuiusque sorte ac statu exaudiunt. Dicunt enim stellarum, quæ mouentur, positum ad signa Zodiaci certa ratione, & figura concurrentium inter se facere genituras. Talis enim astrorum habitus variam & contrariam vitæ sortem efficit, vt illi autumant. S Chrysostomus in cap. 2. Mat. Homil. 2. ἰδοὺ φασὶ τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ἀστὴρ ἐφάνη, ὅπερ ἐστὶ σημεῖον τοῦ τὴν ἀστρολογίαν εἶναι βεβαίαν, *Ecce, inquiunt, Christo nato astrum apparuit, quod astrologiæ certitudinis argumentum est.* Sed id falsi manifestò reuincitur. Si enim Christus natus est astrorum vi, ac lege, πῶς ἀστρολογίαν ἔλυσε, καὶ εἱμαρμένην ἀνεῖλε, καὶ πάσας τοιαύτην μαγγανείαν ἀνέτρεψε; *Quomodo astrologiam soluit, & fatum sustulit, & omnes eiusmodi præstigias euertit?* οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' ἀστρονομίας ἔργον ἐστὶν, ἀπὸ τῶν ἄστρων εἰδέναι τοὺς τικτομένους, *Neque enim astronomiæ opus est, vt eos qui nascuntur, ex astris cognoscant*: Sed vt ex hora, punctóve nascentium ea, quæ illis euentura sunt, prædicant, vt Mathematici fabulantur. S. Augustin. lib. 4. Confess. *Ideoq́ illos planetarios, quos Mathematicos vocant, planè consulere non desistebam, quod nullum eis esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur; quod tamen Christiana, & vera pietas consequenter repellit, & damnat.* Subiicit deinde de medico Mathematicas artes improbante; *A quo cùm quæsissem, qua causa hoc fieret, vt multa inde vera pronuntiarentur? Respondit ille, vt potuit, vim sortis hoc facere in rerũ natura vsquequaque diffusam. Si enim de paginis poetæ cuiuspiam longè aliud canentis, atque intendentis, cùm sortes quis consulit, mirabiliter consonus negotio sæpe versus exiret, mirandum non esse dicebat, si ex humana anima superiore aliquo instinctu nesciente quid in se fieret, non arte, sed sorte sonaret aliquid, quod interrogantis rebus, factisq́ concineret.* lib. 7. *Iam etiam Mathematicorum fallaces diuinationes, & impia deliramenta reieceram.* Item, *Non esse illam artem futura prævidendi, coniecturas autem hominum habere sæpe vim sortis, & multa dicendo, dici pleraque ventura, nescientibus eis quid dicerent, sed in ea non tacendo incurrentibus.* Ibidem ait Firminum, & vernulam eadem positione sydorum, ijsdem particulis momentorum, eodem puncto temporis, iisdem planè constellationibus natos fato planè diuerso: Firminus enim per omnes honorum gra-

dus

dus decurrit, vernula perpetuò seruitutis iugo attritus est. Seneca certè sentit cum iis, qui omnia fato fieri, & immutabili necessitate putant. Ideò de futuris se parum esse sollicitum significat epist. 88 *Venio*, inquit, *nunc ad illum qui cælestium notitia gloriatur;*

Frigida Saturni sese quò stella receptet,
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.

Hoc scire quid proderit? vt sollicitus sim, cùm Saturnus, & Mars ex contrario stabunt, aut cùm Mercurius vespertinum faciet occasum, vidente Saturno. Potius hoc discam, vbicunque sunt ista propitia esse, nec posse mutari. Agit illa continuus ordo fatorum, & ineuitabilis cursus. Per statas vices remeant. Effectus rerum omnium, aut mouent, aut notant; Sed siue quicquid euenit, faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? Siue significant, quid refert prouidere quod effugere non possis? Optimè Græcus poeta.

Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν,
Καὶ μὴ παθεῖν· καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν.
Εἰ δὲ δεῖ παθεῖν, ἃ δ' ἦν μαθεῖν,
Τί δεῖ μαθεῖν; χρὴ γὰρ παθεῖν.

Si liceat discere, quæ pati oportet, & cùm didiceris id afferat tibi scientia tua, vt non patiaris; sed vites, pulchrum sit discere quæ patienda portenduntur. Si autem omninò subeunda sunt, quæ discere licuit à vaticinante, quid opus erat de iis moneri, quæ omnino subeunda sunt, quæque vitari nequeunt? Seneca ep. 97. dubitat astra moueant, an moneant. *An ad stellarum motus nostra*, inquit, *moueantur corpora, ac corporibus, animisq; omnium illinc impetus veniat?* Affirmat tamen lib. de prouid. c. 1. *hanc inoffensam velocitatem syderum tantum rerum terra mariq; gestantem, non esse materiæ errantis ordinem.* Disertius ad Martiam, c. 18. *Ex syderum quinque leuissimis motibus fortunæ populorum dependent, & maxima, ac minima proinde formantur, prout æquum, iniquumve sydus incessit.* Addit ille, ep. 88. *Scias ista, nescias, fient.* Hoc vult Seneca, curiosam de futuris inquisitionem inutilem, imò sollicitam, & anxiam, atque ideò irritam esse, si fatorum ordo irreuocabilis est. *Astrologi autem*, ait Fauorinus, *aut aduersa euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt, miser fies frustra exspectando. Si aduersa, & mentiuntur, miser fies frustra timendo. Si verò respondent ea, quæ sunt, non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. Si felicia pronuntiant ea, quæ euentura sunt, tum planè duo erunt incõmoda: & exspectatio te spe suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloranerit. Nullo igitur pacto vtendum istiusmodi hominibus res futuras præsagientibus. Ego certè quid futurum sit nescio*, ait Seneca, *quid fieri possit scio. Ex hoc nihil desperabo, totum expecto, malis paratus sum. Mathematicos non audio, qui multa mentiuntur.* Quotidie de Claudij morte rogati, tertio, quarto post mense, & die moriturum pronuntiarunt, vt apud Senecam in Colocynthosi Mercurius dicat, patere Mathematicos aliquando verum dicere, qui illum postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Mirari se Cato apud Ciceronem dicit, *quòd non ridet aruspex, aruspicem cùm videt. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? Aut si euenit, quid adferri potest, cur id casu non euenerit?* Et mirari mihi libet, quòd non ridet Astrologus Astrologum quoties videt. Quota enim quæque res ab his prædicta non aliter euenit, vt si quis omninò velit contraria prædictis eorum asserere, plus ei fidei, quàm Astrologis constet? Diogenes olim cum in Samothracia quidam in templo Deorum potum, seu potentium, quos Cabiros vocant, tabellas numerarent, qui eorum ope votis ritè conceptis è naufragio enatasent; *Quam plures* inquit, *essent, si eorum, qui post vota naufragio perierunt, tabellæ extarent! Ita & quædam vera, quæ Astrologi prædixerint, memoria tenentur: sed vtique si prædicta omnia in tabulas relata essent, quantò eorum, quæ mendacij comperta sunt, vberior numerus esset, quàm eorum quæ vera?* Non temerè igitur est, quòd viri sapientiæ principes ab hoc diuinandi studio semper abhorruerunt, Socrates, Plato, Aristoteles, maximè inter Christianos Origenes, Eusebius, Ambrosius, Augustinus, cuius hæc verba sunt lib. 2. de Genes. ad lit. *De fatis syderum quales libet eorum argutias, & quasi de Mathesi documentorum experimenta, quæ illi apotelesmata vocant, omninò à nostra fidei sanitate repellamus.* Item lib. 7. Confession. *Romani certè Italia pellendos Chaldæos iam olim censuerunt.* Valer. Maxim. lib. 1 Caius Cornelius Hispalus Anno vrbis sexcentesimo decimo tertio edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe, atque Italia iussit, nec illos iuuit ærata pila, in qua stellæ cursus suos obibant: de qua Propert. lib. 4. el. 1.

—— Haud ego vates
Nescius ærata signa mouere pila.

Nec tabula, in qua picta cæli facies. Callisthenes ἐξήγαγεν πινακίδιον χρυσίῳ μὲν, καὶ ἐλεφαντίνῳ διακείμενον, ἔχον ἀστέρας πέντε, καὶ ὡροσκόπον, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ὁ μὲν ἥλιος κρυστάλλινος, ἡ δὲ σελήνη

ἀδαμαντίνη, ὁ δὲ λεγόμενος Ζεὺς ἀέριος ὀφίτης, ἡ δὲ Ἀφροδίτη σαπφείρινος, ὁ δὲ Ἑρμῆς σμαράγδινος, ὁ δὲ ὡροσκόπος λυγχύριος. Locus deprauatus est. Nectenabo *extulit tabellam auro & ebore insignem, in qua quinque stellæ, & Horoscopus, Sol ac Luna. Sol quidem christallinus, Luna adamantina, Iuppiter aërius ophites, Venus saphirrina, Mercurius smaragdinus, Horoscopus è lynchurio.* Aeratam pilam, de qua loquutus est Propertius, Atlantem inuenisse docet Plinius. Callisthenes autem cùm quinque tantùm errones numerat, veteres Mathematicos sequutus est, qui Solem, & Lunam venire in numerum errantium voluerunt. Sed κατ' ἐξοχὴν φῶτα, *lumina*; reliquos errantes ἀστέρας, *astra* dixerunt. Cic. lib. 1. de natura Deor. *Deos enim octo esse dicit; quinque eos, qui in stellis vagis nominantur; vnum qui ex omnibus syderibus, quæ infixa cælo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus Deus: septimum Solem adiungit, octauamq; Lunam.* Manil. lib. 3.

——Solem, lunamq; vagasq;
Euincant stellas.

Macrobius lib. 1. ad somn. Scip. c. 17. *Præter duo lumina, & stellas quinque, quæ appellantur vagæ.* Propertius ibidem.

Aspicienda via est cæli, versusque per astra
Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.
Quid moueant pisces, animosaq; signa leonis,
Lotus & Hesperia quid capricornus aqua?

Vulgò tamen in stellarum apotelesmatis quinque Zonæ locum non habent. Addo & illud Lucani lib. 6.

Non tripodas Deli, non Pythia consulit antra,
Non quæ scisse libet, primis quid frugibus altrix
Ore Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra
Fata queat, quid prodat auis, quis fulgura cæli
Seruet, & Assyria scrutetur sydera cura,
Aut si quid tacitum.

Iuuenal. sat. 6. tabellas Mathematicas vocat Ephemeridas,

——Inspecta genesi collyria poscit,
In cuius manibus seu pinguia succina tritas
Cernis Ephemeridas, quæ nullum consulat, & iam
Consulitur.——
Cuius amicitia, conducendaq; tabella
Magnus ciuis obit.——

Eleganter insectatur studium illud futuri sciendi Statius lib. 3. Thebaid.

——Vnde iste per orbem
Primus venturi miseris animantibus æger
Creuit amor? Diuûmne feras hoc munus, an ipsi
Gens auida, & parto non vnquam stare quieti
Eruimus, quæ prima dies, vbi terminus æui,
Quid bonus ille Deûm genitor, quid ferrea Clotho
Cogitet? Hinc fibra, & volucrum per nubila sermo,
Astrorumque vices, numeratáque semita Lunæ,
Thessalacumque nefas. &c. *——quid crastina volueret ætas*
Scire nefas homini, nos prauum, ac debile vulgus
Scrutamur penitus superos. Hinc pallor & iræ,
Hinc scelus, insidiæque, & nulla modestia voti.

Alcimus Auitus hoc studium eleganter exagitat, lib. 2. Carmin. c. 15.

Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendi,
Angit præscitus ducti quos terminus æui.
Cùm tamen eductas inferni sedibus vmbras
Colloquium miscere putent, & nota referre,
Spiritus erroris, qui tunc bacchatur in illis,
Ad consulta parat vanis responsa figuris.
Nec verò multis dicamus singula verbis.
Præsenti illusus damnabitur ille perenni

Iudi

A *Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.*

S. Augustinus lib. 7. Confess. *Eorum, qui gemini nascuntur, plerique ita post inuicem funduntur ex vtero, vt paruum ipsum temporis interuallum quantamlibet vim in rerum natura habere contendant; colligi tamen humana obseruatione non possit, literisq. signari omninò non valeat, quas Mathematicus inspecturus est, vt vera pronunciet, & non erunt vera: quia easdem literas inspiciens eadem debuit dicere de Esau, & Iacob: sed non eadem vtrique acciderunt.* Idem lib. 1. contra Academicos scribit, Albicerium quemdam Carthagine multos annos consulentibus mira quædam, & certa respondisse. Cuidam flagitanti, vt diceret, quid secum ipse tacitus volueret, Virgilij versum eum cogitare respondit, & versum ipsum securus cecinit. Non mirum est, si talia sentiri possunt ab huius aëris animalibus quibusdam vilissimis, quos *Dæmones* vocant. Lib. 5. de Ciuit. cap. 1. *Illi verò, qui positionem stellarum quodammodo decernentium, qualis quisque*

B *sit, & quid ei proueniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt; si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi à summa illius potestate, vt volentes ista decernant, magnam cælo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni. Quòd si dicuntur stellæ significare potiùs ista, quàm facere, vt quasi loquutio quædam sit illa positio prædicens futura, non agens, de geminis dicant per exiguum temporis interuallum in nascendo separatis, in conceptu autem per vnum concubitum vno etiam momento seminatis.* Non tamen ita solent loqui Mathematici, vt (verbi gratia) dicant, Mars ita positus homicidam significat; sed, homicidam facit. Vide cap. 2. 3. 4. 5. Imponunt igitur Mathematici consulentibus, qui è stellis futura coniectant, quæ neque causæ, neque signa sunt eorum, quæ libero animi motu fiunt. Consule Eusebium lib. 5. cap 9. Augustinum lib. 2. ad Genes. cap. 17. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 21. 22. 23. Martianus Capella lib 9.

C *Genethliace propior astabat, quæ rationis ætheree consita pensa Lachesis adopertè, atque instantium sæculorum gerenda denunciat.* Contra fatum, & genesim acutè disputat S. Petrus apud S. Clementem in epist. ad Iacobum. Dicebat Petro senex quidam: νῦν δὲ ὅτι γενέσει τὰ πάντα ὑπόκειται πιστός σοι παρέχειν βούλομαι. Respondet Petrus: εἰ γενέσει τὰ πάντα ὑπόκειται, καὶ τοῦτο οὕτως ἔχειν πεπληροφόρησαι, σεαυτῷ τἀναντία νοῶν συμβουλεύεις· εἰ μὲν γὰρ παρὰ γένεσιν οὐ δυνατὸν οὐδὲ τὸ φρονεῖν, τί ματαιοπονεῖς βουλεύων ἡμῖν, ὃ γενέσθαι πάντως ἀδύνατον· ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν εἰ γένεσις ὑφέστηκε, μὴ πρόσδεε πείθειν ἐμὲ μὴ σέβειν τὸν τῶν ἄστρων δεσπότην, εἰ θέλοντος, καὶ μὴ γενέσθαι, γενέσθαι ἀδύνατον· ἀεὶ γὰρ αὖ τὸ ὑποκείμενον τῷ ἡγουμένῳ πείθεσθαι ἀνάγκην ἔχοι. Vide pag. 60. & 61. εἰ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαι, καὶ ἀσέβειαι, καὶ ἀσέλγειαι ἐξ ἀστέρων γίνονται, τὸ δὲ τοὺς ἀστέρας ταῦτα ποιεῖν ὑπὸ Θεοῦ τέτακται, ἵνα πάντων χαλεπῶν ἀποτελεστικοὶ γένωνται, αἱ πάντων ἁμαρτίαι πάντως ἄρα, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται τὸν τὴν γένεσιν ἐνθέντα τοῖς ἄστροις. S. Cyrill. Catechef. 2. οὐκ ὑποβέβληνται χρόνοις, ἀλλὰ

D αὐτὸς εἶ τῆς ζωῆς ὁ νομοθέτης· οὐ γὰρ κατὰ γένεσιν, καὶ πλοκὴν ἄστρων, ὡς τινες ματαιολογοῦσι. Catechef. 4. οὐ γὰρ κατὰ γένεσιν ἁμαρτάνεις, οὔτε κατὰ τύχην πορνεύεις, οὔτε καθὼς ληροῦσί τινες, αἱ τῶν ἄστρων πλοκαὶ μήτε ἀστρολογίαις, μήτε ὀρνεοσκοπίαις, μήτε κληδόσι πρόσεχε, μηδὲ τὰς μυθώδεις τῶν Ἑλλήνων μαντείας, φαρμακίαν, καὶ ἐπαοιδίαν, καὶ τὰ νεκυομαντειῶν παρανομώτατα πράγματα. *Nunc autem tibi omnia genituræ subiecta esse ostendo. Si omnia genesi subiacere tibi persuasum est, tibi ipsi contrarius es, & frustrà consulis. Si enim præter genituram, ne sapere quidem quis potest, quid in cassum nobis consulis, quod fieri non potest? Si genitura vim habet, ne mihi persuadere conare, vt non colam astrorum Dominum, qui si velit aliquid non esse, omninò non erit. Semper enim inferius superiori paret. Si omnia hominum peccata, impietates, libidines ab astris sunt, Deusq. eam vim illis addidit, vt omnia mala efficerent, causa mali ad Deum auctorem referenda est. Non subditus es temporibus, sed ipse es vitæ tuæ dispensator. Non enim per genituram, & syderum habitum, vt quidam mentiuntur, res eueniunt.*

E *Non per genituram libidinaris, aut fortuitò peccas; neque, vt quidam nugantur, implexa inter se astra fatum efficiunt. Ne dede te Astrologiæ, neque augurali disciplinæ, neque ominibus, neque vaticiniorum Græcorum fabulis, veneficia, magicas artes, necyomantiam, quæ res legibus vetitæ sunt, respuito.* S. Basilius homil. de Natiuitate: καὶ μηδεὶς ἑλκέτω τὴν τῆς ἀστρολογίας κατασκευὴν εἰς τὴν τοῦ ἀστέρος ἀνατολήν· οἱ μὲν γὰρ τὴν γένεσιν παρεισάγοντες, ἐκ τῆς ἤδη ὄντων ἀστέρων τῆς ποιοῦ δὲ σχηματισμὸν αἰτίαν εἶναι τῶν κατὰ τὸν βίον συμπτωμάτων ἑκάστῳ τίθενται· ἐνταῦθα δὲ οὐδεὶς τῶν ὄντων ἀστέρων τὴν βασιλικὴν γέννησιν ἐσήμαινεν. Id est, *Ne quis trahat Astrologiæ fraudes ad astrorum exortum. Qui enim genituram inducunt, ex astris, quæ sunt, talem habitum, & statum cæli causam esse aiunt casuum, qui in vita occurrunt. Hîc autem cùm Magi stella duce Christum quæsierunt, nullum sydus regiam Christi natiuitatem indicauit.* Idem Homil. 6. Examer. οἱ τῆς γενεθλιαλογίας ταύτης εὑρεταὶ καταμαθόντες, ὅτι ἐν τῷ πλάτει τοῦ χρόνου πολλὰ τῶν σχημάτων αὐτοὺς διαφεύγει, εἰς στενὸν παντελῶς ἀπέκλεισαν τοῦ χρόνου τὰ μέτρα, ὡς καὶ παρὰ τὸ μικρότατον, [ἀκαριαῖον μεγίστης οὔσης διαφορᾶς γενέσει πρὸς γένεσιν, καὶ τὸν ἐν τούτῳ τῷ ἀκαριαίῳ γεννηθέντα

 τύραννον

τύραννον εἶναι πόλεων, καὶ ἄρχοντα δήμων, ὑπερπλουτοῦντα, καὶ δυναστεύοντα, τὸν δὲ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ῥοπῇ τοῦ καιροῦ γεννηθέντα προσαίτην τινά, καὶ ἀγύρτην, &c. τιθέντες τοίνυν τὰς γενέσεις τῶν τικτομένων ἴδωμεν εἰ τὴν ἀκρίβειαν ταύτην τοῦ χρόνου. *Repertores genturarum cùm didicissent multos syderum positus in tanto temporum cursu sibi ignotos esse, temporis modum in angustum coëgerunt, vt in momento multum genesis à genesi differat; & eum aiunt, qui tali puncto natus sit, Tyrannum fore vrbium, & Principem populorum, diuitem, dominantem; eum verò, qui in altero momento genitus sit, mendicum fore, & circulatorem. Ponentes igitur eorum, qui nascuntur, genituras, videamus an aliquis certò punctum illud accuratè attingere posit.* Ecclesia iam olim, vt diximus, curiosa ista, & inania damnauit. Synodo Quini sexta, can. 61. οἱ μάντεσι ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχαις, ὡς ἂν παρ' ἐκείνων μάθοιεν, εἴτι ἂν αὐτοῖς ἐκκαλύπτεσθαι βούλοιντο, κατὰ τὰ πρώην ὑπὸ τῶν πατέρων περὶ αὐτῶν ὁρισθέντα, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας· τῷ αὐτῷ δὲ τούτῳ ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι δεῖ καὶ τοὺς ἄρκτους ἐπισυρομένους, καὶ τύχην, καὶ εἱμαρμένην, καὶ γενεαλογίαν κατὰ τοὺς τῆς πλάνης λήρους φωνοῦντας, τούς τε λεγομένους νεφοδιώκτας, καὶ γοητευτὰς, καὶ φυλακτηρίους, καὶ μάντεις: *Qui se Vatibus præbent, & centurionibus, vt ab illis discant, si quid sibi reuelari velint, secundùm ea, quæ à Patribus definita sunt, sub canonem sexennalis pœnitentiæ cadant. Eidem pœnæ obnoxij sint, qui vrsos trahunt, & fortunam, & fatum, & genealogiam ex veterum errore loquuntur. Eos, qui nubes fugant, Magos, Amuletarios, & Vates eodem modo castigamus.* Sozomenus lib. 3. cap. 5. Eusebius Emissenus διεβάλλετο ἀσκεῖσθαι τῆς ἀστρονομίας, ὁ μέρος ἀποτελεσματικὸν καλοῦσι, *Accusatus, quòd indiciariam Astrologiam exerceret*, vt & Aquila Ponticus apud Epiphanium lib. de ponderibus, ὁ μὲν Ἀκύλας πιστεύων τῇ ματαίᾳ ἀστρονομίᾳ ἣν ἀκριβῶς ἐκπεπαίδευτο, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ θέμα τῆς αὐτοῦ γενέσεως σκεπτόμενος ἐξεώσθη τῆς ἐκκλησίας, *Aquila credens inani Astrologiæ, quam accuratè didicerat, & quoque die suam genituram inspiciens, Ecclesia pulsus est.* Concilium Toletanum primum, *In regula fidei errat, si quis Astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum.* Balaam in sacris Literis supra Mathematicos fuit, de quo apud S. Basilium, Homil. de Natiuit. ἄνθρωπος ὁρῶν, ἀκούων λόγια Θεοῦ, ἐπιστάμενος γνῶσιν ὑψίστου, καὶ ὅρασιν Θεοῦ εἰδὼς, ἐν ὕπνῳ ἀποκεκαλυμμένοι ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, *Homo videns, audiens oracula Dei, doctus scientiam Altissimi, & visionem Dei videns, in somno eius oculi aperti sunt.* Gregorius Nyssenus multa genera diuinationum ponit epist. de Pythonis. ἐπειδὰν σπουδή τις ἐστι κατὰ τὸν βίον τοῖς φιλοσωμάτοις γνῶσίν τινα τῶν μελλόντων ἔχειν, δι' ἧς ἐλπίζουσιν ἢ τῶν κακῶν ἀποφυγὴν, ἢ πρὸς τὰ καταθύμια χειραγωγίαν, τούτου χάριν ἡ ἀπατηλὴ τῶν δαιμόνων φύσις ἐτεχνάσατο οἰωνοσκοπίας, συμβολομαντείας, χρηστήρια, ἡπατοσκοπίας, νεκύας, ἐνθουσιασμοὺς, ἐμπνεύσεις, &c. *Quoniam studium quoddam est iis, qui corporis delicias amant, futura cognoscere de vitæ suæ cursu, qua ratione sperant noxia se fugere posse, aut optata consequi, ideò fraudulenta dæmonum natura inuenit auguria, coniectationes, oracula, extispicia, necyomantias, fanaticorum à Deo commotiones, & inspirationes.* Eunomiani hæretici inania ista consectabantur, vt idem ostendit orat. 10. in Eunom. ἆρα μὴ κατά τινα τερθρείαν τῶν γενεθλιακῶν λόγων, καὶ ἐν εἱμαρμένῃ τινὶ τοῦ υἱοῦ τὴν γέννησιν τίθεται κατὰ τὰς ποιὰς τῶν ἀστέρων ἐπιπλοκὰς, καὶ ἀποστάσεις, τὰς ἀποκληρώσεις τῶν βίων τοῖς τικτομένοις συμβαίνειν τῆς ἄνωθεν εἱρμῷ φερομένης κινήσεως, τὰς περί τι δυνάμεις τοῖς γινομένοις ἐπικλωθούσης, *Vtrùm secundùm præstigias matheseos etiam in fato quodam generationem filij ponit, secundùm certos astrorum implexus, & abscessus, vitæ hominum sortem nascentibus accidere, vi rotationis cælestium orbium, quæ vires nascentibus ad certa quadam definit.* Postremum hoc subiiciam ex Augustino lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 20. *Genethliaci propter natalium dierum considerationes dicti, vulgò Mathematici vocantur, qui quamuis veram stellarum positionem, cùm quisque nascitur, consectentur, & aliquando etiam peruestigent; tamen quod inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum euenta prædicere, vendunt imperitis hominibus miseram seruitutem. Nam quisque liber, cùm ad huiusmodi Mathematicam ingressus fuerit, dat pecuniam, vt seruus inde exeat, aut Martis, aut Veneris, aut potiùs omnium syderum, ex quorum notatione velle nascentium mores, actus, euenta prædicere magna dementia est.*

IVLII CÆS. BVLENGERI

DOCTORIS THEOLOGI,

ADVERSVS DIVINACVLOS, & Somniatores.

LIBER III.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit Diuinatio; qui Vates, & Diuini.

A DIVINATIONEM à Diuis dictam eſſe dubium non eſt, quòd Dei ſolius ſit futura certò prædicere. Ineſt in animis præſagirio extrinſecùs iniecta, atque incluſa diuinitùs: ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cùm à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. Hæc Cicero minus rectè: *Neque enim qui diuino inſtinctu futura vaticinantur, furunt; neque vlli terrarum fuerunt anhelitus, quibus inflatæ mentes oracula funderent.* Dæmonis eſt eorum mentes, quas incitarit, de ſtatu deiicere, vt ex Procopio ſuprà docuimus. Pythiam verò non anhelitus terræ, ſed ſpiritus ille nequam è Diris ſpiraculo per pudenda ſe inſinuans exagitabat. *Eſt autem Diuinatio,* vt Chryſippus apud Ciceron. definit, *vis cognoſcens, & videns, & explicans ſigna, quæ à Diis*
B *hominibus portenduntur. Officium eius eſt prænoſcere, Dij erga homines mente quâ ſint, quid've ſignificent, quemadmodúmve ea procurentur, atque expientur.* Ieiuna eſt, & frigida illa Chryſippi definitio, quia pertinet tantùm ad Aſtrologos, Aruſpices, Somniorum interpretes, cæteróſque, qui ex ſignis futura prædiuinant. Sic ego, *Diuinatio eſt præſentio, ac prædictio futurorum ex imaginibus, quæ animo vaticinantis à Deo infuſæ ſunt, vi luminis illius quo animus diuinitùs illuſtratur, expreſſa.* Dixi prædictionem eſſe futurorum, quorum imagines quædam, & veluti ſpecies virtute Dei in animo vaticinantis exprimuntur, vt is res futuras velut in ſpeculo videat, & vi luminis, quo animus eius à Deo illuſtrarur, cognoſcat, & interpretetur. Non hic igitur coniectura, ſed ſcientia, & penè dicam viſio futurorum adhibetur. Vnde Ariſtidis lapſum agnoſcas in oratione prima pro Rhetorica, αὐτὴ γὰρ ἡ μαντικὴ κινδυνεύει τοῦτ' εἶναι μόνον εἰκάσαι, καὶ τί φαίη τις ἂν οὑτωσὶ σκοπῶν, καὶ διαιρῶν· ὅτι τούτῳ, καὶ μόνῳ μάντιν, ἢ ἰδιώτην εἶναι διαφέρει, τῷ τὸ μὲν
C εἰκάζειν ἁπάντων, τὸ δ' ἐπίστασθαι τοῦ μάντεως εἶναι. *Ipſa diuinatio nihil aliud eſt propemodum, quàm coniectatio. Et quamquam plerique Vatem ab homine priuato ſic ferè diſtinguunt, vt imaginationem, & coniecturam omnibus ſcientiam Vatibus tribuant. Ego tamen Vati ſcientiam ipſius coniectationis tribuo, nec prætereà quicquam.* Teſtem cito Platonem, qui artem eam, qua ſani homines de rebus futuris per aues, atque alia ſigna inquirunt, τήν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος, διά τε ὀρνίθων ποιουμένην, καὶ τῶν ἄλλων σημείων (non ποιουμένων, vt vulgò) ἅτε ἐκ νοῦ, καὶ διανοίας πορίζομένην ἀνθρωπίνῃ οἰήσει, οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν, *Quandoquidem mentis opera humanæ opinioni ſuppeditatur, oionoïſticen, ſeu diuinationem, quæ mentis opinione fiat, appellaſſe ait, quam nunc iuniores œoniſticen, οἰωνιστικὴν, auguralem, litteram, ω, magni facientes, dixerunt.* Itaque cùm augurium imaginantibus, & coniectantibus tribuat, ne diuinatio quidem, cùm augurium ſit huius pars, coniectatione carebit. Iam illud, per alia ſigna, cum ipſe addit, ἅπασαν δίδωσι τὴν μαντικὴν εἰκασίαν εἶναι, *Omnem coniectationi diuinationem tribuit, ac rectè mea quidem ſententia. Nec enim eodem modo Deos arbitror, atque homines futura ſcire. Illi enim qui futuri ſint, norunt, & res omnes quaſi ante oculos habent, quapropter vates Deorum eſt Iuppiter veriſsimus,*

ζῶς ἐν θεοῖσι μάντις ἀψευδέστατος. A

Consequentia enim, & fines in eius potestate sunt. Hi verò tanquam in tenebris ex sono, vel viso aliquo de rebus iudicant, nec quicquam possunt certò prædicere. Etenim Coniector nisi quæstionem proposueris, nihil de signis quæ scit, poterit indicare. Quin cùm de futuris debeat dicere, ne hoc quidem cuius rei gratia ad ipsum venias, nisi audiuerit, nouit. οὐ γὰρ ἔγκειται τὰ πράγματα αὐτῷ προφαινόμενα, nec enim res in conspectu habet, sed argumenta cum signis coniungens secundùm rationem coniectat. Non ita Prophetæ in sacris literis, quorum alter Saüli occurrit, & equos eius in tuto esse prædixit; alter vxorem Ieroboam dissimulato cultu latentem nominatim appellauit, & filium, qui morbo decumbebat, moriturũ admonuit. Diuinatio enim nõ est coniectatio, sed visio, ideo *Videntes* dicuntur, *νίκην πολέμου, καὶ τινὸς συμβαίνοντος οὐκ οἶδε, οὐδ' ἁπλῶς τῶν περὶ τὴν μάχην οἶδεν, ἀλλ' εἰκάζει, Coniector*, ait Aristides, *victoria in bello quò casura sit ignorat, nec aliquid eorum, quæ in prælio futura sunt, tenet, sed coniectat.* Si timentur insidiæ, modum non potest explicare, nisi tanquam somnia coniiciat. *Diuinatio* igitur, vt vult Cic. *à Diuis* dicitur; *Præsagitio, à Sagire*, id est acutè sentire, ex quo *Sagæ*, & *Sagarij* dicti, qui multa scire volunt, & sagaces canes. B

Pollicita est magico saga ministerio.

Diuini, Diuinaculi, Prophetæ, Veraculi, Vates, Hypophetæ, appellantur. Iulius in Adrasto,

Cùm capita viridi lauro velare imperant

Prophetæ sacra castè qui purant sacra.

Item *Ventriloqui*, quanquam, vt Plutarch. lib. de oracul. defectu, *εὐηθές ἐστι τὸ οἴεσθαι τὸν Θεὸν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους Εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ πύθωνας προσαγορευομένους ἐνδυόμενον εἰς τὰ σώματα τῶν προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι τοῖς ἐκείνων σώμασι. Absurdum est putare Deum, vt olim Ventriloquos, qui Eurycles, & Pythones dicuntur, subeuntem* (malim *εἰσδυόμενον*) *in corpora, vatum ore loqui.* Festus, Prophetas *Antistites fanorum* nominat, oraculorúmque interpretes. *Vates* ipsi dicuntur *à vi mentis*, aut *à viendis*, id est, vinciendis carminibus. *Viere* enim est vincire, ait Isidorus lib. 6. origin. Alij *Vates* quasi *Fates à fando*, vel à voce Græca, *φημὶ*, quasi *φάτης*, vnde *προφῆται, ὑποφῆται. Fari* enim est futura prædicere. Seneca Oedipo. C

Responsa solue, fare quem pœna expetant.

Vlpianus lib. 1. de Ædil. edic. *Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliquit profatus esset.* Ennius.

Atque Anchises doctus, Venus quem pulcra dearum

Fari donauit, & diuinum pectus habere.

Cassandra,

Ad matrem missa sum superstitiosis ariolationibus,

Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet. D

A fando *Fauni, Fatui, Fauna, Fatua, Fatuelle*, vt vult Martianus Capella, dictæ. Plautus in Curgulione, superstitioso svocat.

Superstitiosus hic est, vera prædicat.

Fanatici *Lunatici, σεληνιακοὶ, Ventriloqui*, vt Tertull. lib. 4. in Marcion. lib. 1. Reg. cap. 27. *ἐγγαστρίμυθοι, γνωσταὶ, Cognitores: Fatidici* Virgilio.

——— oracula Fauni

Fatidici genitoris adit.

χρησμολόγοι, oraculorum interpretes, Lymphatici, Cerriti, κάτοχοι ἐκ τοῦ Θεοῦ, θεόληπτοι, θεομανεῖς, θεοπαθεῖς, θεοφόρητοι, θεόπνευστοι. Dionysius Halycarnass. *καὶ θειασμοῖς κάτοχαι γυναῖκες οἰκτρὰς ἐμαντεύοντο τύχας. Mulieres Deo passæ tristia vaticinabantur.* Tertull. Deo pati dixit eos qui furentes diuino instinctu futura denuntiant. Hesychius Prophetas *μάντεις, καὶ κλίνας* vocat. Hieron. *Diuini dicũtur, qui coniecturã mentis suæ de futuris absque auctoritate diuinorũ verborũ pronuntiant.* Melius, meo animo, alij Diuinos, & Diuinaculos vocant eos, qui futura præsagiunt instinctu diuino. Cuiusmodi fuêre Prophetæ omnes in sacris literis. Numeror. cap. 24. Balaam, *ὁ ἀληθινὸς ὁρῶν ἀκούων λόγια Θεοῦ, ἐπιστάμενος ἐπιστήμην ὑψίστου, καὶ ὅρασιν Θεοῦ ἰδὼν ἐν ὕπνῳ, ἀποκεκαλυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ*: Balaam *verus Videns, qui audit oracula Dei, sciens scientiam altissimi, & Dei visionem in somno videns, oculi eius aperti.* Aurelius Victor de Cæsarib. *Vespasianus diuinis deditus, quorum vera plerisque negotiis compererat.* Dio de Prodigiis ante ciuile bellum Cæsaris, & Pomp. *κάτοχοί τε τινες γιγνόμενοι συχνὰ ἐθείαζον, Quidam Deo passi frequenter bacchantes vaticibantur.* Lucian. in Philopseude, *χρησμῶν καὶ θεσφάτων, καὶ ὅσα θεοφορούμενοί τινες ἀναβοῶσι, ἢ ἐξ ἀδύτων ἀκούεται, ἢ παρθένος ἔμμετρα φθεγγομένη. De oraculis, & vaticiniis, & quæcunque quidam numine afflati proclamant, quæ ex adytis audiuntur, aut quæ virgo numeris eloquens futura prædicit.* E

Certè

A Certè apud Ægyptios Diuinatio ita constituta fuit, *vt eius artificium nulli mortaliũ, sed certis diis attribuatur.* Siquidem Herculis illic est oraculum, μαντικὴ δ' αὐτοῖσι ὧδε διακέεται· ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη, τῶν δὲ θεῶν μετεξετέροισι, ait Herodotus lib. 2.

CAP. II.

De furore Vaticinantium, & voce Μαντις.

Graeci *Manticen* à furore dixerunt, quia præsagitio in animis extrinsecus iniecta si exarsit acrius, furor vocatur: ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο, οὐδ' ὄνειδος μανίαν· οὐ γὰρ ἂν τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ᾗ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέκοντες μανικὴν ἐκάλεσαν, ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίνηται, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο, ait Aristides, *Antiqui, qui rebus dederunt nomina, furorem probro non habuerunt. Nec enim arti pulcherrimæ, qua futura explicantur, hoc indito nomine, Manicem eam, seu furoris scientiam appellassent. Sed id cùm diuinitùs accidat, pulchrũ ducentes hoc sunt vsi nomine.* At nostri littera τ ineptè interiecta Manticen vocarunt. Nam & artem eam, qua sani homines de rebus futuris per aues, atque alia signa inquirunt, quandoquidem mentis opera humanæ opinioni suppeditatur, *Oionoïsticen, seu Diuinationem, quæ mentis opinione fiat, appellarunt, quam nunc Oionisticen, auguralem dixerunt. Quantò igitur perfectior est, & præstantior augurio Diuinatio, nomenq́ nomine, tanto pulchriorem antiqui furorem diuinum humana sapientia indicarunt. Quin etiam morbos, ac dolores maximos, vt qui memorem ob iram alicunde aliquibus acciderant, accedens furor, & ea quibus erat opus, vaticinans curauit, cùm ad preces, & cultum Deorum confugisset. Inde enim purgationibus, & initiis acceptis*, καθαρμῶν καὶ τελετῶν τυχοῦσα, *sanum in præsens, ac posterum tempus eum præstitit, ac malorum remedium ritè furenti suppeditauit*, μανῆναί τε καὶ κατασχομένῳ. *Tertius verò Musarum furor, & afflatus*, &c. Item, νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίνεται διὰ μανίας θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης· ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι μανεῖσαι μὲν: *At nunc maxima quæque bona* (ex Platone mutuatus est) *per furorem, qui quidem diuinitùs donetur nobis, obtingunt. Nam & Delphica vates, & Sacerdotes Dodonææ furentes quidem multum & publicè, & priuatim Græciæ profuerunt; sapientes vel parum, vel nihil. Quod si etiã Sybillam adiecerimus*, &c. Supra tamen ex Procopio ostendimus, eos, quibus Deus illabatur, vt futura prædicant, mente non moueri; sed sapientiores effici. Origenes lib. 7. contra Celsum, εἰ δ' ἐξίσταται, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῇ ἐστὶν ἡ Πυθία, ὅτε μαντεύεται, ποδαπὸν νομιστέον πνεῦμα τὸ σκότος καταχέαν τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ λογισμοῦ, ἢ τοιοῦτον ὁποῖόν ἐστι, καὶ τὸ τῶν δαιμονίων γένος, ἃς οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνουσι τῶν πασχόντων σὺν οὐδενὶ περιέργῳ, καὶ μαγικῷ, ἢ φαρμακευτικῷ πράγματι, ἀλλὰ μόνῃ εὐχῇ,

D καὶ ὁρκώσεσιν ἁπλουστέραις: *Quod si externatur, nec sui compos est Pythia, quando vaticinatur, vnde putandum est spiritum procedere, qui mentem tenebris obducit, nisi à dæmonibus, quos Christiani sine superstitione aliqua aduentitia, aut magica, & venenaria exigunt & corporibus energumenorum sola prece, & coniuratione simplici?* Cicero lib. 1. de Diuin. *Duo sunt diuinandi genera, quorum alterum artis est, alterum naturæ. Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum aut monstra, aut fulgura interpretantium; aut augurum, aut Astrologorum, aut sortium, (ea enim fere artis sunt:) aut somniorum, aut vaticiniorum: (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur?* Tum de furore ait, *Multaq́, per terras Vates oracla furenti pectore fundebant tristes minitantia casus*, &c. Vaticinati per furorem Bacis Boëtius, Epimenides, Cres, Sibylla Erythræa; cuius oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur; sed illa, quæ instinctu diuino, afflatuque funduntur, etsi ipsa sors contemnenda non est. De furentibus Minutius in Octa. *Inde adeò*

E *pleni, & mixti Deo vates futura præcerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam*, &c. *Hi sunt furentes, quos in publicum videtis excurrere. Vates & ipsi absque templo sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur; par & in illis instigatio dæmonis, sed argumentum dispar furoris.* Firmicus lib. 8. cap. 20. *Vates faciet entheos, qui in templis consueuerint vaticinari*, cap. 21. *Qui diuino quodam nomine carmina concinant*, cap. 22. *Entheos Sacerdotes faciet dantes vera responsa quærentibus. Enthei erunt præsago diuinitatis instinctu futura noscentes.* lib. 6. ca. 3. *Entheos faciet templorum obsequiis deputatos, qui latenti diuinitatis instincta, & mutato mentis ordine*, &c. Dio serm. 1. de regno, οἱ γὰρ ἀνθρώπων λόγοι, καὶ τὰ πάντα σοφίσματα οὐδενὸς ἄξια πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἐπίπνοιαν, *Hominum sermones, & omnia sophismata nullius pretij sunt, si cum afflatu diuino comparentur.* Item, ἄνευ δαιμονίου κατοχῆς, καὶ ἐπιπνοίας, *sine afflatu diuino nihil rectè procedit.* Certè dæmonis instinctu incitati Vates omnes profani furunt. lib. 4. Georgic. Virgil.

——— *Ad hæc vates vi denique multa*

Ardentes

Ardentes oculos contorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens sic fatis ora resoluit. A

Oecumenius ad cap. 12. Actor. de Pythia loquens, μανίας πληρουμένη, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρὸν ἀπὸ στόματος πέμπουσα, καὶ τ' ἄλλα ποιοῦσα, ὅσα οἱ μαινόμενοι ποιεῖν εἰώθασι, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο ῥήματα. *Plena furore, soluto capillo, ore spumas eiiciens, aliaq; more furentium faciens, verba diuinationis, aut potius insaniæ fabatur.* Eadem verba leges apud Origenem contra Celsum, Athanasium, & Chrysostomum. Arnobius lib. 1. *Insanire, bacchari, ac velut quiddam promtum ex oraculo fundere.* Prudentius.

——— Non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.

Æneid. lib. 6.

——— Non vultus, non color vnus, B
Non comtæ mansere comæ, sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, maiorq; videri
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei.

Pythiæ maximè furebant, quod ex hiatu terræ spiritus erumpens fatidicas ageret. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. *Antistitem Delphicæ Cortinæ in intimam sacri specus partem coëgit descendere, vnde vt consulentibus sortes petuntur certiores, ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer est.* Is spiritus per Pythiæ pudenda se insinuans numen afflabat, vt Aristoph. Scholiast. ἐπικαθημένη τῷ τρίποδι, καὶ διαιροῦσα τὰ σκέλη, πονηρὸν κάτωθεν πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων ἐδέχετο μορίων, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, &c. *Insidens tripodi diductis fœminibus impurum spiritum per interfeminium excipiebat, & crine soluto spumas ex ore mittens, furensq; vaticinabatur.* Dio serm. 1. de regno. ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν λεγομένων ἐνθέων ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ἀσθμαίνουσα, καὶ περιδινοῦσα τὴν κεφαλήν. *Hæc dicebat, & vt multi fanatici, & enthei anhelans, & caput rotans.* Amphictyones primi oraculum posuêre Delphis, aut positum reperêre, cùm pastor apud Parnassum fontis Castalij haustu spiritu fatidico esset correptus, ait Themistius orat. 13. Δελφῶν ἐξ ἀρχῆς Ἀμφικτύονες κλησαί, καὶ δίρετ) ἐγίγνοντο, ποιμένος τινὸς ἐν τῷ Παρνάσσῳ ἐκ κασταλίας τοῦ μαντικοῦ πνεύματος κατασχομένου. Ideo per initia ij soli χρησμολόγοι dicti, qui ex Apolline furerent. Pausanias in Atticis, χωρὶς δὲ πλὴν ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον μάντεων οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν. Aristid. Rhetor. 1. αἱ ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι τοσαῦτα ἴσασι, ὅσ' ἂν τῷ Θεῷ δοκῇ, καὶ μέχρι τούτου μέχρι ἂν δοκῇ, *Sacerdotes Dodonæ tantùm, ac tandiu sciunt, quantum, ac quandiu Deo visum fuerit.* Atqui nec ante talem nouerant aliquam scientiam, quàm cum Deo congrederentur, nec posteà quidquam eorum quæ dixerunt, sciunt: sed omnes id meliùs quàm ipsæ norunt. Idem de Clariis, atque Ammoniis, & quicunque D oracula enuntiant, siue viri sunt, siue mulieres dico, ἀλλ' ὡς ἂν κινηθῶσιν ἑκάστοτε ὑπὸ τοῦ κρείττονος πέμπουσι πανταχοῦ γῆς, *oracula mittunt in omnes orbis partes, prout fuerint à Deo motæ.* Arist. lib. 1. Ethic. Epidemior. τοὺς νυμφολήπτους ἐπιπνοίᾳ δαιμονίᾳ ἐνθουσιάζειν, *Cerritos, & Fanaticos diuino afflatu bacchari.* Euseb. lib. 5. præparat. Euan. *Poëtæ partim ex communi hominum instinctu, partim ex afflatu Musarum*, τὰ δὲ ἐξ ἐπιπνοίας τῶν μουσῶν, ἢ κινεῖν αὐτοὺς ἐπὶ ταῦτα πέφυκε σεμνότερα εἰρήκασι περὶ Θεῶν, *qui mouet eos.* De Diis ingentia dicunt, Lucan. lib. 5.

——— vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, ventósque loquaces
Exhalare solum.

Virgil. lib. 6. Æneid. 1.

——— Magnum cui mentem animúmque E
Delius inspirat Vates, aperitque futura.

Lycophron. Cassandra.

——— οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη
Ἔλυσε χρησμῶν ὡς πρὶν αἰόλον στόμα.
Non enim tranquilla virgo soluit os vt prius,
Ἡ δ' ἔνθεον χάσασα βακχεῖον στόμα.

Illa diuinitus furens bacchicum os laxans. Lamprid. in Heliogab. *iactare comam* inter fanaticos, σείειν τὴν κόμην, aliæque fiunt insaniæ agentium se cum turbatione, ceruicisque iactatu. Hieronym. in epitaph. Paul. *Alios rotare caput varium oraculis.* Accius, *Sed quid oculis visa es de repente ardentibus? vbi paulò antè sapiens illa, & virginalis modestia?* Seneca Agamem.

Silet repentè Phœbas, & pallor genas,

Creber

A
Creberque totum possidet corpus tremor.
Stetere vittæ, mollis horrescit coma;
Anhela corda murmure incluso fremunt.
Incerta nutant lumina, & versi retrò
Torquentur oculi, rursus immites rigent.
Nunc leuat in auras altior solito caput,
Graditurque celsa; nunc reluctantes parat
Reserare lances, verba nunc cluso male
Custodit ore mænas impatiens Dei.

Legendus Theodoretus l. 10. cõtra Græcos. Cic. 10. Diuinat. *Aristoteles eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, & melancholici censerentur, censebat aliquid habere in animis præsagiens, atque diuinum. Item fit etiam sæpe specie quadã. sæpe vocum grauitate, & cantibus, vt pellantur animi vehemẽtius, sæpe etiam cura, & timore, qualis est illa flexanima, tanquam lymphata, vt Bacchi sacris commota in tumulis Teucrum commemorans suum. Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis esse diuinam. Negat enim sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse. Quod idem dicit Plato. Nec verò vnquam animus hominis naturaliter diuinat, nisi cum ita solutus est, & vacuus, vt ei planè nihil rei sit cum corpore. Helicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes, quòd furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt.* Plutarch. in Sylla, φησὶν οἰκέτην Ποντίου θεοφόρητον ἐντυχεῖν αὐτῷ λέγοντα παρὰ τῆς Ἐνυοῦς κράτος πολέμου, καὶ νίκην ἀπαγγέλλειν· εἰ δὲ μὴ σπεύσειεν, ἐμπεπρῆσθαι τὸ Καπιτώλιον, ὃ καὶ συμβῆναι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἧς ὁ ἄνθρωπος προηγόρευσεν: *Ait Famulum Pontij fanaticum in eum incidisse, dixisseq́; ab Enno Dea se victoriam ei nuntiare. Quod si non properauerit, Capitolium crematum iri. Quod contigit eadem die, qua fanatius prædixerat.* Firmicus lib. 8. Astronom. *Bates faciet entheos, sed qui in templis consueuerint vaticinari, erunt Enthei vates diuini, qui horoscopum habebunt in sexta parte geminorum.* Vlpian. ad Aedil. edic. *Si quis permanet in eo vitio, vt circa fana bacchari soleat, & quasi demens responsa det.* Ouid. l. 6. Metam.

Nunc sata Tiresia venturi præscia Manto,
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias.

Seneca in Oedipo act. 2. Sc. 1. *Incipit lethea vates spargere horrentes comas, &c.* Argumentum præsentiæ numinis visum, si Vates clamore confuso bacchraretur. Ruffinus lib. 2. Hist. eccl. cap. 4. *Ecce subito sacerdotis illius templi virgo filia correpta spiritu cum ingenti vociferatione, clamoribus vsq́; ad cælum datis, agi per medios populos capit, & crebros ducens rotatus, stridens huc atque illuc rabida ora vibrare.* Lycophron in Cassandra

D
Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν,
Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα
Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμουμένη.
Sed & tumultum murmuris multi ciens
Superstitiosa fauce baccata est sonum
Tenebricosa verba Sphingis æmulans.

Apuleius Milesf. 8. *Inter hæc vnus ex illis bacchatus effusius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis diuino spiritu repletus, simulabat sauciam vacordiam prorsus.* Eunapius in Aedesio de Sosipatra, μεταξὺ τοῦ κορυβαντιασμοῦ, καὶ τῆς βακχεύσεως, ὥσπερ ἀποπνιγεῖσα τὴν φωνὴν ἐσιώπασε, *Cùm incidisset in sermonem de immortalitate animæ, dum furit & bacchatur, quasi strangulata voce conticuit.* Lactantius lib. 1. cap. 21. *Sectis namq́; humeris & vtraq́; manu districtos gladios exE erentes, currunt, efferantur, insaniunt.* Apul. Milesf. 8. *Statim absonis vlulatibus perstrepentes fanaticè peruolant. Denique capite demisso, ceruices lubricis intorquentes motibus, crines pendulos in circulum rotantes, & nonnunquam morsibus suos incursantes musculos, ad postremum ancipiti ferro sua quisque brachia dissecat. Inter hæc vnus ex illis bacchatur effusius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis diuino spiritu repletus simulabat sauciam vacordiam. Insit vaticinatione clamosa.* ita l. 3. Reg. Prophetæ Baal sibi brachia nouaculis incidunt. Legendus Strabo lib. 10. Lucian. l. de Dea Syria οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀπορρίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἑλίσσοντες τοῖς ξίφεσι ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις, *Illi mitras abiicientes, & caput deorsum à collo rotantes, gladiis incidebant cubitos.* Prudent.

Cultrum in lacertos exerit fanaticus.

Cicero lib. Diuinat. *Quid igitur exspectamus? An dum in foro nobiscum dij immortales, dum in viis versentur, dum domi? Qui quidem ipsi se nobis non offerunt; vim autem suam longè, latéq́; diffundunt.*

Quam

Quam cùm terra cauernis includunt, tum hominum naturis implicant. Nam terra vis Pythiam Delphis incitat, natura Sibyllam. Quid enim non videmus, quàm ſint varia terrarum genera, ex quibus & mortifera quadam pars eſt, vt & Anſancti in Hirpinis, & in Aſia Plutonia, qua vidimus? Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres; aliæ quæ acuta ingenia gignant; aliæ quæ retuſa. Quæ omnia fiunt, & ex cæli varietate, & ex diſparili adſpiratione terrarum. Ergo & ij quorum animi ſpretis corporibus euolant, atque currunt foras ardore aliquo inflammati, atque incitati cernunt illa profectò, quæ vaticinantes prænuntiant, multiſq́; rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhærent, vt ij qui ſono quodam vocum, & Phrygiis cantibus incitantur. Multos nemora ſyluæque: multos amnes, aut maria commouent, quorum furibunda mens videt multò antè quæ futura ſunt. Quo de genere illa ſunt, A

Eheu videte, iudicauit inclytum
Iudicium inter Deas tres aliquis, quo iudicio
Lacedæmonia mulier furiarum vna adueniet. B

Eodem enim modo multa à vaticinantibus ſæpe prædicta ſunt, neque ſolùm verbis, ſed etiam verſibus, quos olim Fauni, Vateſq́; canebant. Similiter Marcius, & Publicius vates cecinisse dicuntur. Quo ex genere Apollinis operta prolata ſunt. Vt enim Deorum animi ſine oculis, ſine auribus, ſine lingua ſentiunt inter ſe quid quiſque ſentiat, ex quo fit, vt homines etiam cùm taciti optant aliquid, aut vouent, haud dubitent, quin Dij illud exaudiant. Sic animi hominum, cùm aut ſomno ſoluti vacant corpore, aut mente permoti per ſe ipſi liberè incitati mouentur, cernunt ea quæ permiſti cum corpore animi videre non poſſunt. Hæc Cicero ex Platonis, & aliorum Philoſophorum ridicula opinione, qui non viderint, neque terræ, neque animis hominum eam vim eſſe poſſe, vt futura præſentiant: ſed furentes illos motus à dæmonibus iniici, qui ipſi qua pollent perſpicientia interdum vera, ſæpiſſimè falſa furentibus ſuggerunt. Virgilius lib. 6. Æneid. de Sibylla. C

——Totoq́; immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans.

Statius lib. 3. Syluarum:

En & colla rotat, nouiſq́; latè
Baccatur ſpatiis.

Lactantius lib. 4. c. 27. *Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus dementit, efferatur, inſanit.* Heſychius φοιβᾶν ἐπὶ τῷ ἐπὶ νεκρῷ, ἢ δαιμονίῳ μαντεύεσθαι, *Phœbari eſt ſuper mortuo, aut dæmonio vaticinari.* Non poſſum ferre eos, qui furorem alium à Muſis, alium à Dionyſio, tertium ab Apolline, quartum à Venere eſſe aiunt, & furorem illum ἀπὸ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ θεοῦ, *ab illapſo afflatu Dei* exiſtere volunt. Sunt mera mapalia, quæ audire vel amentia eſt, vel ſentire impietas, cùm ad dæmones aſtra inſidentes omnia talia referant. Nec melius Ariſtides, τρίτη δ' ἀπὸ μουσῶν κατοχή τε, καὶ μανία λαβοῦσα ἁπαλὴν, καὶ ἄβατον ψυχὴν, *Tertius Muſarum furor, & afflatus, vbi tenerum, & intactum accepit ingenium, illud excitans atque afflans mira efficit.* Nec enim furor ille de Muſis eſt quaſi quibuſdam deabus; ſed incaleſcunt ſpiritus in exercitatis iuuenum animis, qui in ſenibus vulgò ſedatiores ſunt. Ideò Poëtarum enthuſiaſmus in iuuene frequentior, maximè hauſto vino, quàm in ſene. Apud Heſyehium στερνόμαντις, ἐγγαστρίμυθος, ἐγγαστρίμαντις, *Vates dicitur, quæ per ventrem, aut pectus loquitur.* Plato in Timæo Diuinationem in iecore ponit, quam ait fieri per enthuſiaſmum, νόσον, ſeu *morbum*, ὕπνον, ſeu *ſomnum*. Ineptè. Plutarchus Ventriloquos *Erycleas* vocat. Ariſtophan. in veſpis μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν, καὶ διάνοιαν, *Imitatus Euryclis diuinationem, & cogitationem.* Origenes lib. 7. in Celſum ait, Pythiam per pudenda ſpiritum excepiſſe. Plato in Sophiſta meminit Euryclis ἐγγαστρίτου, *Ventriloqui.* Hermolaus male voluit γαστέρα *peluem* ſignificare, vt ἐγγαστρίτου *diuinatio ſit ex pelue.* Non multò melius Eraſmus ἐγγαστριμύθους, *ab aſtris* dictos putauit. Omninò nulla eſt futuri certa diuinatio, niſi à Deo; quo aſpirante, & illuſtrante ventura Prophetis aperiuntur. Solius Dei afflatus Vates Entheos ſine furore facit. ἐπίπνοιαν vocat Dio Chryſoſtomus, & Ariſtides orat. de Paraphthegmate. ὡς ἡ τῶν κρειττόνων ἐπίπνοια ὑπερφρονεῖν ποιεῖ τῶν πολλῶν, *Afflatus qui eſt à Diis, efficit vt ſupra vulgus ſentiamus.* Philoſtratus lib. 1. de Sophiſtis, humanam Diuinationem vocat *ex aſtris*, aliam *ab afflatu*, θεσπωδοῦντι τε καὶ χρησμῳδῇ, *diuinam oracula fundentem.* ἐνθεαστικὰς ἐνθέους, ἐνθεαστικὰς, ἐνθουσιαστὰς vocant. Nonnulli illapſus Dei, aut Demonis, quam ἐπίπνοιαν vocari oſtendimus Eurycleas & Pythonas fieri exiſtimant. Ptolomæus certè eos ſolos ait prædicere particularia, qui numine afflati ſint. Si numen illud Deus opt. Max. intelligitur, laudo. Nam & B. Petrus Spiritu ſancto inſpiratos Sanctos Dei loquutos D E

ait:

A ait: & Poëta,

Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli:
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Si dæmon exitialis, & pestifer genius, respuo, & detestor. Apud Porphyrium Apollo.

Carminibus domitus Phœbus, seu fulgor ab alto
Defluxit tacitus, purumq́ per aëra vectus,
Afflatu spirans, labénsque in corda sonoro,
Et subit mentem innocuam, sanctique capacem
Numinis, & peperit mortali ex gutture vocem.

B

CAP. III.

De Necromantia.

DIVINATIONIS plura genera sunt, Νεκρομαντεία, quàm alij Νεκυομαντείαν vocant, eámque à mortuorum cadaueribus responsa elicere, mortuos vitæ restituere ex Homero defendunt. Infulsè. Nec enim Homerus è cadaueribus responsa elicì ait; quod tamen apud Heliodorum Ægyptiam magam fecisse ostendemus. Sed animas functorum ad sanguinem euocari, quo gustato responsa reddunt. Seruius ad lib. 6. Æn. *Est & alia opportunitas descendendi ad inferos, id est Proserpinæ sacra peragendi. Duo autem horum sacrorum genera fuisse dicuntur, vnum Necyomantiæ, quod Lucanus exsequitur, & aliud Sciomantiæ, quod in Homero, quem Virgilius sequitur, lectum est. Sed secundum Lucanum ad Leucadum cadauer in* C *Necyomantia sanguis est necessarius, vt pectora tunc primum feruenti sanguine suppleant, in Sciomantia, quia vmbræ tantum est vocatio, sufficit interitus, vnde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur.* Isidorus lib. 8. cap 9. *Necromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata respondere, νεκρὸς enim Græcè mortuus, μαντεία diuinatio nuncupabatur: ad quos suscitandos cadaueris sanguis adijcitur. Nam amare dæmones sanguinem dicunt. Ideóque quoties Necromantia fit, cruor aqua miscetur, vt calore sanguinis faciliùs prouocentur.* Herodorus scribit lib. 6. Melissæ animam Periandro marito quærenti ad Νεκυομαντεῖον, vbi essent pecuniæ hospitis, se responsuram negasse; quia nuda esset frigori exposita. Nemesius ait δαιμόνια κακόεργα, *maleficos spiritus*, simulare se esse animas hominum, quas non euocant Magi, sed earum vicem dæmones sustinent. Apud Lucanum Erictho cadauer in pedes erigit, & ab eo responsa extorquet, lib. 6.

Protinus astrictus caluit cruor, atráque fouit
D *Vulnera, & in venas, extremáque membra cucurrit.*
Percussa gelido trepidant sub pectore fibræ,
Et noua desuetis subrepens vita medullis,
Miscetur morti; tunc omnis palpitat artus,
Tenduntur nerui, nec se tellure cadauer
Paulatim per membra leuat, terráque repulsum est,
Erectumque semel.

Dæmon aliquis & cadauer erexit, in quod se insinuarat, & eius ore belli euētum enuntiauit. Nec enim anima, quæ cadaueris illius olim forma fuerat, ab inferis reuocata est, & in pristinum restituta; quia vi naturæ à priuatione ad habitum non fit regressio. Ritus, quo sacra hæc peragantur, tangitur à Maximo Tyrio, in orat. de Dæmonio Socrat. Tertul-E lianus in Apologet. cap. 23. *Si & Magi tanta mala edunt, & iam defunctorum inclamant animas, si pueros in colloquium oraculi eliciunt.* Duo igitur *Necromantiæ* genera statuenda, *Sciomantia*, qua vmbræ, *& simulacra modis pollentia miris*, vt ille ait, euocantur; & *Necyomantia*, qua cadauera excitantur, & animari videntur. Vtrobique dæmones, animæ, quæ dilapsa est, vires sustinent. Empedocles apud Laërtium. ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός, *Educes mortui viri robur ex inferno.* Tibullus.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas,
Iam iubet aspersas lacte referre pedem.

Horat. Satyr. 8. lib. 1.

——Scalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt, cruor in fossam confusus, vt inde

S *Manes*

Manes elicerent, animas responsa daturas. A

Legendi Homerus lib. 10. Odyss. Statius lib. 4. Thebaïd. Lucan. lib. 6. Seneca in Oedipo act. 2. Scena 2. Salisber. lib. 1. cap. 12. lib. 2. cap. 17. Necyomantiam Iamblichus vocat θεουργίαν, scelus exitiale honesti nominis velo prætexens, vt Augustinus lib. 10. cap. 9. Ciuit. Apuleius sepulcrale carmen, Milesf. 2. alij, vt ostendimus, γοητείαν, ψυχομαντείαν, ψυχαγωγίαν, ψυχοπομπαῖα. Duo constiruunt Necyomantiæ genera, quorum aliud per sacrificium, & incantationem solam; quo vsus Tyresias apud Statium lib. 4. Thebaïd. qui Thebanum Regem, à quo consultus erat, prius certis februis lustrauerat, ne quid illi noxæ à manibus inferretur. Aliud fuit apud Thessalos adhibitis funestis ritibus, ossibus, fibris mortuorum, & aliis feralibus rebus, de quibus Lucan. lib. 6. Horat. Satyr. 8. lib. 1. quod genus diuinationis qui vsurpant, quia iniurij sunt in mortuos, capite plectuntur, aut deportantur l. 3. D. de sepulcro violato. l. qui sepulcra, Cod. eodem. l. multi C. de malef. & mathemat. Necromantiam factitabant certis locis, vbi Ditis ostia esse putarunt. Cuiusmodi in occiduo Galliæ littore describitur à Claudiano lib. in Ruffinum. B

Est locus extremum pandit qua Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, vbi fertur Vlysses
Sanguine libato populum mouisse silentum.
Illic vmbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus; simulachra coloni
Pallida, defunctasque vident migrare figuras.

Sic Auernum apud Virgilium lib. 6. Æneid. Thesprotus, Cimmerij, Heraclea, quæ Ditis spiracula putantur. Apud Philostratum lib. 4. c. 3. Apollonius cùm ad sepulchra Heroum, quæ sunt apud Ilium, pernoctare vellet, ἐννυχεύειν, vt cum Achille colloqueretur, πολλὰ τῶν ἀναίμων καθαγίσας, *cùm multa sine sanguine thymiamata igni admouisset*, sanguinem non adhibuit ad euocandam animam Achillis, sed suffitus. Glycas 2. parte scribit Santa Hatenum quendam Basilio Imp. Constantinopolitano Constantinum filium equo insidentem in sylua repræsentasse, qui iam è vita excesserat. Prudent. lib. 1. in Symmachum: C

Murmure nam magico tenues exire figuras,
Atque sepulcrales ritè incantare fauillas,
Vita itidem spoliare alias res ars noxia nouit.

Heliodorus lib. 6. Æthiop. Historiæ legendus. Virg. 8. Eclog.

Mærim sæpe animas imis excire sepulchris.

Quod putant nonnulli Hippolytum, Glaucum, Adonim ab inferis excitatos, & vitæ redditos, fabellæ sunt poeticæ, quibus nulla fides. Plin. lib. 30. c. 2. vmbrarum inferorumque colloquia vocat. Apion se euocasse vmbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset apud Plinium asseuerat Herodianus lib. 4. τῶν νεκύων χρησμῳδοὺς vocat. Tertull. lib. de Anima docet non vmbras defunctorum, sed earum loco dæmones apparere. Dæmones operari sub obtectu animarum. 1. Reg. c. 28. diuinatio per Pythonem dicitur. D

CAP. IV.

De Anthropomantia.

ANTHROPOMANTIA dicitur *Diuinatio per exta puerorum*, aut quod Iulianus Desertor vsurpauit, *Infantium, dissecto prægnantium fæminarum vtero*, vt Gregorius Nazianzenus in Steliteut. Ammianus in Iuliano. *viuæ mulieris prægnãtis vtero exsecto, vt diis inferis ad futura cognoscenda faceret.* Cedrinus de Galerio, ἀνατμαῖς βρεφῶν τῶν ἐγκυμονουσῶν γυναικῶν ἐν μαντείαις ἐχρῶντο, *sectione infantium exsectis prægnantium vteris ad diuinationem vtebantur.* Theodoret. lib. 3. c. 21. 21. de Iuliano. Ammianus lib. 29. Item Lusitani apud Strabonem lib. 3. Lampridius in Heliogabalo. *Cecidit & humanas hostias lectis ad hoc pueris nobilibus*, &c. *Omne denique magicum genus aderat illi, operabatúrque quotidie, cùm inspiceret exta puerilia, & excuteret hostias ad ritum gentilem suum.* Catullus, E

Fata per humanas solitus prædicere fibras
Impius, horrenda religione Sapor.

Omnes pene gentes, quæ humanis hostiis litarunt, humanis quoque extis ad futura prævidenda

A uidenda vsæ sunt, vt Tauri apud Ammianum Marcel. lib. 22. & Scordisci hostiis captiuorum, Bellonæ litantes, & Marti lib. 27. qua de re plura in Aruspicibus dicentur.

CAP. V.

De Lecanomantia.

LECANOMANTIAM Plinius lib. 30. cap. 2. vocat *Diuinationem ex Pelue.* Eam Psellus lib. de Dæmonibus, cap. vlt. ait apud Assyrios maximè in vsu fuisse: *Vaticinantes,* inquit, *accipiunt Peluem aqua plenam, dæmonibus congruentem, qui in imum illabuntur, & vocem quamdam tenuem edunt.* Per eam rustici sæpe vaticinantur.

B *Profectò quemadmodum Diuinatio quædam fit per aërem, atque per folia, sic quædam fit in pelui,* ait Proclus. Callisthenes in Alexandro, Nectenabo θεὶς λεκάνην ἐποίει λεκανομαντείαν, καὶ θεὶς ὕδωρ πηγαῖον εἰς τὴν λεκάνην τῇ χειρὶ ἐποίησεν ἐκ κηροῦ πλοιάρια, καὶ ἀνθρωπάρια κήρινα, ἔθηκε δὲ εἰς τὴν λεκάνην, καὶ στολὴν ἐνεδύσατο προφήτου, κατέχων τῇ χειρὶ ῥάβδον ἐβένου, καὶ στὰς ἐπεκαλεῖτο τοὺς οὐρανίους θεοὺς ταῖς ἐπῳδαῖς, καὶ ἀέρια πνεύματα, καὶ τοὺς καταχθονίους δαίμονας, καὶ τῇ ἐπῳδῇ ἔμπνοα ἐγίγνετο τὰ ἀνθρωπάρια τῇ λεκάνῃ, καὶ οὕτω ἐβαπτίζοντο· εὐθέως δὲ βαπτιζομένων αὐτῶν τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ πλοῖα, καὶ τὰ πολέμια τῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἀπώλλοντο, *Nectabis posita Pelue faciebat Lecanomantiam, & aquam in peluem ex fonte iugi infundens manibus, nauigiola ex cera, & homunculos cereos effecit, & in pelue posuit, & stolam induit Prophetæ, tenens manu virgam ebeni, & stans carminibus cælestes Deos, spiritus aërios, terrestres dæmonas euocabat, & excantatione homunculi in pelue animabantur, & ita mergebantur. Statim autem vt loti erant, nauigia in mari, & hostium exercitus peribant.* Cedrinus: *Nectenabo,* inquit,

C ὁ λεκανομαντείαν ποιήσας, *qui diuinationem ex Pelue fecit.* In Theophilo λεκανομαντείας meminit, qua vsus Ianes sub eodem Imperatore. In Peluem igitur aqua plenam dæmonem mergunt, qui modò in fundo subsidat, modò in altum se erigat, quasi per iocum, & ludum, deinde vocem fatidicam exilem, & gracilem mittat. Procopius ad Esaiam, p. 357. ad cap. 28. πολέμῳ γὰρ κακωθέντες χρῶνται ταπεινοτάταις φωναῖς, ἐλεεινά τε λέγοντες, καὶ λεπτά, καθάπερ ἐπὶ νεκυομαντείας οἱ δαίμονες ψυχὰς τὰς καλουμένας ὑποκρινόμενοι· ὑποφαίνουσι γὰρ ἰσχνόν τι καὶ τετριγός: *Bello enim vexati vocibus vtentur humillimis, tenuia, eaq́ miserabilia efferentes, non aliter quàm in necyomantia dæmones simulantes, & personam induentes animarum, quæ euocantur. Stridulum enim, & tenue aliquid submittent.* Nicetas prodit, sub Andronico Comneno *planos fuisse, qui labris, & peluibus vterentur, vt ex simulacris, quæ in aqua existerent, futura coniectarent.* διὰ πλυνῶν, καὶ λεκανίδων φενακομάντεις, οἵτινες ἀμυδρῶς ἐν τοῖς πλυνοῖς ὕδασι τεκμαί-

D ρονται τὰ ἐσόμενα, καὶ ὡς οἷά τινας ἀκτῖνας ἡλίου περιαυγαζούσας ἰνδάλματα τῶν ἔμπροσθεν ἐκεῖθεν ἐνοπτρίζονται: *Quasi quosdam Solis radios simulacra præbentes eorum, quæ obiiciuntur, inde velut in speculo cernunt.* Exsecrabilis nocturna hæc est ceremonia, cùm dæmon in aqua turbida quasdam literas pingit. Turci in peluim aqua plenam iniiciunt gemmas, & characteres, vt responsum ex fundo peluis accipiant.

CAP. VI.

De Gastromantia.

E GASTER, γαστήρ, vas est ventris instar, sed vitreum, rotundum, aqua plenum, cereis accensis vndiquaque cinctum. Magi carmen suum admurmurant, & puerum integrum, aut fœminam iucientem, ac prægnantem adhibent, quæ aquam inspiciat, & formas in aqua existentes. Non absimile est, quod aniculæ quædam superstitiosæ vsurpant, quæ situlam aqua teplent, in eamque nummum argenteum mittunt, qui ad nomen B. Petri, Ioannis, aut alterius, à quo morbum immissum asserunt, exiliat.

CAP. VII.

De Catoptromantia.

CATOPTROMANTIA dicitur, cùm Speculum in peluim aqua plenam mittunt, & puerum integrum, aut mulierem prægnantem, quæ nondum nouem menses attige-

rit,adhibent, vt in ſpeculo ea cernant, de quibus inquirunt. Ioannes Salisberienſis lib. 1. cap. 12. *Specularios* vocant, qui in corporibus læuigaris, & terſis, vt ſunt lucidi enſes, pelues, cyathi, ſpeculorumque diuerſa genera diuinanres, curioſis conſultationibus ſatisfaciunt. Quam & Ioſeph exercuiſſe, aut potiùs ſimulaſſe deſcribitur, cùm fratres argueret ſurripuiſſe ſcyphum, in quo conſueuerat augurari. Huc pertinet Cryſtallomantea, quam in cryſtalli fruſtis exercent. Ea fruſta in cylindri, obeli, aut globi formam vt plerumque figurantur. Apuleius Apologet. 1. *Penè diruptus eſt Pudens clamitans, Habet ſpeculum Philoſophus, poſſidet ſpeculum Philoſophus.* Spartian. in Iuliano Didio. *Et ea, quæ ad ſpeculum dicuntur fieri, in quo pueri præligatis oculis incantato vertice reſpicere dicuntur. Tuncq́; puer vidiſſe dicitur, & aduentum Seueri, & diſceſſum Iuliani.* Aliud eſt ſpeculi genus apud Pauſaniam: *Patris eſt fontis oraculum, vt quis morbi futurus ſit exitus indicetur, Speculum è tenui funiculo religantes demittunt: idq́; ſtudent, ne altè immergatur in aquam, ſed eam modò leuiter attingat. Inde ſuffitu facto ſpeculum intuentur: quod ipſis ægrotum facie viui, aut mortui reddit.* πηγῆς μαντεῖον ἐπὶ τῶν καμνόντων μόνον· κάτοπτρον καλωδίῳ τῶν λεπτῶν δήσαντες καθιᾶσι, &c. Fons non abſimilis fuit in Achaia ante Cereris templum. Pythagoram aiunt in ſpeculo cauo literas humano ſanguine exarare ſolitum, & Lunæ ſpeculum opponere, vt futura præſentiret. Sed de ſpeculis infrà plura.

CAP. VIII.

De Onychomantia.

ONYCHOMANTES fuligine, & oleo pollicis vnguem, vel manus volam puero tenello integro, non ſine magico murmure illinunt, qui in vngue imagines cernit, & viſa refert, maximè ſi puer ad Solem ſe obuertent.

CAP. IX.

De Hydromantia.

HYDROMANTIA, inquit Iſidorus lib. 8. cap. 9. *eſt in aqua inſpectione vmbras dæmonum euocare, & imagines, vel ludificationes eorum videre, ibiq́; aliqua ab illis audire, vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibent ſuſcitari.* Quod genus Diuinationis à Perſis dicitur allatum. Aiunt & per aquam tria alia diuinationis genera eſſe. *Cyathus aqua impleatur, & cùm Magus carmen occentarit, filum, è quo annulus cyatho impendeat, digito tenetur. Interim dum quæritur, annulus cyathi margines certis, ac definitis ictibus feriens quæſita prodit. Alterum genus eſt, cùm in aquam ſilentem verbis conceptis tres iniiciunt ſilices, ac ex orbibus implicitis, quos efficiunt, futura coniectant. Tertiò, fontes ſibi eligunt, in quos placentarum quadras mittant, ex quibus futura eliciant.* Sic apud Pauſaniam in Laconicis, *In fonte Inus placentæ miſſæ ſi fundum petunt, auſpicatum eſt; ſi reſpuantur, inauſpicatum.* S. Cyrillus Catecheſ. Myſtag. 1. idololatriæ damnat eos, qui ſolent ἅπτειν λύχνους, ἢ θυμιᾶν παρὰ πηγὰς, ἢ ποταμοὺς, *Accendere lucernas, aut ſuffitum facere ad fontes.* S. Cyrillus Alexandrinus ſerm. de Adoratione in ſpiritu, *Audiui, quòd verbis quibuſdam arcanis dæmonia pellicientes, & aquam incantantes, ſpectra, & vmbras, & tamquam in ſpeculis formas quidam aſpiciunt, figuras vtique eorum, qui dicuntur repræſentari.* Ad oraculum Apollinis Thyrxei fons fuit, vbi poſt aliquot verba muſſitata, facies rerum, de quibus conſulebatur, exiſtebat. Pauſanias in Achaicis, κυανέων δὲ τῆς πρὸς Λυκίαν πλησιαίτατα χρηστήριον Ἀπόλλωνός ἐστι Θυρξέως, παρέχεται δὲ ὕδωρ τὸ πρὸς ταῖς κυανέαις, ἐς ὃ ἐνιδόντα ἐς τὴν πηγὴν, ὁμοίως πάντα ὁρᾷ ὁπόσα θέλει θεάσασθαι. De lacu Aphalcitidis Veneris lege Zozimum in Aureliano. Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromat. ſcribit, mulieres Germanas ſonum, vortices, & agitationes amnium obſeruaſſe, vt futura prædicerent. Eubœenſes, & Siculi ex agitatione pelagi futura præſentiebant, vt Scholiaſtes Theocriti. Apuleius in Apologia: *Trallibus de euentu belli Mithridatici magica percentatione conſulentibus, puer in aqua ſimulacrum Mercurij contemplans, quæ futura erant, centum ſexaginta verſibus cecinit.* Eunapius in Iamblicho, ὁ δὲ ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρχυσιν καθήμενος, βραχέα τινὰ προσειπὼν ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον: *Ille leuiter aquam perſtringens, erat autem in margine, quà fons ſuperfluit, & exundat, ſedens, & pauca quædam admurmurans, euocauit è fontis imo puerum.* Eam

πηγε

A πηγομαντείαν dictam esse certum est, cùm ad fontes responsa peterentur; cuiusmodi fons Castalius fuit, in suburbio Antiochiæ, cui nomen Daphne, de quo Ammianus Marcellinus in Iuliano: *Venas fatidicas Castalij fontis recludere cogitans, quem obstruxisse Cæsar dicitur Adrianus, veritus ne, vt ipse præcinentibus aquis cœpit.* Sozomenus lib. 5. cap. 19. τῷ Ἀδριανῷ προμηνυθῆναί φασι τὰ περὶ τῆς βασιλείας· φασὶ γὰρ αὐτὸν φύλλον δάφνης ἐμβάψαντα τῇ πηγῇ ἀρύσασθαι τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν ἐγγεγραμμένως ἐπὶ τοῦ φύλλου δηλωθεῖσαν, παρελθόντα δὲ εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταχῶσαι τὴν πηγήν: *Antiochiæ aiunt Adriano Castalium fontem Imperium prænunciasse. Produnt enim eum folium lauri intingentem in fontem, hausisse futurorum cognitionem in folio scriptam: cumq; ad Imperium euectus esset, obstruxisse fontem, ne quis ex eo futura cognoscere posset.* Paulò aliter Gregorij Nazianzeni Scholiastes ad Steliteut. Κασταλίας μαντικὸν πόμα, *Castalia potionem fatidicam interpretatur. Castalius fons ad Antiochiam fuit, cui Apollo insidet.* Κασταλία πηγὴ περὶ τὴν Ἀντιοχείαν,
B ἐν ᾗ καὶ Ἀπόλλων ἐφεδρεύει (malim ἐφεδρεύει) μαντεία οὖν ἐξεφέρετο οὐ κατὰ τὴν φωνὴν, ἀλλ' ἁπλῶς ἤχου τινὸς, καὶ πνεύματος ἀναδιδομένου, καὶ ἐκ προσβολῆς ἅ τινες ἱστάμενοι, καὶ νοοῦντες τὰ σύμβολα: *Vaticinium efferebatur, non voce, sed simpliciter sono quodam, & spiritu reddito, & effluxu, ad quæ nonnulli stantes, & cogitantes signa.* Apud Persas fuêre Magi, & Necromantici. Strabo lib. 16. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομάντεις, καὶ λεκανομάντεις, καὶ ὑδρομάντεις: *Apud Persas Magi, Necyomantes, Lecanomantes, Hydromantes.* Celtæ Rheno fluuio partus legitimos clypeo impositos explorabant, vt Iulianus epist. ad Maximum, & lib. 1. Græcor. epigramm. Pausanias in Atticis, p. 33. ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, οὔτε θύοντες οὐδὲν ἐς αὐτὴν, οὔτ' ἐπὶ καθαρσίοις, ἢ χέρνιβι χρῆσθαι νομίζοντες· νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι, καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν: *Est apud Oropios fons templo proximus Amphiarai dictus, ad quem neque immolant, neque ad expiationes, aut manus lauandas ea aqua vtuntur. Qui*
C *morbo leuati sunt ex oraculo, signatum aurum, argentúmve in fontem mittunt.* Hinc enim iam Deum Amphiaraum ascendisse tradunt. Xenagoras ait χρηστήριον Παλικῶν, *oraculum Palicorum* fratrum in Sicilia fuisse ad duos lacus immensùm profundos, aquarum scaturigine semper ebullientes, lib. 3. Histor Macrob. lib. 5. Satur. cap. 19. Photius pag. 567. καὶ γυναικὶ ἐνέτυχεν ἱερᾷ θεόμοιρον ἐχούσῃ φύσιν παραδοξολογωτάτην, ὕδωρ γὰρ ἀκραιφνὲς ἐγχέουσα ποτηρίῳ τινὶ τῶν ὑαλίνων ἑώρα κατὰ τοῦ ὕδατος εἴσω τοῦ ποτηρίου τὰ φάσματα τῶν ἐσομένων πραγμάτων, καὶ προὔλεγεν ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτῆς, ἅπερ ἔμελλεν ἔσεσθαι πάντως: *Incidit in fœminam sacram, cuius natura diuina, & admirabilis. Aquam enim puram infundens cuidam poculo videbat in aqua imagines futurorum, quibus inspectis futura prædicebat.* Aristides Rhetor in oratione de Puteo Æsculapij, ἤδη δέ τις πιὼν ἐξ ἀφώνου φωνὴν ἀφῆκεν, ὥσπερ οἱ τῶν ἀπορρήτων ὑδάτων πίνοντες μαντικοὶ γινόμενοι· τὰ μὲν ἄλλα ἱερὰ ὕδατα τὴν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων χρείαν παρέφυγε, οἷον τὸ ἐπὶ δήλῳ: *Iam autem aliquis cùm è puteo Aesculapij bibisset, è muto factus*
D *est vocalis, vt qui ex occultis, & sacris fontibus, cùm biberint, fiunt vates.* Augustinus lib. 7. Ciuit. Dei cap. 35. scribit, Numam hydromantiam fecisse, ideóque Nympham Egeriam coniugem habuisse, quòd aquam egesserit, id est, exportauerit. Plinius lib. 30. cap. 2. *Ex aqua, sphæris, aëre, stellis, lucernis, peluibus, securibus, diuina promittunt Magi.* Hesychius χύτλα εἶδος τι μαντείας ὃ δι' ὕδατος, καὶ ἐλαίου γίνεται, *Chytla species quædam diuinationis, quæ fit per aquam, & oleum.* Fontis Clarij, & Colophonij meminit Eusebius libr. 2. Præparat. Vterque fatidicus fuit. Pausanias in Achaïcis, *Prope Cereris fontem in Achais* μαντεῖόν ἐστι, *de morbis, oraculum est. Speculum alligant è fune tenui & demittunt, vt leniter aquam attingant. In speculo facies ægroti redditur, vt mortui, aut conualescentis.* Interdum vino vsi sunt. Petron. *Infra manum meam camellam vini posuit, & cùm digitos pariter extensos porris, apióque lu-*
E *strasset, auellanas nuces cum precatione mersit in vinum, & siue in summum redierant, siue subsederant, ex hoc coniecturam ducebat.* Stephanus in Palica. ἔστι δὲ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι, ὅσα γὰρ ὁ μνύς τις εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτοὺς εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν εὐορκῇ ἐπιπολάζει, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται. Antiochiæ in suburbio Daphnes fuit fons Daphnes, qui posteà Castalius dictus. Mons item Antiochiæ imminens Parnassus dicitur. Fons qui è radicibus eius montis manat, Castalius. Agathias, μηδὲν ἀπαγγελλούσας ἐς Ἀντιοχείαν, ὁ δῖτα, μὴ πάλιν οἰμώξῃ χεύματα Κασταλίας. Is fons posteà dictus Nero, propter aquarum scaturigines, quia *Ner* Syris dicitur fluuius, *Nero* aqua. Pueros autem integros, & castos ad vaticinationes adhiberi solitos ostendit Iustinus Apolon. 2. νεκυομαντεῖαι, καὶ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, Necyomantiæ, & impollutorum & puerorum inspectiones. Tertull. apologet. *Si Magi phantasmata edunt, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Apuleius Apol. 1. *Arula posita, & lucerna puerũ concidisse, posteà nescientem sui excitatum futura dixisse.* Propert.

Retulit in triuiis omina certa puer.

Auctor vitæ Sancti Bernardini ſcribit fontem fatidicum lapidibus obſtructum à Sancto Bernardino Arretij, vnde oracula petebantur. Nicetas Choniates libr. 2. Andronici prodit, cum de ſucceſſore hydromantem conſuluiſſe; cui Magus in pelue primas Iſaacij literas exhibuit. Verba Choniatis ſic habent, πρὸς τὴν διὰ θυτείας, εἴτε καὶ θεραπείας τῶν ἐναγῶν δαιμόνων πρόγνωσιν τῶν μελλόντων ὁρμᾷ· ὁρῶν μόνους σὺν διὰ πλυνῶν, καὶ λεκανίδων φενακομάντεις περιλειπομένους, καὶ σὺν ὅσοι τὰς τῶν ἄστρων θέσεις περισκοποῦσι, οὐχ ἧττον πλανῶντες ἤπερ πλανώμενοι, ἐφίησιν ὅλον ἑαυτὸν τοῖς οἵτινες ἀμυδρῶς ἐν τοῖς πλυνοῖς ὕδασι τεκμαίρονται τὰ ἐσόμενα, &c. quæ ſupra poſuimus. *Ad futura per noxiorum dæmonum cultum cognoſcenda ſe conuertit, videns ſolos impoſtores, qui per aquas & pelues diuinant, & qui aſtrorum ſitus ſpeculantur non minus decipientes, quàm decepti, permiſit ſe totum iis, qui obſcurè in aquis, & peluibus futura coniectant*, τὸ δὲ πονηρὸν πνεῦμα ὡς ἐν ὕδασι καὶ τούτοις θολεροῖς διαχαράττει τῶν γραμμάτων τινὰ, Ἰσαάκιον ἐκεῖνον ὑπεμφαίνοντα. *Noxius genius quaſi in aquis, iiſque turbidis quaſdam literas figurat, vnde Iſaacius intelligeretur.* Hydromantiæ ſpecies vna fuit, cùm annulus in aqua ſuſpenderetur, & vaſculi latera certis ictibus feriret. Alia coniectis in aquam ſtatiuam tribus lapillis, & obſeruatis gyris qui trifariam inuicem implexi circa lapillos diffundebantur, vt ſupra oſtendimus. Turci hodie in regno Feſſæ in Africa effundunt aquam in vitreum catinum, eique olei guttam admiſcent; & ſic in aqua velut in ſpeculo quæſita cernunt; vt prodit Leo de Africa libro 3.

CAP. X.

De Gæomantia.

GÆOMANTIAM punctis notatis, & lineis in terra ductis, & ad certam cæli affectionem accommodatis, futura præſentire volunt. Ipſa ars gæomantiæ poſita eſt in punctis, ex quibus certæ quædam figuræ ducuntur pari numero, vel impari, quæ ad cæli ſigna reuocantur, & eorum vim, ac naturam aſſumunt. Puncta fieri oportet in terra digito indice; quia manum pungentis per terreſtres ſpiritus moueri putant. Gæomantia enim ſexdecim figurarum in puluere nomina artificioſa diſpungit, ex ſexdecim additis diuerſis punctorum ordinibus, quæ nomina ſingulis ſuis aſtris reſpondent. Alij Gæomantiam aiunt eſſe ex terræ motibus, crepitu, tumore, tremore, voragine, exhalationibus; & ſi terra ſciſſa ſit, aut labes facta. Item, in medijs areuis, de qua Comes Mirandulanus.

Atque frequens bibulam mucro cùm pungit arenam.

In Gæomantia reponuntur terræ tremores, & hiatus. Dio l. 41 λύκοι τε, καὶ βύαι πολλοὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει ὤφθησαν, καὶ σεισμοὶ συνεχεῖς μετὰ μυκηθμῶν ἐγένοντο. *Lupi ante bellum inter Pompeium & Cæſarem, & bubones multi in vrbe viſi, & terræmotus cum mugitibus frequentes.* Apian. lib. 1. Ciuil. καὶ ἡ μίονος ἔτεκε, καὶ γυνὴ κύουσα ἔχιν ἀντὶ βρέφους ἐξέδωκε, τήν τε γῆν ὁ θεὸς ἐπὶ μέγα ἔσεισε, καὶ νεώς τινας ἐν Ῥώμῃ κατέρρηξε: *Mula peperit, mulier prægnans ſerpentem pro infante enixa eſt, terram Deus vehementer mouit, & templa aliquot deiecit.* Athenis comitia dirimebantur, ſi terræmotus eſſet, aut ignis abominandus, aut muſtela diſcurreret. Ariſtophan. Concion. σεισμὸς εἰ γένοιτ', ἢ πῦρ ἀπότροπον, ἢ διᾴξει γαλῆ. Procopius lib. 2. Gotth. *Quando Veſuuij montis mugitus auditur, non ita multò poſt eructat cineres, quibus qui continguntur, pereunt. Aliquando cinis ille Conſtantinopolim vento delatus eſt, tanto omnium terrore, vt quotannis Litaniæ fiant, vt Deus hoc auertat. Mugitus Veſuuij magnam vbertatem anni portendit.* Idem ſcribit prope Daras vrbem ab Anaſtaſio conditam in Colchide, fuiſſe fontem in prærupto, qui fluuium ingentem efficeret, vrbem circumiret, lacunas repleret. Sed poſt obitum Anaſtaſij labem factam, vbi fluuius abſorptus ſit, vt poſteà non ſit viſus. Pauſanias in Arcadicis, hiatum ait eſſe in, quem Stymphalus fluuius abſorbeatur, & alibi longiſſimè Gelaſini nomine erumpat. *Cùm hiatus ille fortè obſtructus eſſet, fluuius eluuione agris vaſtitatem attulit. Venator ſequitur ceruam in exundanti fluuio natantem, quæ in hiatum prolapſa eſt & eodem venator abſorptus. Fluuius ſe recepit in hiatum illum agris liberatis, vnde inſtitutum feſtum Dianæ Stymphaliæ.* Apud Illyricos petræ concurrentes augurium dabant.

——— ἀμφὶ γὰρ αἶαν
Κεῖνην ἀμφοτέρωθεν ἐρηρέδαται δύο πέτραι,
Αἵτ' ἄμφω συνιοῦσαι δονεύμεναι, εὖτέ τις ἀρχὴ
Γίνεται ἐνναέτῃσι κακῶν δορθρίοιο κακοῖο.

Circa terram illam vtrimque duæ petræ firmantur, quæ concurrunt agitatæ, quando aliquod initium cladis imminentis euenit. Thucydid. lib. 5. σεισμὸς δὲ γενόμενος πρὶν τι ἐπικυρωθῆναι, ἡ ἐκκλησία αὐτὴ ανεβλή

A ἀνεβλήθη, *Cùm terra mouisset priusquam aliquid decretum esset, concio dirempta est.* Philostrat. lib. 6. Apollon. σεισμοῦ πεθαπισσονῦ ἐπλῆξαν, καὶ ὅπερ ἐν διοσημείαις εἰώθει ὑπὲρ ἀλλήλων ηὔξαντο, σεισμοῦ καλασχόντων τὰς ἐν ἑλλησποντίῳ πόλεις: *Cùm terra mouisset, inhorruerunt, & quod in frequenti fulguratione fieri solet inter se sibi fausta precati sunt, cùm vrbes Hellesponti terra motus succuteret.* Aegyptij & Chaldæi *circum eas vrbes congregati, vt pecunias colligerent, quo Terra & Neptuno decem talenta sacrificiis expensuri essent.* περὶ αὐτὰς ἠγείροντο ὡς δέκα τάλαντα Γῇ, καὶ Ποσειδῶνι θύσοντες. Marcellinus lib. 17. *Vnde in ritualibus, & in Pontificiis obtemperantibus sacerdotiis cautum, ne alio Deo pro alio nominato, cùm qui eorum terram concutiat, sit in abstruso, piacula committantur.* Tertullianus Apolog. Si Tyberis ascendit in mœnia; si Nilus non ascendit in arua, si cælum stetit, si terra mouit. c. 40. Terræ motus mare Corinthium ebibit. Ammianus lib. 23. Inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponenti, nunciatum est Constantinopolim terræ pulsu vibratam,

B quod horum periti minus lætum esse pronuntiabant, aliena peruadere molienti rectori. Sueton. Nerone c. 48. statimque tremore terræ, & fulgure aduerso pauefactus audiit ex proximis castris clamorem militum, & sibi aduersa, & Galbæ prospera ominantium. Etiam ex obuiis viatoribus quendam dicentem, hi Neronem persequuntur, Atium sciscitantem, & quid in vrbe noui de Nerone. Capitoli. in Gordiano, fuit terræ motus vsque eo grauis imperante Gordiano, vt ciuitates etiamnum terræ hiatu cum populis deperirent, ob quæ sacrificia per totam vrbẽ, totumq; orbem terræ ingentia celebrata sunt. Pollio in Gallienis; Galieno, & Fausto Cos. inter tot bellicas clades etiã terræ motus fuit, & tenebræ per multos dies. Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante, quo motu multæ fabricæ deuoratæ sunt cum habitatoribus. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, cum aqua salsa in fossis appareret, maria etiam multas vrbes

C occuparunt. Ammianus sub finem lib. 26. Paulo enim post lucis exortum densitate præuia fulgurum acrius vibratorum, tremefacta, concutitur omnis terreni stabilitas ponderis, mareque dispulsum tetro fluctibus euolutis abscessit. Cic. de Diuinat. lib. 1. Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaque maximis terræ motibus conquassata esset, quibus portentis magna pop. Romano bella perniciosæque seditiones denuntiabantur. Item, magnum etiam illud eo ipso tempore cum luc calamitosum fieret prœlium, tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerit.

D

CAP. XI.

De Pyromantia.

PYROMANTIA, quam & Pyroscopiam vocant, dicta est, quæ ex omnibus Ignis affectionibus fieret, siue lux ex cineribus emicuisset, siue in ara affulsisset, aut in capite, in mucronibus, ex igneis impressionibus, stellis caudatis, Cometis, & id genus meteoris existeret. Propriè tamen Pyroscopia dicta, in qua pix trita in Ignem spargeretur; aut si tædæ pice illitæ accenderentur, certis characteribus signatæ, si flamma tædarum in vnum coïret. Vates, qui super Igne vaticinarentur, πυροσκόπους, λιβανομάντεις, θυοσκόπους Græci vocant: θύη sunt τὰ θυμιάματα. Silius lib. 3.

E ———*Diuinarumque sagaces*
Flammarum.

Certè Tanaquil apud Valerium Maxim. lib. 1. cap. 6. cùm animaduerteret flammam lambere Seruij Tullij caput, regem fore prænuntiauit. Aequè felicis euentus illa flamma, quæ ex Luc. Martij Ducis duorum exercituum capite eluxit *Namque eius aspectu pauidi adhuc milites pristinam reuocare virtutem admoniti, octo & triginta hostium millibus cæsis*, &c. Si victimam statim Ignis absumeret, auspicatum fuit; si parceret victimæ, inauspicatum. Si tædis accensis flamma in vnum coiret, res bene casuras; si diuideretur, si tricuspidem in altum surgentem efficeret, gloriam augurabatur. Si variè sparsa, ægro mortem, sano morbum; si penitus extingueretur, periculum; si crepitaret, dirum fuit. Seneca in Oedipo Act. 2.

Quid flamma largas, iamne comprendit dapes?
Subitò refulsit lumen & subitò occidit.

S 4 *Vtrum*

Virum ne clarus Ignis, & nitidus stetit? A
Rectusq́; purum verticem cælo tulit,
Et summam in auras fusus explicuit comam?
An latera circum serpit incertus via,
Et fluctuante turbidus fumo labat?

Lucanus lib. 1.

——Vestali raptus ab ara
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoq́; cacumine surgit,
Thebanos imitata rogos.——
Non vna facies mobilis flammæ fuit.

Senec. B

Imbrifera quales implicat varios sibi
Iris colores.——
Quis desit illi, quisve sit dubites color,
Cærulea fuluis mista oberrauit notis,
Sanguinea rursus vltimum in tenebras abit.

Spectabant in ara, an Ignes caligine mixti essent, an lucidi. Statius Achilleidos l. 1.

Flammarúmque apices rapit, & caligine sacra Pascitur.——

Spectabant & Ignes, qui in aëre existerent; quorum sunt variæ species σέλα, quos Seneca *fulgores* vocat, διάττοντες, δαλοί. Seneca, *Hi fulgores dicuntur, quia breuis faces illorum, & caduca est, nec sine iniuria decidens. Sæpe enim fulminum noxas ediderunt.* Ab his tecta videmus icta, quæ ἀστρόπληκτα Græci vocant. Cur tarî sint Cometæ, causa est Solis & astrorum motio, ἥ τε ἡλίου, C καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις. Pyromantes autem non tantùm Ignes, qui in aëre existerent, obseruabant, verùm & ipsi magico camine sacrum Ignem plerumque accendebant. Pausanias lib. 1. Eliac. ἔστι γὰρ Λυδοῖς ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὰ ἔν τε Ἱεροκαισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει, καὶ ἐν Ὑπαίποις· ἐν ἑκατέρῳ δὲ τῶν ἱερῶν οἴκημά τε, & cæt. *Apud Lydos Persicos templa sunt Hierocæsareæ, & in Hypæpis. In vtróque templo ædificium, & in ædificio cinis in ara aliis cineribus dissimilis. Vir magus in ædificium exiens, & ligna sicca in aram inferens, primùm quidem tiaram capiti imponit, deinde barbaris verbis, quæ ab homine Græco non intelliguntur, Deum quempiam inuocat, ex libro carmen recitat;* ἄνευ δὲ πυρὸς ἀνάγκη πᾶσα ἀφθῆναι τὰ ξύλα, καὶ περιφανῆ φλόγα ἐξ αὐτῶν ἐκλάμψαι: *Sine igne ligna necesse est accendi, vnde illustris flamma eluceat.* Huc respexit Silius lib. 1.

Audito surgentes carmine flammas.

Item, D

——Cantato senior quem fecerat igne.

Ita Egnatiæ Magico murmure ignem extitisse putem, de quo Plinius lib. 2. cap. 107. In Salentiuo oppido Egnatia imposito: ligno in saxum quoddam ibi sacrum protinus flammam existere. Ridet in hoc Horat. satyr. 5. lib. 1. de Egnatia loquens.

Dum flamma sine tura liquescere limine sacro, Persuadere cupit.

Omen Impetij Seuero dedit equus, quo in prœlia vti solebat, Ignes corpore, aut scintillas Ignitas eiiciens. Photius in Bibl. pagina 553. Σεβήρῳ ἵππος ᾧ τὰ πολλὰ ἐχρῆτο ψυχόμενος σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ σώματος πολλούς τε, καὶ μεγάλους ἠφίει, ἕως αὐτῷ τὸ τέρας εἰς τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ κατηνύσθη: *Seueri equus, quo sæpe vtebatur, cùm strigilibus stringeretur, scintillas Ignis multas, & magnas corpore mittebat; donec ei ostentum ad consulare Imperium recidit.* ἀλλὰ καὶ Τιβερίῳ ὄνος ἐπὶ μειρακίῳ ὄντι τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος προεμήνυσεν, *Sed & asinus Tiberio adolescenti* E *scintillas corpore emittens Imperiū prædixit.* ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ Ἀττίλαν ἔνα ὄντα τὸν Βαλάμηρον ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος ἀποστάλλειν σπινθῆρας, *Balameris Theodorici Italiæ & Gotthorum regis pater, cùm in satellitio Attilæ esset, ex proprio corpore flammas edebat.* Apolloniates pyromantia maxime vsus dicitur. Sunt qui eò trahunt cometas, & alia meteora, de quibus S. Basil. de Natiuit. κομῆται, καὶ δοκίδες, καὶ βόθυνοι διάφορα σχήματα, καὶ προσηγορίαι, οἰκεῖαι τοῖς σχήμασι, πάντων δὲ γένεσις ἡ αὐτή, ὅταν πλημμυρήσας ὁ περὶ τὴν γῆν ἀὴρ εἰς τὸν αἰθέριον τόπον ὑπερχυθῇ, καὶ οἱονεὶ ὕλην τῷ πυρὶ παρεχόμενος τὸ παχὺ, καὶ τεθολωμένον τῆς ἐντεῦθεν ἀναφορᾶς, ἀστέρος ἐναργῆ φαντασίαν παρέσχηται: *Cometæ, Docides, seu trabes, scrobes, diuersæ figuræ, & appellationes, omnium eadem origo, cùm exundans aer circa terram in æterem superfunditur, & quasi materiam igni præbens, quod crassum, & turbibum est, exhalationis illius speciem manifestam astri exhibet.* Dio in septingentesimo trigesimo quarto: Tiberio Imperium portendi visum est, *cùm Ignis ex aris ab Antonio in aggere, & fossa castrorum positis, sponte emicuisset.* πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν

βωμὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῷ ταφρεύματι ἱδρυμένον αὐτόματον ἀνέλαμψε. Quod idem commemorat Sueton. in Tiber. c. 14. Dio lib. 41. *Ad Apolloniam in loco, qui Nymphaum dicitur, vbi ad fluuium Anam Ignis è terra erumpit, oraculum est, precibus factis, thus in ignem proiiciunt: si thus ab Igne statim corripitur, auspicatum est: si respuitur ab Igne, inauspicatum.* Plutarch. in Cicerone sacris bonæ Deæ *βωμὸς ἤδη τοῦ πυρὸς καταπεκοιμῆσθαι δοκοῦντος, ἐκ τῆς τέφρας, καὶ τῶν κεκαυμένων φλοιῶν φλόγα πολλὴν ἀνῆκε, Ara cùm Ignis iam sopitus esset ex cinere, & deustis corticibus, ingentem flammam edidit, Virgines Vestales vxori Ciceronis imperarunt, ad virum properaret, moneretque eum, consilia sua pro patriæ salute vt exsequeretur.* Seleuco Imperium denuntiatum fuit, quòd in foco ipsius Patrio nemine accendente magnus Ignis eluxit, *ἡ ἑστία αὐτοῦ πατρῴα οὐδενὸς ἅψαντος ἐκλάμψασα πῦρ μέγα,* ait Appian. Seruius ad hæc verba Virgilij.

> *Aspice, corripuit trepidis altaria flammis.*

Hoc, inquit, *vxori Ciceronis dicitur contigisse, cùm post exactum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quæ eodem anno Consulem futurum ostendit eius maritum.* Legendus Eustat. initio Rapsod. 5 Philostrat. lib. 1. de vita Apollon. Iamidæ, Teleadæ, Clytiadæ, & Vates omnes è gente Melampodis vani fuerunt, *& Ignis è picea, & cedro fatidicus, aut è lachryma pingui, & pura incensus nihilo pluris fuit, καὶ τὸ πᾶν τῶν Μελαμποδιδῶν Μαντεῖον ἐλέγχουσαι, ἢ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς πεύκης πῦρ, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς κέδρου μαντικὸν ἡγῇ, τὸ δὲ ἀπὸ πιοτάτου, καὶ καθαρωτάτου δακρύου καιόμενον οὐ πολλῷ αἱρετώτερον.* Cleomenes eùm è simulacro ignis exsiliisset desperauit, se vi oppidum capturum, *si à capite Ignis emicare cœpisset.* Herodotus, *ἐκ τοῦ ἀγάλματος ἐκλάμψαντος πυρός.* Pluth. in Themistocle, *Videns aruspex, quòd simul eluxit è sacrificiis magnus & illustris ignis, simul autem sternutatio à dextera facta est.* Ante excidium Troiæ apud Cornelium Nepotem, quisquis ille est, in Darete Phrygio, hæc portenta visa sunt,

> ———— *Metuenda cometæ*
> *Sanguineis cecinere comis, ac Phœbus vterque*
> *Nunc duplex, nunc nullus erat.*

S. Basilius de Christi Gener. *οἱ κομῆται μάλιστα δοκοῦσι βασιλέων διαδοχὰς δηλοῦντες, Cometæ maximè videntur regum successiones significare, cùm in cælo stant: immoti enim sunt in vniuersum in loco definito exustione facta.* Ad Cometas pertinent *σέλας*, & fulgores, vt Seneca vertit. Tacitus lib. 14. Annalium, *Inter quæ Cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regis portendat.* Seneca lib. 7. nat. quæst. cap. 17. *Nec hunc, qui Nerone Cæsare apparuit, & Cometis detraxit inuidiam.* Vide cap. 21. 29. Pausan. p. 11. Seleuco Pellæ *θύοντι τὰ ξύλα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ κείμενα προῆλθεν αὐτόματα πρὸς τὸ ἄγαλμα, καὶ ἄνευ πυρὸς ἥφθη, sacrificanti ligna aræ imposita sponte processerunt ad simulacrum, & sine igne accensa sunt.* Procop. lib. 2. Vandal. *τῶν δοράτων τοῖς Ῥωμαίοις τὰ ἄκρα πυρὶ πολλῷ καταλάμπειν, καὶ αὐτῶν αἱ αἰχμαὶ χρόνον ἐπὶ πλεῖστον σφίσιν ἐδόκουν, Romanis hastarum mucro, & summus apex igni multo collucebat, & cuspides eorum incensæ diu multumq; visæ sunt.* Videtur id fuisse auspicium ex acuminibus, de quo alibi Dionys. Halic. lib. 5. origin. *Cùm Romani prælio fuderunt Sabinos in Pilis, eorum flamma emicuit.* Sueton. Tiber. *Cinis è fauilla, & carbonibus ad calefaciendum cubiculum Tiberij illatus, extinctus, & iamdiu frigidus, exarsit repentè prima vespera, & in multam noctem luxit, mortem Tiberij portendit.* Xiphil. in Didio Iuliano, de Albino, Seuero, & Pescennino Nigro, *καὶ τούτους δὲ οἱ ἀστέρες οἱ τρεῖς οἱ ἐξαίφνης φανέντες, καὶ τὸν ἥλιον περιέχοντες, ὅτε τὰ εἰσιτήρια πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἔθυεν Ἰουλιανὸς παρόντων ἡμῶν ἐσήμαινον, Et tria astra quæ de repente apparuerunt, & Solem circumdederunt, quando Iulianus ante curia initum sacrificabat præsentibus nobis, hos tres innuebant.* Seneca in Thyeste,

> ———— *E læuo æthere*
> *Atrum cucurrit limitem sydus agens.*

Claudianus Panegyr.

> ———— *Signum dat hiulca*
> *Nube pater, gratamq; facem per inane rotantes*
> *Prospera vibrati tenuerunt omina nimbi.*
> *Accepit sonitus curuis Tiberinus in antris.*

Statius lib. 11.

> *Ast illi niger ignis in ora, genasque*
> *Prosiluit, raptumq; comis diadema cremauit.*

Lucan. lib. 1.

> *Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno,*
> *Et varias Ignis denso dedit aëre formas.*

Nunc

Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas
Emicuit cælo. ———
Ignota obscuræ viderunt sydera noctes,
Ardentémque polum flammis, cæloq́ue volantes
Obliquas per inane faces, crinémque timendi
Syderis, & terris mutantem regna cometem.

A

Capitolinus Pertinace. *Stellæ etiam iuxta solem per diem visa sunt clarissima, ante dies quam obiret.* Lucan. lib. 1.

——— *Stellæque minores*
Per vacuum solita noctis decurrere tempus
In medium venêre diem.

Erant, qui filios suos per Ignem traiicerent, vt eos lustrarent, vt Glycas lib. 2. Annalium. *Quò pertinet mos ille, quo se rustici Palilibus per ignem traiiciebant.* Tibul. lib. 2. eleg. 5.

B

Ille leuis stipulæ solemnes potus aceruos
Accendet, flammas transilietq́ue sacras.

Lege Propertium lib. 4. Eleg. 1. & Ouidium lib. 4. Fastor. lib. 4. eleg. 9. de Ponto.

Surgat ad hanc vocem plena piùs ignis ab ara,
Détque bonum votis lucidus omen apex.

Lib. 10. Metamorph.

Flamma ter accensa est, apicémque per aëra duxit,
Ter pedis offensi signo est reuocata.

Xiphil. Nerone, quem ἀκτῖνες τικτόμενον ὑπὸ τὴν ἕω ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς περιέσχον, *radij natum sub auroram nullo manifesti appulsu solis circumdederunt.* Scholiast. Aristoph. in pace, οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς μαντευόμενοι τὰ φρύγανα ὑποτιθέασι εἰς τὸ ἐξάψαι κατ' ἐπιστήμην τὴν ἑαυτῶν, *Qui ex igne diuinant, stramina subiiciunt, vt accendant Ignem ex arte.* Eurypid. suppl. ἃ δ' ἔστ' ἄσημα, κοὐ σαφῆ γιγνώσκομεν, εἰς πῦρ βλέποντες, *Quæ sunt obscura, cognoscimus ignem intuentes.* Dio lib. 45. ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν ἀνεφάνη. Virgil.

C

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Augustus Iulium χαλκοῦν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα ἔστησεν, *astrum diebus illis omnibus ab vrsa ad vesperam effulsit.* Iulium ex ære Augustus *in æde Veneris statuit, & stellam in eius capite posuit.* Sueton. in Augusto cap. 9. *In luco Liberi patris in Thracia infuso super altaria mero tantum flammæ emicuit, vt supergressa fastigium templi ad cælum vsque ferretur.* Ignes interdum è terra vibrati. Orosius lib. 4. cap. 4. *Primo bello Punico Ignes è terra vibrantur.* Dio lib. 41. de prodigiis quæ Romæ cladem minabantur: πῦρ τε ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὰς διῆξε, καὶ ἕτερον, ἄλλα τε καὶ τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν κατέφλεξε, ὅτε ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε. Item, καὶ λαμπὰς ἐκ τοῦ νότου πρὸς ἀνατολὰς διέδραμε, *Ignis ab occasu ad ortum traiecit, & alius ignis inter alia templum Quirini incendit, sol totus defecit. Lampas ab austro ad Ortum transcurrit.* Sueton. Augusto cap. 95. *Ingrediente eo vrbem liquido, ac puro sereno, circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit,* &c. Lamprid. Alexand. *Seuero fertur die prima natalis toto die apud arcam Cæsaream stella prima magnitudinis visa, & sol circum domum patris eius fulgido ambitu coronatus.* Virgil. lib. 2. Æneid.

D

——— *In vertice visus Iuli*
Fundere lumen apex, tactuq́ue innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Ter flammis ad summum tecti subuecta reluxit.

Spartianus, *Hadrianus somniauit se ignem sibi à læuo in dextrum humerum transilire.* Fuit Imperij omen. Quod idem Alexandro contigisse prodit Arrianus. Thrasibulus φωσφόρῳ aram in Piræo exstruxit, quia ei de nocte viam præiit in Piræum, cùm exsules reduceret. Iulius Obsequens lib. de prodig. *Flamma è terra exsiliens cælum contingere visa, Romanis victoriam portendit.* Silius Italicus lib. 16. de Masanissa.

E

——— *Subitus rutilante coruscum*
Vertice fulsit apex, crispamque inuoluere visa est.
——— *Mitis flamma comam*

Hecuba face prægnans, ignes enixa iugales, ait Poëta 2. Æneid.

Intonuit læuum, & de cælo missa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Apollon.

A Apollon. lib. 4. Argon.

> Τοῖσι δὲ θεὰ πέρας ἐγγυάλιξεν
> Αἴσιον, ὄλβιος ἐτύχθη οὐρανίης ἀκτῖνος.
> *Illis dea augurium felix obtulit, radij cælestis tractus fuit.*

Seneca Act. 2. Oedipo.

> *Quid flamma largas anne comprendit dapes?*
> *Subitò refulsit lumen, & subitò occidit.*

Dio, αἱ στρατοπέδων ἠχαὶ, καὶ αἱ δᾶδες αἱ πρὸς τὰς δυσμὰς ἐκ τῶν ἀνατολῶν ἄξασαι, *Sonitus castrorum, & faces ab ortu ad occasum inflammatæ*, λαμπὰς ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς δυσμὰς διεδραμε. *Fax ab ortu ad occasum transcurrit*; λαμπὰς ἀπὸ μεσημβρίας εἰς ἄρκτον, *Fax à meridie ad vrsam visa.* Lib. 7. Metamorph.

B
> *Ille notam fulgore dedit, sonituq; secundo,*
> *Accipio, sintque ista, precor, felicia mentis*
> *Signa tuæ.*

Plutarch. Mario. *Ameriæ, & Tuderti visæ nocte in cælo lanceæ ignitæ, & scuta huc illuc differri, deinde concurrere inter se similibus figuris, & motibus, vt virorum pugnantium, tandem his terga dantibus illis restantibus in occasum omnes inclinasse.* ῥοπῆσαι πάντας ἐπὶ δυσμάς. Idem in Paul. Æmilio, Amphipoli καὶ τῶν ἱερῶν ἐνεργουμένων κεραυνὸς ἐνσκήψας εἰς τὸν βωμὸν ἐπέφλεξε, καὶ συγκαθήγισε τὴν ἱερουργίαν, *Aemilio sacra auspicante fulmen in aram delapsum combussit, & vna perpetrauit sacrificium.* Cicero lib. 2. Diuin. *Quoties senatus decemuiros ad libros ire iussit? Nam & cùm duo visi soles essent, & cùm tres Lunæ, & cùm faces, & cùm Sol nocte visus esset; & cùm ex cælo fremitus auditus, & cùm cælum discessisse visum est, & cùm in eo animaduersi globi.* Lib. 48. Dio in Saluidieno ἡ κεφαλὴ ποι-
C μαίνοντι φλόγα ἀνέδωκεν, *gregem pascenti caput flammam edidit.* Ab Augusto Consul factus, posteà necatus est. Capitol. in Maximino Iuniori. *Scutum eius sub sole arsit. Lanceola sic fissa est fulmine, vt tota etiam per ferrum scinderetur, & duas partes faceret.* Sueton. Tiber. cap. 14. *Pridie quàm de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa.*

De Cometis, Doliis, Fulgoribus, & aliis Meteoris, vide Manil. lib. 1.

> *Diuersas quoque per facies accensa feruntur*
> *Lumina, quæ subitis existunt nata tenebris.*
> *Nam modò seu longi fluitent de vertice crines*
> *Flamma comas imitata volat, tenuisque capillus*
> *Diffusos radiis ardentibus explicat ignes.*

Plinius existimat breuissimum spatium, quo Cometes cernatur, esse septem dierum;
D longissimum octoginta. Toto cælo errat. Nam apud Nicephorum Gregoram Cometes centum dies, & decem fulsit, ὁ κομήτης περιφανὴς περὶ τὸ ταύρου δωδεκατημόριον, περὶ τὰ ἑωθινά τε, καὶ ὄρθρια τὰ νυκτὸς φαινόμενος μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα, *Cometa illustris circa tauri duodecimam partem, mane & vesperi apparens paulum supra orizonta:* Et quantum sol præcurrebat in sequentia, tantum Cometes ille cottidie paulatim magis magisque distabat ab orizonre, donec & medium ipsum cælum prætervectus est. Quando enim primum cometes apparere cœpit, æstiuam sol tempestatem efficiebat peragrans cancrum. Quando autem euanuit, sol autumnalem conuersionem faciebat, vt fuerit à tropico æstiuo ad autumnalem interuallum trium dodecamorion, id est trigintasex partium, quod sol confecit, cometa circa taurum residente, & sensim seipsum consumente. Cometes igitur à solstitio ad æquinoctium autumnale perdurauit, & surrexit cum sole, luxit interdiu, dies centum tres. Frater Martinus ordinis
E Prædicatorum sub Ioanne XXI. Papa Cometem ait per tres menses fulsisse anno Domini 1264. Manilius.

> *Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis*
> *Procero distenta vtero, paruosque capillos*
> *Mentitur, paruos ignis glomeratus in orbes.*
> *Hirta figuratur tremulo sub lumine messis,*
> *Lampadias fissus ramosos fundit in ignes.*

Aristoteles μετεώρων figutas vult accidere pro schemate, & figura ipsius exhalationis. Si enim in omnes partes ea funditur, fit Cometes; si in longum, Pogonias, aut Pithias, seu Dolium, aut Bostrychias, siue cincinnum mauis, τὰ σχήματα γίνεται ὅπως ἂν τὸ ἀναθυμιώμενον τύχοι ἐσχηματισμένον· ἐὰν μὲν γὰρ πάντη κομήτης, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος, καλεῖται πωγωνίας· ἂν πλάτος ἔχῃ, καὶ μῆκος τὸ ὑπέκκαυμα, πολλάκις ὁρᾶται καιομένη φλὸξ ὥσπερ ἐν ἀρούραις καιομένης καλάμης: *Si halitus inflamma*

inflammatus in longum & latum extenditur, sæpe videtur flamma ardens, vt in agris, quando calamus vritur. Plinius αἶγας, *hircos*, Cometas vocat, lib. 2. cap. 25. *Lampadias ardentes imitatur faces.* Lucan.

> *Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas*
> *Emicuit cælo.*

Aristotcles, ἐὰν πλέον τὸ ὑπέκκαυμα ᾖ κατὰ τὸ μῆκος, ἢ κατὰ τὸ πλάτος· ὅταν μὲν οἷον ἀποσπινθηρίζῃ ἅμα καιόμενον (τοῦτο δὲ γίνεται διὰ τὸ παρεκπυροῦσθαι κατὰ μικρὸν μὲν, ἐπ' ἀρχὴν δὲ) αἶξ καλεῖται: *Si maius incendium fuerit per longitudinem, quàm per latitudinem, fit iaculum. Quando autem exhalatio incensa scintillat, fit hircus, seu capra, quia in principio ardet, sed sensim progreditur ignis.* Manilius.

> *Præcipites stellæ, passimque volare videntur,*
> *Quam vaga per liquidum scintillant lumina mundum,*
> *Et tenues longis iaculantur crinibus ignes.*

Sub Iustino Thrace apud Zonaram ἀστὴρ ἐφάνη κομήτης ἐν τῇ ἀνατολῇ κάτω τὰς ἀκτῖνας ἀφιείς, ὃν πωγωνίαν οἱ μετεωρολογοῦντές φασι. Idem in Iustiniano, cuius Imperij anno quinto ἀστὴρ ὤφθη φαύσις κομήτου ὡς ἄνω τὰς ἀκτῖνας ἀφιείς, ὃς ἐφ' ἡμέρας φαίνων διήρκεσεν εἴκοσι. Sub Michaële Rhangabe κομήτης ἀστὴρ ἐφάνη σχηματισθεὶς εἰς εἴδη διάφορα, ὧν καὶ ἓν λέγεται εἶναι καὶ ἀνθρώπου σχῆμα χωρὶς κεφαλῆς. In Constantino Duca, κατὰ δὲ τὸν μάιον μῆνα κομήτης ὤφθη ἀστὴρ κατόπιν τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ἰόντος· ἦν δὲ πρότερον μὲν κατὰ σελήνην πλήρη τὸ μέγεθος, εἶτα κόμην ὥσπερ ἐκφύων ἐμείου, καὶ καθ' ὅσον τὰ τῆς κόμης ηὐξάνετο ἠλαττοῦτο τὸ μέγεθος· πρὸς δὲ τὴν ἀνατολὴν τὰς ἀκτῖνας ἀπέτεινεν ἐφ' ἡμέρας φαινόμενος: *Cometes apparuit ad ortum deorsum mittens radios, quem barbatum Philosophi vocant. Alius visus Cometa, qui sursum mittens radios viginti totos dies fulsit. Alius Cometes apparuit in varias formas expressus, quarum vna humana figura fuit præter caput. Alius mense Maio visus pone Solem ad occasum tendentem. Prius erat magnitudine plenæ Lunæ, deinde comam quasi producens imminuebatur, & quò magis coma crescebat, eò magis magnitudo decrescebat, ad ortum radios per quadraginta dies extendit.* Manilius pag. 25. lib. 1.

> *Sunt etiam raræ fortis natalis euntes*
> *Aëra per liquidum, tractosque perire Cometas*
> *Protinus, & raptim subitas candescere flammas,*
> *Rara per ingentes viderunt sæcula motus,* &c.

Apud Sozomenum lib. 8. cap. 4. *Hoc significauit Cometes supra vrbem apparens maximus, qui ad ipsam penè terram pertinebat, qualis nunquam prius fuit,* τοῦτο προεμήνυσε κομήτης ἐπὶ τῆς πόλεως φανεὶς μέγιστος εἰς αὐτὴν σχεδὸν τὴν γῆν διήκων, καὶ οἷος πρότερον οὐ γεγενῆσθαι λέγεται. Origen. contra Celsum lib. 1. *Cometa, docides, pogonæ, pithi existunt, quoties res magnæ, insignésque mutationes fiunt in terris, significantes aut translationes regnorum, aut bella. Legimus in Charemonis Stoici commentario, cometas exortos interdum res lætas signare,* ἐπὶ μεγάλοις τελέσεσθαι πράγμασι, καὶ μεγίσταις μεταβολαῖς τῶν ἐπὶ γῆς ἀνατέλλειν τοὺς τοιούτους ἀστέρας, σημαίνοντας ἢ μεταστάσεις βασιλειῶν, ἢ πολέμους, &c. ἐσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν. Seneca in Octauia,

> ——*Vidimus cælo iubar*
> *Ardens Cometam pandere infestam facem,*
> *Quâ plaustra tardus noctis æterna vice*
> *Regit Bootes,*

Iulianum Desertorem ita gloriæ cupido flagrantior peruicerat, narrante Paulo Diacono lib. 11. vt neque terræ motu, neque plerisque præsagiis, quibus vetabarur Persidem petere, adductus sit; ac ne noctu quidem visus ingens globus cælo lapsus ante diem belli cautum præstiterit. Tacitus lib. 15. Annal. *Fine anni vulgantur prodigia imminentium malorum nuntia, vis fulgurum non aliàs crebrior, & sydus Cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum, aliorúmve animantium partus abiecti in publicum, aut in sacrificiis, quibus grauidas hostias immolare mos est, reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset, secutaque Aruspicum interpretatio, parari rerum humanarum aliud caput; sed non fore validum, neque occultum, quia in vtero repressum, aut iter iuxta editum sit.* De facis coniugalis igne infausto Ouidius lib. 10. Moramorp.

> *Fax quoque, quam tenuit lacrymoso stridula fumo*
> *Vsque fuit, nullosq́ue inuenit motibus ignes.*

Valer. lib. 8 Argon.

> *Sed neque pingues tunc candida flamma per auras*

Ex

A *Explicuit, nec thura videt concordia Mopsus.*

Apollon. lib. 1. Argon. γηθεῖ δ' ἢ σέλας ἀθρόμενος Ἴδμων πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο, τοῖό τε λιγνὺν πορφυρέαις ἑλίκεσσιν ἐναίσιμον ἀΐσσουσαν, *Gauisus Idmon splendorem intuens vndique fulgentem è sacrificiis, & eius fumum purpureis spiris feliciter exsilientem.* Seneca Medea,

Ter latratus audax Hecate dedit,
Et sacros edidit ignes face lucifera.

Dio lib. 35. τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς ἤρθη, *Ignis in longum præter id, quod erat consentaneum, sublatus.* Virgil. Eclog. 8.

Aspice, corripuit trepidis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.

Lib. 4. Georgic.

B *Ter flamma ad summum tecti subiecta relaxit,*
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.

Dio, πῦρ αἰθέριον ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος ταφρείας εἰς τὴν Πομπηΐου κατέσκηψε, *Ignis æthereus ex Cæsaris vallo, in Pompeij vallum incubuit.* Victoria Cæsari portendi visa. Lampridius in Pertinace: *Cùm apud lares sacrificaret, carbones viuacissimi exstincti sunt, cùm inflammari soleant; inauspicatum fuit.* Igitur Stellæ, Cometæ, & alij Ignes ad Pyromantiam pertinent, de quibus Ammianus lib. 21. *Et visa sunt interdiu sydera Cometarum, quos dictos volunt, quod per tortos ignes sparguntur crines, in vnum stellis multiplicibus congregatis. Alij eos arbitrantur ex halitu sicciori terrarum ignescere paulatim in sublimiora surgente.* Sueton. in Nerone, cap. 36. *Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgò putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea re, vt ex Babylonio Astrologo didicit, solere Reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atque à semet in capita pro-*
C *cerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinauit.* Nonnus Dionysiac. p. 753. lib. 44.

——— ἀναπτομένοιο δὲ πυρσοῦ
Κνίσση μὲν περίφοιτος ἕλιξ συνενήχετο καπνῷ
Εὐόδμῳ, στροφάλιγγι, δαϊζομένου δ' ἄρα ταύρου
Χεῖρας ἐρευθήεσσαν φόνῳ πόρφυρεν Ἀγαύης
Αἷμα.

Accensa face nidor circumuagus, & flexuosus cum fumo simul enatabat circuitu odorato; cùm autem taurus mactatus esset, sanguis rubenti cæde manus Agaues purpureo colore tinxit. Plutarch. Timoleonte, *Timoleon Delphos profectus sacra Apollini fecit, cui in manteum descendenti, γίνεται σημεῖον, hoc fit signum, ex suspensis donis vitta delapsa, quæ coronis, & victoriis erat distincta, caput Timoleontis est amplexa, vt coronatus à Deo videretur. Nocte mari vectus* ἔδοξεν αἰφνιδίως ῥαγεὶς ὁ οὐρανὸς ὑπὲρ
D τῆς νεὼς ἐκχέαι πολὺ, καὶ περιφανὲς πῦρ, ἐκ δὲ τούτου λαμπὰς ἀρθεῖσα ταῖς μυστικαῖς ἐμφερὴς, καὶ συμπαραθέουσα τὸν αὐτὸν δρόμον, ᾗ μάλιστα τῆς Ἰταλίας ἐπεῖχον οἱ κυβερνῆται, κατέσκηψεν, *Putauit cælum cùm discessisset, super naue multum, & clarum ignem effudisse, ex quo lampas elata* (malim ἀφθεῖσα, accensa) *mysticis assimilis simul eumdem cursum decurrens, quam maximè Italiæ partem petebant gubernatores, in eam est delata.* In Lucullo, cùm iam penè concurrerent Marius & Lucullus, ἐξαίφνης τοῦ ἀέρος ἀπορραγέντος ὤφθη μέγα σῶμα φλογοειδὲς εἰς μέσον τῶν στρατοπέδων καταφερόμενον, *Cùm subitò cælum discessisset, grandis visa est flammea moles inter vtramque aciem delabi, ea corpore dolium, colore referebat candens argentum.* Homerus 4. Iliados,

Οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν,
Λαμπρόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται.

E *Quale astrum misit Iupiter Saturni versuti filius, aut nautis portentum, aut amplo exercitui populi clarum, ex eo multæ scintillæ micant.* Nonnus Dionysiac.

——— τοῖα
Ἠλέκτρης ἀνέτελλε δι' αἰθέρος ἕβδομος ἀστὴρ
Δεξιὸν ὑσμίνης σημήιον.

Illis septima è Pleiadibus Electræ stella orta est, auspicatum pugnæ signum. Plaut. in Mercatore, *Respice huc ad dextram, Charine, nónne ex aduerso vides? Nubis ater, imberq́ instat. Aspice nunc ad sinistram; cælum vt splendore est coruscum, ex aduerso vides.* Petron. Satyrico.

——— *de cælo Delphicus ales*
Omina læta dedit, pepulitq́ è montibus auras,
Necnon horrendi nemoris de parte sinistra
Insolita voces flamma sonuêre sequente.

T Sueton.

Sueton. in Claudio, *Præsagia mortis eius præcipua fuerunt, exortus crinitæ stellæ, quem Cometem vocant, tactumq; monumentum Drusi patris.* Ammianus Marcellin. lib. 14. *Ruinas fortunarum indicantia celsarum arsêre crinita sydera Cometarum.* Lib. 2. Daretis,

——— tot regna Cometæ
Dispensant.

Cicero lib. 1. Diuinat. *Scriptum videmus, si Luna paulò ante Solis ortum defecisset in signo Leonis, fore vt armis Darius, & Persæ ab Alexandro, & Macedonibus prælio vincerentur, Dariusq; moreretur.* Seneca lib. 7. natur. quæst. Cometem stellam esse ait. Aristoteles lib. Meteor. cap. 6. 7. Plinius lib. 2. cap. 22. *Stellæ de cælo decidua secundos ventos portendunt.* Apud Theocritum in Hyla, κάππεσε δ' εἰς μέλαν ὕδωρ ἀθρόος, ὡς ὅτε πυῤῥὸς ἀπ' οὐρανῶ ἤριπεν ἀστὴρ πλευστικὸς οὖρος, *Cecidit in nigram aquam confertus, vt quando rutila stella de cælo cadit, commoda nauigationi, ventus secundus.* Virgil. lib. 1. Georgic.

Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ.

Zonaras in Constantino Duca, *Mense Maio stella apparuit crinita, Solem occiduum sequens, magnitudine penè par Lunæ.* In Anastasio, sub quo Romani à Bulgaris deleti, eam cladem κομήτης ἀστὴρ προεμήνυσε, *Cometa significauit.* Procopius lib. 2. Vandal. ὁ ἥλιος ἀκτίνων χωρὶς τὴν αἴγλην ὥσπερ σελήνη εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἅπαντα ἀφίει, ἐκλειπόντι δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἐῴκει, *Sol sine radiis splendorem vt Luna toto illo anno dedit, similis vt plurimum deficienti.* Bella, fames toto anno fuêre. Philostratus lib. 5. de vita Apollonij, cap. 9. ἔμπυρον σοφίαν vocat, εἰ δ' ἐμπύρου σοφίας ἦσθα ξυνετὸς, εἶδες ἂν καὶ ἐν τῷ τοῦ ἡλίου κύκλῳ πολλὰ δηλώματα, ὁπότε ἀνίσχει, *Quòd si igneæ sapientiæ peritus esses, videres & in circulo Solis multa significari.* Ignispicinæ auctorem Plinius facit Amphiaraum. Erant qui per ignem incederent, vt Hirpiæ, seu Hirpini, de quibus Seruius apud Virgilium ad illa verba, *——— medios freti pietate per ignes.*
Lib. 7. Æneid.

Præterea castis adolet dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
Visa, nefas! longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis.

Dionysius Halicarnasseus lib. 4. de Seruio Tul. καθημένου γάρ ποτε αὐτοῦ μεσούσης μάλιστα ἡμέρας ἐν τῇ παστάδι τῶν βασιλείων, καὶ κατενεχθέντος ἐφ' ὕπνῳ πῦρ ἀπελάμψεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· ἥ τε μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ πορευόμεναι διὰ παστάδος ἐθεάσαντο, καὶ μέχρι τῆς διέμενεν ἡ φλὸξ ὅλην αὐτοῦ καταλάμπουσα τὴν κεφαλὴν ἕως ἡ μήτηρ προσδραμοῦσα ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ ἡ φλὸξ ἅμα τῷ ὕπνῳ ἀνασκεδασθεῖσα ἠφανίσθη. Accias,

Flammeam per æthram altè feruidam ferri facem.

Seneca in Hippolyto,

Immugit aris ignis, & trepidant foci.

In Thyeste,

——— læuo æthere
Atrum cucurrit limitem sydus trahens.

Sophocles in Antigone,

——— ἐμπύρων ἐγενόμην
Βωμοῖσι παμφλέκτοισι, ἐκ δὲ θυμάτων
Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
Μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο,
Κἄτυφε, κἀνέπτυε, καὶ μετάρσιοι
Χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταῤῥυεῖς
Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

Appianus lib. 2. Ciuil. ὡς δὲ καὶ σέλας ἐξ οὐρανοῦ διαπτὰν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ Πομπηΐου στρατόπεδον ἐσβέσθη. Idem in Syriaco, scribit Seleuco Alexandri Comiti in Macedonia ex foco paterno nemine accendente ignem magnum effulsisse, matremque eius in quiete admonitam, vt quem primùm annulum inueniret, gestandum Seleuco traderet; regnaturum enim vbicumque is annulus ei forte excidisset: & inuenit illa ferreum, cum insculpta anchora. Amissus est autem circa Euphratem. Ideo Seleucus anchora signauit.

CAP.

A

CAP. XII.

De Aëromantia.

AEROMANTES dicuntur ij, qui ex signis quæ in Aëre eueniunt, futura prænuntiant: si sanguine, aut ferro, aut lapidibus pluit; si nebulæ, pruinæ, grandines, procellæ, portentosæ pluuiæ fuêre. Ab ortu signa auspicata, ab occasu infausta, à meridie, & septentrione occulta, & non manifesta. Aëromantiæ item genus esse volunt, cùm Aëromantes mantile conuolutum sincipiti admouet, cui cyathus aqua plenus imponitur, qui magico carmine primò in ampullas dissoluitur, & demum exinanitur.

B Salisberiensis lib. 1. c. 11. Polierat. Varro curiosissimus inter philosophos, quatuor species diuinationis ab elementis mutuatus est, Pyromantiam scilicet, Aëromantiam, Hydromantiam, Gæomantiam, siue arte, siue furore diuinatio peragatur. *Aëromantia* propriè dicitur, quæ ex aëre coniurato dat oracula, de qua legendus Pictorius lib. de Magia. De pluuiis portentosis Zonaras in Leone Magno, sub quo *σεισμὸν σφοδρότατον* Antiochiæ fuisse, *ὡς μικρὸν τὴν πόλιν ἐκείνην καταπεσεῖν, ὑσθῆναι δὲ καὶ σποδὸν πολλὴν ἐν τῇ Βυζαντίδι*, *terra motum vehementem fuisse Antiochiæ ait, vt penè tota vrbs collapsa sit, & pluisse cinere multo, in agro Byzantino.* Herodot. lib. 3. *Pro monstro fuit in Aegypto, cùm expeditionem Cambyses mouit, quòd Thebis Aegyptiis pluit, quod nunquam anteà contigerat, neque ex eo contigit.* Augustin. lib. 3. Ciuit. c. 31. *Terra pluit, creta pluit, lapides pluunt.* Iulius Obsequens lib. de prodig. *Lacte, sanguine pluit.* Liuius lib. 42. *Oxymi terra pluit.* lib. 45. *Anagniæ terra pluerat.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Quid cùm Cumis Apol-*

C *lo sudauit? Capuæ Victoria? Quid ortus Androgyni? Nonne fatale quoddam monstrum fuit? Quid quòd fluuius atratus sanguine fluxit? Quid cùm sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit?* Plinius l. 2. c. 56. *Præter hæc inferiore cælo relatum in monumenta est, lacte, & sanguine pluisse, M. Acilio, C. Porcio Cos. & sæpe aliàs carne*, &c. *ex eaq; non putruisse, quod non diripuissent aues. Item ferro in Lucanis*, &c. *Effigies quæ pluerat spongiarum ferè similis fuit. Aruspices cauenda præmonuerunt superna vulnera*, &c. *Lacte pluit circa castellum Carissanum.* &c. *Lateribus coctis pluisse*, Phinias & Phylarcus scribunt apud Athenæum l. 8. Piscibus aliquando pluisse contigit in Chersoneso toto triduo. In Dardania, & Pæonia ranis pluit, vt Diodorus lib. 4. Pluuiæ in sublime piscium examina secum rapuere, vt Plin. l. 31. c. 1. *Anaxagoras prædixit, quibus diebus saxum casurum esset è Sole; Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen, qui lapis etiam nunc ostenditur magnitudine vehis, colore adusto, Comete quoque illis noctibus flagrante.* 7. Aeneid.

D

——Ter cælo clarus ab alto
Intonuit, radiisque ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.

Homerus Odyss. φ. 10. Iuuenal. Satyr. 13.

Sollicitus tanquam lapides effuderit imber.

Pausan. in Arcadicis ait, Athenis priusquam euerterentur à Sylla, pluisse *τέφραν*, *cinerem.* Dio lib. 40. Post necem Clodij, *πολλοὶ μὲν κεραυνοί, πολλοὶ δὲ καὶ βῶλοι, λίθοι, καὶ ὄστρακα, καὶ αἷμα διὰ τοῦ ἀέρος ἀνηνέχθη*, *multa fulmina, & glebæ, lapides, testæ, & sanguis per aërem delata erant.* Pausan. Boëtic. *λέγεται δὲ καὶ Ἀθηναίοις ὕσαι τέφραν ὁ Θεός*, *fama pluisse cinere anno ante quàm à Sylla Athenæ exscinderentur.* Dionys. lib. 10. origin. *νιφετὸς ἐξ οὐρανοῦ κατέσκηψεν εἰς γῆν πολύς, οὐ χιόνα*

E *καταφέρων, ἀλλὰ σαρκῶν θραύσματα ἐλάττω τε, καὶ μείζω· τούτων τὰ μὲν πολλὰ μετάρσια, πετόμεναι πτερωτῶν ὅσαι εἰσὶν ἀγέλαι τοῖς στόμασιν ἥρπαζον*, *Nix è cælo multa in terram incubuit, non niuem deferens, sed frusta alia maiora, alia minora carnium, quorum bonam partem in sublimi aduolantes omnis generis volucrum greges rostris diripiebant; reliquum, quod in terram decideret, in vrbe, agrisque sparsum iacebat multo tempore, nec colorem, odorémve mutans, nec putredine diffluens contra morem veterascentium carnium.* Dio lib. 60. Mortem Claudij prædixit Cometa, *καὶ ἡ ψεκάς, ἡ αἱματώδης, ὅτε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσών, καὶ ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ νικαίου ἄνοιξις, τότε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συστραφέν.* Athenæus lib. 8. in Chersoneso ad tres dies *ὕσαι τὸν Θεὸν ἰχθύας καὶ πυρούς.* In Pæonia & Dardania ranæ tanta copia permultos dies cum pluuia ceciderunt, vt odore morientium offensi regionem deseruerint.

A

CAP. XIII.

De Capnomantia.

CAPNOMANTIA dicitur diuinatio per Fumum, si Fumus in orbem voluitur, vel in obliquum flectitur, seu in rectum porrigitur. Statius

Sanguineos flammarum apices, geminumq; per auras
Ignem, & clara tamen media fastigia lucis
Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volui, frangiq; rubore
Demonstrat dubio, patriasq; illuminat umbras.

B

Seneca Thyeste.

—— Piceus ignis in fumos abit,
Et ipse fumus tristis, ac nebula grauis
Non rectus exit, seque in excelsum leuat,
Ipsos penates nube deformi obsidet.

Statius lib. 10. Theb.

Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.

Theophylactus in Osee c. 4. ait obseruasse Iudæos, an in sacrificiis Fumus rectus in altũ ascenderet. Quò pertinet illud Salomonis, *Sicut virgula Fumi ex aromatibus.* Dio lib. 58. *Ex statua Seiani antequam necaretur Fumus copiosus emerserat.* Seneca in Oedipo, C

Libata Bacchi dona permutat cruor,
Ambitque densus regium Fumus caput.

Capnomantes interdũ in prunas semẽ papaueris nigri, vel sesami spargebãt, carmine magico prius mussitato, vt inde puer mundus, aut prægnans mulier figuras varias cernerent, & renunciarent, ex quibus futura coniectarentur. Quidam è victimis, & extis busto aræ impositis Fumum eliciebant. Statius lib. 4. Thebaid.

Consulit ille deos non larga cæde iuuencum,
Non tripode implicito, numerisque sequentibus astra:
Thurea nec supra volitante altaria fumo.

Vbi Luctatius, *est etiam ars quædam ex Fumo aræ verum prouidere, quia ex diuisione ipsius fumi, quæ sunt futura cognoscunt, quos græci καπνομάντεις appellant.* Cyrillus lib. 6. in Iulianum, *Alij erant auspices, alij per ignem vaticinabantur; quidam per farinam, nonnulli arioli Fumos Sacrorum, qui subuolant in aërem expendentes, alij necromantici, ventriloqui, τερατοσκόποι, prodigiorum obseruatores.* Luctatius ad librum 4. Thebaidos. *Ars aruspicina hoc habet, vt & thuris motus & crepitus, & Fumi motus, & flexus aruspex ipse colligat.* Ouid. in Ibin. D

Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quem vetus accensa separat ira pyra.

E rogo Polynicis, & Etheoclis Fumus diuersus in contraria abibat.

CAP. XIV.

De Omphalomantia.

E

OMPHALOMANTIA dicitur, cùm obstetrices per nodulos vmbilico, & secundis adhærentes coniiciunt, quoties puerpera sit in posterum paritura.

CAP. XV.

De Diuinatione ex Ouis, seu ᾠομαντεία.

DIVINATIO ex Ouis fuit, si Ouum igni impositum in capite, aut in latere insudaret. Si ruptum effluxerat, periculum ei portendebat, pro quo factum fuerat, vel rei familiari, ait Cornutus ad Persium,

Tum

A *Tum nigri lemures, ouoq; pericula rupto.*

Alia superstitio fuit in ealicibus Ouorum, de quibus Plinius lib. 28. cap. 2. *Huc pertinet Ouorum ut exsorbuerit quisque calices, Cochlearumq; protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari.* Suidas scribit Orpheum scripsisse ᾠοσκοπικά.

CAP. XVI.

De Diuinatione ex Bætulo lapide.

PHOTIVS in Bibliotheca scribit ex Bætulo lapide, qui forma orbiculatæ flammæ apparebat, oraculum redditum. pag. 567. σφαῖρα μὲν γὰρ ἀκριβὴς ἐτύγχανεν ὢν ὑπόλευ-B κος τὸ χρῶμα, σπιθαμιαία δὲ τὴν διάμετρον κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ ἐνίοτε μείζων ἐγίνετο, καὶ ἐλάττων, καὶ πορφυροειδὴς ἄλλοτε, καὶ γράμματα ἀνέδειξεν ἡμῖν ἐν τῷ λίθῳ γεγραμμένα χρώματι τοῦ καλουμένου τιγγαβαρίνου (lege κινναβαρίνου) κατακεχρωσμένα, καὶ ἐν τοίχῳ δὲ ἐγκρούσας δι' ὧν ἀπεδίδου τὸν ζητούμενον τῷ πυνθανομένῳ χρησμόν, καὶ φωνὴν ἀφίει λεπτοῦ συριγμοῦ ἣν ἡρμήνευσεν ὁ Εὐσέβιος; *Lapis Bætulus orbis igneus colore albus palmæ longitudine interdum maior, sæpe minor; quandoque purpureus, & literas nobis ostendebat, in lapide scriptas colore Cinnabaris, eas in pariete insculpens, per quas consulenti respondebat, & vocem mittebat tenuis sibili, quam interpretatur Eusebius.* Fortè, τῷ τοίχῳ ἐγχρώσας.

CAP. XVII.

C *De Lithomantia.*

LITHOMANTIA dicta est, cùm lapillis ad diuinationem vterentur. Helenus vares vsus est lapide Sideriti, seu Magnete, vt cognosceret Troiæ excidium, auctore Tzetze Chiliade 6. cap. 57. ἐκ λίθου σιδηρίτου πέρθησιν γνοὺς τῆς Τροίας. Huc referunt nonnulli λίθον σκοπὸν, Leuitic. 26. qui potius significat lapidem ἕρμακα, seu aceruum lapidum Mercurij vialis, aut lapidem qui pro simulacro & idolo cultus. Orpheus de Sideriti, *Si laueris*, inquit, *magnetem iugi fonte, & eum interrogaueris, vocem ex eo lapide quasi à puero infante nouitio accipies*, σιδηρίτην ἀενάοις τῆς πηγαῖς εἰ λάζοι τις ἀνειρωτήσας ταύτην ὥσπερ παιδὸς νεογιλοῦ, ταύτης φωνὴν ἀκούσῃ. Idem cap. 65. 66. *Magnetem puluillo dormientis fœminæ subijce; tibi omnia peccata mulieris lapis indicabit; aut mulier subitò ad terram è stratis decidet. Hyænia gemma ex oculis hyænæ linguæ ho-*D *minis subdita fatidicum facit. Chelonia gemma oculus est Indicæ testudinis, quæ melle colluto ore linguæ imposita futurorum diuinationem præstat. Erotylos gemma diuinaculum facit. Eumeces lapis capiti suppositus visa nocturna oraculi modo reddit.* Plin. lib. 37. cap. 10.

CAP. XVIII.

De Ceromantia.

CEROMANTES imprecatione ritè peracta Ceram igne colliquefactam in aquam stillarum mittit, vnde variæ figuræ fiunt, tres palmariæ, quæ paleis interiectis æquo à se interuallo distent. Aniculæ superstitiosæ tot Cereos accendunt omni ex parte æquales, E quot Sanctos ad aliquid patrandum inuocant, ac cuique cereo suum Sanctum, puta Paulum, aut Vincentium, aut alium quempiam attribuunt; vt is se parrarurum quod illæ expetunt, ostendat, cuius Cereus primus omnium igne consumptus fuerit.

CAP. XIX.

De Daphnomantia.

DAPHNOMANTES ex Laurei rami in igne crepitu vaticinantur. Ouid. lib. 1. Fastor.

Et sonet in medijs Laurus adusta focis.
Et tacet exstincto Laurus adusta foco.
Laurus vti bona signa dedit. ——

Claudia. l. 2. de raptu Proſerp.

—— *Venturi præſcia Laurus*

Fluctuat.

Ita & apud Theocrit. Idyl. 3. ex crepitu Telephili amantes de amore ſuo coniectant, οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα, ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη, vel vt alij legunt, ποτὶ μαξάμενον πλατάγησεν. Scholiaſtes, φύλλον τῆς μήκωνος, *folium papaueris* eſſe vult, quod inter vtramque volam percuſſum ſonum edit. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τὰς χεῖρας τὸ τηλέφιλον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν ὦμον τιθέντες, ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ τὸν πῆχυν ἐπεπειρῶντο τοῦ ψόφου: *Telephilum non modò ſuper manus, ſed & ſuper humerum ponentes, aut cubitum experiebantur, quantum crepitum ederet.*

CAP. XX.

De ἰχθυομαντεία.

ICHTHYOMANTIA dicitur Diuinatio ex Piſcibus, quam Apuleius Apologia 1. factitaſſe dictus eſt. *In Lycia prope lucum Apollinis lacus eſt nomine Dina, in quem Ichthyomantes non ſine murmure magico decem fruſta carnis coctæ proiiciunt, Piſcibus voranda, vnde futura præſentiunt. Item ad Myram lacum Lyciæ, Piſces ſumpta eſca felicia portendunt, reiecta, malo omini ſunt.* Ex Phelli fontis Piſcium natura, forma motu, cibo futura præſagiunt, ait Athenæus. Quidam ex Piſcium extis aruſpicinam faciunt. Athen. lib. 11. *In Lycia fons eſt mari propinquus, Apollini ſacer, Δῖνα Polycharmo, Δῖνος Artemidoro dictus, in quo Piſcibus è mari adnatantibus, qui oraculum adeunt, hoſtiarum primitias verubus ligneis transfixas offerunt, aſſidente ſacerdote auguria captantes.* Varro lib. 3. de Re Ruſt. *Piſces ſanctiores quam illi in Lycia, quos ſacrificanti tibi Varro ad tibicinem Græcum gregatim veniſſe dicebat ad extremum littus, atque oram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore offulas ludionum ibi corroſas vidiſſes.* Plin. lib. 32. c. 2. *In Lyciæ Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant, ter fiſtula Piſces euocati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes obiectas, lætum eſt conſultantibus; caudis abigere, dirum.* Aelianus lib. 8. c. 5. de Animalib. πυνθάνομαι δὲ κώμην τινὰ Λυκιακὴν μεταξὺ Μύρων καὶ Φέλλου Σούρρα ὄνομα, ἐν ᾗ μαντεύονταί τινες, *Audio in Lycia vicum nomine Syrrham eſſe, inter Myras, & Phellum, vbi ſunt qui ad Piſces ſeſſitando ſciant quid ſibi velit Piſcium, qui vocantur, acceſſus, & receſſus; quid item oſtendant, cùm non parent; quid, cùm frequentes veniunt; quid, cùm ſalit piſcis; quid cùm mortuus fluitat; quid cibum ſumens; quid recuſans ſignificet.* Polydamas bello Troiano & Tireſias hac vſi diuinatione.

CAP XXI.

De Onomatomantia, & Arithmomantia.

ONOMATOMANTIA dicitur, cùm ex Nomine futura ſignificantur. Philoſtratus Apollonium ſcribit accepto Nomine puellæ, quæ nuptiarum die obierat, cùm magicum carmen admurmuraſſet, eam ab inferis excitaſſe. *Cognito nomine Dei, in cuius tutela vrbs eſſet, Romani euocabant*, ait Macrobius lib. 3. c. 9. Propterea ipſi Romani & Deum, in cuius tutela vrbs Roma eſt, & ipſius vrbis Nomen latinum ignotum eſſe voluerunt. Legendus Thucydides lib. 2. pag. 72. Onomatomantes è Nomine eius, qui conſulit, valetudinem proſperam, aut afflictam; ipſam etiam mortem vaticinantur. Onomatomantiam eandem eſſe volunt cùm Arithmomantia, quod ex Numero dictum, & litera prima nominis futura prædiuinent. Cedrinus pag. 29. μαντείαν δι' ὀνομάτων, *Arithmeticum vaticinium* vocat Plato lib. 8. de Rep. quod improbat Ariſtotel. lib. 5. Polit. Iudæi Cabaliſtæ habent Θεομαντείαν, & Ἀριθμομαντείαν. Item Caldæi, qui Alphabetum diſtribuunt in tres decades, & nomina reſoluunt in numeros, quos ſuis planetis attribuunt. Terentianus Maurus, *Et nomina tradunt ita literis facta, hæc vt Numeris pluribus, illa ſint minutis, quandoq; ſubibunt dubia pericla pugnæ; maior Numerus qua ſteterit, fauere palmam; præſagia lethi minima parte ſumma. Sic & Patroclum Hectorea manu periſſe, ſic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achillis.* Plin. l. 28. c. 4. *Pythagoræ inuentis non temerè fallere, in poſitiuorum Nominum imparem vocalium numerum, claudit ates, oculorúmve orbitatem, ac ſimiles caſus dextris aſſignare partibus, parem læuis.*

A

CAP. XXII.

De Aegomantea.

AEGOMANTEA dicitur, cùm per Capras diuinatur Eusebius l.2 Præparat. euang. συνέμποροι τῆς γοητείας αἶγες ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι, καὶ κόρακες ἀνθρώποις χρησμοὺς ὑπ' ἀνθρώπων διδασκόμενοι, *Comites sunt præstigiarum magicarum Capræ ad diuinationem exercitæ, & corui ab hominibus docti hominibus vaticinari.* Tertull. apologet. *Si magi phantasmata edunt, si dæmones eis adsistunt, per quos & capra, & mensa diuinare consueuerunt.* Gregorius lib. 7. ep. 7. & lib. 3. c. 26. Dialog. & 28. ait Languobardos vsos capite caprino ad diuinationem, cui diuinum posteà honorem haberent.

B

CAP. XXIII.

De Tephramantia, & Σποδομαντεία, seu Σποδοσομαντεία.

TEPHRAMANTIA est Diuinatio ex Cinere, cùm quærentis, & quæsitæ rei nomen inscribitur cineri, qui vento exponitur; & ex literis, quæ in verba coaluerint, futura coniectant. Georgius Monachus, ἐαν ἐκενώθη τέφρα, *Si Cinis est exinanitus* domi ex eo vaticinantur. Sophocles in Oedipo Tyranno vocat σποδομαντείαν, Diuinatorium Cinerem, κόνις ἱερά apud Moschum appellatur.

C

CAP XXIV.

De Botanomantia.

BOTANOMANTES in Saluiæ folio quærentis, & quæsitæ rei nomen inscribunt, sub dio magicum murmur accinentes, & furtum ac furem indicantes. Nicander vsos ait diuinaculos Myrica herba, quam vaticinatricem vocat, vt Scholiastes eius ait: vnde & Myricæus Apollo, quia Lesbius Apollo Myricæ ramum tenet. Et Scythæ myricæ ligno vaticinantur. vulgò Tamaricen vocant, vt Dioscorides.

Καὶ μυρίκης λάζοιο νέον πανακάρπεα θάμνον
Μάντιν ἐνὶ ζωοῖσι γεράσμιον, ᾗ ἐν Ἀπόλλων

D

Μαντοσύνας κορυφαῖος ἔθηκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

Et Myricæ accipias recentem ramum omni fructu carentem, qui vates apud homines honoratus est: in qua herba Apollo princeps diuinationem, & fas hominum reposuit. Synesius lib. de somniis, ἐνίαις τῶν ἐπὶ τῇ προγνώσει τελετῶν δαπανηρᾶς· δεῖ συγκομίσασθαι κρῆσσαν βοτάνην, καὶ πτερὸν Αἰγύπτιον, καὶ ὀστέον Ἰβηρικὸν, καὶ νὴ Δία εἴ τι τεράστιον ἢ γῆς, ἢ θαλάσσης ἐν ἀποκρύφῳ φύεται, καὶ τρέφεται, ἢ μὲν ἀνομένου ὑπεριόντος, ἢ δ' ἀνιόντος, *Nonnullæ cerimoniæ in diuinationibus sumptu egent, oportet conferre Cressam herbam, & alam Aegyptiam, & ossa Iberica, & per Iouem, si quid portentosum in abscondito terræ, aut maris nascitur, & alitur, sole oriente, aut occidente.*

CAP. XXV.

E

De Sycomantia.

SYCOMANTICI folio fici vsi post magicas excantationes, quod si statim exaruisset, inauspicatum fuit; si tardius, auspicatum.

CAP. XXVI.

De Rabdomantia.

HERODOTVS lib. 4. Scythas ait diuinatione per Virgas vsos, cuius verba infra recitabimus. *Germani quoque Virgam in surculos amputabant notis discretos, vnde futura coniectarent,* ait Tacitus lib. de moribus Germanorum, vt infra ostendemus.

A

CAP. XXVII.

De Axinomantia.

AXINOMANTIA per Securim in aquam proiectam fiebat, ex cuius motu in aqua futura præsentiebant. Alij trunco rotundo Securim infigebant, & nomen eius, quem culpæ affinem putabant, appellabant; quo recitato si Securis circumageretur, furem se deprehendisse sperabant. Fit & Axinomantia Gagate imposito securi. Plin. lib. 36. cap. 19. *Gagate dicuntur vti Magi in ea, quam vocant, Axinomantiam; & peruri negant, si euenturum sit, quod aliquis optet.*

B

CAP. XXVIII.

De Libanomantia.

LIBANOMANTIA Diuinatio fuit ex Thure, quod in ignem inditum, si auidè consumitur, auspicatum est; si respueretur ab igne, inauspicatum. Luctatius ad lib. 4. Thebaid. Statij, *Aruspicina hoc habet, vt & Thuris motus, & crepitus, & fumi motus, & flexus aruspex ipse colligat, vt liber Tiresiæ de Thuris signis.* Apud Dionem lib. 41. Nymphæum locus fuit, vbi ex Thuris accensi fumo de omnibus rebus monebantur, nisi vel de morte, vel de matrimonio ageretur. Apud Laertium Pythagoras μαντικῇ ἐχρῆτο διὰ τῶν κληδόνων τε, καὶ οἰωνῶν ἥκιστα διὰ τῶν ἐμπύρων ἔξω τοῦ λιβάνου, Pythagoras *vtebatur diuinatione per omina, & aues; minimè verò per exta, & alia igni admota, excepto thure.* Stat. lib. 10. Thebaid. C

Thurea nec supra volitante altaria fumo.

CAP. XXIX.

De Chiromantia.

CHIROMANTIA Diuinatio est è lineis manuum, Metoposcopia è lineis, & conformatione frontis. Ioannes Salisberiensis lib. 1. cap. 12. *Chiromantici sunt, qui à manuum inspectione, rerum vaticinantur abscondita.* Eódem pertinet Φυσιογνωμονία ἡ περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, καὶ τῶν ἐπικλήτων ὅσα παραγινόμενα μεθίστησι τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονευμένων, *Physiognomonia, quæ agit de naturalibus passionibus, quæ sunt in anima, & accidentibus, quæcumque adueniunt, & transmutant signa, ex quibus indoles, & natura cuiusque cognoscitur*, ait Aristoteles, aut quisquis auctor est libri Physiognomiæ, quæ Aristoteli tribuitur, cap. 2. & 3. ἀναιδοῦς σημεῖα ὄμματα ἀναπεπταμένα, καὶ λαμπρὸν, βλέφαρα ὕφαιμα, *Inuerecundi signa oculus apertus, & splendidus, palpebræ sanguineæ, & crassæ*, &c. Plutarchus in Sylla, Chalcidensis quidam εἰς τὸ Σύλλα πρόσωπον ἀπιδὼν, καὶ τοῖς κινήμασι τοῖς τε διανοίας, καὶ σώματος οὐ παρέργως ἐπιστήσας, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῆς τέχνης ὑποθέσεις τὴν φύσιν ἐπισκεψάμενος, *Intuens in vultum Syllæ, animiq; & corporis sedulò motibus obseruatis, & natura eius ex artis præceptis expensa, fertur dixisse, fieri non posse, quin summus hic vir foret; mirari etiam se, quî patiatur iam nunc se omnium primum non esse.* Philostratus in Hippodromo, Μεγιστίας ὁ Σμυρναῖος ἐν αὐτῷ καθεωρακέναι φησὶν ὁ τὰ δεύτερα φυσιογνωμονούντων νομισθείς. Hoc est, *Megistias Smyrnæus se in eo considerasse ait, is, qui natura ex corporis lineamentis interpretes primas obtinuisse creditus est.* Scholiastes Gregorij Nazianzeni, χειροσκοπικὸν διὰ τῆς ἐκτάσεως χειρὸς, ἢ διὰ τῶν ῥυτίδων, *Manuspicina fit expansa manu, aut rugis perspectis.* Apud Photium in Bibliotheca, pag. 557. ὁ Σαλούστιος εἰς τοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ὀφθαλμοὺς ἀφορῶν προὔλεγεν ἑκάστῳ τὴν βίᾳ γενησομένην ἑκάστῳ τελευτὴν, καὶ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν γνωρίζειν τὸν ὅμοιον τρόπον τοὺς πολυαράτους γόητας· καὶ Νόμον δέ τινα ἀπὸ τῶν κατὰ τὰ ὄμματα τῶν ἐντυγχανόντων ἰδέας τοὺς λανθάνοντας ἐπιγινώσκειν φονέας: *Salustius intuens in oculos occurrentium, si cui violenta mors futura erat, prædicebat. Magi detestandi ex oculis eiusdem euentura hominibus coniectant. Nomus quidam occultos homicidas ex oculorum aspectu cognoscebat.* Ex habitu oris Socratem mulierosum Zopyrus Physiognomon renunciauit, cui calculum suum ipse Socrates addidit, subiunxitque se, nisi philosophatus esset, mulierosum futurum. Aristoteles in Physiognomicis, cap. 2. ἐκ τῶν κινήσεων φυσιογνωμονοῦσι, καὶ ἐκ τῶν σχημάτων, καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων: *Naturam iudicant ex motibus, ex habitu, & forma, ex colore, ex leuitate, ex voce, ex carne, ex partibus,*

D

E

A *partibus, ex omni corporis conformatione.* Vide cap. 3. & 4. Cicero lib. de Fato: *Quid Socratem? Nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus Physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasq́; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua non haberet: obstructas eas partes, & obturatas esse dicebat.* Lege Alexandrum Aphrodisæum. Martialis eleganter,

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luscus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Lege Albertum, Cardanum, Conciliatorem, & ipsum Aristotelem, ex quibus hæc paucula delibaui. *Oculi vt sunt affecti, ita ferè reliquum corpus*, dicebat Hippocrates; *ideoq́; hilares hilarem, tristes tristem designant.* Iidem lucidi, læti, bonos mores; contrarij malos arguunt. Sic grandes, obstipi, defixi; inuidos, voraces, & libidinosos. Parui, auaros; glauci, B insidiosos; mobiles, inuidos; inconstantes, suspiciosos, seditiosos; ampli, segnes; tremuli, ignauos, & impudentes; micantes, vinolentos; varij, & parui, dolosos, adulatores; vergentes ad nasum, venereos; ampli, stillantes, mobiles, furiosos; aridi, versutos; nigri, & clari, iustos, sobrios, solertes, libidinosos; virides, dolosos, iniquos, furaces; humidi, mentis, & consilij acumen; magni, & vibrantes, leues, & amentes; caui, proditores, ac perfidos; elati, ampli, lucidi, studiosos recti, & honesti; lemis obducti, libidinosos, & stultos, ac stolidos; caligantes, perfidos; nigri, & splendidi, timidos; turgidi, gulæ, & inertiæ deditos; pusilli, & caui, cupidos, & insidiatores; charopi, fortes, & iracundos; crebrò conniuentes, furaces, & insidiosos; superciliis longis, effœminatos; breuibus autem, amabiles; nullis denique, Veneri deditos. Frons angusta, stolidum; longa, docilem; rotunda, turgidaque, inuidum, & versutum; caperata, curis distentum; ampla, & porrecta, libe- C ralem; permagna, tardum; quadrata, magnanimum; collecta, adulatorem; tristis, mœstum; hilaris, & læta, lætum denotat. Supercilia pilosa, balbum, bardumque; protensa ad tempora, impurum; coniuncta, malignum. Nasus acutus, iracundum; crassus, & humilis, improbum; aquilinus, fortem, docilem, mulierosum; magnus, probum; paruus, fraudulentum; simus, libidinosum; rotundus, & obtusus, magnanimum. Nares apertæ, iracundum; angustæ, stultum; solidæ, fortem; rotundæ, timidum. Facies liberalis, & aperta, probum; macra, sapientem; carnosa, timidum, & docilem; plana, litigiosum; tristis, mœstum; perparua, pusillanimum; magna, tardum. Aures longæ, bardum, & asininum; paruæ, vafrum, aut stultum; vastæ, imprudentem; quadratæ, sapientem; moderatæ, mediocrem, & temperatum. Os amplum, maledicum, audacem, iactabundum signat; angustum, prudentem, & sobrium; vastum prominente labro superiore, voracem, loqua- D cem, ineptum, futilem, vanum. Labra subtilia, & bene iuncta, cordatum, & magnanimum, disertum, & eloquentem; carnosa, fatuum; aperta, & dentes ostentantia, infidum, & contumeliosum; pendula, asininum; superius prædensum, contumeliosum. Collum oblongum, gracile, timidum, & improbum; breue, dolosum; densum, fortem; tenue, imbecillum; crassum, & carnosum, rudem, & iracundum; magnum, neque crassum, magnanimum; crassum, & longum, pertinacem, timidum, furiosum; mediocre, docilem, & robustum; flexum, auarum; si in dextra vergit, temperantem; si in læua, stultum, & prodigum nebulonem. Caput magnum, sensatum; sed vastum, fatuum designat; paruum, imprudentem; acuminatum, stultum, inconstantem, & inuerecundum. Pectus latum, fortem, & generosum; paruum, timidum; vastum, crudelem, & inhumanum. Similiter de dorso sentiendum est. Sed iugula concaua, acutum, & solertem; plena autem, & carnosa, E bardum, & stupidum. Gibbus, parcum, & auarum. Mammæ pendulæ, violentum, aut luxui deditum. Venter amplus, stolidum, superbum, luxuriosum; obesus, imperitum, & fortem; macilentus, ingeniosum, & debilem; angustus, prudentem, & sagacem. Brachia oblonga, audacem, & robustum; breuia, libidinosum, victoriæ cupidum. Manus breuis, rudem; parua, callidum; pinguis, furacem. Pedes carnosi, stupiditatem; parui, stolidum; magni, articulati, & neruosi, fortem; parui, stricti, & inarticulati, mollem; longi, fœcunditatem portendunt, præsertim in mulieribus, in quibus vuluæ amplitudo, pedis dimidium æquare quidam putant. Tibiæ tenues, imperitiam, luxuriemque; crassæ, audaciam, fortitudinemque; neruosæ, & latæ, robur; breues, & pingues, impudentiam, & crudelitatem; gibbæ, & varæ, valgæque, vafriciem, & improbitatem; molles, & turgidæ, mores laudabiles. Coxæ neruosæ, fortes; vastæ, molles, & libidinosos. Plura fortè apud Aristotelem, & alios inuenies: haud scio, an his certiora: quibus & hæc adiici placuit, ex verisimili

mili coniectura, & frequentiore rerum euentu comprobata. Priora sunt ab Aristotele, A posteriora autem sunt variæ obseruationis. Aristoteles lib. 1. de Histor. animal. *Pars faciei, frons est. Quibus magna, segnes: quibus parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracundi. Supercilia sub fronte bipartitò distincta, si in rectum porriguntur, mollem subesse animum significant: si iuxta nasum inflexa sunt, austerum notant, & acerbum: si iuxta tempora inflectuntur, derisorem, dissimulatoremq́; indicant: demissa in totum, notam inuidiæ habent. Pars communis superioris, inferiorisq́; palpebræ, angulus est, quem duplicem vterque oculus habet: alterum iuxta nasum, alterum iuxta tempora. Qui si iusto sunt longiores, notam morum maleficorum præbent: si breuiores, morum proborum indices sunt: si carnosi more pectunculorum sunt, qui naribus iunguntur, malitiam præferunt. Candidum oculi magna ex parte simile in omnibus est. Quod nigrum dicitur, variat: aliis enim atrum, aliis cæsium, aliis fuluum, aliis caprinum, quod morum optimorum indicium est. Oculorum alij grandiores, alij modici, qui optimi habentur. Item alij nimium prominentes, alij conditi, alij modicè B siti. Qui conditi sunt, clarissimè cernunt: modicus tamen situs, nota morum est optimorum. Iidem aut nimium conniuent, aut rigidi, inuentiq́; constant, aut modicè nictant. Notam morum laudabilium habent, qui mediocriter conniuent: reliquorum alteri impudentiæ, alteri inconstantiæ indices sunt. Aures paruæ, morum malorum indices sunt: mediocres, optimorum: at magnæ, arrectæque vltra modum, stultitiæ indices sunt, aut loquacitatis.* Hæc ex vno Aristotele, sequentia autem collectiria sunt, & obseruata. Parui toto corpore, acuti esse solent, & iracundi, ac præcipites: longi, iidem tardi, & stolidi magnam partem deprehenduntur. Ratio in promptu est, à natura spirituum totum corpus peretrantium, breuiore, longioréve interuallo, & eorumdem copia ex Aphrodisæo. Qui partium exactam analogiam non seruant, solent esse astuti, vafri, dolosi, suspicaces, deceptores, fraudulenti. Inde est prouerbium, *Cauendum à signatis*, vt luscis, gibbis, varis; quia perfidi, inuidi, detractores, calumniatores, maledici deprehenduntur. C Quod nec Martialem latuit, cùm ita scripsit:

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luscus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Hirsuti, & pilosi aut toto corpore, aut præcipuis partibus, fortes, & strenui iudicantur. Sed qui circa imum ventrem & crura, potius salaces, & libidinosi. At pectus depile, mulierosum & imbellem signat, atque impudentem. Pili molles & crispi, mollitiem, & timiditatem: horridi, & rigidi in mento & capite, audaciam, & fortitudinem arguunt. A similitudine animalium ducuntur ista pleraque: de quo in summa sic habe. Quæcumque partes insignes cum animalium partibus similitudinem habent, vt leonis, cerui, canis, bouis, asini, suis, aquilæ, corui, & similium; eædem cum eorum moribus analogiam quandam, & similitudinem morum, inclinationémve denuntiant. Vox alta, clangosa, stridula, rudis; D asininos mores signat: grauis, quæ in acutum finit, iracundiam: acuta, mollis, & interrupta, lasciuiam: grauis, magna, vitilis, robur, & magnanimitatem: humilis, summissa, parua, timiditatem, & ignauiam: acuta, & fortis, iram furorémque designat. Denique quæ ad venustatem, decentiam, symmetriam, pulchritudinem in colore, in mole, in figura, in charactere, in iusta proportione magis accedunt, ea naturæ magis consentiunt, & in bonis ducuntur, laudique tribuuntur: sicuti quæ ab his longiùs recedunt, deteriora iudicantur. Est tamen in partibus ad significationis pondus, nõ leue discrimen: Namque in tota Physiognomia, primas facilè tenent, oculi, frons, nasus, facies, & caput: secundas autem, pectus, collum, scapulæ, dorsum, venter: tertias & infimas, femora, crura, & pedes: Sed manuum præ omnibus, sua quædam est prærogatiua ad aliquid designandum: In manu, carpus brachio iungitur, & iuncturam cum eo facit articulatus. Metacarpium carpo subiungitur: atque ossium phalangem potissimum externam signat. Digitorum præter E pollicem, terni sunt articuli: quorum extremitas, acinus, aut vertex, pulpáque dicitur. Horum pollex ob binos articulos, omnium fortissimus, Marti iure tribuitur (quem alij Veneri tamen assignant) déque rebus martialibus, & bellicis indicat, periculis, furore, audacia, fortitudine, victoria, igni, cruce, & discriminibus variis: quibus addunt veneris nefandæ expetita diuerticula: ob id forsan Veneri sacer à nonnullis habitus. Index Ioui sacer, honores, magistratus, & dignitates Ecclesiasticas, aut populares significat. Medius Saturno dedicatus, omnia dura, tristia, & infausta præsagit; insidias, luctum, mœrores, paupertatem, carcerem, labores, studia ardua, assidua & difficilia sine fructu, aut præmio; morbos chronicos, & contumaces. Annularis Soli sacer, festiuam conditionem, honores, regum amicitias, commendationem, & illustrem fortunam pollicetur. Minimus, qui &

Auri

A Auricularis Veneri deputatus (sunt tamen qui Mercurio vendicent) delicias, liberos, vxores, voluptatésque promittit. Montes in radicibus digitorum collocati, pleni quidem infortunati: turgentes autem sine scrobe, boni quidem, sed tumidos & superbos arguunt: cum scrobe denique prudentes, & humanos. Atque vt summatim dicam, montes fortunam, valles indicant ingenium. Manum mediam internam occupat vola. In qua, summa, supremáque pars versus spatium pollicis, & indicis medium, istis thenar dictum, pericula denuntiat. Idem gracile, & excarne, elephantiasin, phthisinque minatur. At hypothenar, subiectum, & oppositum spatium, minimum digitum respicit, Lunæ sacrum, aquarum & pituitæ indicans copiam, periculáque. Sed monticulus pollicis primo & infimo articulo instratus, ab istis dicitur Stethos, quasi pectus; & pollici communia, Marti sacratum, sortitur præsagia. Triangulus in media vola conspicuus, à lineis cordis, cerebri, & hepatis B constitutus, Mercurij est, & huius studia designat similia, vt acumen ingenij, doctrinam, astutiam, furta, rapinas. Legi & audiui, qui Martis triangulum dicerent. Est & Mensa vocata, quam circunscribunt lineæ cerebri, & Veneris, quadratam, oblongam: quæ Veneris & Lunæ particeps, libertatis, atque itinerum prænuntia est. Dicitur vel mensa manus, vel quadrangulus, à figura: vel fortunæ linea à quibusdam; quæ potius vna est è multis, vt mox patebit, hanc quadram effingentibus. In vola manus spectabiles sunt lineæ (namque eædem auersa manu, ignobiles & inefficaces habentur) quarum quæ infra Stethos supradictum, Solis dicitur; eadem cordis, & vitæ nuncupata. Quæ à thenare, seu medio inter pollicem & indicem oritur interuallo, & mediam manum perreptat, Lunæ & cerebri linea perhibetur, eadémque media naturalis. Quæ autem à carpo exorta, hypothenari subtenditur, Iouis & hepatis denominatur; aliis stomachi, aut tabellaris; quæ veluti basin C trianguli effingit. Has solas videtur Aristoteles agnouisse: quas etiam vitæ indices denominat c.15.lib.1. Hist. animal. vt anteà indicaui. Et quidem quò longiores, ac splendidiores, vitæ longioris: quò breuiores breuioris: adde & morbosæ, & miseræ, & valetudinariæ, si impuræ, obscuræ, interceptæ, interruptæ, concisæ, deformes. Quarta demùm, quæ ab hypothenare ad thenar tendit, Mensalis dicta Veneris est, & renum, ac genitalium partium, mensæ, & quadranguli dicti pars quædam; vera fortunæ linea mihi nuper memorata. Hanc Aristoteles cum linea vitæ velut parallelam, per totam manum rectà exporrigi viuacioribus insinuauit. Quinta deinde à carpo exorta, per volam mediam porrecta, Saturnia perhibetur, laborum & molestiarum index certissima. Hanc Vitalis sororem quidam appellant. Sexta à spatio inter minimum digitum ad annularem educta, ad medium digitum contendit, & indicem frequenter assequitur: Veneris cingulum cognominatur, nefariæ libi- D dinis præsaga, soror venereæ dici solet, inuentu rara. Septima à carpo ad auricularem extenditur, lactea via cognominata, hepaticæ soror, magnæ index felicitatis. Octaua, si qua inuenitur, ad stethos supra vitæ lineam, Marti sacra, soror vitalis habetur. Nona pariter rara adiacet lineæ cerebri, sub radicibus digitorum: epilepticos arguit. Decima inter veneream, seu mensalem, & auricularem, & ipsa quoque venerea. Quæ manum cum brachio inflectit, & carpum metacarpio coniungit, Restricta cognominatur. Porrò autem non omnes in omnibus inueniuntur lineæ: sed tamen in quibusdam plurimæ, in aliquibus paucæ, in omnibus nonnullæ. His addunt viam combustam; quæ est linea orta à vitali; & ad spatium inter medicum, indicémque delata: ignis pericula, & graues decernit ærumnas. Cui contrarius angulus Orionis, ab initio vitalis ad hypothenar extensus, aquarum pericula intentat. In his omnibus lineis principatum tenent binæ Aristoteli, ternæ aut qua- E ternæ cæteris. Septenæ nonnullis habentur naturales, vitalis, cerebralis, hepatica, genitalis, saturnia, solaris, & lactea: aliæ verò præter naturam, & raræ, & insolentes, & maleficæ, distinctæ quantitatibus, qualitatibus, situ, & circunstantiis adnatorum. E quibus, sorores sociarum vim semper augent, adiuuántque. Plana, lata, conspicua, læuia, & polita, bene colorata, iustæ magnitudinis, recta, suo naturali loco posita, & per B signata, meliora & faustiora ducuntur: contraria verò mala: pessima, quæ prauis signis, & anomalis offuscantur, vt figuris, o, & ϕ, item ϑ, & χ: ambigunt autem C. & D. Praua etiam sunt, quæ lineis multis capillaribus, fractis, diuulsis interrumpuntur; aut verrucis, similibúsque adnatis vitiantur, ac defœdantur. Ideóque morituris breui, seu moribundis, lineæ omnes mirificè pallescunt, aut etiam nigrescunt, & plumbeum colorem induunt. Contra autem, cruces, & stellæ insignes, aut alia signa illustria; bonum præsagiunt: sicuti contraria, fœda, turpiáque, damnum & infortunium. Principes lineæ si desunt, aut si dispares multum inter se

ter se sciunguntur, sinistrum omen augurantur, aut mortem repentinam. Saturnia si ad radices medij digiti pertingit, dira minatur facinora, & pœnam impendentem. Vitalis, Venerea, & Hepatica, de valetudine præsagiunt: Cerebralis de capite, & oculis; aliæ verò de partibus sibi affinibus. Porrò vtriusque manus consideratio certior; sed dextra per se, quàm læua, potentior. Manus autem sunto mundæ: & loco illustri spectantor. Neque hæ solæ, sed frons, facies, lineamenta, atque vniuersum adeò corpus: & si pernosti, huc etiam Genethliacum accerse: sic apud te statuens, his solis tam angustis chiromantiæ terminis, rem tam vagam, & incertam non posse comprehendi, & sic in animum inducens, nihil horum speciatim ac seorsim vsurparum, satis esse ad certò respondendum inquirentibus, sciscitantibúsve. Téque potiùs temeritatis accusandum, si citò, & ex tempore respondeas ex vno signo de omnibus; quàm stultitiæ culpandos eos, qui curiosi, & supini te percontantur. Omninò enim dementis hominis existimandum est, inspectâ semel manu, de vita & fortunis omnium omnibus sententiam ferre, iudicióque velut certo decernere: quod vel ij fatentur priuatim & inter amicos, qui è talibus fucis quæstum faciunt, vel gloriolam manem aucupantur. Sed reliqua, quæ fortè supersunt, breuiter percurramus, atque ad certiora, & potiora transeamus. Consideranda igitur sunt & loca, & figuræ, tum in naturalibus lineis, tum in non naturalibus; illa bonum, si bene habent, denuntiant: aliàs aliter. Lineæ digitorum respondent suis planetis: sed pessimæ in pollice, ad miserabilem vitæ finem, & mortem ominosam, aut facinora teterrima. In reliquis, si figura, & situ pulchræ, bonum omen; sin aliter, deterius aliquid significant. Quinetiam in vnguibus notulas, & maculas obseruant curiosi: quæ multæ, multos inanes metus, aut spes vanas arguunt: albæ & pulchræ, potiora: rubræ, vel atræ & fœdę, deteriora pollicentur, pro sua cuiusque sorte, & cōditione. Et quidem ad vnguium radices, futura: in extimis vnguibus, vanescentia: in medus potius præsentia. Sed & digitorū, quibus inhærent, sortem participant. Has alij ad amores & voluptates traducunt; alij ad liuores, & inuidiam: alij tribuunt pollici honores atque itinera; indici, lucrum; medio, studium laboriosum; annulari, inuentionem; auriculari, contemplationem. Vngues lucidi, ingenium clarum, & perspicax signant, alias aliter: quod in omnibus passim subaudiri volo, ex contrario contrarium insinuans. Nouæ figuræ, nouàque signa repentè oborta, nouos rerum euentus præsagiunt. Dextra & ascendentia, bonum ominantur: contraria secùs. Lineæ in pueris, de futuro prænuntiant: in senibus, præterita arguunt: idcò illæ graciles, hæ obsoletæ. Omnes lineæ tenues, futura; euanescentes, præterita significant: intercisæ, impedimenta: continuæ, vim & robur facultatis: obliquæ, intemperiem, & debilitatem denotant. Pallor, præterita & longinqua memorat. Linea cerebri bifida, claudos: vitalis iuxta carpum lata, & auricularis non attingens iuncturam supremam annularis, nothos ferè significat. Diuulsæ lineæ principes, malignæ. Cingulus Veneris Saturniam secans, pessimus index nefandæ libidinis. Martia vitali confusa, libidinis auget. Soror cerebralis, hæreditatis prænuntia. Trianguli plures in media vola constituuntur ex fortuito concursu linearum: his denominatio est à situ. Diuulsi, malos mores, infidos, lusores signant: obtusi, prodigos, tardos, atque hebetes: acuti, acutos potiùs, auaros, vafros, & præcipites: qui ad montem Iouis, & medium digitum ascendunt, cerebri, & ingenij infirmitatem arguunt. Vbi nulla soror, defectus auxilij externi significatur. Plures vno loco lineæ amplæ, & coloratæ, fortunam, & mores prosperiores augurantur: aliter, si secùs. Quæ sublimes, partium superiorum vulnera & affectus; mediæ mediarum; infimæ inferiorum partium insinuant. Sed mors persæpe significatos euentus anteuertit: vt intutum sit vel polliceri, vel negare futura. Ideò Chiromantia magis fortuita, quàm necessaria speculatur. Quæ, si vera loquimur, rota est inanis, & ambitiosa, & impostore digna.

CAP. XXX.

De Amniomantia.

FOETVS in vtero matris tribus membranis inuoluitur. Prima dicitur χορίον, seu *secundina*; secunda à farciminis forma *alatoides*; tertia à mollicie ἀμνίος. Hæ duæ posteriores aliquando cum fœtu sic erumpunt, vt facies, ac caput infantis quasi galeatum appareat, aut διάδημα, vnde filius Macrini Diadumenus dictus, cùm hac fascia natus, vt Lampridius ait, ex cuius colore fortunam infantis aniculæ ariolantur.

A

CAP. XXXI.

De Coscinomantia.

COSCINOMANTIA diuinatio per Cribrum, in qua Cribrum inter duorum adstantium medios digitos per forcipem suspenditur, deinde magico murmure sex verba barbara nihil significantia mussitantur, quibus prolatis compellitur dæmon, vt eo qui culpæ affinis est, nominato (omnes enim qui in suspitionem furti venerunt, nominatim appellandi sunt) cribrum circum agat è forcipe pendens. Theocrit. Idyl. 3. κοσκινόμαντιν vatem per Cribrum commemorat. Lucianus in Alexandro, κοσκίνῳ τῷ τοῦ λόγου μαντευόμενος, *cribro, vt vulgò dicitur, diuinans.* Erant & vetulæ cribris accinctæ, quæ irent ad pastores, & bubulcos, vt greges, & armenta morbo tabida persanarent. Philostratus lib. 6. de vita Apollon. γραῦς ἀνῃρημένας κόσκινα φοιτῶσι ἐπὶ ποιμένας, ὅτε καὶ βουκόλους ἰώμεναι τὰ νοσοῦντα τῶν θρεμμάτων τῇ μαντικῇ.

B

CAP. XXXII.

De Lampadomantia.

SI LVCERNÆ ignis deficeret, aut nubilus esset, inauspicatum habitum est. Propertius lib. 4.

C

> *Sed neque suppletis constabat flamma lucernis.*

Item.

> *Seu voluit tangi parca lucerna mero.*

Petronius, *Lucerna humore defecta tenue, & extremum.*

CAP. XXXIII.

De Diuinatione Ieduim.

RABBINI Animal quoddam *Iedua* esse volunt humana forma, cuius ossa in ore gestata diuinos efficiant, qui ideò dicuntur Iddegouim, vt Moses Samsonis filius in præceptum Negatiuum 32. scribit.

D

CAP. XXXIV.

De Parthenomantia.

ACHATEM in minutum pollinem redactum puellæ propinant, quem nisi virgo est, statim euomere cogitur. Non est absimile probationis poculum, quod à Pontifice propinatum est ex puluere templi fœminæ adulterij suspectæ apud Iosephum, quo hausto adultera media crepabat. Alius modus Virginitatis per funiculum explorandæ, apud Catullum.

E

> *Non illam nutrix orienti luce reuisens*
> *Hesterno poterit collum circumdare filo.*

CAP. XXXV.

De Dactyliomantia

DACTYLIOMANTIA diuinatio per Annulos, in quibus certa quadam astrorum positura, characteres excuduntur, aut qui magico carmine consecrati sunt, aut in quibus dæmones tenentur, cuiusmodi fuisse videtur annulus Gygis apud Platonem, & Herodotum. Lucianus in Philopseude ἐξ οὗ μοι τὸν δακτύλιον ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον,

ποιημάτων, καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, *Ex quo mihi annulum dedit è ferro, quod fuit in crucibus, & excantationem docuit è multis nominibus.* ἐγὼ δὲ ἔτι μὲν καὶ δακτύλιον τινα ἱερὸν ἔχω Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκλυπώσης τῆς σφραγῖδος, καὶ οὗτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμε, ait Planus. *Ego annulum quendam ſacrum habeo, cuius ſigillum imaginem Pythij Apollinis exprimit, & hic Apollo me alloquitur.* Iarchas Apollonio ſeptem annulos dedit *ſtellarum ſeptem nominibus inſignitos*, τῶν ἑπτὰ ἐπωνύμους ἀστέρων, quorum ſingulos ſingulis diebus geſtabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos diſtinguens, ait Philoſtrat. lib. 3. c. 13. Apollon. Clemens lib. 1. Stromat. Ἐξήκεστος ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διεδάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων, ἀπέθανεν ὅμως δολοφονηθεὶς, καίτοι προσημαίνοντος τοῦ ψόφου: *Execeſtus Phocenſium Tyrannus duos annulos excantatos dicitur geſtaſſe, qui ſtrepentes inter ſe rebus gerendis opportunum tempus ſignificabant. Mortuus tamen eſt per inſidias cæſus, cum annuli eum ſtrepitu de periculo monuiſſent.* Plin. lib. 2. c. 7. *Externis famulantur ſacris, ac digitis Deos geſtant, & monſtra quoque colunt.* Vim magicam tribuebant annulis, quibus Cynocephali, & Harpocratis imago inſculpta eſſet. Auguſt. lib. 22. c. 8. *Petronia nobilis fœmina ægrota dat magus annulum inſertum zonæ capillatæ, qui ſub carne veſtem tangeret. Pergit ad S. Stephani reliquias, exit integer annulus zona non fracta.* Annulus peruius flaminis magicus fuit, vt & Prœbra Caiæ Cæciliæ apud Feſtum.

CAP. XXXV.

De Oenomantia.

OENOMANTIA dicta, cùm ex vino, quod Diis libaretur, futura præuiderent. 4. Aeneid. Virgil.

> *Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris,*
> *Horrendum dictu! latices nigreſcere ſacros,*
> *Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.*

Ita & Xerxi Græciæ exitium paranti vina iterum & tertiò Thebis in ſanguinem mutata Pauſanias auctor eſt. Vopiſcus, in Floriano, *vinum, quo libaturus fuerat Tacitus, in templo Herculis Fundani, ſubitò purpureum factum eſt.* Seneca in Thyeſte:

> *Admotus ipſis Bacchus à labris fugit,*
> *Circaq; rictus ore decepto effluit,*
> *Libata in ignes vina mutato fluunt*
> *Cruenta Baccho.* ——

In Oedipo,

> *Libata Bacchi dona permutat cruor.*

CAP. XXXVI

De Aleuromantia, & Crithomantia.

ALEVROMANTES, & Crithomantes Hordeum, Triticum, Similaginem, ac Pollinem, vnde placentæ fierent, inſpiciebant, vt futura coniectarent. Theodor. Balſam. ad Sextam Syn. *Mulieres κριθεῖαι, aſſidentes ſanctis imaginibus in Eccleſia futura vaticinantur ex hordeo.* Clemens Alexandrinus in Protreptico, τοὺς ἀλευρομάντεις, καὶ κριθομάντεις, καὶ τυῤῥηνῶν νεκρομαντείας. commemorat; *eos qui per farinam, & hordeum vaticinarentur, & Thyrrhenorum Necromantias.* Apollo dictus eſt Ἀλευρόμαντις, διὰ τὸ καὶ ἐν ἀλεύροις μαντεύεσθαι. Theocrit. Idyl. 2.

> Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε
> Νῦν θύσω τὰ πίτυρα.

Farina primùm igni contabeſcunt, ſed aſperge farinam, nunc immolabo furfures. Cedrinus pag. 29. ἀλευρομάντεις, & κριθομάντεις commemorat, qui farinam ex tritico, hordeo, farre toſto caput victimæ aſpergebant, vt vaticinarentur.

CAP

A

CAP. XXXVII.

De Ooscopia.

OOSCOPI Oua inspiciebant in sactis, & ex iis futura præsagiebant, si quæ signa existerent. Suidas auctor est Orpheum de hoc genere diuinationis scripsisse. Ad hoc genus reuocari potest illud Liuiæ, quæ cùm prægnans an marem edituta esset, variis captaret ominibus, Ouum incubanti gallinæ subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vices eo vsque fouit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est, vt Suetonius scribit.

B

CAP. XXXVIII.

De aliis Diuinationum generibus.

MVLTA sunt alia Diuinationum genera, cuiusmodi ψηφομαντεία, quam Philostratus lib. 3. de vita Apollonij, τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικὴν vocat, *Diuinationem per calculos.* de qua lib. 2. Græcor. epigramm.

> ὅς δὲ λαβὼν ψηφῖδας, ὑπὲρ πίνακος πυκάζων
> δάκτυλα ἢ γράμμων.

Ille calculos sumens, & in tabula frequentes eos ponens, & digitos inflectens. Ῥαβδομαντεία, *per Virgam.* Γοητεία, *ad Sepulchra.* Ἀλφιτομαντεία, ἀλευρομαντεία, *per Farinam.* Ἀλεκτρυομαντεία, *per Gallum* C *gallinaceum,* Κεφαλαιονομαντεία, *Asini capite super prunas asso.* Κλειδομαντεία, *cùm Claui inscribitur nomen furis.* Τερατοσκοπία, *è Portentorum inspectione*, aut si in aëre visuntur equites, arma, & alia id genus spectra, Ἱεροσκοπία, *è Victimis & extis:* Ὀνειρομαντεία, *è Somniis.* Origenes lib. 3. in Iob eiusmodi multa commemorat, & damnat. *Non quærentes*, inquit, *maleficia, non laminas, aut incantationes damnatas. (Hæc enim omnia sunt Dæmonis artes) phylacteria alligant, in charta scribunt, aut in stanno, vel plumbo, & alligant dolenti. Alij fascinant, & fascinantur, quidam sternutamentis seruiunt, innocationibus, reuocationibus, occursibus, volucrum vocibus.* Erant item Auguria, Auspicia, Extispicia, Omina, Salissatio, Sternutatio, Tripudium Solistimum, aut Soniuium, & alia pleraque, de quibus Ioannes Salisberiensis lib. 1. Polycrat. cap. 12. Incantatores sunt, qui artem verbis exercent. Arioli, qui circa aras nefandas preces, aut exsecrata sacrificia faciunt. In quorum ceruicibus est manus Domini, dicente Propheta, *Ariolos & Magos non* D *patieris viuere.* Vaticinium est, quando cum intelligentia veri abscondita proferuntur, cùm & prophetiam non modò de futuris constet esse, sed de præsentibus, futuris, & præteritis. Si verò adhibetur sanguis, ad Necromantiam iam accedit, quæ inde dicitur, quod tota in inquisitione mortuorum versatur. Pythij sunt, quos spiritus Pythonicus replet, & frequentius in virginibus exercetur. Imaginarij sunt, qui imagines, quas faciunt, quasi in possessionem præsidentium spirituum mittunt, vt ab eis de rebus dubiis doceantur. Ælianus lib. 8. cap. 5. de Animalib. οἰωνοῖς μαντευόμενοι ἀκούω τινάς, &c. *Auspiciis quidam diuinant.* Volatus auium, & sedes attendentes, Tiresiæ, Polydamantes, Polyeidi, Theoclymeni. Multi extorum situs & naturas præclarè tenuerunt, vt Silani, Megistanæ, Aelydæ. Alij ἀλφίτοις μαντεύονται, καὶ κοσκίνοις, καὶ τυροῖς: *Alij diuinant farinis, cribris, & caseis.* Hesychius θυμομάντεις, θυοσκόπους, ψυχομάντεις, τυρομάντεις commemorat. Ἀστραγαλομαντεία in Historia nupera Indicæ Flo- E ridæ legitur, in qua Senex clypeo Regis geniculato insistens, post varios corporis contorti motus, de quæsitis respondet.

CAP. XXXIX.

De Tripudio solistimo, vel soniuio.

FESTVS *Tripudium Solistimum*, vel *Soniuium* esse ait, cùm pulli cauea liberati pultem ederent cum sonitu, vel respuerent: quo genere augurij maximè vsi sunt Romani, vt prælij euentum coniectarent. Pullarius enim pullos cauea emittebat, eisque pultem obiiciebat, quam si auidè, & cum sonitu appeteret, auspicatum fuit. Liuius lib. 9. *Auspicia secunda esse pullarius nunciat.* Lib. 4. *Ex pullario auditum est*

vitium in auspicio esse. Appius Pulcher in auguralis disciplinæ libro ait *esse Tripudium, quod aut excidit, ex eo quod illa fert, saxúmve solidum, aut arbos viuiradix ruit, quæ nec pravitio humi cadant, iaciantúrve, pellantúrve.* Valerius Maximus lib. 1. cap. 4. & 6. Liuius lib. 19. Festus in voce *Solistimum.* Seruius lib. 3. Æneid. aliò refert Tripudium Soniuium ad hæc verba,

——— *Tremere omnia visa repentè.*

Hoc augurium, inquit, *iuxta auguralem disciplinam dictum est, quod appellatur Tripudium sonubium, id est, à sono, ad quod pertinet, si arbor sponte radicibus cadat, si terra tremat.* Festus in voce *Remisso: Potest autem aut id in consilio facere, aut si quo alio volet loco publico, pultem obuciens, Solistimum facit auspicium, aut etiam si velit intra pomœrium. Sin autem, in templo consistit.* Varro lib. 5. ling. Latin. *Augur Consuli adest tum cùm exercitus imperatur, ac prait, quid eum oporteat dicere.* Lib. 3. de re rust. *Ibi Appium Claudium Augurem sedentem inuenimus in subsellis, vt Consuli, si quid vsus poposcisset, prestò esset.* Consul autem auspicabatur aut intra pomœrium, aut in templo consistens, in quibus locis semper ei auspicanti præstò erat Augur. Sueton. Tiberio: *Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum mari demersis, vt biberent, quando esse nolent, prælium nauale iniit, superatúsq́; est.* Cicero epist. ad Cæcinn. *Neque ex tripudiis solistimis, aut soniuiis tibi auguror.* Plinius de nucibus iuglandibus, quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito, quod est verisimilius, quàm quia cadendo tripudium soniuium faciant. Festus, *Sonitio significat in carmine saliari, & augurali, sonanti. Soniuium Tripudium,* vt ait Pulcher, *quod sonet, cùm pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore.* Cicero lib. de natur. Deor. *Luc. Iunius, P. Claudij collega tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruisset.* Valerius lib. 1. *Mancino Consuli in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt, cùm sacrificium facere vellet, pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt.* Salisberiensis pullos columbarum adhiberi solitos ait. Meliùs Plinius, gallos gallinaceos, lib. 10. cap. 2. *Horum,* inquit, *sunt tripudia solistima. Hi magistratus nostros quotidie regunt, domósque ipsis suas claudunt, aut referant. Hi fasces Romanos impellunt, aut retinent, iubent acies, aut retinent, victoriarum omnium toto orbe patratarum auspices.* Festus, *Puls potissimùm dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod Tripudium faceret, id est, terra pauium: pauire enim ferire est,* &c. Cicero lib. 2. Diuinat. *Q. Fabi, volo te mihi in auspicio esse. Volo, respondet. Andiui hæc. Ille autem, qui ad auspicium adhibetur, cùm ita imperauit is, qui auspicatur, dicit, Silentium esse videtur, nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, Silentium esse, illa dicito, si pascuntur aues. Pascuntur. Quæ aut vbi attulit, inquit, pullos is, qui ex eo ipso nominatur Pullarius. Sed quia cùm pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, decretum collegij habemus, omnem auem Tripudium facere posse. Si in offam pultis inuadit, & si aliquid ex ore cadit, hoc tu auspicium. Nunc imperant pullario, vt de cælo seruet, ille renunciat.* Lib. 1. Diuinat. *Nam nostri quidem magistratus auspiciis vtuntur coactis. Necesse est enim, offa obiecta, cadere frustum ex pulli ore, cùm pascitur. Quod autem scriptum habetis, aut Tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit: hoc quoque, quod dixi, coactum Tripudium solistimum dicitis.* Valerius Maximus lib. 7. *Papirius Cursor, cùm pullarius non prosperantibus auibus ementitus, optimum ei auspicium renunciasset.* Pullarium adhibitum ad auspicia indicat Cicero epist. 12. lib. 10. ad Familiares. Liuius lib. 8. lib. 10. *Tertia vigilia noctis Papirius silentio facto surgit, & pullarium in auspicium mittit.* Minutius in Octauio, pullorum Tripudium solistimum commemorat. Silius lib. 1.

Tunc ales priscum populis de more Latinis
Auspicium cùm bella parant, mentésque Deorum
Explorant super euentu, ceu præscia luctu
Damnauit vesci, planctúque alimenta refugit.

Cicero in epist. ad Familiar. *Solistimum dicebant ab imo solo, quod offa ex ore cadens feriebat.* Vide Valerium Maximum lib. 5. cap. 4. Liuium lib. 6. Plutarchum in Tiberio Graccho, Suetonium in Tiberio, cap. 2. Pulli adhibebantur Galli gallinacei, Sueton. in Galba, cap. 18. *Obseruatum est auspicanti pullos euolasse.* Plutarch. in Gracch. ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ τὰς ὄρνιθας αἷς διαμαντεύονται κομίζων, καὶ προέβαλε τροφὴν αὐταῖς· αἱ δ' οὐ προῆλθον εἰ μὴ μία μόνη διασείσαντος εὖ μάλα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀγγεῖον· οὐδ' αὕτη δὲ τῆς τροφῆς ἔθιγεν, ἀλλ' ἐπάρασα τὴν ἀριστερὰν πτέρυγα, καὶ παρατείνασα τὸ σκέλος πάλιν εἰς τὸ ἀγγεῖον κατέφυγε: *Vt diluxit, adfuit cum pullis pullarius, & eis escam obiecit. Illæ præter vnam solam non prodiere, quamuis homo caueam sedulò concussisset. Neque ipsa cibum attigit, sed sublata altera ala, & extenso crure, rursus in caueam confugit.* Silius lib. 5.

——— *Tum signa sequentur,*
Nulla vulsa manu, vesciq́; interritus ales

Gaude

A *Gaudebit.*

Interritum alitem Gallinaceum vocat. Salisberiensis lib. 1. cap. 13. *In expeditionem missus Consul Romanorum, dum nullius boni ominis sortiretur auspicium, columbas ieiunio confectas granis sparsis triticeis in via, qua iturus erat, praeferri iussit.*

CAP. XL.

De Alectryomantia, seu Alectoromantia.

DIVINATIONIS per Gallinaceum meminit Zonaras in Valente, *ἐν κόνει τέσσαρα εἴκοσι γράμματα γράφονται, καὶ τούτων ἑκάστῳ σίτου κόκκος ἐπιτίθεται, εἶτα ἀλέκτωρ ἀφίεται.* B *In puluere vigintiquatuor literæ scribuntur, & singulis apponitur granum tritici, deinde Gallinaceus in medio statuitur.* *ἐπαδομένων ἐπὶ τούτοις τινῶν ἐπῳδῶν, καὶ καταςκοπεῖται ἐκ τίνων στοιχείων λαμβάνει κόκκους, καὶ ταῦτα συντιθέμενα δήλωσιν ποιεῖσθαι τοῦ ζητουμένου δοξάζεται.* Hoc factum esse ait à Libanio Sophista, & Iamblicho. *εἶδον λαβόντα τὸν ἀλέκτορα τὸν ἐν τῷ θ κόκκον, τὸν ἐν τῷ ε, τὸν ἐν τῷ ο, καὶ τὸν ἐν τῷ δ*: *Cùm carmina quædam præcantata fuerint, obseruant, ex quibus elementis grana gallus capiat, quæ coniuncta putantur, id, quod quæritur, indicare. Viderunt gallum sumentem granum ex litera th, & literis e, o, d,* vt scribit Zonaras. Legendus Iamblichus lib. 3. cap. 13. & 14. Quem aiunt sibi venenum propinasse metu Valentis Augusti, cùm Gallinaceus granis tritici lectis successorem Imperij quatuor literis, Theod annotasset. Zozomenus lib. 6. Eccles. Histor. galli gallinacei non meminit: verba eius sic habent, *τρίποδα ξύλινον ἐκ δάφνης κατασκευάσαντες, καὶ ἐπικλήσεσι, καὶ λόγοις οἷς εἰώθεσαν, ἐτέλεσαν· ὥστε συλλογῇ γραμμάτων καθ' ἕκαστον* C *στοιχεῖον ὑπὸ μηχανῆς τοῦ τρίποδος, καὶ τῆς μαντείας σημαινομένων ἀναφανῆναι τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως· νεχλεῦσι δὲ αὐτοῖς εἰς Θεόδωρον, μέχρι τοῦ δέλτα ἐπὶ τῆς τούτου προσηγορίας· ἐλθοῦσα τῶν στοιχείων ἡ σύνταξις ἠπάτησε τοὺς φιλοσόφους*: *Tripodem è lauro adornarunt, & inuocationibus, & verbis, quibus solebant vti, effecerunt, vt collectis literis, quæ secundùm singula elementa, artificio tripodis, & diuinationis notata extiterant, appareret nomen Imperatoris futuri. Cùm autem omnes in Theodorum inhiarent, elementorum compositio, quæ in eius nomine vsque ad literam d peruenerat, decepit Philosophos.* Socrates lib. 4. cap. ιθ. *ἀνέπεισε γάρ τινας περιεργαζομένους τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν νεκυομαντείαν ποιήσασθαι· οἷς τισι μαγικῇ τινι μαγγανείᾳ χρωμένοις ἀνεῖλεν ὁ δαίμων οὐ φανερά, ἀλλὰ συνήθως λοξὰ δείξας τέσσαρα γράμματα, θ, καὶ ε, καὶ ο, καὶ δ, εἰπὼν ἐκ τούτων ἄρχεσθαι τοὔνομα τοῦ μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσαντος*: *Dæmon persuasit quibusdam curiosis Magis, inquirere per magicas artes, quis post Valentem rerum potiturus esset. Quibus magica arte vsis respondit Dæmon non aperta, sed ex* D *more ambigua, ostendens quatuor literas, θ, ε, ο, δ, dicens nomen eius, qui Imperator futurus erat, ab his literis incipere.* Zozimus eadem de re, *πυνθανόμενοι δὲ τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν ἔστησαν τρίποδα τὸ μέλλον αὐτοῖς διά τινος σημαίνοντα τελετῆς· φανῆναι δὲ ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα θῆτα, καὶ ε, καὶ ο, καὶ ἐπὶ τούτοις δ*: *Inquirentes autem, quis post Valentem imperaturus esset, tripodem statuerunt, qui ritu quodam arcano significaret iis quod futurum erat: in hoc tripode scriptas literas th, e, o, & præter has d,* quæ ferè vocem exprimentes indicarent Theodorum in Imperio Valenti successurum. Socrates hanc de Valente diuinationem factam esse vult per Necyomantiam, Zonaras per Alectryomantiam; Socrates, & Ammianus per cortinam, & tripodem. Cedrinus *ἀλεκτρυομαντείαν* vocat. *γράψαντες τὰ κδ' γράμματα ἐπὶ κόνεως, καὶ ἐπιθέντες καθ' ἕκαστον γράμμα κόκκον σίτου ἀπέλυσαν ἀλέκτορα ἐπὶ τὰ γράμματα, καὶ ἔλαβεν ὁ ἀλέκτωρ τὸν ἐν τῷ θῆτα κόκκον, ἔπειτα τὸν ἐν τῷ ε, καὶ ο, καὶ τὸν ἐν τῷ δ, καὶ ἐγένετο ἡ τούτων μαντεία ἀμφίβολος.* Ammianus E Marcellinus lib. 29. & alij plerique nullam galli Gallinacei mentionem faciunt. Solus Zonaras, & alij recentiores Gallum commemorant.

IVLII CÆS. BVLENGERI

DOCTORIS THEOLOGI,

DE DIVINATIONE SIBYLLARVM.

LIBER IV.

CAPVT PRIMVM.

De Diuinatione Sibyllarum.

DE Sibyllis scripsit Onuphrius Panuïnus diligenter vt omnia, quem si lubet adito. De iisdem Lactantius lib. 1. cap. 6. Marcus Varro, quo nemo vnquam doctior, ne apud Græcos quidem, ne dum apud Latinos vixit, in libris rerum Diuinarum, quos ad Cæsarem Pontificem Maxim. scripsit, cùm de Decemuiris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse vnius Sibyllæ, sed appellari vno nomine *Sibyllinos*, quòd omnes fœminæ vates Sibyllæ sunt à veteribus nuncupatæ; vel ab vnius Delphidis Sibyllæ nomine, vel à consiliis Deorum enuntiandis. Σιοὺς enim Deos, non θεοὺς, & consilium, non βουλὴν, sed βόλλαν appellabant, Æolico sermonis genere. Itaque Sibyllam dictam esse, quasi θεοβόλλαν. Cæterum Sibyllas decem numero fuisse, &c. Primam de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secundam Libyssam, cuius meminit Euripides in Lamiæ Prologo. Tertiam Delphicam, de qua Crysippus loquitur in eo libro, quem de Diuinatione composuit. Quartam Cumæam in Italia, quam Næuius in libris belli Punici, Piso in Annalib. nominat. Quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat fuisse suam ciuem, eamque Graiis petentibus Ilium vaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Sextam Samiam, de qua scribit Eratosthenes. Septimam Cumanam, nomine Amalthæam, quæ ab aliis Demophile, vel Erophile nominatur; eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum (Dionysius, & Liuius Tarquinium Superbum fuisse aiunt.) Octauam Hellespontiam in agro Troiano natam, vico Marpesso circa oppidum Gergithium (Suidas Marmissam pagum vocat) quam scribit Heraclides Ponticus, Solonis, & Cyri temporibus fuisse. Nonam Phrygiam, quæ vaticinata sit Ancyræ. Decimam Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur vt Dea, iuxta ripas Anienis, cuius in gurgite simulacrum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum, cuius sacra Senatus in Capitolium transtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina, & feruntur, & habentur, præterquàm Cumææ (legendum Cumanæ. Cumæam enim quarto loco posuit, quæ ab aliis dicitur Cimmeria:) cuius libri à Romanis occuluntur, nec eos ab vllo nisi à Quindecimuiris inspici fas habent. Et sunt singularum singuli libri, qui quia Sibyllæ nomine inscribuntur, vnius esse creduntur. Súntque confusi, nec discerni, ac suus cuique assignari potest, nisi Erythrææ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit. Lege eundem libro de Ira cap. 22. Sanctus Ambrosius, in epist. 1. ad Corinth. cap. 11. scribit spiritum mundi, seu Pythonem per Sibyllam loquutum. Sanctus Hieronymus in Chronico Sibyllam Erythræam sub Romulo ponit. Samiam, quæ Herophila, sub Numa Pompilio, & sub Tullo Hostilio, vt & Augustin. lib. 18. de Ciuit. cap. 24. cap. 23. quosdam ait scribere, Erythræam fuisse tempore belli Troiani. Virgilius Cumanam Sibyllam Deiphoben Glauci filiam esse ait, cuius libri in templo Apollinis seruabantur cum libris Marciorum, & Bagoes Nymphæ, quæ artem scripserat fulguritarum apud Thuscos. Sciendum primum, duos

A librorum fuisse custodes, inde decem, inde quindecim vsque ad Syllana tempora. Posteà creuit numerus. Nam & sexaginta fuerunt, sed remansit in his Quindecimvirorum vocabulum. Erophile prima mulierum oracula cecinit, vt vult Pausanias, πρώτη γυναικῶν χρησμοὺς ᾖσε. Martian. Capella lib. 2. duas tantum Sibyllas fuisse putat, Erythræam, quæ & Cumæa est, vel Phrygia, Symmachia nomine, Hypotensis filia, quæ Erythra progenita Cumis vaticinata est. Altera fuit Erophila Marmensi filia. Alij Marmessi filiam fuisse aiunt; alij Marmesso vico natam. Suidas Marmissum pagum esse ait. Iustinus in Parænetico sub finem, ταύτην δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι Βηρώσσου τοῦ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὖσαν εἰς τὰ μέρη τῆς Καμπανίας, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως διαβᾶσαν, ἐκεῖ τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν ἐν τῇ Κυμῇ οὕτω καλουμένῃ πόλει, ἓξ σημείοις διεστώσῃ Βαιῶν, &c. *Vobis facilè est rectum Dei cultum in parte discere ex Sibylla, quæ Deo afflata vos ea docet, quæ prophetica doctrinæ proxima sunt. Hanc dicunt Ba-*
B *bylone profectam, filiam Berossi, qui Chaldaicam Historiam scripsit, cùm in Campaniam fortè venisset, ibi oracula fudisse Cumis vrbe, quæ sexto lapide à Baiis abest, vbi sunt aquæ calidæ Campaniæ.* Ipsa non vt Poëtæ, cùm poëmata scripsisset, potuit ea corrigere, & perpolire ad exactam versuum rationem; sed quandiu duraret afflatus, vaticinabatur; quo cessante, memoria eorum, quæ dixerat, cessabat. Vide pag. 30. & 31. libri Græci. Σίβυλλα Δελφὶς ἦν, καὶ Ἄρτεμιν προσηγόρευσαν· γέγονε δὲ αὕτη πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, ait Suidas: *Sibylla Delphica erat, quam Dianam dixerunt, siue Artemin. Vixit ante Troiana tempora.* Scripsit oracula carmine. Pater Sibyllæ Chaldææ fuit Berossus: mater Erymanthe. Sibylla Apollinis, & Lameæ, Λαμίας, filia, vel vt aliis placet, Aristocratis, & Hydoles; vel vt alij volunt, Crinagoræ, vt Hermippus sentit, Theodori filia: Erythrea dicta est, quòd nata sit Battis, qui locus est Erythris. Nunc in eo loco vrbs est dicta Erythræ. Quidam Siculam; alij Sardanem, seu Sardic n; nonnulli Gergethiam; non
C pauci Rhodiam; plures Libyssam; multi Lucanicam; quidam Samiam esse aiunt. Vixit tēpore Troiani excidij, μετὰ υπγ ἔτη, post quadringentos octuaginta tres annos, scripsit περὶ παλμῶν, de Salissationibus, carmina, oracula. Dicitur prima *triangularem*, τρίγωνον λύρας εἶδος, *lyræ speciem reperisse.* Sibylla Ἔλισσα ἔγραψε μαντείας, καὶ χρησμοὺς δι᾽ ἐπῶν, *Elissa*, seu Delphica *scripsit carmine vaticinia, & oracula.* Cedrinus Sibyllam Cumanam sub Amasia fuisse ait. Theophilus vixit sub M. Antonino Philosopho. Is libro. 2. ad Autolycum de Sibylla scribit in hæc verba, *At hæc quidem Sibylla significauit, mundo iram futuram denuntians, dicensq́ue: Sed quando magni Dei perficientur minæ, quas comminatus est mortalibus; quando in Assyria turrim fabricarunt, omnes eadem lingua loquebantur, & in cælum stelligerum ascendere nitebantur. At Deus immortalis magnam ventis necessitatem iniecit, quorum turbinibus turris ad terram prostrata, & inter homines orta seditio, cùm eorum linguæ in plures dialectos diuisa essent.* Sibylla Colophonia dicta Lampusa,
D vt vult Suidas, neptis & ἀπόγονος Chalcantis carmine vaticinia scripsit. Sibylla Thessalica dicta Manto filia Tiresiæ. Sibylla dicta Sarbis, vel vt aliis placet, Cassandra, siue Taraxandra scripsit oracula. Cumæa, & Thesprotis item scripsere vaticinia. Caldæa quibusdam videtur fuisse Hebræa; aliis Persica, Sambethe nomine, quæ multa de Christo, & eius aduentu prædixerit, cum qua concinunt & aliæ, nisi quod huius sunt vigintiquatuor libri, quibus de omni gente, & regione agitur. Cur versus Sibyllæ sint imperfecti, causam affert Iustinus in parænetico sub finem, & Suidas, qui quartam Sibyllam Italicam fuisse ait, in Cimmeria Italiæ natam. Septimam Cumanam, quæ Amalthæa, & Hierophile dicatur, cùm alij Erophilem vocent. Octauam Helespontiam, natam in pago Marmisso, τεχθεῖσαν ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ, circa oppidulum Gergithium in confinio Troadis ætate Solonis, & Cyri. Decimam Tiburtinam Albuneam cognomento, quæ ἐννέα βίβλια χρησμῶν ἰδίων προσεκό-
E μισε Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ, vt vult Suidas, alij Cumanæ id tribuunt. De Sibyllarum numero non constat. Martianus Capella duas tantùm ponit lib. 2. Ausonius in Grypho tres. Aelianus lib. 12. variæ, quatuor, Erythræam, Samiam, Aegyptiam, Sardianam. Alij decem. Libros quos ad Tarquinium attulerit, Plinius & Solinus tres tantùm fuisse aiunt. Dionysius Halicarnasseus lib. 4. nouem, vt & Suidas, qui duos tantùm libros à Sibylla exustos ait: Sed vel ἕξ, id est *sex*, legendum, non β: vel libri tres tantùm allati sunt, quorum duo fuerint exusti. Deiphobes Cumanæ sacellum Solinus prope Aornum, seu Auernum sinum esse ait, & sepulcrum in Sicilia, in oppido cui nomen est Lilybæum, quæ sæcula per metalla diuiserit, difinieritque, quis quo sæculo imperaret; & Solem vltimum, id est decimum esse voluerit; moxq́ue omnibus finitis omnia renouatum iri. Eam nonnulli Taraxandram vocant; quidam Alianam, aliqui Lithtam. Verba Dionysij lib. 4. sic habent, γυνή τις ἀφίκετο πρὸς τὸν τύραννον οὐκ ἐπιχωρία βίβλους ἐννέα μεστὰς Σιβυλλείων χρησμῶν ἀπεμπολῆσαι θέλουσα,

ea, Mulier quadam alienigena venit ad Tarquinium ſuperbum nouem libros vaticiniorum vendere volens. Recuſante Tarquinio pretiũ, quod illa rogabat impendere, abiens tres libros combuſſit. Non ita multò pòſt reliquos libros afferens idem pretium popoſcit. Cùm autẽ deſipere videretur, irrideretúrque, quod paucioribus libris idẽ pretium poneret, quod pluribus negatum erat, abiit; & tres alios libros cremauit. Deinde cùm rediiſſet, tréſque tantùm libros, qui ſupererant, attuliſſet, idem pretium ſibi numerari voluit. Quod admiratus Taquinius augures vocauit, qui ex ſignis quibuſdam cognouerunt, eos libros futuros in fructum Reip. & alios igne periiſſe infortunio numerarunt. Tarquinius τῶν ἀστῶν ἄνδρας ἐπιφανεῖς δύο προχειρισάμενος, καὶ δημοσίους αὐτοῖς δύο θεράποντας προσζεύξας ἐκείνοις ἀπέδωκε τὴν τῶν βιβλίων φυλακήν, &c. Gellius nouem libros fuiſſe & ipſe teſtatur lib. 1. c. 19. *Anus hoſpita, atq; incognita ad Tarquinium Superbum adiit, nouem libros ferens, quos eſſe dicebat diuina oracula. &c. libri tres in ſacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculum Quindecimuiri adeunt, cùm dij immortales publicè conſulendi ſunt. A Tarquinio duo tantùm viri illuſtres eorum cuſtodiæ impoſiti, quibus additi duo famuli publici*, ait Dionyſius. Cedrinus pag. 92. Sibyllam Samonæam ſub Ioſia fuiſſe ait pag. 117. Samiam tempore Danielis vixiſſe. Lactant. lib. 1. c. 6. ſcribit Sibyllam Erythræam ortam eſſe Babyloniæ, quæ celebrior ac nobilior inter cæteras habeatur. Siquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor de Quindecimuiris dicens ait, *Reſtituto Capitolio retuliſſe ad ſenatum C. Curionem Cos. ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita Romam deportarent. Itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui deſcriptos à priuatis verſus circa mille Romam deportarunt.* Idem lib. de ira Dei c. 23. *Cumææ quidem volumina, quibus Romanorum facta conſcripta ſunt, in arcanis habentur. Cæterarum tamen ferè omnium libelli, quominus in vſu ſint, omnibus non vetantur.* Iuſtinus Parænet. ἔφασκον ὅτι οἱ ἐκλαμβάνοντες τοὺς χρησμοὺς τηνικαῦτα ἐκτὸς παιδεύσεως ὄντες πολλαχοῦ τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον, καὶ ταύτην ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς τῶν ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν χρησμῳδοῦ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς κατοχῆς, καὶ τῆς ἐπιπνοίας μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων, τῶν δὲ ὑπογραφέων διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότων: *Dicebant autem mihi indigenæ, quòd ij qui tunc excipiebant vaticinia Sibyllæ Cumanæ, imperiti erant; ideò ſæpe metri rationem non ſeruabant; idque cauſæ eſſe, quòd aliqui verſus pedibus ſuis exciderint, cùm vates ipſa Dei afflatu ceſſante, eorum, quæ dixerat, non recordaretur: exceptores autem & ſcribæ propter inſcitiam metri accurationem non haberent.* Suidas ad hanc rationem, & aliam addit, εἴτε καὶ οἰκονομίαν Θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ὡς μὴ γινώσκοιντο ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἀναξίων οἱ χρησμοὶ αὐτῆς, *ſiue per Dei diſpenſationem id factum eſt, ne vaticinia eius ab indignis cognoſcerentur.* Aut quia ſæpe exſcripta ſunt ab imperitis, qui ea, quæ non intelligerent, perturbarunt, aut etiam ſummutarunt: Iuſtinus tamen indignatur vetitam à Cæſaribus vaticiniorum Sibyllæ lectionem, quibus verus & vnus Deus denuntietur. Sic enim ille Apologia 2. κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, &c. id eſt *Opera malorum dæmonum mortis ſuplicium conſtitutum eſt in eos, qui legerent Hyſtaſpis, aut Sibyllæ, aut Prophetarum libros, vt per metum auerterent homines ab illis, quominus ea ſcripta legentes rerum bonarum notitiam perciperent, ſed in ſeruitute eorum retinerentur; quod ad vltimum perficere non potuerunt.* ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ὡς ὁρᾶτε εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι: *Sine metu enim huiuſmodi ſcripta legimus, & vobis ad inſpiciendum, quæ in eis traduntur, vt videtis, offerimus, grata, acceptaq; omnibus fore ſcientes* Euſebius lib. 4. de vita Conſtant. αὕτη τοίνυν θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστή, δι' ἐπῶν περὶ τοῦ Θεοῦ τὰ μέλλοντα προεθέσπισε σαφῶς τῇ προτάξει τῶν πρώτων γραμμάτων, ἥτις ἀκροστιχὶς λέγεται, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν, τῆς τοῦ Ἰησοῦ καταλύσεως· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη, Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός: *Ipſa igitur Sibylla, diuino afflatu plena carmine futura clarè de Chriſti prænuntiauit aduentu, primas literas in principio verſuum contexens quæ acroſtichis dicitur, & ita concipitur,* IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR PER CRVCEM. De eius antro Ariſtoteles lib. de Mirabilib. audition. Ἐν τῇ περὶ Ἰταλίαν δείκνυταί τις ὡς ἔοικε θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, &c. Agathias lib. 1. ἐν τῷ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τοῦ λόφου τετραμμένῳ ἀγκῶνι ἄντρον τι ὕπεστιν ἀμφηρεφές τε καὶ γλαφυρώτατον ὡς ἄδυτα τὸ ἔχειν αὐτόματα, καὶ κύτος εὐρύ, καὶ βαραθρῶδες· ἐνταῦθα δὲ πάλαι φασὶ τὴν Σίβυλλαν τὴν πάνυ τὴν Ἰταλὴν ἐνδιαιτωμένην φοιβόληπτόν τε εἶναι, καὶ ἔνθεον, καὶ προαγορεύειν τὰ ἐσόμενα τοῖς πυνθανομένοις: *In Italia reperitur cubiculum ſubterraneum Sibyllæ fatidicæ*, ait Ariſtoteles. Sed clarius Agathias, *in ſinu collis obuerſo ad ortum ſolis ſubeſt antrum vndiq; clauſum, & cauum; vbi adyta ſunt natura ſponte facta, & profundum amplum & altè dehiſcens. Illic olim aiunt Sibyllam illam celeberrimam Italicam egiſſe, quæ fanatica Phœbo patiebatur, & futura interrogantibus prædicebat.* Prima Sibylla Chaldæa fuit Sambethe nomine, de qua Antimachus lib. de oracul. Sibyll. Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις· ὅθεν ἑνὶ ὀνόματι αἱ θήλειαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία, ἤγουν Περσὶς

ἡ κυ

A ἡ κυρίως ὀνομασθεῖσα καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένη προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. Suidas Hebræam fuisse ait, quem adito in voce Σίβυλλα: *quam vocem quidam latinam esse volunt, quæ fatidicam significet fœminam. Prima fuit Chaldæa, seu Persis Sambethe ex genere beatissimi Noë, quæ res gestas Alexandri prædixit, cuius meminit Nicanor, qui vitam Alexandri scripsit.* Vide Suidam. Sanctus Maximus Sibyllas octo numerat. πρώτη ἡ Χαλδαία, καὶ ἡ Περσίς: *Prima Chaldæa, & Persis, quæ à quibusdam Hebræa nominatur; Sambethe dicta, ex genere Noë, quæ de Alexandro Macedone vaticinata est, cuius meminit Nicanor, qui scripsit de vita Alexandri, quæque multa de Deo pronuntiauit, cuius sunt vigintiquatuor libri, quibus de omni gente & regione agitur. Quòd autem versus eius imperfecti, & sine numeris reperiuntur, in causa sunt notarij.* ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη Σαμβήθη λέγεται, γένος ἐκ τοῦ Νῶε, ἡ περὶ τὰ κατ' Ἀλέξανδρον Μακεδόνα προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ
B ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας, ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ μυρία θεσπίσασα· ταύτης δ' εἰσὶ βιβλία εἴκοσι τέσσαρα περὶ παντὸς ἔθνους, καὶ χώρας περιέχοντα· ὅτι δ' οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται, καὶ ἄμετροι, αἰτία τῶν ταχυγράφων: *Altera est Libyca. Tertia Delphica ante Troica tempora, quæ oracula scripsit versibus ætate Iudicum, sub Debora. Quarta Italica, quæ in Cimmeria Italiæ. Quinta Erythræa, quæ vaticinata est, Græcis Ilium euntibus. Sexta Samia, cuius nomen Phyto sub Iudicibus Iudæorum, de qua scripsit Eratosthenes. Septima Cumæa Amalthea, quæ & Erophile, prope Cumas antrum maximè concauum incoluit. Octaua Gergitia. Gergitus autem vrbs ad Hellespontum.* δευτέρα Λιβυκή, τρίτη Δελφίς, πρὸ τῶν Τρωικῶν ἔγραψε χρησμοὺς δι' ἐπῶν ἐν τοῖς χρόνοις τῶν Κριτῶν ἐπὶ Δεββώρας· τετάρτη Ἰταλικὴ ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας· πέμπτη Ἐρυθραία ἡ θεσπίσασα τοῖς Ἕλλησι πρὸς τὸ Ἴλιον πορευομένοις. Ἕκτη Σαμία, ἧς ὄνομα Φυτώ, ἐπὶ Κριτῶν Ἰουδαίας ἦν, περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. Ἑβδόμη Κυμαία Ἀμάλθεια, ἡ Ἐροφίλη πλησίον Κύμας
C ἄντρον γλαφυρώτατον. Ὀγδόη Γεργιθία, Γέργιθος ἡ πόλις περὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Sanctus Augustinus, aliique, decem numerant. Prima Persica fuit; secunda Libyssa, cuius meminit Euripides in Lamiæ Prologo; tertia Delphica; quarta Cumæa; quinta Erythræa, quæ vaticinata Graiis Ilium petentibus; sexta Samia; septima Cumana Amalthea, seu Erophile, quam alij Demophilem, sub Tarquinio Prisco; octaua Hellespõtiaca, in agro Troiano Marpesso ætate Salomonis; nona Phrygia, quæ Ancyræ vaticinata; decima Tiburtina Alburnea, quæ Tiburi colitur vt Dea, iuxta ripas Anienis. Sibyllini respõsi meminit Spartian. in Hadriano, *Sors excidit, quam alij ex Sibyllinis versibus ei prouenisse dixerunt,* μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει ἀργυρόκρανος ἀνήρ, τῷ δ' ἔσται ὄνομα πόντου: *Post ipsum alius regnabit vir argentato capite, & cano: ipsi autem erit nomen maris Hadriæ.* Isidor. lib. 8. origin. Delphicam scribit fuisse ante bellum Troianum: quartam Cimmeriam Italicam vocat; quintam Erythræam Erophilem Babylone ortam; sextam Samiam Sami natam. Strabo lib. 14. Sibyllam Erythræam sub Alexandro Magno vixisse ait.
D *Alia Athenais Erythræa, in Erythra prope Idam, vbi habitabat, Sibylla indigena Nympha fatidica,* ἐν Ἐρυθραῖς σχεδὸν (non σχεδίως) τῆς Ἴδης, ἔνθα ᾤκει Σίβυλλα ἐπιχωρία νύμφη χρησμῳδός. Seruius ad hæc verba lib. 6. Aeneid.

Olli sic breuiter fata est longæua Sacerdos.

Sibyllam Apollo pio amore dilexit, & ei obtulit poscendi quod vellet, arbitriũ. Illa hausit arenam manibus, & tam longã vitã poposcit. Cui Apollo respõdit, id posse fieri, si Erythreã, in qua habitabat, insulã relinqueret, & nunquã eam videret. Profecta igitur, Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus vitã in sola voce retinuit. Quod cùm ciues eius cognouissent, siue inuidia, siue miseratione cõmoti, ei epistolã miserunt creta antiquo more signatam. Qua visa, quia erat de eius insula in mortẽ soluta est. vnde nonnulli hanc esse dicunt, quæ Romana fata conscripsit, quod incenso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri vnde hæc fuerat. Le-
E gendus Dionys. Halicarnasseus l. 4. Euseb. lib. vlt. de vita Constantini. *Erythræa Sibylla dicens se fuisse sexta ætate post diluuium, antistitam Apollinis, diadema ferens vt Apollo, quem colebat, & tripodem, circa serpentes versabatur, stoliditate parentum, qui eam addixerant tali cultui.* Ἐρυθραία Σίβυλλα φάσκουσα εἶναι ἕκτη γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμόν, γενέσθαι ἱέρειαν τοῦ Ἀπόλλωνος, διάδημα ἐπίσης τῷ θρησκευομένῳ ὑπ' αὐτῆς Θεῷ φοροῦσα, καὶ τὸν τρίποδα περὶ ὃν ὄφεις εἱλοῦντο περιέπουσα, ἠλιθιότητι τῶν γονέων ἐπιδεδωκότων αὐτὴν τοιαύτῃ λατρείᾳ. Suidas, *Brutidas* esse ait *mulieres, similes Sibyllæ, & vaticinatrices. Erophila, quæ & Sibylla Erythræa Theodori filia.* Βρέτιδες γυναῖκες οἱονεὶ Σίβυλλαι, καὶ προφήτιδες. Ἡροφίλα, ἡ καὶ Σίβυλλα Ἐρυθραία, ἡ Θεοδώρου θυγάτηρ. Lycophron Cumanæ Sibyllæ meminit,

> Ζωστηρίου τε κλιτύν, ἔνθα παρθένου
> Στυγνὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
> Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

Vallem Zosterij, vbi Sibyllæ virginis triste est domicilium inclusum. Clemens Alexand. lib. 1. stromat. καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα. Φρυγίαν τε οὕτω καλεῖσθαι Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην παραγενομένην εἰς Δελφοὺς

Δίλφις ἄξαι: *Sibyllam Orpheo antiquiorem Phrygiam existentem vocari Dianam, & hanc cùm Delphos aduentasset, cecinisse, ô Delphi famuli longè iaculantis Apollinis, veni ego consultura mentem Iouis ægidem tenentis, fratri irata Apollini,* A

Ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος·
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Musæus & Orpheus *vigintiseptem annis iuniores, & recentiores Phemonoë fuerunt, Italica Sibylla, quæ Romæ Carmelum incoluit, cuius filius Euander.* Melius dixisset, *Italica Sibylla Carmentis, quæ ante Romam conditam palatium incoluit*, μετὰ Φημονόην ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι ἑπτὰ οἱ περὶ Ὀρφέα, καὶ Μουσαῖον, Ἰταλὴ (Ἰταλική) Σίβυλλα ἡ ἐν Ῥώμῃ Κάρμελον ᾤκησεν, ἧς υἱὸς Εὔανδρος. Zozimo in vita Constantini lib. 2. *Sibylla Epirotica Faello dicta.* Lego Faenno. Tzetzes Chiliade 9. cap. 288. Φαεννὼ ἠπειρῶτις. De Sibyllæ carminibus Cic. lib. 2. Diuinat. *Qui Sibyllæ carmina scripsit, perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum videretur, & hominum, & temporum definitione sublata. Adhibuit enim latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur.* Item, *Ea quæ dicitur ἀκροστιχὶς, cùm deinceps ex primis versuum literis aliquid connectitur, vt in quibusdam Ennianis* (deleo Ennianis:) *Quintus Ennius fecit. In Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiæ primis literis illius sententiæ carmen prætexitur. Iniussu Senatus ne legantur quidem libri,* (Sibyllini) *valeantq́ ad deponendas potius, quàm ad suscipiendas religiones.* Seruius ad hæc Virgilij, B

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Cumana Sibylla sæcula per metalla diuisit, dixitq́, quis quo sæculo imperaret, & solem vltimum, id est, decimum voluit.

Tuus iam regnat Apollo.

Dixit finitis sæculis eadem renouari. Delphis ad senaculum ostendebatur lapis, cui insedit prima Sibylla. Clemens lib. 1. stromat. ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸ βουλευτήριον δείκνυσθαι πέτραν ἐφ' ᾗ λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν. Legendus Plato in Phædro. Ea in foliis palmæ carmina inscribebat. Virgil. C

—— Foliis ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Varro apud Seruium, in foliis palmæ interdum notis, interdum scribebant sermonibus, ἐθεασάμεθα δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἐγνωμεν, ἐν μέσῳ δὲ τῆς βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμενὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένας λίθου, καὶ ἐν μέσῳ δὲ εἶναι καθεζομένην ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος, καὶ θρόνου ὅπου τὴν χρησμοὺς ἐξαγορεύειν: *Vidimus,* ait Iustinus in Parænetico, *cùm in ea vrbe essemus locum, vbi basilica maxima, seu porticus ex vno sculpta lapide, in cuius medio tres cisternæ ex eodē lapide rasæ; in media domo Sibyllam in edito suggestu sedentem oracula canere aiebant.* De eadem Aristotel. in mirabilibus auditionibus; Cumis σπήλαιόν τι κατάγειον Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασι, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπὸ τινῶν δὲ Κυμαίαν, ἢ Μελαγκραίναν καλουμένην: *Cubile est subterraneum Sibyllæ fatidicæ, quam longæuam virginem permansisse aiunt, Erythræ oriundam, à quibusdam Cumæam aut Melanchrænam dictam.* Legendus Suidas: in voce *Sibylla.* Erophile, quæ & Hierophile, fuit è Marpesso vico Troadis, vel, vt alij volunt, Marmisso. D

—— πατρὶς δέ μοί ἐστιν Ἐρυθρὴ,
Μαρπησσὸς μητρὸς ἱερή, ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

Mihi patria est Erythra Marpesus matri Deûm sacra, & fluuius Aidoneus. Plutarch. lib. χρᾶν ἔμμετρα. ἐπειδὴ ἑστῶμεν κατὰ τὴν πέτραν γενόμενοι τὴν κατὰ τὸ βουλευτήριον, &c. *Postquam stetimus ad petram prope senaculum, cui dicitur insedisse Sibylla, prima à Musis educta, cùm ex Helicone aduentasset.* Quidam aiunt eam Lamiæ filiam Neptuno patre natæ ad Moleonem venisse. Agathias lib. 1. *Cumis sub ea parte collis, quæ ad orientem vergebat, specus erat vtrinque patentior altè depressus penitissimis penetralibus, voraginibus immensis, quem Sibylla Italica incoluit, quæ fata cecinit Aeneæ: non enim centum cellas Thusciæ oppidum insedit.* Vide S. Hieronymum contra Iouinian. lib. 1. Isidorum lib. 8. cap. 8. Ælianus lib. 12. ποικιλ. quatuor tantùm Sibyllas ponit, Erythræam, Samiam, Ægyptiam, Sardianam, οἱ δέ φασιν, καὶ ἑτέρας ἓξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα. Hermias in Phædr. Plato. lib. 2. πάσας Σιβύλλας τὸ μαντικὸν ἐλόμενας βίον. *Aly dicunt sex alias fuisse, vt decem omnes sint. Omnes Sibyllæ vitam fatidicam sortitæ.* Ausonius in Grypho tres tantum Sibyllas numerat. E

Et tres fatidicæ nomen commune Sibyllæ,
Quarum tergemini fatalia carmina libri.

Quos

A *Quas ter quinorum seruat cultura virorum.*

De Quindecimuiris Virgil. lib. 6. Æneid.

Hic ego namque tuas sortes, arcanaq́ fata
Dicta mea genti ponam, lectosq́ sacrabo
Alma viros.

Sibyllæ Tarquinianæ libri ad Sullam vsque durarunt, & consulebantur à Pontificibus. Tunc autem vnà cum Capitolio cremati, duos ipsa Sibylla vsserat, vnum Tarquinio dederat, ait Solinus cap. 8. Sub Aureliano tamen libri Sibyllini consulti sunt à Pontificibus, quia per Augustum Cæsarem conquisiti, & purgati erant, vt Suetonius ait. Senatusconsulti formam exponit Vopiscus, quo eos inspici, clarissimorum iussit auctoritas. *Agite Pontifices, quà puri, quà mundi, quà sancti, quà vestitu, animisq́ sacris commodi, templum ascendite, subsellia laureata* B *constituite, veteranis manibus libros euoluite, patrimis, matrimisq́ pueris carmē indicite.* Legendi Sueton. in Augusto cap. 31. Dionys. Halicarnass. p. 192. lib. 4. Ælianus lib. 12. c. 35. de Bacchidibus, & Sibyllis Quia verò multa sub nomine Sibyllæ vulgabantur, sanxit Augustus Cæsar, quē intra diem libri ad prætorem Vrbanum deferrentur, neque habere priuatim liceret, narrante Tacito lib. 5. Annal. Tibullus Sibyllas quatuor numerat, lib. 2. Eleg. 5.

Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est,
Abdita quæ senis fata canit pedibus.
Hac cecinit vates, & te sibi Phœbe vocauit,
Iactauit fusa sed caput ante coma.
Quicquid Amalthæa, quicquid Marpesia dixit,
Erophile Phœbo grata quod admonuit.
C *Quotque Albuna sacras Tiberis per flumina sortes,*
Portarit, sicco perlueritque sinu.

Albunam enim ad Tarquinium tulisse libros fatidicos volunt, quos in lino descriptos fuisse Romæ Claudianus in Getico scribit.

——— Quid carmine poscat
Fatidico custos Romani Carbasus æui.

Putres chartas vocat Statius lib. 3. Syluar.

Nec iam patribus euoluta chartis
Solemni prece quindecimuirorum
Perlustrat mea dicta.

Responsa Sibyllæ consuli nefas fuit sine auctoritate Senatus. Dio p. 61. οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν D Σιβυλλείων εἰ μὴ εἰ βουλὴ ψηφίσαιτο εἰς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλεσθαι, l. 39. *Non fuit liberum aliquid è libris Sibyllæ in vulgus enuntiare, sine senatusconsulto.* Cato Sacerdotes in concionem induxit, & eodem loci priusquam Senatus ea de re aliquid statuisset, coëgit eos oracula promere. Senatusconsultum *Latina lingua scriptum promulgatum est, & præconis voce pronuntiatum,* ὃ ἐς τὴν γλῶσσαν τῶν Λατίνων γραφὲν ἀνεκηρύχθη. Custodes librorum Sibyllæ Cybelen Almone fonte abluere moris fuit. Lucan. lib. 1.

Tum qui fata Deûm, secretaq́ carmina seruant,
Et totam paruo reuocant Almone Cybellen.

Euboicæ Sibyllæ meminit Statius lib. 1. Syluar. cuius oracula Romæ à Quindecimuiris consulerentur.

Hunc & bissenos cernes attollere fasces
E *Ante diem certè, iam nunc Cybeleia nouis*
Limina, & Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.

Sibyllas autem furore corripi solitas, cùm fata canerent, adeò vulgatum est, vt σιβυλλιᾶν, *furere*, ac *delirare* significet. Virgil. 6. Æneid.

——— Non vultus, non color vnus
Non comptæ mansêre comæ. ———

Quod cæteris vatibus solemne. Lucian. in Ioue Tragœdo de Apolline loquens vaticinante, χρόα τετρεμμένη, οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερεῖς, κόμη ἀνασοβουμένη, κίνημα κορυβαντῶδες, *Color mutatus, oculi rotatiles, cæsaries agitata, motus Corybantis.* Seneca in Agamem. act. 3.

Anhela corda murmure incluso fremunt,
Incerta nutant lumina, & versi retrò
Torquentur oculi.

Item,

Item, A

Iam peruagatus ipse se fregit furor,
Caditq́ flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus, vulnus incisa gerens.
Releuemus artus entheos.

Euripid. Troadib.

Δρομάδα Κάσανδραν, μαινάδα ἔνθεον κόραν.

Currentem Cassandram, furentem, Deo perculsam virginem. θοάζουσαν μαινάδα, *Incitatam mænada.*

Item,

Ῥίπτε τέκνον ζαθέας κλῇδας, κἀπὸ χροὸς
Ἐνδύτων στεφέων ἱεροὺς στολμούς,
Εἰ μή σε Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσε φρένας. B

Proiicito filia claues diuinas, & à corpore sacros ornatus infularum, quibus vittata es, nisi te Apollo fatis fandis dementem ciet. Lucan. lib. 5. habitum eius describit.

———Tunc torta priores
Stringit vitta comas, crinésque in terga solutos
Candida Phocaica complectitur infula lauro,
Confugit ad tripodas, vastisque addicta cauernis
Hæsit, & insueto concepit pectore numen.

Item,

———Vittasque Dei, Phœbeaq́ serta
Erectis discussa comis.———

De Sibyllis legatur Eusebius in Chronico, Lactantius lib. de ira Dei, cap. 22. 23. Ammian. lib. 23. *Iisdem diebus nuntiatum est ei per literas Roma super hoc bello libros Sibyllæ consultos, vt iusserat, Imperatorem eo anno discedere à limitibus suis aperto prohibuisse responso.* Idem lib. 30. Sibyllas vocat oraculorum interpretes. Liuius lib. 31. cap. 12. *Cùm Androgyni in Sabinis nati essent, Decemuiros adire libros de portento eo iusserunt. Decemuiri ex libris res diuinas easdem, quæ proximè secundùm id prodigium facta essent, imperarunt. Carmen præterea ab ter nouenis virginibus cani per vrbem iusserunt, donúmque Iunoni reginæ ferri. Ea vti fierent, C. Aurelius Cos. ex Decemuirorum responso curauit. Carmen sicut Patrum memoria Liuius, ita tum condidit Pub. Licinius Tegula.* Nicetas lib. 3. de vita Alexij Comneni, *Sibyllam simulátque nata sit, de vniuersi huius constitutione philosophatam asserit,* περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἐφιλοσόφει συστάσεως. Epigramma Græcum in Anthologia de Erophile, C

Ἁ δ' ἐγὼ ἡ Φοιβοιο σαγηφόρος εἰμὶ Σίβυλλα
Τῷδ' ὑπὸ λαινέῳ σήματι πυθομένα,
Παρθένος αὐδάεσσα τὸ πρίν. D

Ego Sibylla Phœbi sagum ferens hoc sub tumulo lapideo computrui, quæ priùs fata fabar. De Cumanæ Sibyllæ foliis Virgil. lib. 3. Æneid.

———Foliisque notas, & carmina mandat.
Quæcúmque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.

Ammianus Marcellinus lib. 21. *Aperiunt tunc quoque ventura, cùm æstuant hominum corda, sed loquuntur diuina: Sol enim, vt aiunt Physici, mens mundi, nostras mentes ex sese velut scintillas diffunditans, cùm eas incenderit vehementiùs, futuri conscias reddit. Vnde Sibyllæ crebrò se dicunt ardere torrente vi magna flammarum.* Augustus Cæsar quidquid fatidicorum librorum Græci, Latinique generis nullis, vel parum idoneis auctoribus ferebatur, supra duo millia contracta vndique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos; hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi, ait Suetonius. Sub Aureliano libri Sibyllini noti beneficiis publicis inspecti sunt, inuentúmque, vt in certis locis sacrificia fierent, quæ barbari transire non possent. Forma senatusconsulti hæc est: *Referimus ad vos, P. C. Pontificum suggestionem, & Aureliani Principis literas, quibus iubetur, vt inspiciantur fatales libri, quibus spes belli terminandi sacrato Deorum imperio continetur. Scitis enim ipsi, quotiescumque grauior aliquis extitit motus, eos semper inspectos, neque priùs mala publica esse finita, quàm ex iis sacrificiorum processit auctoritas,* &c. *Consulenda Sibyllæ decreta, vtendum Apollinis beneficiis*, ait Vopisc. in Aureliano. Inspecti sunt iidem libri Sibyllini sub Gordiano III. celebratisque omnibus, quæ illic iussa videbantur, *mundanum malum sedatum est*, vt loquitur Capitolin. in Gordiano III. *Pax igitur Deûm quæsita inspectis Sibyllæ libris, factumq́ Ioui Salutari, vt præceptum fuerat, sacrificium,* E

A *crificium*, ait Trebell. Pollio in Galienis. Probus Imperator fortissimus Sibyllinis libris promissus est, narrante Vopisco in Floriano. Sub Iuliano Palatini Apollinis templum arsit, *ubi ni multiplex iniuisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum*, auctore Ammiano Marcellino lib. 23. Apud Dionysium Halicarnasseum, *Augures consuluntur super Sibyllinorum librorum emptione*, pag. 259. 774. 200. 259. 260. 354. 628. 634. 260. & aliis pluribus locis de Sibyllinis agitur. In oppido Cimbarione Sibyllam fuisse ostendit Aurelius Victor his verbis: *Aeneas cùm comperisset ibidem Sibyllam mortalibus futura pracinere, in oppido, quod dicitur Cimbarionis, venisse eò sciscitatum de statu fortunarum suarum, adytisq; vetitum.* Cassiodorus in Chronico, Numæ Pompilij temporibus Sibyllam insignem habitam esse scribit. Phlegon lib. 1. Olympiad. Gergirhiæ Sibyllæ meminit, cuius sepulcrum in templo Apollinis Gergithij fuerit. Vide Aristidem tomo 3. pag. 22. & Xiphilinum in Nerone,

B & alibi sæpe. Scholiastes Aristoph. in Auibus, ex Phileta Ephesio, Σιβύλλαι τρεῖς γεγόνασιν, ὧν ἡ μὲν ἐστιν Ἀπόλλωνος ἀδελφὴ, δευτέρα δὲ Ἐρυθραία, τρίτη δὲ ἡ Σαρδιανή: *Sibyllæ tres fuerunt, quarum vna est Apollinis soror, altera Erythraa, tertia Sardiana.* Phemonoe filia fuit Apollinis *Sibylla statua tres Romæ iuxta Rostra*, ait Plinius lib. 34. cap. 5. Idem lib. 7. cap. 33. *Diuinitas, & quadam cælitum societas nobilissima ex fæminis in Sibylla fuit.* Procopius lib. 1. Gotth. Oraculum Sibyllæ in Africa hoc fuisse ait, ὁ Κόσμος σὺν τῷ γόνῳ ὀλεῖται, *Cosmus cum filio morietur, quando Africa sub Romani Principis potestatem cadet.* Existimabant mundum eo tempore periturum; sed Cosmus ille Dux erat Iustiniani, qui in Dalmatia post Africam victam vicit Gotthos, & tamen victor cum filio occisus est. Lucan. lib. 6. vetitum ait Sibyllæ carmine, ne fasces Romani in Ægyptum intrarent, quod & Cicero lib. 1. ad Familiar. epist. ad Lentulum scribit.

> *Haud equidem immeritò Cumanæ carmine vatis*
>
> C *Cantum, ne Nili Pelusia tangeret ora*
>
> *Hesperius miles.*

Lege Dionem lib. 39. & apud Zozimum lib. 2. Phaellus Sibyllæ otaculum Ciceronem lib. 1. & 2. de Diuinat. Hesychius lib. de viris claris: Σίβυλλα Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶ, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ὅθεν αἱ θήλειαι μαντίδες ἑνὶ ὀνόματι Σίβυλλαι ὠνομάζοντο· γεγόνασι δὲ Σίβυλλαι δέκα, ὧν πρώτη ἡ Χαλδαία ἡ περὶ Χριστοῦ προφητεύσασα· εἰ δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται, καὶ ἄμετροι, οὐκ αὐτῆς ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων ἀσυμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεγομένων μνήμη. Diodorus Siculus lib. 11. ἐνθεαζούσης δὲ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης φασὶ ἐπικληθεῖσαν Σίβυλλαν· τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχειν σιβυλλαίνειν: *Cùm ipsa sæpe Deo pateretur, & oracula funderet, aiunt eam dictam Sibyllam: Sibyllanein vaticinari, & furere interpretatur.*

IVLII CÆS. BVLENGERI
DOCTORIS THEOLOGI,

DE DIVINATIONE EX SOMNIIS.

LIBER V.

CAPVT PRIMVM.

De Diuinatione ex Somniis.

DIVINATIONEM ex Somniis esse, & litteræ sacræ testantur, & A è philosophis pleríque censuerunt. Stoici Somniis omnibus aliquid fidei habendum putarunt, & ante Stoicos Orpheus, qui de Somniis loquitur in hæc verba.

—— Τανυσίπτερε οὖλε ὄνειρε
Ἄγγελε μελλόντων θνητοῖς χρησμῳδὲ μέγιστε.

Alas extendens mite Somnium, nuntians futura hominibus, & oracula canens. Homerus Iliad. 1. ab Orpheo facit,

—— Τινὰ μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι.

Aliquem vatem interrogemus, aut Sacerdotem, aut somniorum interpretem. Somnium enim est à Ioue. Ideò vocant periti artis ἐνύπνια διόπεμπτα, θείας ἐμφάς, Διὸς ἀγγέλους ὀνείρους. Phurnutus, B Θεῶν ἤ ἄγγελοι, καὶ οἱ ὄνειροι. Theocritus tamen ἴσας ψευδέσιν ὄψεις esse ait. *Somnia à Ioue missa, diuinas voces, Iouis nuntios.* Theocritus *visa mendaciis similia, esse scribit.* Vbi animaduertes ὀνειροπόλους non dici Μάντεις, *fatidicos.* μάντεων γὰρ οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν, πλὴν ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι· ἀγαθοὶ δ' ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι, καὶ διαγνῶναι πτήσεις ὀρνίθων, καὶ σπλάγχνα ἱερῶν: *Ij soli fatidici dicti, qui ex Apolline furerent; non item ij, qui periti erant Somniorum, auium, & aruspicinæ*, vt Pausan. pag. 33. Eustathius ὄνειρον dici vult ἀπὸ τοῦ εἴρειν τὸ ὄν, *quòd verum dicat.* Item, ὄνειρον εἶναι ἀληθὲς ἐνύπνιον, ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, *Oniron esse verum insomnium, quòd iuuet*, à voce Græca ὀνεῖν, *iuuare.* Homerus *veram visionem.* ὕπαρ, οὐκ ὄναρ, *non Somnium* appellat. Plato l. 2. de Rep. ὁ Θεὸς ἁπλοῦν, καὶ ἀληθὲς, οὔτ' ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὐθ' ὕπαρ, οὐδ' ὄναρ. Idem epist. 3. διὸ τὸ τότε σου ὕβρισμα, νῦν ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονε: *Itaq; contumelia tua in me nunc facta est visio vera, non somnium* Theologi ipsi fateri coguntur, interdum Somnia à Deo immitti, quibus fides habenda sit; C interdum à Dæmone, quæ vt plerumque mendacia sint. De vtrisque Athanasius, siue quis alius differit, in quæstionibus ad Antiochum q. 98. his verbis πῶς πολλάκις τὰ μὲν τῶν ἐνυπνίων ἀληθεύουσιν; τοῦτο πολλάκις γίνεται, καὶ ἐκ Θεοῦ, πολλάκις δὲ καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος: *Qui fit, quòd quæ somniamus, aliquoties euadunt vera? Ex Deo sæpenumerò fit hoc, & sæpius etiam ex contingenti.* Item quod intelligentiæ particeps anima, cognoscit quædam. Aliqua verò interdum dæmones quoque monstrantes prædicunt per Somnia. Quid igitur? Nunquid præscius futurorum est diabolus, & dæmones futura prædicere queunt? Præscius rerum, & cordium cognitor solus est Deus. Nec enim vel Angeli cordis abscondita, vel futura videre possunt. Dæmones verò ea, quæ præmonstrare putantur, versutè indagantes, prædicunt. Vtpote sæpenumerò tanquam spiritus videntes imbres, qui adhuc sunt apud Indos, præuertunt, & anticipant in Ægypto, & per incantationes, Somniaque, magnam aliquando Nili inundationem egregiè prædicunt, & alia quædam eiusmodi operantur. Mentiuntur etiam aliquoties. Id si cui deprehendere est animus, quæstionem aliquam apud semetipsum præsupponat, veluti: Quot nummi crastina die mihi erunt exponendi? Aduocatum ad se incantatorem

tatorem, vel diuinatorem interroget de eo, quod apud se definiuit, ibi deprehendet eum prorsus non scire quicquam. De Somniis Aristotelis hæc est sententia, vt Themistius interpretatur: *Quemadmodum Somnus potentiæ sentientis affectio est, ita est insomnium; quia dormire & somniare ad eandem animæ virtutem pertinent. Eadem enim potentia animæ est re ipsa, quæ fantasmata percipit, & quæ sentit. Potentiæ quippe sentientis est somniare, qua Phantastica est. Phantasia autem est motio facta à potentia, quæ actu obiectum sensus sui percepit, licet sensile iam præsens non sit. Sensilium enim reliquiæ, & species non tantùm sunt in potentiis sentientibus, quandiu res obiectas actu percipiunt; sed etiam cum operatione iam defunctæ sunt, eæ manent. Imagines autem, seu species sensilium, quæ penitus ob copiam vaporis ciborum deletæ non sunt, deferuntur ad cor, primum sensuum principium per quietem, quod spiritus deorsum refluant, vbi mouentes sensum non minus quàm ea quæ actu sensibus percipiuntur, Somnia efficiunt.* τῶν αἰσθητῶν ἐγκαταλείμματα οὐ μόνον ὑπάρχει ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις ἐνεργούντων τῶν αἰσθήσεων, ἀλλὰ καὶ ἠρεμουσῶν, ὧν ὅσα σώζεται, καὶ μὴ τέλεον ἠφάνισται διὰ πλῆθος ἀναθυμιάσεως τῇ αἰσθητικῇ ἀρχῇ προσεμπίπτοντα κατὰ τὸν ὕπνον διὰ τὴν τότε εἰς τὰ κάτω τοῦ πνεύματος παλίρροιαν, καὶ κινήσαντα τὴν αἴσθησιν παραπλησίως τῇ κατ᾽ ἐνέργειαν αἰσθήσει, ποιεῖ τὰ ἐνύπνια. Quæret aliquis, cur in quiete sensilia nos Somno sopitos magis moueant, quàm vigilantes? Respondendum id fieri; quia de die occupatis alibi sensibus, & cogitatione in varia distracta, sensilium species delentur, vt ab igne maiori minor extinguitur; & minimæ voluptates, minimique dolores à maioribus obruuntur. De nocte autem in Somnis vel minima nobis obuersantur, dum sensus ipsi ab agendo feriantur: quia ab exterioribus ad interiora calor recurrit, & species sensilium ad cor, primum sensuum principium, referuntur, & tumultu composito, turbisque sedatis species constitutæ apparent. Vt enim in decursu fluuij minuti aquæ vortices interdum in sua specie manent, interdum dissoluti varias figuras edunt, διὰ τὴν ἀντίκρουσιν, *quòd mutuò se impellunt.*, ita sensilium imagines in cor delatæ variæ formantur, & cùm spiritibus insideant per multas intermedias imagines à prima transeunt ad vltimam. Ideò cor, primum sensuum principium, non tantùm mouetur à termino à quo, ad terminum ad quem; verùm etiam ad ea, quæ in medio interiecta sunt. Vt enim nubes, si leoni similis est, per varias species intermedias in hominis simulacrum transit; ita primum sentiens in somnis non tantùm extrema ipsa, verùm & multa in medio posita percipit; quædam portentosa, nonnulla iucunda, & naturæ consentanea. Eiusmodi autem visa vel infantibus, vel statim post cibum dormientibus primo illo somno non obiiciuntur, quia multa concitatio est ob cibi calorem, vaporemque. Vt igitur in aqua, quæ valde agitatur, interdum nulla species existit, interdum distorta & peruersa apparet; cùm autem aqua quieuerit, species limpidæ, liquidæque exprimuntur; Ita & in quiete, si nimia est vaporum agitatio, species delentur, interdum visa turbulenta existunt, vt melancholicis, febricitantibus, & ebriis. Cùm autem sanguis constitutus, & discretus est; motio, quæ superest ex iis rebus, quæ sensu perceptæ sunt, efficit vt valida insomnia, & liquida fiant. Videmur nobis in somnis videre, audire, odorari, tangere, quæ vigilantes vidimus, audiuimus, tetigimus. Quia cogitatio, quæ de rebus longè certiùs iudicat, quàm sensus; non fallitur, nisi nimij humidi incursu obruatur. Omninò enim quod à singulis sensibus affertur ad primum illud sentiens eo modo, quo est, ab eo accipitur, nisi superior aliqua potentia reluctetur. Simpliciter enim si tactus, aut visus aliquid qualitate imbutum ad cor transmiserit, primum sentiens illud tale esse certò renunciat. Itaque si tactus id, quod vnum est, quasi duo renunciauerit, aut visus Solem esse vnius pedis magnitudine, si superior aliqua potentia non diiudicauerit, primum sentiens vnum duo esse, & Solem pedis vnius magnitudine imaginabitur. Vt autem alij aliis de causis facilè decipi possunt; sic & dormiens per somnũ, & quia potentiæ sentientes mouentur, & multa alia sensui accidunt. Cùm enim dormit, spiritu & sanguine ad principium sensuum descendentibus, simul descendunt motiones, & species sensilium quasi in subiecto existentes, aliæ potestate, aliæ actu, quæ mouent primum sentiens, vt se apprehendat; ita vt altera motio alteri succedat, & vna pereunte, alia succrescat; & cùm multæ successerint, aliis euanescentibus, demum sanguine purgato liquidiùs agunt: *Quare & postremus somnus insomnia veriora refert.* ὅτι οἱ τελευταῖοι τῶν ὕπνων εὐθυόνειροι. Et species, quæ sunt in potentiis sentientibus dormientium, puriùs ad cor affluunt, quum id quod turbas fecerat, iam quiescat. Ex iis apparet, somnium esse fantasma, seu visum in quiete, cùm id quod iudicat, & præcipuum est, deuinctum sit ac constrictum. Nullum phantasma in quiete somnium est, nisi cogitatio illigata sit, ne diiudicet id, quod videtur. Ij quibus contingit percipere somnos, lumen, sapores,

 quasi

quaſi à longè, propriè non ſomniant, nec verè dormiunt, τὸ φάντασμα τὸ ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν αἰσθημάτων, ὅταν ἐν τῷ καθεύδειν ᾖ, ᾗ καθεύδει, τοῦτ᾽ ἐστὶν ἐνύπνιον. *Viſum, quod ab agitatione eorum, quæ ſenſibus percepta ſunt dormienti, quatenus dormit, obuerſatur, ſomnium eſt.* Nero penè vſque ad exitũ vitæ nullum ſomnium viderat, quia ὅσοις συνέστηκε ἡ φύσις, ὥστε πολλὴν ἀναθυμίασιν πρὸς τὸν ἄνω τόπον ἀναφέρεσθαι, ἣ καταφερομένη ποιεῖ πλῆθος κινήσεως τούτοις εὐλόγως, οὐδὲν φαίνεται φάντασμα: *Illis, quibus multi vapores ſurſum feruntur, mox deorſum delapſi plurimum agitantur, nulla ſomnia occurrunt.* Neroni ante mortem viſum formicarum obiectum eſt, ἕκαστον τῶν ἐν ὕπνῳ φαινομένων ὑπόλειμμά ἐστι τοῦ ἐνεργείᾳ αἰσθήματος: *omnia, quæ in ſomnis obuerſantur, reliquia ſunt eorum, quæ ſenſibus actu percepta ſunt.* Cùm aliquis in quiete quidpiam videns cogitat id inſomnium eſſe, phantaſma eſt, non ſomnium. Cùm non cogitat id, quod videt, ſomnium eſſe, ſomnium eſt. Cùm enim ita διάνοια, & cogitatio deuincta eſt, vt viſum, quod obiicitur, rem veram eſſe putet, non rei veræ ſimulacrum, ſomnium eſt. Sæpe, qui dormit, quod in quiete videt, id ſomnium eſſe putat. Si autem dormit, & ſe neſcit dormire, aſſentietur phantaſiæ, idque inſomnium erit. Hoc igitur tenendum: ſi in aliis potentiis ſentientibus ſunt ſenſilium ſpecies, multo magis conſentaneum eſſe, vt ſint in corde, primo ſenſuum principio, à quo aliæ potentiæ accipiunt, vt actu res ſentiant. Si quis ſomno ſopitus, cùm ſomniare incipit, excitetur, in tenebris videbit multas ob oculos ſpecies obuerſari: hæ ſunt in oculis à ſenſilibus commotiones. Vnde apparet obiecto abſente, ſpeciem eius ſenſibus inſidere, & ad cor ipſum deferri. Simplicius ex Ariſtotele, de ſomniis ita diſſerit. Argumentum magnum eſt, ſomniis aliquid fidei eſſe, quòd ea omnium penè opinio eſt vſu, & experientia firmata, τὸ δὲ μηδεμίαν αἰτίαν εὔλογον ὁρᾶν καθ᾽ ἣν ἂν γίνοιτο, τοῦτο δὴ ἀπιστεῖν ποιεῖ: *Cùm autem eius rei nulla cauſa rationi conſentanea dari poſſit, rurſus animus in dubio eſt, & ſomniis fides detrahitur.* Nam ſi Deus ſomnia immittit, cur peſſimis, ac viliſſimis hominibus, non autem optimis, ac ſapientibus immittit? Quòd ſi Deus non immittit, tota ſomniorum ratio inanis eſt. Neceſſe eſt autem, ſomnia vel cauſas eſſe eorum, quæ fiunt, vel ſigna, vel ſymptomata: cauſam dico, quomodò labor febris cauſa eſt: ſignum, quomodò aſperitas linguæ ſignum eſt febricitantis. Symptoma, vt ſi vel inter pocula, vel inter colloquendum febris te corripiat: quia ſymptoma neque ſemper, neque vt plurimum eſt. ἄλογον γὰρ τὸν Θεὸν ὃς ἑαυτὸν μόνον ὁρᾷ· αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ ἀεὶ νοοῦν, καὶ τὸ ἀεὶ νοούμενον εἰς τοιαῦτα κατάγειν, καὶ καταστῆναι· ὅτι δὲ Θεοῦ ἀφαιρεθέντος οὐδὲν ἄλλο φαίνεται εὔλογον, οὐκ ἄδηλον: *Abſurdum eſt, Deum, qui ſe ſolum intuetur, cùm ipſe ſit ſemper intelligens, & id, quod ſemper intelligitur, ad eiuſmodi trahere. Si autem Deus ſomnia non immittit, ſomnia nihili ſunt.* Deinde Ariſtoteles oſtendit, ſomnia, & ſigna, & cauſas, & ſymptomata eſſe. σημεῖα δὲ ὧν παρίσταται σωματικὰ πάθη ἢ ψυχικά, *Signa ſunt, per quæ repræſentantur affectus corporis, aut animæ,* ἐπεὶ πάντων αἱ ἀρχαὶ μικραὶ πολλάκις τῷ μεγέθει, τῇ δὲ ποιότητι, καὶ δυνάμει μεγάλαι: *Quia omnium rerum principia parua magnitudine, magna ſunt qualitate, & virtute.* Vt morborum principia in corporibus quædam ſunt parua quantitate, ſed magna virtute, quæ de die non ſentiuntur propter grauiores affectus, qui in ſenſus incurrunt, & eos obtundunt: ἐν δὲ τῷ καθεύδειν διὰ τὸ ἀργεῖν τὰ αἰσθητήρια, καὶ αἱ μικραὶ μεγάλαι δοκοῦσιν: *Cùm dormimus, quia ſenſus feriantur, quæ parua ſunt, magna videntur.* Dormientibus enim paruus ſonus in auribus videtur eſſe tonitru, cùm euigilauimus, tum cognoſcimus ſonum fuiſſe exiguum. *Ego,* inquit Simplicius, *in quiete ſomniaui, me verſari in loco cœnoſo, & putido: pòſt paulò ægrotaui, quia ſecundùm quietem humores illi cœnoſi, putidi, & morbidi mihi innotuerunt, qui vigilanti noti non erant.* Cauſas verò dicimus eſſe ſomnia eorum, quæ pòſt fiunt: quia ea, quæ in ſomnis apparent, τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰς ἐνεργείας ἐφιστῇ, ὑπομιμνήσκοντά τινος τῶν πρώτων, *Cogitationem ad operationes admonent, reuocantia memoriam alicuius eorum, quæ antè fuerunt.* Sicut enim vigilantes ſæpe cogitamus aliquid, quod cauſa eſt, vt aliud aliquid faciamus, aut inueniamus: ita & in ſomnis cogitatio quieſcens ex formis, & typis, qui in animo ſunt, aliud cogitat; dicimuſque id, quod per quietem apparuit, cauſam fuiſſe eius, quod poſteà de die factum eſt. *Vt igitur id, quod de die factum eſt, ſæpe cauſa eſt ſomnij, quod de nocte contingit: ſic & ſomnia quædam poſſunt eſſe cauſæ eorum, quæ poſteà de die fiunt.* ἔστιν οὖν ὥσπερ ἡ ἐν τῇ ἡμέρᾳ πρᾶξις αἰτία τῶν ἐν νυκτὶ γινομένων ἡμῖν ἐνυπνίων, ἢ φαντασμάτων, οὕτως οὐδὲν κωλύει, καί τινα φαντάσματα αἴτια εἶναι τῶν μεθ᾽ ἡμέραν πράξεων: *Vt enim aliquid de die agimus, vel agere volumus, id ipſum nobis dormientibus obuerſatur, & id ipſum dormientes agere videmur: quia ex principiis diurnæ actionis animus commotus eſt, & via facta cogitationi.* αἴτιον δ᾽ ὅτι προωδοποιημένη τυγχάνει ἡ κίνησις ἀπὸ τῶν μεθ᾽ ἡμέραν ἀρχῶν: *Ita neceſſe eſt, vt animi motus in ſomnis ſint principia eorum, quæ de die agimus; quia ſecundùm quietem cogitatio de iis antè commota viam*

futuræ

A *futura actioni præiuit.* οὕτω πάλιν ἀναγκαῖον καὶ τὰς καθ' ὕπνον κινήσεις πολλάκις ἀρχὴν εἶναι τῶν μεθ' ἡμέραν πράξεων διὰ τὸ προωδοποιεῖσθαι πάλιν, καὶ τούτων τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς φαντάσμασι τοῖς νυκτερινοῖς. Vt de die volui scribere carmen, in somnis de carmine cogito, & sequenti die carmen scribo. Symptomata autem somnia sunt omnia de iis rebus, quæ in nostra potestate sitæ non sunt; vt de iis, quæ longè fiunt, de nauali prœlio in Persis. Perinde enim res est, ac cùm de die de iisdem cogitamus, aut eorum meminimus. Quemadmodum igitur ea, quæ de prœlio in Perside nauali, aut de rebus longè positis vigilantes cogitamus, aut loquimur, aut recordamur, non causæ sunt, aut signa euentuum; sic neque somnia de prœlio nauali, aut rebus longè positis causæ sunt, aut signa euentuum. Ideò pleraque somnia falsa sunt. Homines viles & ignobiles, quorum natura melancholica, & loquax est, infinitas in quiete rerum imagines vident; quarum vt aliqua vera sit, in tanta multitudine fieri potest, εἰ-

B σὶν οὖν τὰ ὄναρ θεάματα θεόπεμπτα μὲν οὐδαμῶς, δαιμόνια μέν τι· ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν δαιμονία ἀλλ' οὐ θεία: *Visa igitur, quæ nobis obuersantur secundum quietem, à Deo non immittuntur; & tamen diuina quodammodo sunt. Hominis enim natura quodammodò diuina est, sed non Deus.* Eiusmodi autem somnia vi naturæ fiunt. Hæc Aristoteles, & Aristotelici de somniis philosophantur, eáque à Deo immitti negant. Pythagoras philosophatus est aërem plenum esse animis, eósque & dæmonas, & Heroas vocari, atque ab iis immitti somnia, vt Diogenes Laërt. Gregor. Nyssen lib. de Opific. homin. διὰ δὲ ὕπνου τῆς ὀργανικῆς τῶν αἰσθητηρίων κατασκευῆς χαλασθείσης, ἢ καθόλου ἠρεμεῖ ὁ τεχνίτης, &c. *Organica sensuum structura quoties per somnum laxata est, vel prorsus quiescit artifex, veluti quum ex nimia repletione, ac pondere integra instrumenti est facta totius relaxatio, vel languidè, & obscurè agit instrumento sensus artem mentis exactam non capiente, memoria confusa, & vis præsagiendi ambiguis velamentis dormitando nutans, simulacra rerum, quibus vigilans occupa-*

C *tur, sibi format; & interdum ea, quæ comprobet euentus indicat; nam præter eam, quæ est in corporis temperamento crassiciem, habet quiddam per naturæ perspicacitatem, quo res perspiciat: neque tamen illa vis est, quæ dilucidè futura declaret; sed per ambages, & ænigma, vt somniorum periti loquuntur.* Protagoras omnia somnia vera esse putat, auctore Cicerone lib. 2. de Diuinat. Quia homo est finis, & mensura rerum omnium, & quidque tale est, quale homini videtur, non sobrio tantùm, sed etiam vinolento. Contrà Xenophanes Colophonius, & Epicurus omnibus somniis fidem detrahunt. Quia si vera sunt somnia, veras habent causas effectrices, naturam, & Deum: Atqui natura est amica ordinis, & constantiæ, quæ nulla est in somniis. Deus autem potius futura aperiret vigilantibus, & sapientibus, quàm sopitis, & stertentibus. Quod Petronius ex eius disciplina hausit:

D
> *Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,*
> *Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt.*

Et Aristoteles docuit lib. de diuin. Somniorum, c. 2. ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττει τινά, θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια. Subiungit, ὅσων ἀνθρώπων ἡ φύσις λάλος ἐστι, καὶ μελαγχολική παντοδαπὰς ὄψεις ὁρῶσι, διὰ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι ἐπιτυγχάνουσι: *Quando quædam ex aliis animantibus somniant, apparet somnia non diuinitùs initti. Quorum enim hominum natura loquax est, & melancholica, visa vident omnis generis; & quia omnia omnis generis mouentur, interdum verum attingunt.* c. 3. αὗται γὰρ αἱ κινήσεις φαντάσματα ποιοῦσιν, ἐξ ὧν προορῶσι τὰ μέλλοντα: *Motiones illæ visa faciunt, ex quibus futura præuident.* τοῦ δ' ἐνίους τῶν ἐκστατικῶν προορᾶν, αἴτιον ὅτι αἱ οἰκεῖαι κινήσεις οὐκ ἐνοχλοῦσι, ἀλλ' ἀπορριπίζονται: *Causa autem cur ex iis, qui sunt ecstatici, & extra se ponuntur, nonnulli futura vident, est quòd propriæ motiones non turbant, aut molestæ sunt; sed ventilantur.* τῶν ξενικῶν

E οὖν μάλιστα αἰσθάνονται), *Ideoque aliena, & peregrina maximè sentiunt.* Non negat Aristoteles quædam somnia esse veracia, sed à Deo immitti: fatetur enim quosdam esse εὐθυονείρους, *rectè somniantes.* οἱ δὲ μελαγχολικοὶ διὰ τὸ σφοδρότερον ὥσπερ βάλλοντες πόρρωθεν εὔστοχοί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μεταβλητικὸν ταχὺ τὸ ἐχόμενον αὐτοῖς φαντάζονται: *Melancholici propter ingenij vehementiam quasi longè iaculantes bene conijciunt, & propter mutabilitatem, cito quod cohæret ipsis, imaginantur.* Est autem Somnium, vt Artemidorus lib. 1. c. 2. docet, ὄνειρος κίνησις, ἢ πλάσις ψυχῆς πολυσχήμων, σημαντικὴ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν, ἢ κακῶν: *Est motio & fictio varia, & multiplex animæ, quæ futura bona, aut mala significat.* Deinde discrimen ponit inter Somnium, & insomnium. ταύτῃ γὰρ ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει, ᾗ συμβέβηκε τῷ μὲν εἶναι σημαντικῷ μελλόντων, τῷ δὲ τῶν ὄντων: *Quòd Somnium futura significat, insomnium præsentia.* Vt qui amat, delitiis suis se frui somniat. Eorum enim, quæ in somnis obiiciuntur, varia sunt genera, vt Macrobius ad som. Scip. lib. 1. scribit c. 3. Aut enim est ὄνειρος secundùm Græcos, quod Latini *Somnium* vocant; aut ὅραμα, quod

Viſio rectè appellatur: aut χρηματισμός, quod *Oraculum* nuncupatur: aut eſt ἐνύπνιον, quod *Inſomnium* dicitur: aut φάντασμα, quod Cicero *Viſum* vocauit. Vltima ex his duo, cùm videntur, cura interpretis indigna ſunt, quia nihil diuinationis apportant; ἐνύπνιον dico, & φάντασμα. Eſt enim ἐνύπνιον, quoties cura oppreſſi animi, vel corporis, ſiue fortunæ, qualis vigilantem fatigauerat, talem ſe ingerit dormienti. &c. Hinc & Inſomnio nomen, non quia per ſumnum videtur (hoc enim eſt huic generi commune cum cæteris;) ſed quia in ipſo ſomnio tantummodò eſſe creditur, dum videtur, poſt ſomnium nullam ſui vtilitatem, vel ſignificationem producit. Artemidorus lib. 1. c. 2. θεωρηματικὰ dicuntur ἅμα θεωρούμενα, καὶ ἀποβαίνοντα: *Speculatiua ſomnia, quæ ſimul videntur, & ſimul eueniunt.* ἕπεται μὲν αὐτοῖς, τῷ μὲν ἐνυπνίῳ τὸ ἀσήμαντον φάσμα: *ſequitur autem ad inſomnium non ſignificatiuum viſum:* τῷ δὲ ὀνείρῳ ὅραμα, καὶ χρηματισμός: *ad ſomnium viſio, & oraculum.* De Viſis quæ obiiciuntur in ſomniis vide Xiphilin. pag. 238. Dionem pag. 306. 307. Apud Philoſtratum Achilles apparuit; Apollo Pythagoræ. Gregor. Nyſſen. lib. de homin. opif. τὰ γὰρ συνήθη αὐτοῖς ἐπιτηδευμάτων τὰ εἴδωλα τῷ προγνωστικῷ τῆς ψυχῆς ἐντυπωθέντα παρεῖχεν ἐπὶ καιροῦ τῶν ἐκβησομένων διὰ τοιαύτης τοῦ νοῦ προφητείας καταμαντεύεσθαι: *Simulacra enim ſtudij conſueti parti animæ vim præſentiendi habenti inſculpta præbebant, vt per hanc mentis præſagitionem quiddam cui reſponderet euentus ſibi vaticinarentur.* Quibus ille verbis fidei aliquid ſomniis tribuere videtur. Falſa tamen eſſe inſumnia nec Maro tacuit, vt Macrobius ait.

Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia Manes.

Item, *Anns ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent.*

φάντασμα verò, hoc eſt Viſum, cùm inter vigiliam & adultam quietem, in quadam, vt aiunt prima ſomnij nebula, adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix cœpit, aſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas à natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes variáſque tempeſtates, rerum vel lætas vel turbulentas. In hoc genere eſt ἐφιάλτης, quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos, ac ſentientes grauare. His duobus modis ad nullam noſcendi futuri opem receptis: tribus cæteris in ingenium diuinationis inſtruimur. Et eſt *Oraculum*, cùm inſomniis parens, vel alia ſancta, grauiſque perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam Deus, apertè euenturum quid, aut non euenturum, faciendum, vitandúmve denuntiat. *Viſio* autem eſt, cùm id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. *Somnium* propriè vocatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus, non niſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei, quæ demonſtratur. Huius quinque ſunt ſpecies. Aut enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale eſt. & cæt. Artemidor. lib. 2. Allegoricorum ſomniorum, quinque ſpecies eſſe ait. Alia enim propria ſunt, in quibus facere, aut pati quis ſe exiſtimat. Tunc ipſi Soli, qui vidit, euenient, ſiue bona, ſiue mala fuerint, τὰ δὲ ἀλλότρια, ἐν οἷς αὖ δοκεῖ ἄλλον ἐνεργεῖν, ἢ πάσχειν. Alia, *aliena, in quibus alius nobis videtur agere, aut pati.* Communia ſunt, *quæ cum aliquo familiari, & noto à nobis fiunt*, τὰ μεθ᾽ ἑτέρου τινὸς τῶν γνωρίμων προσορώμενα κατ᾽ ὄναρ. Alia publica, quæ in portus, muros, forum, gymnaſia fiunt, ὀνείρατα κοσμικά, *mundana ſomnia*, Solis & Lunæ defectioues denuntiant. Somnium falſum Pompeij. Lucan. lib. 7. initio deſcribit. Vetus auctor, ὀνείρων ὄψεις ἢ προσαναμάττονται τοῖς μνημονευομένοις τῆς ψυχῆς, ἢ πρὸς τὰς ποιὰς τοῦ σώματος διαθέσεις ἢ ἐν ὕπνοις καταστάσεις διατυποῦνται· οὕτω γὰρ ὁ διψώδης ἐν πηγαῖς εἶναι δοκεῖ, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἠθῶν καταστάσεις, ἄλλοι γὰρ τοῦ σώφρονος, ἄλλοι τοῦ ἀκολάστου ὄνειροι, id eſt, *Somnia aut in memoria manent, aut reſpondent affectioni corporis. ita qui ſitit, ſomniat fontes: aut ſomnia reſpondent moribus. Alia enim ſunt ſomnia temperantis, alia libidinoſi.* Certè Auguſtus Cæſar neque ſua, neque aliena ſomnia de ſe negligebat, narrante Sueton. cap. 91. Hippocrates apud Artemidorum lib 1. cap. 12. non audet improbare ſomnia, οὐκ ἀπογινώσκω φησὶ, τὰ ὀνείρατα, *non damno ſomnia. Multi enim priuati, & pauperes ſomnia viderunt, quæ ad publicum pertinerent, & quæ cùm publicaſſent, aut ſcripſiſſent, exitus rei ſomniis conſentaneus fuit*, ἀλλά φησιν Ἱπποκράτης, ὅτι ἤδη τινὲς ἰδιῶται, καὶ πένητες εἶδον ὀνείρους δημοσίους, οὓς προκηρύξαντες, ἢ γράψαντες, καὶ προθέντες ἐπιστώθησαν, τῷ τὰς ἀποβάσεις ἐοικέναι τοῖς ὀνείροις. Vetus auctor nondum vulgatus quinque Somniorum genera ponit, οἱ μὲν τῶν ὀνείρων εἰσὶ θεόπνευστοι, ἄνωθεν διὰ μέσου τοῦ νοῦ τῇ λογικῇ ἡμῶν ψυχῇ ἐγγινόμενοι· οἱ δὲ οἷον ἀπηχήματά εἰσι τῶν ἡμερινῶν πράξεων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς φανταστικῆς ἐντυποῦνται δυνάμεως φανταζούσης ἡμῖν τοὺς ἡμετέρους ἔρωτας· ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῶν τεσσάρων χυμῶν ἀνεγείρονται, ὅθεν, καὶ τὰ χρώματα τῶν ὁρωμένων τοῖς τῶν χυμῶν ὅμοια ἔχουσι. οἱ δὲ τὰς ἰδέας ἡμῖν ἐμφαίνουσι τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων περὶ ἃ τὴν πραγματείαν ἔχομεν. *Alia Somnia diuinitùs iniiciuntur, de cælo per mediam mentem animæ noſtræ rationali indita. Alia ſunt quaſi ſimulacra, & extremi pulſus negotiorum diurnorum.*

Nonnulla

Nonnulla imprimuntur à facultate imaginatiua, quæ nobis nostra studia repræsentat. Quædam à quatuor humoribus excitantur, vnde & colores eorum, quæ videntur similes sunt coloribus humorum. Alia nobis simulacra ostendunt artium, & studiorum, circa quæ versamur. Gregor. Nyssen. lib. de homin. opif. κοινῶς πᾶσι καὶ ὁμοτίμως τῆς ἐν ὕπνοις φαντασίας κατὰ φύσιν ἐγγινομένης μετέχουσί τινες, οὐχὶ πάντες θειοτέρας τινὸς διὰ τῶν ὀνείρων τῆς ἐμφανείας: *Communiter omnes, ex æquo participes sunt fantasiæ, quæ nobis vi natura in Somnis obiicitur, non tamen omnes diuina illa, quæ per Somnia datur illustratione à Deo donantur.* Artemidorus lib. 1. cap. 7. duo genera statuit, ἐνύπνια τὰ γινόμενα τῆς ἐννοίας ἀσήμαντα, μεριμνηματικά, καὶ αἰτητικὰ λέγεται· τὰ δὲ περὶ μηδενὸς φροντίζουσι, ἐπισημαινόμενα, καὶ προαγορεύοντά τι τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν, ἢ κακῶν, θεόπεμπτα λέγω. *Insomnia, quæ cogitationi insunt incerta, & obscura, merimnematica, è curis sollicitis, & postulatitia dicuntur. Quæ verò nobis incogitantibus adsunt, & prænuntiant aliquid futuri boni, aut mali, à Deo immissa dico*, & cap. 3. ὅταν αἰτῇς ὀνείρους παρὰ θεῶν, μέμνησο μήτ᾽ ἐπιθυμιᾶν λιβανωτὸν, μήτ᾽ ὀνόματα ἄρρητα λέγειν: *Cùm Deos rogaueris, vt Somnia mittant, memineris, neque thura adolere, neque nomina arcana, & infanda dicere.* Ibidem μεριμνηματικοὺς δὲ ὀνείρους ἡγοῦμαι περὶ ὧν μεριμνῶντες πραγμάτων, ἀλόγῳ τινὶ ὁρμῇ ἐπιθυμίᾳ χρώμενοι ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι ὀνείρους. *Merimnatica Somnia esse existimo, cùm homines Somnia vident de negotiis, quæ curant, impetu quodam rationis experte, & cupiditate vtentes.* (Lego καὶ ἐπιθυμίᾳ) τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ αἰτητικοὺς καλεῖν, διὰ τὸ αἰτεῖν παρὰ θεῶν ἰδεῖν τι τῶν ἐν ποσὶ πραγμάτων: *Eadem & postulatitia voco; quia petamus à Deo videre aliquid de negotiis, quæ nobis sunt inter manus & pedes.* Idem cap. 4. θεοπέμπτους δὲ ὀνείρους τοὺς αἰφνιδίως ἐπισημαίνοντας, ὡς καὶ πάντα τὰ ἀπροσδόκητα θεόπεμπτα καλοῦμεν. *A Deo missa Somnia, quæ derepente accidunt, quemadmodum omnia, quæ sunt præter exspectationem, à Deo missa dicimus.* Idem lib. 1. cap. 2. Theorematica quædam Somnia esse ait, alia Allegorica, θεωρηματικοὶ οἱ τῇ ἑαυτῶν θέᾳ προσεοικότες, *Theorematica, quæ consentanea sunt eis, quæ videntur in quiete*; vt nauigans quispiam naufragium sibi facere visus est, & dum sic affectus esset, ita contigit. Postquam enim somnus ipsum reliquit, nauis periit; ipse cum paucis vix seruatus est. *Allegorica Somnia sunt, quæ ex aliis alia significant*, ἀλληγορικοὶ οἱ δι᾽ ἄλλων ἄλλα σημαίνοντες. Item, θεωρηματικοὺς τοὺς οὕτως ἀποβαίνοντας ὡς θεωροῦνται), *qui ita eueniunt, vt videntur*, ἀλληγορικοὺς τοὺς σημαινόμενα δι᾽ αἰνιγμάτων ἐπιδεικνυμένους): *Allegorica, quæ ostendunt per ænigmata ea, quæ significantur*, ὁ μὲν γὰρ θεὸς περὶ τὸ ἀποβησόμενον δίδωσι τοὺς ὀνείρους τῇ ψυχῇ τοῦ ὁρῶντος φύσει μαντικῇ οὔσῃ: *Deus enim ad id, quod euenturum est, dat Somnia animæ videntis, quæ natura diuinationis est capax.* Consulito, si lubet, Artemidorum, & alios, qui Onirocritica scripserunt. Hoc tenendum, Somnia existere, quia spiritus phantasiæ, quæ rerum imagines format, seruiunt; spiritibus autem insident rerum in vigilia perceptarum reliquiæ; Spiritúsque per quietem vaporibus è cibo & potu cerebrum petentibus agitati varia reddunt Somnia, vt in nubibus variæ animantium species effinguntur; cuiusmodi sunt ebriorum, & phreneticorum Visa, aut ægroti Somnia, vt ait Horat. Plato in Sympofio Somnia futurorum prænuntia à dæmonibus proficisci existimat. Alia sunt naturalia, quæ Medici diiudicant. Pythagoras lectum petiturus cantu lyræ Somnia facilia procurabat, & esu fabæ suis interdicebat, quæ vaporibus cerebrum infestat. Stoici putaunt Somnia vere immitti à Deo, vel fato fieri, & natura animi nostri, quæ diuina est. Lucretius omnia Somnia putauit esse, μεριμνηματικά, quia ea quæ homines vigilantes agitant, aguntque in Somnis occursant.

> *Et quo quisque ferè studio deuinctus adhæret,*
> *Aut quibus in rebus multùm sumus antè morati,*
> *In Somnis eadem plerumq; videmur obire.*

Claudianus lib. 3.

> *Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,*
> *Tempore nocturno reddit amica quies.*
> *Venator defessa toro cùm membra reponit,*
> *Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit.*

Theocriti in Piscatore

> Ἐν ὕπνοις πᾶσα κύων μαντεύεται ἄρτως.

In Somnis canis omnis diuinat panes. Epicurus Somnis nihil esse fidei censuit. *Hinc scies*, ait Eumolpus apud Petron. *Epicurum hominem esse diuinum, qui eiusmodi Somnia facetissima ratione condemnat.* Tertullianus lib. de Anima c. 46. *Vana in totum Somnia Epicurus iudicauit liberans à negotiis diuinitatem.* Lucian. in Pseudom. πεφύκασί πως αἱ καθ᾽ ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων· ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια: *Species, quæ in somnis exhibentur, vt plurimum sunt reliquiæ curarum*

diurnarum. Qualia enim sunt studia, quæ agitamus, talia sunt & insomnia. Aristoph. in nubibus, de iuuene aurigationis studioso ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων ἱππικήν, *Somniat dormiens equitationem.* Ex affectu, & consuetudine pueri dormientes, cùm requisita naturæ premunt, exonerare sibi videntur vesicam prope dolia, quæ in vicis Romæ eius rei causa comparata erant. Lucretius lib. 4.

Pusi sæpè lacum propter se, ac dolia curta
Somno deuincti credunt extollere vestem,
Totius humorem saccatum vt corporis fundant.

Amphoras intelligit, & gastras exonerandæ vesicæ. Homerus, & Virgilius duo genera Somniorum statuunt, vera, & falsa. Odyss. lib. 19.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων,
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ᾽ ἐλέφαντι.

Duæ portæ sunt imbecillium Somniorum, alia è cornu, alia ex ebore. Virgil. Æn. 6.

Sunt geminæ Somni portæ; quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus vmbris;
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.

Propertius portam Corneam vocat Piam.

Nec tu sperne piis venientia Somnia portis.

Horat. Od. 27. lib. 3. *Imago*
Vana, quæ porta veniens eburna
Somnum ducit.

Auson. Ephemerid.

Diuinum perhibent vatem sub frondibus vlmi
Vana ignauorum simulacra locasse soporum,
Et geminas numero portas, quæ vertice eburno.

Galenus Somnia quædã ex affectione corporis contingere ait lib. de præsag. Plin. l. 7. c. 50. *Pub. Cornelius Rufus somniat se oculis captum. Somnio fides constitit, & oculis captus est.* Apud Accium in Bruto, Tarquinio vnus ex amicis sapienter respondere videtur. *Rex, quæ in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident, quæcunque agunt vigilantes, agitantq́, ea si cui in somno accidunt, minus mirum est. Sed in re tanta haud temerè visa offerunt. Proinde vide, ne quem tu esse hebetem deputes æquè ac pecus; is sapientia munitum pectus egregium gerat, teque regno expellat.* &c. Apud Ciceronem lib. 1. de Diuinarion. Huc partinet illud Nonni lib. 42. Dionysiac.

———— αὐτότυπον γὰρ
Ἔργον ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι νυκτὶ δοκεύει,
Βουκόλος ὑπνώων κεραοὺς βόας εἰς νόμον ἕλκει·
Δίκτυα θηρητῆρι φαείνεται ὄψις ὀνείρου,
Γειοπόνοι δ᾽ εὕδοντες ἀροτρεύουσιν ἀρούρας.

Qui aliquid de die fecit, de nocte videt visum operi simile quod vigilans egit. Bubulcus dormiens cornigeros boues in pascua ducit: Venator somniat retia: Agricolæ dormientes arant terras. Petronius:

——*Nam cùm prostrata sopore*
Vrget membra quies, & mens sine pondere ludit,
Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sæuit in vrbes.
Tela videt.

Herodotus in Polyhymnia, πεπλανημέναι αὗται μάλιστα ἐώθασι ὄψιες τῶν ὀνειράτων τά τις ἡμέρης φροντίζει, *Visa Somniorum nos frustrari solent ob ea, quæ per diem quis cogitarit.* Ideo Aristoteles Somnium affectionem & opus interni sensus esse ait, ex adseruatis in sanguine, & spiritibus viræ imaginibus, quibus liberiùs, & diligentiùs mens intendit quàm interdiu, vt pote solutior, & magis vacua à perturbationibus. Senec. in Octauia

Quæcunque mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietem sacer & arcanus refert,
Veloxq́, sensus, coniugem, thalamos, rogos,
Vidisse te miraris?.

Consule Hippocratem libro de Somniis. Visa nocturna Græci vocant φάσματα. Seneca in Troade, *noctis horrendæ soporem.* Herodotus ὄψιν ἐνύπνιον; alij ὁράματα. Quorum tria genera sunt:

A ra sunt: quædam enim rem præsentem ostendunt; quod facit oblatus in quiete Hector Æneæ apud Virgilium lib. 2. Æneid. Aut præteritam, vt Elisæ Sichæus apud eundem: Aut futuram, vt Anchises Æneæ, quæ pars ὀνειρώδης dicitur χρηματισμὸς, qui sub auroram fieri solet. Seneca,

Partes fere nox alma transierat duas,
Clarumq́. septem verterant stellæ iugum
Ignota tandem venit afflictæ quies.

Theocritus in Europa,

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον
Νυκτὸς, ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠὼς
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος.

B *Europæ Venus olim dulcem Somnum immisit, quando iam tertia noctis sors est; prope autem aurora, cùm somnus melle dulcior est.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 9. *Omnia, quæ in quiete nobis obuersantur, reliquias esse eorum, quæ de die agitauimus* ostendit, *& partus inutiles ignauæ consuetudinis* αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν εἰσι συνηχιῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥαθύμου συνηθείας γεννήματα: *Anima corpore iacente, ac blanda vi soporis immobili, tamen interim somniat,* ait Tertullianus libro de Anima cap. 43. *nec quiescit, nec ignauescit omninò, nec naturam immortalitatis seruam soporis addicit. Probat se mobilem semper, terra, mari peregrinatur, negotiatur, agitat, laborat, ludit, gaudet, dolet, &c.* Quod etiam Epimenidem in fabulam impegit quinqueginta penè annos somniculosum. Sed & Neronem Suetonius, & Thrasymedem Theopompus negat vnquam somniasse, nisi vix Neronem in vltimo post pauores suos. &c. Telmenses nulla Somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. Quis tam extraneus humanitatis, vt non aliquam aliC quando visionem fidelem senserit. Astyages Medorum regnator, quod filiæ Mandanæ adhuc virginis vesicam in diluuionem Asiæ fluxisse Somnio viderit, Herodotus refert. Item anno post nuptias eius ex hisdem locis vitem exortam toti Asiæ incubasse. Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit, qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt. Siquidem Asiam Cyrus & mersit, & pressit. Philippus Macedo nondum pater, Olimpiadis vxoris naturam obsignasse viderat annulo. Leo erat signum: crediderat præclusam genituram, opinor, quia leo semel paret est. Aristodemus, vel Aristophon coniectans, nihil vacuum obsignari, filium & quidem maximi impetus portendi. Alexandrū qui sciunt, leonē annuli recognoscunt. Ephorus scribit. Sed & Dionysij Siciliæ tyrannidem Himeræa quædam somniauit, Heraclydes prodidit. Et Seleuco regnum Asiæ Laodice mater nondum eum enixa præuidit, Euphorion prouulgauit. Mithridatem quoque ex D Somnio Ponti potitum à Strabone recognosco. Et Balaridem Illyricum à Molossis vsque Macedoniam ex Somnio dominatum, de Callisthene dico. Nouerunt & Romani veritatis huiusmodi Somnia. Reformatorem Imperij puerulum adhuc, & priuatum loci; & Iuliuin Octauiū tantùm, & sibi ignotū Marcus Tullius iam & Augustū, & ciuiliū turbinū sepultorē de Somnio notat. In Vitellij commentariis conditum est. Nec hæc sola species erit summarum prædicatrix potestatum, sed & periculorum, & exitiorum: vt quum Cæsar in prælium perduellium Bruti & Cassij Philippis æger aliàs maiestatem, aliàs discrimen ab hostibus relatus, Artorij visione destituto tabernaculo euadit: vt quum Polycrati Samio filia crucem prospicit de Solis vnguine, & lauacro Iouis. Reuelantur & honores, & ingenia per quietem: præstantur & medelæ, produntur & furta, conferuntur & thesauri Ciceronis denique dignitatem, paruuli etiam nunc, gerula iam sua inspexerat. Cycnus de sinu SoE cratis demulcens homines, discipulus Plato est. Cleonymus Pyctes ab Achille, curatur in Somniis. Coronam auream quum ex arce Athenæ perdidissent, Sophocles tragicus somniando redinueuit. Neoptolemus tragœdus, apud Rhetæum Troiæ sepulcrum Aiacis monitus in somniis, ab ipsa ruina liberatur; & quum lapidum senia deponit, diues deinde auro redit. Quanti autem Commentatores & adfirmatores in hanc rem? Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionysius Rhodius, Hermippus, tota sæculi litteratura. Solum si forte ridebo, qui se existimauit persuasurum, quòd prior omnibus Saturnus somniarit: nisi si & prior omnibus vixit Aristoteles, ignosce ridenti. Cæterum Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes Somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis, vt Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mollum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopsi in Cilicia, Hermiones in Macedonia, Pasiphaës in Laconica. Cætera cum suis & origi-

originibus, & ritibus, & relatoribus cum omni deinceps hiſtoria Somniorum, Hermippus Beritenſis quinione voluminum ſatiatiſſimè exhibebit. Sed & Stoici Deum malunt prouidentiſſimum humanæ inſtitutioni inter cætera præſidia diuinatricum artium, & diſciplinarum, ſomnia quoque nobis indidiſſe, peculiare ſolatium naturalis oraculi. Hæc quantum ad fidem ſomniorum à nobis quoque conſignandam, & aliter interpretandam. Definimus enim à dæmoniis plurimum incuti ſomnia, etſi interdum vera & gratioſa; ſed de qua induſtria diximus, affectantia, atque captaria; quantò magis vana & fruſtratoria & turbida, & ludibrioſa, & immunda? Nec mirum, ſi eorum ſunt imagines, quorū & res. A Deo autem, pollicito ſcilicet & gratiam Spiritus ſancti omnem carnem, & ſicut propheraturos, ita & ſomniaturos ſeruos ſuos, & ancillas ſuas, ea deputabuntur, quæ ipſi gratiæ comparabuntur, ſi qua honeſta, ſancta, prophetica, reuelatoria, ædificatoria, vocatoria: quorum liberalitas ſoleat & in profanos deſtillare, imbres etiam & ſoles ſuos peræquante Deo iuſtis & iniuſtis. Siquidem & Nabuchodonoſor diuinitus ſomniat: & maior penè vis hominum ex viſionibus Deum diſcunt. Sicut ergo dignatio Dei & in Ethnicos, ita & tentatio mali in ſanctos, à quibus nec interdiu abſiſtit, vt vel dormientibus obrepat, quā poteſt, ſi vigilantibus non poteſt. Tertia ſpecies erunt Somnia, quæ ſibimet ipſa anima videtur inducere ex intentione circunſtantiarum. Porro quàm non eſt ex arbitrio ſomniare: (nam & Epicharmus ita ſentit) quomodo ipſa erit ſibi cauſa alicuius Viſionis? Num ergo hæc ſpecies naturali formæ relinquenda eſt, ſeruans animæ etiam in ecſtaſi res ſuas perpeti? Ea autem, quæ neque à Deo, neque à dæmonio, neque ab anima videbuntur accidere, & præter opinionē, & præter interpretationē, & enarrationē facultatis ipſi propriè ecſtaſi, & rationi eius ſeparabūtur. Certiora, & colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus, quaſi iam emergente animarum vigore producto ſopore. Ex temporibus autem anni verno magis quieta eſt, quod diſſoluat animas, & hyems quodammodò obduret, & autumnus tentator aliàs valetudinum ſuccis pomorum vinoſiſſimis diluat. Item ex ipſius quietis ſitu, ſi neque reſupina, neque dextero latere decumbat, neque conreſupinatis internis, quaſi refuſis loculis ſtatio ſenſuum fluitet, aut compreſſu iecoris angina ſit mentis. Sed hæc ingenioſè æſtimari potiùs, quàm conſtanter probari putem. Hæc talia Tertullianus Montano, Priſcillæ, & Maximillæ, quorum erroribus ſeruiebat, gratificatus ſcribit, quæ ſacræ literæ damnant; Deuter. 13. *Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris.* Cato inſomnioſum vocat eum, qui multùm ſomniaſſet. ὀνειροκρίτης Somniorum eſt interpres, cuiuſmodi fuēre Phemonoe, & Melampus, apud Syneſium lib. de inſomniis. Cicero lib. 1. de Diuinat. *Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit, quæ nomen ex inuenta re reperit, rem ipſam inuentor ex ſomnio.* Apud eundem vide de Somnio matris Dionyſij, de Galeotis, de Tarquinij ſomnio, de Alexandri, vt Ptolomæo mederetur. De Alcibiadis ſomnio apud Plutarchum. Apud Artemidorum lib. 2. Miſtes Apollo per Somnia reſponſa dabat. Viſa ad Somnia pertinere diximus, quorum alia dormientibus, alia vigilantibus obiiciuntur. Propertius,

—— falſumq́, auertite viſum.
Ne qua tibi inſolitos portarent viſa timores.

Tibullus lib. 3. eleg. 4. graphicè Viſum in quiete depingit.

Dij meliora ferant, nec ſint inſomnia vera,
Quæ tulit heſterna peſſima nocte quies.
Tandem cum ſummo Phœbus proſpexit ab ortu,
Preſſit languentis lumina ſera quies.
Hic iuueni caſta redimitus tempora lauro
Eſt viſus noſtra ponere ſede pedem.

Tempus enim matutinum ſub auroram veris Somniis opportunum eſt. Ouid. in epiſt. Herus:

Namque ſub auroram iam dormitante lucerna,
Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent.

Horatius,

Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera.

Viſum diurnum, quod vigilanti obiectum eſt, narrat Plutarch. in Sylla, ἐν Καμπανίᾳ περὶ τὸ Τίφατον ὄρος ἡμέρας ὤφθησαν δύο τράγοι μεγάλοι συμφερόμενοι, καὶ πάντα δρῶντες, καὶ πάσχοντες ἃ συμβαίνει μαχομένοις ἀνθρώποις· ἦν δ᾽ ἄρα φάσμα, καὶ κατὰ μικρὸν αἰρόμενον ἀπὸ γῆς

A γῆς διεσπείρετο πολλαχοῦ τοῦ ἀέρος, εἰδώλοις ἀμαυροῖς ὅμοιον, εἶτα οὕτως ἠφανίσθη: *In Campania circa montem Hyphaum de die visi duo hirci magni concurrere, & omnia facere ac pati, quæ pugnantibus eueniũt. Erat autem visum, quod paulatim à terra eleuatũ in aëre variè dißipabatur, simile obscuris imaginibus, mox ita euanuit.* Idẽ in Cimone de viso nocturno, ὄναρ ἴδεν ὁ Κίμων· ἐδόκει κύνα θυμουμένην ὑλακτεῖν πρὸς αὐτόν, ἐκ δ' ὑλακῆς μεμιγμένον ἀφεῖσαν ἀνθρώπου φθόγγον εἰπεῖν, στεῖχε· φίλος γὰρ ἔσῃ, καὶ ἐμοί, καὶ ἐμοῖς σκυλάκεσσι: *Insomnium vidit Cimo. videbat enim Canem percitam ira se adlatrantem, & vlulatui mixtam hominis vocem emittentem, dicentémque, Vade. Mihi enim, & meis catulis carus eris.* Ex hoc tam obscuro viso Astypheus Posidoniates coniector ei mortem denuntiauit. Canẽ enim allatrantem hostis argumento esse, cui nulla ratione magis amicus esse possis, quam moriendo: vox mixta Canis & hominis Medum hostem significat, quia in Medorum exercitu erant & milites Græci. Apud Plutarch. in Cæsare vide Somnium Calpurniæ. Apud B eundem in Sylla, dicitur per quietem dea se Syllæ obtulisse, quam ex disciplina Cappadocum Romani colunt, siue ea Luna, siue ea Minerua, siue Bellona est. Hæc Syllæ fulmen tradere visa, ταύτην ὁ Σύλλας ἔδοξεν ἐπιστᾶσαν ἐγχειρίσαι κεραυνὸν αὐτῷ, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἕκαστον ὀνομάζουσαν τῶν ἐκείνου, βάλλειν κελεῦσαι, τοὺς δὲ πίπτειν βαλλομένους: *Cumque inimicorum eius nomina recensuisset, iusisse, vt eos fulmine feriret, qui percussos cadere visi.* Visum vigilanti factum est, quod narratur à Paulo Diacono lib. 15. Miscellæ Histor. *Apud Neocæsaream cum terræ motus futurus esset, miles iter faciens duos milites super eam vidit, & alium militem post terga clamantem, Conseruate domum in qua sepulcrum Gregorij est. Cùm autem terræ motus fatus esset, plurima pars ciuitatis corruit excepta domo Gregorij Thaumaturgi.* Idem nocturnum Visum his verbis explicat, *Theodorus vnus ex his, qui cum Macedonio Episcopo erant, vidit eum in somnis dicentem sibi; Excipe, abiens lege, & dic Anastasio; Ego quidem ad patres meos vado, quorum fidem seruaui. Non cessabo autem increscens* C *Domino, vsque quò venias, & ingrediamur iudicium.* Idem visum diurnum commemorat in hæc verba, *Theodorici animam solitarius quidam apud Liparam insulam vir magnæ virtutis aspexit inter Ioannem Papam, & Symmachum Patricium deduci, & in ollam Vulcani, quæ ei loco proxima est, demergi.* Huic viso geminum illud est apud Adonem in Cronico, *Erat*, inquit, *tunc temporis vir oculis cæcatus, vnus de illis, quibus Ebroinus effoderat lumina in Insula Lugdunensis prouinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicannæ fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cúmque interrogaret, quò nauigium illud tenderet, vox in auribus eius percrebruit; Ebroinus est, quem ad Vulcanum ollam deferimus: ibi enim facti sui pœnas luet.* Aliud visi genus narrat in anno 774. *Cum Saxonei ad Castellum Buriabug quandam Ecclesiam proximè Castellum incendere vellent, quam sacrauerat Bonifacius martyr; apparuerunt duo iuuenes miræ claritatis, & candoris, videntibus tam Christianis,* D *quàm paganis, qui ipsam Ecclesiam defendere videbantur*, ait Ado. Vbique apud Historicos eiusmodi Visa occurrent, quale est illud apud Paulum Diacon. lib. 13. *Cùm Theodosius in Arbogastem moueret, circa galli cantum sopore compressus vidit in somnis quasi iaceret in campo, & astarent ei duo quidam viri in vestibus albis, & equis candidißimis residentes, eum iubentes habere fiduciam, & continuò armare milites ad victoriam; dicebantq́; se pro solatio destinatos, quorum alter Ioannem Euangelistam; alter se Philippum dicebat Apostolum.* Per quietem quoque sæpe à Deo nobis præscripta remedia. Sozomenus lib. 2. cap. 4. Cùm Aquilinus vir nobilis morbo regio arquatus laboraret, ἐκχυθείσης τῆς χολῆς πρὸς ὁμόχροον ἰδέαν ἔβαψε τὴν ἐπιφάνειαν, desperantibus Medicis, παρεκελεύσατο τοῖς οἰκείοις φέρειν αὐτὸν εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον· κειμένῳ ἐνθάδε νύκτωρ ἐπιφανεῖσα θεία δύναμις προσέταξε τὰ ἐσθιόμενα πόματι βάπτειν τοιούτῳ, ὃ συνέθετο ἐκ μέλιτος, καὶ οἴνου, καὶ πεπέρεως ἀναμιγνυμένων ἅμα τὴν κατασκευὴν ἔχει. Vide eiusmodi remedia apud Aristidem in E Æsculapio Sozomen. lib. 7. cap. 5. προφαινομένη γὰρ ἐνθάδε θεία δύναμις, ὕπαρ τε, καὶ ἐν ὀνείρασι πολλοῖς πολλάκις νόσοις τε, καὶ περιπετείαις πραγμάτων κάμνουσιν ἐπήμυνε· πεπίστευται δὲ ταύτην τὴν Χριστοῦ μητέρα Μαρίαν τὴν ἁγίαν παρθένον εἶναι: *Bilis effusa toto corpore colore flauo cutis superficiem tinxit. Cùm medici desperarent, monuit domesticos, vt eum ferrent in Ecclesiam, vbi nocte iacens monitus est à virtute diuina, vt quia cibos acceptos euomebat, tali potione cibos suos aspergeret, quæ ex melle, vino, & pipero misceretur, quod ille fecit, & conualuit.* Idem de templo S. Anastasiæ loquens, *vbi diuina virtus apparens, visis, & insomniis medetur ægrotis, & iis qui grauibus rerum difficultatibus laborant. Creditur Anastasia non alia esse, quàm sanctißima Christi mater virgo Maria.* De somniis Theodoretus lib. 4. Hist. cap. 11. Messaliani, qui & Euchitæ dicti, ὕπνῳ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδιδόντες τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας προφητείας ἀποκαλοῦσι, *Somno se ipsos permittentes, visa somniorum Prophetias appellant.* Futura insomniis sæpe indicantur. Quod Iuliano Desertori accidit, cui secundùm quiem quidam hos versus cecinit,

Iuppiter

Iuppiter angustos vbi fines intrat aquari,
Virgineóque sinu vicesima quinta recepit
Portio Falciferum, Constantius Induperator
Regnum Asiæ tristi superatus morte relinquet.

Zonaras, προεγνωκέναι τὴν ἡμέραν καθ᾽ ἣν τεθνήξεται ὁ Κωνστάντιος, ἐν ὀνείρῳ αὐτὴν μηνυθεὶς δι᾽ ἐπῶν ταῦτα φραζόντων:

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο
Παρθενικῆς δὲ Χρόνος μοίρης βαίνῃ ἐπὶ πέμπτης
Εἰκοστῆς, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν, καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Idem de Valente, ὁ μέγας πατὴρ Ἰσαάκιος ἐφ᾽ ἵππου αὐτῷ ἐντυχὼν, *Isaacius Magnus pater Valenti equo insidenti occurrit, monuítque, vt Catholicis Ecclesias redderet, fore vt de hoste victoriam reportaret.* Ille iussit sanctum in suum reditum reseruari, ὁ δὲ, εἰ σὺ ἐπιστρέψεις, ἔφη, οὐ λελάληκεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ ἐν ὀνείρῳ δὲ ἐθεάσατο Οὐάλης ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ,

Τάχος βάδιζε πρὸς μίμαντα τὸν μέγαν,
Ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει τάλαν.

Iob. 33. *Quando homines dormiunt in lecto, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.* Numer. 12. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, apparebo illi in visione, aut per Somnium loquar ad illum.* Hippocr. l. de insomniis, ait animum vigilantem foras à se distrahi per sensus, dormientem in se colligi; ideò Deus, aut dæmon Somnia dormientibus immittit. Aristot. lib. de diuinat. ex somn. *Insomnio animus à sensibus abstrahitur, & à consortio corporis.* Apul. milesf. 1. *Vesanus, quin poculis & vino sepultus extrema sommasti? Næ meritò medici fidi, cibo & crapula distentos sæua & grauia somniare autumant. Mihi quod poculis vesperi minus temperaui, nox acerba diras & truces cogitationes obtulit. Vt adhuc me credam esse cruore humano aspersum, atque impiatum.* Socrates in Platonis politia dicit, *Cum dormientibus ea pars animi qua ratione vtitur, sopita langueat, illa autem in qua feritas bruta sit, immoderato potu ciboque stupeat, exultare eam insomniis, & immoderatè iactari: ita huic visa obiiciuntur absurda, vt aut se matrem inire putet, aut aliquem trucidare, & impiè cruentari.* Iubet itaque Plato sic ad somnium ire affecto corpore, vt nihil sit, quod animum percellat, & turbet. Macrobius lib. 1. de somn. Scip. c. 3. *Si quis fortè quærere velit, cur porta eburna falsis, è cornu veris sit deputata, instruetur auctore Porphyrio.* &c. latet, inquit, *omne verum. Hoc tamen anima cùm ab officiis corporis Somno eius paululum libera est, interdum aspicit. Nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit. Et cùm aspicit, tamen non libero & directo lumine videt, sed interiecto velamine, quod nexus caligantis natura obducit,* &c. *Hoc velamen, cùm in quiete ad veram vsque aciem introspicientis admittit, de cornu creditur, cuius ista natura est, vt tenuatum visui sit peruium. Cùm autem à vero hebetat, ac repellit obrutum, ebur putatur; cuius corpus ita natura densatum est, vt ad quamuis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad vlteriora tendente penetretur.* Tertul. lib. de Anima, *Respicere est per cornu, ebur autem cæcum est.* De vlmo vbi vana somnia, Virgil. lib. 6.

Vlmus opaca, ingens, quam sedem Somnia vulgò
Vana tenere ferunt.

Ob portam corneam Philostratus Somnio cornu tribuit in Amphiar. ὄνειρος ἐν ἀνειμένῳ εἴδει γέγραπται, καὶ ἐσθῆτα ἔχει λευκὴν ἐπὶ μελαίνῃ, τὸ οἶμαι νύκτωρ αὐτοῦ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν (fortè τὸ εἶναι νύκτωρ αὐτὸν) ἔχει καὶ κέρας ἐν ταῖν χεροῖν, ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων: *Somnium specie resoluta, pingitur, & vestem habet albam super nigra, quod de nocte post exactum diem fiat. Habet & cornu in manu, quod Somnia per portam corneam, & veracem educat.* Sed & inter Christianos olim hæretici reperti, qui Somnia sua cornea porta exire crederent. Harmenopulus de Sectis, & Nicetas in Thesauro orthodo. fidei lib. 4. τὸ τῶν Μασσαλιανῶν ὄνομα ἑξελληνιζόμενον εὐχίτας δηλοῖ· πολὺ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς εὐχῆς ὄνομα· καλοῦνται δὲ ἐκ τοῦ πράγματος ἐνθουσιασταί· δαίμονος γὰρ ἐνέργειαν λαβόντες, πνεύματος ἁγίου εἶναι ταύτην ὑπολαμβάνουσι· ὕπνῳ δὲ σφᾶς ἐκδιδόντες ἐνθουσιασμὸν τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας καλοῦσι: *Massaliani si vocem Græcè interpreteris, vocantur Precatores. Frequenter enim orationis vocem vsurpant. Dicuntur autem à re ipsa Enthusiastæ, quia spiritu dæmonis cum agerentur, se sancto Spiritu agi putabant, & Somno se dedentes somniorum imagines Enthusiasmum vocant.* Vt & Montanistæ. Somnia autem διόπετα, à Luna immitti ethnici putabant. Propert. lib. 4. Eleg. 4.

Sæpe illa immeritæ causata est Somnia Lunæ. (Vulgò omina.)
Et sibi tingendas dixit in amne comas.

Ausoni.

A Ausoni. Ephemeride.

Ite per obliquos cæli mala Somnia mundos,
Lunares habitate polos.

Hecaten Somnia immittere vetus poëta vult apud Plutarc lib. de superstit. quæ eadem cum Luna censetur, εἴτ' ἐνύπνιον φάντασμα φοβῇ, χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω: *Siue visum Somnij te terret, & nocturnæ Hecatis suscepisti proseruiam.* Euripid. in Iphigenia Tauri. νυχία χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα, ἃ πολέσιν μερόπων, τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ' ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν ὕπνῳ κατὰ δνοφερὰς γᾶς εὐνὰς ἔφραζον: *Ex diuinis oraculis vbi nocturna terra peperit spectra, quæ multis mortalibus prima, & sequentia, & quæ futura erant, in somno per cubilia terræ tenebricosæ dicebant.* Terra ipsa Somniorum mater dicitur Euripidi,

ὦ πότνια χθὼν μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.
B *O veneranda terra mater somniorum nigris alis præditorum.*

Certè Æschylus in Eumenidibus τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν, *primam fatidicam Tellurem* fuisse ait, quæ Delphicum oraculum ante Themidem, & Apollinem tenuerit, & per quietem responsa dederit: quod & Pausanias in Phocicis prodit, Delphis γῆς εἶναι χρηστήριον, *terræ esse oraculum.* Apud Orpheum Μηλινόη, pag. 124. Melinoe filia Ditis & Persephones,

θνητοὺς μαίνει φαντάσμασιν ἠεροφοίτοις,
ἀλλοκότοις ἰδέαις μορφῆς τύπον ἐκπροφανεῦσα.

Quæ in furorem agit homines visis per aërem volantibus ostendens characterem formæ alienis & horrentibus ideis. Omninò Dij omnes, in quorum templis darentur in quiete responsa, putabantur somnia immittere. In primis Amphiaraus, qui *diuinationẽ per Somnia dicitur cõstituisse.* Pausan. Amphiaraus ὀνομασθῇ μαντικῇ δι' ὀνειράτων καταστησάμενος. *Arietem ei mactant, & pelli stratæ incu-*
C *bantes dormiunt, expectantes Somnij declarationem,* κριὸν θύσαντες αὐτῷ, καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος. Philostratus lib. 2. Apollon. Amphiaraus, inquit, μαντευόμενος ἐν τῇ Ἀττικῇ νῦν ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις, καὶ λαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸν χρησόμενον, σίτου τε εἴργουσι μίαν ἡμέραν, καὶ οἴνου τρεῖς, ἵνα διαλαμπούσῃ ψυχῇ τῶν λέγων σπάσῃ, (fortè λογίων) *Vaticinans in Attica nunc Somnia inducit petentibus, & Sacerdotes consulentem vna die iubent abstinere cibo, tres dies vino, vt hauriat limpida mente responsum.* Item τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω ῥῆγμα ἱερὸν, καὶ θεῶδες αὐτοῦ, καὶ ἀλήθεια λευχειμονοῦσα, αὐτοῦ καὶ ὀνείρων πύλη· δεῖ γὰρ τοῖς ἐκεῖ μαντευομένοις ὕπνου: *Oraculum Amphiarai antrum sacrum, & diuinum. Ibi est veritas albata, ibi & Somniorum ianua: opus est enim consulentibus Somno. Apud Phliasios,* inquit Pausanias, *ponè forum est domus diuinationis, in quam ingressus Amphiaraus, cùm nocte dormisset, vaticinari tunc primum incepit,* καὶ τὴν νύκτα ἐγκατακοιμηθεὶς μαντεύεσθαι τότε πρῶτον ἤρξατο. Deli Themis ante Apollinem νυχίοις ὀνείροις, *nocturnis*
D *somniis* futura ostendebat, ait Euripid. in Tauris, act. 5. In templo Serapidis Somniis medicina morbis præscribebatur, vt Strabo lib. 17. Item in templo Æsculapij apud Aristidem Hierico primo. *Liberator Pan apud Træzenios ostendit Somnia, quæ pesti remedium indicabant.* Pausan. λυτήριος Πὰν Τροιζηνίων τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν ὀνείρατα, ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος. Apud eundem *Inus oraculum in Laconibus est, vbi Somniis ostendit Dea, quod petitur,* Ἰνοῦς μαντεῖον, ὁπόσα δ' ἂν πυθέσθαι δέωνται, ὀνείρατα δείκνυσί σφισιν ἡ θεός: *Ad tumulum Podalirij, qui pellibus ouium incubant, Podalirius eis vaticinatur verum, & medicus morborum apud Daunios vocatur, quando loti Altæo fluuio implorant Aesculapij filium ciuibus auxiliatorem, & gregibus.* Lycophron.

——— ψαφαρὰν
ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγκηρὰν κόνιν.
Δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις
E Χρησεῖ καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν.
Νόσων δ' ἀκέστης Δαυνίοις κληθήσεται,
Ὅταν καταικμαίνοντες Ἀλθαίνου ῥοαῖς
Ἀρωγὸν αὐδήσουσιν ἠπίου γόνον
Ἀστοῖσι, καὶ ποιμναῖσι πρευμενῆ μολεῖν.

Strabo lib. 6. δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας, περὶ λόφον ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα· τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ· ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι: *Ostenduntur Heroa in Dauniis ad collem cognomento Drium. Alterum Calchantis in summo vertice, cui mactant nigrum arietem consultores & pelli incubant.* Cicero lib. 1. de Diuinat. ait Lacædemonios excubare in Pasiphææ fano. Plutarch. lib. de defectu oracul. Somnia in templo Mopsi futura denuntiare ait. Tertull. lib. de Anim. Amphiarai apud Oropum oracula, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Mopsi in Cilicia, Hermionæ in Macedonia, Pasiphaæ in

Laconica. Aristoteles Heroem quendam Sardiniæ notat incubatores fani sui visionibus priuantem, ait Tertul. lib. de anima c.47. *Atlantes, Libyca gens cæco Somno noctem transigunt, nec Insomnia visunt.* Plin. lib. 8. c. 5. Vide Salisberiensem in Polycrat. lib. 2. cap. 14. 15. 16. Somnium Esaiæ 24. dicitur *Chalom.* In delubro Fauni Somnia sunt oracula. Virgil. A

—— oracula Fauni
Fatidici genitoris adit; huc dona Sacerdos
Cùm tulit, & cæsarum ouium sub nocte latenti
Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit,
Multa modis simulacra videt volitantia miris.

Vbi Seruius, *Incubare propriè dicuntur ij, qui dormiunt ad accipienda responsa.* Qua voce sæpe vtitur Tertullianus libro de Anima.

Fastor. lib. 4. Ouid. de eodem, B

Prima cadit Fauno, leui cadit altera Somno:
Sternitur in duro vellus vtrumque solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur vnda,
Bis sua faginea tempora fronde tegit.
Vsus abest Veneris, nec fas animalia mensis
Ponere. &c.

Diodorus Siculus Hemitheæ fanum esse prodit, vbi morbis medicinam in quiete accipiant consultores. Strabo Charonium ponit in Asia, vbi Somnio morbis remedia præscribãtur. Plaut. in Curgulione, quosdam incubasse Ioui ad Somnia indicat. Apud Hieronymum in Hilarione dæmon ipse gloriatur se Memphi homines somniis delusisse. Prope Ammonis templum lapis est, quod Ammonis Cornu dicitur, qui præduina Somnia capiti subiectus repræsentat, auctore Solino c. 4. Aspasia Somnio medicinam morbi immedicabilis accepit, apud Ælianum in varia histor. *Apud Phocenses in delubro Dionysij, apud Bæotios in antro Trophonij Somnio de futuris monebantur,* ait Pausan. Romæ ad simulacra Castoris & Pollucis in foro; vel, vt vult Acron, quinquaginta Ægypti filiorum. Persius Sat. 2. C

—— Nam fratres inter ahenos
Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Quanquam autem non homines modò, sed etiam bruta animantia somniare compertũ est; Atlantes tamen Somnia non vident, auctore Ammiano Marcel. lib. 15. *Cætera gentes vident, & plerunq; veracia,* vt Cic. libris de Diuinat. Valerius Maximus cap. de Somniis, & passim historici veteres. Capitolinus in Pertin. *Signa interitus hæc fuerunt, ipse ante triduum quàm occideretur; in Piscina sibi visus est videre hominem cum gladio infestantem.* Manasses in Politicis Anastasij Somnium exponit his verbis, D

Οὗτος καθεύδων ἔδοξεν εἰδεῖν κατὰ τοὺς ὕπνους
Ἄνδρα φρικώδη φέροντα χάρτην ἐν ταῖς παλάμαις,
Καὶ τοῦτον ἀναπτύξαντα, καὶ τὴν Ἀναστασίου
Κλῆσιν πρὸς αὐτὸν φράσαι σὺν αὐστηρίᾳ.
Ἐκκόπτων ὑπεξέγραψε τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου,
Καὶ χρόνους ἐκολόβωσε τέσσαρας πρὸς δέκα.

Anastasius dormiens videre sibi visus est in quiete virum terribilem ferentem chartam manibus, quã explicauit, Anastasiiq; nomen recitauit cum seueritate: Deus vitæ tuæ tempus abscidit, & detraxit annos quatuordecim. Quod vt pronuntiatum erat, ita euenit. Idem de Somnio Domitiani, αὐτὸς δὲ μέλλων τελευτᾶν ὁ θὴρ ὁ θυμολέων ἐν ὕπνῳ βλέπειν ἔδοξε, ὡς ἵππον μελανθέντα βασιλικὸν ἐπέβαινε κατάφρακτος ὢν ὅπλων· αὐτομάτως εἰς χάσμα γῆς, καὶ βόθυνον κατηνέχθη αὐτὸς σὺν ἵππῳ, καὶ στολῇ, καὶ τέλος ἠφανίσθη: *Ipse, fera, leonis animos gerens, paulò antè mortem in somnis sibi videre visus est, se equum nigrum regium insilire ornatum omnibus armis. Mox sponte in hiatum terræ & fossam præcipitatus est, cum equo, & ornamentis, & tandem euanuit ex oculis hominum.* Hippias Pisistrati filius somniauit se cum matre coire, τῇ μητρὶ τῇ ἑαυτοῦ συνευνηθῆναι, narrante Herodoto lib. 6. vt & Iulius Cæsar apud Sueton. Responderunt Somniorum Interpretes, illis Imperium portendi, quia matres sibi subiecerant. Xerxes ἔδοξε ἐστεφανῶσθαι ἐλαίας θαλλῷ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐλαίας τοὺς κλάδους, καὶ γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν, μετὰ δὲ ἀφανισθῆναι περὶ κεφαλῆς κείμενον τὸν στέφανον: *Visus sibi est, coronari se ramo oleæ, cuius rami terram vniuersam complecterentur.* Posteà (μετὰ δὲ ταῦτα) *coronam capiti impositam euanescere.* Vespasianus in Achaia somniauit initium sibi, suisque felicitatis futurum simulac dens Neroni exemptus esset. Euenit, vt sequenti die progressus E

in

A iu atrium medicus dentem ei ostenderet tantum, quod exemtum, ait Sueton. Idem in Caligula, *Superuenientiq; ilicò quidam Cassius quoque nomine iussum se Somnio affirmans immolare taurum Ioui.* Apud Spartianum, *mulier Somnio monita est, diceret Adriano ne se occideret, fore enim vt conualesceret. Illa quia non paruit, oculis capta est. Iterum Somnio monita genua Adriani oscu'atur, visumque recuperat, cùm oculos aqua lauisset, quæ erat in fano vnde venerat.* Apud Lampridium Faustina cùm esset Commodo, & fratre eius prægnans, visa est in Somnis serpentes parere, sed ex his vnum truculentiorem. Apud Spartianum, *Seuerus Imperator sommianit quatuor aquilis, & gemmato curru præuolante nescio qua ingenti specie humana, ad cælum se raptum; cùmque raperetur, octoginta nouem numeros explicuisse, positúmque in circulo ingenti areo diu solum, & destitutum stetisse, ac veritum ne praeceps caderet, à Ioue vocatum, & inter Antoninos collocatum.* Apud Pausaniam in Messeniacis, *Filia, quam Aristodemus pater dissecuerat; patri se in quiete obtulit vulnera ostentans veste nigra, & exB ta in altari disiecit, arma patris sustulit, in mensam imposuit, coronam auream, & vestem albam, qua ornati mortui efferebantur. Aristodemus diem extremum clausit.* Apud Suetonium, *Attia mater Augusti priusquam pareret, somniauit intestina sua ferri ad sydera, explicaríque per omnem terrarum, & cæli ambitum. Somniauit & Attius vtero Attiæ iubar solis exortum.* ἐκ τ̃ αἰδοίε αὐτῆς τ̃ ἥλιον ἀνατέλλειν. Militi in Somnis ostensa radix in exercitu Alexandri, qua Ptolomæi lethale vulnus in India persanatum est. Eadem & Alexandro in quiete ostensa. Spartianus in Seuero Somnium Seueri narrat. Sueton. Vespas. cap. 20. *Dicitur etiam vidisse quondam per quietem stateram in media parte vestibuli Palatinæ domus positam examine æquo, cùm in altera lance Claudius, & Nero starent, in altera ipsius filij.* Sueton, in August. c. 94. *Catulus post dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus somniauit: prima, Iouem op. M. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, vnum secreuisse, atque in eius sinum signum Reip. quod manu gestaret, reposuisse. At in sequenti, animaduertisse se in greC mio Capitolini Iouis eundem puerum: quem cùm detrahi iussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. Ac die proximo obuium sibi Augustum, cùm incognitum aliàs haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset.* Ibidem, Somnium Ciceronis commemorat. Mater Virgilij somniauit se ramum laureum enixam, qui statim in arborem conualuerit. Hannibali vir humana specie maior secundum quietem obiectus est, quem à tergo draco immensæ magnitudinis in spiras conuolutus Italiam vastans sequeretur. Apud Pausaniam, quidam in Somnis visum sibi crus lapideum factum mane paralyticus repertus est. Parrhenion herba in somnis ostensa Pericli, qua pueri membra ruina ex alto rup'a conualuerunt. Antonino Pio secundùm quietem anguis iubarus obiectus, qui se à cauda medium voraret. Cyro visum in somnis Dario alas dari, quibus vniuersam Asiam obumbraret. Iulius Cæsar somniat è Iouis solio se præcipitari, viginti tribus vulneribus confossus D est. Belisarius apud Procopium sibi terram Lybicam floribus aspersam offerri, quos ipse vt comedit, suos comedere iussit. Nero apud Sueton. se oppleri formicis, & ab Octauia in altissimas tenebras trahi. *Matri Romæ in quiete ostensa radix cynorrhodi, quam ex vino filio bile percito cùm propinasset, ei sanitatem attulit,* narrante Plinio. Mater Dionysij prægnans visa est sibi Satyriscum parere; Galeotæ Siculi coniectores responderunt, eam pariturum virum illustrem. Athen. lib. 11. Somniat Socrates Platonem in cornicem mutatum, quæ suo capiti assultans, glabram caluam rostro tunderet, quia multa Plato de Socrate mentitus est. Somnia Callimachi & Ennij frequenter commemorantur apud Poëtas lib. 3. Græc. epigram.

> Ὦ μέγα Βαττιάδεω σοφὰ πέπυσον ὄνειρ,
> Ἦρ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς.
>
> E Μοῦσαι οἱ εἰρόμενα ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων
> Αἴτια, καὶ μακάρων, εἶρον ἀμειβόμεναι.

O magnum Battiadæ sapientis celebre somnium, certè emerseras è porta cornea, non autem eburnea. Musæ causas ei narrantes, de Heroibus antiquis, & Diis beatis alternatim canebant. Ennius παλιγγενεσίαν Epicharmi interpretatus est, eámque sibi accidisse testatur. *Nam videbar somniare ego me esse mortuum.* Eius fuit aliud somnium. *Visus Homerus adesse poëta; Homerus narrabat Ennio se fuisse pauonem, & post transiisse in Ennium.* Vide Maxim. Tyrium serm. 28. Ammian. Marcel. lib. 21. *Iulianus cùm apud Viennam posteà quiesceret sobrius, hora media noctis imago quædam visa splendidior, hos ei versus Heroos modo non vigilanti apertè dixit, eadem sæpius replicando,* &c. Propert. lib. 2. de Callimacho,

> *Et non inflati somnia Callimachi.*

Horat. lib. 2. eleg. 1.

> *Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus*

quasi à longè, propriè non somniant, nec verè dormiunr, τὸ φάντασμα τὸ ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν αἰσθημάτων, ὅταν ἐν τῷ καθεύδειν ᾖ, ᾗ καθεύδει, τοῦτ' ἐστὶν ἐνύπνιον. *Visum, quod ab agitatione eorum, quæ sensibus percepta sunt dormienti, quatenus dormit, obuersatur, somnium est.* Nero penè vsque ad exitũ vitæ nullum somnium viderat, quia ὅσοις συνέστηκε ἡ φύσις, ὥστε πολλὴν ἀναθυμίασιν πρὸς τὸν ἄνω τόπον ἀναφέρεσθαι, ἣ καταφερομένη ποιεῖ πλῆθος κινήσεως τούτοις εὐλόγως, οὐδὲν φαίνεται φάντασμα: *Illis, quibus multi vapores sursum feruntur, mox deorsum delapsi plurimum agitantur, nulla somnia occurrunt.* Neroni anre mortem visum formicarum obiectum est, ἕκαστον τῶν ἐν ὕπνῳ φαινομένων ὑπόλειμμά ἐστι τοῦ ἐνεργείᾳ αἰσθήματος: *omnia, quæ in somnis obuersantur, reliquiæ sunt eorum, quæ sensibus actu percepta sunt.* Cùm aliquis in quiere quidpiam videns cogitar id insomnium esse, phantasma est, non somnium. Cùm non cogitat id, quod videt, somnium esse, somnium est. Cùm enim ita διάνοια, & cogitario deuincta est, vt visum, quod obiicitur, tem veram esse putet, non tei veræ simulacrum, somnium est. Sæpe, qui dormit, quod in quiete videt, id somnium esse purat. Si autem dormit, & se nescit dormire, assentietur phanrasiæ, idque insomnium erit. Hoc igirur renendum: si in aliis porentiis sentientibus sunt sensilium species, multo magis consentaneum esse, vr sinr in corde, primo sensuum principio, à quo aliæ potentiæ accipiunt, vr actu res sentiant. Siquis somno sopitus, cùm somniare incipir, excitetur, in renebris videbit multas ob oculos species obuersari: hæ sunt in oculis à sensilibus commotiones. Vnde apparet obiecto absente, speciem eius sensibus insidere, & ad cor ipsum deferri. Simplicius ex Aristotele, de somniis ita differit. Argumenrum magnum est, somniis aliquid fidei esse, quòd ea omnium penè opinio est vsu, & experientia firmara, τὸ δὲ μηδεμίαν αἰτίαν εὔλογον ὁρᾶν καθ' ἣν ἂν γένοιτο, τοῦτο δὴ ἀπιστεῖν ποιεῖ: *Cùm autem eius rei nulla causa rationi consentanea dari possit, rursus animus in dubio est, & somniis fides detrahitur.* Nam si Deus somnia immittit, cur pessimis, ac vilissimis hominibus, non autem optimis, ac sapientibus immittit? Quòd si Deus non immittit, tota somniorum ratio inanis est. Necesse est autem, somnia vel causas esse eorum, quæ fiunt, vel signa, vel symptomata: causam dico, quomodò labor febris causa est: signum, quomodò asperiras linguæ signum est febricitantis. Symptoma, vt si vel inrer pocula, vel inter colloquendum febris te corripiat: quia symptoma neque semper, neque vt plurimum est. ἄλογον γὰρ τὸν θεὸν ὃς ἑαυτὸν μόνον ὁρᾷ· αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ ἀεὶ νοοῦν, καὶ τὸ ἀεὶ νοούμενον εἰς τοιαῦτα κατάγειν, καὶ καταστρέφειν· ὅτι δὲ θεῷ ἀφαιρεθέντος οὐδὲν ἄλλο φαίνεται εὔλογον, οὐκ ἄδηλον: *Absurdum est, Deum, qui se solum intuetur, cùm ipse sit semper intelligens, & id, quod semper intelligitur, ad eiusmodi trahere. Si autem Deus somnia non immittit, somnia nihili sunt.* Deinde Aristoreles ostendir, somnia, & signa, & causas, & symptomata esse. σημεῖα δὲ ὧν παρέχεται σωματικὰ πάθη ἢ ψυχικά, *Signa sunt, per quæ repræsentantur affectus corporis, aut animæ*, ἐπεὶ πάντων αἱ ἀρχαὶ μικραὶ πολλάκις τῷ μεγέθει, τῇ δὲ ποιότητι, καὶ δυνάμει μεγάλαι: *Quia omnium rerum principia parua magnitudine, magna sunt qualitate, & virtute.* Vt morborum principia in corporibus quædam sunt parua quanritate, sed magna virtute, quæ de die non sentiuntur propter grauiores affectus, qui in sensus incurruut, & eos obrundunt: ἐν δὲ τῷ καθεύδειν διὰ τὸ ἀργεῖν τὰ αἰσθητήρια, καὶ αἱ μικραὶ μεγάλαι δοκοῦσιν: *Cùm dormimus, quia sensus feriantur, quæ parua sunt, magna videntur.* Dormienribus enim paruus sonus in auribus videtur esse ronirru, cùm euigilauimus, tum cognoscimus sonum fuisse exiguum. *Ego*, inquit Simplicius, *in quiete somniaui, me versari in loco cænoso, & putido: pòst paulò ægrotaui, quia secundùm quietem humores illi cænosi, putidi, & morbidi mihi innotuerunt, qui vigilanti noti non erant.* Causas verò dicimus esse somnia eorum, quæ pòst fiunt: quia ea, quæ in somnis apparent, τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰς ἐνεργείας ἐφιστᾶσι, ὑπομιμνήσκοντα τινὸς τῶν πρώτων, *Cogitationem ad operationes admouent, reuocantia memoriam alicuius eorum, quæ antè fuerunt.* Sicut enim vigilantes sæpe cogitamus aliquid, quod causa est, vt aliud aliquid faciamus, aut inueniamus: ita & in somnis cogitatio quiescens ex formis, & typis, qui in animo sunr, aliud cogitat; dicimusque id, quod per quietem apparuir, causam fuisse eius, quod posteà de die factum est. *Vt igitur id, quod de die factum est, sæpe causa est somnij, quod de nocte contingit: sic & somnia quædam possunt esse causæ eorum, quæ posteà de die fiunt.* ἔστιν οὖν ὥσπερ αἱ ἐν ταῖς ἡμέραις πράξεις αἰτίαι τῶν ἐν νυκτὶ γινομένων ἡμῖν ἐνυπνίων, ἢ φαντασμάτων, οὕτως οὐδὲν κωλύει, καί τινα φαντάσματα αἴτια εἶναι τῶν μεθ' ἡμέραν πράξεων: *Vt enim aliquid de die agimus, vel agere volumus, id ipsum nobis dormientibus obuersatur, & id ipsum dormientes agere videmur: quia ex principiis diurnæ actionis animus commotus est, & via facta cogitationi.* αἴτιον δ' ὅτι προωδοποιημένη τυγχάνει ἡ κίνησις ἀπὸ τῶν μεθ' ἡμέραν ἀρχῶν: *Ita necesse est, vt animi motus in somnis sint principia eorum, quæ de die agimus; quia secundùm quietem cogitatio de iis antè commota viam futura*

A *futuræ actioni præiuit.* οὕτω πάλιν ἀναγκαῖον καὶ τὰς καθ' ὕπνον κινήσεις πολλάκις ἀρχὴν εἶναι τῶν μεθ' ἡμέραν πράξεων διὰ τὸ προωδοποιῆσθαι πάλιν, καὶ τούτων τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς φαντάσμασι τοῖς νυκτερινοῖς. Vt de die volui scribere carmen, in somnis de carmine cogito, & sequenti die carmen scribo. Symptomata autem somnia sunt omnia de iis rebus, quæ in nostra potestate sitæ non sunt; vt de iis, quæ longè fiunt, de nauali prœlio in Persis. Perinde enim res est, ac cùm de die de iisdem cogitamus, aut eorum meminimus. Quemadmodum igitur ea, quæ de prœlio in Perside nauali, aut de rebus longè positis vigilantes cogitamus, aut loquimur, aut recordamur, non causæ sunt, aut signa euentuum; sic neque somnia de prœlio nauali, aut rebus longè positis causæ sunt, aut signa euentuum. Ideò pleraque somnia falsa sunt. Homines viles & ignobiles, quorum natura melancholica, & loquax est, infinitas in quiete rerum imagines vident; quarum vt aliqua vera sit, in tanta multitudine fieri potest, εἰ-

B σὶν οὖν τὰ ὄναρ θαύματα θεόπεμπτα μὲν οὐδαμῶς, δαιμόνια μέν τοι· ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν δαιμονία ἀλλ' οὐ θεία: *Visa igitur, quæ nobis obuersantur secundum quietem, à Deo non immittuntur; & tamen diuina quodammodo sunt. Hominis enim natura quodammodò diuina est, sed non Deus.* Eiusmodi autem somnia vi naturæ fiunt. Hæc Aristoteles, & Aristotelici de somniis philosophantur, eáque à Deo immitti negant. Pythagoras philosophatus est aërem plenum esse animis, eósque & dæmonas, & Heroas vocari, atque ab iis immitti somnia, vt Diogenes Laërt. Gregor. Nyssen lib. de Opific. homin. διὰ δὲ ὕπνου τῆς ὀργανικῆς τῶν αἰσθητηρίων κατασκευῆς χαλασθείσης, ἢ καθόλου ἠρεμεῖ ὁ τεχνίτης, &c. *Organica sensuum structura quoties per somnum laxata est, vel prorsus quiescit artifex, veluti quum ex nimia repletione, ac pondere integra instrumenti est facta totius relaxatio, vel langυidè, & obscurè agit instrumento sensus artem mentis exactam non capiente, memoria confusa, & vis præsagiendi ambiguis velamentis dormitando nutans, simulacra rerum, quibus vigilans occupa-*

C *tur, sibi format; & interdum ea, quæ comprobet euentus indicat; nam præter eam, quæ est in corporis temperamento crasiciem, habet quiddam per naturæ perspicacitatem, quo res perspiciat: neque tamen illa vis est, quæ dilucidè futura declaret; sed per ambages, & ænigma, vt somniorum periti loquuntur.* Protagoras omnia somnia vera esse putat, auctore Cicerone lib. 2. de Diuinat. Quia homo est finis, & mensura rerum omnium, & quidque tale est, quale homini videtur, non sobrio tantùm, sed etiam vinolento. Contrà Xenophanes Colophonius, & Epicurus omnibus somniis fidem detrahunt. Quia si vera sunt somnia, veras habent causas effectrices, naturam, & Deum: Atqui natura est amica ordinis, & constantiæ, quæ nulla est in somniis. Deus autem potius futura aperiret vigilantibus, & sapientibus, quàm sopitis, & stertentibus. Quod Petronius ex eius disciplina hausit:

D
> *Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,*
> *Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt.*

Et Aristoteles docuit lib. de diuin. Somniorum, c. 2. ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττει τινά, θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια. Subiungit, ὅσων ἀνθρώπων ἡ φύσις λαλός ἐστι, καὶ μελαγχολική παντοδαπὰς ὄψεις ὁρῶσι, διὰ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι ἐπιτυγχάνουσι: *Quando quædam ex aliis animantibus somniant, apparet somnia non diuinitùs immitti. Quorum enim hominum natura loquax est, & melancholica, visa vident omnis generis; & quia omnia omnis generis mouentur, interdum verum attingunt.* c. 3. αὗται γὰρ αἱ κινήσεις φαντάσματα ποιοῦσιν, ἐξ ὧν προορῶσι τὰ μέλλοντα: *Motiones illæ visa faciunt, ex quibus futura præuident.* τοῦ δ' ἐνίους τῶν ἐκστατικῶν προορᾶν, αἴτιον ὅτι αἱ οἰκεῖαι κινήσεις οὐκ ἐνοχλοῦσι, ἀλλ' ἀπορριπίζονται: *Causa autem cur ex iis, qui sunt ecstatici, & extra se ponuntur, nonnulli futura vident, est quòd propriæ motiones non turbant, aut molestæ sunt; sed ventilantur.* τῶν ξενικῶν

E οὖν μάλιστα αἰσθάνονται), *Ideoque aliena, & peregrina maximè sentiunt.* Non negat Aristoteles quędam somnia esse veracia, sed à Deo immitti: fatetur enim quosdam esse εὐθυονείρους, *rectè somniantes.* οἱ γὰρ μελαγχολικοὶ διὰ τὸ σφοδρότερον ὥσπερ βάλλοντες πόρρωθεν εὔστοχοί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μεταβλητικὸν ταχὺ τὸ ἐχόμενον αὐτοῖς φαντάζονται: *Melancholici propter ingenij vehementiam quasi longè iaculantes bene conyciunt, & propter mutabilitatem, cito quod cohæret ipsis, imaginantur.* Est autem Somnium, vt Artemidorus lib. 1. c. 2. docet, ὄνειρος κίνησις, ἢ πλάσις ψυχῆς πολυσχήμων, σημαντικὴ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν, ἢ κακῶν: *Est motio & fictio varia, & multiplex animæ, quæ futura bona, aut mala significat.* Deinde discrimen ponit inter Somnium, & insomnium. ταύτῃ γὰρ ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει, ᾗ συμβέβηκε τῷ μὲν εἶναι σημαντικῷ μελλόντων, τῷ δὲ τῶν ὄντων: *Quòd Somnium futura significat, insomnium præsentia.* Vt qui amat, delitiis suis se frui somniat. Eorum enim, quæ in somnis obiciuntur, varia sunt genera, vt Macrobius in som. Scip. lib. 1. scribit c. 3. Aut enim est ὄνειρος secundùm Græcos, quod Latini *Somnium* vocant; aut ὅραμα, quod

 visio

Visio rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod *Oraculum* nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod A *Insomnium* dicitur: aut φάντασμα, quod Cicero *Visum* vocauit. Vltima ex his duo, cùm videntur, cura interpretis indigna sunt, quia nihil diuinationis apportant; ἐνύπνιον dico, & φάντασμα. Est enim ἐνύπνιον, quoties cura oppressi animi, vel corporis, siue fortunæ, qualis vigilantem fatigauerat, talem se ingerit dormienti. &c. Hinc & Insomnio nomen, non quia per somnum videtur (hoc enim est huic generi commune cum cæteris:) sed quia in ipso somnio tantummodò esse creditur, dum videtur, post somnium nullam sui vtilitatem, vel significationem producit. Artemidorus lib. 1. c. 2. θεωρηματικὰ dicuntur ἅμα θεωρούμενα, καὶ ἀποβαίνοντα: *Speculatiua somnia, quæ simul videntur, & simul eueniunt.* ἕπεται μὲν αὐτοῖς τῷ μὲν ἐνυπνίῳ τὸ ἀσημάντῳ τὸ φάσμα: *sequitur autem ad insomnium non significatiuum visum*: τῷ δὲ ὀνείρῳ ὅραμα, καὶ χρηματισμός: *ad somnium visio, & oraculum.* De Visis quæ obiiciuntur in somniis vide Xiphilin. pag. 238. Dionem pag. 306. 307. Apud Philostratum Achilles apparuit; B Apollo Pythagoræ. Gregor. Nyssen. lib. de homin. opif. τὰ γὰρ συνήθων αὐτοῖς ἐπιτηδευμάτων τὰ εἴδωλα τῷ προγνωστικῷ τῆς ψυχῆς ἐντυπωθέντα παρεῖχεν ἐπὶ καιροῦ τῶν ἐκβησομένων διὰ τοιαύτης τοῦ νοῦ προφητείας καταμαντεύεσθαι: *Simulacra enim studij consueti parti animæ vim præsentiendi habenti insculpta præbebant, vt per hanc mentis præsagitionem quiddam cui responderet euentus sibi vaticinarentur.* Quibus ille verbis fidei aliquid somniis tribuere videtur. Falsa tamen esse insumnia nec Maro tacuit, vt Macrobius ait.

Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes.

Item, *Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent.*

φάντασμα verò, hoc est Visum, cùm inter vigiliam & adultam quietem, in quadam, vt aiunt prima somnij nebula, adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas à natura, seu magnitudine, seu C specie discrepantes variásque tempestates, rerum vel lætas vel turbulentas. In hoc genere est ἐφιάλτης, quem publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos, ac sentientes grauare. His duobus modis ad nullam noscendi futuri opem receptis; tribus cæteris in ingenium diuinationis instruimur. Et est *Oraculum*, cùm insomniis parens, vel alia sancta, grauísque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, apertè euenturum quid, aut non euenturum, faciendum, vitandúmve denuntiat. *Visio* autem est, cùm id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. *Somnium* propriè vocatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus, non nisi interpretatione intelligendam significationem rei, quæ demonstratur. Huius quinque sunt species. Aut enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale est. & cæt. Artemidor. lib. 2. Allegoricorum somniorum, quinque species esse ait. Alia enim propria sunt, in quibus facere, aut pati quis D se existimat. Tunc ipsi Soli, qui vidit, euenient, siue bona, siue mala fuerint, τὰ δὲ ἀλλότρια, ἐν οἷς ἄν δοκῇ ἄλλον ἐνεργεῖν, ἢ πάσχειν. Alia, *aliena, in quibus alius nobis videtur agere, aut pati.* Communia sunt, *quæ cum aliquo familiari, & noto à nobis fiunt*, τὰ μεθ' ἑτέρου τινὸς σὺν γινόμενα προσοσόμενα καθ' ὄναρ. Alia publica, quæ in portus, muros, forum, gymnasia fiunt, ὀνείρατα κοσμικὰ, *mundana somnia*, Solis & Lunæ defectiones denuntiant. Somnium falsum Pompeij. Lucan. lib. 7. initio describit. Vetus auctor, ὀνείρων ὄψεις ἢ παραμυθῇ τὸ μνημονεύειν τῆς ψυχῆς, ἢ πρὸς τὰς ποιὰς τοῦ σώματος διαθέσεις ἡ ἐν ὕπνοις καταστάσεως διατυποῦται· οὕτω γὰρ ὁ διψώδης ἐν πηγαῖς εἶναι δοκεῖ, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἠθῶν καταστάσεις, ἄλλοι γὰρ τοῦ σώφρονος, ἄλλοι τοῦ ἀκολάστου ὄνειροι, id est, *Somnia aut in memoria manent, aut respondent affectioni corporis. ita qui sitit, somniat fontes: aut somnia respondent moribus. Alia enim sunt somnia temperantis, alia libidinosi.* Certè Augustus Cæsar neque sua, neque aliena somnia de se negligebat, narrante Sueton. cap. 91. Hippocrates apud E Artemidorum lib 1. cap. 12. non audet improbare somnia, οὐκ ἀπογινώσκω φησὶ, τὰ ὀνείρατα, *non damno somnia. Multi enim priuati, & pauperes somnia viderunt, quæ ad publicum pertinerent, & quæ cùm publicassent, aut scripsissent, exitus rei somniis consentaneus fuit*, ἀλλά φησιν Ἱπποκράτης, ὅτι ἤδη τινὲς ἰδιῶται, καὶ πένητες εἶδον ὀνείρους δημοσίους, οὓς προκηρύξαντες, ἢ γράψαντες, καὶ προθέντες ἐπιστώθησαν, τῷ τὰς ἀποβάσεις ἐοικέναι τοῖς ὀνείροις. Vetus auctor nondum vulgatus quinque Somniorum genera ponit, οἱ μὲν τῶν ὀνείρων εἰσὶ θεόπνευστοι, ἄνωθεν διὰ μέσου τοῦ νοῦ τῇ λογικῇ ἡμῶν ψυχῇ ἐγγινόμενοι· οἱ δὲ οἷον ἀπηχήματά εἰσι τῶν ἡμερινῶν πράξεων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς φανταστικῆς ἐκτυποῦνται δυνάμεως φανταζούσης ἡμῖν τὰς ἡμετέρας ἐρωτάς· ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῶν τεσσάρων χυμῶν ἀνεγείρονται, ὅθεν, καὶ τὰ χρώματα τῶν ὁρωμένων τοῖς τῶν χυμῶν ὅμοια ἔχουσι. οἱ δὲ τὰς ἰδέας ἡμῖν ἐμφαίνουσι τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων περὶ ἃ τὴν πραγματείαν ἐχομεν. *Alia Somnia diuinitùs inijciuntur, de cælo per mediam mentem animæ nostræ rationali indita. Alia sunt quasi simulacra, & extremi pulsus negotiorum diurnorum.*

Nonnulla

A *Nonnulla imprimuntur à facultate imaginatina, quæ nobis nostra studia repræsentat. Quædam à quatuor humoribus excitantur, unde & colores torum, quæ videntur similes sunt coloribus humorum. Alia nobis simulacra ostendunt artium, & studiorum, circa quæ versamur.* Gtegot. Nyssen. lib. de homin. opif. κοινῶς πᾶσι καὶ ὁμοτίμως τῆς ἐν ὕπνοις φαντασίας κατὰ φύσιν ἐγγινομένης μετέχουσί τινες, οὐχὶ πάντες θειοτέρας τινὸς διὰ τῶν ὀνείρων τῆς ἐμφανείας: *Communiter omnes, ex æquo participes sunt fantasiæ, quæ nobis vi natura in Somnis obiicitur, non tamen omnes diuina illa, quæ per Somnia datur illustratione à Deo donantur.* Artemidotus lib. 1. cap. 7. duo genera statuit, ἐνύπνια τὰ γινόμενα τῆς ἐννοίας ἀσήμαντα, μεριμνηματικὰ, καὶ αἰτηματικὰ λέγεται· τὰ δὲ περὶ μηδενὸς φροντίζουσι, ἐνιστάμενα, καὶ προαγορεύοντά τι τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν, ἢ κακῶν, θεόπεμπτα λέγω. *Insomnia, quæ cogitationi insunt incerta, & obscura, merimnematica, è curis sollicitis, & postulatitia dicuntur. Quæ vero nobis incogitantibus adsunt, & prænuntiant aliquid futuri boni, an mali, à Deo immissa dico*, & cap. 3. ὅταν αἰτῇς ὀνείρους παρὰ θεῶν, μέμνησο μήτ' ἐπιθυμιᾶν λιβανωτὸν, μήτ' ὀνόματα ἄρρητα λέγειν: *Cùm Deos rogaueris, vt Somnia mittant, memineris, neque thura adolere, neque nomina arcana, & infanda dicere.* Ibidem μεριμνηματικοὺς δὲ ὀνείρους ἡγοῦμαι περὶ ὧν μεριμνῶντες πραγμάτων, ἀλόγῳ τινὶ ὁρμῇ ἐπιθυμίᾳ χρώμενοι ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι ὀνείρους. *Merimnatica Somnia esse existimo, cùm homines Somnia vident de negotiis, quæ curant, impetu quodam rationis experte, & cupiditate vtentes.* (Lego καὶ ἐπιθυμίᾳ) τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ αἰτηματικοὺς καλεῖν, διὰ τὸ αἰτεῖν παρὰ θεῶν ἰδεῖν τι τῶν ἐν ποσὶ πραγμάτων: *Eadem & postulatitia voco; quia petamus à Deo videre aliquid de negotiis, quæ nobis sunt inter manus & pedes.* Idem cap. 4. θεοπέμπτους δὲ ὀνείρους τοὺς αἰφνίδιον ἐπισταμένους, ὡς καὶ πάντα τὰ ἀπροσδόκητα θεόπεμπτα καλοῦμεν. *A Deo missa Somnia, quæ derepente accidunt, quemadmodum omnia, quæ sunt præter exspectationem, à Deo missa dicimus.* Idem lib. 1. cap. 2. Theotemarica quædam Somnia esse ait, alia Allegotica, θεωρηματικοὶ οἱ τῇ ἑαυτῶν θέᾳ προσεοικότες, *Theorematica, quæ consentanea sunt eis, quæ videntur in quiete*; vt nauigans quispiam naufragium sibi facere visus est, & dum sic affectus esset, ita contigit. Postquam enim somnus ipsum reliquit, nauis petiit; ipse cum paucis vix seruatus est. *Allegorica Somnia sunt, quæ ex aliis alia significant*, ἀλληγορικοὶ οἱ δι' ἄλλων ἄλλα σημαίνοντες. Item, θεωρηματικοὺς τοὺς οὕτως ἀποβαίνοντας ὡς θεωροῦνται), *qui ita eueniunt, vt videntur*, ἀλληγορικοὺς τὰ σημαινόμενα δι' αἰνιγμάτων ἐπιδεικνυμένους): *Allegorica, quæ ostendunt per ænigmata ea, quæ significantur*, ὁ μὲν γὰρ θεὸς περὶ τὸ ἀποβησόμενον δίδωσι τοὺς ὀνείρους τῇ ψυχῇ τοῦ ὁρῶντος φύσει μαντικῇ οὔσῃ: *Deus enim ad id, quod euenturum est, dat Somnia animæ videntis, quæ natura diuinationis est capax.* Consulito, si lubet, Artemidorum, & alios, qui Onitocritica scripserunt. Hoc tenendum, Somnia existere, quia spiritus phantasiæ, quæ rerum imagines format, seruiunt; spiritibus autem insident terum in vigilia perceptarum reliquiæ; Spiritúsque per quietem vaporibus è cibo & potu cerebrum petentibus agitati varia reddunt Somnia, vt in nubibus variæ animantium species effinguntur; cuiusmodi sunt ebriorum, & phreneticorum Visa, aut ægtoti Somnia, vt ait Horat. Plato in Sympoſio Somnia futurorum prænuntia à dæmonibus proficisci existimat. Alia sunt naturalia, quæ Medici diiudicant. Pythagoras lectum petiturus cantu lyræ Somnia facilia procurabat, & esu fabæ suis interdicebat, quæ vaporibus cerebrum infestat. Stoici putant Somnia vere immitti à Deo, vel fato fieri, & natura animi nostri, quæ diuina est. Lucretius omnia Somnia putauit esse, μεριμνηματικά, quia ea quæ homines vigilantes agitant, aguntque in Somnis occursant.

> *Et quo quisque ferè studio deuinctus adhæret,*
> *Aut quibus in rebus multùm sumus antè morati,*
> *In Somnis eadem plerumq. videmur obire.*

E Claudianus lib. 3.

> *Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,*
> *Tempore nocturno reddit amica quiti.*
> *Venator defessa toro cùm membra reponit,*
> *Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit.*

Theocriti in Piscatore

> Ἐν ὕπνοις πᾶσα κύων μαντεύεται ἄρτως.

In Somnis canis omnis diuinat panes. Epicurus Somnis nihil esse fidei censuit. *Hinc scies*, ait Eumolpus apud Petron. *Epicurum hominem esse diuinum, qui eiusmodi Somnia facetissima ratione condemnat.* Tertullianus lib. de Anima c. 46. *Vana in totum Somnia Epicurus indicauit liberans à negotiis diuinitatem.* Lucian. in Pseudom. πεφύκασί πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων· ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια: *Species, quæ in somnis exhibentur, vt plurimum sunt reliquiæ curarum*

diurnarum. Qualia enim ſunt ſtudia, quæ agitamus, talia ſunt & inſomnia. Ariſtoph. in nubibus, de iuuene aurigationis ſtudioſo ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων ἱππικήν, *Somniat dormiens equitationem.* Ex affectu, & conſuetudine pueri dormientes, cùm requiſita naturæ premunt, exonerare ſibi videntur veſicam prope dolia, quæ in vicis Romæ eius rei cauſa comparata erant. Lucretius lib. 4.

Puſi ſæpè lacum propter ſe, ac dolia curta
Somno deuincti credunt extollere veſtem,
Totius humorem ſaccatum vt corporis fundant.

Amphoras intelligit, & gaſtras exonerandæ veſicæ. Homerus, & Virgilius duo genera Somniorum ſtatuunt, vera, & falſa. Odyſſ. lib. 19.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμβλειῶν εἰσὶν ὀνείρων,
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.

Duæ portæ ſunt imbecillium Somniorum, alia è cornu, alia ex ebore. Virgil. Æn. 6.

Sunt geminæ Somni portæ; quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus vmbris;
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.

Propertius portam Corneam vocat Piam.

Nec tu ſperne piis venientia Somnia portis.

Horat. Od. 27. lib. 3. *Imago*
Vana, quæ porta veniens eburna
Somnium ducit.

Auſon. Ephemerid.

Diuinum perhibent vatem ſub frondibus vlmi
Vana ignauorum ſimulacra locaſſe ſoporum,
Et geminas numero portas, quæ vertice eburno.

Galenus Somnia quædã ex affectione corporis contingere ait lib. de præſag. Plin. l. 7. c. 50. *Pub. Cornelius Rufus ſomniat ſe oculis captum. Somnio fides conſtitit, & oculis captus eſt.* Apud Accium in Bruto, Tarquinio vnus ex amicis ſapienter reſpondere videtur. *Rex, quæ in vita vſurpant homines, cogitant, curant, vident, quæcunque agunt vigilantes, agitantq́, ea ſi cui in ſomno accidunt, minus mirum eſt. Sed in re tanta haud temerè viſa offerunt. Proinde vide, ne quem tu eſſe hebetem deputes æquè a. pecus; Is ſapientia munitum pectus egregium gerat, teque regno expellat.* &c. Apud Ciceronem lib. 1. de Diuination. Huc partinet illud Nonni lib. 42. Dionyſiac.

——— ἀντίτυπον γὰρ
Ἔργον ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι νυκτὶ δοκεύει,
Βουκόλος ὑπνώων κεραοὺς βόας εἰς νόμον ἕλκει·
Δίκτυα θηρητῆρι φαείνεται ὄψις ὀνείρου,
Γειοπόνοι δ' εὕδοντες ἀροτρεύουσιν ἀρούρας.

Qui aliquid de die fecit, de nocte videt viſum operi ſimile quod vigilans egit. Bubulcus dormiens cornigeros boues in paſcua ducit: Venator ſomniat retia: Agricolæ dormientes arant terras. Petronius:

———*Nam cùm proſtrata ſopore*
Vrget membra quies, & mens ſine pondere ludit,
Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes.
Tela videt.

Herodotus in Polyhymnia, πεπλανῆσθαι αὗται μάλιστα ἐώθασι ὄψιες τῶν ὀνειράτων τά τις ἡμέρης φροντίζει, *Viſa Somniorum nos fruſtrari ſolent ob ea, quæ per diem quis cogitarit.* Ideo Ariſtoteles Somnium affectionem & opus interni ſenſus eſſe ait, ex adſeruatis in ſanguine, & ſpiritibus vitæ imaginibus, quibus liberiùs, & diligentiùs mens intendit quàm interdiu, vt pote ſolutior, & magis vacua à perturbationibus. Senec. in Octauia

Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer & arcanus refert,
Veloxq́, ſenſus, coniugem, thalamos, rogos,
Vidiſſe te miraris?.

Conſule Hippocratem libro de Somniis. Viſa nocturna Græci vocant φάσματα. Seneca in Troade, *noctis horrendæ soporem.* Herodotus ὄψιν ἐνυπνίου; alij ὁράματα. Quorum tria genera ſunt:

A ra sunt: quædam enim rem præsentem ostendunt; quod facit oblatus in quiete Hector Æneæ apud Virgilium lib. 2. Æneid. Au præteritam, vt Elisæ Sichæus apud eundem: Aut futuram, vt Anchises Æneæ, quæ pars ὀνειρώδης dicitur χρηματισμὸς, qui sub auroram fieri solet. Seneca,

Partes fere nox alma transierat duas,
Clarumq́ue septem verterant stellæ iugum
Ignota tandem venit afflictæ quies.

Theocritus in Europa,

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον
Νυκτός, ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος.

B *Europæ Venus olim dulcem Somnum immisit, quando iam tertia noctis sors est; prope autem aurora, cùm somnus melle dulcior est.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 9. *Omnia, quæ in quiete nobis obuersantur, reliquias esse eorum, quæ de die agitauimus* ostendit, *& partus inutiles ignauæ consuetudinis* αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν εἰσι σωλυχιῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥᾳθύμου συνηθείας γεννήματα: *Anima corpore iacente, ac blanda vi soporis immobili, tamen interim somniat*, ait Tertullianus libro de Anima cap. 43. *nec quiescit, nec ignauescit omninò, nec naturam immortalitatis seruam soporis addicit. Probat se mobilem semper, terra, mari peregrinatur, negotiatur, agitat, laborat, ludit, gaudet, dolet*, &c. Quod etiam Epimenidem in fabulam impegit quinquaginta penè annos somniculosum. Sed & Neronem Suetonius, & Thrasymedem Theopompus negat vnquam somniasse, nisi vix Neronem in vltimo post pauores suos. &c. Telmenses nulla Somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. Quis tam extraneus humanitatis, vt non aliquam ali-

C quando visionem fidelem senserit. Astyages Medorum regnator, quod filiæ Mandanæ adhuc virginis vesicam in diluuionem Asiæ fluxisse Somnio viderit, Herodotus refert. Item anno post nuptias eius ex hisdem locis vitem exortam toti Asiæ incubasse. Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit, qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt. Siquidem Asiam Cyrus & mersit, & pressit. Philippus Macedo nondum pater, Olimpiadis vxoris natutam obsignasse viderat annulo. Leo erat signum: crediderat præclusam genituram, opinor, quia leo semel pater est. Aristodemus, vel Aristophon coniectans, nihil vacuum obsignati, filium & quidem maximi imperus portendi. Alexandrū qui sciunt, leonē annuli recognoscunt. Ephorus scribit. Sed & Dionysij Siciliæ tyrannidem Himeræa quædam somniauit, Heraclydes prodidit. Et Seleuco regnum Asiæ Laodice mater nondum eum enixa præuidit, Euphorion prouulgauit. Mithridatem quoque ex

D Somnio Ponti potitum à Strabone recognosco. Et Balaridem Illyricum à Molossis vsque Macedoniam ex Somnio dominatum, de Callisthene dico. Nouerunt & Romani veritatis huiusmodi Somnia. Reformatorem Imperij puerulum adhuc, & priuarum loci, & Iulium Octauiū rantùm, & sibi ignotū Marcus Tullius iam & Augustū, & ciuiliū turbinū sepulto-rē de Somnio notat. In Vitellij commentariis conditum est. Nec hæc sola species erit summarum prædicatrix potestatum, sed & periculorum, & exitiorum: vt quum Cæsar in prælium perduellium Bruti & Cassij Philippis æger aliàs maiestatem, aliàs discrimen ab hostibus relatus, Artorij visione destituto tabernaculo euadit: vt quum Polycrati Samio filia crucem prospicit de Solis vnguine, & lauacro Iouis. Reuelantur & honores, & ingenia per quietem: præstantur & medelæ, produntur & furta, conferuntur & thesauri Ciceronis denique dignitatem, patuuli etiam nunc, gerula iam sua inspexerat. Cycnus de sinu So-

E cratis demulcens homines, discipulus Plato est. Cleonymus Pyctes ab Achille, curatur in Somniis. Coronam auream quum ex arce Athenæ perdidissent, Sophocles tragicus somniando redimeuit. Neoptolemus tragœdus, apud Rhetæum Troiæ sepulcrum Aiacis monitus in somniis, ab ipsa ruina liberatur; & quum lapidum senia deponit, diues deinde auto redit. Quanti autem Commentatores & adfirmatores in hanc rem? Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionysius Rhodius, Hermippus, tota sæculi litteratura. Solum si forte ridebo, qui se existimauit persuasurum, quòd prior omnibus Saturnus somniarit: nisi si & prior omnibus vixit Aristoteles, ignosce ridenti. Cæterum Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes Somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis, vt Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mollum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopsi in Cilicia, Hermiones in Macedonia, Pasiphaës in Laconica. Cætera cum suis & origi-

originibus, & ritibus, & relatoribus cum omni deinceps historia Somniorum, Hermippus Berітеnsis quinione voluminum satiatissimè exhibebit. Sed & Stoici Deum malunt prouidentissimum humanæ institutioni inter cætera præsidia diuinatricum artium, & disciplinarum, somnia quoque nobis indidisse, peculiare solatium naturalis oraculi. Hæc quantum ad fidem somniorum à nobis quoque consignandam, & aliter interpretandam. Definimus enim à dæmoniis plurimum incuti somnia, etsi interdum vera & gratiosa; sed de qua industria diximus, affectantia, atque captãtia; quantò magis vana & frustratoria & turbida, & ludibriosa, & immunda? Nec mirum, si eorum sunt imagines, quorũ & res. A Deo autem, pollicito scilicet & gratiam Spiritus sancti omnem carnem, & sicut propheraturos, ita & somniaturos seruos suos, & ancillas suas, ea deputabuntur, quæ ipsi gratiæ comparabuntur, si qua honesta, sancta, prophetica, reuelatoria, ædificatoria, vocatoria: quorum liberalitas soleat & in profanos destillare, imbres etiam & soles suos peræquante Deo iustis & iniustis. Siquidem & Nabuchodonosor diuinitus somniat: & maior penè vis hominum ex visionibus Deum discunt. Sicut ergo dignatio Dei & in Ethnicos, ita & tentatio mali in sanctos, à quibus nec interdiu absistit, vt vel dormientibus obrepat, quà potest, si vigilantibus non potest. Tertia species erunt Somnia, quæ sibimet ipsa anima videtur inducere ex intentione circumstantiarum. Porro quàm non est ex arbitrio somniare: (nam & Epicharmus ita sentit) quomodo ipsa erit sibi causa alicuius Visionis? Num ergo hæc species naturali formæ relinquenda est, seruans animæ etiam in ecstasi res suas perpeti? Ea autem, quæ neque à Deo, neque à dæmonio, neque ab anima videbuntur accidere, & præter opinionẽ, & præter interpretationẽ, & enarrationẽ facultatis ipsi propriè ecstasi, & rationi eius separabũtur. Certiora, & colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore producto sopore. Ex temporibus autem anni verno magis quieta est, quod dissoluat animas, & hyems quodammodò obduret, & autumnus tentator aliàs valetudinum succis pomorum vinosissimis diluat. Item ex ipsius quietis situ, si neque resupina, neque dextero latere decumbat, neque conresupinatis internis, quasi refusis loculis statio sensuum fluitet, aut compressu iecoris angina sit mentis. Sed hæc ingeniosè æstimari potiùs, quàm constanter probari putem. Hæc talia Tertullianus Montano, Priscillæ, & Maximillæ, quorum erroribus seruiebat, gratificatus scribit, quæ sacræ literæ damnant; Deuter. 13. *Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, non audies verba propheta illius, aut somniatoris.* Cato insomniosum vocat eum, qui multùm somniasset. ὀνειροκρίτης Somniorum est interpres, cuiusmodi fuêre Phemonoe, & Melampus, apud Synesium lib. de insomniis. Cicero lib. 1. de Diuinat. *Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit, quæ nomen ex inuenta re reperit, rem ipsam inuentor ex somnio.* Apud eundem vide de Somnio matris Dionysij, de Galeotis, de Tarquinij somnio, de Alexandri, vt Ptolomæo mederetur. De Alcibiadis somnio apud Plutarchum. Apud Artemidorum lib. 2. Mistes Apollo per Somnia responsa dabat. Visa ad Somnia pertinere diximus, quorum alia dormientibus, alia vigilantibus obiiciuntur. Propertius,

— — falsumque auertite visum.
Ne qua tibi insolitos portarent visa timores.

Tibullus lib. 3. eleg. 4. graphicè Visum in quiete depingit.

Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera,
Quæ tulit hesterna pessima nocte quies.
Tandem cum summo Phœbus prospexit ab ortu,
Pressit languentis lumina sera quies.
Hic iuueni casta redimitus tempora lauro
Est visus nostra ponere sede pedem.

Tempus enim matutinum sub auroram veris Somniis opportunum est. Ouid. in epist. Herus:

Namque sub auroram iam dormitante lucerna,
Tempore quo cerni somnia vera solent.

Horatius,

Post mediam noctem visus, cùm somnia vera.

Visum diurnum, quod vigilanti obiectum est, narrat Plutarch. in Sylla, ἐν Καμπανίᾳ περὶ τὸ Τίφατον ὄρος ἡμέρας ὤφθησαν δύο τράγοι μεγάλοι συμφερόμενοι, καὶ πάντα δρῶντες, καὶ πάσχοντες ἃ συμβαίνει μαχομένοις ἀνθρώποις· ἦν δ' ἄρα φάσμα, καὶ κατὰ μικρὸν αἰρόμενον ἀπὸ γῆς

A γῆς διεσπείρετο πολλαχοῦ τοῦ ἀέρος, εἰδώλοις ἀμαυροῖς ὅμοιον, εἶτα οὕτως ἠφανίσθη: *In Campania circa montem Hyphæum de die visi duo hirci magni concurrere, & omnia facere ac pati, quæ pugnantibus eueniũt. Erat autem visum, quod paulatim à terra eleuatũ in aëre variè dissipabatur, simile obscuris imaginibus, mox ita euanuit.* Idẽ in Cimone de viso nocturno, ὄναρ ἴδεν ὁ Κίμων· ἐδόκει κύνα θυμουμένην ὑλακτεῖν πρὸς αὐτόν, ἐκ δ' ὑλακῆς μεμιγμένον ἀφεῖσαν ἀνθρώπου φθόγγον εἰπεῖν, στεῖχε· φίλος γὰρ ἔσῃ, καὶ ἐμοί, καὶ ἐμοῖς σκυλάκεσσι: *Insomnium vidit Cimo. videbat enim Canem percitam ira se adlatrantem, & vlulatui mixtam hominis vocem emittentem, dicentémque, Vade. Mihi enim, & meis catulis carus eris.* Ex hoc tam obscuro viso Astypheus Posidoniates coniector ei mortem denuntiauit. Canẽ enim allatrantem hostis argumento esse, cui nulla ratione magis amicus esse possis, quam moriendo: vox mixta Canis & hominis Medum hostem significat, quia in Medorum exercitu erant & milites Græci. Apud Plutarch. in Cæsare vide Somnium Calpurniæ. Apud B eundem in Sylla, dicitur per quietem dea se Syllæ obtulisse, quam ex disciplina Cappadocum Romani colunt, siue ea Luna, siue ea Minerua, siue Bellona est. Hæc Syllæ fulmen tradere visa, ταύτην ὁ Σύλλας ἔδοξεν ἐπιστᾶσαν ἐγχειρίσαι κεραυνὸν αὐτῷ, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἕκαστον ὀνομάζουσαν τῶν ἐκείνου, βάλλειν κελεῦσαι, τοὺς δὲ πίπτειν βαλλομένους: *Cumque inimicorum eius nomina recensuisset, iussisse, vt eos fulmine feriret, qui percussos cadere visi.* Visum vigilanti factum est, quod narratur à Paulo Diacono lib. 15. Miscellæ Histor. *Apud Neocæsaream cum terræ motus futurus esset, miles iter faciens duos milites super eam vidit, & alium militem post terga clamantem, Conseruate domum in qua sepulcrum Gregorij est. Cùm autem terræ motus factus esset, plurima pars ciuitatis corruit excepta domo Gregorij Thaumaturgi.* Idem nocturnum Visum his verbis explicat, *Theodorus vnus ex his, qui cum Macedonio Episcopo erant, vidit eum in somnis dicentem sibi; Excipe, abiens lege, & dic Anastasio; Ego quidem ad patres meos vado, quorum fidem seruaui. Non cessabo autem increscens* C *Domino, vsque quò venias, & ingrediamur iudicium.* Idem visum diurnum commemorat in hæc verba, *Theodorici animam solitarius quidam apud Liparam insulam vir magnæ virtutis aspexit inter Ioannem Papam, & Symmachum Patricium deduci, & in ollam Vulcani, quæ ei loco proxima est, demergi.* Huic viso geminum illud est apud Adonem in Cronico, *Erat*, inquit, *tunc temporis vir oculis cæcatus, vnus de illis, quibus Ebroinus effoderat lumina in Insula Lugdunensis prouinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicannæ fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cùmque interrogaret, quò nauigium illud tenderet, vox in auribus eius percrebruit; Ebroinus est, quem ad Vulcaniam ollam deferimus: ibi enim facti sui pœnas luet.* Aliud visi genus narrat in anno 774. *Cùm Saxonei ad Castellum Buriabug quandam Ecclesiam proximè Castellum incendere vellent, quam sacrauerat Bonifacius martyr; apparuerunt duo iuuenes miræ claritatis, & candoris, videntibus tam Christianis,* D *quàm paganis, qui ipsam Ecclesiam defendere videbantur*, ait Ado. Vbique apud Historicos eiusmodi Visa occurrent, quale est illud apud Paulum Diacon. lib. 13. *Cùm Theodosius in Arbogastem moueret, circa galli cantum sopore compressus vidit in somnis quasi iaceret in campo, & astarent ei duo quidam viri in vestibus albis, & equis candidissimis residentes, eum iubentes habere fiduciam, & continuò armare milites ad victoriam; dicebantq́ se pro solatio destinatos, quorum alter Ioannem Euangelistam; alter se Philippum dicebat Apostolum.* Per quietem quoque sæpe à Deo nobis præscripta remedia. Sozomenus lib. 2. cap. 4. Cùm Aquilinus vir nobilis morbo regio arquatus laboraret, ἐκχυθεῖσα ἡ χολὴ πρὸς ὠμόχροον ἰδέαν ἔβαψε τὴν ἐπιφάνειαν, desperantibus Medicis, παρεκελεύσατο τοῖς οἰκείοις φέρειν αὐτὸν εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον· κειμένῳ ἐνθάδε νύκτωρ ἐπιφανεῖσα θεία δύναμις προσέταξε τὰ ἐσθιόμενα πόματι βάπτειν τινὶ, ὃ συνέθετο ἐκ μέλιτος, καὶ οἴνου, καὶ πεπέρεως ἀναμιγνυμένων ἅμα τὴν καθαρσίαν ἔσχε. Vide eiusmodi remedia apud Aristidem in E Æsculapio Sozomen. lib. 7. cap. 5. προφαινομένη γὰρ ἐνθάδε θεία δύναμις, ὕπαρ τε, καὶ ἐν ὀνείρασι πολλοῖς πολλάκις νόσοις τε, καὶ περιπετείαις πραγμάτων κάμνουσιν ἐπήμυνε· πεπίστευται δὲ ταύτην τὴν Χριστοῦ μητέρα Μαρίαν τὴν ἁγίαν παρθένον εἶναι: *Bilis effusa toto corpore colore flauo cutis superficiem tinxit. Cùm medici desperarent, monuit domesticos, vt eum ferrent in Ecclesiam, vbi nocte iacens monitus est à virtute diuina, vt quia cibos acceptos euomebat, tali potione cibos suos aspergeret, quæ ex melle, vino, & pipere misceretur, quod ille fecit, & conualuit.* Idem de templo S. Anastasiæ loquens, *vbi diuina virtus apparens, visis, & insomniis medetur ægrotis, & iis qui grauibus rerum difficultatibus laborant. Creditur Anastasia non alia esse, quàm sanctissima Christi mater virgo Maria.* De somniis Theodoretus lib. 4. Hist. cap. 11. Messaliani, qui & Euchitæ dicti, ὕπνῳ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδιδόντες τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας προφητείας ἀποκαλοῦσι, *Somno se ipsos permittentes, visa somniorum Prophetias appellant.* Futura insomniis sæpe indicantur. Quod Iuliano Desertori accidit, cui secundùm quiem quidam hos versus cecinit,

Iuppiter

Iuppiter anguſtos vbi fines intrat aquari,
Virgineóque ſinu viceſima quinta recepit
Portio Falciferum, Conſtantius Induperator
Regnum Aſiæ triſti ſuperatus morte relinquet.

Zonaras, προεγνωκέναι τὴν ἡμέραν καθ' ἣν τεθνήξεται ὁ Κωνσταντῖνος, ἐν ὀνείροις αὐτὴν μηνυθεὶς δι' ἐπῶν ταῦτα φραζόντων:

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο
Παρθενικῆς δὲ Χρόνος μοίρης βαίνῃ ἐπὶ πέμπτης
Εἰκοστῆς, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν, καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Idem de Valente, ὁ μέγας πατὴρ Ἰσαάκιος ἐφ' ἵππου αὐτῷ ἐντυχών, *Iſaacius Magnus pater Valenti equo inſidenti occurrit, monuítque, vt Catholicis Eccleſias redderet, fore vt de hoſte victoriam reportaret.* Ille iuſſit ſanctum in ſuum reditum reſeruari, ὁ δὲ, εἰ σὺ ἐπιστρέψεις, ἔφη, οὐ λελάληκεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ ἐν ὀνείρῳ δὲ ἐθεάσατο Οὐάλης ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ,

Τάχος βάδιζε πρὸς μίμαντα τὸν μέγαν,
Ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει τάλαν.

Iob. 33. *Quando homines dormiunt in lecto, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.* Numer. 12. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, apparebo illi in viſione, aut per Somnium loquar ad illum.* Hippocr. l. de inſomniis, ait animum vigilantem foras à ſe diſtrahi per ſenſus, dormientem in ſe colligi; ideò Deus, aut dæmon Somnia dormientibus immittit. Ariſtot. lib. de diuinat. ex ſomn. *Inſomnio animus à ſenſibus abſtrahitur, & à conſortio corporis.* Apul. mileſ. 1. *Veſanus, quin poculis & vino ſepultus extrema ſomniaſti? Nam meritò medici fidi, cibo & crapula diſtentos ſæua & grauia ſomniare autumant. Mihi quod poculis veſperi minus temperaui, nox acerba diras & truces cogitationes obtulit. Vt adhuc me credam eſſe cruore humano aſperſum, atque impiatum.* Socrates in Platonis politia dicit, *Cùm dormientibus ea pars animi quæ ratione vtitur, ſopita langueat, illa autem in qua feritas bruta ſit, immoderato potu ciboque ſtupeat, exultare eam inſomniis, & immoderatè iactari: ita huic viſa obiiciuntur abſurda, vt aut ſe matrem inire putet, aut aliquem trucidare, & impiè cruentari.* Iubet itaque Plato ſic ad ſomnium ire affecto corpore, vt nihil ſit, quod animum percellat, & turbet. Macrobius lib. 1. de ſomn. Scip. c. 3. *Si quis fortè quærere velit, cur porta eburna falſis, è cornu veris ſit deputata, inſtruetur auctore Porphyrio.* &c. latet, inquit, *omne verum. Hoc tamen anima cùm ab officiis corporis Somno eius paululum libera eſt, interdum aſpicit. Nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit. Et cùm aſpicit, tamen non libero & directo lumine videt, ſed interiecto velamine, quod nexus caligantis natura obducit,* &c. *Hoc velamen, cùm in quiete ad veram vſque aciem introſpicientis admittit, de cornu creditur, cuius iſta natura eſt, vt tenuatum viſui ſit peruium. Cùm autem à vero hebetat, ac repellit obrutum, ebur putatur; cuius corpus ita natura denſatum eſt, vt ad quamuis extremitatem tenuitatis eraſum, nullo viſu ad vlteriora tendente penetretur.* Tertul. lib. de Anima, *Reſpicere eſt per cornu, ebur autem cæcum eſt.* De vlmo vbi vana ſomnia, Virgil. lib. 6.

Vlmus opaca, ingens, quam ſedem Somnia vulgò
Vana tenere ferunt.

Ob portam corneam Philoſtratus Somnio cornu tribuit in Amphiar. ὄνειρος ἐν ἀνειμένῳ εἴδει γέγραπται, καὶ ἐσθῆτα ἔχει λευκὴν ἐπὶ μελαίνῃ, τὸ οἶμαι νύκτωρ αὐτοῦ καὶ μεθ' ἡμέραν (fortè τὸ εἶναι νύκτωρ αὐτὸν) ἔχει καὶ κέρας ἐν ταῖν χεροῖν, ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων: *Somnium ſpecie reſoluta, pingitur, & veſtem habet albam ſuper nigra, quod de nocte poſt exactum diem fiat. Habet & cornu in manu, quod Somnia per portam corneam, & veracem educat.* Sed & inter Chriſtianos olim hæretici reperti, qui Somnia ſua cornea porta exire crederent. Harmenopulus de Sectis, & Nicetas in Theſauro orthodo. fidei lib. 4. τὸ τῶν Μασσαλιανῶν ὄνομα ἐξελληνιζόμενον εὐχέτας δηλοῖ· πολὺ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς εὐχῆς ὄνομα· καλοῦνται δὲ ἐκ τοῦ πράγματος ἐνθουσιασταί· δαίμονος γὰρ ἐνέργειαν λαβόντες, πνεύματος ἁγίου εἶναι ταύτην ὑπολαμβάνουσι· ὕπνῳ δὲ σφᾶς ἐκδιδόντες ἐνθουσιασμὸν τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας καλοῦσι: *Maſſaliani ſi vocem Græcè interpreteris, vocantur Precatores. Frequenter enim orationis vocem vſurpant. Dicuntur autem è re ipſa Enthuſiaſtæ, quia ſpiritu dæmonis cùm agerentur, ſe ſancto Spiritu agi putabant, & Somno ſe dedentes ſomniorum imagines Enthuſiaſmum vocant.* Vt & Montaniſtæ. Somnia autem θεόπεμπτα, à Luna immitti ethnici putabant. Propert. lib. 4. Eleg. 4.

Sæpe illa immeritæ cauſata eſt Somnia Lunæ. (Vulgò omina.)
Et ſibi tingendas dixit in amne comas.

Auſoni.

A Ausoni. Ephemeride.

Ite per obliquos celi mala Somnia mundos,
Lunares habitate polos.

Hecaten Somnia immittere vetus poëta vult apud Plutarc. lib. de superstit. quæ eadem cum Luna censetur, εἴτ' ἐνύπνιον φάντασμα φοβῇ, χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω: *Siue visum Somnij te terret, & nocturnæ Hecatis suscepisti proteruiam.* Euripid. in Iphigenia Tauri. νυχία χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα, ἃ πολέσιν μερόπων, τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ' ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν ὕπνῳ κατὰ δνοφερὰς γᾶς εὐνὰς ἔφραζον: *Ex diuinis oraculis vbi nocturna terra peperit spectra, quæ multis mortalibus prima, & sequentia, & quæ futura erant, in somno per cubilia terræ tenebricosæ dicebant.* Terra ipsa Somniorum mater dicitur Euripidi,

Ὦ πότνια χθὼν μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.
B *O veneranda terra mater somniorum nigris alis præditorum.*

Certè Æschylus in Eumenidibus τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν, *primam fatidicam Tellurem* fuisse ait, quæ Delphicum oraculum ante Themidem, & Apollinem tenuerit, & per quietem responsa dederit: quod & Pausanias in Phocicis prodit, Delphis γῆς εἶναι χρηστήριον, *terræ esse oraculum.* Apud Orpheum Μηλινοῃ, pag. 124. Melinoe filia Ditis & Persephones,

Θνητοῖς μανίας φαντάσμασιν ἠεροφοίτοις,
Ἀλλοκότοις ἰδέαις μορφῆς τύπον ἐκπροφανεῖσα.

Quæ in furorem agit homines visis per aërem volantibus ostendens characterem formæ alienis & horrentibus ideis. Omninò Dij omnes, in quorum templis darentur in quiete responsa, putabantur somnia immittere. In primis Amphiaraus, qui *diuinationẽ per Somnia dicitur cõstituisse.* Pausan. Amphiaraus ἐνομίσθη μαντικὴν δι' ὀνειράτων καταστησάμενος. *Arietem ei mactant, & pelli stratæ incu-* C *bantes dormiunt, expectantes Somnij declarationem,* κριὸν θύσαντες αὐτῷ, καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος. Philostratus lib. 2. Apollon. Amphiaraus, inquit, μαντευόμενος ἐν τῇ Ἀττικῇ νῦν ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις, καὶ λαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸν χρηζόμενον, σίτου τ' εἴργουσι μίαν ἡμέραν, καὶ οἴνου τρεῖς, ἵνα διαλαμπούσῃ ψυχῇ τὸν λόγων σπάσῃ, (fortè λογίων) *Vaticinans in Attica nunc Somnia inducit petentibus, & Sacerdotes consulentem vna die iubent abstinere cibo, tres dies vino, vt hauriat limpida mente responsum.* Item τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω χῆγμα ἱερὸν, καὶ θειῶδες αὐτοῦ, καὶ ἀλήθεια λευχειμονοῦσα, αὐτοῦ καὶ ὀνείρων πύλη· δεῖ γὰρ τοῖς ἐκεῖ μαντευομένοις ὕπνου: *Oraculum Amphiarai antrum sacrum, & diuinum. Ibi est veritas albata, ibi & Somniorum ianua: opus est enim consulentibus Somno. Apud Phliasios,* inquit Pausanias, *ponè forum est domus diuinationis, in quam ingressus Amphiaraus, cùm nocte dormisset, vaticinari tunc primum incepit,* καὶ τὴν νύκτα ἐγκατακοιμηθεὶς μαντεύεσθαι τότε πρῶτον ἤρξατο. Deli Themis ante Apollinem νυχίοις ὀνείροις, *nocturnis* D *somniis* futura ostendebat, ait Euripid. in Tauris, act. 5. In templo Serapidis Somniis medicina morbis præscribebatur, vt Strabo lib. 17. Item in templo Æsculapij apud Aristidem Hierico primo. *Liberator Pan apud Træzenios ostendit Somnia, quæ pesti remedium indicabant.* Pausan. λυτήριος Πὰν Τροιζηνίων τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν ὀνείρατα, ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος. Apud eundem *Inus oraculum in Laconibus est, vbi Somniis ostendit Dea, quod petitur,* Ἰνοῦς μαντεῖον, ὁπόσα δ' αὖ πυθέσθαι δέηθῶσι ὀνείρατα δείκνυσί σφισιν ἡ Θεός: *Ad tumulum Podalirij, qui pellibus ouium incubant, Podalirius eis vaticinatur verum, & medicus morborum apud Daunios vocatur, quando loti Altao fluuio implorant Aesculapij filium ciuibus auxiliatorem, & gregibus.* Lycophron.

——— ψευδηρείων
Ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγκηρὸν κόνιν.
Δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις
E Χρησεῖ καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν.
Νόσων δ' ἀκέστης Δαυνίοις κληθήσεται,
Ὅταν καταικμαίνοντες Ἀλθαίνου ῥοαῖς
Ἀρωγὸν αὐδήσωσιν ἠπίου γόνον
Ἀστοῖσι, καὶ ποιμναῖσι πρευμενῆ μολεῖν.

Strabo lib. 6. δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας, περὶ λόφον ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα· τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ· ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι: *Ostenduntur Heroa in Daunijs ad collem cognomento Drium. Alterum Calchantis in summo vertice, cui mactant nigrum arietem consultores & pelli incubant.* Cicero lib. 1. de Diuinat. ait Lacædemonios excubare in Pasitheæ fano. Plutarch. lib. de defectu oracul. Somnia in templo Mopsi futura denuntiare ait. Tertull. lib. de Anim. Amphiarai apud Oropum oracula, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Mopsi in Cilicia, Hermionæ in Macedonia, Pasiphaæ in

in atrium medicus dentem ei ostenderet tantum, quod exemtum, ait Sueton. Idem in Caligula, *Superuenitq; ilicò quidam Cassius quoque nomine iussum se Somnio affirmans immolare taurum Ioui.* Apud Spartianum, *mulier Somnio monita est, diceret Adriano ne se occideret, fore enim vt conualesceret. Illa quia non paruit, oculis capta est. Iterum Somnio monita genua Adriani osculatur, visumque recuperat, cùm oculos aqua lauisset, quæ erat in fano vnde venerat.* Apud Lampridium Faustina cùm esset Commodo, & fratre eius prægnans, visa est in Somnis serpentes parere, sed ex his vnum truculentiorem. Apud Spartianum, *Seuerus Imperator somniauit quatuor aquilis, & gemmato curru præuolante nescio qua ingenti specie humana, ad cælum se raptum; cúmque raperetur, octoginta nouem numeros explicuisse, positúmque in circulo ingenti areo diu solum, & destitutum stetisse, ac veritum ne præceps caderet, à Ioue vocatum, & inter Antoninos collocatum.* Apud Pausaniam in Messeniacis, *Filia, quam Aristodemus pater dissecuerat; patri se in quiete obtulit vulnera ostentans veste nigra, & exta in altari disiecit, arma patris sustulit, in mensam imposuit, coronam auream, & vestem albam, qua ornati mortui efferebantur. Aristodemus diem extremum clausit.* Apud Suetonium, *Attia mater Augusti priusquam pareret, somniauit intestina sua ferri ad sydera, explicarique per omnem terrarum, & cæli ambitum. Somniauit & Attius vtero Attiæ iubar solis exortum.* ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν. Militi in Somnis ostensa radix in exercitu Alexandri, qua Ptolomæi lethale vulnus in India persanatum est. Eadem & Alexandro in quiete ostensa. Spartianus in Seuero Somnium Seueri narrat. Sueton. Vespas. cap. 20. *Dicitur etiam vidisse quondam per quietem stateram in media parte vestibuli Palatinæ domus positam examine æquo, cùm in altera lance Claudius, & Nero starent, in altera ipsius filij.* Sueton, in August. c. 94. *Catulus post dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus somniauit: prima, Iouem op. M. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, vnum secreuisse, atque in eius sinum signum Reip. quod manu gestaret, reposuisse. At in sequenti, animaduertisse se in gremio Capitolini Iouis eundem puerum: quem cùm detrahi iussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reip. educaretur. Ac die proximo obuium sibi Augustum, cùm incognitum aliàs haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset.* Ibidem, Somnium Ciceronis commemorat. Mater Virgilij somniauit se ramum laureum enixam, qui statim in arborem conualuerit. Hannibali vir humana specie maior secundum quietem obiectus est, quem à tergo draco immensæ magnitudinis in spiras conuolutus Italiam vastans sequeretur. Apud Pausaniam, quidam in Somnis visum sibi eius lapideum factum mane paralyticus repertus est. Parthenion herba in somnis ostensa Pericli, qua pueri membra ruina ex alto rupta conualuerunt. Antonino Pio secundùm quietem anguis iubatus obiectus, qui se à cauda medium voraret. Cyro visum in somnis Dario alas dari, quibus vniuersam Asiam obumbraret. Iulius Cæsar somniat è Iouis solio se præcipitari, viginti tribus vulneribus confossus est. Belisarius apud Procopium sibi terram Lybicam floribus aspersam offerri, quos ipse vt comedit, suos comedere iussit. Nero apud Sueton. se oppleri formicis, & ab Octauia in altissimas tenebras trahi. *Matri Romæ in quiete ostensa radix cynorrhodi, quam ex vino filio bile percito cùm propinasset, ei sanitatem attulit*, narrante Plinio. Mater Dionysij prægnans visa est sibi Satyriscum parere; Galeotæ Siculi coniectores responderunt, eam parituram virum illustrem. Athen. lib. 11. Somniat Socrates Platonem in cornicem mutatum, quæ suo capiti assultans, glabram caluam rostro tunderet, quia multa Plato de Socrate mentitus est. Somnia Callimachi & Ennij frequenter commemorantur apud Poëtas lib. 3. Græc. epigram.

> *Ὦ μέγα Βαττιάδεω σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,*
> *Ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς.*
> *Μοῦσαι οἱ εἰρόμεναι ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων*
> *Αἴτια, καὶ μακάρων, εἶρον ἀμειβόμεναι.*

O magnum Battiada sapientis celebre somnium, certè emerseras è porta cornea, non autem eburnea. Musæ causas ei narrantes, de Heroibus antiquis, & Diis beatis alternatim canebant. Ennius παλιγγενεσίαν Epicharmi interpretatus est, eámque sibi accidisse testatur. *Nam videbar somniare ego me esse mortuum.* Eius fuit aliud somnium. *Visus Homerus adesse poëta; Homerus narrabat Ennio se fuisse pauonem, & post transiisse in Ennium.* Vide Maxim. Tyrium serm. 28. Ammian. Marcel. lib. 21. *Iulianus cùm apud Viennam posteà quiesceret sobrius, hora media noctis imago quadam visa splendidior, hos ei versus Heroos modo non vigilanti apertè dixit, eadem sæpius replicando*, &c. Propert. lib. 2. de Callimacho,

> *Et non inflati somnia Callimachi.*

Horat. lib. 2. eleg. 1.

> *Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus*

Critici dicunt, leniter curare videtur,
Quo responsa cadant, & Somnia Pythagoras.

Carisius lib. 1. Ennij verba profert,

Tum memini fieri me pauum.

Tertul. l. de Anima c. 15. *Pauum se meminit Homerus Ennio somnianti.*

Propert. lib. 3. c. 2.

Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra
Bellerophontei, quà fluit humor equi.
Vnde pater sitiens Ennius ipse bibit.

Persius sat. 5.

Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides quintus pauone ex Pythagoreo.

Lucretius lib. 1.

Et si præterea tamen esse Acherusia templa
Ennius æternis exponit versibus edens,
Vnde sibi exortam semper florentis Homeri
Commemorat speciem.

Cicero lib. 6. de Rep. & in Lucullo, fuisse ait duo Somnia Ennij, quorum alterum Ennius in Epicharmo suo versibus Trochaïcis narrat, alterum in primo Annali versibus exametris persequutus est. Eorum qui vel Somnia sua venditarent, vel aliena interpretarentur, varia fuere genera. Vetus verbum est apud Festum, *Sabini quod volunt, somniant.* Cùm enim Sacrificium propter viam fieret, Sabinum ad illud adhibebant. Is vbi euigilasset, narrabat, quæ in quiete viderat. Quædam item anus mulieres ob bibendi auiditatem id Somnium captabant, vnde prouerbium, *Anus quod vult, somniat.* Allucitæ dicuntur Somniatores apud Papiam. Sed & Iudæi Somnia venditabant apud Iuuenal. satyr. 6.

Qualiacunque voles, Iudæi Somnia vendunt.

Iosephus lib. 17. orig. c. vlt. sub Herode, & Archelao in Iudæa erant vates, qui circa somnia versarentur. Capitolin. in M. Antonino, *Nec defuerunt homines, qui somniis eum multa prædixisse futura, & vera concinnuerunt.* Coniectores somniorum dicuntur ὀνειροκρίται, ὀνειροπόλοι, cuiusmodi fuere Telmessenses, & in Sicilia Galeotæ, qui ex similibus coniiciebant, vt Artemidorus lib. 2. cap. 25. οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ὀνειροκρισία, ἢ ὁμοίου παράθεσις, *Nihil est aliud somniorum interpretatio, quàm similium appositio.* Cicero l. 1. de Diuinat. *Somniorum interpretes* vocat. Tatianus Assyrius martyr, Τελμισσέων μὲν οἱ δοκιμώτατοι τὴν δι' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικὴν, *Probatissimi apud Telmisseos, diuinationem ex somniis inuenerunt.* Telmissus Lyciæ vrbs fuit, non vt vult Cicero, Cariæ. Arrianus lib. 2. de reb. Alexandri, Telmissæos vates diuinandi peritissimos esse ait. Apollodorus Telmessensis scripsit de Somniis, vt Artemidor. lib. 1. cap. π. Vide Aristidem tom. 3. pag. 237. μάντεις οἷς περὶ ὀνειράτων ἦσαν αἱ ἀναστροφαί. Antiquissimi certè Somniorum interpretes fuere apud Iudæos: Iosephus ille Iacobi filius Pharaoni, & aliis Somnia coniecit, Daniel Nabuchodonosori: Iosephus ipse historiæ scriptor acutissimus Somniorum coniector fuit, vt ex eius scriptis apparet. In Sicilia Galeotæ portentorum interpretes fuêre, vt Cic. lib. 1. de Diuinat. *Telmessenses Somnia nulla vana & mendacia putant, sed coniectationis imbecillitatem incusant, quæ verum è visis elicere non queat,* auctore Tertul. lib. de Anima. Ætate Priami fuêre coniectores, quos vocant ὀνειροκρίτας. Cic. 1. de Diuinat.

Tùm coniectorem postulat pacem petens,
Vt se edoceret, obsecrat Apollinem
Quò sese vertant tantæ sortes somniûm.

Aristander Telmessensis præcepta plura, & optima de Somniorum interpretatione scripsit. Artemidor. lib. 1. cap. 32. Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς ὑποθήκας πλείστας καὶ ἀρίστας ἀποδεικνὺς περὶ τῶν ὀνείρων· ἦν γὰρ ὀνειροκρίτης. Philo Biblius Abrahamum primum omnium somniorum intelligentiam habuisse scribit. Plinius verò lib. 7. Amphictyoni Deucalionis filio somniorum, & ostentorum interpretationem assignat. Cicero lib. 2. de Diuinat. ὀνειροκρίτας ex leuissimo, & indoctissimo hominum, imo sagarum genere constare scribit. Pausanias in Artic. Amphiaraum in diiudicandis somniorum inuentis palmam tulisse ait. De Onirocriticis scripsere Geminus Pyrius, Panyasis Halicarnass. Alexander Myndius, Phœbus Antiochenus, Demetrius Phalereus, Artemon Milesius, Nicostratus Ephesius, Astrapsychus, Antiphon Athenien-sis,

A sis, Artemidorus, & Achmes. Quintilian. lib. 3. cap. 6. *Coniectura dicitur à coniectu, directione quadam veritatis ad rationem. Vnde etiam somniorum atque ominum interpretes Coniectores.* Iam olim in Ægypto fuere Coniectores. Genes. 41. Pharao Somnio territus ἐξηγητὰς Αἰγύπτου, καὶ πάντας τοὺς σοφοὺς αὐτῆς, *Interpretes Aegypti, & omnes sapientes aduocauit.* Vet. gloss. Βεχζόμαλις ὀνειροπόλος dicitur. Basil. ad Psalmum 45. ὀνειροκρίτης vocat καὶ ἐνύπνιόν σε ἐκταράξῃ πρὸς τὸν ὀνειροκρίτην τρέχεις. *Si te turbauerit insomnium, ad Coniectorem curris.* Quod si Coniectoris copia non esset, sacrificiis, lotionibus, & februis somnia procurabant, aut Ioui Prodigiali, Diisque auerruncis faciebant. Martial. lib. 7. epigr. 58.

Semper mane mihi de me mea somnia narras;
Consumpsi salsasque molas, & thuris aceruos;
Decreuère greges, dum cadit agna frequens.

B Anus aduocabant veratrices, ac expiatrices, à quibus circumferrentur. Plutarch. δεισιδαιμον. εἴτ' ἐνύπνιον φάντασμα φοβῇ περιμακτρίαν, καλεῖ γραῦν, καὶ βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν, καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ διημέρευσον: *Si te nocturnum visum terruit, vocato anum expiatricem, & laua te aqua maris; & sedeto humi totum diem.* Persius,

——Tiberino flumine mergis
Mane caput bis térque, & noctem flumine purgas.

Ammianus Marcel. lib. 25. *Iulianus quum somno depulso sententiis cuiusdam philosophi teneretur, vidit squalidius speciem illam genij publici, quam cùm ad augustum consurgeret culmen, conspexit in Galliis, velato cum capite cornu copiæ* (lego velato capite, cum cornu copiæ) *per aulea tristius discedentem,* &c. *relictóque humi strato cubili adulta iam excitus nocte numinibus per sacra depulsoria supplicans flagrantissimam facem cadenti similem visam aëris parte sulcata euanuisse existimauit.* Auerruncos C & ἀποτροπαίους θεοὺς commemorat Æschylus in Persis.

Ἐπεὶ δ' ἀνέστην, καὶ χεροῖν καλλιρρόου
Ἔψαυσα πηγῆς σὺν θυηπόλῳ χερὶ
Βωμῷ προσέστην ἀποτρόποισι δαίμοσι
Θέλουσα θῦσαι πέλανον.

Vbi surrexi, & manibus attigi fontem pulcrè fluentem Callirrhoen cum manu sacrificula, astiti ad aram volens placentam, & libum Diis auerruncis sacrificare. Scholiastes, ἀποτρόπους δαίμονας ἥλιον· τοῦτο γὰρ ἐπιλάμψαντος οἱ ὄνειροι διασκεδάζονται, *auerruncum Deum vocat Solem, quo elucescente somnia dissipantur,* apud Cic. lib. 1. Diuinat.

Priamus somnio mentem metu perculsus
Curis sumptis suspirantibus,
D *Exsacrificabat hostiis balantibus.*

Tibullus lib. 1. elegia 5.

Ipse procuraui, ne possent sæua nocere
Somnia, ter sacra deueneranda mola.

Lib. 3. eleg. 4.

Et vatum ventura hominum, genus omina noctis
Farre pio placant, & saliente sale.

Petronius in Satyr. *vt Tryphana somnium expiauit.* Silius lib. 8. versu 125.

Quæ dum abigo menti, & sub lucem vt visa secundent,
Oro cælicolas, ac viuo purgor in amni.

Deos expiandis somnis propitios *Prodigiales* vocant, *Auerruncanos, Tutanos,* σωτῆρας, *Ser-* E *uatores*, qualis est Iupiter apud Plaut. & Lucianum; Apollo apud Aristophanem, & Sophoclem; Hercules apud Varronem. Scholiastes Apollonij scribit moris fuisse, vt linguas victimarum Diis depellentibus comburerent ad pacatum somnium impetrandum. Quod si dirum videretur, illud hostibus imprecabantur. Moschus in Megara,

Τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τράποιτο
Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο.

Hæc omnia in Eurystheum vertant, & procul sint à nostra domo. Tibullus somnium triste à se deprecatur his verbis.

——Et quicquid triste timemus
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.

Seneca in Octauia:

Delubra, & aras petere constitui sacras,

Cæsis litare victimis, numen Deûm
Vt expientur noctis, & somni mina,
Terrórque in hostes redeat attonitus meos. A

Apud Aristophanem, Æschylus somnio attonitus ait,

Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
Καλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
θέρμετε δ' ὕδωρ
Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Sed mihi famulæ lucernam accendite, vrnis ex fluuiis rorem haurite, calefacite aquam, vt diuinum somnium abluam. Hippocrates lib. de insomniis, scribit secundis in rebus Iouem cælestem, Iouem opulentum, Solem, Mineruam, Iunonem, Mercurium, & Apollinem supplicationibus adiri solere: in aduersis Tellurem, & Heroes pro malis auerruncandis placari. B Dio libro 39. πρὸς τὸ ὕδωρ ἀφικνεῖσθαι, κἀνταῦθα καθαρμόν τινά σφων ποιεῖσθαι: *venire ad aquam, & ibi lustramentum ac piaculum quoddam facere.* Seruius lib. 12. Æneid. *Pura vestis, qua vti consueuerunt ad sacrificandum. Est autem purpura, quæ maris vicem ad expiandum præbet.* Varro lib. 10. Rer. hum. *Iuxta Rhegium fluuij sunt continui septem. In his à matris nece dicitur purgatus Orestes.* Idem Cato refert Origin. lib. 3. apud Probum Virgilij Scholiasten. Plutarchus, περὶ δεισιδαιμονίας, *Horribilibus*, inquit, *Somniis turbati, postquàm surrexerint, seipsos decipiunt, & consumunt, & turbant, cùm inciderint in circulatores dicentes*, περιεξαπατῶσι ἑαυτοὺς καὶ δαπανῶσι, καὶ ταράττουσιν εἰς ἀγύρτας ἐμπεσόντες λέγοντες, *Si Visum insomnij times*, ἀλλὰ εἴτ' ἐνύπνιον φάντασμα φοβῇ χθονίας δ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω, τὴν περιμάκτριαν κάλει γραῦν, καὶ βάπτιζον ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν, καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ διημέρευσον: *Et Hecates terrestris comessationem excepisti; voca anum veratricem, & mergete in aquam, & in terra sede totum diem.* Æschyl. in Persis, Θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκνουμένη εἴπερ φαῦλον εἶδες, αἴτει τῶνδ' ἀποτροπὴν λαβεῖν: *Deos suppliciis adito, si quid mali vidisti, & pete vt horum depulsionem accipias.* Lucianus in somnio, ἀλλ' ἀποτρέπετε, ὦ θεοί, τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν: *Sed auertite Dij à nobis mala.* Sophocles in Aiace, ἀλλ' ἀπείργοι καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν, *Sed Iuppiter, & Apollo mala Argiuorum verba auertant.* De Somnio ex piando Eunapius in Ædesio, τότε οὖν παῖδα καλεῖ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ πρόσωπον ἀποσμῆσαι τῷ ὕδατι βουλόμενος, καὶ ὁ θεράπων πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἀλλ' ἡ ἀριστερά γε χείρ: *Puerum vocat volens vultum aqua abluere, & tergere & famulus ad eum dixit, sed sinistra manus.* Non tantùm igitur mari, aut fonte viuo, sed qualibet aqua limpida per se, vel per famulos expiabant somnium. Porphyrius, εἰ δή ποτε συμβαίνη καὶ ὀνειρώττειν παραχρῆμα ἀπεκάθηρον λουτρῷ τὸ σῶμα, *Si contigisset, vt insomnio se contaminassent, lauacro statim corpus purgabant*: idque fiebat cùm auersione, quod ἀποδιοπομπεῖσθαι dicunt: quia ad Iouem auerruncum insomnia mittebant, cùm se lustrarent. Hesychuis, ἀποδιοπομπεῖσθαι, ἀποτρέπεσθαι πρὸς τὸν ἀποτρόπαιον Δία: *De vino flumine expiandis Somniis* Statius lib. 9. D

Ibat Ladonis ad vndas
Purgatura malum fluuio viuente soporem.

Nonnus in Dionysiac.

Ταῦρον ἀεθλητῆρα δαφοινήεντος ὀνείρου
Ζηνὸς ἀλεξικάκοιο θεοκλήτῳ παρὰ βωμῷ.

Taurum, qui auerruncaret cruentum somnium ad aram Iouis depellentis, vbi Deus inuocatur. Dionysius Halicarnass. lib. 5. θυσίαι ἀποτρόπαιοι, καὶ ἐξακεστήριοι: *Sacrificia auertentia, & medentia somniis.* Martial. lib. 11. epigr. 49.

Amphora nunc petitur nigri cariosa falerni,
Expiet vt somnos garrula saga tuos. E

Plaut. Amphit.

Postquam experrecta est, prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Ouid. in Epistola Heronis:

Quamuis est Sacris illa piata meis.

Nonnus Dionys. lib. 7.

——— Μιήνατο πάτριον ὕδωρ
Εἰς ῥόον, εἰς ἀνέμους ἀπεσείσατο τάρβος ὀνείρου.

Iuit ad patris aquas, & terrorem somniorum in fluenta & ventos dispulit. Valer. Flac. lib. 5. Argon.

Fortè Deum variis per noctem territa monstris
Virgo thoris primi iubar ad placabile Phœbi

Ibat,

A *Ibat, & horrendas lustrantia flumina noctes.* Sueton. in Galba. cap. 18. *Cumq́, exterritus luce prima ad expiandum somnium, præmissis qui rem diuinam appararent, Tusculum excurrisset; nihil inuenit præter tepidam in ara fauillam, atratumque iuxta senem in catino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum.* Quidam Corybantes Deos auerruncos putarunt. Orpheus, Hymnis: νυκτέριον Κορύβαντα κικλήσκω, φόβων ἀποπαύστορα πάντων, *Corybantem nocturnum, qui omnes terrores sedabat.* Cùm euigilassent, precabantur, vt sibi somnium bene verteret. Moschi Europa, ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον, *Sed Dij beati in bonum mihi interpretentur somnium.* Apollonius Argonaut.

Εὗρον ἁλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν,
Τοῖον γὰρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο.

Inuenerunt eam aqua maris caput lauantem; tantus fuerat terror, quo nocturnis somnijs erat perculsa.

B Moris item fuit, vt somnia Soli, & aëri eloquerentur. Euripides Aulide:

Ἣ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
Λέγω πρὸς αἰθέρα, εἴ τι δὴ τόδ' ἐστὶ ἄκος.

Enuntio Aetheri noua visa, quæ nox attulit, si quod inde mihi erit remedium Sol autem, quia somnum, & somnia discutit, Auerruncus & depellens habebatur, eique vt auertenti somnia narrabantur, quemadmodum & Vestæ. Euripid. Elect.

Τοιαῦτα τοῦ παρόντος ἤκουσ' ἡνίχ' ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ ἔκλυον ἐξηγουμένης.

Talia audiui à præsente, cùm narraret somnium suum Soli. Posteà Apollini προστατηρίῳ, qui in vestibulis ædium colebatur, sacra facit.

Ἔπαιρε σὺ πάγκαρπα θύματα ἄνακτι τῷδε
C Ὅπως λυτηρίους εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων ἃ νῦν ἔχω.

Tolle tu omnis generis fructuum sacrificia regi Apollini, vt preces concipiam, quæ soluant terrorem quo percellor.

Κλύοις ἂν ἤδη Φοῖβε λύκει' Ἄπολλον,
Audias Phœbe Lycæe Apollo.

Propert. lib. 2. c. 17. De Vesta depellente,

Ibat & hinc castæ narratum somnia Vestæ,
Neu sibi, neùve mihi quæ nocitura forent.

Tempus autem veracibus somniis vt diximus, esse putarunt, cùm digesto, ac per omne tempus didito cibo, animus liber, ac quietus sibi vacat, nec incommodis stomachi vaporibus obducitur. Tempus illud Homer. νυκτὸς ἀμολγὸν vocat lib. 4. Odyss. ὥς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ, quia Penelopæ crepusculo somnium clarè obiectum erat. Vbi Eustathius ἀμολγὸν νυκτὸς οὐ τὴν ἀφ' ἑσπέρας, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρὸς τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε καὶ εἰκὸς ἀληθεύειν τὰ ἐν ὕπνῳ φανέντα ὀνείρατα. Crepusculum vel intempestiuum noctis non ad vesperam refert, sed ad diei crepusculum, quando veracia sunt somnia Moschus in Europa:

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

Quando tertia vigilia noctis stat, & prope est aurora, verorúmque somniorum natio vagatur, ac pascitur. Tertul. lib. de Anima. Per veris amœnitatem, & mane somnia veriora. Theocrit. in Piscatore,

Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος, ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὥρᾳ,
Γαστρὸς ἐφειδόμεθα.

E *Non eram cibo onustus, cùm mihi somnium obuersatum est, quia cœnantes tempestiue ventri pepercerarmus.* Ideò & auium esu abstinebant, maximè si à cælitibus somnia sibi immitti cuperènt. Porphyr. lib. 4. ἀπέχεσθαι, ὅστις τὴν φασμάτων φύσιν ἱστόρησεν, οἶδεν καθ' ὃν λόγον ἀπέχεσθαι δεῖ πάντων ὀρνίθων, καὶ μάλιστα ὅταν σπεύδῃ τις ἐκ τῶν χθονίων ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τοὺς οὐρανίους θεοὺς ἱδρυνθῆναι: *Quicumque nouit visorum naturam, non ignorat, quid causæ sit, cur omnibus auibus debeat abstinere, maximè si quis cupiat liberari inferorum vexatione, & ad Deos cælestes stabiliri.* Non attingo somniorum interpretationem, de qua legendi Achmes, Artemidorus & alij. Hoc vnum moneo, οὐδὲν ἄλλο εἶναι ὀνειροκρισίαν, ἢ ὁμοίου παράθεσιν. *Nihil aliud coniectionem Somniorum, quàm similium comparationem*, vt Artemidor. lib. 2. cap. 25. Quæ tamen variè mutat, pro gentium variis moribus. Alba vestis Messeniis funesta, vt Pausanias; ideò qui se albis amiciri putat in quiete apud Messenios, funestum aliquid exspectat: alibi somnium felix. Suidas στολὴν λευκὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν· στολὴν φέρειν μέλαιναν οὐκ ἀληθῆ· στολὴ δ' ἀλουργὸν εἰς νόσον μακρὰν φέρει,

φαρ᾽ φολλῶ φέρειν ἀνακῆ@ ἐλπίδων λύσις: *Albam veſtem ferre in ſomniis pulcrum eſt; nigram ferre, mendacij integumentum ſignificatur. Veſtis purpurea diuturnum morbum indicat. Veſtis regia ſpes præcedit.* Mitto te ad libros Onirocraticos Puterem ego Pythagorã audiendum, qui monuit, συγχεῖν ἀναςαίτας ἐξ εὐνῆς τὰ ςρώματα, *conturbanda eſſe ſtrata, & toralia*, iis, qui è lecto ſurgunt, ne ſomniorum, aut aliorum, quæ in ſtratis eueniunt, meminerint. Ἀνὴρ ὑπνώδης εὑρετὴς ὀνειράτων, *vir ſomnolentus ſomniorum repertor eſt.* Somniorum interpretes ante omnia de tempore ſomnij quærebant, ne fortè aberrarent. Somnia enim quæ ante cibum in ſtomacho confectum oborta eſſent, ex crapula, aut ciborum vapore eſſe putabant. Mane cùm defæcata mens eſt, vera ſomnia obiici arbitrabantur. Apollonius apud Philoſtratum lib. 2. οἱ γοῦν ἐξηγηταὶ τ̃ ὄψεων, ὡς ἐνειροπόλους οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, οὐδ᾽ ἂν ὑποκρίναιντο ὄψιν οὐδ᾽ μίαν μὴ πρότερον ἐρόμενοι τ̃ καιρὸν ἐν ᾧ εἶδεν· ἂν μὲ γὰρ ἑῷ@ ᾖ καὶ ἐ̃ περὶ τ̃ ὄρθρον ὕπνυ ξυμβάλλον) αὐτὴν, ὡς ὑγιῶς μαντευομένης τ̃ ψυχῆς, ἐπειδὰν ἀπορρύψη) τ̃ οἶνον. *Interpretes ſomniorum, quos poëtæ Oniropolos vocant, nunquam coniectarint viſum aliquod, quin priùs tempus, quo ſomnium obiectum eſt, inueſtigent. Si enim matutinum viſum fuit, & ſub auroram, coniectant & interpretantur illud, quaſi anima vini fumo libera verum videre poſſit.* Tertull. cap. 22. *Certiora, & colatiora ſomniari adfirmant ſub extimis noctibus, quaſi iam emergente animorum vigore producto ſopore.* Artemidor. tamen cap. 8. lib. 1. hanc temporis obſeruationem nihili facit Omninò ſomnia cùm à Deo immittuntur, quocunque tandem tempore fiant, veracia ſunt. Capitolinus in Marco, *Sanè ea die, qua adoptatus eſt Verus, in ſomnis ſe humeros eburneos habere vidit: ſciſcitatúſque, an apti eſſent oneri ferendo, ſolito reperit fortiores.* Dio apud Xiphilinum eadem de re, πρὸ ἐ̃ Καῖσαρ ἀποδειχθῆναι ὄναρ ἔδοξεν ὤμους τε, καὶ χεῖρας ἐλεφαντίνας ἔχειν, καὶ αὐταῖς ὅσα τοῖς ἀνθρώποις χρῆται: *Priuſquam Cæſar renuntiaretur, ſomniauit humeros ſe, & manus eburneas habere, & iis ad omnia, quibus homines ſolent uti.* Capitolinus in Marco, *Nec defuerunt homines, qui ſomniis eum multa prædixiſſe futura, & vera concinnerunt. Vnde etiam templum ei conſtitutum, dati Sacerdotes Antoniani in templo.* Ea diuinatio dicitur ἡ διὰ τ̃ ἐγκοιμήσεως μαντική. Lactantius lib. 2. cap. 15. ſcribit ſomnia à Dæmonibus immitti, his verbis: *Quoniam ſunt ſpiritus tenues, & incomprehenſibiles, inſinuant ſe corporibus hominum, & occultè in viſceribus operti, valetudinem vitiant, morbos citant, ſomniis animos terrent. Ipſum Domitianum ferunt ſomniaſſe gibbum ſibi pone ceruicem aureum enatum, pro certóque habuiſſe beatiorem poſt ſe, lætiorémque portendi ſtatum Reipub.* ait Sueton. Si à Dæmone id ſomnium fuit, vera cecinit dæmon. Idem Mineruam, quam ſuperſtitioſè colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantem vltra ſe tueri eum poſſe, quod exarmata eſſet à Ioue. Galba ſumpta virili toga ſomniauit fortunam dicentem ſtare ſe ante fores defeſſam, & niſi ocyùs reciperetur, cuicúmque obuio prædæ futuram. Vide Suetonium, Capitolinum, Dionem, Vopiſcum, Liuium, & alios Hiſtoricos. *Exiſtimabant veteres diuinitùs immiſſa viſa vigilantibus, aut vix dormientibus offerri,* ait Iamblichus lib. de Myſter. Penelopæ ſemiſopitæ apud Homer. lib. 19. ſomnium obiectum. Apud Pindarum in Olymp. Od. 13. Bellerophontis vigilantis verax viſum fuiſſe dicitur. Contra Mercurio Triſmegiſto in Pœmandra, verax ſomnium altè conſopito obiectum. Seneca dubitat ſomniúmne ſit, an mentis attonitæ ſtupor, cùm vigilanti, aut anxio viſum obuerſatur.

Si ſomnus ille eſt mentis attonitæ ſtupor.

Lucian. lib. 2. verarum Narrat. Incolas ciuitatis illius, cui ſomnus præfectus eſt, omnes mendaces eſſe ait. Tibullus à Luciano non abludit, his verbis,

Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

Seneca in Hercule Furente:

Veris miſcens falſa ſomnus.

Aſtyages ſomniauit Mandanem filiam ſuam *tantum minxiſſe, vt non modo vrbem ſuam impleret, verum & totam Aſiam inundaret*: deinde idem ſomniauit, ex vtero filiæ vitem enatam, quæ vniuerſam Aſiam obumbraret. Herodot. lib. 1. οὐρῆσαι τοσοῦτο ὥστε πλῆσαι μὲ τὴν ἑαυτῆς πόλιν, ἐπικατακλύσαι ᾗ καὶ τὴν Ἀσίαν. Filia Polycratis ſomniauit, patrem ſuum *ſuſpenſum in alto, lauari à Ioue, & vngi à ſole*, μετέωρον λῦσϑαι ὑπὸ ἐ̃ Διὸς, καὶ χρίεσϑαι ὑπὸ ἐ̃ ἡλίου. Apud eundem lib. 3. is in crucem actus ab Oronte, pluuia, quæ Ioui tribuitur lotus; ſolis ardore, quaſi oleo inunctus eſt. *Naſamones incumbunt parentum ſepulcris, & ibi ex ſomniis & viſis vaticinãtur,* τὸ δ᾽ ἂν ἴδωσιν τῇ ὄψι ἐνύπνιον τούτῳ χρῶν), ait idem lib. 4. Xerxi bis vir humana ſpecie maior apparuit ſecundùm quietem, qui bellum in Græcos imperaret. Idem viſum Artabano factum lib. 7. De ſomnio Tarquinij Accius in Bruto,

Cùm iam quieti corpus nocturno impetu

Dedi ſopore placans artus languidos,

Viſum

A *Visum est in somnis pastorem ad me appellere*
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Praclarioremque alterum inuolare me:
Deinde eius germanum cornibus conniti
In me arietare, eòque ictu me ad casum dari.
Exin prostratum terra, grauiter saucium.

Valens in quiete hominem vidit sibi dicentem, Propera ad Mimantem magnum, vbi te mors dira rapiet. In domo vbi crematus est, repertum sepulcrum cum hac inscriptione, ἐνταῦθα Μίμας Μακεδὼν στρατηγέτης. Isaacius id temporis dixit iis, qui secum erant in carcere Οὐάλης ἄρτι θνήσκει διὰ πυρός. In fundamentis murorum, qui Chalcedone diruti erant, B repertum oraculum, quo mors Valenti denunciabatur, quod apud Zonaram legitur in Constantino. Vide somnium Constantij, quo monitus est à Constantino patre, vt mortem fratris vlcisceretur. Item somnia Anastasij, & Mauricij Imper. In Leone Armenio, αὐτὴν τὸ τῆς μητρὸς ἐξεδειμάτου ἐνύπνιον. ἔδοξε γὰρ ἐκείνη ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεομήτορος εἶναι ἐν Βλαχέρναις, καὶ ὁρᾶν γυναῖκά τινα προπεμπομένην αἰθέριοι λευχείμοσι, καὶ πλῆρες αἱμάτων τὸ δάπεδον τοῦ ναοῦ, ἀκοῦσαί τε τῆς δορυφορουμένης ἐκείνης κελευούσης αἵματος ἀγγεῖον τι ἀναπληρῶσαι, καὶ δοθῆναι τῇ τοῦ βασιλέως μητρί· τῆς δὲ μὴ προσιεμένης τὸ προσφερόμενον φάναι τὴν περιφανῆ γυναῖκα ἐκείνην· ὁ δὲ υἱός σου τοὺς ἐμὲ τιμῶντας αἱμάτων ἐμπίπλησι. *Ipsum matris Somnium exterrebat. Visa est enim illa sibi esse in templo Matris Dei in Blachernis, & videre mulierem, qua deducebatur à viris alba veste amictis, & plenum sanguine solum templi, & audire mulierem illam, qua magno comitatu stipata erat vas quoddam iubere sanguine repleri, & dari matri Imperatoris, qua cùm sanguinem auersaretur, dixisse illustrem illam mulierem* C *filius tuus eos, qui me honorant, sanguine replet.* In octaua Synodo in vita Ignatij Patriarchæ pag. 326. Somnium obiectum est Bardæ Cæsari truculentum, quo ei, & Michaëli Imperatori à S. Petro mors denuntiata, quæ paulò pòst secuta est. Visum Hannibalis, quod ei per somnium obiectum est, scitè describit Silius lib. 3.

Ecce iugis rapiens syluas, ac robora vasto
Contorta amplexu, tractasque per inuia rupes
Ater lethifero stridebat turbine serpens. &c.

Zonaras, τῷ Ἀννίβᾳ ὄψις ὀνείρου ἐφάνη· ἔδοξε πρὸς τῶν θεῶν ἐν ἐκκλησίᾳ καθημένων μεταπέμψασθαί τε αὐτόν, καὶ κελεῦσαι ὅτι τάχιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν προσμῖξαι: *Annibali visum insomnij apparuit: Videre sibi visus est Deos in concione sedentes se accersere, iuberéque vt quamprimum in Italiam moueret.* Accepisse ab iis viæ ducem, qui iusserit, vt se ita sequereretur, ne caput retrò D flecteret. Qui cùm se reflexisset, vidit tempestatem magnam ingruentem, & draconem horrendum sequentem: & admirabundum quæsisse de viæ duce, quid hoc rei esset: illum respondisse, vastitatem Italiæ. Apud Photium in Bibliotheca, pag. 227. Conon scribit, ὡς ὁ Σμικρὸς τινὸς τῶν ἐν Μιλησίοις ἐνδόξων θυγατέρα γαμεῖ, καὶ αὐτὴ τίκτουσα ὁρᾷ ὄψιν αὐτῇ τὸν ἥλιον διὰ τοῦ στόματος εἰσδῦντα, διὰ τῆς γαστρὸς δὲ καὶ τῶν αἰδοίων ἐξελθεῖν, καὶ ἦν τὸ ὅραμα τοῖς μάντεσιν ἀγαθόν: *Smicrum filium cuiusdam Milesij viri nobilis vxorem duxisse, qua parturiens secundum quietem videt Solem per os in se subeuntem, qui per ventrem, & pudenda exiret, quod visum vates in bonam scenam acceperunt.*

CAP. II.

E
De Visis, & Spectris.

SPECTRA varij generis in hominum oculos incurrunt, quædam læta, alia tristia, siue à Deo, siue à Dæmonibus immittantur, non tantùm dormientibus, verùm & vigilantibus.

Ecce inter tumulos, atque ossa arentia bustis
Vmbrarum facies diro stridore minatur.

Lucanus lib. 1.

——Venientes cominus vmbras,
Tollentémque minas gelidas Anienis ad vndas
Agricola fracto Marium videre sepulcro. Cicero,

Aut cùm ſe grauido tremefecit corpore tellus, A
Iam verò variæ nocturno tempore viſæ
Terribiles formæ, bellum, motúſque monebant.

Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 10. ſcribit cælum arſiſſe, terram cum mugitu tremuiſſe, varias ſpectrorum facies, horrendaſque voces hominum auribus exceptas. Ouidius 2. Faſt.

Vix equidem, credo, buſtis exiſſe feruntur,
Et tacitæ queſti tempore noctis aui.
Pérque vias vrbis, latéſque vlulaſſe per agros
Deformes animas vulgus inane ferunt.

Viſum lætum commemorat Suetonius lib. 6. *Domitius Ahenobarbus nomen ſortitus eſt, quòd iuuenes gemini auguſtiore forma ex occurſu ei rure quondam reuertenti imperaſſe traduntur, nunciaret Senatui, ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat, atque in fidem maieſtatis permulſiſſe* B *malas, vt è nigro rutilum, æríque aſsimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt.* Triſtia fuêre, de quibus agit Procopius lib. 2. Perſico, ſub Chabade, φάσματα δαιμόνων πολλοῖς ἐς παντοίαν ἀνθρώπου ἰδέαν ὤφθη· ὅσοι τε αὐτοῖς περιτύχοιεν παίεσθαι ᾤοντο πρὸς τοῦ ἐντυχόντος ἀνδρὸς, ὅπῃ παρατύχοι τοῦ σώματος, ἅμα τε φάσμα ἑώρων, καὶ τῷ λοιμῷ αὐτίκα ἡλίσκοντο: *Phantaſmata dæmonum multis varia ſpecie viſa: quotquot in eiuſmodi viſa inciderent, à viro, in quem inciderant, verberari ſe putabant, quamcumque corporis partem attigiſſet, ſimulatque phantaſma illud obiectum iis erat, ſtatim peſte corripiebantur, peſtis tota Aſia, & Europa graſſata eſt. Alij* ὄψιν ὀνείρου ἰδόντες, *viſo ſecundum quietem oblato, morbis infeſtabantur, audiebántque dicentes, Scriptus es in libro mortis. In ea calamitate monſtri loco fuit, quòd nullus ex iis, qui curabant ægrotos, aut mortuos humo condebant, morbo correptus eſt. Qui ea labe tentabantur, phrenetici fiebant, & furore perciti in maria inſiliebant. Illi, quos Medici morti damnarant, conualuerunt,* C *de quorum ſalute melius ſperarant, perierunt.* Idem lib. 1. Vandal. *Prinſquam Beliſarius in Africam moueret, Procopio in quiete hoc viſum obiectum eſt: videre ſibi viſus eſt homines in domum Beliſarij aduentantes, qui terram floribus aſperſam afferrent, & iuſſu Procopij in eadem domo reponerent. Tum Beliſarium accurrentem, cùm in ea terra conſediſſet, eos flores comediſſe, & ſuos comedere iuſſiſſe.* Apud Herodotum lib. 1. ſomniauit Crœſus, fore vt Atys filius eius iaculo confoſſus occumberet: quare Atym filium domi retinet, armorum tractatione interdicit, eumque nuptiis illigat. Cùm venatum renuente patre tandem aliquando exiſſet, & aprum ſupra ſolitum ferocem inſectaretur Atys, ab Adraſto Midæ nepote, cuius fidei commendatus erat, iaculo confoditur. Viſum illud auſpicatum fuit, quod habet Paulus Diaconus lib. 16. Cùm terræmotu Antiochia quateretur, & Litaniæ fierent à diſcalceatis, clamantibus, Κύριε ἐλέησον, apparuit in viſu Dei cultori homini, vt diceret omnibus reſiduis, ſuperſcri- D berent inſuper liminaribus ſuis, *Chriſtus nobiſcum, ſtate*: quo facto ſtetit ira Dei. Apud Petronium Tryphæna ait, *Medicinam ſomno petij, iuſſaq; ſum vos perquirere.* Iuſſa erat ſcilicet aliquo viſo, quia per quietem à Diis remedia monſtrari opinio erat. Xiphilinus, τυφλόν τε τινὰ, καὶ ἕτερον χεῖρα ἀσθενῆ ἔχοντα προσελθόντας οἱ ἐξ ὄψεως ὀνειράτων ὑγιεῖς ἀπέφηνε. *Cæcum quemdam & alium manu debilem accedentes ad ſe Veſpaſianus ex viſo ſomnij ſanauit.* Ideò ægrotantes in templo Æſculapij ſomnio medicinam captare ſolitos ſuprà oſtendimus. Philoſtratus lib. 1. Apollon. meminit cuiuſdam hydropici, qui ἠμελεῖτο ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ μέθῃ χαίρων, *negligebatur ab Aeſculapio, quia vino pluſculum indulgebat.* Plaut. in Curgul. Act. 2.

Migrare certum eſt iam nunc è fano foras,
Quando Aeſculapij ita ſentio ſententiam:
Vt qui me nihili faciat, nec ſaluom velit, E
Valetudo decreſcit.

Quare Artemidorus ei ſanitatem denunciat, *qui in templo dormire ſe ſomniarit*, lib. 1. ἐν ἱερῷ ἢ καθεύδειν, νοσοῦντι ὑγίειαν προαγορεύει. Antoninus Imperator de vita ſua, τὸ δι᾽ ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἄλλα τε καὶ ὡς μὴ πτύειν αἷμα, καὶ μὴ ἰλιγγιᾶν: *Auxilia per ſomnia dari, alia vt ſanguinem non ſpuas, aut vertigine non labores.* Herodotus lib. 4. ἠπείχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας χρήσασθαι βουλόμενος θεραπείᾳ τοῦ Ἀσκληπιοῦ· ἀφικόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ ἐς ὅσον ἤθελε τῶν ὀνειράτων ἐμφορηθείς: *Properauit Pergamum in Aſia, volens vti medicina Aeſculapij, quò cùm veniſſet, quantum voluit ſomniis vſus.* De viſis horrificis Seneca in Troade,

Emicuit ingens vmbra Theſſalici ducis,
Threicia qualis arma præcludens tuis
Iam Troia fatis ſtrauit.

Silius

A Silius Italicus lib. 8.

Ludificante etiam terroris imagine somnos
Gallorum visi bustis erumpere Manes.

Agathias lib. 2. scribit, duos Philosophos è Perside redeuntes incidisse in cadauer barba promissa venerabile, quod pietate moti terra condiderint. Cùm se quieti dedissent nocte, eadem cadaueris species in eorum oculos venire visa, quæ his versibus loquuta sit,

Μὴ θάπτης τὸν ἄθαπτον, ἔα κυσὶ κύρμα γενέσθαι·
Γῆ πάντων μήτηρ, μητροφθόρον οὐ δέχετ' ἄνδρα.

Ne sepeli insepultum, patere vt voretur à canibus: Terra omnium mater, matris corruptorem non recipit hominem.

B

CAP. III.

De Mercurio Somniorum Præside.

MERCVRIVM Somniorum Præsidem esse Poëtæ fabulantur. Virgilius lib. 4. de Ænea:

Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in Somnis, rursúsque ita visa monere est,
Omnia Mercurio similis vocemq́, colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.

C Silius Italicus libro 3.

Iamque per humentem noctis Cyllenius vmbram
Aligero lapsu portabat iussa parentis.
Nec mora, mulcentem securo membra sopore
Aggreditur iuuenem.

Hannibalem intelligit. Ideò illi virga data, qua, auctore Virgilio,

Dat Somnos, adimitq́, & lumina morte resignat,

Homerus, —— τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Hac oculos hominum mulcet, quorum vult; alios dormientes excitat. Vnde & olim ad Somnum euntes Mercurio linguis fecisse supra ostendimus. Heliodor. in Æthiop. Hist. τὴν σπονδὴν ἀπέχεεν ἄλλοις τε θεῶν, καὶ τῷ Ἑρμῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλούμενος ὀνείρου ἤτει τὴν νύκτα: *Libauit & aliis Diis, tum verò Mercurio, inuocans eum, vt fausta somnia immitteret.* D Ideò & pedibus lectulorum Mercuriolos asculpebant, vnde & pedem lecti ἑρμῖνα vocant. Suidas, ἑρμῖνες οἱ τῆς κλίνης πόδες. Brizo, siue mauis Brizomantim somnia immisisse suprà ostendimus. Athenæus lib. 8. ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ· αὕτη δὲ ἐστιν ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις: *Cùm sacrificant Brizoni. Ipsa est vates in somno.* Hesychius, βριζομάντις, ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις. βρίζειν Athenæo, καθεύδειν, *dormire.* Propriè volunt esse à cibo dormire, quasi βορίζειν ἀπὸ τῆς βορᾶς ἵζειν, *à cibo quiescere.* Quod de Mercurio alibi posuimus, Athenæus lib. 1. sic effert. ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ· δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι, σπένδουσι δὲ αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῶν γλωσσῶν ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες, προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν: *Libabant Mercurio, cùm à cena discederent: videtur enim Mercurius somniis præsidere. Libant autem ei super linguis, à conuiuio abeuntes. Linguæ enim ei ob interpretationem tribuuntur.* Mercurius somno, quia frater mortis est, & somnis præesse E dicitur, quia sæpe ad inferos adit, & redit, vnde somnia mitti cornea, aut eburnea porta ferunt.

CAP. IV.

De Variis variorum Somniis.

QVANQVAM historiæ exemplorum huiusmodi plenæ sunt, pauca tamen subiiciam, quæ luculentiora visa. Ammianus lib. 30. de Valentiniani obitu: *Nocte, quam lux erepturа eum sequuta est, vt per quietem solet, videbat coniugem suam absentem sedere passis capillis, amictu squallenti contectam.*

Quin. Curtius l. 4. de Apolline Tyrio, *Cumq́, vnus è ciuibus in concione indicasset, oblatâ esse per som-*

 num

num sibi speciem Apollinis, quem eximia religione colerent, vrbem deserentis; aurea catena deuinxere, A *aráq; Herculis, cuius numini vrbem dicauerant, inseruere vinculum.* Scribit Varro somniasse Sophoclem videre se Herculem sibi prodentem, qui nam grauem auream pateram ex æde surripuisset; vnde nomen, & templum Indicis Herculis Athenis constructum. Apud Horatium Hercules colono mercenario thesaurum in quiete indicat,

—— Vt illi
Thesauro inuento, qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit diues amico
Hercule.

Suetonius in Caligul. *Pridiè quàm periret, somniauit consistere se in cælo iuxta solium Iouis, impulsúmque ab eo dexteri pedis pollice, & in terram præcipitatum.* Lamprid. in Alexandro Seuero. *Mater eius pridiè quàm periret, somniauit se purpureum dracunculum parere. Pater eadem nocte in som-* B *nis vidit alis se Romæ victoriæ, quæ est in Senatu, ad cælum vehi.* Ammian. lib. 24. de Constantio, *Inter hæc tamen per inducias naturæ conquiescentis, sauciabantur eius sensus, circum stridentium terrore laruarum, interfectorúmque cateruæ, Domitiano, & Montio præuiis correptum eum, vt existimabat in somnis, vncis furialibus obiectabant.* Solutis enim corporis nexibus animus semper vigens motibus indefessis, & cogitationibus subiectus, & curis quæ mortalium sollicitant mentes, colligit visa nocturna, quas phantasias appellamus. Cicero lib. 1. de Diuinat. *Memoria nostra templum Iunonis sospitæ Lucius Iulius, qui cum Pub. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.* Xiphil. de Caracalla, ὁ πατὴρ αὐτοῦ ξιφήρης ὄναρ ἐπέστη λέγων, ὡς σὺ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ ἐγώ σε ἀποσφάξω: *Pater eius ense accinctus in quiete ei adstitit, dixitque; Vt tu fratrem occidisti, & ego te iugulabo.* Adrianus ἐδόκει δ' ὄναρ πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔνθε αἰθρίας, καὶ ἐν εὐδίᾳ πολλῇ ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρελθεῖν, μήτε ἐκφοβῆσαι αὐτὸν, μήτε βλάψαι: *Vidit* C *secundùm quietem ante eum diem, ignem de cælo sereno, & tranquillo in iugulum sibi læuum accidere; dein & in dextrum decurrere sine terrore, aut iniuria*, εἰς τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ σφαγὴν ἐμπεσεῖν, ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὴν δεξιάν. Herodianus, ἀνέπειθε δ' αὐτὸν ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ἐπισημαίνοντα, χρησμοί τε, καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται: *Seuerus persuasus est somniis spem alentibus, & oraculis, aliisq; futurorum signis.* Xiphilinus de Seuero, ἐν γὰρ τῇ Παννονίᾳ ὄντος τοῦ Σεβήρου, ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς ὄναρ ἰδεν ἄνδρα τινὰ μέλανα ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσβιαζόμενον, καὶ ὑπὸ χειρῶν ἀπολλύμενον: *In Pannonia cùm Seuerus esset, Sacerdos Iouis in somnis vidit virum nigrum in exercitum eius impetu facto interemptum.* Mors Pesceninno Nigro denuntiata Apud eundem ob somnium nutricis Aproniarius interfectus. Apud eundem p. 376. oraculum per somnia datur. Suetonius in Augusto cap. 91. *Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens.* Idem in Nerone cap. 46. *Terrebatur adhuc euidentibus portentis somniorum, &* D *auspiciorum, & omnium, tum veteribus, tum nouis, nunquam anteà somniare solitus. Occisa demum matre vidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculum.* Vigilanti Iulio Cæsari visum truculentum apparuit apud Sueton. *Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine, & forma, in proximo sedens repente apparuit arundine canens; ad quem audiendum cùm præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, intérque eos & æneatores, rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen, & ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram partem.* Dio lib. 57. de Tiberio, αὐτὸς τ' ἀκριβῶν οὕτω τὸ πρᾶγμα τῆς μαντείας, ὥστε ποτὲ ὄναρ δοῦναί τινι ἀργύριον κελευσθεὶς, συνεῖναί τε ὅτι δαίμων ἐκγοητείας οἱ ἐπέμπετο, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι: *Ipse adeò peritus erat diuinationis, vt cùm per quietem cuidam argẽtum dare iussus esset, intellexerit sibi dæmonem à mago immissum, quem necari cũ aliis magis, & astrologis iussit.* Plutarch. in Bruto. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ νυκτὶ πάλιν φασὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὸ φάσμα τῷ Βρούτῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἀποδειξάμενον ὄψιν οὐδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' οἴχεσθαι. *Bis dæmõ nocte Bruto apparuit. Prima* E *vice rogatus, quis esset? respondit se malum eius genium esse. Iterum nocte in oculos eius incurrit, & eandem speciem exhibuit, sed nihil dixit, & euanuit.* ὁρᾷ δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκφύλου καὶ φοβεροῦ σώματος σιωπῇ παρεστῶτος αὐτῷ· τολμήσας δ' ἐρέσθαι, τίς ποτε ὢν ἀνθρώπων ἢ θεῶν; ὑποφθέγξασθαι δὴ αὐτῷ τὸ φάσμα, ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαίμων κακός· ὄψει δέ με περὶ Φιλίππους. ὁ Βροῦτος, ὄψομαι, εἶπε. Pausanias in Messeniacis: *Erythris*, inquit, *cùm nauis hæreret, vt nulla vi commoueri posset, Phormio piscator cæcus somniat, eam nauem, qua simulachrum Herculis veheretur, trahi non posse, nisi funes fierent ex comis Erythræarum fœminarum, quas ipsæ sibi abscidissent. Cùm matronæ recusarent, ancillæ sibi comas absciderunt, quibus nauis nullo negotio tracta, & in portum deducta est: piscatori exesa vis luminis redit.* Item, *Cùm sex Cretenses sagittary ex insidiis Aristomenem intercepissent, & in hospitium quoddam deduxissent, hospitis filia eiusmodi somnium obiectum est: Videre sibi videbatur leonem vinctum ad se adductum supplicem, & auxilium efflagitantem, cùm vnguibus nudatus esset. Illa sagittarios*

vino

vino & cibis onerat: mox vni pugionem eripit, quo Aristomeni vincula soluit. Is cōfestim sagittarios omnes contrucidat. Ibidem aliud somnium narrat Epitelis Argiui, cui mandatum erat ab Epaminonda, vt Messenüs vrbem restrueret: Somnium autem eiusmodi fuit: *Vbi ad Iouis Itomai templum reperreris similacem, & myrtum enatam, fodito; & liberato aniculam, quæ æreo thalamo inclusa laborat, & deficit*, καὶ ἀνασώσας τὴν γραῦν κάμνειν γὰρ ἐν τῷ χαλκῷ καθειργμένην θαλάμῳ, καὶ λειποψυχεῖν: *Ille cùm humum effodisset, reperit vrnam æream, quæ apud Epaminondam aperta est. In ea erat stannum tenuiter ductum, in quo liber inclusus, & in libro magnorum Deorum mysteria scripta erant.* Apud Philostratum in Sophistis pag. 566. *Antiochus Sophista in Aesculapy fano dormiens plerasque noctes transigebat, vt à Deo remedia morbis acciperet.* Idem lib. 1. de vita Apolloniȷ scribit, *Iuuenem quendam luxu perditum, cùm aqua intercute laboraret, in Aesculapy templo diu dormiisse, nec vllo somnio subleuatum esse: quod cùm impatientius ferret, per quietem ab Aesculapio monitus est, vt si saluum se cuperet, cum Apollonio colloqueretur. Colloquutus, & ad frugem adductus, animo, & corpore conualuit.* Apud eundem Protesilaus per somnia morbis medetur, sed vino per triduum abstinere iubentur, qui somnio medicinam petunt. Suetonius in Tiberio. *Supremo natali suo Apollinem Themenitem, & amplitudinis, & artis eximiæ aduectum Syracusis, vt in Bibliotheca poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, non posse se ab ipso dedicari.* Tibullus lib. 2.

Postque venit tacitus fuscis circundatus alis
Somnus, & incerto somnia nigra pede.

Ouidius in Metamorphosi locum, in quo agunt somnia apud Somnum commemorat:

In medio thorus est, ebeno sublimis, in antro
Plumeus, &c.
Hunc circum passim varias imitantia formas,
Somnia vana iacent.

Quatuor Somno filij esse dicuntur, Morpheus, Ecelus, Phœberor, & Phantasus. Apud Græcos Briso Dea per somnia vaticinata est, quæ Deli colebatur. Ei scaphas offerre consueuerant rebus omnibus refertas, exceptis piscibus. dictam eam esse volunt à voce Græca βρίζω, id est *dormio*. Seruius ad illa verba Virgilij,

Vlmus opaca ingens:

Prodit eos, qui de somniis scribunt, dicere, vana esse somnia, quo tempore folia de arboribus cadunt. Philostratus admonet, mortuorum species, quæ in quiete obuersantur, properantibus tarditatem inducere. Vide pag. 637. Apud Pausaniam in Phocicis, *Phayllus, qui diripuerat Delphos, nocte videt simulacrum æreum hominis, cuius caro tabe diffluebat, & ossa nudata carne extabant. Id simulacrum erat inter donaria Apollinis. Is sequenti die eadem tabe periit. In Isidis fanum profanus qui ingreditur, mira visa videt, exit sanus, & visa narrat, tum derepente moritur.* Apud Herodotum, Appianum, Dionysium Halicarnassæum, Dionem, & alios, sexcenta eiusmodi leges. Ex Epitome temporum, quam Iosephus Scaliger ad Eusebium adiecit, hoc adiuuo. Consule Magno Solo, indictione. 11. ἴδεν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐν ὁράματι ὅτι ἔστη ἐναντίον αὐτοῦ ἀνήρ τις τέλειος λευχείμων, βαστάζων κώδικα γεγραμμένον, καὶ ἀναπτύξας φύλλα τοῦ κώδικος πέντε ἀναγνοὺς τὸ βασιλέως ὄνομα εἶπεν αὐτῷ, ἰδὲ, διὰ τὴν ἀπληστίαν σου ἀπαλείφω ιδ΄. καὶ τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ ἀπήλειψεν, καὶ ἐξυπνισθεὶς, καὶ καταταραχθεὶς ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀναστάσιος προσκαλεσάμενος Ἀμάντιον τὸν κουβικουλάριον, καὶ πραιπόσιτον εἶπεν αὐτῷ τὴν τοῦ ὁράματος δύναμιν, ὅστις εἶπεν, κἀγὼ ἐθεασάμην ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὅτι ὡς ἵσταμαι ἐναντίον τοῦ ὑμετέρου κράτους, ὄπισθεν μου ἐλθὼν χοῖρος μέγας δραξάμενος τῷ στόματι τὴν ἀρχὴν τῆς χλαμύδος μου, καὶ πάξας κατήγαγέ με εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤμελλέ με κατεσθίειν, καὶ πατῶν, καὶ προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς Πρόκλον τὸν Ἀσιανὸν τὸν φιλόσοφον, καὶ ὀνειροκρίτην: *Vidit Rex Anastasius in quiete virum quemdam albatum in conspectu suo stantem, qui manu codicem teneret, cuius folia quinque cùm euoluisset, legissetq́ nomen Regis, dixit ei: Ecce ob tuam insatiabilem auaritiam deleo quatuordecim annos vitæ tuæ. Et eos digito deleuit. Cùm euigilasset Imperator, animo perturbato, vocassetque Amantium cubicularium, & præpositum, indicauit ei somnium: qui respondit, sibi quoque eiusmodi visum obiectum esse; Cùm starem in conspectu vestro, visus sum mihi videre porcum ingentem, qui à tergo me insiliret, & apprehensa rostro ora chlamydis meæ, commotaq́, me ad terram deiiceret, obtereret, ac comederet. Tum Imperator de Proclo Asiano Philosopho, & coniectore, quid sibi somnium vellet, quæsiuit.* Eiusmodi somnia dicuntur θεόπεμπτα, quorum quædam immittuntur cum horrore somniantis, Danielis cap. 2. Quædam pacificè, Genes. 28. Quædam intellecta, quædam non intellecta, Genes. 40. & 41 Quædam clara sine inuolucro, vt Iosepho, beatissimæ Dei Matris sponso, Matth. cap. 1. Quædam inuoluta, vt Genes. cap. 40. In quibusdam Deus loqui videtur, vt Salomoni, lib. 3. Reg. cap. 3. vel

Angelus,

Angelus, vt Matthæi cap. 1. & 2. Interdum homo, vt Paulum vir Macedo eſt alloquutus, A Actor. cap. 16. Aliquando ſomnia reſpondent antecedentibus cogitationibus. Sæpe nulla præcedit cogitatio, vt Danielis cap. 2 1. Interdum non petenti, vt 1. Reg. 28. Apud Eunapium Edeſius in templo Serapidis dormit, vt dubia ſoluat. Sic & apud Strabonem lib. 6. In Gargano monte templum fuit, vbi ſomnia obiecta. Ea templa dicta ψυχομαντεῖα. Iſaias cap. 65. *Qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres, qui habitant in ſepulcris, & in delubris idolorum dormiunt.* Vbi ſeptuaginta Interpretes διὰ ἐνύπνια, *per inſomnia*, vertunt. Legendus ſanctus Auguſtinus lib. de ſpiritu, & anima, cap. 25. ſanctus Gregorius lib. 8. in Iob, cap. 18. Ioannes Saliſberienſis lib. 2. cap. 1. Polycrat. Apul. Mileſ. 4. ſomnia riſui habet, *Bono animo eſto, mehercule, nec vanis ſomniorum figmentis terreare.* Nam præter quod diurnæ quietis imagines falſæ perhibentur, tum etiam nocturnæ viſiones contrarios euentus nonnunquam pronunciant. Denique flere, vapulare, & nonnunquam iugulari lætum, proſperumque prouentum nunciant. Tibullus lib. 3. Eleg. 4. B

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.

CAP. V.

De Somniorum interpretatione.

QVAMQVAM ſomniis fidem eleuandam eſſe pronuncio, libet tamen hîc verſus Græcos Auctoris anonymi attexere, quibus ſomnia coniectantur:

Ὄναρ καθ᾽ ὕπνους ἀτρεκὲς λέγειν τόδε.
Ἀργοὺς κινεῖσθαι δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.
Τρέχειν καθ᾽ ὕπνους ἀσθενεῖς ποιεῖ τύχας.
Ἄνθραξι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
Βότρυς καθέσθειν, ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν·
Βρῶσις σύκων δείκνυσι φλυαρῶν ψόγους.
Τρώγων γλυκερὰ, πικρίας ἕξεις τρόπους.
Θριδακὰς ἐσθίειν σωμάτων δηλοῖ νόσον.
Ὠὰ κρατεῖν, ἐσθίειν τε, σημαίνει λύπας.
Γελῶν καθ᾽ ὕπνους, δυσφόρους ἕξεις τρόπους.
Κλαίων καθ᾽ ὕπνους, παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.
Ἐθυμίασε τίς πικρὸν τ᾽ ὄναρ πέλει.
Πέτρᾳ καθεσθεὶς, ἐλπίδας χρηστὰς ἔχε.
Τείχει καθεσθεὶς εὐτυχὴς πέλειν δοκεῖ.
Κοπρῷ καθεσθεὶς, ζημίας ἕξεις τρόπους.
Δυσωδίαν νομίζε τὴν ἀηδίαν.
Ἐκόντες ἐστὶ βόρβορος ψυχῆς ῥύπος.
Ἰλὺν πεπλυκὼς, τοῦ νοὸς νοεῖ βλάβην.
Πηγὴ διαυγὴς, τὰς νόος λύει λύπας.
Ὕδωρ διαυγὲς ἐκπίνειν χρηστὸν τόδε.
Ὕδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.
Ὕδωρ βλύζον κάτωθεν ἐχθροὺς μηνύει.
Οἶνος ῥυπώδης ἐκφέρει πολλὰς λύπας.
Οἶνος κενωθεὶς ἀγγείων παύει λύπας.
Οἴνου μεταλαχὼν προσδόκα δεινὰς μάχας.
Χύσις δὲ ποταμοῦ, δυσμενῆ δηλοῖ χάριν.
Νῆξις θαλάσσης ἡμέρας, τ᾽ ὄναρ καλόν.
Χρυσὸν κρατῶν, ἄπρακτος ὧν θέλεις, ἔσῃ.
Ἥλους κρατῶν τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπε.
Στρουθὸν κρατῶν φεύγοντα, προσδόκα βλάβην.
Στύλον κρατῶν, ἐλπιζ᾽ ἐμοὶ θείαν χάριν.
Κίρκους κατασχὼν, οὗ θέλεις πάντως τύχοις.
Χειρὸς περιαιρεθεὶς κίρκος, ἀρχὴν σὴν βλάβη.
Κλεῖδας κρατεῖν δὲ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.
Κλῆμα κρατήσας, ἐγκαλεῖσθαι προσδόκα.

Ὅλον καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
Χεῖρας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν. C
Πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
Πόδας παλαιοὺς ἔχοντα, σημαίνει λύπας.
Ποδῶν κοπέντων, μηδαμῶς ἀρχὴν τρίβειν.
Πρήθων τὸ σῶμα, δυσκλεὴς ἔσῃ λίαν.
Θανὼν καθ᾽ ὕπνους φροντίδων ἔσῃ δίχα.
Καλὸν πέτεσθαι, πράξεως καλῆς τόδε.
Φιλεῖν, ἐγείρει δυσμενῶν μακρὰς μάχας.
Κρημνοῦ πεσόντα, δυστυχῆ δηλοῖ τύχην.
Λάκκῳ καθεῖναι σαυτὸν, οὐ καλὸν τόδε.
Πῶλον βλέπειν θέοντα, μυστικὸν τόδε.
Περιστερὰς βλέπειν τε, προξενεῖ βλάβην. D
Βόας θεωρεῖν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.
Νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοῦ λιμοῦ χρόνους.
Νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.
Ἵππους μελαίνας, οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.
Ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις, ἀγγέλων φάσις.
Σφῆκες φανέντες, δυσμενῶν εἰσὶ βλάβαι.
Φωστῆρας ἰδεῖν πραγμάτων δηλοῖ φάος.
Θαλάτταν ἰδεῖν μειδιῶσαν, εὔθετον.
Φλοῖσβος θαλάσσης, πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.
Λευκὰς ὁρᾶν τὰς σάρκας, εὔθετον λίαν.
Σάρκας μελαίνειν, οὐ καλὸν πᾶσιν τόδε. E
Κυνῶν ὑλαγμὸς, ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.
Χιὼν φανεῖσα δυσμενῶν ἔχθρας λύει.
Λευκὴν στολὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.
Στολὴν φορεῖν μέλαιναν, οὐκ ἀληθινά.
Στολὴν δ᾽ ἀλουργὸν, εἰς μακρὰν νόσον φέρει.
Στολὴν ἐρυθρὰν, εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.
Στολὴν φορεῖν ἄνακλος, ἐλπίδων λύσις.
Χιτὼν ῥαγεὶς, ἔρρηξε φροντίδων βάρος.
Ζωνὴ κοπεῖσα, τὴν ὁδὸν λύει τάχος.
Τρίχας καρῆναι, πραγμάτων δηλοῖ βλάβην.
Τρίχας πεσεῖν δὲ κίνδυνον φέρει μέγαν.

Μάχην

A Μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κεκλημένη.
Σπαθᾶν μαχαίρας δυσμενῶν δηλοῖ λύσιν.

Βρονταὶ καθ' ὕπνους, ἀγγέλων εἰσὶν λόγοι.
Γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἕξεις γέρας.

Hos versus Adrianus Iunius totidem Senariis inclusit.

Celare noli somnium, quando liquidum est.
Pigrè moueri semitam duram facit.
Actus secundas, somnies si currere.
Calcare prunas, noxiam signat grauem.
Botros edere, notat madores imbrium.
Ficus edere, cautela scurrarum notat.
Molestias signat vorare dulcia.
B *Comesa lactuca, indicat morbum grauem.*
Oua edere, continereque ostendit mala.
Si somnium ridebis, angor te premet.
Sed si fleas, repleberis tunc gaudiis.
Succendi ad iras, hoc acerbum est somnium.
Petræ insidens stabili, bonam spem continet.
Muro insidentem sors secunda te manet.
Mulctis grauaberis, super stercore sedens.
Putoris omen esse crede molestias.
Anima inquinamentum notat, cœno infici.
Cœnosa peragrans, sentiet vitium ingens.
C *Fons limpidus, mentem serenam denotat.*
Potare limpidam, bonum omen prædicat.
Cœnosam aquam bibens, aget in angustiis.
Ebulliens aqua, perduelles nuntiat.
Serenat animum vappidi potus meri.
Sopit dolores, dolio exhaustum merum.
Vinum bibentem pugna te manet grauis.
Fluuius inundans, hostilem incursum notat.
Aequor serenum nare faustum est somnium.
Aequor natare turbidum, angores notat.
Aurum tenere somnians, voto excides.
D *Clauos tenens, ab hoste periculum caue.*
Iactura certa est, passer euolans manu.
Tenens columnam, numinis speres opem.
Votum obtinebis, si manu accipitrem premas.
Accipiter euolans malum adfert principi.
Claues tenere, stabile fœdus indicat.
Remoram notant flagella torta vitium.
Se eluere totum, exterminat curas graues.
Abluere dextram, curarum fascem fugat.

Eluere plantas, diluit curas graues.
Latos pedes habere, portendit malum.
Viam ingredi nolito, succiso pede.
Inglorius eris, te vstulatum somnians.
Curis eris liber, necem si somnies.
Volare, successum rei lætum notat.
Præsagiunt pugnas hostiles, basia.
Aduersa sors portenditur præcipitio.
Se iacere pronum in fossam signat tristia.
Currentem equi pullum videre mysticum est.
Damnum ominare, si columbas videris.
Visi boues sinistra portendunt mala.
Diram augurantur mortui pestem boues.
Visum cadauer indicat necem grauem.
Est ominosa res atros videre equos.
Albos equos videre, faustus nuntius.
Signant periculum ab hoste vesparum agmina.
Videre lumen res claro in loco notat.
Pelagus quietum cernere, est omen bonum.
Fremitus maris negotiis turbas notat.
Albens caro res auspicata est admodum.
Cutis nigrescens nemini spondet bonum.
Canum latratus hostium insultus notat.
Hostile conamen cadet visa niue.
Omen bonum in somno est amictus candidus.
At pulla vestis curæ inanem non facit.
Purpurea vestis non grauem morbum notat.
Rubente veste prospera euenient tibi.
Magnam fone spem regia indutus stola.
Disrupta vestis curarum fascem eximit.
Præcisa zona celeriter expedit viam.
Damnum in negotiis coma obrasa nuntiat.
Discrimen ingens crinium casus notat.
Tentus manu ensis auguratur prælium.
Confringere enses, hostium stragis nota est.
Tonitrua somni, nuntiorum dicta sunt.
Qui se senem videt, manet cum dignitas.

Apud Photium in Bibliotheca, pag. 547. Isidorus Philosophus, ὅτι διττὸν ἔλεγε τὸν τρόπον τῶν θείων αὐτοψιῶν, τὸν μὲν αἰσθητικὸν τῶν ἐγρηγορότων, φανταστικὸν δὲ τῶν καθευδόντων· ἀληθῆ δὲ ἑκάτερον, E ἀπαλλαγὴν ἤτοι τοῦ καταχλύζοντος ὄχλου τῆς γενέσεως: *Dicebat duplicem diuinorum visorum esse modum, alterum vigilantium, in rebus, quæ sensu percipiuntur; alterum phantasticum, eorum, qui dormiunt.* Idem ait, *Alexandrinos penè omnes* εὐφυεῖς, καὶ εὐτυχεῖς ὀνειροπολεῖσθαι· καὶ τῶν ὀνείρους ἐκείνοι διὰ τοῦτο καὶ νῦν χρησμοὺς ὀνομάζουσι: *à natura factos, vt somnia feliciter interpretentur: quare & illi nunc somnia oracula vocant.* Idem ait, *Isidoro Philosopho dormienti sensibus sopitis verissima somnia obiici solere, vigilanti nulla vnquam visa ostendi.* Constans nepos Heraclij apud Cedrenum, *cùm Mabia nauali prælio certaturus noctè* θεωρεῖ κατ' ὄναρ ὅτι ἦν ἐν Θεσσαλονίκῃ· διυπνισθεὶς διηγήσατο τῷ ὀνειροκρίτῃ, ὁ δὲ ἔφη, τὸ γὰρ εἶναί σε ἐν Θεσσαλονίκῃ θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην κρίνει: *in quiete videt se Thessalonicæ esse: cùm euigilasset, coniectori somnium narrauit, qui respondit, Hostibus tuis id somnium eueniat, Imperator, te enim Thessalonicæ esse, significat te alteri victoriam concessurum.* Exitus fidem interpretamenti probauit.

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI IVLIODVNENSIS DOCT. THEOLOGI,

DE ORACVLIS, ET VATIBVS.

LIBER I.

PROOEMIVM.

ARNOBIVS auctor doctißimus Gentilium errores, qui suo æuo omnium penè mentes insederant, ita refellit, vt eorum ineptias, & deliramenta in vana & ridicula Religionis imagine sub oculos subiiciat, & multa quæ in cerimoniis, & ritibus occulta erant, aperiat, & traducat. Ex quibus animi causa nonnulla selegimus, quibus lucem ex veterum scriptis faceremus, cuiusmodi sunt illa lib. 1. In Vatibus Trophonius nos impios, Dodonæus, aut Iuppiter nominat. *Ad quæ verba de Vatibus, & profanis Ethnicorum Oraculis agere instituimus.*

CAPVT PRIMVM.

De Oraculorum Fallacia.

A ORACVLA vbique gentium magna in dignatione fuerunt, & quando à Deo fundi putabantur, præcipuæ fidei habita, quæ Græci *θεσπίσματα, θεοπρόπια, χρηστήρια, χρησμοὺς αὐτοφώνους, μαντεῖα, μαντεύματα, θέσφατα, χρησμολογίας* vocitarunt; alij *δαιμονομαντείαν, θεομαντείαν*, cùm dæmones ex antris, statuis, aut per fatidicos responsa darent. De Chresmodis, & Vatibus Plato in Menone, *ὀρθῶς ἄρα ἂν καλοῖμεν θείους τε αὐτοὺς, οὓς δὴ νῦν λέγομεν χρησμῳδοὺς, οὐχ ἥκιστα φαῖμεν ἂν τούτους θείους εἶναι, καὶ ἐνθουσιάζειν ἐπίπνους ὄντας, καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ, καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι: Rectè vocauerimus eos diuinos, qui nunc dicuntur fatidici, non minus eos à Deo agitari, qui numine afflentur, & eo pleni sint, cum magna verè dixerint, nihil scientes eorum quæ dicunt.*

Effata propriè dicuntur oracula à fatidicis edita, quanquam Seruius ad lib. 6. Æneid. effata vocat Augurum preces. *Ager*, inquit ille, *Effatus dicitur post pomœrium, vbi captabantur auguria.* Gell. lib. 13. cap. 14. Effatum eſſe agrum extra pomœrium, qui determinat finem vrbani auſpicij. Cic. lib. 2. de legib. interpretum, fatidicorum, & vatum effata incognita, ἐκλεκτὰ, ἐκλόγια, Græci. Porphyrius περὶ τῆς ἐκλεκτῶν φιλοσοφίας. Apud Euſebium lib. 5. De præparat. Euangel. τὴν ἐκλογίων φιλοσοφίαν, ὡς ἀπόρρητα θεῶν περιέχουσαν λόγια, παραφαίνει, *effatorum philoſophiam quaſi continentem Deorum arcana, quæ in vulgus efferenda non ſint, publicauit.* Item lib. 4. περὶ τῆς ἐκλογίων φιλοσοφίας. Ammian. lib. 18. Effata Delphorum, ſolemnia vocat oracula. Hæc autem fatidicorum effata, oracula, ſortes, vaticinia falſa, & inania eſſe docet Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, his verbis: Ὑποφῆται μὲν καὶ ὑπηρέται δαιμόνων χρησμολόγων, καὶ Πυθικῶν τερατευμάτων ἐξηγηταὶ, τοῦ ἐν Δωδώνῃ θρυλλουμένου λέγω Διὸς, τοῦ Πυθικοῦ καὶ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος, ἢ καὶ τοῦ παρὰ Κασταλίας νάματα ποιουμένου τὰς μαντείας, τοῦ ἐν Περγάμῳ, καὶ ἐν Ἐπιδαύρῳ, καὶ ἐν Αἰγαῖς ταύταις Ἀσκληπιοῦ, πολλὰ περὶ πολλῶν ἀναγεγράφασι χρηστήριά τε καὶ παθῶν λυτήρια. ὧν τὰ μέν εἰσι μῦθοι καὶ πλάσματα, καὶ αὐτῶν τῶν συγγεγραφότων κομψεύματα, ἐνεργείας καὶ ἰσχύν τινα καὶ πρόγνωσιν βουλομένων περιθεῖναι τοῖς δαίμοσι· τὰ δὲ πιθανὰ μὲν, καί που καὶ χρησθέντα πολλάκις, πολλῆς δὲ γέμοντα τῆς διπλόης καὶ ἀμφιβολίας. ὡς καὶ τοὺς χρησαμένους αὐτοῖς πολλῆς ἀεὶ πληροῦσθαι τῆς ἀπορίας, μὴ ἔχοντας ὅπως χρήσασθαι τοῖς χρησθεῖσιν αὐτοῖς· ἢ καὶ χρησαμένους μὲν, συναπολλυμένους δὲ ἄρδην αὐτοῖς θεσπίσμασι καὶ μαντεύμασιν. ἐν αἰνίγμασι γὰρ καὶ γρίφοις ἡ σύμπασα τῶν χρησμῶν ἐστὶ φιλοτιμία. διὰ γὰρ τὸ μὴ ἔχειν εὐθυβόλως πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἢ ὅπως ἂν τὸ μέλλον προείποιεν σαφῶς, τυφλὰ καὶ ἀγκύλα λοιπὸν, καὶ πεπλανημένα, καὶ πρὸς μυρίας ὁδοὺς ἔχοντα τὰς ἀποκλίσεις, ἐφοίβαζον, ἀπὸ τοῦ ἐφοίβαζον. ὥστε μὴ τῶν χρησμῳδούντων μᾶλλον δαιμόνων, ἢ τῶν μὴ νοούντων δῆθεν τοὺς χρησμοὺς, εἶναι τὰ ἀποτεύγματα. αὐτίκα τοῦ Κροίσου χρωμένου τε καὶ ἐρομένου τὸν Ἀπόλλω, εἰ περιέσται τοῦ Κύρου· Περσῶν δὲ καὶ Μήδων, ἤδη δὲ καὶ Ἀσίας τῆς πλείστης, ἦν οὗτος ὁ Κῦρος βασιλεύς· καὶ πολλὰ μὲν, ὡς εἰκὸς, ἱκετεύσαντος τοῦ Κροίσου, πολλὰ δὲ καὶ καταθύσαντος καὶ ἀφιερωσαμένου χρήματα· ὥσπερ καὶ λαμπρᾶς οὕτω καὶ μεγίστης ἐφιεμένου νίκης, τὸ τὸν Κῦρον καθελεῖν· τί φησι μετὰ ταῦτα πάντα ὁ θαυμάσιος χρησμῳδός;

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Τοῦτο τὸ μάντευμα, ὃ εἴτε ὡς Λοξίας ἔδωκεν, ἐπ᾽ αὐτῷ καταλείψας τῷ καὶ λαβόντι τὴν κρίσιν· εἴτε ὡς πονηρὸς, καὶ τοῦ ἱκέτου προδότης· εἴτε ὡς αὐτὸς ἀγνοῶν, ὅπως τε καὶ ὅπῃ πεσεῖται τὸ μέλλον, καθάπαξ τὸν Κροῖσον ἀπώλεσε. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κροῖσος οὗτος ἐπαρθεὶς τούτῳ τῷ καλῷ χρησμῷ, διέβη τε θαρρῶν τὸν Ἅλυν ποταμὸν, ὡς ἐπὶ λαμπρᾷ καὶ ἀριδήλῳ νίκῃ· συνέμιξέ τε τῷ Κύρῳ, καὶ ἡττηθεὶς κατὰ κράτος, τὴν αὐτὸς αὐτοῦ μεγάλην καταλύσας ἔλαθεν ἀρχήν· καταλείψας τῷ βελτίστῳ χρησμῷ καὶ ἀπολογίαν, τὸ μὴ αὐτοῦ νενοηκέναι τὸ λόγιον, τἀναντία χρήσαντος τοῦ θεοῦ, μὴ διαβῆναι τὸν Ἅλυν ποταμὸν, μηδὲ συμμῖξαι τῷ Κύρῳ, ὡς ἐπὶ καταλύσει τῆς αὐτοῦ μεγάλης ἀρχῆς τοῦτο ποιήσαντος. καὶ εἴ τις ἀπιστοίη μοι, ὡς ταῦτα εἴρηταί τε παρὰ τῆς βελτίστης Πυθίας, καὶ γέγονε παρὰ τοῦ Κροίσου, λαβὼν τὸν ἥδιστον Ἡρόδοτον, ἐκεῖθεν τὰς περὶ τούτων ἐκλεγέσθω πίστεις. καὶ παραλιμπανέτω τὸν ἕτερον ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ Κροίσῳ γεγονότα χρησμὸν, καὶ τὴν ἡμίονον ἣν ἔφη βασιλεύσειν, καὶ τὴν ἀπάτην, ἣν ὁ Κροῖσος ἀπατηθεὶς, ἴδε μετ᾽ οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας τὴν ἡμίονον βασιλεύσασαν· Κῦρος δὲ οὗτος ἦν, ὁ ἐκ Καμβύσου μὲν τοῦ Πέρσου, ἐκ Μανδάνης δὲ τῆς Ἀστυάγους τοῦ Μήδου θυγατρός. τὸ γὰρ ἀνόμοιον τῶν γενῶν τοῦτ᾽ ἦν, ὅπερ ᾐνίττετο μὲν τὸ θαυμαστὸν λόγιον· ἡ δὲ ἀσάφεια καὶ διπλόη τὸν δόλον εἰργάσατο. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν δαιμόνων, ὡς ἐκ πάνυ πολλῶν ὀλίγα εἰπεῖν, τοιαῦτα· ἀπατηλὰ, ποικίλα, κίβδηλα, ὕπουλα, δολερὰ, πολὺ τὸ ἀχλυῶδες, καὶ διεψευσμένον ἔχοντα. τὰ δὲ τῶν ἁγίων ἄρα λοιπὸν ἰάματα, καὶ θεσπίσματα, ποῖα; σαφῆ, ἀληθῆ, ἁπλᾶ, ἅγια, ὁλόκληρα, καὶ τοῦ δεσπότου Θεοῦ ἀληθῶς ἐπάξια. καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἄλλως οἷόν τε χρηματίζειν ἡμῖν τοὺς ἁγίους, ἢ διὰ μόνης γε τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος. καὶ γὰρ αὐτοὶ ταύτης τυγχάνοντες πρότεροι, οὕτω καὶ αὐτοὶ τοῖς αἰτοῦσι αὐτὴν δωροῦσιν· ὥσπερ ὑδρορρόαι τινὲς ἔκ τινος ὑπερβάτης, καὶ θεοβάτης πηγῆς ἑλκύσαι τε, καὶ ἐπαντλῆσαι πάλιν τοῖς διψῶσι τὰ ἱερὰ νάματα. τούτων μὲν ἁγίων καὶ ἡ μεγίστη μάρτυς, &c.

Id eſt, *Dæmonum oracula edentium antiſtites, ac miniſtri, & portentorum Pythicorum interpretes, Iouis, inquam, Dodonæ celeberrimi, Apollinis Pythici Delphis, aut propè Caſtalios latices, Aeſculapij denique Pergami, & in Apidauro, atque ipſis Aegis vaticinantis, varia de multis cum oraculorum reſponſa, tum morborum curationes ſcripto prodiderunt. Quorum nonnulla fabulæ, atque commenta, & lepidi quidam luſus ipſorummet ſcriptorum ſunt, qui dæmonibus efficientiam, virtutémque aliquam, & prænotionem aſſtruere conantur: quædam verò aliquid quidem veriſimilitudinis habentia, & ſæpius edita; ſed multiplici varietate & ambiguitate pleniſſima. Ita vt qui illa conſuluiſſent, ancipiti ſemper cogitatione diſtracti fuerint; incerti qua ratione reſponſis illis vterentur; aut qui vſi ſunt, funditus cum illis ipſis ſuis oraculis & vaticinationibus perdecentur: quum omnis iſta prædictionum ambitioſa contentio, verborum inuolucris, & griphis quibuſdam contineatur. Nam propterea quod non rectè in veritatis ſcopum collimarent, neque qua ratione de futuris certi aliquid enunciare poſſent, haberent: idcirco quæcunque inſanientes illi oracula fundebant, cæca erant, tortuoſa, titubantia, quæque ad infinita diuerticula declinarent. Quo re-*

rum

A *rum infelices successus non tam dæmonibus, huiusmodi oracula edentibus, quam ipsis hominibus, non benè videlicet ea intelligentibus, adscriberentur. Quum Crœsus Apollinem consuleret, ex illo sciscitatus, num de Cyro rege Persarum, ac Medorum, Asiaq; magna parte, victoriam esset consecuturus; multáque, vt par erat, in eum finem vota fecisset, multas hostias immolasset, multam pecuniæ vim consecrasset (quippe qui ad tam nobilem ac gloriosam victoriam Cyrum internecione delendi, adspiraret) quid admirabilis ille vates post hæc omnia respondit? Perdet Crœsus, Halym transgressus, maxima regna. Quod oraculum siue vt loxias, hoc est, flexiloquus ediderit, iudicio id accipientis examinandum committens; siue vt improbus, & supplicis sibi proditor; siue vt de euentu, & quomodo, & quorsum res casuræ essent, ignarus, Crœso certè exitium attulit. Ad bellum enim hoc vaticinio elatus, fluuium Halym, velut in explorata iam luculentissimáque victoria fidenter traiecit; & manus cum Cyro conferens, totis fractus viribus, suum ipse Imperium inscius euertit: hac vna pulcherrimo huic oraculo defensione relicta, quod illius sensum non*
B *satis percepisset: Deo nempe contrarium effante, fluuium Halym nequaquam transmittendum, neque cum Cyro prœlium miscendum esse; sin secus ab eo fieret, in certam amplissimi regni sui perniciem euenturum. Quod si quis fortè mihi fidem habere nolit, hæc & à præstantissima Pythia fuisse dicta, & à Crœso gesta, Herodotum dulcissimum scriptorem in manus sumat, ab eóque horum probationem petat. Omitto alterum oraculum eidem Crœso redditum, & Mulam, quam regno potituram prædixit, totámque fallaciam, qua ille ludificatus, paucos post dies Mulam regnantem vidit, Cyrum videlicet patre Cambyse Persa, matre Mandana Astyagis Medi filia natum. Stirpis enim vtriusque dissimilitudinem mirificum hoc oraculum, non apertè, sed tectè nimirum significabat: nisi quod obscuritas, & significationis varietas errandi occasionem subministraret. Et dæmonum quidem oracula, vt ex plurimis pauca dicamus, huiusmodi sunt; fallacia, improba, adulterina, simulationis artificio fucata, subdola, multum caliginis & falsi in se habentia: at contrà sanctorum curationes, & vaticinia cuiusmodi? Nempe aperta, vera, simplicia, sancta, solida, &*
C *Deo horum auctore prorsus digna. Neque enim aliter nobis sancti, qui in sola Christi ope, ac beneficio, responsa ediderunt. Nã ipsi hanc gratiã in se prius consecuti, aliis deinde illam postulantibus suppeditãt, velut canales quidam ex supremo quopiã, ac diuinissimo fonte sacros latices suos trahentes, & sitientibus porro profundentes*, &c. Sed audiendus Origenes l. 7. contra Celsum de oraculis Ethnicorũ, ἴδωμεν οὖν εἰ μὴ καὶ οὕτω δύναται τοῖς φιλαλήθως ἐξετάζουσι τὰ πράγματα ἀποδείκνυσθαι, ὅτι καὶ τῷ παραδεχομένῳ εἶναι ταῦτα τὰ μαντεῖα οὐκ ἀναγκαῖον παρίστασθαι, ὅτι θεοί τινές εἰσι παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκ τοὐναντίου δαίμονές τινες φαῦλοι, καὶ πνεύματα ἐχθρὰ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ κωλύοντα τὴν τῆς ψυχῆς ἄνοδον, καὶ δι' ἀρετῆς πορείαν, καὶ τῆς ἀληθινῆς εὐσεβείας ἀποκατάστασιν πρὸς τὸν θεόν. ἱστόρηται τοίνυν περὶ τῆς Πυθίας, ὅπερ δοκεῖ τῶν ἄλλων μαντείων λαμπρότερον τυγχάνειν, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος προφῆτις, δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων, οὗ πληρωθεῖσα ἀποφθέγγεται τὰ νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα. ὅρα δὴ διὰ τούτων εἰ μὴ τὸ τοῦ πνεύματος ἐκείνου ἀκάθαρτον, καὶ βέβηλον
D ἐμφαίνεται μὴ διὰ μανῶν, καὶ ἀφανῶν πόρων, καὶ πολλῷ γυναικείων κόλπων καθαρωτέρων, ἐπεισιὸν τῇ ψυχῇ τῆς θεσπιζούσης· ἀλλὰ διὰ τούτων, ἃ οὐδὲ θέμις ἦν τῷ σώφρονι, καὶ ἀνθρώπῳ βλέπειν, ἢ λέγειν, ἢ καὶ ἅπτεσθαι, καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐχ ἅπαξ που, οὐδὲ δὶς (ἴσως γὰρ ἔδοξεν ἀνεκτότερον τὸ τοιοῦτο τυγχάνειν) ἀλλὰ τοσαυτάκις, ὁσάκις προφητεύειν ἐκείνη ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος πεπίστευται. ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἔκστασιν, καὶ μανικὴν ἄγειν κατάστασιν τὴν δῆθεν προφητεύουσαν, ὡς μηδαμῶς αὐτὴν ἑαυτῇ παρακολουθεῖν, οὐ θείου πνεύματος ἔργον ἐστίν. ἐχρῆν γὰρ τὸν κάτοχον τῷ θείῳ πνεύματι, πολλῷ πρότερον παντὸς ὑπονοουμένου ἀπὸ τῶν χρησμῶν διδασκομένῳ, τὸ συμβαλλόμενον εἰς τὸν μέτριον, καὶ κατὰ φύσιν βίον, ἢ πρὸς τὸ λυσιτελὲς, ἢ πρὸς τὸ συμφέρον ὠφελεῖσθαι, καὶ διορατικώτερον παρ' ἐκεῖνο μάλιστα καιροῦ τυγχάνειν, ὅτε συνεῖναι αὐτῷ τὸ θεῖον. ὅθεν ἡμεῖς ἀποδείκνυμεν, συνάγοντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὅτι οἱ ἐν Ἰουδαίοις προφῆται, ἐλλαμπόμενοι ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος τοσοῦτον, ὅσον ἦν καὶ αὐτοῖς τοῖς προφητεύουσι χρήσιμον,
E προαπέλαβον τῆς τοῦ κρείττονος εἰς αὐτοὺς ἐπιδημίας καὶ διὰ τὴν πρὸς τὴν ψυχὴν αὐτῶν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ἁφὴν τοῦ καλουμένου ἁγίου πνεύματος διορατικώτεροί τε τὸν νοῦν ἐγίνοντο, καὶ τὴν ψυχὴν λαμπρότεροι. Id est, *Videamus igitur, an non possit iis ostendi qui veri studio ducuntur, & æqui sunt rerum æstimatores, quod etsi quis ista oracula esse admittat, non tamen necesse sit admittere, Deos esse apud Ethnicos, contrà verò Dæmones esse, & spiritus inimicos humano generi, qui ascensum animæ, & virtutis viam, & veræ pietatis erga Deum statum impediant. Memoriæ proditum est de Pythia, quod oraculum cæteris nobilius videtur, eam cum esset Apollinis interpres, & Castaliæ ostium insideret, spiritum per interfeminium accepisse, quo plena, oracula, quæ veneranda & diuina illi autumant, effatur. Vide an non ex his impurum, & profanum ingenium spiritus illius deprehendatur, qui non per tenues, & inaspectabiles meatus, & longè puriores, quàm sint fœminarũ loca, in animã fatidicæ se insinuet; sed per eos quos ab homine temperanti, & casto videri nefas sit, aut tangi, aut appellari. Et id quidem impurus ille spiritus non semel, aut iterum facit, quod tolerabilius esset, at quoties illa instinctu Apollinis oracula fundit. Verum & Pythiam fatidicam externari mente, & ad magicum quendam habitum deduci, vt sui compos non sit, diuini spi-*

ritus opus non est. Oportuit enim eum quem diuinus spiritus insideat, ante alios omnes qui oraculo docentur, fructum percipere, ex eo quod ad vitam natura consentaneam, & ad communem vtilitatem in medium confertur, & fatidicum eo maximè tempore quo præsentia Dei fruitur, perspicaciorem esse. Vnde nos ostendimus ex literis sacris colligentes, Prophetas qui in Iudæis fuerunt, diuino spiritu tantum illustratos, quantum illis ipsis qui futura enuntiabant, expediret, ante numinis aduentum in se recepisse, & ex eo quod eorum anima facto spiritu cõtacta esset, vt ita loquar, eos perspicaciori mente, & anima splendidiore ac puriore fuisse. A

CAP. II.

De Themidis Oraculo.

THEMIDIS Oraculum omnium antiquissimum fuisse plerique existimant, quæ ipsa vim fatidicam à Tellure matre acceperit, cùm tellus Deum, hominumque parens prima fata cecinerit, & eam vim in alios transfuderit. Quod Lucanus de Themide lib. 5. testatur his verbis, B

——Cum regna Themis, tripodásque teneret,
Vt vidit Paan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, ventosq́; loquaces
Exspirare solum, sacris se condidit antris,
Incubuitq́; adytis, vates ibi factus Apollo.

Orpheus in hymnis de Themide,

Ἢ πρώτη καλέδειξε βροτοῖς μαντήιον ἁγνὸν
Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι θεμιστεύουσα θεοῖσι
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ. C

Quæ prima ostendit hominibus castum oraculum in specu Delphico, fata Diis enuntians, in agro Pythio. Item Themis,

Φοῖβον ἄνακτα θεμιστοσύνας ἐδίδαξε.
Phœbum regem vaticinari docuit.

Æschylus in Prometheo,

Ἐμοὶ δὲ μήτηρ, οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις,
Καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.
Τὸ μέλλον, ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει.

Mihi autem mater Themis non semel, & terra multinominis vna forma prædixit, res vt euentura esset. Ouidius lib. 1. Metamorphos. D

Fatidicámque Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Mota Dea est, sortemq́; dedit, discedite templo,
Et velate caput, cinctásque resoluite vestes.

Aristides de concordia ad Rhodios, ἐκκλησίας, καὶ βουλευτήρια, θεῶν ἡ πρεσβυτάτη συνάγει Θέμις: *conciones, & concilia, Deorum antiquissima cogit Themis.* Ammian. l. 21. vaticinus Themidem præesse ait, quam ex eo quod fixa, fatali lege decreta præscire fas sit in posterum, quæ τεθειμένα Græci vocãt, ita cognominatam in cubili, solioque Iouis vigoris viuifici Theologi veteres collocarunt. Sidonius Panegyr. 4.

Non sortes Lyciaq́;, Caritumq́;
Responsa, aut Themidis priora Delphis.

Themidem ipsam à Tellure oraculum accepisse volunt. Pausanias in Phocicis, prodit Delphos *terræ oraculum esse, & in eo laurum vaticinatricem à Tellure constitutam*, γῆς εἶναι χρηστήριον, καὶ δάφνην ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι πρόμαντιν ὑπὸ τῆς γῆς. Tellurem autem id oraculum dedisse Themidi, Themidem Apollini. Quod idem astruit Æschylus in Eumenidibus. E

Τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν, ἐκ δὲ τῆς Θέμιν
Ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
Μαντεῖον.

Terram primam fatidicam, à qua Themis diuinandi artem accepit, quæ secunda hoc matris oraculum insedit. Tertia Titanis Phœbe tenuit *Delphicum oraculum, quæ dedit Phœbo natale munus. Iupiter Apollinem vatem quartum insidere hoc oraculum voluit.*

Γενέθλιον δόσιν Ζεὺς δὲ Ἀπόλλωνα
Ἵζει τέταρτον τῶν δὲ μάντιν ἐν θρόνοις.

Euripides in Iphigenia Taurica, Θέμιν

A Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατ'
Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων νύχια,
Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα.

Oracula, Phœbe, insisti diuina, tripodéque in aureo sedes, super Castaliæ fluenta, tenens medium terræ locum. Themin verò Terræ filiam Phœbus inuadens eiecit ex diuinis oraculis vbi nocturna terra peperit spectra, filiósque, qui multis mortalium præterita, præsentia, & futura in somno sub obscura terra in lectis dicebant. Vnde agnoscas antequam Apollo Delphicum otaculum teneret, Tellurem ibidem per quietem responsa dedisse, cum visa, aut somnium immitteret.

B

CAP. III.

De Oraculo Dodonæo.

HERODOTVS lib. 2. Dodonæum *oraculum omnium quæ in Græcia sunt, vetustissimum esse,* ait, *quod sub Pelasgis vnicum fuit.* τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο, νενόμισο δοχαιοτατν τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι, καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον. Narrabant, inquit, Sacerdotes Iouis Thebani duas fœminas, quæ essent Sacerdotes Thebis Ægyptiis, à Phœnicibus fuisse abductas, & harum voam in Libya fuisse venundatam, alteram iu Græcia: atque has fęminas esse, quæ apud eas gentes oracula constituissent. Antistites autem Dodonæorum hæc aiunt, geminas Thebis Ægyptiis columbas nigras aduolauisse, vnam quidem in Libyam, alteram ad ipsos, quæ fago insidens humana voce loquuta sit, eo loci in fatis esse, vt oraculum Iouis conC deretur, & se interpretatos aiebant Dodonæi, id sibi diuinitùs annuntiatum, & ob id se ita fecisse. Eam verò, quæ ad Libyas abisset, columbam iussisse illis, vt Ammonis oraculum conderent, quod & ipsum Iouis est. &c. Putem ego, ait Herodotus, eam Sacerdotem, quæ in Pelasgiam venit, apud Thesprotos consedisse, vbi ancillans condiderit sub fago fanum Iouis, vt mos erat Thebis ministrare in Iouis templo, & oraculum posuerit. Quod autē mulieres à Dodonæis vocatę columbæ sunt, inde factū est, quia barbatę erant, quod simile quiddam auibus sonare ipsis viderentur. Deinde columbam humana voce loquutam aiunt, postquam quæ ipsi intelligere possent, mulier loquuta est. Suntque pene inter se oracula simillima, & illud apud Thebas Ægyptias, & hoc apud Dodonam, estque diūinandi in templis ratio ab Ægypto ascita. Dodonæ igitur in Epyro Iouis fuit oraculum, vbi columbæ responsa dabant; quod ideò fingitur, ait Seruius ad Eclog. 9. quia lingua D Thessalica vaticinantes *columbæ* vocantur. Hesychius τὰς ἐν Δωδώνῃ θεσπιζούσας μάντεις πελειάς, *vates Dodonæas dictas columbas.* Quia olim ab auibus vates fatidici nomina sumebant. Vnde & aliqui dicti κορακομάντεις. Columbæ autem illæ ab Herodoto μέλαιναι fuisse dicuntur nigræ, quia Ægyptiæ, πέλον τὸ μελαίνειν χρῶμα, *Pelum niger color,* vnde dicta πελειάς. Eusthatius pag. 1760. scribit olim Dodonæ viros primum responsa dedisse, deinde τρεῖς γραίας, αἳ καὶ πέλειαι ἐκλήθησαν καλὰ γλῶσσαν Μολοσσῶν, *tres vetulas, quæ columbæ dicuntur lingua Molossa.* Aristides orat. 1. de eloquent. ἥτε γὰρ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἵ τε ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ, καὶ καλὰ, σωφρονοῦσαι δὲ βραχέα, ἢ οὐδὲν τὴν Ἑλλάδα εἰργάσαντο: *Pythia Delphis, & Dodonæ antistites furentes multa, & præclara Græciæ contulerunt, sui compotes pauca.* Strabo lib. 9. quatuor antistitas Dodonæ fuisse ait, & Bœotios quotannis ad Dodonæum Iouem Tripodem tulisse. Alij Sellos è quercubus vaticinatos volunt. Lucan. lib. 2.

E *—— quercúsque silentes*
Chaoniæ veteres liquerunt vertice Sella,

Lego, *Selli.* Vet. Glossæ, Σέλλοι ἔθνος Δωδωναῖον, ἐκ τούτων ἱερεῖς τοῦ Φάγου προσεδάλλοντ ἀγνοῦντες, οὔτε ἐλοῦντ, οὔτε ἀνακλίνοντ καθεύδειν, ἀλλὰ χάμαι ἐκοίτων: *Selli gens Dodonæa fuit. Ex his Sacerdotes fagi, continentes constituti, qui neque lauabant, neque ad somnum decumbebant in lectulis, sed humi iacebant.* Homerus

———— ἀμφὶ δὲ Σέλλοι
Ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Circum Selli habitant Prophetæ humicubantes, illotis pedibus. Strabo Ellos, seu Sellos Dodonæ antistites fuisse ait, dictos à paludibus, quæ circa templum, ἀπὸ τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ ἱερόν. Hesiodus.

Ellopia est quædam, tritico, pratisq. opulenta,

Vrbs vbi Dodona est extremo limite structa.
Ἔστι τις Ἑλλοπίη πολυλήϊος, ἠδ᾽ εὐλείμων
Ἔνθα δὲ Δωδώνη τις ἐπ᾽ ἐσχατιῆς πεπόλισται.

Quidam Ellos dictos volunt ab ἐλάτῳ, *Elato*, quod ipsum Iouis templum fuit. Famæ datum Chaonias quercus loquutas, non modo in ipso nemore, sed & in Argo naue apud Apollonium lib. 4. Argonaut. Æschyl. in Prometheo.

Τὸν αἰπάνωτόν τ᾽ ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα, θῶκός τ᾽ ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διὸς,
Τέρας τ᾽ ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες.

Circa Dodonam altè sitam, vbi oraculum, sedesque est Iouis Thesproti, & monstrum fide maius, quercus loquaces. Argo nauem λάληθρον κίσσαν, *picam loquacem* Lycophron vocat. Claudianus Panegyr.

——*Rursusque loquuta*
In te chaoniæ mouerunt carmina quercus.
——*Cæso Tomuri Iouis augure luco,*
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

Orpheus εὔλαλον, Argo loquacem, λαλὸν τρόπιν, *loquacem carinam*, quæ ex arbore Dodonæa. Sophocles in Trachyniis.

——ὅς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

Δωδῶνι, pro Δωδώνῃ posuit ob carmen, *qui antiquam fagum olim loquutam esse per duas columbas dixit.* Iterum de Sellis, μαντεῖα.

Ἃ τῶν ὀρείων, καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σέλλων εἰσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην
Πρὸς τῆς πατρῴας, καὶ πολυγλώσσου δρυός.

Oracula, quæ sellorum, montanorum, humicubantium, nemus ingressus excripsi, à quercu patrita, & multiloqua. Sellos Lycophron vocat τμάρους. Eustathius, οἱ τόμαροι Διὸς Δωδωναίου (προφῆται), *Tomuri Interpretes Iouis Dodonæi.* Hesychius, τόμαρος τὸ ἐν Δωδώνῃ ὄρος, καὶ προφήτης, καὶ ἱερεύς: *Tomurus mons Dodonæ, & vates, & Sacerdos.* Eustathius, τόμαρον ὄρος Θεσπρωτικὸν, ὑφ᾽ ᾧ Δωδωναῖον μαντεῖον: *Tomurus, mons Thesproticus sub quo Dodonæum oraculum.* Homer.

Ἢν μὲν κ᾽ αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο τόμαροι.

Nisi Tomuri magni Iouis laudauerint. Herodotus lib. 2. vnam modo Columbam Dodonæ fuisse, quæ responsa daret indicat. Silius Ital. lib. 3. duas,

In gremio Thebes geminas sedisse columbas,
Quarum Chaonias pennis quæ contigit auras,
Implet fatidico Dodonida munere quercum.

Fuerunt & pelues æreæ Dodonæ, quæ radio solis ictæ, aut bacillo, manu, lapillo impulsæ pariter Sonum dabant, licet vna tantum icta esset. Auson. ep. 25.

Nec Dodonæ cessat tinnitus aheni
In numerum quoties radiis ferientibus icta
Respondent dociles moderato verbere pelues.

Eustathius ait, eum multæ olim pelues in delubro Dodonæo è regione sitæ sibi responderent inter se, si quis vnam attingeret, omnes sonuisse. πολλῶν ποτε ἐν τῷ Δωδωναίῳ ἱερῷ παραλλήλων κειμένων λεβήτων, &c. vnde vetus verbum in garrulos, *æs Dodonæum.* legatur Strabo lib. 7. Cic. lib. 1. Diuinat. Claudianus lib. de bello Gildonico.

——*Nec Dodonæa subegit*
Agmina fatidicam frustra iactantia quercum.

Statius lib. 3. Thebaid.

Aut frondes lucis quas fama Molossis.
Chaonias sonuisse tibi.

Plinius lib. 10. c. 95. *Chaonias Scrobes, & fatidicos specus.*

Ex quo apparet Dodonæ, quemadmodum & Delphis fuisse spiraculum, vnde aura fatidica in Sacerdotis corpus subiret. Eusebius lib. 2. Præparat. Euangel. *Relinquite*, inquit, γεραίδρυον ψάμμοις ἐρήμαις τετιμημένον, *annosam quercū inter arenas desertas cultam, & oraculum quod ibi est cum ipsa quercu marcidum fabulis senescentibus.* Mulieres Dodonææ τόμαραι dictæ, quæ vaticinarentur, viri, Tomuri, Iuppiter Tomarius, vt Stephanus, Mons Dodonæ Tomarus,

vel

A vel Tomurus. Tzetzes ad Lycophronē τόμυρ@· ὁ τὰ μὴ πω γεγονὸς βλέπων, ὁ τὰ μὴ ὂν ὁρῶν: *Tomurus qui videt ea quæ nondum facta sunt.* Symmachus l. 4. c. 33. *Non vides oracula olim locuta desiisse, nec vllas in antro Cumano litteras legi, nec Dodonā loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis vllū carmē audiri.* Philostratus lib. 2. Iconum. ἡ μὲ χρυσῆ πέλεια ἔτ' ἐπὶ τ δρύ@· ἐν λογίοις ἡ σοφὴ, κ χρησμοί, ὡς ἐκ Διὸς ἀναφθέγξ). *Aurea columba adhuc est in quercu in oraculis sapiens, & responsa, quæ à Ioue dat.* οἱ ὑποφῆ) ἢ Διὸς ὡς ἀνιπτόποδάς τε, κ χαμαιεῦνας ἔγνω Ὅμηρ@·, αὐτοσχέδιοί τινές εἰσι: *Iouis autem Propheta, quos illotis pedibus humi cubare nouit Homerus, rudes sunt, nullo apparatu degentes. Aiunt enim ne parare quidem victum posse, & ipsis Iouem gaudere, quod obuia quæque amplectantur.* ἐπ' αὐτῷ ἡ ἱερειαι Δωδωνίδες ἐν στρυφνῷ τε κ ἱερῷ τῷ εἴδει, ἐοίκασι γὰρ θυμιαμάζων τε ἀναπνεῖν, κ σπονδῶν. &c. *Sed hic sunt sacerdotes Dodoneæ rigida ac sacra specie. Nam suffitionibus, ac libaminibus: exhalare videntur & locus ipse odoratus, ac Diuina voce plenus pictus est. Aeneaque in ipso Echo colitur, quam oti manum apponentem cernis, quando ahenum Ioui Dodonæ dicatum est, ad multum diei resonans, & donec id apprehenderit quispiam minime silens.* Idem in Glauco. πρόσης ὑφήρμοσαι τῇ νηὶ δένδρον ἀρχαῖον, ᾧ καλὰ Δωδώνῃ ὁ Ζεὺς ἐαυτῷ ἐχρῆτο μαντεία ἐχρῆτ: *Carina naui Argo inserta est, arbor vetusta, qua Iuppiter Dodonæ ad oracula sua vtebatur.* Dodonæ pelues ita collocatæ erant circum parietes fani Iouis, narrante Demône, vt si quis leui tactu, vel vnam contingeret, cæteræ protinus perpetua complosione longum tinnirent. De quercu loquaci Seneca in Hercule Oetæo:

B

> *Chaonis quondam loquax*
> *Stat vasta latè quercus, & Phœbum vetat.*

Virgilius:

> *Atque habitæ Graiis oracula quercus.*

C Eusebius lib. 2. Præparat. ἀλλὰ γίνω ἄρα μὴ πολυπραγμονεῖτε, μηδὲ βαράθρων σόμα@· τεθύσας ἱμπλέα, ἡ λέβητα θεσπέσιον, ἡ τρίποδα κιῤῥαῖον, ἡ Δωδωναῖον χαλκεῖον, &c. *Ne curiosius inquiratis adyta Deum negantia, neque fauces spiraculorum portentis plenas. Deserite pelvem Thesproteam, tripodem, Cirrhæum, ac Dodonæum.* Luctatius ad hæc Statij lib. 3. Thebaid.

> ——— *Et nemorum Dodona parens.*

In Chaonia, inquit, *regione, quæ pars est Epiri, Dodonæi Iouis templum esse dicitur, vbi duæ columbæ sedentes super duas quercus, & responsa dantes. Postea vna earum transuolauit Delphos, ibique Delphici Apollinis oraculo fidem parauit. Altera Ammonis Iouis templum in Africa tenuit.* Discedit ille ab Herodoto, cuius verba supra posuimus.

CAP. IV.

D

De Podalirij Oraculo.

Daunii stratis pellibus incubantes ad tumulum Podalirij secundum quietem oraculo monentur, quam rationem recuperandæ valetudinis inire debeant. Lycophron in Cassandra, δοραῖς ἢ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις χρησμὸν καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν, νόσων ἀκέστης Δαυνίοις κληθήσε). *Et in ouillis super heroum cubantibus reddet in somniis vera cunctis oracula, morborumque curator à Daunnis vocabitur.* Tzetzes ibi, οἱ Δαύνιοι, ἤτι οἱ Καλαυροὶ ἐν μηλωταῖς καθεύδειν ἐν τῷ τάφῳ Ποδαλειρίου, κ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτ. εἰώθασι ἢ κ ἐν τῷ πλησίον ποταμῷ Ἀλθαίνω ἀπολούεσθ κ αὐτοὶ κ τὰ θρέμματα αὐτῶν, κ ἐπικαλεῖσθ τ Ποδαλείριον κ ἰᾶσθ. *Solent Daunij, seu Calabri in pellibus ouillis dormire ad tumulum Podalirij, & ab eo in quiete accipere oracula. solent autem & in propinquo flumio Althæno lauari & ipsi, & greges, inuocato Podalirio & sanari.*
E Vnde & Althænus fluuius nomen sortitus est auctore Timæo, ὡς ἀλθαίνων κ θεραπεύων ἁπάντων τ λουομένων ζώων τὰ τραύματα, ait Tzetzes.

CAP. V.

De Ammonis oraculo.

Ammonis oraculum in Libya celeberrimum, & antiquissimum fuit, quod Herodotus lib. 2. ab vna ex Ægyptiis Sacerdotibus conditum esse ait, quæ à Phœnicibus reptæ, & in Græcia, ac Libya venditæ sunt. Eius oraculi sæpe meminit Herodotus. lib. 1. Λιβύης ἢ ἐς Ἄμμωνα ἀπέπεμπε ἄλλους χρησομένους, *Ad Ammonem Libyæ alios responsa petituros dimisit.* l. 2. vocat Ammonis χρηστήριον, *oraculum*, quod à Lucano describitur his verbis,

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus vnum
Inculti Garamantes habent. ſtat corniger illis
Iuppiter, vt memorant: ſed nondum fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Hammon.
Pauper adhuc Deus eſt, nullis violata per æuum
Diuitiis delubra tenens. A

Ibi nemus Ammoni ſacrum, de quo Lucanus,

Solus nemus abſtulit Ammon,
Syluarum fons cauſa loco.

Luctatius Statij Scholiaſtes ad Syrtes in eo tantum loco vbi Iouis Ammonis templum eſt, nemus inueniri ait. Pomponius Mela, *In Cyrenaica prouincia Ammonis oraculum eſt fidei inclyta, & fons quem Solis appellant. Media is nocte feruet, & paulatim tepeſcit, fit luce frigidus, tunc vt ſol ſurgit, ita ſubinde frigidior, per meridiem maximè riget. ſumit deinde tepores, iterum & prima nocte calidus, atque vt illa procedit, ita calidior, media perferuet.* vide Q. Curtium lib. 4. S. Augustin. lib. 8. cap. 5. de Ciuit. Dei. Stat. lib. 8. Thebaid. B

Quis & cornigeri vatis nemus.

Claudian. Paueg. 4.

——*ibi Corniger Ammon,*
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.

Ammona Hebræum vocabulum eſſe volunt, quod ſignificet veracem. Ab arenis, quas Græci ἄμμυς dictum autumo. Strabo lib. 17. ſcribit ad Ammonem non dari *reſponſa verbis, vt apud Delphos, & Branchidas, ſed nutibus, & ſignis*, ἀποθεσπίσεις ὥσπερ ἐν Δελφοῖς, καὶ Βραγχίδαις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι, καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, καὶ παρ' Ὁμήρῳ, C

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων.

Et apud Homerum, dixit & nigris ſupercilliis annuit Saturnius. Iuuenalis,

——*quicquid*
Dixerit Aſtrologus, credunt à fonte relatum
Ammonis——

Silius lib. 3. de duabus columbis Ægyptiis.

At quæ Carpathium ſuper æquor vecta per auras
In Libyen niueis trauauit concolor alis.

Tribuit ei alas niueas, cùm tamen Herodotus eas columbas nigras fuiſſe dicat, quia Ægyptiæ erant. Simulacrum eius, auctore Luctatio, adiectis cornibus arietinis confectum erat, de quo poſtea dicuntur eſſe data oracula. Plinius lib. 12. *Ergo Aethiopiæ ſubiecta Africa Ammoniaci lachrimam ſtillat, in arenis ſuis. Inde etiam nomen Ammonis oraculo*, ἀπὸ τῆς ἄμμου. Plutarchus lib. de Iſide, ſcribit Libyca lingua Ammonem ſignificare *quis es tu*, quaſi ignotetur quid ſit Deus. Luctatius ad lib. 3. Thebaid. Statij, Libero patre templum, & oraculum Ammoni ſtructum eſſe ait eo loci, vbi Iuppiter arietis forma Liberum, & eius exercitum ad aquam duxit in Africa ſitientem. Idem monet Cæſar Atati interpres, Hyginus fabula 133. Q. Curtius lib. 4. Diodorus Sic. lib. 17. Arianus lib. 3. de vita Alexan. Martianus Capella, *Ammon apparuit cum cornibus arietinis, & veſtimento lanicio, & ſitientibus vndam fontis exhibuit.* D

CAP. VI.

De Oraculo Delphico. E

APOLLINEM Homerus Iouis ὑποφήτην, & interpretem vocat, quem tamen alij diuinandi artem à Themide, alij à Pane, quidam à Glauco accepiſſe volunt. Iouis interpretem appellat Æſchylus in Eumenidibus,

Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρός,
Loxias Apollo flexuoſus Iouis patris eſt interpres.

Virgil. lib 3. Æneid.

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo.

Æſchylus in Sacerdote,

Στέλλειν ὅπως τάχιστα, ταῦτα γὰρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Mitte

A *Mitte quam primum. Hac enim Iuppiter Apollini ancipitis oracula mandat.* De Glauco docet Athenæus lib. 7. ὁ Γλαῦκος τὸν Ἀπόλλωνα τὴν μαντικὴν ἐδίδαξε. de Pane indicat Apollodor. lib. 3. *Apollo*, inquit, *cum diuinationem didicisset à Pane filio Iouis, & Thymbris*, τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς Διός, καὶ Θύμβρεως ἧκεν ἐς Δελφοὺς χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος· ὡς δὲ ὁ φρουρῶν τὸ μαντεῖον Πύθων ὄφις ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν ἐς τὸ χάσμα, τοῦτον ἀνελὼν τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει: *venit Delphos vbi Themis responsa dabat, cúmque Python serpens oraculum seruaret, & aditu specus eum prohiberet, hoc occiso capit oraculum.* Orpheus Apollinem à Themide diuinationem didicisse ostendit his verbis,

Θέμις Φοῖβον ἄνακτα θεμιστοσύνας ἐδίδαξε.

Themis Phœbum leges, & vaticinia docuit. Artemidorus eum, & alios omnes à cælesti Venere ad vaticinia instituros auctor est, τὴν Ἀφροδίτην οὐρανίαν φύσιν εἶναι μητέρα ὅλων, πάσης μαντείας, καὶ προγνώσεως εὑρέτιν: *Cælestem Venerem naturam esse vniuersi parentem, omnis diuinationis, &* B *præscientiæ inuentricem.* Sed vt ad Delphicum oraculum accedamus, Diodorus Siculus lib. 16. Delphicum oraculum primum à capra ostensum, tum à pastoribus docet, cùm ad spiraculum quod in rupe fuit, ἔνθεοι, & fanatici facti essent. Primò conditum est è lauri ramis è Thessalia aduectis in speeus modum, deinde ab apibus ex cera, & alarum membranulis, vnde Pteran dictum; Tertiò æneum structum; Quartò à Trophonio, & Agamede ex quadrato lapide; Quintò ab Amphictyonibus instauratum. λέγεται τὸ παλαιὸν αἶγας εὑρεῖν τὸ μαντεῖον, οὗ χάριν αἰξὶ μάλιστα χρηστηριάζονται μέχρι τοῦ νῦν οἱ Δελφοί· εἶναι δὲ χάσμα ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἔτι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, &c. pag. 523. *Dicuntur olim capræ reperisse Delphicum oraculum, quare & Delphi Capris maximè oraculum consulunt. Cum hiatus in eo loco esset vbi nunc est adytum Templi, & capræ ibi essent, si quæ ad hiatum accederet, aut in eum despiceret, exsiliebat* C *mirum in modum, & insuetam vocem edebat, quod cùm animaduertisset caprarius, & eò venisset, idem passus est, & futura prædixit. Dicta rei fama indigenæ putarunt* τὸ γῆς εἶναι χρηστήριον, *terræ esse oraculum; cumque aliqui lapsi in specum periissent, mulier capta, quæ vt impune vaticinaretur*, μηχανὴν κατασκευάσασθαι τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, *machinam tripedem fuit factam, cui mulier insisteret.* &c. Pausanias in Phocicis *antiquissimum Apollinis fanum factum è lauro Tempica* tugurioli instar, ποιηθῆναι δὲ τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν ἀρχαιότατον δάφνης φασί, κομισθῆναι δὲ σὺν κλάδας ἀπὸ τῆς δάφνης τῆς ἐν τοῖς Τέμπεσι: postea ex cera, & alis apum, quod fanum ab Apolline ad Hyperboreos missum est. Alij volunt à viro quodam Delpho conditum, qui dictus Pteran, vnde & templum ipsum ab auctore Pteran vocarum. Ibi fuit specus, cuius ex intima parte spiritus erumpens Pythiam, quæ cortinæ diductis feminibus insistebat, per pudenda se insinuans afflabat. Aristophan. Scholiastes, ἐπικαθημένη τῷ τρίποδι, καὶ διαιροῦσα τὰ σκέλη πονηρὸν κάτωθεν πνεῦμα διὰ τῶν γυναικῶν D ἐδέχετο μορίων, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος πίμπλουσα, καὶ μαίνουσα τὰς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο: *Insidens tripodi, & diducens femora malum inferne spiritum per verenda naturæ excipiebat, & capillo soluto spumam ex ore exspuens, & furens vaticinia, vel verius deliramenta effabatur.* Themistius serm. 13. Δελφῶν ἐξ ἀρχῆς χρηστηρίῳ Ἀμφικτύονες κτισταί, καὶ εὑρεταὶ ἐγένοντο, ποιμένος τινὸς ἐν τῷ Παρνασῷ ἐκ Κασταλίας τοῦ μαντικοῦ πνεύματι κατασχεθέντος: *Amphictyones oraculi Delphis ab initio conditores, & repertores fuere, cùm Pastor apud Parnassum fontis Castalij hausto spiritu fatidico esset correptus.* Legatur Strabo lib. 9. Eo factum est, vt ij soli per initia χρησμολόγοι essent, qui Delphico spiritu pleni ex Apolline furerent, ait Pausan. pag. 33. χωρὶς δὲ τούτων ὅσοις ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον, μάντεων γε οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν. Ij dicuntur κάτοχοι ἐκ τοῦ θεοῦ, θεοπνευσθεῖσι, θεοληπτεῖσι. Virgil.

——magnam cui mentem, animúmque

E *Delius inspirat vates, aperítque futura.*

In adyto Delphis dracones fuisse dicuntur, vnde Lucian. de Astrolog. ὑπὸ τρίποδος δράκων φθέγγεται, *sub tripode draco loquitur.* Laertius, ἡ Πυθία καλοῦσα ἐς τὸ ἄδυτον, καὶ ἐπιστᾶσα ἑνὶ τῶν δρακόντων, δηχθεῖσα παραχρῆμα ἀπέπνευσε: *Pythia cùm descendisset in adytum vni draconi insistens morsu eius statim exspirauit.* Iustinus lib. 34. templum Delphicum describit in hæc verba. *Templum Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe vndique impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominũ facit, media saxi rupes in formã theatri recessit. In hoc rupis amfractu media ferme montis altitudine planicies exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet, ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletósque Deo responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi opulenta regum, populorúmque visuntur munera,* &c. Spiraculum ibi fuisse volunt, quod cùm pastor nesciens transiluisset fari fata inceperit, Pausanias in Phocicis, ἄνδρες ποιμαίνοντες ἐνθέοι ἐγένοντο ὑπὸ τοῦ ἀτμοῦ, καὶ ἐμαντεύσαντο ἐξ Ἀπόλλωνος:

λων@: *Pastores inciderunt in oraculum, & fatidici facti ex vapore, vaticinati sunt ex Apolline.* Marcus Tullius lib. 1. de Diuinatione. *Terra vis*, inquit, *Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.* Item, *Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus afflatæ mentes oracula funderent.* Eustathius in Ismenia, καὶ δὴ καὶ ἀνακαχλάζει τὸ ὕδωρ, ὁ τρίπους ἠχεῖ, δάφνη μαντικὴ κατασείεται, καὶ εἰσὶν ὅλη κατεσμικρὸς δοκεῖ, ἐνθουσιῶσιν οἱ θεράποντες, καὶ Φοῖβος μαντεύεται: *Et sane aqua ebullit, & murmurat, tripus sonat, laurus diuinatrix concutitur, & tota quasi depasci videtur, famuli bacchantur, & Phœbus vaticinatur.* Plinius lib. 2. Specum Delphici Apollinis commemorat his verbis, *Alibi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, vt Delphis nobilissimo oraculo.* In cuius specum Alexander Magnus αὐτὸς ἀναβὰς εἰς θεόν, *ipse adscendens ad Deum*, Pythiam descendere coëgit, cùm essent dies nefasti καὶ ἀποφράδες, quibus vaticinari nefas. Idem fecit & Philomelus apud Diodor. Siculum lib. 16. Valer. Maximus ait, ab Alexandro Pythiam iussam in intimam specum descendere, vnde sicut certæ consulentibus sortes, ita nimius diuini spiritus haustus Pythiæ exitialis est. Strabo lib. 9. Φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθους, οὐ μάλα εὐρύστομον. ἀναφέρεσθαι δ' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν, ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν δεχομένην τὸ πνεῦμα ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε, καὶ ἄμετρα, &c. *Oraculum ipsum aiunt esse specum altissimè depressum aditu non admodum lato. Ex eo spiritum efferri furoris Diuini efficacem; supra spiraculum, tripodem situm sublimem, quo conscenso Pythiam vbi spiritum exceperit, versa, solutáque oratione sortes pronunciare, poetásque esse quosdam fani ministros, qui oracula prorsa oratione edita, versa efferant, dicti ἐνεμαντεῖοι, προφῆται, κινηταί,* vt Plutarch. lib. χαὶ ἐμμέτρα. Eustath. Delphis προφῆται τάγμα τι θεῖον, *Theopropi, & vates, ordo quidam diuinus.* Suidas, Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψῃ δ' ἀπόλλυται, ἐπεὶ οὔτι διὰ τὸ ἱερὸς τῷ θεῷ ἐπιφαινόμενος τῶν ἐπιχωρίων ἀποροῦντες σὺν ἀπαλλάσσεται: *Delphicus vir coronam habet, sed siti moritur, quia isti Deo sacri non exeunt, licet victu careant.* Primæ Pythiæ nomen Phemonoë, aiuntque Pythiæ, & vrbi nomen factum ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, *à percunctando*. Eusebius in Chronico Phemonoën, exametris versibus futura cecinisse ait. Delphicum oraculum, quia præ aliis veridicum fuit, omnium celeberrimum habitum. Strabo, ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πλεῖστον τιμὴ τῷ ἱερῷ τούτῳ, διὰ τὸ χρηστήριον συνέβη, δόξαν ἀψευδέστατον τῶν πάντων ὑπάρξαι. *Delphico fano maiorem honoris partem oraculum comparauit, omnium minimè fallax existimatum.* Delphi sunt in medio siti totius Græciæ, quæ & extra Istmum, & intra est. Quin etiam in medio orbis terrarum positos quidam senserunt, terræque vmbilicum dixerunt, quòd à Ioue duæ aquilæ emissæ, altera ab ortu, ab occasu altera, in eum locum conuenerint. Monstratur etiam vmbilicus quidam in eo templo fasciis velatus, inque eo duæ imagines istius fabellæ. Æschylus in Chois vmbilici Delphici meminit, σὺν δὲ τῷ θαλλῷ, καὶ στέφει προσίξομαι μεσόμφαλον ἵδρυμα Λοξίου πέδον: *cum termite, & corona adibo delubrum Apollinis vmbilicum terræ tenentis.* De eodem Nonnus lib. 27. pag. 469. ἄξιος ὀμφαλοῖο θεηγόρε κοίρανε πειθοῦς, *Axis vmbilici vates persuasionis Rex.* Varro ὀμφαλὸν dici vult, non quia terræ esset vmbilicus, sed ab ὀμφὴ, id est, vox oraculi. Per initia soli finitimi oraculum illud consulebant, postea è longinquis regionibus ad responsa petenda ventum est, & dona missa, & thesauri adornati, à Crœso, patre eius Halyatte, Italis, & Siculis. Hodie pauperrimum est Delphicum fanum, & pecuniæ causa quædam sublata sunt donaria, pleráque restant. De altaribus, id quod è pennis constituisse dicitur, fabulæ proximum est. Secundum, opus Agamedis, & Trophonij esse aiunt, ait Strabo. Sophocles in Oedipo πυθόμαντιν, pro fatidico posuit, quod Pythiæ vera vaticinari putarentur. In eo fano fuit tripus, olmus, cortina, laurus, & crepidæ Apollinis. Philostratus lib. 3. Apollonij, Tripodes Pythicos vulgo fundendo vino, & aquæ calidæ, aut frigidæ appositos fuisse ait, τῶν δὲ τριπόδων οἱ μὲν δύο οἴνου, ἐπέρρεον, τὸν δυοῖν δὲ ὁ μὲν ὕδατος θερμοῦ κρήνην παρεῖχεν, ὁ δ' αὖ ψυχροῦ. *Tripodum duo vinum fundebant, reliquorum alter aquæ calidæ fontem, alter frigidæ ministrabat.* Suidas, οἱ τρίποδες Ἀπόλλωνος, ὅλμοι καλοῦνται: *Tripodes Apollinis dicuntur olmi.* vnde prouerbium, ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη, μαντικὸς ἐγένετο, *dormiit in olmo, vates effectus est*: Aristophanes in Pluto, τῷ δὲ Λοξίᾳ, ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου, *loxia Apollini, qui vaticinatur ex tripode aureo.* Vbi vetus Scholiastes, ὁ τόπος ἐν ᾧ ἡ Πυθία κάθηται ὅλμος λέγεται, *locus vbi sedet Pythia, dicitur olmus.* Piscatores, inquit, cum iactu retis tripodem cepissent, & de eo inter eos lis orta esset, Apollinem consuluerunt, qui respondit,

Ἔκγονε Μιλήτου τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς,
ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδα δῶ.

Orte Mileto Phœbum de tripode rogas, dato eum illi, qui primus est sapientia. Deferunt eum ad septem Græciæ sapientes, qui singuli eùm recusarent, & ad alios transmitterent, ad Apollinem

A linem demũ remiſerũt. Hunc tripodẽ Hercules è fano aſportaſſe dicitur, iratus, quod Xenoclea Pythia ei cæde Iphiti polluto noluiſſet vaticinari, vt Scholiaſtæ veteres notant. Origenes Homil. 13. ad cap. 22. Numerorum, μαντεῖα in ſacris litteris oracula ſunt, apud Gentiles tripodes, & cortinæ, quæ ad hoc conſecratæ ab his mouentur. Cortinas commemorat & Plini. lib. 34. cap. 3. *Ex are factitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.* Quare & Delphicæ in gloſſis menſæ tripedes dictæ. Poëta, *& Phœbi cortina remugit;* Vates Sophocli dicuntur *enolmides*, quia Apollo ἔνολμος. Ariſtides in orat. Athen. τοῦτο γὰρ εἴ μοι τῆς ἀπορίας λύσαιτε, συνθήσωσαν περὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς ὃν Ἕλληνες ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἀνέστησαν, *hunc mihi ſi nodum ſoluerint, iuxta Delphicum tripodem, quem de barbaris dedicarunt Græci, ſtanto.* Seneca in Agamẽ. *Nec non qui tripodas mouet.* Olim Pythiæ virgines tripodi inſidentes reſponſa dabant. Rapta autem ab Echecrate Theſſalo Virgine, Delphi cenſue-

B runt *fœminam quinquaginta annos natam oraculo præficiendam, virgineo habitu, & cultu*, ne prædæ in poſterum pateret, vt Diodorus Siculus lib. 16. γυναῖκα πεντήκοντα ἐτῶν παρθενικῇ σκευῇ χρηστηριάζειν. Tripodem autem Apollini dicatum ſcribit Soſibius ob tres cæli circulos, vel quia Sol eſt apud ſuperos, Liber in terris, Apollo apud inferos. Ariſto Grammaticus ait tripodem interdum pro menſa ſumi, alias pro vaſe, nonnunquàm pro ſedili perforato. Eum Lacedæmonij τετράωτον, τετράχειρον, *quatuor auribus, quatuor manibus* eſſe aiunt. Tripus Delphis lauro coronatus fuit. Conſulentes redimiti lauro in tabellis quæſita ſcribebant. Pythia vittata coronata. Ariſtoph. Pluto. τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων. Scholiaſtes, ἐστεφανηφόρει ἡ Πυθία· οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. οἱ μαντευόμενοι ἐν πυξίῳ ἔγραφον τὰς πεύσεις, στεφάνῳ τ' ἀμφιστάντες ἁβρῷ τῇ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν. *Quid Phœbus cecinit ex vittis, & coronamentis.* Scholiaſtes ad id, *Pythia coronam gerebat, tripodes lauro erant coronati, conſulentes in*

C *pugillari ſcribebant, quæ percontari vellent, & teneram coronam circumſtantes ad fatidicam manum intendebant.* Suidas ἀναβαίνειν, εἰς τὸ χρηστήριον ἰέναι, καταβαίνειν ἀπαλλάττεσθαι ἐκεῖθεν. Suidas ἀναβαίνειν, interpretatur ire ad oraculum, καταβαίνειν, *abire ab oraculo.* Ariſtophanes, δεῦρο ὦ φίλτατε ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς, *huc ô cariſsime accede ad oraculum ſeruator nobis, & vrbi apparens.* Ibant ad oraculum lauro coronati. Liuius lib. 23. Fabium Pictorem coronatum laurea oraculum Apollinis adiſſe. Martian. Capella lib. de Nuptiis Sophiæ, lauros primores, hederas, tripodem, & crepidas Apollinis marcidas. Eorum qui adibant ad oraculum, æris tinnitu aures circumſonabant, ne quæ vox inauſpicata audiretur. Plutarch. in Romaic. cap. 10. ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοί τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν δυσχερῆ καὶ ἀπαίσιον, καὶ δύσφημον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον. ὅτι γὰρ ἰσχυρῶς ἐφυλάττοντο ταῦτα δῆλόν ἐστι, τοὺς προσιόντας ἐπὶ μαντείαν χαλκωμάτων πάταγον περιψοφεῖσθαι. Legendum, ἐπὶ μαντεῖον. *Cauentes*

D *ne quæ vox extrinſecus malè ominata ſibi precantibus ad aures accideret, ad aures vſque pallio caput amiciebant. Hoc enim eos inprimis caniſſe perſpicuum ex eo, quòd ij qui ad oraculum ibant, æris tinnitu circumſonabant.* Lycophron τὸν χρησμολέσχην ψαῖνθα θεσπίζοντα Πλούτωνος λάτριν, *fatidicum falſa vaticinantem Plutonis famulum.* Quia è ſpecu exibat anhelitus. Eorum autem qui Deo ſeruirent, quos Prophetas, ἱεροδούλους, & Deo ſeruientes vocant, alij foris excubabant, alij intus curabant. Euripides in Ione ἱεροφύλαξι, ait, ἡμεῖς τάγ' ἔξω, τῶν δ' ἔσω ἄλλοις μέλει, οἳ πλησίον θάσσουσι τρίποδος Δελφῶν ἀριστῆς οὓς ἐκλήρωσεν πάλος. *Æditũus ait, Nos hæc extra, quæ ſunt intus, alij curant, qui prope tripodem ſedent, optimates Delphicorum, qui ſorte ducti ſunt. Primum templum* Apollinis Delphici *ex cera, & alis apum fuiſſe* ait Pauſanias, πρῶτος ναὸς ἀπὸ τοῦ κηροῦ τῶν μελισσῶν, καὶ τῶν πτερῶν. Sed non perſuadet. Libet hic Apollinis fucum ridere, qui cum Athenienſibus durius reſponſum dediſſet, quidam auctor fuit, vt ſupplices cum velamentis, & ramis iterum

E Apollinem conſulerent; is placatus reſponſum mitigauit, συνεβούλευέ σφιν ἱκετηρίας λαβόντας, δεύτερα αὖθις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. Id oraculum ſub Nerone obmutuiſſe infra ex Dione oſtendemus. A quo facit Lucanus lib. 5.

> ——*Non vllo ſecula dono*
> *Noſtra carent maiore Deûm, quam Delphica ſedes*
> *Quod ſiluit poſtquam reges timuere futura,*
> *Et ſuperos vetuere loqui.*

Poëtæ rupem Delphicam fata fari aiunt, quia oraculum Delphicum in rupe ſitum erat. Sophocl. in Oed. Tyran. ἃ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα, id eſt, *Quæ vaticinatrix Delphica rupes dixit.* Ideò Nonnus lib. 8. Dionyſiac. ὀμφαίαν πέτρην Φοίβου, *vocalem Phœbi petram* vocat. Alij exiſtimant Apollinem accipitre vti, vt futura denunciet, quemadmodum & Iouem aquila. Origenes lib. 4. in Celſum, *Quin & Apollo accipitris auſpicio quadam ſignificat,*

qui

qui dicitur celer eius nuncius. Causam affert Ælianus lib. 11. cap. 39. de animantibus, *Accipiter mortuus futura ostendit, & per somnia diuinat, quæ immittit.* τὸ ἱέρακα τὸν βίον ἀπελθόντα, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ ὀνείρατα ἐπιπέμπειν ἀποδυσάμενον τὸ σῶμα, καὶ ψυχὴν γεγενημένον γυμνήν: *Cùm exuerit corpus, & nuda anima fuerit.* Delphis non modò Pythia virgo fuit, & posteà anus antistita, sed vir προφήτης dictus, qui ætate Xerxis, Ἀκήρατος, *Aceratus* nomine, vt Herodotus lib. 8. Fuit item ante templum Apollinis ἱρὸν Ἀθηναίης προνηίης, *Sacellum Mineruæ Proneiæ*, ὁ προφήτης τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔξωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνεγμένα ἱρά, τὰ οὐχ ὅσιον ἦν ἅπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί: *Propheta, cui nomen erat Aceratus, videt pro templo arma proposita, & foras prolata sacra, quæ nemini hominum attingere fas.* Plures Prophetas in templo Delphico fuisse ostendit Ælianus lib. 10. de animantibus, cap. 26. λύκος παρελθὼν εἰς τὸν νεὼν, καὶ τῶν προφητῶν τινα τῆς ἐσθῆτος τῆς ἱερᾶς ἑλκύσας: *Lupus ingressus in templum Delphicum, & vnum è Prophetis veste sacra apprehensa trahens.* Quomodo autem Apollo responderet, indicat Philostratus lib. 6. de vita Apollon. σκέψαι τὸν Ἀπόλλω τὸν Δελφικὸν, ὃς τὰ μέσα τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ προρρήσει λογίων ἔχει. ὁ μὲν τῆς ὀμφῆς δεόμενος ἐρωτᾷ βραχὺ ἐρώτημα, ὁ δὲ Ἀπόλλων οὐδὲν τερατευσάμενος λέγει ὁπόσα οἶδε: *Intuere Delphicum Apollinem, qui medium Græciæ ad oracula reddenda tenet. Qui eget responso, interrogat pauca, Apollo sine fuco, & fallaciis respondet quæ sibi videntur.* De primo eius templo ibidem Philostratus, ᾤκησε γάρ ποτε καὶ λιτὴν στέγην ὁ θεὸς οὗτος, καὶ καλύβη αὐτῷ ξυνεπλάσθη μικρά, ἐς ἣν ξυμβαλέσθαι λέγονται μέλιτται μὲν κηρὸν, πτερὰ δὲ ὄρνιθες. αὐτέλεια γὰρ διδάσκαλος μὲν σοφίας: *Incoluit olim humilem casam is Deus, & tugurium illi paruum compactum est, ad quod contulisse quidem apes ceram dicuntur, alas aues. Simplicitas enim magistra est sapientiæ.* In eo loco, vbi oraculum erat, duo fuêre iuga, in quorum altero templum Apollinis, cortina serpente circumplicata, & laurus. Eusebius lib. 4. de vita Constantini, fol. 164. p 2. τὸν τρίποδα περὶ ὃν ὄφις εἱλεῖτο, ipse Apollo capite diadema gerebat, Pythia laurũ mandebat, priusquàm vaticinaretur. Lucian. in δὶς κατηγορ. ἔνθα ἡ πρόμαντις πιοῦσα ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη δάφνης: *Vbi vates sacro fonte pota, & laurum mandens.* Seneca Oedipo act. 2. scena 1.

Vt sacrata templa Phœbi supplici intraui pede,
Gemina Parnassi niualis arx trucem sonitum dedit,
Phœbea laurus tremuit, & mouit domum,
Ac repentè sancta fontis lympha Castaly stetit.
Incipit lethea vates spargere horrentes comas.

Laurum sacram moueri solitam Delphis ostendit Aristoph. Pluto. εἶπέ μοι ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν σείσας δάφνην, *dixit mihi Phœbus cum mouisset Pythicam laurum.* Tryphiodotus de Cassandr. ἱερὴν ἀνεσείσατο δάφνην, *sacram commouit laurum*, λαιμὸν δαφνηφάγον, *guttur laurinorum* Cassandræ vocat Lycophron. Scholiastes Aristophanis πλησίον τοῦ τρίποδος δάφνη ἵστατο, ἣν ἡ Πυθία ἡνίκα ἐχρησμῴδει ἔσειεν. *Prope tripodem laurus erat, quam Pythia succutiebat quoties vaticinaretur.* Ipsi qui consulerent, erant lauro coronati. Seneca in Agamem.

Canite ô pubes inclyta Phœbum,
Tibi festa caput turba coronat;
Tibi virgineas laurum quatiens,
De more comas innuba fundit
Stirps Inachia.

Apollonius in Argonauticis. ξανθῇ δ' ἐστεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα, *flauam frontem lauro redimiti.* Athenæus libro 15. ait eos, qui redirent ab oraculo coronam vnam capiti, alteram fronti, tertiam collo adhibuisse. Cicero lib. 2. de Diuinat. *Sed iam ad te venio, ô sancte Apollo, qui vmbilicum terrarum centrum obsides, vnde superstitiosa primum sæua euasit vox fera. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fit in omni oratione sæpissime, partim flexiloquis, & obscuris, vt interpres egeat interprete, & sors ipsa referenda sit ad sortes, partim ambiguis, & quæ ad dialecticam referenda sint. Nam cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ, Crœsus Halim penetrans magnam subuertet opum vim: Hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam.* Ab illis ambagibus Loxias dictus est Apollo, quòd contorta, & flexuosa responderet. Pausanias in Arcadicis prodit Apollinem respondisse Epaminondæ, vt caueret Pelagus. Abstinuit nauigatione, & fugit mare, mortem non fugit, quam nactus est in querceto, cui nomen Pelago. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8. *Appio Pythia dixit, Nihil ad te hoc Romane bellum, Eubœa Cœlam obtinebis. At ille ratus se Apollinis consiliis moneri, ne illi discrimini interesset,* &c. Hannibal oraculo monitus est, fore vt in terra Libyssa moreretur. Mortuus prope Nicomediam in terra cui Libyssæ nomen fuit. Pythia Crœso dixit apud

A apud Herodotum lib. 1. Cùm Mulus imperabit Medis, fore vt regno Lydiæ Crœsus excideret; non putauit Mulum Medis vnquam imperaturum. Cyrus è patre Persa, & matre Meda Mulus intelligebatur. Lacones Pythiam consulunt de bello in Tegeates, illa respondet, *funiculo agros Tegeatum metiemini*: illi cũ pedicis & funiculis in prœlium exeunt, vincuntur à Tegeatibus, & agros arare, ac funiculo metiri coguntur. Oracula ambigua, & flexiloqua vbique leges apud Eusebium lib. 5. præpar. Euangelicæ, & reliquis libris, apud Apollodorum lib. de Diis, Valerium Maxim. lib. 1. Herodotum, Pausaniam, Athenæum. Nicias oraculo iussus est coloniam deducere in Siciliam. Prope Athenas collis fuit, Siciliæ nomine, in quam deducenda fuit. Pythia responderat fore, vt sus euerteret Lybethriam vrbem, quo tempore sol ossa Orphei eruta videret. Cum pastor ad Orphei tumulum somno sopitus iaceret, cecinit dormiens suauissimè, ita vt ab aliis pastoribus audiretur, qui confluentes B columnam, qua ossa Orphei tegebantur, euerterunt. Sequenti nocte multus imber derepente Suem fluuium ita auxit, vt exundans more torrentis Lybethriam vrbem euerteret. Eadem Pythia imperauit Halyartio cuidam quærenti, qua ratione aget Halyartius sitieulosus, & arens fontibus irriguus esset, vt quem primum obuium habuisset eum occideret. Vir ille Halyartius in Lophnim iuuenem incidit, eúmque multis vulneribus malè mulctat. Lophnis acceptis vulneribus fugiens quacunque fugatus est, ibi fontes exorti sunt, ait Pausanias. Ammianus lib. 23. Nam & oracula dubia legimus, quæ non nisi casus discreuere postremi, cuiusmodi sunt hæc,

Crœsus Halym superans magnam subuertet opum vim.

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Et oraculum quod Atheniensibus ad certandum contra Medos obliquè destinauerat C mare. Arnobius lib. 3. *Cur obliquata, Delphicus Apollo, dubia dat responsa.* Pacuuius in Peribœa, *flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.* Vbi *dictionem* responsum Apollinis vocat. Virgilius,

——*Horrendas canit ambages.* Lycophron,

——ἡ γὰρ ἥσυχος κόρη

Ἔλυσε χρησμῶν ὡς πρὶν αἰόλον στόμα.

Tzetzes, διὰ τὴν ποικιλίαν, καὶ στροφὴν τῆς ἰαυτῆς χρησμῶν: *Non enim tranquilla virgo soluit vt ante varium os ad oracula.* Idem,

Διοίχνει δυσφάτους αἰνιγμάτων

Οἴμας τυλιστῶν.

Percurrit obbscuras scrutando cantiones. Idem,

Ἄνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν.

D *Aggredior cursum obliquorum carminum.* Idem,

Ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων ἄναξ

Σοί τι δὲ μῦθον παρθένου φοιβαστρίας.

Ego veni obliquum hunc sermonem tibi nuntians, ô Rex, virginis Phœbadis, lib. 1. Antholog.

Οὐκ ἂν ἡμετέροισι πολυγνάμπτοις λαβυρίνθοις

Ῥηϊδίως προμόλοις εἰς φάος, αἴκε τύχῃς.

Τοίους γὰρ Πελαμὶς Κασσάνδρη φοίβασε μύθους,

Ἀγγελος ὡς βασιλεῖ ἔφρασε λοξοτρόχις.

Id est, *non enim in nostris flexuosis labyrinthis facile procedere possis in lucem, si in eos incideris. Tales Cassandra sermones vaticinata est, quos nuntia flexiloqua regi denuntiauit.* Seneca in Oedipo,

Nodosa sortis verba, & implexos dolos,

E *Ac triste carmen alitis solui feræ.* Item,

Responsa dubia sorte perplexa latent, Arcana tegere.

Ambage nexa, Delphico mos est Deo.

Martianus Capella. lib. 1. *obliquas vaticiniorum ambages* vocat. *In fanis*, inquit, *quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus.* Prometheus apud Æschylum, λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅτι χρῄζεις μαθεῖν οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματα. Clemens lib. 5. Stro. causam affert, cur obscura, & obliqua essent oracula, οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι, &c. ἐπεὶ δ' ἦν αἱ προφητεῖαι, εἴτε χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων. Loxiam Apollinem dictum esse volunt, ἐπειδὴ καθ' ἕλικας κινεῖται· λοξαὶ γάρ εἰσι, καὶ αὐλαί, *quia Sol per flexus, & implicamenta mouetur; quæ sunt obliqua.* Oenopides, ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολάς, *quia obliquum circulum agit ab occasu ad ortum.* Phornutus, παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι, καὶ πορεύεσθαι ἐν ζωδιακῷ κύκλῳ: *quia obliquè fertur in zodiaco*, ἢ παρὰ τὸ λοξὰν ἱέναι, καὶ φωνὴν πέμπειν: *quia mittit vocem obliquam*, vnde λοξόχρησμος

 dicitur

dicitur, aut quod tranſuerſos in nos à meridie immittat radios, quia ſumus ad eum ſeptentrionales. Cleanthes, λοξίας ὅτι τὰς λοξὰς ἀκτῖνας ἵησι ἐφ᾽ ἡμᾶς βορείους ὄντας νότιος ὤν. Quod Seruius ad lib. 4. Æneid. dixit, *Apollinis Hyperborei reponſa Loxia ferunt.* Ariſtoteles lib. 3 Rhetor. omnia vaticinia ἀμφίλογα, *ambigua* vocat, & ἀμφίβολα. Tacitus lib. 2. Annal, *Ferebatur Germanico per ambages, vt mos eſt oraculis, maturum exitium cecinisse.* Delphicum autem oraculum alij Saturni fuiſſe, alij Telluris, deinde Themidis aſſerunt. Saturno tribuit Lycophron, his verbis, οἱ δ᾽ ἀμφὶ βωμὸν τοῦ προμαντίου Κρόνου, *illi ante aram vatis Saturni.* Vbi Tzetzes, καί φασι ὅτι τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον πρότερον τοῦ Κρόνου ἦν, ἔνθα ἔλαβον τὸν χρησμὸν οἱ Ἕλληνες: *aiunt oraculum Delphicum prius fuiſſe Saturni, vbi Græci reſponſa acceperunt.* Quidam Telluris fuiſſe aiunt. Pauſanias in Phocicis, Delphos *aiunt eſſe* γῆς τὸ χρηστήριον, *Terræ oraculum, & laurum quaſi antiſtitam, & fatidicam oraculo conſtitutam à Terra, quæ laurus ſit Nympharum Oreadum.* Alij Neptuno, & Terræ oraculum commune, Terrã ipſam per ſe vaticinari, Neptuni Pyrconem eſſe interpretem, Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ ἐννοσιγαίου. Terra Themidi dedit paulò pòſt oraculum, Apollo accepit munere à Themide. Oraculum Apollini condiderunt qui venerant ex Hyperboreis, inter quos Olen, qui primus vaticinatus eſt, & examettrum cecinit, ἔνθα τοι μνημόσυνον χρηστήριον ἐκτελέσαντο παῖδες ὑπερβορέων Παγασὸς, καὶ Δῖος Ἀγυιεύς, Ὠλὴν θ᾽ ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας: *Ibi memorabile oraculum fecerunt filij Hyperboreorum Pagaſus, & Dius Agyeus, & Olen, qui fuit primus Propheta Apollinis.* Pindarus fuiſſe ait Delphis aureas cantatrices, quas vocat κηλήμονας, quaſi *demulcentes*, χρύσεαι δ᾽ ἐξ ὑπερῴου ἄειδον κηλήμονες, *Demulcentes Celemones puellæ aurea canebant è cœnaculo*, ſeu *chalchidico*, æreum templum εἰς χάσμα γῆς ἐκπεσεῖν, καὶ ὑπὸ πυρὸς τακῆναι λέγουσι, *aiunt in hiatum terræ decidiſſe, vbi igne liquefactum fuerit*, ait Pauſanias. Quidam ab Icadio filio Apollinis Delphicum templum conditum, & à Delphino, quo vectus erat, appellatum volunt. Seruius ad hæc verba lib. 3. Æneid.

Patrias obtruncat ad aras.

Alij aiunt in templo Apollinis aram fuiſſe inſcriptam πατρῴου Ἀπόλλωνος, ob hoc quod Icadius Apollinis, & Nymphæ Lyciæ filius, cum in adultam ætatem veniſſet, primò regionem in qua natus à matre Lyciam nominauit, deinde in ea vrbem quoque Apollini condidit, ſortes & cortinam conſecrauit, & vt illum patrem eſſe teſtaretur, Πατέρα cognominauit. Inde cum Italiam peteret, naufragio vexatus, Delphini tergo exceptus dicitur, ac prope Parnaſſum montem delatus patri Apollini templum conſtituiſſe, & à Delphino locum Delphos appellaſſe, aras deinde Apollini tanquã patri conſecraſſe, quas ferunt vulgò Patrias dictas. Hinc ergo & Delphinum aiunt inter ſacra Apollinis receptum, cuius rei veſtigium eſt, quod hodiéque Quindecimvirorum cortinis Delphinus in ſummo honore ponitur, & & pridie quam ſacrificium faciant, velut ſymbolum Delphinus circumfertur. Apollo Delphicus dictus & κερδῷος, quia Pythia ſæpe reſponſa ad lucrum accommodabat, vnde & Demoſthenes dixit Pythiam φιλιππίζειν, vt Plutarc. Lycophron Apollinem δελφίνιον κερδῷον θεόν, quia vt apud Tzetzen Poëta vetus ait,

> Ὁππότε πετραίῃ ὑπὸ δειράδι Παρνησοῖο
> Δελφύνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν.

Quando ſub iugo Parnaſſi Delphinem ſerpentem Latona vim afferentem horribilẽ iaculis interemit. Aut quia Caſtalio Creti coloniam ducenti δελφῖνι ὁμοιωθεὶς προηγεῖτο τῆς νεώς, *ſpecie Delphini præibat naui.* Cerdous autem dicitur, ὅτι διὰ χρησμῶν τὰ συμφέροντα, καὶ ἐπικερδῆ δείκνυσι: *quia oraculis ſuis vtilia oſtendit*, ait Tzetzes ad Lycoph. Nonnus lib. 27. à Delphine dracone dici vult, Πυθῶνος θυόεν πεδίον, ἧχι δράκοντος δελφίνης τριπόδεσσι θεοῦ. Apollinem Pythium Ariſtoteles à Crotoniatis Hyperboreum appellari ait, vt Ælianus lib. 2. Var. Seruius ad librum 4. Æneid. *Agathyrſi populi ſunt Scythiæ colentes Apollinem Hyperboreum, cuius logia, id eſt, reſponſa feruntur.* Abaris Vates ab Apolline Hyperboreo ſagittam accepit, quam cum nihil comedens per totum terrarum orbem circumferret, miracula patrabat, τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέου, οὐ λέγω, ὡς τὸν οἰστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὲν σιτεύμενος, ait Herodotus. Iouis interpretem eſſe Apollinem ſupra oſtendi. Homerus in Hymno Mercurij,

> —— αὐτὰρ ἐγώγε
> Πιστωθεὶς κατένευσα, καὶ ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον
> Μή τινα νόσφιν ἐμεῖο θεῶν αἰειγενετάων,
> Ἄλλον γ᾽ εἴσεσθαι Ζηνὸς πυκινόφρονα βουλήν.

Sed ego fide data annui & iuraui, neminem excepto me Deorum ſempiternorum alium Iouis ſapiens conſilium ſciturum. Item,

οἴσφατα

A Θέσφατα πιφαύσκειν ὅσα μήδεται εὐρύοπα Ζεύς.

Oracula promere quæ cogitat latè oculatus Iuppiter. Nero, *sustulit Apollinis* Delphici *oraculum, cum homines ad os illud mactasset, unde spiritus sacer exibat,* τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνος κατέλυσε, ἀνθρώπους εἰς τὸ στόμιον ἐξ οὗ ἱερὸν τὸ πνεῦμα ἀνῄει σφάξας, narrante Dione. Minutius oraculum Delphis desiisse ait, cum homines politiores, & minus crudeles esse incepissent, in Octauio. Oraculum Delphis Augusto redditum apud Eusebium, & Zonaram in hæc verba.

Παῖς Ἑβραῖος κέλεται με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων,

Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην πάλιν αὖθις ἱκέσθαι. Addit Cedrenus, ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων.

Puer Hebræus qui Diis imperat, me iubet hanc ædem relinquere, & viam rursus ire. Cæterum abito ex nostra domo. Miretur aliquis oraculum hoc carmine redditum; cum Cicero lib. 2. de Diui-

B nation. dicat Apollinem iam à Pyrrhi temporibus facere versus desiisse. Sed dæmon quoties vult, est Poëta. Fuit & oraculum Delphici Apollinis redditum Iuliano in hæc verba,

Εἴπατε τῷ βασιλῆϊ, χάμαι πέσε δαίδαλος αὐλά,

Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν οὐ μαντίδα δάφνην,

Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

Dicite regi, humi cecidit elegans aula, Phœbus non amplius habet tugurium, non laurum diuinatricem, non fontem loquacem. extincta est aqua garrula.

CAP. VII.

De Delio Oraculo.

C MVLTA alia fuere fana, quibus Apollo variis cognomentis responsa daret. In primis Delus in Ægeo mari, insula oraculo nobilis, quæ olim Ortygia dicta, de qua Strabo libro 10. Liuius libro 35. Delium Apollinis templum vocat. Virgil libro 3. Æneidos.

Quam prius Arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celsa Gyaróque reuinxit.
Vix ea fatus erat, tremere omnia visa repente
Liminàque, laurusq; Dei, totusque moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
Summissi petimus terram, & vox fertur ad aures,
D *Dardanidæ duri*, &c.

Seruius ad hæc Virgilij,

Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia fessis.

Alij, inquit, *Thymbram locum in Delo Apollini consecratum tradunt*, lib. 6. Æneid.

Delius inspirat vates.

Pausanias redditum esse ait Responsum Delo, Μεγαρέας εὐδαιμονήσειν εἰ μετὰ πλειόνων βουλεύσωνται, *Megarenses fore felices, si cum pluribus consilia cogitarent.* βουλευτήριον, curiam fecerunt eo loco vbi erant τάφοι Heroum. Vide Theodoret. Serm. 10. contra Græcos pag. 142. Hyginum fab. 142. Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 17. Pausan. in Bœot. fol. 314.

E

CAP. VIII.

De Cyrrha.

CYRRHA Apollinis oraculum non procul à Parnasso fuit, vt Luctatius ad hæc verba Statij libro 3. Thebaid.

——*Non Cyrrha Deum promiserit antro*
Certius, aut frondes, lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi.

Seneca in Hercul. Oetæo,

Cyrrha Paean templa, & ætheriam domum
Serpente cæso meruit.

Statius lib. 8.

Hac Tenedon, Cyrrhamq́; dies, partúque ligatam
Delon, & intonsi claudet penetralia Branchi. l. 7.
Tunc & Apollineæ tacuere oracula Cyrrhæ. Vbi Luctatius. *In Cyrrha tantum prospera deorum dabantur oracula. Nam cùm exitium imminebat, taciturnitate templi penitus damnabatur.* Item *Parnasi duo iuga, Tithoreus, & Hyampeus, alij Cyrrham, & Nyssam esse volunt.* Seneca Hercule Oetæo.

——— *quercus hanc sortem mihi*
Fatidica quondam dederat, & Parnasio
Cyrrhea quatiens templa mugitu nemus.

Cyrrham alij Bœotiæ planiciem esse volunt, vbi Apollini lustrum datur. In eo campo, fons fuit, cuius potu fatidici fiebant. Statius lib. 3. Thebaid. de Amphiarao, & Melampo,

——— *Dubium cui dexter Apollo,*
Oráque Cyrrhææ satiarit largius vnda.

Strabo, Cyrrha sub Cyrphi rupe Delphica, vbi oraculum Apollinis Cyrrhæi.

CAP. IX.

De Clario Oraculo.

APOLLINIS Clarij oraculum commemorat Statius lib. 8. Thebaid.

Nec Clarias hac luce fores, Didymaáque quisquam
Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit,
Nutu & cornigeri vatis nemus, atque Molossi
Quercus anhela Iouis, Troianáque Thymbra tacebit.

Luctatius, & apud Clarum, & apud Didymam oraculum Apollinis fuisse ait. Virgil.

Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis.

Lycia autem Asiæ ciuitas Apollinis sedes. Claria ciuitas, in qua tres Dij, Iuppiter, Neptunus, & Pluto mundum dicuntur fuisse sortiti. In hac Apollo mortalibus oracula maximè dare consueuerat. Plinius, *Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula bibentium breuiore vita.* Pausanias in Achaicis, Colophonij τὸ μὲν ἱερὸν τὸ ἐν Κλάρῳ, καὶ τὸ μαντεῖον ἐκπαλαιοτάτου γενέσθαι νομίζουσι: *templum in Claro, & oraculum iam olim fuisse autumant.* A Mantone filia Tiresiæ originem eius ducere videtur Lycophron, Κλάρου μιμάλλων, ἡ μελαγκραίνας κόπις. Tzetzes, Clarus ὄρος καὶ πόλις Ἀσίας πρὸς Κολοφῶνα, *Mons, & vrbs Asiæ ad Colophonem.* Μελαγκραίρα ἡ Σίβυλλα παρὰ τὸ μελανώτερον τὴν φράσιν καὶ σκοτεινὴν ἔχειν: *Melanchrara Sibylla, quòd oracula eius tenebricosa essent.* κόπις *garrulam* significat à sermone secando, ex lachrymis. Mantus fons Clarius, vt Scholiastes Apollonij lib. primo notat. Eustathius, Clarus Colophonis nauale fuit ἀπὸ τοῦ κλήρου, *à sorte*, quòd per sortem Apollini obtigerit, vt ipsius Dei oraculum esset. Scholiastes Apollonij Clarum vrbem Colophoni propinquam, Apollini sacram, vbi oraculum ei à Manto Tiresiæ filia exstructum. Maximus Tyrius Sermone 26 fœminam in Claro vaticinari ait, γύναιον δὲ τῇ τυχὸν Δελφικὸν Πυθοῖ, ἢ Θεσπρωτὸν ἐν Δωδώνῃ, ἢ Λίβυν ἐν Ἄμμωνι, ἢ Ἴωνα ἐν Κλάρῳ, ἢ Λύκιον ἐν Ξάνθῳ, ἢ Βοιωτὸν ἐν Ἰσμηνίῳ, τούτους ἅπαντας τοὺς ὀβολοστάτας ἐν ταῖς ἀγοραῖς συγκυλινδουμένους: *Mulierculæ diobolares Delphica apud Pythonem, Dodona Thesprotia, Libyca ad Ammonem; Ion in Claro, Lycia in Xantho, Bœotia apud Ismenium, quæ omnes quotidie in publico versantur.* Nicander,

In Clario luco non lædit Scorpius ictu,
Vipera non morsu, sed neque dira phalanx.

Vide Ælian. lib. 10. cap. 4. de animantib. Tacitus lib. 2. Annal. *Appellitq́; Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non fœmina illic, vt apud Delphos, sed certis è familiis, & fermè Mileto accitus Sacerdos numerum modò consultantium, & nomina audit: tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua ignarus plerumque literarum, & carminum edit responsa versibus compositis super rebus, quas quisque mente concepit. Et ferebatur Germanico per ambages, vt mos est oraculis, maturum exitium cecinisse.* Strabo tamen Tacito æqualis, oraculum Clarium æuo suo nullum fuisse indicat, Κολοφὼν πόλις Ἰωνική, καὶ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτὲ παλαιόν: *Colophon vrbs Ionica, ante quam saltus Clarij Apollinis, in quo oraculum olim vetustum fuit.* Ammianus lib. 19. *Et prorsus*, inquit, *ita res agebatur, quasi Clarum, Dodoneas arbores, & effata Delphorum olim solennia, in Imperatoris exitium sollicitauerint multi.* Philostratus lib. 4. cap. 1. οἱ μὲν ἐκ τοῦ ἐν Κολοφῶνι μαντείου, οἱ δὲ ἐκ Διδύμων, οἱ δὲ ἐκ τοῦ περὶ τὸ Πέργαμον ἱεροῦ: *Cùm ipsum quidam*

A *dam ex oraculo Colophonio venire prædicarent, alij ex Didymæo, alij ex Pergameo templo.* Vide Pausaniam in Corinth. fol. 46. Seruium 4. Æneid. fol. 209. Clementem Alexandrinum in Protrepr. fol. 4. Statium lib. 8. Thebaid. Vibium Sequestrum de Montibus.

CAP. IX.

De Milesij Oraculo.

APOLLO Milesius, & Didymæus Orpheo dicitur in Hymnis,

Βάκχιε, καὶ Διδυμαῖε ἑκάεργε λόξια ἁγνέ.

Apollinem Milesium, Didymæum, & Phylesium, eumdem esse volunt. Origen. B lib. 1. contra Celsum, ὁ πεπιστευμένος παρ' Ἕλλησιν εἶναι θεὸς, ὁ Πύθιος, καὶ Διδυμαῖος. Solin. cap. 52. *Vt altaria ibi strueret Apollini Didymæo.* Macrobius lib. 1. Satur. cap. 17. Didymæum Apollinem dictum ait, quòd geminam speciem sui numinis præfert ipse, illuminando, formandoque Lunam. Oraculum illud describitur ab Iamblich. lib. de myster. Ægypt. Vide Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 17. Strabonem lib. 8. & 9. lib. 14. Branchi, & Apollinis amores commemorat. Branchi oraculum Apollini tribuitur. Luctatius ad hæc verba Statij lib. 8. Thebaid.

——*& intonsi claudet penetralia Branchi.*

Branchus, inquit, *Apollinis est filius, & ipse futurorum peritissimus Deus*: vt ipse alibi,

——*patrióque æquatus honore Branchus.*

Varro diuinarum rerum de Brancho ita refert: *Olus quidam decimus ab Apolline, cùm in* C *peregrinatione pranderet in littore, ac deinde proficisceretur, oblitus est filium nomine Simerum, qui peruenit in saltum Patronis cuiusdam, & cùm esset receptus, cœpit cum suis pueris capras pascere. Aliquando prehenderunt cygnum, & illum veste cooperuerunt. Dùmque ipsi pugnant, vter illum patri munus offerret, & essent fatigati certamine, reiecta veste mulierem inuenerunt, & cùm fugerent, reuocati ab ea moniti sunt, vt Patron vnicè Simerum diligeret puerum. Illi, qui audierant, Patroni indicarunt. Tunc Patron Simerum pro filio suo nimio dilexit affectu, eique filiam suam ducendam locauit vxorem. Illa cùm prægnans ex eo esset, vidit in somnis per fauces suas introisse Solem, & exisse per ventrem. Ideò infans editus Branchus vocatus est, quia mater eius per fauces sibi viderat vterum penetrasse. Hic cùm in siluis Apollinem osculatus fuisses, comprehensus est ab eo, & accepta corona, virgáque, vaticinari cœpit, & subitò nusquam comparuit. Templum ei factum est, quod Branchiadon nominatur, & Apollini Philesio pariter consecrata sunt templa, quæ ab osculo Branchi, siue certamine puerorum Philesia nun-* D *cupantur.* Strabo lib. 17. διὰ λόγων ἐν Βραγχίδαις ἀποθεσπίσεις, *Oracula reddi sermone apud Branchidas.* Lib. 14. μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλησίων ἑξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος, τὸ ἐν Βραγχίδαις: *Post Neptunium Milesium deinceps est oraculum Didymæi Apollinis in Branchidis,* sursum versus circiter octodecim stadia. Incensum est à Xerxe. Branchidæ cùm fugienti Persæ thesauros Dei tradidissent, vnà abierunt. Posteà Milesij templum omnium maximum condiderunt, estque intus, & extrà πολυτελὴς ἄλσος, *falsus magnificus.* Ibi fabulæ Branchum fuisse dicunt, & amorem Apollinis. Idem lib. 9. οὗ δὲ Μακαρέως ἀπόγονόν φασι Βράγχον τὸν προστατήσαντα τοῦ ἐν Διδύμοις ἱεροῦ: *Huius Macharei de stirpe posteà natum ferunt Branchum.* Herodotus lib. 1. οἱ δέ τινες ἐπέμποντο τῶν Μιλησίης ἐς Βραγχίδας: *Alij* à Crœso *missi sunt ad Branchidas oræ Milesiæ.* Item, τὰ δὲ ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων ἀναθήματα Κροίσου ἴσα τε σταθμὸν, καὶ ὅμοια τοῖσι ἐν Δελφοῖσι: *Donaria, quæ obtulerat Crœsus in Branchidis, erant æqualia pondere iis, quæ Delphis.* E Item, ἦν γὰρ ἐν Βραγχίδῃσι μαντήιον ἐκ παλαιοῦ ἱδρυμένον, τῷ Ἴωνές τε πάντες, καὶ Αἰολέες εἰώθεσαν χρέεσθαι: *In Branchidis erat oraculum peruetustum, quo Iones, Aeolésque omnes communiter vti consueuerant.* Oraculum hoc in Milesiorum agro est situm supra Panormum portum. Photius in Bibliotheca, pag. 227. ex Conone, Branchus ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπίπνους μαντικῆς γεγονὼς ἐν Διδύμοις τοῦ χωρίου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν χρηστηρίων Ἑλληνικῶν ὧν ἴσμεν μετὰ Δελφοὺς κράτιστον ὁμολογεῖται τὸ τῶν Βραγχιδῶν. Pag. 232. αὐτὸς δὲ τοῦ Βράγχος προέστηκε τοῦτε ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου. Hunc Branchum ait fuisse *filium* Smicri cuiusdam, & Milesiæ *nobilis puellæ, Branchus ab Apolline afflatus. In Didymis in hunc diem post Delphos omnium Græciæ oraculorum est optimum Branchi oraculum. Is præerat templo, & oraculo.* Sozomenus Licinium ait expertum esse oraculum Milesij Apollinis Didymæi, qui respondit Homericis verbis,

Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

O senior, vexat iuuenis te miles in armis, &c.

Plinius lib. 5. cap. 29. *In Ionia primus sinus Basilicus, Posideum promontorium, & oppidum oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, à littore stadiorum viginti.* Pomponius Mela lib. 1. *Milesium oraculum Didymæi Apollinis apud Branchidas.* Terentianus lib. de metris,

> *Hymnum Branchiadæ Phœbo cantasse, Ionique*
> *Pastorem Branchum, cùm captus amore pudico*
> *Fatidicas sortes docuit depromere Paan.*

Branchus Thessalus fuit dilectus Apollini, vnde *Branchiades Apollo.* Apuleius in Psyches fabula, Dei Milesij vetustissimum percunctatur oraculum. Lactantius lib. 4. refert oraculum Milesium de Christo.

CAP. X.

De Apollinis Diriadotæ Oraculo

FVIT & oraculum Apollinis Diriadotæ in Argolide, de quo Pausanias in Corinthiacis. ἀνιοῦσιν δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ἔστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερὸν, ἔστι δὲ ναὸς Ἀπόλλωνος, ὃν Πυθαεὺς πρῶτος παραγενόμενος ἐκ Δελφῶν λέγεται ποιῆσαι, &c. *Ascendentibus in arcem est fanum Iunonis Acrææ, quæ præsidet arcibus, & templum Apollinis, quem Pythaeus primus cum Delphos aduenisset, dicitur fecisse, simulacrum quod nunc est æreum & rectum, Diriadotes Apollo dictus, quia & hic locus dicitur Diras. Mulier est, quæ vaticinatur, abstinetq; viri consuetudine. Cum autem de nocte agna immolata sit singulis mensibus, mulier gustato sanguine à Deo corripitur.* θυομένης δὲ ἐν νυκτὶ ἀρνὸς κατὰ μῆνα ἕκαστον γευσαμένη τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ κάτοχος τοῦ θεοῦ γίνεται.

CAP. XI.

De Oraculo Apollinis Logij.

FVIT & Apollo Λόγιος, oraculorum Præses, de quo Sophocles apud Philostratum lib. 4. c. 12.

> οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
> οὐ δὲ Μοῦσαι, καὶ Ἀπόλλων Λόγιος.

Non enim Iuppiter erat qui mihi hæc prædicaret, neque Musa, neque Apollo Oracularis.

CAP. XII.

De Sarpedonio.

FVIT & oraculum Apollinis Sarpedonij, de quo Zozimus lib. 10. ἐν Σελευκίᾳ τῇ κατὰ τὴν Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρυτο καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον: *Seleuciæ, quæ est in Cilicia fuit templum Apollinis Sarpedonij, & ibidem oraculum.* Is Cilicibus, quos locustæ infestabāt aues Seleuciadas dedit, à quibus hac lue liberati sunt. de oraculo Sarpedonis Basilius Episcopus Seleuciæ Isaur. lib. de Thecla ἡ ἀντιτειχίζει ἑαυτὴν τῷ δαίμονι τῷ Σαρπηδόνι τῷ καταλαβόντι μὲν τὴν ἐπὶ τῆς θαλάττης χηλὴν, πολλούς τε πλανῶντι, καὶ ἀποβουκολοῦντι τῆς πίστεως δι᾽ ἀπάτης, ποικίλης, καὶ κιβδήλου χρησμολογίας: *Thecla se tanquam murum opponit dæmoni Sarpedoni, qui promontorium ad mare occuparat, multos decipienti, & à fide abducenti per adulterina, & fallacia oracula.*

CAP XIII.

De Myrinæo.

APOLLINIS Myrinæi, & Grynæi oraculum perantiquum fuit, Strabo lib. 3. Grynæum Myrinæorum oppidum, & Apollinis peruetustum oraculum. Plinius lib. 32. cap. 2. *Nam in Lyciæ Myris fonte Apollinis, quem Curium appellant ter fistula euocati pisces veniunt ad Augurium.* Stephan. Gryni oppidum Myrenæorum, vbi vetustum oraculum Apollinis. Ælianus, in Myrensi sinu Lyciæ Apollinis templum est, ad cuius Sacerdotem virulinas carnes distrahentem Orphi pisces adnatabant, & vaticinabantur. Virgil.

> *His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.*

In hoc

A In hoc nemore serpens ab Apolline occisus, vt Seruius ait, quod in Ioniis finibus à Gryno filia Apollini consecratum est, quo qui intrarent, eis vincula detrahebantur ait Varro. Oracula item ab Apolline reddebantur per Myricæ ramos, vnde & Myricæus Apollo, de quo Nicandri Scholiast. in Theriac. Virgilius libro 4. Æneid.

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes.

Seruius, *Clazomenæ ciuitas est Asiæ, iuxta hanc nemus est Grynæum, vbi Apollo colitur.* Statius libro 1. Thebaid.

Phœbe parens seu te Lyciæ Pataræa niuosis
Exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliæ flauos amor est tibi mergere crines,
B *Seu Troiam Thymbræus habes, vbi fama volentem*
Ingratis Phrygios humeris subiisse molares.

CAP. XIV.

De Pataræo.

PATARÆI Apollinis oraculum commemorat Pomponius Mella lib. 1. Qui Pataram Apollinis delubro nobilem facit, quod opibus, & oraculi fide Delphico simile, vnde Pataræus Apollo. Constat enim, ait Seruius, Apollinem sex mensibus hyemis apud Pataram Lyciæ ciuitatem dare responsa, & sex mensibus æstiuis apud Delum, C ideo Virgilius lib. 4. Æneid.

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo.

Herodotus lib. 1. ἐν Παζάροισι τῆς Λυκίης ἡ πρόμαντις τοῦ θεοῦ ἐπεὰν γένηται, ἐς ὁμιλίαν ἀνδρῶν οὐ φοιτᾷ: *Antistita Dei Pataris Lyciæ consuetudine virorum abstinet.*

CAP. XV.

De Abæo.

IN Phocæis apud Abas templum fuit Apollini Abæi, & oraculum, ait Herodotus D lib. 8. ἐς Ἄβας τῶν Φωκέων ἀποπεμφθεὶς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, *Profectus Abas Phocæorum ad oraculum.* Hesychius, Ἄβαι περὶ τὴν Φωκίδα τόπος οὗ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Ἀβαίου, non (vt vulgò malè) Ἀζαβαίου: *Abæ propter Phocidem locus vbi oraculum Apollinis Abæi, antequam Delphis poneretur,* ait Stephanus. Philo apud Eusebium lib. 8. demonstrat. Φάυλλον φθινώδει νόσῳ συντακῆναι ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ, *Phayllum contabuisse in templo apud Abas.* Stephanus, Ἄβαι πόλις Φωκέων ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος. ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον πρὸ τοῦ ἐν Δελφοῖς. Strabo, οὐδὲ νῦν αἱ Ἄβαι τὸ μαντεῖον ἄποθεν τῶν τόπων τούτων ἐστίν. *Neque oraculum in Abis longe abest ab eo loco.* Herodot. lib. 1. τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τῶν Φωκέων. *Alios iuisse Delphos, alios Abas Phocensium.* Pausanias in Phocaicis, à Xerxe vetustissimum Abæi Apollinis oraculum incensum esse ait Philostrat. lib. 4. cap. 8. τὸ ἐν Ἄβαις ἱερὸν, τὸ μουσεῖον τὸ ἐν Ἑλικῶνι. Templum in Abis inuisit Apollonius.

E

CAP. XVI.

De Corypæo.

FVIT & oraculũ Apollinis Corypæi apud Corypen Thessaliæ vrbẽ. Nicander in Theriacis, μαντείας Κορυπαῖος ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν: *Vaticinia Corypæus posuit, & iustitiã hominũ.*

CAP. XVII.

De Tegyræo.

ORACVLVM item Apollinis Tegyræi fuit prope Locridem, vt Plutarchus in Pelopida, ὃ ἄχρι τῶν Μηδικῶν ἤκμαζε τὴν προφητείαν ἐχεκράτους ἔχοντος, *quod vsque ad Medorum*

rum expeditionem in Græciam *floruit Echecrate vate.*

A

CAP. XVIII.

De Oropæo.

ITEM Oropæi Apollinis, ἱερὸν, καὶ μαντεῖον; *Sacrarium, & oraculum* apud Oropen Eubœæ vrbem, vt Stephanus libro de Vrbibus.

CAP. XIX.

De Mysta.

B

ITEM Apollinis Mystæ fanum, qui per somnia responsa dare solitus, vt Artemidor. lib. 2. de somniis sub finem.

CAP. XX.

De Eutresita.

ITEM Apollinis Eutresitæ, Εὐτρησίτου oraculum nobile, ait Stephanus, apud Eutresin pagum, qui ducit ex Thespiis Plateam.

C

CAP. XXI.

De Hieræo.

ITEM Hieræi Apollinis oraculum, de quo Liuius lib. 38. *Transgressi Mæandrum ad Hieram comen peruenerunt. Fanum ibi augustum Apollinis, & oraculum. Sortes autem versibus haud inconditis dare vates dicuntur.* Stephanus ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας, *Hiera vicus, populus Cariæ.*

CAP. XXII.

De Chomæo.

D

APOLLINIS item Chomæi, de quo Ammianus Marcell. lib. 23. *Post hanc Seleucia ambitiosum opus Nicatoris Seleuci, qua per duces veri Cæsaris expugnata, auulsum sedibus simulacrum Chomæi Apollinis, perlatúmque Romam in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocarunt.* Statius lib. 7. Thebaid. multa loca Apollini sacra commemorat.

Quis tibi Phœbeas acies, veterémque reuoluat
Phocida, quis Panopen, quis aulida, quis Cyparisson,
Et valles Lebaida tuas, &c.

CAP. XXIII.

E

De Soractino Apolline.

FVIT & oraculum Apollinis Soractini, de quo Strabo lib. 5. & Virgil. lib. 11. Æneid.

Summe Deûm, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pluma.

Sacerdotes dicebantur Hirpini, & Hirpiæ, vt Plin. Strabo, Seruius.

CAP.

A

CAP. XXIV.

De Sminthio.

SMINTHII Apollinis meminit Lactant. lib. 1. cap. 7. Macrobius libro 1. cap. 17. Ammian. Marcell. Macrobius. Smyntheus ὅτι ζέων θεῖ, *quia feruens currit.* σμίνθος *murem* significat, à quo Homeri Scholiastes Sminthium dici vult. Iliad. 1. σμίνθος τόπος τῆς Τρωάδος ἐν ᾧ Ἀπόλλωνος Σμινθίου ἱερόν. Ouidius in Fastis,

> *Consulitur Smintheus, lucoq; operatus opaco,*
> *Hos non mentito reddidit ore sonos.*

B Strabo libr. 13. *In vrbe Chrysa est Apollinis Sminthei delubrum, & simulacrum. Mus pedi statua subiectus est.*

CAP. XXV.

De Parnopio.

ITEM Apollinis Parnopij oraculum, qui πάρνοπας, *Bruchos*, seu *locustas* sustulit. Alij πάρνοπας, *Culices* esse volunt. Vide Pausan. in Atticis. Eius simulacrū à Phydia factum.

C

CAP. XXVI.

De Beleno.

ITEM Apollinis Beleni apud Gallos & Aquileienses. Herodianus lib. 8. *Nonnulla oracula ferebantur patrij cuiusdam numinis victoriam promittentia. Belenum vocant inidgenæ,* , Βέλιν δὲ καλοῦσι (Βέλενον melius) τοῦτον Ἀπόλλωνα εἶναι θέλοντες.

CAPVT XXVII.

De Thurxeo.

D ITEM Apollinis Thurxei, Θυρξέως, apud Pauſ. in Achaicis Κυανέων δὲ τῆς πρὸς Λυκίαν πλησιαίτατα χρηστήριον Ἀπόλλωνός ἐστι Θυρξέως. παρέχεται δὲ ὕδωρ τὸ πρὸς τῆς Κυανέαις εἰς ὃ ἐνιδόντες ἐς τὴν πηγὴν ὁμοίως πάντα ὁρᾷ ὁπόσα θέλει θεάσασθαι: *Prope Cyaneas in Lycia Apollinis Thurxei est oraculum. Aquam autem ad Cyaneas prabet, in quam qui intuetur, omnia in fonte videt quacunque scire vult.*

CAP. XXVIII.

De Hysio.

ITEM Hysij Apollinis χρηστήριον, ab Hysia Bœotiæ vrbe, in cuius templo puteus, quo potus Sacerdos vera canebat, ait Pausan.

E

CAP. XXIX.

De Spondio.

APVD Apollinem Spondium Thebis oracula reddita scribit Pausanias.

CAP. XXX.

De Triopio.

APVD Triopium Apollinem oraculum ponit Herodotus lib. 1. Nam in certamine Apollinis Triopij tripodes victoribus constituebantur proi, quos acceptos Deo ipsi donare oportebat.

A

CAP. XXXI.

De Ismenio.

APVD Ismenium Apollinem oraculum, vbi lapis, δίφρος Μαντὸς; *sedile Mantus.* Sacerdos dicitur δαφνηφόρος, vt Pausanias. Maximus Tyrius sermon. 25. *Cum venisset ad Ammonem, aut ad Thesprotos, & quercum, quæ est apud eos, aut ad Parnassi oraculum, aut ad Ismeni vocem fatidicam, aut ad choros qui Deli sunt,* ἐπὶ Ἄμμωνα ἀφικόμενον, ἢ ἐπὶ τὴν θεσπρωτῶν γλῶ, ἢ τὴν ἐκεῖ δρῦν, &c. Herodotus lib. 8. ἀπικόμενος ἐς Θήβας τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο. ἔστι δὲ κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ ἱεροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι: *Cum venisset Thebas Ismenium Apollinem consuluit. Licet autem & ibi vt Olympiæ inter cæsa & porrecta oraculum consulere.*

B

CAP. XXXII.

De Ptoo.

APVD Ptoum Apollinem data responsa. Herodotus lib. 7. & Pausan. Dicitur à Prois Thebanis montibus. Plutarch, lib. de Oraculor. defectu. *oraculum ad Ptoum antiquissimum, & celeberrimum,* μαντεῖον περὶ τὸ Πτῶον πρεσβύτατον χρόνω, καὶ δόξη κλεινότατον, vbi duæ προφήτιδες, & tertia vates succedanea subsederat. Herodotus lib. 8. καὶ ἐς τὸ Πτῶον Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος, ἐστὶ δὲ Θηβαίων, κεῖται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς ὄρεϊ ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος: *& in templum venit Apollinis Ptoi, quod est Thebanorum, situm supra paludem Copaidem ad montem proximum Acræphiæ vrbi.*

C

CAP. XXXIII.

De Tegræo.

TEGRÆI Apollinis oraculum commemorat Plutarchus in Pelopida, & lib. de defectu Oraculor. vbi duo fluuij, quorum alter Palmam, alter Oleam præterfluit.

CAP. XXXIV.

De Apolline Aperta.

D

APERTA, inquit Festus, dicitur Apollo, quia patente cortina responsa daret. Scaliger *Apertam* quasi ἀπερώτην, Æolicè ἀπερώταν dictum esse ait, quòd peregrinus Deus sit. Parum mihi probatur hæc magni viri coniectura, quòd Romani non minus fuerint Epirotæ, & continentis habitatores, quàm Græci; à quibus Apollo Romam venit.

CAP. XXXV.

De Tenero.

E

TENERVS quidam filius Meliæ, & Apollinis apud Ismenum oraculum habuit. Eumdem arbitror fuisse cum oraculo Apollinis Ismenij. Pindarus od. 11. Pythion. ἴτε παρ Μελίαν χρυσέων ἐς ἄδυτον τριπόδων θησαυρὸν ὃν περίαλλα ἐτίμασε Λοξίας Ἰσμήνειον δ' ὀνόμαζεν ἀλαθέα μαντίων θῶκον: *Ite ad Meliam in aditum aureorum Tripodum thesaurum, quem Apollo ambiguus eximiè honorauit, Ismeniúmque vocauit, verum diuinationibus locum.*

CAP. XXXVI.

De Archigeta.

FVIT & oraculum Apollinis Ἀρχηγέτου ductoris Principis. Thucydides lib. 6. de Sicilia agens, Chalcidenses Græcorum primi Apollini Archigetæ aram posuerunt, vbi quoties

A quoties è Sicilia soluunt oracula petituri primum sacrificant.

CAP. XXXVII.

De Lycio.

LYCII Apollinis oraculum nobile, in Lycia ob Lupos fugatos, vt Festus. Virgilius,

—— *Lyciæ iussere capessere sortes.*

Sidonius, *Non sortes Lyciæq́, Caritumq́ Responsa.* Item lib. 4

Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso,
Interpres Diuûm. ——

B Apollo Λυκοκτόνος, Sophocli in Electra, cui Lupi immolati, αὕτη δ' ὀρέστα τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ λύκειος, hoc est, *Oreste, forum Lycæum Dei Lupicidæ.* Lycius Apollo à Lycio quem vicit, ait Festus, aut à candore, quia Sol λευκός, aut quia transfiguratus in Lupum cum Cirene concubuit. In Lyciæ regione, Patara lucus fuit, vbi Apollo responsa dedit, ait Seruius.

CAP. XXXVIII.

De Aqua Cyanea.

C ITEM, vt ostendimus ex Pausania, aqua fuit ad Cyaneas Apollini sacra, in qua futura cernebantur.

CAP. XXXIX.

De Baiano.

APOLLINIS Baiani oraculum fuit apud Capitolinum in Albino. *Cornua in templo Apollinis Baiani ab eodem posita iam Tribuno diu fuisse dicuntur, quod cum ille sortem de fato suo tolleret, his versibus eidem dicitur esse responsum.*

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
D *Sistet eques, sternet Panos, Gallumque rebellem.*

CAP. XL.

De Telmessio.

TELMESSII Apollinis oraculum Stephan. ponit. *Telmessus, inquit, ex Hyperboreis venit, & in Caria constitit, vbi Telmessij Apollinis fanum posuit, & oraculum.* Telmessum, seu Telmissum vocant fratrem Galeotæ, qui in Sicilia vaticinatus est. Ab oraculis Apollo Πρόμαντις, *Præsagus*, & Μαντῷος dictus est, vt Plutarchus libr. de tranquillit.

E

CAP. XLI.

De Selinuntio.

SELINVNTII Apollinis oraculum fuit Selinunte, vt Strabo lib. 10. Ellopem προσκτήσασθαι, Αἰδηψὸν, καὶ Ὀροβίαν ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ἀψευδέστατον. ἦν δὲ μαντεῖον καὶ τοῦ Σελινουντίου Ἀπόλλωνος. *Ellopem acquisiuisse præterea* (vide an legendum προσκτίσασθαι, *condidisse*, quia eum pruis dixerat κτίσαι Ἑλλοπίαν) *Aidepsum, & Orobian, vbi oraculum erat veracissimum, quod Apollinis Selinuntij fuit.*

CAP. XLII.

De Corintho.

CORINTHI Apollinis oraculum apud Messenios fuit in ora maritima, vbi morbi leuabantur, narrante Pausania lib. 4.

CAP. XLIII.

De Heliopolitano.

HELIOPOLITANI Apollinis simulacrum aureum consulebant absentes, & præsentes, missis diplomatibus consignatis, Macrobius lib. 1. Satur. c. 24. Huius templi apud Assyriorum Heliopolim religio etiam diuinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque Sol est. Vehitur enim simulacrum Dei Hieropolitani ferculo.

CAP. XLIV.

De Gemini Apollinis Oraculo.

GEMINVS Apollo dictus, quia eodem partu cum Diana sorore à Latona in lucem editus est. Idem omninò fuit cum Didymæo Apolline. Gemini Apollinis oraculi meminit Paul. Diaconus lib. 11. histor. Miscel. Licinius expertus est oraculum Delphici, Geminique Apollinis voluit Didymeum interpretari.

CAP. XLV.

De Philesij Apollinis Oraculo.

PHILESIVS Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ φιλήματος Βράγχου, *ab osculo Branchi.* Eius oraculi meminit Arnobius lib. 1. *Delius Apollo, vel Clarius, Didymaeus, Philesius, Pythius, & is habendus diuinus est.* Macrobius lib. 1. Satur. c. 17. *Apollo Philesius, quod lumen eius exoriens amabile, amicissima veneratione oculorum consalutamus.*

CAP. XLVI.

De Thymbræi Apollinis Oraculo.

THYMBRÆVS Apollo dictus à Thymbra Campo, qui Troiæ proximus fuit, vt scribit Strabo l. 13. Statius,

Seu Troiam Thymbraeus habes —— Virgil.

Da propriam Thymbrae domum. ——

Luctatius ad Statium, Thymbræum agrum Thymbra herba plenum esse ait, in quo est nemus, & templum Apollinis, vbi à Paride Achilles occisus est. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 17. Θυμβραῖος ὅτι ἐστὶν ὄμβριος θεὸς, *quod est Deus imbricitor.* Hesychius Θύμβρα τόπος τῆς Ἰλίου περὶ τὸν θύμβριον λεγόμενον ποταμὸν, τῆς ἀρχαίας πόλεως ἀπέχοντα σταδίους δέκα, ὅπου γε καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Θυμβραίου: Puto legendum, Θυμβραίου.

CAP. LXVII.

De Pergameni Apollinis Oraculo.

PERGAMI templum Apollinis fuit celebre, quò Æneas à Diomede vulneratus ab Apolline delatus est apud Homer. lib 5. Iliad.

—————— θῆκεν Ἀπόλλων
Περγάμῳ εἰν ἱερῇ ὅθι οἱ νηὸς γ' ἐτέτυκτο.

In omnibus Apollinis templis dæmones responsa dabant.

CAP.

A

CAP XLVIII.

De Templo Libystini Apollinis.

MACROBIVS lib. 1. cap. 17. *Apud Pachynum Siciliæ promontorium Apollo Libystinus eximia religione celebratur. Nam cum Libici inuasuri Siciliam classem appulissent ad id promontorium, Apollo qui ibi colitur inuocatus ab incolis immissa hostibus peste, & pene cunctis subita morte interceptis, Libystinus cognominatus est.* Olim vbicunque Apollinis templa erant, ibidem & oracula fuisse dicuntur.

Cap. 49. Naxi fuit ara Apollinis Archegetæ, vbi quoties è Sicilia soluerent, oracula petituri primum sacrificabant, ait Thucydid. lib. 6.

B *Cap.* 50. Apollinis Ἐπικουρίου, ara fuit apud Phygaliam in Arcadia, quod Arcadibus peste laborantibus opem tulisset, Pausania teste.

Cap. 51. Athenis fuit ædes πατρῴου Apollinis. Orpheus apud Macrobium.

Πατρὸς ἔχοντα νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Quia progenerandis omnibus sol præbet causas.

Cap. 52. Ædes fuere apud Camirenses Ἐπιμηλίου, opilionis Apollinis, apud Naxios Ποιμνίου, apud Lesbios Ναπαίου, apud Macrobium, Phurnutum, Pausaniam.

Cap. 53. Plataniftij Apollinis templum via Trœzenia fuit apud Pausaniam.

Cap. 54. Item apud Trœzenios templum Θεαρίου, vel vt legit Hesychius, Θεωρίου Ἀπόλλωνος.

Cap. 55. Apud Dores templum Ἐπιπροπίου Apollinis, vt Dionys. Halycar. lib. 4.

C *Cap.* 56. Apud Mitylenæos ædes μαλλοεντος Ἀπόλλωνος, vt Thucydides lib. 3. & Hesych.

Cap. 57. Pagasæi Apollinis Templũ fuit Pagasis in promontorio Magnesiæ, vt Scholiastes Apollonij Rhodij. Hesiodus in Clypeo.

Πᾶν δ᾽ ἄλσος, καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου.

Omne nemus, & ara Apollinis Pagasæi.

Cap. 58. Ἐπιδηλίου Apollinis ædes apud Trœzenios, vt Pausan. qui præerat portu soluentibus. Προστατηρίου Apollinis fanum in Attica, vt Pausan. qui præerat ædium vestibulis. Sophocles in Electra.

Κλύοις ἄν ἤδη Φοῖβε προστατήριε,

Κεκρυμμένην μου βάξιν.

Audi Phœbe prostaterie meum sermonem occultum. Vbi Scholiastes, προστατήριος ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἱδρυται. Tertull. de Idololat. Etiam apud Græcos Apollinem Θυραῖον, & Anthelios dæmonas ostiorum præsides legimus. Aristides hymno in Mineruam προπύλαιον Ἀπόλλωνα vocat. Vide Pausaniam.

D

Cap. 59. Callimachus apud Hyginum de Argo. In finibus Magnesiæ Actij Apollinis delubrum fuisse ait. Orpheus in Argonaut. Ἐπάκτιον littorum præsidem, ζῶνι πανομφαίῳ, καὶ ἐπακτίῳ Ἀπόλλωνι.

Cap. 60. Templum Θεοξενίου Ἀπόλλωνος, apud Pellenenses in Achaia, vt Pausan.

Cap. 61. Παῤῥασίου, καὶ Ἐπικουρίου Ἀπόλλωνος, templum in Lycæo Arcadiæ monte, vt Pausan.

Cap. 62. Agyieo, seu viali Apollini Tegæates simulacra erexere, ait Pausanias lib. 1. Eliac. ἀγυιεύς τὰς ἀγυιάς, τὰς ἐστὶ στενωπὸς, angiportus Horat. lib. 4. Od.

E *Phœbe qui Xantho lauis amne crines,*

Dauniæ defende decus Camenæ.

Læuis Agyieu. Suidas ἀγυιεὺς columnam esse ait in acutum desinentem, quam pro foribus collocant Apollini sacram. ἀγυιεὺς item ara pro foribus.

Cap. 63. Amyclæi Apollinis templum Amyclis, vt Polyb. lib. 5.

Cap. 64. Κυτίνου Ἀπόλλωνος delubrum fuit in Rhescynto Thraciæ, vt scribit Scholiastes Nicandri, dictus autem à κυτίνοις, qui sunt primi flores decidui ex malo Punica.

Cap. 65. Daphnæi Apollinis templum Antiochus Epiphanes struxit narrante Ammiano Marcel. lib. 22.

Cap. 66. Oropæi Apollinis templum nobile in Oropo Eubœæ ciuitate, ait Steph. l. de vrb.

Cap. 67. Hylatæ Apollinis templum in Hyla Cypri vrbe fuit. Dionysius lib. 3. Bassaricon, apud Stephanum,

Οἵ τ᾽ ἔχον Ὕλα᾽ θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος.

Τέμβρον, Ἐρύθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν. A

Quinque tenent Hylatæ Dei sedem Apollinis Tembrum, Erystheam, & maritimam Amamassum.

Cap. 68. Myricæi Apol. templum Lesbi fuit ramos myricæ tenentis. Scholiastes Nicandri ad Theriaca, de Oraculis per myricæ ramos.

Cap. 69. Tegyræi Apol. oraculum Tegyræ in Bœotia fuit, de quo Plutarchus in Pelopida.

Cap. 70. Lithesij Apol. templum fuit in Litho Maleæ, de quo Stephanus, & Suidas.

Cap. 71. Gerunnij Apol. in Thracia templum commemorat Liuius lib. 38.

Cap. 72. Apollin. Telchinij delubrum apud Lindios fuit, vt Pausan. scribit. Telchines multarum artium repertores Rhodi fuere apud Diodorum Sicul.

Cap. 73. Carnei Apollinis templum in Laconibus fuit, de quo Pausan. in Laconicis.

Cap. 74. Γενήτωρ Apol. Deli ara fuit, de qua auctore Macrobio, Virgilius loquutus est B eum dixit,

Da pater augurium.

Cato Apollinem Genitiuum vocat.

Cap. 75. Halæi Apollinis templum in maiori Græcia fuit prope Crotonam à Philoctete exstructum, cum erroribus suis finem statueret, vt Tzetzes ad Lycoph.

Cap. 76. Themenites Apollo Syraeusis in quiete responsa dabat, vt Sueton. in Tiberio.

Cap. 77. Gergithij Apol. oraculum fuit in vrbe Troadis Gergitho, vbi & Gergithiæ Sibyllæ sepulcrum, ait Stephanus, & Phlegon lib. 1. Olympiad.

Cap. 78. Προόψιος, seu *Præsagi* Apollinis templum fuit, vt Pausan. in Atticis.

Cap. 79. Larisseni Apoll. templum in Campis Caystri, vt Strabo, & Stephanus.

Cap. 80. Πολιός, seu *cani* Apollinis delubrum Thebis fuit, vt Pausan. in Bœotie. C

Cap. 81. Srobæi Apollinis oraculum apud Abas fuisse nonnulli scribunt, sed pro Stobæo Abæus restituendus.

Cap. 82. Salganei Apollinis templum fuit in Salganeo Bœotiæ oppido Σαλγανεὺς Ἀπόλλων, vt Stephanus.

Cap. 83. Marmarini Apoll. insigne templum fuit in Marmario oppido, quod Carysto vicinum, ait Strabo lib. 10.

Cap. 84. Ibidem Lathræi Apol. templum prope Calydonem ponit.

Cap. 85. Ægleti Apoll. templum in Anaphe fuit prope Cretam, cuius meminit Callimachus, Αἰγλήτην, ἀνάφην Τιλακωνίδι γείτονα θήρα.

Cap. 86. Cataonis Apollinis delubrum in Cappadocia ponunt Strabo, & Stephanus. Cataonia est ad extremam Tauri montis partem, καταονία μοῖρα ἐσχάτη τοῦ Ταύρου. D

Cap. 87. Cyllæi Apollinis templum Strabo lib. 13. in agro Adramitreno ponit.

Cap. 88. Phyllæi Apollinis fanum in agro Prhiorluco fuit, vt Strabo lib 9.

Cap. 89. Tarthæi Apollinis delubrum in vrbe Cretæ Tarrhæ ponit Stephanus, Τάῤῥα πόλις Κρήτης ἐν ᾗ Ταῤῥαῖος Ἀπόλλων τιμᾶται.

CAP. XC.

De Oraculo Nicephori Iouis.

ORACVLVM Nicephori Iouis commemorat Spartianus in Hadriano, habuit præsumptionem Imperij mox futuri ex fano quoque Nicephori Iouis manante responso, E ἱερὸν Νικηφόρου Διός, *victoriam ferentis Iouis*,

CAP. XCI.

De Oraculo Cælestis.

CARTHAGINE Cælestis Deæ oraculum fuisse Tertullianus, Capitolin. in Macrino, & Apuleius docent. Tertul. in Apologet. *Ista ipsa virgo Cælestis pluuiarum pollicitatrix.* Spartianus in Celso Tyranno, *qui Peplo Deæ Cælestis ornatus est.* Capitolin. in Pertinace, *Vaticinationibus, quæ de templo Cælestis emergunt.* Iunonem esse vult Apuleius Milef. 6. *Magni Iouis germana, & coniuga, siue tu Sami tenes delubra, siue celsæ Carthaginis, quæ te virginem vectura Leonis*

A *Leonis cælo commeantem percolit.* Pingebatur enim leoni insidens, vt Luctatius ad lib. 10. Thebaid. S. Ambrosius item in Symmachum esse putat Iunonem. Quidam Venerem Vraniam esse volunt. Eam Heliogabalus Deo suo Alagabalo nuptum dedit. Xiphilin. τὴν οὐρανίαν τὴν καρχηδονίαν. Ammianus lib. 22. *Deæ Cælestis argenteum breue figmentum.* Apul. Flor. 4. Saluian. lib. 8. *Cælestem illam Afrorum dæmonem.* August. lib. 2. de Ciuit. cap. 4. De ludis Scenicis, *Cælesti virgini, quam alij Venerem, quidam Iunonem, alij Cererem esse volunt.*

CAP. XCII.

De Oraculo Dei Luni.

B DEI Luni Carris oraculum fuit. Spartian. in Caracal. *A Carrenis ita haberi, vt qui Lunam fœmineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inseruiat. At vero, qui marem Deum esse crediderit, is dominetur vxori.* Strabo lib. 12. Μῆνα vocat, non Σελήνην.

CAP. XCIII.

De Castalij Fontis Oraculo.

ID in Antiochiæ suburbio fuisse docet Ammian. lib. 22. Sozomen. lib. 5. cap. 19.

C

CAPVT XCIV.

De Besæ Dei Oraculo.

AMMIANVS lib. 19. Oppidum est Abydus in Thebaidis parte situm extrema. Hic Besæ Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.

CAP. XCV.

De Oraculo Antinoi.

D SPARTIANVS in Adriano, Græci Autinoum consecrauerunt, oracula per eum edi asseuerantes. Vet. Inscriptio, Ἀντινόῳ συνθρόνῳ Θεῶν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Μάρ. Οὔλπιος Ἀπολλώνιος προφήτης.

CAP. XCVI.

De Oraculo Pasiphaes.

PASIPHAES, & Hermionæ oraculi meminit Tertullianus lib. de Anima, *Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis, vt Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Malum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopsi in Cilicia, Hermionæ in Macedonia, Phasiphaæ in* E *Laconibus.* Plutarch. in Agide ἱερὸν δὲ Πασιφάης καὶ μαντεῖον ἐν Θαλάμαις τιμώμενον, ἥν τινες μὲν ἱστοροῦσι τῶν Ἀτλαντίδων μίαν οὖσαν ἐκ Διὸς, τὸν Ἄμμωνα τεκεῖν: *Templum erat, & oraculum Pasiphaæ in Thalamis vrbe Messeniæ honoratum, quam nonnulli aiunt cum vna esset ex filiabus Atlantis Ammonem ex Ioue peperisse.* Cicero lib. 1. de Diuinat. *qui præerant Lacedæmoniis in Pasiphaæ fano, quod est in agro propter vrbem, somniandi causa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Stephanus Thalamas in Messeniis ponit. Cicero Pasiphaes oraculum in agro propter vrbem Lacedæmonem. Sed & Pausanias in Laconicis, in Thalamis Inus oraculum fuisse ait, & fanum in quo per Somnia consulentibus responsa darentur; vbi ex ære duo signa in parte quæ sub diuo est, Pasiphaæ vnum, (ita lege non Paphiæ) Solis alterum.

A

CAP. XCVII.

De Oraculo Apollonij.

APOLLONII mortui oraculum fuit, quod ex eius simulacro reddebatur. Eius meminit Iustinus in quæst. ad orthod. 4. 24. αὐτὸν δὲ τὸν δαίμονα τὸν ἐν τῷ ἐκείνου ἀγάλματι ἱδρυμένον, τὸν ἐν τῇ μαντείᾳ ἀπατήσαντα τοὺς ἀνθρώπους ὡς Θεὸν σέβειν καὶ τιμᾶν τὸν Ἀπολλώνιον ἐφιμώσε καταργήσας αὐτοῦ τὰς μαντείας: *ipsum autem dæmonem in eius simulacro positum, qui vaticinando deceperat homines, & iusserat Apollonium honorare vt Deum, vir Christianus obmutescere iussit, & eius vaticinia sustulit.*

B

CAP. XCVIII.

De Oraculo Sinopensi.

ORACVLVM Apollinis Sinope fuit. Is qui scripsit Chrestomatheias ad Strabonem, ἦν ἐν Σινώπῃ Ἀπόλλωνος μαντεῖον ὅθεν Διογένης τὸν χρησμὸν ἔλαβεν ἵνα παραχαράξῃ τὸ νόμισμα: *Erat Sinope Apollinis oraculum vnde responsum datum Diogeni, vt nummum adulteraret*, id est consuetudinem mutaret, & à vita perdita, ad vitam frugi, & honestam transiret: apud Suidam enim νόμισμα dicitur τὸ νόμιμον ἔθος.

C

CAP. XCIX.

De Oraculo Æsculapij.

EVSEBIVS lib. 3. vitæ Const. Æsculapium vocat τὸν Κιλίκων δαίμονα, ὡς ἦν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἰατρῷ, ποτὲ μὲν ἐπιφαινομένῳ τοῖς ἐγκαθεύδουσι, ποτὲ δὲ τὰ σώματα καμνόντων ἰωμένῳ τὰς νόσους. Cum templa euersa essent iussu Constantini ἢ τῶν νεκρῶν σωμάτων ὑπῆρχεν ὀστέα, ξηρά τε κρανία, γοήτων περιεργίαις ἐσκευασμένα, ἢ ῥυπῶντα ῥάκη βδελυρίας αἰσχρᾶς ἔμπλεα, ἢ χόρτου καὶ καλάμης φορυτός: *aut ossa suberant cadauerum, & caluæ capitis aridæ, magorum curiosis artibus adornatæ, aut centones laceri ac sordidi spurcitia pleni, aut fœni, & calamorum colluuies.*

D

CAP. C.

De Oraculo Daphnes.

ANTIOCHIÆ fuit oraculum Daphnes, de quo Zonaras in Iuliano Desertore, ἔθυε δὲ τῷ Δαφναίῳ Ἀπόλλωνι ἑκατόμβας ὅλας χρησμὸν ζητῶν ἐξ αὐτοῦ. ὡς δ' ἦν τὸ εἴδωλον ἐκεῖνο κωφόν, οἱ νεωκόροι τὴν αἰτίαν τῆς σιωπῆς ἀπαιτούμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖ κειμένους νεκροὺς σιωπᾶν τὸ ἄγαλμα ἔλεγον. ἦσαν γὰρ ἐκεῖ ἑτέρων τε μαρτύρων κείμενα λείψανα, καὶ τοῦ ἱερομάρτυρος τοῦ Βαβύλα: *sacrificauit Apollini Daphnæo integras Hecatombas oraculum exposcens. Cum autem simulacrum sileret, æditui rogati causam, responderunt silere, quia ibi mortui siti essent. Erant enim ibi & aliorum martyrum, & ipsius Babylæ reliquiæ*, quas omnes transferri iussit Iulianus.

E

CAP. CI.

De Redeuntibus ab Oraculo.

AB Oraculo coronati redire soliti erant. Euripid. in Hippolyto, τί δῆτα τοῖς σοῖς ἀγάλμασι καὶ ἀνέστεψας κάρα πλεκτοῖσι φύλλοις δυστυχὴς θεωρὸς ὤν; Vbi Scholiastes, ἔθος γὰρ ἦν τοὺς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐστεμμένους στέφειν. Sophocl. in Oedipo tyran. εἰ γὰρ ἂν κάρα πολυστεφὴς ὧδε εἷρπε παγκάρπου δάφνης. Scholium, οἱ γὰρ ἐπί τινι αἰσίῳ παραγινόμενοι ἐκ Δελφῶν ἐστεμμένοι ἐπανήεσαν. *Quid sane coronatus sum caput foliis plectilibus, cum sim Theorus infelix? Moris enim erat Theoros redeuntes è templo coronari. Non enim capite coronato laurea corona vndique decerpta rediret. Qui fælici ac-*

A *cepto responso ex Delphis redibant, coronati erant.* Scholiastes Euripid. ὅτι ἥκοντα ἀπὸ μαντείας ἐστεφανωμένοι ἥκοντο, καὶ πάντες οἱ οἴκω προσκυνοῦσιν αὐτούς: *quando redibant ab oraculo coronati erant, & omnes domestici eos adorabant.* Polyænus lib. 2. Epaminondas ante Leuctricum prœlium cùm videret milites suos territos, iubet quendam occurrere coronatum quasi à Trophonio redeuntem. Apollon. Schol. lib. 2. ἐχρῶντο τῇ στέψει τριχῶς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἐπὶ τοῦ μέτωπος, ἐπὶ τοῦ τραχήλου τιθέμενοι σὺν στεφάνοις, διὰ τὸ θυμοειδὲς τὸ τριμερὲς ψυχῆς. Scholiastes Sopho. in Trachin. ἔθος γὰρ σὺν χρησμὸν δεχομένους παραχρῆμα γράφειν ἵνα μὴ λάθωνται: *vtebantur coronatione trifariam, in capite, in fronte, in collo; ob tres animæ facultates. Qui acceperant oraculum, illud statim scribebant, ne excideret.*

B

CAP. CII.

De Oraculo Vlyßis.

APVD Eurytanas Ætoliæ populos ab Euryto dictos fuit oraculum Vlyssis. Tzetzes ad hæc verba Lycophronis, Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς. *Populus autem vatem mortuum Eurytum coronabit.* Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ Εὐρυτανίας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου παρ᾽ οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως.

CAP. CIII.

C

De Oraculo prope Neocæsaream.

SANCT. Gregorius Nyssenus in vita Sancti Gregorij Thaumaturgi, scribit eum peregrinaretur, in vrbem quandam deuenisse eum, vbi *celeberrimum erat templum Deo cuidam sacrum*, cuius nomen non adscripsit, *vbi splendidus & manifestus dæmonum appulsus aditui fiebat, à quibus oracula reddebantur.* Gregorius Neocæsariensis dæmones eo templo expulit, & æditum ad Christi cultum traduxit, τὸ δὲ ἱερὸν ἐκεῖνο ἐπίσημον ἦν, ἐν ᾧ τις φανερὰ τῶν προεδρευομένων δαιμόνων ἐπιφοίτησις τοῖς νεωκόροις ἐγίνετο, μαντικῆς τινος χρησμωδίας παρ᾽ αὐτῶν ἐνεργουμένης. Loci vbi fuerit templum illud non satis memini, nec iam librum Græcum ad manum habeo.

D

CAP. CIV.

De Veneris Aphacitidis Oraculo.

VENERIS Aphacitidis oraculum fuit in Ægypto, vt scribit Zozimus lib. 1. *Apheca locus est medio inter Heliopolim & Biblum itinere, vbi fanum est Veneris Aphacitidis. Propter fanum lacus est, in quem dona aurea, argenteaque mittebantur; quæ si respuerentur, inauspicatum erat; si admitterentur, & mergerentur, auspicatum:* εἰ δὲ ἀδεκτα, καὶ ἀπόβλητα, αὐτὰ τε ἦν ἐπιπλέοντα τῷ ὕδατι: *si innatarent aqua* &c. *Ibidem erat lucus, & fanum extra viam publicam, & trivia in cacumine Libani, vbi omnis impudicitiæ ac libidinis exercitatio fuit, & schola.* Eusebius lib. 3. de vita Constant ἄλσος ἦν, καὶ τέμενος ἔξω πάτου, τριόδων τε, καὶ λεωφόρων αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον. σχολὴ τις ἦν αὕτη κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάστοις.
E fol. 144. pag. 1. *Dies stata fuit, qua per inuocationem à cacumine Libani ignis traiiciens quasi stella per aerem lapsa in fluuium se mergebat prope fluentem. Dicebant autem astrum hoc cælestem esse Venerem.* Sozomen. lib. 2. cap. 5. fol. 23. pag. 1. ἐν Ἀφάκοις δὲ καὶ ἐπικλήσιν τινα, καὶ ῥητὴν ἡμέραν ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας τοῦ Λιβάνου πῦρ διᾴττον καθάπερ ἀστὴρ εἰς τὸν παρακείμενον ποταμὸν ἔδυνεν. ἔλεγον δὲ τοῦτο τὴν οὐρανίαν εἶναι ὧδε τὴν Ἀφροδίτην.

CAP. CV.

De Herculis Oraculo in Mesopotamia.

IN Mesopotamia fuit Herculis oraculum, cuius meminit Tacitus lib. 12. Annal. *Gotarzes apud montem, cui nomen Sambulos vota Diis loci suscipiebat, præcipua Religione Herculis*

qui tempore statuto per quietem monet Sacerdotes, vt templum iuxta equos venatui adornatos sistant. Equi vbi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi nocte demum vacuis pharetris multo cum anhelitu redeunt. Rursus Deus quas syluas pererrauerint, nocturno visu demonstrat, repeiunturque fusa passim fera. A

CAP. CVI.

De Herculis Oraculo Athenis ad Cynosarges.

DÆMONES etiam ad focum intra priuatorum ædes vbi colebantur, interdum oracula, & responsa dabant. Suidas in voce, Cynosarges. Κυνόσαργες τόπος τίς ἐστιν παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους: *Cynosarges locus Athenis, & templum Herculis*: hac de causa, Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ, εἶτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον, καὶ ἀπελθὼν εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ περιδεὴς ἦν. ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς ὅπῃ εἰς ἐκεῖνον τόπον οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι: *Didymus Atheniensis rem diuinam ad focum faciebat. Deinde canis albus abstulit victimam, & egressus in certo loco deposuit. Cùm sibi metueret Didymus, ei Deus responsum dedit, vt in eo loco vbi canis hostiam reposuisset, Herculi aram poneret.* Stephanus in verbo Cynosarges, *Diomum* vocat, non *Didymum*, Δίωμος Ἡρακλεῖ ὡς Θεῷ θύων. Locum Διώμεια vocari ait. B

CAP. CVII.

De Herculis per somnia Oraculo.

HERCVLES & per somnia responsa dedit. Cùm enim Marcus Octauius Herennius mercaturam exerceret, idque illi pro animi sententia succederet, decimam Herculi non dedit, ait Varro. Accidit autem cum nauigaret vt à Prædonibus circumueniretur. Ille vt erat animi intrepidus strenuè pugnauit, atque ita periculo exemptus est: cui de nocte visus adesse Hercules, qui per quietem moneret eum seruatum fuisse sua ope. Quare Octauius arca impetrata à magistratibus, Herculi Victori æde posuit. Vide Seruium ad hæc Virgilij, G

—— *Hæc limina Victor*
Alcides subiit. ——

CAP. CVIII.

De Buraici Herculis Oraculo. D

BVRA Achaiæ vrbs fuit, vbi in specu Hercules talorum iactu vaticinia dabat, narrante Pausania. Qui Deum consulebant ante simulacrum Dei precibus conceptis quatuor talos è pluribus, qui ibidem erant, super mensam iaciebant, in quibus vaticinia notis expressa.

CAP. CIX.

De Herculis Gaditani Oraculo. E

POMPONIVS Mella lib. 3. duo promontoria Gadibus fuisse ait, quorum in altero templum Ægyptij Herculis, Conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. In Gaditani Herculis templo fuisse oraculum, quod consuluerit Hannibal, testatur Silius lib. 3.

Vulgatum nec cassa fides, ab origine fani
Impositas durare trabes, solásque per æuum,
Condentum nouisse manus: hinc credere gaudent,
Consedisse Deum, seniumque repellere templis:
Tum queis fas & honor adyti penetralia nosse,
Fœmineos prohibent gressus.

CAP.

A

CAP. CX.

De Acacesij Mercurij Templo.

Ακάκησιον πόλις Ἀρκαδίας ἀπὸ Ἀκάκου παιδὸς Λυκάονος, *Acacesium urbs Arcadia ab Acaco filio Lycaonis*, ait Stephanus. Acacesij Mercurij templum spectabile fuit in vrbe Megalopoli iuxta Philippi porticum, ait Pausanias lib. 8. vbi & Oraculum apud Stephanum, Ἄλυχμη ἐν ᾗ τιμᾶται Ἄλυχμος Ἑρμῆς, *Aluchma vrbs, in qua colitur Aluchmus Mercurius.* Vbi fana, ibi & à dæmonibus responsa vt plurimum. Nec enim perpetuum id fuit.

B

CAP. CXI.

De Drimachi Oraculo.

ATHENÆVS lib. 6 scribit Chios Drimachi seruos fugitiuos æquitatis memores, ei mortuo Heroum posuisse in agro suo, quod Herois mansueti, & beneuoli appellarint, καὶ αὐτῷ ἔτι καὶ νῦν οἱ δραπέται ἀποφέρουσι ἀπαρχὰς πάντων ὧν ἀφέλωνται. φασὶ δὲ καὶ καθ' ὕπνους ἐπιφαινόμενον πολλοῖς τῶν Χίων προσημαίνειν οἰκετῶν ἐπιβουλάς. *Et hodieq; serui fugitiui primitias eorum quæ rapuerint, ei deferunt. Aiunt eum in somnis multis Chiorum apparere, & prænuntiare famulorum insidias.*

C

CAP. CXII.

De Apollinis ad Hyblam Oraculo.

ATHENÆVS lib. 15. ad Hyblam oraculum Apollinis esse ait, τῶν Καρῶν δεισιδαιμονίᾳ προσεχόντων ἐπὶ τὸ μαντεῖον τοῦ θεοῦ παραγενομένων εἰς Ὕβλαν, ἐχρήσατο ὁ Ἀπόλλωνα: *Cum Cares Religione ducerentur ad Dei oraculum, quod est ad Hyblam, iuerunt, quibus vaticinatus est Apollo.* Sed vide an error sit in voce *Hyblæ*, pro qua forte reponendum, εἰς Ἄβας. Cares cum Iunonis delubrum vinculis alligassent, ad Apollinem Theoros miserunt.

D

CAP. CXIII.

De Oraculo Cenei.

STRABO lib. 7. scribit Boërebistam Getam Augusti Cæsaris ætate belli scientem ducem vsum Cenei ministerio, Καινεον αὐτὸν γόητα, καὶ πεπλανημένον κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ προσημασίας ἐκμεμαθηκότα τινάς, δι' ὧν ὑπεκρίνατο τὰ θεῖα, καὶ δι' ὀλίγου καθίσταο θεός: *Ceneum habuit præstigiatorem, qui peragrarat Aegyptum, & vaticinia quædam didicerat, quibus se Deum ferebat, & breui Deus factus est.*

E

CAP. CXIV.

De Palicorum Oraculo.

MACROBIVS lib. 5. Saturn. scribit, Palicos fratres cùm in Sicilia sterilis annus esset, consultos respondisse, vt Heroi cuidam sacrificium facerent, quo facto vbertas Siculis redierit, qui beneficij memores omne frugum genus in ara Palicorum congessere: vnde etiam ex re *pinguis ara* dicta est à Virgilio lib. 9.

Pinguis vbi placabilis ara Palici.

Stephanus, Παλική πόλις Σικελίας, πλησίον δ' αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν καὶ κρήνη. ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται: *Palice Siciliæ vrbs, proximè quam fanum Palicorum & fons. Ibi iusiurandum sanctum est. Qui enim iurat, iusiurandum in tabella scriptum mittit in aquam. Si verè iurat, tabella natat in superficie, si falso, euanescit tabella, ipse vritur.*

A

C A P. C X V.

De Iouis Pistoris oraculo.

LACTANTIVS lib. 1. *Quo tempore Galli Capitolium obsidebant, Ioui Pistori ara posita fuit, quod Romanos Deus in quiete monuisset, vt ex omni frumento quod haberent, panem facerent, & in hostium castra iactarent, eóque facto soluta est obsidio.* Ouidius lib. 6. Fastorum:

Candida Pistori ponitur ara Ioui.

CAP. CXVI.

B

De Oraculo Mopsi.

MOPSVS Apollinis & Mantus filius, Tiresiæ nepos tanta augurandi gloria fuit, vt post mortem ei templa dicata sint, à quorum adytis sæpe homines responsa accipiunt, ait Scholiastes Statij, vel vt alij appellant, Luctatius.

C A P. CXVII.

De Oraculo Dracontæi.

C

IN fragmentis Imetij Chartularij hæc leges, ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ εἴδωλα πολλὰ ἐκ τῆς Ῥώμης ἥκοντα γεγόνασι. καθεζομένη γυνὴ ἐν σελλίῳ χαλκῆ Ἀθηνᾶ. τὸ Δρακοντιαῖον Ἀρκαδίου μὲν ἐκτύπωμά ἐστι, ἔνθεν καὶ χρησμοὶ ἕως τοῦ δεῦρο οὐκ ὀλίγοι γεγόνασι: *In circo multa sunt simulacra quæ Roma venerunt. Mulier sedens in sellula Minerua area. Dracontæum Arcadij vultum expressit, vnde multa oracula in hunc diem fiunt.*

C A P. CXVIII.

De Orphei Oraculo.

D

ORPHEI Oraculum fuit, de quo Philost. lib. 4. cap. 4. παρῆλθε δὲ καὶ ἐς τὸ τοῦ Ὀρφέως ἄδυτον προσορμισάμενος τῇ Λέσβῳ, φασὶ δὲ ἐνταῦθά ποτε τὸν Ὀρφέα μαντικῇ χαίρειν. *Post hæc Lesbum traiiciens Orphei adytum intrauit. Ferunt autem Orpheo placuisse illic vaticinari,* quousque sibi ab Apolline concessum fuit. Cùm enim neque in Grynæum, neque in Clarum, nec vsquam alio vbi tripus Phœbi esset, oracula petitum accederent homines, & solus Orpheus consulentibus responderet, capite eius nuper ex Thracia aduecto, superstans Apollo: Desine, inquit, quæ mea sunt, occupare. Iam enim satis te canentem pertuli. Idem in Heroïcis in Philoctete. Λέσβου δὲ ὀλίγον ἀπεχούσης τοῦ Ἰλίου δεῦρος, ἔστελλον ἐς τὸ ἐκεῖ μαντεῖον σὺν Ἕλληνας. ἔχρα δὲ οἶμαι ἐξ Ὀρφέως· ἡ κεφαλὴ γὰρ μετὰ τὸ τῶν γυναικῶν ἔργον ἐς Λέσβον κατασχοῦσα, ῥῆγμα τῆς Λέσβου ᾤκησε: *Cum Lesbus parum abesset ab Ilio* (illud δεῦρος deleo) *miserunt Græcos ad oraculum quod ibi fuit. Dabat autem Lesbus responsa ex Orpheo. Caput enim post fæminarum facinus Lesbum appulsum hiatum & rimam.* (ῥῆγμα ita interpretor, non rupem) *incoluit,* & in caua humo vaticinabatur, vnde Lesbij, cæterique Æoles, atque his finitimi Iones ipso ad vaticina vtebantur. χρησμοὶ δὲ τοῦ μαντείου τούτου, καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἀνεπέμποντο: *Responsa huius oraculi & Babylona transmittebantur.* Multa enim & Persarum Regi hoc caput cecinit, Cyróque illi antiquo responsum inde datum esse dicitur, *Mea ô Cyre tua sunt,* &c.

E

C A P. CXIX.

De Cabirorum Oraculo.

CABIRI dicti Dij Samotraces, Dij potes, apud quos Oraculum fuisse docet S. Athanasius lib. de Incarnat. καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς, καὶ Δωδώνῃ, καὶ Βοιωτίᾳ, καὶ Λυκίᾳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Αἰγύπτῳ,

καὶ

A καὶ Καβείροις μαντεύματα: *& vaticinia quæ Delphis, Dodonæ, in Bœotia, Lycia, Libya, Aegypto, & apud Cabiros in Samothracia edita.*

C A P. C X X.

De Oraculo Nympharum Sphragitidum.

ANTRVM Nympharum Sphragitidum in vno vertice est Citheronis ad occasum æstiuum, ait Plutarchus in Aristide. ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν πρότερον, καὶ πολλοὶ κατεῖχοντο τῶν ἐπιχωρίων, οὓς νυμφολήπτους προσηγόρευον: *Vbi olim oraculum fuit, & multi Deo passi indigenarum, quos Lymphatos, seu Nympholeptos, correptos à Nymphis vocabant*

B

C A P. C X X I.

De Oraculo Veneris Gazensis.

MARCVS in vita Sancti Porphirionis Gazensis Episcopi, Veneris Gazensis oraculum fuisse monet.

C A P. C X X I I.

De Iouis Beli Oraculo.

C

IOVIS Beli oraculum Babylone perpetuum non fuit: Sed vbi id reddendum erat, antistita noctu in templum concludebatur. Ea virorum consuetudine abstinebat. In vltima turre, ait Herodot. lib. 1. νηὸς ἔπεστι μέγας, ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κέεται εὖ ἐστρωμένη, καὶ οἱ τράπεζα παρακέεται χρυσέη. οὐ δὲ νύκτα οὐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων τὴν ἂν ὁ Θεὸς ἕληται ἐκ πασέων: *Templum est ingens, & in templo puluinar magnum iacet belle stratum, & mensa aurea, neque vllus hominum nocte cubat præter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit. Iuppiter Belus colitur in Apamea ciuitate Syriæ, qui Seuero Imperatori consulenti respondit*, σοὶ δ' οἶκος πᾶς βήσεται δι' αἵματος, Xiphilino narrante in Caracalla, *Tibi domus omnis sanguine fuso exscindetur.*

D

C A P. C X X I I I.

De Oraculo Amphilochi.

IN Mello Ciliciæ fuit Amphilocho μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ' ἐμοῦ, ait Pausanias p. 33. in Atticis. *Oraculum veracissimum omnium quæ mea ætate sunt.*

C A P. C X X I V.

De Oraculo Mycenis.

E

MYCENIS in arce Pelopis oraculum fuit. Seneca Thyeste,

—— Hinc orantibus
Responsa dantur certa, cum ingenti sono
Laxantur adyto fata, & immugit specus
Vocem Deo soluente.

C A P. C X X V.

De Oraculo Latonæ in Aegypto.

HERODOTVS de hoc oraculo loquitur in hæc verba lib. 2. τὸ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ ἐστὶ μὲν Λητοῦς ἱρὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, τῇ οὔνομα Βουτώ. ἱρὸν δέ ἐστι ἐν τῇ Βουτοῖ ταύτῃ

ταύτῃ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος: *Oraculum illud in Aegypto Latonæ ſacrum eſt in magna vrbe ſitum, cui nomen Buto; templum autem in ea vrbe eſt Apollinis, & Dianæ, & fanum Latonæ in quo oraculum.* A

CAP. CXXVI.

De Oraculo Terræ.

AEGYRÆ fuit Telluris oraculum, & fanum, *vbi Sacerdos*, ait Plinius, *Terræ vaticinatura, tauri ſanguinem bibit, priuſquam in ſpecum deſcendat.* Pauſanias meminit in Achaicis. In Olympia fuit μαντεῖον τῆς γῆς. Pauſan. in Arcadicis, *Telluris oraculum.*

B

CAP. CXXVII.

De Oraculo Trophonij.

PAVSANIAS lib. 9. Qua montes conſurgunt Orchomeniis finitimi, ſunt Phocenſes; qua campi patent, proxima eſt Lebadia, à qua modicè recedit Trophonij lucus. Vbi ſtatuerit aliquis in Trophonia deſcendere, aliquot dies in ædicula commoratur, quæ bono genio, & bonæ fortunæ ſacra eſt, vbi ſe luſtrat, & calidis aquis abſtinet. Hercyna fluuio ſe abluit, carnes ei de victimis abundè ſunt. Immolat enim qui huc deſcendit Trophonio, & filiis, Apollini præterea, Saturno, & aliis pleriſque. Adeſt aruſpex qui exta conſulat. Deducunt ſacrificuli hominem noctu ad Hercynam fluuium, & vngunt oleo, ac abluunt pueri tredecim annos nati, quos Mercurios vocant. Deinde aquam Lethes fontis bibit, & obliuiſcitur omnium: tum Mnemoſynes aquas potat, vt quæ in Trophoniis viderit memoria teneat. Mox viſo ſimulacro quodam, tunicam indutus lineam, tæniis redimitus, ſoleis inductis ſubit. Oraculum eſt ſupra lucum in monte. Intra crepidinis ambitũ ſpecus eſt arte exciſus. In altũ ſubſidit hiatus cubitos octo altus ſine vllis gradibus, quare ſcalæ admouẽdæ ſunt, vt deſcendat. cũ deſcendit, futura vel ex viſis, vel ex auditis cognoſcit. Neminem ex iis qui eò peruaſerint, non reducem euaſiſſe affirmant, vno excepto ſpiculatore Demetrij, qui ritus ſacros non obſeruarat. Is qui exiit è ſpecu, primò attonitus videtur, paulò pòſt ei priſtina mens, & riſus redit, quæcunque vel audierit, vel viderit, cogitur in tabulam referre. Cætera ex eodem require. Trophonium & Agamedem fratrem eius aiunt γενέσθαι δεινοὺς, θεοῖς τε ἱερὰ κατασκευάσασθαι, καὶ βασίλεια ἀνθρώποις. καὶ γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι τὸν ναὸν ᾠκοδόμησαν, τὸν ἐν Δελφοῖς· καὶ Ὑριεῖ τὸν θησαυρόν: *Fuiſſe peritos & ſolertes, vt Diis templa ſtatuerent, & regias regibus. Nam & Apollini Delphis templum, & Regi Hyrieo ærarium exſtruxerunt*, in quo lapidem reliquerunt, qui eximi cum vellent, & reſtitui poſſet. qua arte cum exhaurirent regias gazas, laqueo manus Agamedis comprehenſa eſt, cuius caput ne agnoſceretur, Trophonius ſcidit, καὶ Τροφώνιον μὲν ἐνταῦθα ἐδέξατο ἡ γῆ διαστᾶσα, ἔνθα ἐστὶν ἐν τῷ ἄλσει τῷ ἐν Λεβαδείᾳ βόθρος τε Ἀγαμήδους καλούμενος, καὶ πρὸς αὐτῷ στήλη: *Et terra diſcedens ibidem Trophonium ſuſcepit, vbi in ſaltu Lebadiæ foſſa Agamedis dicta, & ad eam columna.* Merces Trophonio fuit operis ab Apolline vaticinandi gloria. Parmeniſcus Metapontinus è Trophonio rediens ridere non poterat. Conſulit ſuper ea re Pythiam, quæ reſpondet δώσει σοι μήτηρ οἴκοι τὴν ἔξοχα τίε, *Mater mea tibi riſum concitabit, quam eximiè honora.* Redux videt ſimulacrum ligneum deforme Latonæ, ridet. Athen. lib. 14. Placentis placabant angues, qui frequentes in antro erant. Egreſſi nunquam ex eo ridebant, διὰ τὴν τῶν ὄφεων ἔκπληξιν, *quòd à ſerpentibus in ſtuporem dati eſſent.* Vnde parœmia, εἰς Τροφωνίου μεμάντευται, *in ſpecu Trophonium conſuluit*, id eſt, ἀγέλαστός ἐστι, ait Philoſtratus lib. 8. & Ariſtophan. Scholiaſt. Euripid. in Ione, τὰς Τροφωνίου θαλάμας, *cubilia* vocat. Gregor. Nazianz. Stelitcut. ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ᾽ ἐκείνοις Ἐμπεδοκλῆς, &c. Vbi Scholiaſtes, ὅτι δὲ ἐγνώσθησαν ὅτι ἐκεῖσε ἀπέθανον διὰ τὸ μαντεῖον φανῆναι περὶ τὸν τόπον. Hæc ludant Empedocles, Trophonius, Ariſtæus, Empedotimus, qui omnes in Lebadea Bœotiæ nati vaticinati ſunt, omnéſque vt diuinitatis famam colligerent, in ſpecus ſe abdiderunt, ne reliquiæ eorum ſupereſſent, ait Scholiaſtes; ex eo innotuit eos ibi mortuos eſſe, quod ibidem oraculum extitit, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀγελαστῶν, εἰς Τροφωνίου μεμάντευσαι: *Prouerbium in pallidos, conſuluiſti Trophonium.* Strabo lib. 9. Λεβάδεια δ᾽ ἐστὶν, ὅπου Διὸς Τροφωνίου μαντεῖον ἵδρυται, χάσματος ὑπονομίου κατάβασιν ἔχον, καταβαίνει δ᾽ αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος. κεῖται δὲ μεταξὺ τοῦ Ἑλικῶνος, καὶ τῆς Χαιρωνείας: *Lebadia eſt, vbi oraculum Trophonij ſedet, habens hiatus, ac quaſi cuniculi deſcenſum. Deſcendit is,*

C

D

E

qui

A *qui consulit: situm est inter Heliconem, & Charoneam.* Vocatur templum Iouis Trophonij à Strabone. Liuius lib. 45. Paulus Æmilius Lebadiæ templum Iouis Trophonij adiit. Plutarchus lib. de Oracul. defectu, οὐδαμοῦ γὰρ ἀλλαχόθι νῦν, ἢ Λεβαδεία ἡ Βοιωτία παρέχεται τοῖς χρῄζουσι ἀρύσασθαι μαντικῆς. *Nusquam alibi nunc Bæotia, quàm Lebadia præbet iis, quibus opus est haurire diuinationem.* ὅπου γε καὶ τὴν Βοιωτίαν ἕνεκεν χρηστηρίων πολύφωνον οὖσαν ἐν τοῖς πρὶν χρόνοις, *Vbi Bæotiam, quæ olim maximè vocalis fuit, & celebris oraculis.* Eos ἀγελάστους fuisse autumant, qui Trophonium consuluissent, & non vltra annum vitam proferre, quod mendacij arguit Pausanias, qui ipse in specum oraculi causa descendisse fatetur. Socrates, Apollonius, Thyanæus, Paulus Æmilius eò descenderunt, & riserunt. Prouerbium itaque falsum in Agelastos, *In Trophonij descendit.* Philostratus lib. 8. τὸ δὲ ἐν Λεβαδείᾳ στόμιον ἀνάκειται μὲν Τροφωνίῳ τῷ Ἀπόλλωνος, ἔσβατον μόνον τοῖς ὑπὲρ χρησμῶν φοιτῶσι: *Lebadea autem spiraculum Trophonio filio Apollinis sacer est, ad quod*

B *aditus tantum iis patet, qui oraculum petunt.* Posita est autem Trophonij statua non in templo, sed in colle, qui paulùm templo supereminet, quem ferrei obelisci vndique claudunt. Descēsus adeò angustus est, vt non aliter, quàm sedendo ingredi quis possit. Demittuntur eò qui intrare volunt albis vestibus induti, & mellitas placentas manibus portantes, quibus reptilia demulceant, quæ intrantibus obuiam serpunt. Emittit autem terra alios quidem longè, alios longissimè, quidam & vltra Locros, Phocensesque emittuntur, plerique etiam ad Bœotiorum fines Plutarchus lib. de dæmon. Socrat. ἐμμείνας δύο νύκτας κάτω, καὶ μίαν ἡμέραν, τῶν ἄλλων ἀπεγνωκότων αὐτὸν ἤδη, ἀνῆλθε. Socrates *cum mansisset duas noctes* in Trophonij antro, *& diem vnum, aliiq; de eius reditu desperarent, redit incolumis.* Scholiast. Aristophan. δός μοι μελιτοῦτταν εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς Τροφωνίου. ὁ Τροφώνιος φιλόδοξος ποιήσας ἐν Λεβαδείᾳ Βοιωτίας ὑπόγειον οἴκημα ἐμαντεύετο. ὡς δὲ λιμαγχονηθεὶς ἀπέθανε, δαιμόνιόν τι τὰς μαντείας ἐτέλει. εἰσήρχοντο οὖν

C αὐτοῦ οἱ χρησόμενοι ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶ πόπανα: *Da mihi placentam, intus descendens, vt in specum Trophonij Trophonius*, ait Scholiastes, *gloria appetens cum in Lebadia Bæotiæ subterraneam domum exstruxisset, vaticinabatur: postquam angina suffocatus est, dæmon quidam responsa dedit. subibant igitur intro consulentes, habentes in manibus placentas.* Ingressus templum Apollonius: Volo, inquit, ad oraculi interiora penetrare Philosophiæ causa: permisit Trophonius, vt in specu Apollonius permaneret dies septem, quod alij nulli eorum, qui ad oraculum intrassent, concessum est, φέρων βιβλίον ὑποφορώτατον τῇ ἐρωτήσει, *ferens libellum interrogationi respondentem*, lib. 4. cap. 8. Amphiarai & Trophonij oracula Apollonius perlustrauit.

CAP. CXXVIII.

D

De aliis Oraculis.

GERYONIS oraculum in Italia, Suetonius in Tiberio commemorat cap. 14. *Et mox cùm Illyricum petens iuxta Patauium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, vt de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret.* Ea dicta ἀστραγαλομαντεία, cùm talos in fontes iacerent. Igitur sortes ad oraculum Geryonis trahebantur prope Patauium.

Cap. 129. Fuit & oraculum Leucotheæ apud Moschos, de quo Strabo lib. 11. ἐν τῇ Μοσχικῇ τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν Φρίξου ἵδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκεῖνο, ὅπου κριὸς οὐ θύεται: *In Moschica Leucotheæ sacellum fuit à Phrixo positum, & oraculum eius, vbi aries non immolatur, sed homo.*

Cap. 130. Strabo lib. 5. ad Stygem prope Cumas oraculum fuisse ait. Ephorus eum

E locum Cymmeriis attribuit, scribitque ipsos in subterraneis cauis habitare, quas vocat *Argillas*; & per fossas quasdam inter se commeare, & hospites ad oraculum admittere sub terra situm, viuere autem è questu consulentium. Moris autem esse genti, ne quis Solem videat, sed nocte exeunt è cauis. Φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν Ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους φοιτᾶν.

Cap. 131. Pausanias Ἑρμοῦ ἀγοραίου χρηστήριον, *oraculum Mercurij forensis* commemorat in Atticis, de quo infrà.

Cap. 132. In Macedonia, quam Ichnæam regionem Hesychius vocat, fuit Apollinis oraculum, Ἰχναίαν χώραν τὴν Μακεδονίαν ἔνθα τὸ μαντεῖον ὁ Ἀπόλλων κατεῖχε.

Cap. 133. In Cilicia Dianæ Sarpedoniæ templum, & oraculum fuit, vt Strabo lib. 14. τοὺς δὲ χρησμοὺς ἔνθεοι προθεσπίζουσι, *responsa dant fanatici.* Videtur idem fuisse cum oraculo Sarpedonis.

Cap. 134. In Ægypto Ἡρακλέος μαντήϊόν ἐστι, ait Herodotus lib. 2. *oraculum est Herculis,* Apollinis,

Apollinis, Mineruæ, Dianæ, Matris, ac Iouis. Sed quod præcipuo honore colunt, Latonæ A est, in vrbe Buti.

Cap. 135. Idem lib. 3. prodit plura fuisse oracula in Ægypto, quorum alia, quæ fallacia deprehenderat, sustulerit Amasis; alia, quæ veracia, donis ornarit. Eusebius lib. 2. Præparat. Euangel. Clarium, Pythium, Didymæum, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum, quibus oracula posita, vocat τερατοσκόπους, οἰωνοσκόπους, ὀνείρων κρίτας, *prodigiorum interpretes, augures, somniorum indices.*

Cap. 136. & 137. In Scythia dormientibus responsa dantur.

Cap. 138. Sinopæ est oraculum Autolyci, Strabo lib. 11.

Cap. 139. In Thracia apud Ligyros, in adyto Liberi patris, mero hausto Sacerdos vaticinatur: Macrobius lib. 1. ad Somnium Scipionis.

Cap. 140. Tegyræ fuit Apollinis oraculum. Plutarchus lib. de defectu oraculor. ἤκμαζε B δὲ τότε καὶ τὸ περὶ τὰς Τεγύρας χρηστήριον, ὅπου καὶ γενέσθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι: *Florebat tunc oraculum ad Tegyras, vbi Deum vaticinatum dicunt.* Et duo flumina fuêre, quorum alterum palmam, alterum oleam præterfluebat. Deum Apollinem intelligit.

Cap. 141. Dionysij oraculum fuit ad Pangæum, alij circa Hæmum ponunt, vbi *sunt & Orphei in tabulis inscriptiones,* εἰσὶ καὶ Ὀρφέως ἐν σανισιν ἀναγραφαί. Sophocles in Alcestide,

Σανισιν τὰς Ὀρφείας κατέγραψε γήρυς.

In tabulis Orphei descripsit oracula. Strabo. Herodotus lib. 7. ἔστι οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι, τὸ δὲ μαντήϊον τοῦτο ἐστι μὲν ἐπὶ τῶν οὐρέων τῶν ὑψηλοτάτων. Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ, πρόμαντις δὲ ἡ χρέωσα, κατάπερ ἐν Δελφοῖσι: *Apud Satras oraculum est Dionysi in editis montibus. Besi in templo vaticinantur, antistes fœmina reddit responsa, vt Delphis.*

Cap. 142. Rhesi oraculum in antro fuit. Euripides in Rheso. Rhesus ait, C

Κρυπτὸς ἐν ἄντροις τῆς ὑπαργύρου χθονὸς
Ἀνθρωποδαίμων κείσεται βλέπων φάος,
Βάκχου προφήτης, ὅστε Παγγαίου πέτραν
ᾤκησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Rhesus occultus in antris terra huius argentiferæ Semideus iacebit, lumen spectans, Bacchi Propheta, qui Pangæi petram incolit; venerandus Deus iis, à quibus cognoscitur.

Cap. 143. Oraculum in Mallo dicitur *clarissimum, & verissimum,* vt Lucianus in Philopseude, *responsa dare discertè, ad verbum respondens iis, quæ scripta in libello dederis Prophetæ.* τὸ ἐν Μάλλῳ μαντεῖον ἐπιφανέστατον, καὶ ἀληθέστατον χρᾷν ἐναργῶς, πρὸς ἔπος ἀποκρινόμενον οἷς ἂν ἐγγράψας τις εἰς τὸ γραμματεῖον παραδῷ τῷ προφήτῃ.

Cap. 144. In agro Vaticano fuit oraculum Dei Vaticani, vt Gellius lib. 16. *Et agrum Va-* D *ticanum, & eiusdem agri Deum præsidem appellatum acceperamus, à vaticiniis, quæ vi, ac instinctu eius Dei in eo agro fieri solita essent.* Festus tamen Vaticanum agrum dictum esse ait, quòd pulsis Hetruscis eo potitus sit populus Romanus, Vatum responsis.

Cap. 145. Alius fuit Deus Aïus, cui ara statuta, quæ est in intima noua via, quòd eo in loco diuinitùs vox edita.

Cap. 146. Panis oraculum fuit apud Pisas, vbi rustici Panis afflatu futura prædicunt. Statius lib. 3. Thebaïd. —— *licèt aridus Ammon*

Inuideat, Lyciæque parent contendere sortes,
Niliacúmque pecus, patrióque æqualis honore
Branchus, & vndosæ qui rusticus accola Pisæ
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in vmbra. E

Cap. 147. In Pisano agro Elæi Iouis Olympij nobile oraculum fuit, ait Strabo, vnde *Pisæus Iuppiter,* Pausaniæ. Item Iuppiter dicitur *Panomphæus*, quòd omnis vaticinij causa sit, cæteri sunt ὑποφῆται, & interpretes. Hesychius, ᾧ πᾶσα ὀμφὴ, καὶ μαντεία ἀνάκειται. Ouidius Metamorphos.

Ara Panomphæi vetus est sacrata tonantis.

Cap. 148. In Pharis Achaiæ Mercurij Agorei, seu forensis est oraculum. Qui responsa petunt, ei insusurrant quod volunt, cùm oleum in lampades, quæ pro simulacro eius excubant, infuderint, assemque dederint, tum digitis obturant aures, & è templo egressi eas reserant; posteà quæ prima vox ad aures acciderit, est oraculi loco, ait Pausanias.

Cap 149. Fuit & Cereris in fonte μαντεῖον, de quo diximus in Hydromantia.

Cap. 150. Fuit & Amphiarai oraculum in Attica, ad quod οὐδενὶ Θηβαίων ἔξεστι μαντεύεσθαι, *nulli*

A *nulli Thebanorum licet consulere*, vt Herodotus lib. 8. Cicero Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ Deus vt haberetur, atque vt ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Legendus Pausanias in Atticis. In Amphiarai templo in quiete monebantur de futuris, vt prodit ibidem Herodotus. Thebani maluerunt eo *συμμάχῳ χρῆσθαι, ἢ μάντει*, ait Herodotus, qui eodem loco Trophonij, Apollinis Abæi, Ismenij, Ptoi, meminit. Philostratus lib. 2. Apollonij, Amphiaraus *μαντευόμενος ἐν τῇ Ἀττικῇ νῦν ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις*, *vaticinans in Attica inducit somnia consulentibus*. Eos, qui responsa petunt, Sacerdotes integrum diem à cibo, triduum à vino, iubent abstinere, *vt pura anima sermones hauriant*, ἵνα διαλαμπούσῃ τῇ ψυχῇ τῶν λόγων σπάσῃ. Idem in Vinitore, ἀδικήσεις δέ τι τῶν τε Ἀμφιάρεων, ὃν λέγεται ἡ γῆ ἐν σοφῷ ἀδύτῳ ἔχειν, Ἀμφίλοχόν τε τὸν τούτου παῖδα. *Iniustus eris, si non credideris Amphiarao, quem dicitur terra sapienti adyto claudere, & Amphilochum filium eius*. Idem in Amphiarao, γράφει δὲ καὶ τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω ῥῆγμα ἱερὸν, καὶ θειῶδες· αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια λευχειμονοῦσα, αὐτοῦ καὶ ὀνείρων πύλη, δεῖ γὰρ τοῖς ἐνταῦθα μαντευομένοις ὕπνου: *Pingit & Amphiarai oraculum sacrum, & diuinum antrum, ibi & veritas albata, & somniorum porta: qui enim consulunt, egent somno*. Pausanias in Atticis, θύουσι κριὸν, ei *arietem immolant*, cuius pellem sibi substernunt dormituri, vt somnio moneantur.

Cap. 151. In Italia Fauni oraculum, de quo Virgilius lib. 7. Æneid.

> ——— *oracula Fauni*
> *Fatidici genitoris adit, hic dona Sacerdos*
> *Cum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti*
> *Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit.*
> *Multa modis simulacra videt volitantia miris,*
> *Et varias audit voces, fruitúrque Deorum*
> C *Concilio.*

Cap. 152. Omolij Iouis oraculum Thebis fuit, & Omolois antistita, quæ deinde Delphos missa est. Suidas, Ὁμολώϊος Ζεὺς ἐν πόλεσι Βοιωτίας ἀφ' Ὁμολωίας προφήτιδος, τῆς Ἐνυέως, ἣν προφῆτιν εἰς Δελφοὺς πεμφθῆναι: *Omoloïus Iuppiter in vrbibus Bæotia dictus ab Omoloïa prophetissa filia Enyei, qua Delphos missa est.*

Cap. 153. Apud Thraces Martis est oraculum, ait Herodotus lib. 7.

Cap. 154. Oraculum Æsculapij per somnia fuit Pergami, vt Philostratus lib. 4. cap. 3. τοῖς τε ἱκετεύουσι τὸν θεὸν ἀποφθεγγόμενος ὁπόσα δρῶντες, δεξιῶν συμβόλων ὀνειράτων τεύξονται: *Consulens supplicibus, quo pacto somnia impetranda essent à Deo*. Basilius Isauriæ Episcopus, in sancta Thecla, lib. 2. δαίμονος τοῦ παρὰ Κασταλίας νάματα ποιουμένου τὰς μαντείας, τοῦ ἐν Περγάμῳ, καὶ ἐν Ἐπιδαύρῳ, καὶ ἐν Αἰγαῖς ταύταις Ἀσκληπίου χρηστήρια, καὶ παθῶν λυτήρια: *Dæmonis, qui ad aquas Castalias*
D *oracula edit, item Aesculapij oracula, quæ sunt Pergami, in Epidauro, in Abis, & morborum leuationes.*

Cap. 155. In Ætolia oraculum Amphilochi, vt Aristides oratione in Bacchum.

Cap. 156. Suetonius in Tito Paphiæ Veneris oraculum commemorat.

Cap. 157. Serapidis oraculum in Ægypto fuit, cuius meminere Suidas & Cedrinus, qui Thuli Regi Ægypti quærenti, quis se Rex vnquam potentior fuisset, aut esset futurus, respondit, πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς, *Primùm Deus te maior est, & Verbum eius, & Spiritus*. Respondebat vtplurimùm per somnia prosa oratione, vt Aristides oratione in Serapin.

Cap. 158. Amphilyti oraculum commemorat Aristides oratione Sicula prima.

Cap. 159. Thebis Ægyptiis Iouis Beli oraculum, vbi mulier antistes, ait Herodotus lib. 1.

Cap. 160. Apios oraculum in Ægypto, μάντις τε ἦν ἄρα ἀγαθὸς ὁ Ἆπις, οὐ καθίζων μὰ δία,
E κόρας ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας ἐπί τινων τριπόδων, οὐ δὲ μὴν πόματος ἱεροῦ ἐμπιπλάς: *Vates bonus est Apis, non puellas, aut aniculas collocans in tripodibus, neque sacra oratione implens*. Sed qui consulit, Deum precatur. παῖδες δὲ ἀθύροντες ἔξω καὶ πρὸς ἀλλήλους σκιρτῶντες ἐπίπνοι γινόμενοι σὺν τῷ ῥυθμῷ αὐτὰ ἕκαστα προλέγουσι: *Pueri autem ludentes foris, & saltantes inter se diuino afflatu perciti ad numerum singula prædicunt*, quæ vel iis, quæ apud Sagram contigerunt, veriora sint. Ælianus in histor. animal. lib. 11. cap. 10. Statius lib. 3. Thebaid. Apin vocat *Niliacum pecus*, vbi Luctatius Taurum lunatum Isidis intelligit, qui Ægyptiis motu corporis sui, & quibusdam signis futura prædicit. Plinius lib. 7. cap. 46. *Sunt gemina Api Aegyptiorum delubra, Thalamos vocant, auguria populorum; alterum intrasse lætum est, in altero dira portendi.*

Hæc de variis Oraculis sublegi, quibus & alia possem addere, si operæ esset. Interim admoneo, responsa, quæ à Diis ipsis redderentur, vocari χρησμοὺς αὐτοφώνους à Luciano in Pseudomante, quæ à Fanaticis, aut Prophetis ὑποφητικούς. Fanatici ipsi, ὑπακουοί, ὑποφῆται.

Apollonius lib 4. Argonaut. A

> Μυσάων ὁ δὲ μῦθος, ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω
> Πιερίδων.

Ibidem ὑποφήτορας vocat: Homerus, θεῶν ἐαριστὰς: Latini, *Interpretes.* Virgilius lib. 3. Æneid.

> *Troiugena Interpres Diuûm, qui numina Phœbi,*
> *Qui tripodas, Clarÿ lauros, qui ſydera ſentis.*

Cicero ſcribit, Delphica oracula verſu reddi deſiiſſe iam inde à Pyrrhi Regis Epirotarum ætate. Plutarchus libro de defectu Oraculor. ſub Auguſto Cæſare oracula ceſſaſſe docet. Symmachus lib. 4. epiſt. 33. *Non vides, oracula olim loquuta deſiiſſe, nec vllas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis vllum carmen audiri.* Theodoretus tamen lib. 3. cap. 9. Hiſtor. Eccleſiaſt. Epiphanius, ſiue Caſſiodorus lib. 6. B cap. 44. Hiſtor. tripart. Iuliano imperante Delphicam Delum, & Dodonæa oracula in aliquo vſu fuiſſe docent. Lege Plutarchum περὶ τῶν μὴ χρᾶν ἔμμετρα. Sanctus Athanaſius, Chriſti fide propagata, omnia veterum deliramenta ſenſim euanuiſſe oſtendit lib. de Incarnat. καὶ πάλαι μὲν τὰ πανταχοῦ τῆς ἀπάτης τῶν μαντείων ἐπεπλήρωτο, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς, καὶ Δωδώνῃ, καὶ Βοιωτίᾳ, καὶ Λυκίᾳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Αἰγύπτῳ, καὶ Καβείροις μαντεύματα, καὶ ἡ Πυθία ἐθαυμάζετο. πάλαι μὲν δαίμονες ἐφαντασιοσκόπουν τοὺς ἀνθρώπους προκαταλαμβάνοντες πηγάς, καὶ ποταμούς, ἢ ξύλα, ἢ λίθους, καὶ οὕτω τῶν μαγγανείαις ἐξέπληττον ἄφρονας: *Omnia olim vbique magicis fraudibus plena erant Delphis, Dodona, in Bœotia, Lycia, Libya, Aegypto, Cabiris, Pythia in miraculum erat. Dæmones obſederant fontes, fluuios, ligna, lapides, & præſtigiis imponebant inſipientibus.*

Inter Oracula reponi poſſunt Libri fatales, quos commemorat Liuius lib. 5. *Deos peſtis arcendæ cauſa placandos eſſe in libris fatalibus inuentum eſt.* Et Arnobius lib. 7. qui Libri Si- C byllini, de quibus alibi agimus. De Oraculis autem, quæ defecerunt, ipſe Apollo reſpondit apud Euſebium, lib. 5. Præparat. Euangel.

> Ἀμφὶ δὲ Πυθῶ, καὶ Κλάριον μαντεύματα Φοίβου
> Αὐδήσει φάτις ἡμετέρη θεμιτώδεσιν ὀμφαῖς
> Μυρία μὲν γαίας μαντήια θέσκελα νώτω,
> Ἐβλύσθη, πηγαί τε, καὶ ἄσθματα δινήεντα,
> Καὶ τὰ μὲν ἂψ χθονίοισιν ὑπαὶ κόλποισιν ἔδεκτο
> Αὐτὴ γαῖα χανοῦσα, τὰ δ' ὤλεσε μυρίος αἰών.

De oraculo Pythio, & Clario, Phœbi oraculis dicet noſtra dictio voce veraci, infinita oracula diuina ebullarunt ex dorſo terræ, & fontes, & aſpiritus verticoſi, & ea rurſum terra hians recepit ſinu terreſtri, alia infinitum æuum extinxit. Soli lucenti vni adhuc in Didymæorum conuexo ſupereſt D aqua fatidica Mycaleïa, & ad radices Pythonis ſub iugo Parnaſſi, & aſpera Claria, horridum oſtium Phœbeæ vocis. Aliud reſponſum datum Nicæenſibus,

> Πυθῶνος δ' οὐκ ἔστιν ἀναῤῥῶσαι λαλὸν ὕδωρ.

Non licet inſtaurare aquam fatidicam Pythonis. Sanctus Athanaſius lib. de Incarnat. πότε δὲ τὰ παρ' Ἕλλησι καὶ πανταχοῦ μαντεῖα πέπαυται, καὶ κεκένωται, εἴτε (lego εἰμὴ ὅτι) μέχρι γῆς πεφανέρωκεν ἑαυτὸν ὁ σωτήρ: *Vnde vbique gentium oracula deſierunt, & euanuerunt, niſi quia ſeipſum in terra Seruator manifeſtum fecit.*

IVLII

IVLII CÆS. BVLENGERI

DOCTORIS THEOLOGI,

DE SORTIBVS.

LIBER II.

CAPVT PRIMVM.

De Sortibus.

A SORTES pro Oraculis multis locis fuêre, atque adeò pro vaticiniis sæpe vsurpantur. Vnde *Lycia sortes*, Virgilio, & lib. 29. Ammiano, *An ex fide sortium ea præscierint, quæ sustinerent.* Sortes propriè dictæ, quæ manu mouerentur, siue tesseræ ex vrna ducerentur, siue tali in alueolum mitterentur, siue in fontem iacerentur, modo fortuito, & casu fieret. Quò pertinet illud Ciceronis lib. 2. Diuinat. *Quid enim sors est? Idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas, & casus, non ratio, & consilium valet.* Iuuenalis,

Et sortes ducet. ——

Cæritum sortes, Prænestinæ, Antiatinæ, Falerinæ, Aponinæ, tabellæ ligneæ fuêre, literis inscriptæ, quas Oraculi vice consulebant. γραμματεῖα vocat Plutarchus in Fabio, de Fa-B lerinis agens. In veter. inscript. *Sortibus sublatis, sacro suscepto.* Sortes igitur erant tabellæ, aut talcolæ ligneæ, quibus literæ ad diuinandum insculptæ, siue notæ. Interdum quatuor, aut quinque verba inscripta, vt apud Liuium lib. 22. & Plutarch. in Marcel. ὅ δ' ὑπὲρ Φαλερίας οὐρανὸν ῥαγῆναι δόξαντος ἐκπίπτειν, καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει: *Cùm cælum supra Falerios rumpi visum esset, multas tabellas cecidisse, & sparsas esse, in quarum vna scriptum ad verbum, Mars sua arma quatit.* Buraici Herculis sortes talis in alueum missis commemorat Pausanias in Messeniac. Βουραϊκὸς Ἡρακλῆς ἐν Ἀχαΐᾳ, μαντείας δ' ἐπὶ πίνακι, καὶ ἀστραγάλοις ἐστὶ λαβεῖν. Εὔχεται μὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγάλματος, λαβὼν δὲ ἀστραγάλους τέσσαρας ἀφίησιν ἐπὶ τῆς τραπέζης: *Buraicus Hercules in Achaia, vbi licet diuinationem capere, talis in tabulam missis. Qui enim sortes consulit, precatur ante simulacrum, sumptosq́; talos quatuor mittit in mensam.* Numerius Suffetius Præneste somnio mo-C nitus est silicem cædere, *Perfracto saxo sortes erupere in robore insculpta priscarum literarum notis. Is est hodie locus septus religiosè, propter Iouis pueri, qui lactens cum Iunone, in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissimè colitur à matribus. Eodem tempore, illo loco, vbi nunc Fortunæ sita ædes est, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicésque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorúmque iussu ex illa olea arcam esse factam, eáque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi, quæ Fortunæ monitu pueri manu miscentur, atque ducuntur? &c. Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explosit. Fani pulchritudo, & vetustas Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus*, ait Cicero lib. 2. Diuinat. Plurimum autem auctoritatis eas sortes habuisse indicat Suetonius cap. 63. *Tiberius aruspices secretò, ac sine testibus consuli vetuit; vicina verò Vrbi oracula etiam disicere conatus est, sed maiestate Prænestinarum sortium territus destitit, cùm obsignatas, deuectásque Romam non reperisset in arca, nisi* D *relatas rursus ad templum.* Vbi animaduertes, sortes in arca clausas. Ea arca ex olea, vt Cicero. Statius lib. 1. Siluar.

Quod ni templa darent alias Tirynthia sortes,
Et Prænestinæ poterant migrare sorores.

Fortuna enim Præneste colebatur, sub imagine duarum sororum, vnde responsa data. Puer sortes in vrnam coniectas mouebat, & ducebat. Silius.

—— Sacrisque dicatum
Fortunæ Præneste iugis. Martial.
Seu tua veridicæ discunt responsa sorores.

Propertius lib. 2. eleg. 32.

Nam quid Prænestis dubias, ô Cynthia, sortes,
Quid petis Aeæi mœnia Telegoni?

Sueton. in Domitiano cap. 13. *Prænestina fortuna toto Imperij spatio nouum annum commendanti, latam, eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit.* Strabo lib. 5. Πραίνεστος δ᾽ ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον, *Præneste est, vbi fortunæ fanum, & oraculum est celebre.* Macrobius ait Fortunarum simulacra moueri, cum darent responsa. Valer. Max. lib. 1. cap. 3. *Lutatius, qui primum bellum Punicum confecit, à senatu prohibitus est sortes Prænestinæ Fortunæ adire.* Lamprid in Alex. Seuero. *Huic sors in templo Prænestinæ talis extitit, cum illi Heliogabalus insidiaretur,*

——Si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris.——

Vnde coniicias Prænestinas sortes non modo manu pueri moueri, sed voce interdum responsa Præneste dari. Fuerunt & fortunæ Antij, de quibus Martialis:

Seu tua veridicæ discunt responsa sorores.

Horatius,

O Diua gratum quæ regis Antium.

Sueton. in Caligula, *Monuerunt & sortes Antiatinæ, vt à Cassio caueret.* Sortes interdum pro oraculis, & responsis, Tibul. lib. 2. eleg. 8.

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum,
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis.

Sueton. Vespasianum *apud Iudæam Carmeli Dei oraculum consulentem ita confirmauere sortes, vt quidquid cogitaret, volueretque animo quantumlibet magnum id esse prouenturum pollicerentur.* De Carmelo Tacit. lib. 2. Hist. *Est Iudæam inter, Syriamq́; Carmelus, ita vocant montem, Deumq́; Nec simulacrum Deo, aut templum, sic tradidere maiores, aram tantum, & reuerentiam. Illic sacrificanti Vespasiano cum spes occultas versaret animo, Basilides Sacerdos inspectis identidem extis, quicquid est, Vespasiane, quod paras; datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.* Ammian. Marcel. lib. 15. *Athanasius dicebatur fatidicarum sortium fidem, quæve augurales portenderent alites scientissime callens, aliquoties prædixisse futura*, lib. 29. *motásque secretis artibus sortes, & nuncupationem principis optimi, & ipsis consultoribus luctuosos exitus prædixisse.* Ad sortes pertinet diuinatio διὰ τῶν ψήφων, *per calculos*, cuius meminit Philostratus lib. 2. de vita Apollonij, & lib. 2. Græc. Epigr.

ὁ δὲ λαβὼν ψηφῖδας ὑπὲρ πίνακος δὲ πυκάζων,
δάκτυλα δὲ γνάμπτων.

Ille calculos sumens, & in tabula frequentes eos ponens, & digitos inflectens. Ad sortes item pertinet cortina laurea, de qua Ammianus Marcell. lib. 29. *Instruxisse ad cortinæ similitudinem de laureis virgulis hanc mensulam.* Sozomen. mensam hanc *tripodem* vocat lib. 6. cap. 35. Mensæ per quam diuinationes fiebant, meminit Tertullian. Apologet. *Si magi phantasmata edunt, si pueros in eloquium oraculi eliciunt*, &c. *Si dæmones eis assistunt per quos & capræ, & mensæ diuinare consueuerunt, producatur aliquis ex ijs qui Deo pati existimantur, qui aeris maleficum numen de nidore concipiunt, qui ructando loquuntur, qui anhelando profantur.* Capras primas oraculum Delphis fecisse docet Diodor. Siculus lib. 16. Pausanias ad Parnassum tres Nymphas Apollinis fuisse nutrices ait, quæ per sortes diuinarent, de quibus Prouerbium, πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες: *Multi triboli, pauci autem vates.* Ex Nymphæ dictæ Thriæ, ait Philochor. vnde *sortes Thriæ* apud Pausaniam. Ouidius libr. 7. Metamorph.

Carmina Naiades non intellecta priorum,
Soluunt ingenijs.

Didymus auctor est Mineruam diuinationem per sortes inuenisse, quibus Iuppiter derogarit fidem in gratiam Apollinis. Germani virgam frugiferæ arbori decisam in surculos amputabant, cósque notis quibusdam discretos super candidam vestem temerè spargebant. Sacerdos ciuitatis ter singulos tollebat, sublatos secundum impressam ante notam interpretabatur, vt Tacitus lib. de moribus Germanor. Rabdomantiæ quoddam genus est

Oscæ

A Oseæ cap. 4. *Populus meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei*, vbi Theophylactus, *virgas duas statuentes carmina quædam admurmurant, deinde virgis ministerio dæmonum cadentibus considerant, quonam vtraque cadat, retrorsum, an antrorsum, ad læuam, aut dextram, sicq; tandem responsa dant insipientibus, virgarum casu, pro signis vsi.* In circo Vates erant, aruspices, genethliaci, quorum sortes consulebantur. Iuuenalis Satyr. 6.

Si mediocris erit spatium, lustrabit vtrumque
Metarum, & sortes ducet, frontémque, manumq;
Præbebit vati crebrum poppysma petenti.

Ouidius lib. 1. Metamorph.

—— Et auxilium per sacras quærere sortes.

Vetus Iuuenalis Scholiastes scribit Aruspices de circo ex oris pressi sono quod *poppysma* di-
B citur, futura collegisse. Iuuenal. Satyr. 6.

Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum
Consulit ante phalas, delphinorúmque maniplos.

Et Græcis dicta est *Cleromantia*, diuinatio per sortes, cuius vna species fuit, cum Poëtæ alicuius versus sorte consulerentur. *Rapsodomanteam, & rapsomanticen* vocant, quam qui tenerent *rapsodomantes* dicti. Interdum Homericas, aut Virgilianas sortes consulebant, Christiani libros sacros, vnde quædam quasi oracula sibi fingerent. Spartianus in Adriano, *cum sollicitus de Imperatoris erga se indicio Virgilianas sortes consuleret.* Apud Pollionem Clodius Virgilij sortibus huiusmodi illustratus est.

Tu regere Imperio populos Romane memento.

Apud Spartianum Adriano *cum Virgilianas sortes consuleret.*

C *Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ*
Sacra ferens. ——

Sors excidit, quam alij ex Sibyllinis versibus ei prouenisse dixerunt. Seuerus Alexander apud Lampridium cum Virgilianas sortes consuleret, incidit in hæc verba,

Tu regere Imperio populos Romane memento.

De sortibus sacri instrumenti Gregorius Turonensis lib. 5. Histor. Franc. *Meroueus Chilperici filius tres libros supra sancti Martini sepulchrum posuit*, id est *Psalmorum* (ita lego) *Regum, Euangeliorum, & vigilans tota nocte petiit vt sibi ventura ostenderentur. Continuato triduo in vigiliis, & orationibus reuoluit libros.* Nicephorus Gregoras lib. 8. ἀνοίξαι ἐκέλευσε δὲ ἐν τῷ ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημα τῶν οἰκείων ἀπορημάτων, *existimauit è psalterio aperiendum esse problema suæ calamitatis.* Aliud genus est sortium in epist. Nicolai Papæ ad Bulgaros, *Græci codicem accipientes in manibus clausum,*
D *vnus ex iis accipiens paruissimam particulam ligni hanc intra ipsum codicem condit, & si vndecunque aliqua vertitur ambiguitas per hoc affirmant se scire posse quod cupiunt.* Interdum nobilis alicuius Poëtæ selectos versus tesseris ligneis inscriptos in situlam mittebant, tum vt sorte traherentur futura coniectabant, sortemque excidisse, exiisse, κλῆρον ἐκπεσεῖν dicebant. Interdum versus fatidicos in tabella describebant, & talorum iactu diuinationem peragebant, qui πίναξ ἀγυρτικὸς, & ἀγυρτικὴ τάξις. Sanctus Augustinus lib. 4. Confess. cap. 3. *Si enim de paganis Poëtæ cuiuspiam longè aliud canentis, atque intendentis, cum sortem quis consulunt, mirabiliter consonus negotio sæpe versus exiret.* Dicitur & στιχομαντεία, qua Socrates vsus mortis suæ diem coniecit. Cui successere sortes Apostolorum, quibus vsus Heraclius apud Cedrenum καὶ ἀνοίξας τὰ ἅγια καὶ ἄχραντα Εὐαγγέλια, εὗρεν ἐπιτρέποντα ἐν Ἀλβανίᾳ παραχειμάσαι, *Heraclius cum aperuisset intemerata Euangelia, inuenit ea sibi concedere vt in Albania hybernet.* Vetantur
E eiusmodi superstitiones c. aliquanti cap. si quis clericus 26. q. 5. Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 16. *Positis clerici tribus libris super altarium, id est, Prophetiæ, Apostoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad dominum, vt Christiano quid eueniret ostenderet. Aperto igitur primo omnium Prophetarum libro reperiunt: Auferam maceriam eius.* lib. 5. cap. 49. *Mæstus turbatusque ingressus oratorium Dauiticorum carminum sumo librum, vt scilicet apertus aliquem consolationis versiculum daret, in quo ita repertum est: Eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.* Interdum de voce Diaconi legentis in Ecclesia omen captabant, quod de sancto Antonio scriptum, qui ex verbis Diaconi Euangelium recitantis in Ecclesiam ingrediens omen captauit, *vade, vende quæ habes, & da Pauperibus.* Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 4. *Nam in die Paschæ dum fratre meo Sigiberto in Ecclesia procedente Diacono cum sancto Euangeliorum libro nuncius Regi aduenit, vna atque vox fuit pronunciantis lectionem Euangelicam, ac nuntij dicentis: Filius natus est tibi.* Hoc genere diuinationis vsus Andronicus apud Gregoram lib. 8. Sancta Theo-

dora Alexandrina apud Metaphraſt. in 11. Septemb. Gundulphus apud Ranulphum lib. 7. Polycron. cap. 6. Metaphraſtes in Octobri de ſanct. Cypriano εἰπὼν τινὰ εἰς τὸ κυριακὸν δεξιὸν ἐποιεῖτο σύμβολον τὸ εἰς τὸν ναὸν εἴσοδον, εἰ τῷ σκόπῳ αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς ἀκροάσεως ῥήματα συμβαίνοντα ἔχοι. εἶχε γὰρ παραδόξως καὶ τὸν διάκονον ταῦτα δὴ τὰ τοῦ Ἀποστόλου διαλεγόμενα. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, &c. *Ingrediens in Dominicam, ſiue Eccleſiam, dexterum & felix omen fecit ingreſſus ſui in templum, ſi verba lectionis congruentia cogitationi ſuæ haberet. Habuit autem ex inopinato Diaconum hæc Apoſtoli verba expreſſè recitantem: Chriſtus nos redemit ex maledicto legis, ipſe pro nobis factus maledictum.* Per talos interdum ſortes quæſitas oſtendimus. Suetonius in Tiberio cap. 14. *Cum in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit vt ſummum numerum iacti ab eo oſtenderent; hodiéque ſub aqua viſuntur hi ta[li].* Sortes ex vrna commemorat Horatius Satyr. 9. lib. 1. quas mouebant aniculæ, vt futura prædicerent.

> *Namque inſtat fatum mihi triſte Sabella,*
> *Quod puero cecinit diuina mota anus vrna.*

Fuere & vates viales, quos Æſchylus in Prometheo ἐνοδίους συμβόλους vocat. Aruſpices de circo triuio, & foro inſectatur Artemidorus in procemio. σφόδρα διαβεβλημένων τῶν ἐν ἀγορᾷ μάντεων, οὓς δὴ προΐκτας τε καὶ γόητας, καὶ βωμολόχους καλοῦσι, οἱ σεμνοπροσωποῦντες, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες: *Cùm maximè improbentur vates è foro, quos mendicos, magos & ſcurras vocant, qui vultu grauitatem ſimulant contracto ſupercilio.* Tibullus eleg. 3. lib. 1.

> *Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi*
> *Rettulit è triuiis omina certa puer.*

Tollere ſortes, eſt κληδονίζειν. in veteribus inſcriptionibus dicitur *Sortibus ſublatis cognitum.* Sortes erant ſigna quæ dabantur alicui puero de triuio, quæ ſi conuenerant ei ſigno, quod ille qui ſortes dederat, habebat in animo, tunc benè ſecum agi putabant. Catullus, cùm de via mulier alites oſtendit oſcitantes, Mulierem de via vocat. τὴν τύχουσαν, *alites oſcitantes*, λάρους χάσκοντας, quia ij eiecti fame tabeſcunt. Eiuſmodi mulieres quæ nactæ non eſſent de ſortibus aut præſtigiis conſulere ſolebant. De ſortibus per talos in templis, ſcholiaſtes Pindar. c. 4. εἰώθεσι διὰ κλήρων μαντεύεσθαι τὸ πρίν. καὶ ἦσαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν τραπεζῶν οἱ ἀστράγαλοι, οὓς ῥίπτοντες ἐμαντεύοντο. οἷον ἐὰν ἐκβάλλοντός μου τόδε ἀναβῇ, ἀποτελεσθήσεται τόδε, εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀποτελεσθήσεται: *Conſueuerant olim vaticinari per ſortes. Et erant in ſacris menſis tali, quos iacientes vaticinabantur. Verbi cauſa, ſi me iaciente hoc ceciderit, illud eueniet; ſin minus, non eueniet.* ἀστραγαλομάντεις, apud Artemidorum lib. 2. qui de talorum iactu futura vaticinabantur, vt in Herculis Buraici ſpecu apud Pauſaniam in Arcad. κυβομαντεία fuit apud Propertium,

> *Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,*
> *Damnoſi ſemper ſubſiliere canes.*

Genus ſortis fuit cùm digitis micarent. Ptolemæus Hephæſtionis apud Photium in Bibliotheca pag. 147. Ἑλένη πρώτη ἐπενόησε τὸν διὰ δακτύλων κλῆρον, καὶ Ἀλεξάνδρῳ λαχοῦσα ἐνίκησε: *Prima Helena repperit ſortem per digitos, & cum Alexandro ſortiens vicit.* Nonnus Panopolitanus in cap. 19. Ioannis,

> —— ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτοῦ
> Δάκτυλα χειρὸς ἀφέντες ἑκηβόλα σύμβολα νίκης
> Λαχμῷ πάντες ἴδωμεν ἀδήριτον τίνος ἔσται.

Ne diſcindamus Chriſti tunicam inconſutilem, aiunt milites; *ſed ſuper ea digitos manus emittentes procul iacta victoriæ ſigna ſortitione videamus contentionis experte cuius ea erit.* Idem lib. 23. Dionyſiacon.

> —— Φιλακρήτου δὲ Βολάων
> Λαχμὸς ἔην μέτωπον ἑτερότροπα δάκτυλα χειρῶν,
> Καὶ τὰ μὲν ὀρθώσαντες ἀνέσχεθον, ἄλλα δὲ καρπῷ
> Χειρὸς ἐπεσφήκωσαν συνήορα σύζυγι δεσμῷ.

Erat ſortitio indiſcretis manuum iactibus ſequens varios digitorum modos, quos interdum ſublatos erigebant, alios in pugnum includebant compreſſos in vinculum. Olim in rebus emendis, ſi de pretio nō conuenirent, rem micantibus digitis permittebant, quod vetitum ab Aproniano præfat. vrbis, in veteribus inſcriptionibus. *Ex auctoritate Turci Aproniani V. C. Præfecti vrbis. Ratio docuit vtilitate ſuadente, conſuetudine micandi ſummota, ſub exagio potius pecora vendere, quàm digitis concludentibus tradere.* Varro in Parmenione, *micandum erit cum Græco vtrum illius numerum, an ille meum ſequatur.* Vetus verbum eſt, *dignus qui cum in tenebris mices.* Cicero lib. 3. de officiis & lib. 2. de Diuinatione. *Quid enim ſors eſt? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras.*

Idem

A Idem lib. 2. de finibus. Porro qui cum in tenebris micęs, ei liberum est, si velit fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices, dicitur, qui sit adeò certa fide, vt nec si tuto possit, velit quempiam mendacio fallere. Nonnunquam sortes dicebantur signa data consulentibus, quibus vsus Vates. Euripid. in Hippolyto καὶ δέλτος ἥδε κλῆρον οὐ δεχομένη. Et tabella *hac sortem non admittens*. Scholiast. κλῆρός ἐστι τὸ σημεῖον τὸ διδόμενον τοῖς μαντευομένοις, ἀφ' ὧν οἱ μάντεις ὁρμώμενοι προφητεύουσι περὶ τῶν μελλόντων. τῶν δὲ μάντεων οἱ μὲν ὄρνισι προσέχουσι, οἱ δὲ κλήροις: *Sors est signum datum consulentibus oraculum, à quo exorsi vates prædicunt de futuris.* Lego ἀφ' οὗ. *Vatum autem alij auibus, alij sortibus attendunt.* Trebellius Pollio in diuo Claudio. *Exprimenda est sors, quæ Claudio data esse perhibetur. Nam cum consuleret factus Imperator quandiu imperaturus esset, sors talis emerserit.*

B
Tu qui nunc patrias gubernas oras
Et mundum regis arbiter Deorum,
Ibis in veteres tuis nouellis,
Regnabunt etenim tui minores,
Et reges facient suos minores.

Item cum in Aponino de se consuleret, responsum huiusmodi accepit.

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Item cum de posteris suis quæreret,

His ego nec metas regni, nec tempora pono.

Item cum de fratre Quintillo, quem consortem habere volebat Imperij,

Ostendent Terris hunc tantum fata.

C Lampridius in Alexandro Seuero. *Ipse cum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc paruulus, & primis quidem sortibus:*

Te manet Imperium cæli, terræque, marisque.

Intellectum est, quòd inter diuos quoque referretur.

Te manet Imperium quod tenet Imperium.

Vopiscus in Firmo, *Iuppiter aureus, & gemmatus ponendus in templo Solis, Appenninis sortibus additis, quem appellari* Aurelianus *voluerat Iouem Consulem, vel consulentem.*

Pausanias in Laconicis, Aqua Inus est in Laconibus, in quam si massa missa mergitur, auspicatum est; si respuitur, inauspicatum. Idem est de donis aureis, & argenteis, quæ in Æthnam mittuntur. A sortibus sortilegi dicti, de quibus Cic. lib. 1. diuinat. *Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque eos qui quæstus causa hariolantur, ne psychomantea quidem agnoscere.* lib. 2. Sors edita est opulentissimo regi, sors ipsa referenda est ad sortes. Sortilegi qui sortes in-

D terpretantur. 27. q. 1. in decret. *Sortilegi, sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas Sanctorum, seu Apostolorum vocant, sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt.* Cic. lib. 1. Diuinat. *oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa quæ instinctu diuino, afflatúque funduntur; & si ipsa sors contemnenda non est, si & auctoritatem habet vetustatis, vt ea sunt sortes, quas è Terra editas accepimus, quæ tamen ducta, vt in rem apte cadant fieri posse credo diuinitùs.* Cæsar lib. 1. Gallici. *M. Valerius Procilus se præsente de se ter sortibus consultum dicebat, vtrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reseruaretur; sortium beneficio se esse incolumem.* Sortem diuinatoriam improbari nemo dubitat cap. sortes 26. q. 5. Salisberiensis lib. 1. c. 12. *Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis superstitiosa quadam obseruatione rerum pollicentur euentus; quod genus sortes Apostolorum & Prophetarum & diuidentium (lego diuinantium) & inspectio tabulæ, quæ Pythagorica appellatur, obseruatio quoque cuiusque casus*

E *inciti de quo quæritur significatione.* Aliæ sortes apud Lamprid. in Heliogabalo. *Sortes sane conuiuales scriptis in cochlearibus tales habuit, vt alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, vt vera sortes essent, & fata tentarentur;* id est, alius tenderetur exhibere decem camelos. Cæritum Sortes nobiles fuere. Liuius lib. 21. *Cære sortes extenuatas.* Sidonius car. 4. *Non sortes Lyciaque Cæritumque responsa.* Lectisternium Cære vbi sortes extenuatæ erant imperatum lib. 22. fateris sortes sua sponte extenuatas, vnamque excidisse ita scriptam, *Mauors telū suum concutit.* Quod supra ex Plutarcho in vita Marcelli notauimus.

Sortes Circulatorum quæ fuerint, indicat vet. schol. Iuuenal. sat. 6. ad hæc verba, *Spatium lustrabit, quod Circulatores hoc consueuerint adhibere, vt delectis sibi locis duobus eos lustrent, id est, circumeant, deinde per eos sortes, id est, taxillos iactitent, quo exinde quod sua geneseos signum se accommodaturi inspiciatur, aliquid nouet, & quando, & paucis ex verbis ibidem conscriptis sortes ducunt sua.* Patres in Conciliis sortes diuinatorias damnant. Græci vocant ἀστραγαλομαντείαν, κληρο-
μαντ

μαντείαν, τελωμαντείαν, πεσσομαντείαν, κυβομαντείαν, ῥαβδομαντείαν, Quod talis, tesseris, virgis vterentur. Concilio Venetico anno Christi 453. in Britonibus habito cap. vlt. *Clerici student augurius, & sub nomine confictorum religionis, quas Sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inscriptione futura promittunt.* Idem vetatur Synodo Agath. sub Symmacho R. P. In sacris literis ῥαβδομαντείας quædam species esse videtur Ezechiel. cap. 21. *stetit rex Babylonis in biennio in capite duarum Viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit. Ad dextram eius facta est diuinatio super Hierusalem.* vbi S. Hieronymus ait, *stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare.* Polychronius *commiscere sagittas* interpretatur, ῥίψαι βέλη, *mittere iacula.* Septuaginta interpretes dixerunt ἀναβράσαι ῥάβδον, *ebullire, aut in altum eiibrare virgam.* S. Hieronymus eam vocat βελομαντείαν.

CAP. II.

De Vatibus & Fatidicis.

EXPLICATVM adhuc à nobis est de Diis, in quorum templis oracula reddita sunt, siue αὐτόφωνοι χρησμοὶ fuerint, cum Dij ipsi per se futura prædicerent; siue per interpretes, & προφήτας. Proximum est, vt de hominibus agamus qui diuinationis arte nobiles extitere. Multos numerat Clemens Alexandrinus lib. 1. stromat. Diuini fuere Amphilutes Atheniensis, Cometes Cretensis, Cinyras Cyprius, Admetus Thessalus, Aristæus Cyrenæus, Amphiaraus Atheniensis, Timoxenus Corcyræus, Demænetus Phocensis, Epigenes Thespius, Nicias Caristius, Aristo Thessalus, Dionysius Carthaginensis, Cleophon Corinthius, Hippo Chironis filia, Bœo, Manto, Sibylla, Calchas, Mopsus. Thebis fuit Omolois Pythia, quæ deinde Delphos missa est, vt Suidas. Strabo lib. 16. de Tiresia

> Τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια,
> Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.
> *Cui dederat vita functo Proserpina mentem,*
> *Vt saperet solus, reliquis errantibus vmbris.*

Iamidæ vates in magno nomine apud Græcos fuere, qui orti à Iamo, filio Apollinis & Euadnes, à quo Iamidæ vates. δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν ἐθρέψαντο δράκοντες ἀμεμφεῖ ἰῷ μελισσᾶν; vt ait Pindar. olymp. Od. 6. *duo dracones cæsiis oculis eum aluerunt succo salubri apum.* Tales fuere Amphiaraus, Trophonius, Orpheus, Musæus, & apud Getas olim Zamolxis Pythagoreus, ætate nostra Decineus, qui Byrebistę vaticinatur, & apud Bosphoranos Achaicarus, apud Indos Gymnosophistæ, apud Persas Magi, Necyomantici, Lecanomantici, Hydromantes: apud Assyrios Chaldæi, apud Romanos Tyrrheni, extispices. Talis erat & Moses, vt Strabo l. 16. Idem l. 7. non Decineum, sed κίνιον, qui Βοιρεβίσται, Bœrebistæ, vaticinabantur lib. 16. καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ τῷ Βυρεβίστᾳ θεσπίζων Δικένεος. In alterutro mendum esse oportet. Mulieris, quæ sine furore vaticinaretur, ἡ δὲ ἔφη ἔχειν μαντικὴν ἐκ μητρὸς θεῶν δεδομένην, χρῆσθαι δὲ αὐτῇ τοὺς τε νομεῖς πάντας τοὺς πλησίον: *Illa autem dixit diuinationem se habere à Matre Deum datam, vti autem pastores omnes, & finitimos suis vaticiniis.* Nicetas lib. 3. fanaticum quendam scribit Basilio Isaacio excæcationem, & de solio deiectionem prædixisse, quæ mox consecuta est. Degebat fanaticus iste prope Rhadestum, & vulgo Propheta habebatur. Ait Nicetas: sed immeritò, cùm nihil veri, aut perspicui de rebus futuris loqueretur, sed verba confusa, pugnantia, perplexa funderet, & suas diuinationes distorsionibus, & insanis gestibus perageret. *vaticinatorem* vocat. Ouid. lib. 1. eleg. 1. de Ponto.

> *Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ,*
> *Vnde tamen viuat vaticinator habet.*

Gallicenæ nouem virgines in Britannico mari, in Sena nobili Gallici numinis oraculo fuere, cuius numinis nouem illæ antistites perpetua virginitate sanctæ, quæ maria ventosque carminibus concitarent, seque in quæ vellent animalia verterent, sanarent, quæ ab aliis sanari non possent, ventura scirent, & prædicerent iis qui dedita opera visere venissent; non aliis. Legendus Pomponius Mella lib. 3. Xiphilin. Domitiano, Λαρρῖνός τε Πρόκλ@ δημοσίᾳ εἰπὼν ἐν Γερμανίᾳ ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν ᾗ ἐτεθνήκει, τελευτήσειν...

A τὴν τῶν ἐπὶ ἀρχὴν: *Larginus Proclus cum in Germania dixisset* Domitianum *qua die morituus est, necatum iri, missus est Romam ab eo qui prouinciæ præerat*, introductúsque ad Domitianum, id ita etiam tunc confirmauit fore. Anchisem vatem fuisse docet Ennius apud Varron.

Atque Anchises doctus, Venus quem pulcra Dearum
Fari donauit, diuinum & pectus habere.

Scythæ futura miro modo præsagiebant. Nam rectiores virgas fœminæ colligentes, easque cum incantamentis quibusdam secretis præstituto tempore discernentes; apertè nouerant quid portenderetur, ait Ammian. Marcellin. lib. 31. Telmissus vates nobilis fuit ex Hyperboreis ortus, qui in Caria vrbe Apollinis Telmessij fanum, & oraculum posuit, frater Galeotæ qui in Caria vaticinatus est, vt Stephanus. Τελμισσὸς πόλις Καρίας, ὡς ἡ φίλων, ἢ Στεφάνων Λυκίας· ἐπὶ τῶν ἀμφοτέρων ἱερὸν μετ' δαιδάλα. ὁ πολίτης Τελμισσεύς. Arnobius lib. 6. Sub

B Apollinis arula, quæ Telmissi apud oppidum visitur, Telmessum esse condirum vatem scriptis constantibus indicatur. Clemens in Protrept. ὁ ἢ μὴν ὃ ἐν Τελμισσῷ βωμὸν ὃ Ἀπόλλωνος, ὃν μνῆμα εἶναι ἢ τὸν Τελμισσέως ὃ μάντεως ἱστοροῦσι: *Neque sane aram Apollinis in Telmiss. quam monumentum esse Telmissi vatis commemorant.* Herodorus lib. 1. Τελμισσέας, coniectores Telmissenses vocat. Arrian. in Alexand. εἶναι γὰρ σφῶν Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, ἢ σφισιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς, ἢ γυναιξὶ, ἢ παισὶ τὴν μαντείαν: *Telmissenses esse qui diuina interpretari sciant, & ipsis vxoribus, ac liberis ab origine datum esse diuinationem.* Plutarc. in Alexandro, Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον, οὐδὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν: *Aristander Telmissensis respondit Olympiadem prægnantem esse: nihil enim quod sit vacuum, & inane obsignari.* Cicero, *Telmissus in Caria est, qua in vrbe excelluit aruspicum disciplina*, lib. 1. de diuinar. Hermotimus anima carebat, quasi per occasionem vagaturi hominis proficiscente de corpore. Crematus est ab vxore,

C & inimicis absente anima. Clazomenij templo eum consolantur, quo mulier non adit ob noxam vxoris, Plin. lib. 7. cap. 52. Plutarch. lib. de dæmonio Socratis, Ἑρμοτίμου ψυχὴ ἀπολείπουσα παντάπασι τὸ σῶμα, νύκτωρ ἢ καθ' ἡμέραν ἐπλανᾶτο πολὺν τόπον, εἶτα αὖθις ἐπανῄει, πολλοῖς τῶν μακρὰν λεγομένων, ἢ πραττομένων ἐντυχοῦσα, ἢ παραγινομένη: *Hermotimi anima omnino à corpore auulsa de nocte, & de die varias gentes peragrabat, deinde redibat, cum multa eorum quæ in longinquis regionibus gesta & dicta essent, oculis & oribus vsurpasset.* Polyidus vates Glaucum Minois filium, qui in mellis dolium lapsus perierat, quadam vaticinandi arte reperit διά τινος μαντείας ἀιδίου, ait Apollodor. lib. 3. de Diis. Ostanes omnium primus apud homines dies singulos planetarum nominibus indigerauit, & ex astrorum aspectu futura præuidit, vt ex oraculo Apollinis docet Eusebius lib. 4. Præparat. pag. 119. ἠδ' ἐξείης Ἀφροδίτην κλήσειν ἀφήγησις, ὡς ἔφη μάγων ὄχ' ἄριστος ὁ Ἑπταφύργου βασιλεὺς ὃν πάντες ἴσασιν, ἢ σφόδρα, ἢ καθ' ἕκαστον αἰεὶ

D θεὸν ἐπταχιφόλην. *Atque deinceps Venerem nominibus non dicendis, quæ inuenit Magorum longè optimus Rex Heptaphthongi, quem omnes norunt, & valde secundum vnumquemque Deum semper septivocalem.* Ælianus lib. 8. de Histor. Animant. Tiresiam, Polydamantem, Polyidum, Theoclymenum, Silianos, Megistanas, Aclidas commemorar. Philostrarus lib. 5. Apollonij, Iamidas, Clytiadas, Teleadas, Melampodidas. Fuit & Hystaspes Rex Medorum antiquissimus, quem ante Troiana tempora vaticinatum Rom. Imperij excidium auctor est Lactãr. lib. 7. c. 1. Hystaspen vocat Iustinus Apolog. 2. ἢ Σίβυλλα δὲ, ἢ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν: *Sibylla & Hystaspes fore incendium quo mortalia omnia delerentur, pronuntiarunt.* Item, θάνατος ὥρισθη, κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων: *Mors denuntiata est, aduersus eos qui libros Hystaspis, Sibyllæ, & Prophetarum legunt.* Plutarc. lib. de virtute mulier. ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βακίδος ἀντιπαραβάλλοιμεν, *aut Sibyllæ oracula compa-*

E *rabimus cum Bacidis responsis.* De Bacide vide Suidam in voce Bacis, Clement. lib. 1. Stromat. Dio. Chrysost. orat. 13. de exilio eius oracula extant in carminib. Sibyllin. pag. 80. & 81. Ælian. lib. 12. ποικιλ. cap. 35. Pausan. in Bœoticis, Βάκιν κατάσχετον αὐθις ἐκ Νυμφῶν. in Messeniac. Βάκιδι μανέντι ἐκ Νυμφῶν, *Bacidem à Nymphis furentem.* Aristoph. in vespis, εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι τε ἔσαι Βάκιν ἐξαπατήσουσι, εἰ μὴ παύσαιε βακίζων: *Si Nymphæ Bacidem non decipiunt, Si non desines vaticinari more Bacidis.* Marcij vatis carmen apud Liuium lib. 7. *Romulida si perduelles expellere voltis.* Festus in verbo *negumate, in carmine Marcij vatis negumate significat negate*, in verbo *ningulus. Marcius vates, ne ningulus mederi queat*, id est, nullus. Ammianus Marcell. lib. 14. *velut Amphiarao referente, aut Marcio vatibus quondam inclytis.* Marcij vatis meminit Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. Arnob. lib. 1. Isidorus lib. 7. Origin. Symmachus lib. 4. eleg. 34. Cicero lib. 1. Diuinat. *Marcius, & Publicius vates.* Scholiastes Aristophanis in equitibus, Bacis vnus Atheniensis, alter Locrensis, tertius Bœotius. Legendus Plato in Theage, Aristides

oratio

oratione Platonica secunda. Romæ Marcius vates, Faunus, & Carmenta in Latio, Bacides, & Lysistratus Athenis. χρησμολόγοι οἱ Βάκιδες ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Ἀρκάς, πολλὰ πολλοῖς προαγορεύσαντες, *fatidici Bacides, alter Bœotius, alter Arcas, qui multa multis prædixerunt*, ait Herodot. lib. 8. Ælianus lib. 12. Var. cap. 35. *Bacides tres, primus Græcus, alter Atheniensis, tertius Arcas* Bacidis oracula lege apud Herodot. lib. 8. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός, *ita se habet oraculum Bacidis de hac re.*

Dum iuga barbaricus canabacea iactat in æquor,
Eubœa capra balantes fac procul absint.

Φράζεο βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας. Eodem libro, & sequenti alia Bacidis oracula leges. Aristoph. auibus, ὡς ἐστὶ Βάκιδος χρησμὸς αὐτίκρυς λέγων, ἐκ δὲ καὶ ἐμῶν ἐπέων ἦλθε πρώτιστα προφήτης: *Oraculum est Bacidis diserte dicens, ex meis verbis primum exiit Propheta.* Vbi Scholiastes. Βάκιδες ὅμοιως τρεῖς, ὁ μὲν ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς: *Bacides tres Bœotius, Atheniensis, & tertius Arcas.* Melampus in Græcis nobilissimus augur, de quo Statius lib. 3. Thebaid. & Apollodorus lib. 3. de Diis. Melampus Amythaonis filius *catulos serpentis alebat. Illi adulti facti dormienti ab vtroque humero astantes aures linguis purgabant. Ipse exsurgens territus voces auium superuolantium intelligebat, & ab iis doctus hominibus futura prædicebat.* Adiunxit & diuinationem è victimis. Ad Alpheum autem cum incidisset in Apollinem in posterum optimus augur fuit, σὺν νεοττοὺς τῶν ὄφεων ἔθρεψεν. οἱ δὲ γενόμενοι τέλειοι περιστάντες αὐτῷ κοιμωμένῳ τῶν ὤμων ἐξ ἑκατέρου τὰς ἀκοὰς ταῖς γλώσσαις ἐξεκάθαιρον, &c. Idem penè vsu venit *Cassandra, & Heleno*, apud Euripidis Scholiastem in Hecuba, *qui cum in templo Apollinis essent, serpentes aures eorum adlambentes adeò acuti auditus effecerunt, vt soli Deorum consilia audirent*, Ἑλένῳ, καὶ Κασσάνδρᾳ ἐν ναῷ Ἀπόλλωνος οὔσιν, ἐλθόντες ὄφεις, καὶ τὰ αὐτῶν περιλείξαντες ὦτα, οὕτως ὀξυηκόους εἰργάσαντο, ὡς μόνους τὰς τῶν θεῶν ἀκούειν βουλάς. Tiresiam à Ioue diuinandi artem accepisse secundum quem pronuntiauerat, cum à Iunone oculis captus esset. Idem Apollodorus testatur lib. 3. Getæ Zamolxin, Cilices, Mopsum, Acharnanes Amphilochum, cuius & meminit Eusebius lib. 2. præpar. Euangelicæ, Thebani Amphiaraum, Lebadienses Trophonium vates templis, & simulactis colunt, ait Origenes sub finem lib. 4. in Celsum. Galeotæ vates in Sicilia, de quibus Ælianus lib. 12. Var. hist. cap. 46. Cum equus Dionysij in luto fluminis hæsisset, & Dionysius relicto equo in ripam euasisset, audiuit equum hinnientem emersum è luto, in cuius iuba apum examen consederat, *dixerunt Galeotæ ad Dionysium hac de re rogantem, monarchiam significari*, ἔφασαν οὖν οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ. Hesychius Galeos, id est, Galeotas, in Sicilia vates ponit. Dionysij mater cum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum. Huic interpretes portentorum Galeotæ in Sicilia responderunt, eum quem illa peperisset, clarissimum Græciæ, diuturna cum fortuna fore. Stephanus Hyperboreum ait fuisse Galeotam, fratrem Telmissi vatis. Amphilytus χρησμολόγος ἀνὴρ ὁ Ἀκαρνὰν Πεισιστράτῳ χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε λέγων, *vates Acarnan Pisistrato vaticinatur, exametro carmine, inquiens,*

Verriculum iactum est, expansaq́ue retia nocte;
Mox aderunt thynni claro sub sidere Lunæ.

Apud Messenios, auctore Pausania, fuit vates cæcus Ophioneus, qui excidium Messenæ à Laconibus prænunciauit. Apollodorus lib. 2. de Diis, ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων, καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι ἐπὶ λύμῃ τοῦ στρατοῦ πρὸς Πελοποννησίων ἀπεσταλμένον: *Apparuit ipsis vates futura prædicens, atque afflatus numine, quem magum esse, atque à Peloponnesiis in exercitus perniciem emissum existimarunt.* Polyidi vatis mentio fit lib. 5. Græcor. Epigramm.

Μαντιπόλος πάλιν ἄλλος ἔην, φοιβηΐδα δάφνην
Κοσμηθεὶς κελάδημα θεόπρεπον.

Vates rursus alius erat Phœbea lauro ornatus, vox fatidica. Apud Maurusios, & Germanos fœminæ vaticinantur, non viri, narrante Tacito lib. 5. Histor. & lib. de morib. Germanor. & Procopio lib. 2. Histor. Vandal. Cæsare lib. 1. de bello Gallico. Quòd apud Germanos ea consuetudo esset, vt matres familias eorum sortibus, & vaticinationibus declararent, vtrùm prælium committi ex vsu esset, nécne. Eas ita dicere, *Non esse fas Germanos superare, si ante nouam Lunam prælio contendissent.* Cassandræ Æschylus in Agamemnone tribuit μαντεῖα, στέφη, καὶ σκῆπτρον, *Oracula, infulas, & sceptrum.* Lampridius, *Mulier Druias Alexandro Seuero eunti exclamauit Gallico sermone, Vadas, nec victoriam speres, nec militi tuo credas.* Vopiscus de Aureliano, *Gallicas consuluit Druidas, sciscitans vtrùm apud eius posteros Imperium permaneret,*

illa

A *illæ responderunt, Nullius in Republica clarius nomen, quàm Claudij posterorum futurum. Druias dixit, Diocletiane, iocari noli: nam Imperator eris, cùm aprum occideris.* Diocletianus vt erat altus, risit, & tacuit. Cicero lib. 1. Diuinat. *Druides partim auguriis, partim coniectura quæ essent futura prædicebant.* Lycus & Chimæreus apud Lycophronem vaticinio nobiles. Protheus in Ægypto vates, de quo Virgilius lib. 4. Georgic. ex Homero. Euseb. in Chronico, sub Troë, Melampo, Zetho, Amphione, apud Pythiam vates Phemonoë exametris versibus futura cecinit. Calchas & Mopsus fatidici nobiles inter se de artis gloria certarunt. Calchas petiit à Mopso, quot grossos ficus arbor haberet, Mopsus ex Calchante de sue quæsiuit. Lycophron,

> Τὸν μὲν συὸς παρασπλαγχθέντα θηλείας τόκων,
> Ὅτι εἰς ὀλυνθων δῆριν ἑλκύσας σοφὸν,
> B Τὸν αὐθόμαιμον αὐτὸς ἐκ μαντευμάτων
> Σφαλεὶς ἰαύσει τὸν μεμορμένον πότμον.

Mopsus Calchantem, qui in numero fœtuum suis incientis falsus erat, cùm priùs ipse aduersarium in grossorum certamen traxisset, fato consopiet. Luctatius ad librum tertium Thebaid. *Mopsus Apollinis & Himantis filius.* Lege *Mantus*, vt Tzetzes ad Lycophron. & Apollod. lib. 3. de Diis. Luctatius, *Mopsus in tantum magnus fuit in augurandi peritia, vt post mortem ei templa dicata sint, à quorum adytis sæpe homines responsa accipiunt.* Thrasius vates Cyprius, ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάζωσι κατ᾽ ἔτος: *ait sterilitatem desituram, si hospitem Ioui quotannis mactarent.* Busiris, *Vate illo priùs immolato*, &c. Apud Græcos gens quædam fuit fatidica, dicta μυσιάδης, εἶδός τι καὶ φρατρία μάντεων, vt Hesych. Cicero lib. 1. Diuinat. *Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum vnam, alteram Clutidarum, aruspicinæ nobilitate*
C *præstantes.* Pindarus, ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ᾽ Ἕλλανας γένος Ἰαμιδᾶν, τὸ δ᾽ ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι: *Vnde inclytum genus Iamidarum è gente Clutidarum, sacra esse glorior è genere Melampodis*, μάντις ἀπ᾽ ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν. Capitolinus, *Cùm Sacerdos fœmina Trallibus ex more Proconsules semper hoc nomine salutaret, non dixit Antonino Pio, Aue Proconsul, sed, Aue Imperator.* Aruræa fatidica, Ἀρουραία μάντις, Theocrito Idyl. 10. Suidas, ἔστι δὲ ἀκρὶς δυσκίνητος, χλωρὰ καλουμένη μάντις ἧς τινες προσέχοντες τῇ κινήσει μαντεύονται: *Est autem locusta moueri difficilis, cuius motibus nonnulli attenti vaticinantur.* Clemens Protrepr. *Calchas & Mopsus Troiano bello vixere, quorum Mopsus senior, qui cum Argonautis in Colchidem nauigarit, cuius diuinationem Cyrenæus Battus exposuit*, φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην μαντικὴν συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον. Dorotheus in primo Pandecta, Mopsum Alcyonis & Cotones discipulum fuisse ait. Pythagoras diuinationi studuit, & Abaris Hyperboreus, vt Clemens Alexandrinus, & Aristeas
D Proconnesius, & Epimenides Cretensis, qui Spartam venit. Item Zoroastres Medus, Empedocles Agrigentinus, Phormio Laco, Polyararus Thuscus, Empedotimus Syracusius, Socrates dæmonio comitatus, Execestus Phocensium Tyrannus, cui duo annuli ferrei excantati, quorum strepitu moneretur, ex vsúne esset rem gerere, an abstinere. In Argo naue cum Iasone Idmon, cuius meminit Apollonius lib. 1. Argonauticon Apud Ægyptios, ait Clemens Alexandrinus, Mercurius Thebanus, Æsculapius Memphites, in Græcia Tiresias, & Manro eius filia, Thebis, Helenus, & Laocoon, Oenone, & Brenus apud Ilium. Crenus ex Heraclidis, Iamus in Elide, à quo Iamidæ, Argis Polyidus, Telemus apud Cyclopas, Athenis Onomacritus, Amphiataus, Theoclymenus in Cephalenia, Telmissus in Caria, Galei in Sicilia, Phemonoë Delphis, Mopsus, & Mantus filius eius in
E Pamphylia, Amphilochus Amphiarai filius in Cilicia, Alcmæon apud Acarnanes, Anius Deli, Aristander Telmisseus apud Alexandrum, Orpheus, Orthagoras, Romæ Caius Iulius nepos. Illi omnes à dæmonibus commoti, aut aquis, suffitibus, aëre turbati, prorsa, aut versa oratione responsa dabant, vt videre est vbique apud Herodotum, Pausaniam, Strabonem, Eusebium Præparat. lib. 5. Aristides in orat. de Serapi, χωρὶς μέτρου ἡ προμαντις αὕτη ἡ ἐν Δελφοῖς, αἱ ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, Τροφώνιος, τὰ ἐξ Ἀσκληπιοῦ, καὶ Σαράπιδος ὀνείρατα: *Sine versu antistes Delphica, Sacerdotes Dodonæ, Trophonius somnia, quæ Aesculapius, & Serapis immittunt.* Libyæ vates ad sepulcra patrum vaticinabantur, ait Herodotus. Dio Chrysost. lib. de fuga, γυναῖκες μάντεις βωμόν τινα ἢ λίθον ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπαίρουσαι σκοποῦσιν ἐκ τούτου τὸ πρᾶγμα τὸ πευσθέν. καὶ δὴ τὸν μὲν αὐτῶν φασι γίνεσθαι κοῦφον, τὸν δὲ βαρὺ ὡς μηδὲ κινῆσαι ῥᾳδίως: *Mulieres diuinatrices aram quamdam, aut lapidem in templis attollentes ex eo coniectant, quid de negotio futurum sit. Aliis lapidem leuem, aliis grauem esse aiunt, vt vix commouere eum possint.* Pausanias idem penè narrat lib. 8. Philostratus de vita Apollonij, ἐγένοντο μὲν γὰρ καὶ πρότερον σφαγίων μαντεῖς,

μάντεις, ἀγαθοὶ τὴν τέχνην, καὶ εἰσὶ ὀνομάσαι, Μεγιστίας ἐξ Ἀκαρνανίας, Ἀρίστανδρος ἐκ Λυκίας, Ἀμπρακιώτης δὲ Σιλανὸς ἐνεγκε. καὶ ἐθύοντο ὁ μὲν Ἀκαρνὰν Λεωνίδᾳ βασιλεῖ Σπάρτης, ὁ δὲ Λύκιος Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, Σιλανὸς δὲ Κύρῳ βασιλείας ἐρῶντι: *Fuerunt & olim aruspices periti extispicinæ artis, quos memorare promptum est, Megistias Acarnan, Aristander Lycius, Silianus Ampracioles. Megistias quidem Leonidæ Spartæ Regis aruspex erat, Aristander Alexandri Macedonis, Silianus Cyri minoris, qui ad regnum Persidis aspirabat.* Reges enim penè omnes, belli duces, & ipsæ ciuitates, vt & *Athenienses, omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam Sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerant, & Lacædemonij Regibus suis augurem assessorem dederunt, itemq́; senibus, sic enim consilium publicum appellant, augurem interesse voluerunt*, ait Cicero lib. 1. Diuinat. Plutarchus in Crasso, cùm Crassus dixisset responsum se daturum Seleuciæ, Vagises vnus ex Legatis Parthorum cæteris senior, arridens, καὶ τῆς χειρὸς ὑπτίας δείξας τὸ μέσον ἐντεῦθεν, ὦ Κράσσε, φύσονται τρίχες, ἢ σὺ ὄψει Σελεύκειαν: *Et supina manus medium ostendens, Inde, inquit, priùs pili orientur, quàm tu Seleuciam videas.* Echecrates vates bello Persico Græcis victoriam denunciauit. Plutarchus, ἐν μὲν οὖν τοῖς μηδικοῖς Ἐχεκράτης προφητεύοντος ἀνεῖλε νίκην, καὶ κράτος πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ὁ Θεός. Pausanias in Phocicis, χρησμολόγους ἄνδρας, *fatidicos*, Cyprium Eucloum, Musæum Atheniensem, Lycum Pandionis filium, ἐκ θεοῦ μαντεύσασθαι, *Dei instinctu vaticinatos.* In nostris Annalibus Basina Childerico viro, è quo Chlodoueum suscepit, nocte surgere iusso, stirpem suam ostendit: primi, leones visi; secundi, lupi rapaces; tertij, canes, qui seipsos lacerarent. Cornelius Culleo Octauiano bello furens vaticinatus est, vt Cicero lib. 1. Diuinat. Pythonissa quædam Meroueo Chilperici filio offucias fecit, vt Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 14. Hist. Franc. *Tunc direxit Gunthcramnum puerum ad mulierem quamdam habentem spiritum Pythonis, vt ei, quæ erant euentura, narraret. Quæ hæc ei per pueros mandata remisit, Futurum est, vt Rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Meroueus inclusis fratribus omne capiat regnum.* Item lib. 7. cap. 44. *Fuit tunc temporis mulier, quæ spiritum Pythonis habens, multum præstabat dominis diuinando quæstum.* Nazamones *diuinant ad suorum accedentes monumenta, & illis, vbi preces peregerunt, indormiunt, vbi quodcumque per quietem insomnium viderunt, eo vtuntur.* μαντεύονται ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτῶντες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμῶνται. τὸ δ' ἂν ἴδωσιν τῇ ὄψει ἐνύπνιον τούτῳ χρῶνται. Herodotus lib. 4. μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοὶ οἳ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι πολλῇσι ὧδε, ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ διεξελίσσουσι αὐτούς, &c. *Apud Scythas permulti sunt fatidici, qui pluribus virgis salignis diuinant ad hunc modum: Grandes virgarum fasces humi positos dissoluunt, ac separatim singulis virgis positis vaticinantur; simulq́; dum hæc dicunt, virgas, quas euoluerant, rursus conuoluunt, & in vnum componunt. Prylis vates augurio clarus fuit, filius Mercurij in Issa, seu Lesbo, qui per diuinationem aperuit Græcis, qua ratione vrbs capi posset per equum ligneum.* Tzetzes ad Lycophronis Cassandram, Πρύλις υἱὸς τοῦ Ἑρμοῦ ἐν Ἴσσῃ, ἤτοι Λέσβῳ ὑπέθετο τὸν τρόπον τῆς τοῦ Ἰλίου ἁλώσεως διὰ μαντείας. εἶπε γὰρ κατασκευὴν τοῦ δουρείου ἵππου. Æsacus filius Priami & Arisbes, vates optimus, qui posteà in auem mutatus est, lugens vxorem mortuam Meropen, filiam Cebrenis. Is, cùm Hecuba Alexandrum peperisset, & matrem, & partum tollendum dixit. Lycophron,

> Μηδ' Αἰσακείων ἔμπεδος ὤφειλε πατὴρ
> Χρησμῶν ἀπῶσαι νυκτίφοιτα δείματα.

Tzetzes, Ἐκέλευεν Αἴσακος ἀναιρεθῆναι τὸ τεχθὲν, καὶ τὴν τεκοῦσαν. Mœon apud Statium lib. 4. Thebaidos vates fuit,

> *Et nostra præsignem Mœona lauro.*

In Epigramm. Græc. lib. 1. tit. 53. Lapis quidam est fatidicus, ex quo futura aniculæ coniectabant, φοίβου τὸν πρὸ ποδῶν μάντιν ἀεὶ ρε λίθον χείρεσι πειράζουσα, καὶ ἦν βαρὺς ἠνίκα μὴ ἤθελεν. Clemens Romanus lib. 8. Constitut. Apostol. cap. 2. Σίλας μὲν οὖν, καὶ Ἄγαβος ἐφ' ἡμῶν προφητεύσαντες, καὶ αἱ Φιλίππου θυγατέρες. *Silas, & Agabus apud nos Prophetæ, & Philippi filiæ.* Fauni, Fatuelli, Faunæ, Fatuæ, Fatuellæ, Fontes, & Fates apud Marcianum Capellam, in Italia eo loco fuêre, quo Druidæ, & Druiades in Gallia, Britannia; Germania, Magi in Perside, Chaldæi, & Gazareni in Assyria, Brachmanæ, & Gymnosophistæ in India: qui omnes futura præsagire existimati sunt. Virgilius,

> —— *Oracula Fauni* *Fatidici genitoris adit.*

Ctesias auctor est, cùm Roxane Cambysi peperisset ἀκέφαλον, *infantem capite carentem*, magos aduocatos respondisse, filium hæredem Cambysi non futurum. Agathias lib. 3. scribit, matrem Saporis, cùm eo prægnans esset, Magis equam prægnantem proposuisse, & de illis quæsiuisse, marem equum, an fœminam paritura esset, illos marem respondisse: quod

A quod vaticinium exitus probauit. Deinde quæsiuisse de suo partu, magos marem parituram respondisse. Quare & Sapor in vtero coronatus est. Cicero lib. 1. Diuinat. *Remigem quemdam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. Rapinas Dyrrachy, & conscensionem in naues cum fuga, fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domumitionem dari.* Quid Polyidum Corinthium? Nónne Homerus, & alij multa, & filio ad Troiam proficiscenti mortem prædixisse commemorant? Apud Mauros fœminæ diuinabant, non viri, quarum vaticinium fuit, fore vt Mauri vincerentur, cùm dux Romanorum imberbis eos inuaderet; viderunt Bellisatium barbatum, rebellarunt. A Solomone Eunucho imberbi victi sunt, ait Procopius. Apud fatidicas Mauras canebatur hoc λόγιον, *G fugabit, D, & B fugabit* G: Gensericus fugauit Bonifacium; Bellisarius Gilimerem sub iugum misit, vt Procopius lib. 2. Vandal.

B Histor. Tzetzes ad Lycophronem, Αἰγεὺς παραγίνεται εἰς Τροιζῆνα πρὸς Πιτθέα τὸν χρησμολύτην, *Aegeus venit Træzenem ad Pitteum oraculorum interpretem*, vt Pythiæ responsum interpretaretur,

> Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδάονα φέρτατε λαῶν
> Μὴ λύσῃς πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι,

Ex vtre prominentem pedem, (πόδα, ὦ ἄνα φέρτατε) ô Rex optime populorum, ne soluas, priusquàm veneris in arcem Atheniensium. Morientes futura præsentire dicuntur, quia corpore penè solutus animus est. Ita apud Homerum Hector Achilli mortem prænunciat lib. 23. Apud Virgilium Orodes Mezentio. Apud Ouidium lib. 7. Metamorphos. Dryas ait,

> —— *Nympha sub hoc Cereri gratissima ligno,*
> *Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum*
> *Vaticinor moriens nostri solatia lethi.*

C Lucan. lib. 7. Domitius ait,

> *Non te funesta scelerum mercede potitum,*
> *Sed dubium fati Cæsar, generoq; minorem*
> *Aspiciens, Stygias magno duce liber ad vndas,*
> *Et securus eo. Te sæuo Marte subactum,*
> *Pompeioque graues pœnas nobisque daturum,*
> *Cum morior, sperare licet.*

Calanus Indus cùm Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret: Optime, inquit, propediem te videbo. Quod ita contigit, lib. 2. Diuinat. Cic. Ita & Socrates Anyti filio mortem prænuntiat apud Xenophontem in Apolog. Socrat. In Ægypto multi vates. *Apud Memphin in aurea columna*

D *Aegyptiis litteris scriptum erat, tum denique Aegyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani fasces, & prætexta Romanorum.* Trebellius in Æmiliano. Apud Messenios fuit Neoclus vates. Pythia responderat, ait Pausanias, quando τράγος bibet Nedam fontem, tunc Messeniorum vrbs exscindetur: abducunt τράγους, Capros ab eo loco; vates Neoclus animaduertit ficum quæ dicitur τράγος, inflexos ramos demittere in Nedam. Hoc Pythiam voluisse significauit Aristomeni, & tempus excidij venisse. Cicero, *In Persis augurantur & diuinant Magi,* lib. 1. Diuinat. Zonaras in Irene, in Thracia quidam in lapideam cistam incidit, cùm foderet, quæ hominis cadauer claudebat, γράμματα ἐγκεκολαμμένα λέγοντα· Χριστὸς μέλλει γεννᾶσθαι ἐκ παρθένου, πιστεύω εἰς αὐτόν. ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου, καὶ Εἰρήνης πάλιν, ἥλιε, ὄψει με. In Synodico Pappi Synodo 135. Cyrus Monachus ἔγκλειστος, *inclusus*, Iustiniano Rhinotmeto τὴν ἑτέραν βασιλείας τὴν κατοχὴν (lege, τὴν ἑτέραν βασιλείας κατοχὴν) διαγγελισάμενος: *nuntiauit fore vt*

E *regnum iterum recuperaret.* Babylonij vates fuere, qui Cyrum monuerũt fore vt Babylonem vi caperet, cum mulus peperisset: Mulus Zopyri peperit, cæpit Babylonem. Herodotus lib. 3. Procopius lib. 1. Persico. Amidæ cum prostibula è mœnibus Chabadi Persarum Regi pudenda ostenderent, & ille obsidionem soluere vellet; Magi auctores fuerunt, ne solueret: futurum enim esse, vt ei propediem ostenderent Amidenses, τὰ τε ἀπόρρητα, καὶ τὰ κρυπτόμενα, *occulta omnia, & non euulganda.* Miles extra vrbem tubum aperuit, quo in vrbem aditus patuit. De Tiresia Seneca Oedipo.

> —— *Sorte Phœbeia excitus*
> *Tiresias tremulo tardus accelerat gradu.*

Senecam ipsum inter vates numero, qui in Medea vaticinatus est, de nouo orbe aperiendo,

> *Venient annis sæcula seris,*

Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus,
Typhisque nouos detegat orbes,
Nec sit Terris vltima Thule. A

Dio lib. 55. scribit sub Triumuiris oracula Romæ vulgo decantata esse, quibus Democratiæ Romanæ interitus denuntiabatur, καὶ λόγια πρὸς κατάλυσιν τῆς δημοκρατίας φέροντα πάντα ᾔδετο. Quærat aliquis, an à Marcio vate, aut Sybillis ea fuerant. Vates iam olim in Britānia fuere, qui vaticinati sunt Arturum aliquando fortissimum, ac rei bellicæ laude clarissimum fore. Cornelius Nepos in Datere.

Arturum expectant, expectabuntq́; futurum.

Fuit Romæ Publicius quidam vates. Cic. lib. 2. Diuinat. *Nec ego Publicio nescio cui, nec Marciis vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo. Quid, inquies, Remex ille de classe Coponij, nónne ea prædixit, quæ facta sunt?* Helenus frater Cassandræ augur fuit, de quo Virgil. lib. 3. Æneid. B

Troiugena interpres Diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis.

Cassandra mentis incitatione diuinat, vt Cic. lib. 1. de Diuinat. Strabo lib. 12. In Ponto Lunæ templum, vbi τῶν ἱεροδούλων ἐνθουσιῶσι πολλοί, καὶ προφητεύουσι. ὃς δ' ἂν αὐτῶν ἐπιπλέον κάτοχος γενόμενος, &c. *Sacrorum seruorum plerique fanatici sunt, & futura prædicunt. Qui plurimum numine corripitur*, solus per syluas errat. Hunc Sacerdos comprehensum sacra catena deuincit, per annum sumptuosè alens, postea ad Deæ sacrificium cum aliis hostiis mactandum producit. Sacrificij ritus est huiusmodi. Quidam huius negotij gnarus sacram hastam tenens, qua mos est hominem mactari, ex turba progressus eam in cor per latus vrget; illo cadente, quædam diuinationis signa captant, πεσόντος γὰρ σημειοῦνται μαντεῖά τινα ἐκ τοῦ πτώματος, καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἀποφαίνουσι: *Ex ipso casu victimæ cadentis diuinationem aucupantur, & in commune proferunt.* In fanaticis istis sæpe repertæ sunt fraudes. Photius in Bibliotheca pag. 554 scribit τὴν διὰ τῶν νεφῶν μαντικὴν οὐδαμῶς τοῖς παλαιοῖς οὐδ' ἀκοῇ ἐγνωσμένην Ἀνθοῦσάν τινα γυναῖκα ἐξευρεῖν ἐν ταῖς ἡμέραις Λέοντος τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως: *Anthusam quandam diuinationem per nubes, quæ inaudita veteribus fuit sub Leone Imperatore inuenisse*, ηὔχετο δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, εἶτα πρὸς δυόμενον: *Orabat primum ad solem orientem, deinde ad occidentem.* Mox videbat per sudum nubem concrescere circa Solem, tum augeri & formari in speciem hominis. Aliam vero nubem æquali magnitudine à priori auelli, speciem Leonis induere, qui ore hianti formam hominis in priore nube expressam absorberet. Idem pag. 627. ex Diodoro Siculo, Eunus οἰκέτης Σύρος ἄνθρωπος μάγος καὶ τερατουργὸς τὸ τρόπον προσεποιεῖτο θεῶν ἐπιφάσμασι καθ' ὕπνον προλέγειν τὰ μέλλοντα. οὐ μόνον ἐξ ὀνείρων ἐμαντεύετο, ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότως θεοὺς ὁρᾶν ὑπεκρίνετο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀκούειν τὰ μέλλοντα. τελευταῖον διά τινος μηχανῆς πῦρ μετά τινος ἐνθουσιασμοῦ καὶ φλόγα διὰ στόματος ἠφίει, καὶ οὕτω τὰ μέλλοντα ἀπεφοίβαζεν, &c. *Eunus seruus Syrus magus & præstigiator simulabat Deorum visis monitum secundum quietem se futura prædicere. Non tantum autem ex somniis diuinabat, verum & vigilans Deos se videre mentiebatur, ex quibus futura audiret. Denique quodam machinamento ignem cum enthusiasmo quodam emittebat, & ita futura canebat, cum nucem foratam sulphure & stupa plenam ore contineret.* Reperti tamen qui sine fraude, & fallacia vaticinarentur, vt Marcij fratres. Polybius Corinthius filio ad Troiam proficiscenti apud Homerum mortem prædixit. *Iosephus vnus ex nobilibus Iudæorum captiuis, cum in vincula conijceretur* iussu Vespasiani, *constantissimè asseuerauit, fore vt ab eodem breui solueretur, verum iam Imperatore*, ait Suetonius in Vespasiano cap. 5. C D

E

CAP. III.

De Vatum ornatu.

IVDÆORVM & Christianorum Prophetæ Dei veri interpretes nullam vaticiniis suam scenam addere soliti erant, sed simplici ac vulgari cultu, quæ Deus subijciebat, enuntiabant. Profani vates arti suæ pompam adstruxerunt, & mendacio fucum. Quare à Leonida in Anthologia hoc carmine perstringuntur.

Μάντιες ἀστερόεσσαν ὅσοι ζητεῖτε κέλευθον,
Ἔρροιτε εἰκαίας ψευδολόγοι σοφίης.

Vates *qui astrorum viam quæritis, valete falsiloqui vanæ sapientiæ professores.* Eo tamen loco apud veteres

A veteres erant, vt ignis vatibus vt regibus præferretur. Seneca cap. 27. de Beata vita, *laurumque linteatus senex, & medio lucernam die præferens conclamat.* Alij fuere πυρφόροι, apud Suidam, πυρφόρους ἔλεγον ἱερέας τοὺς ἐπιβώμιον πῦρ ἀνάπτοντας: *Pyrforos dicebant Sacerdotes, & eos qui accenderent ignem in altari.* Vates igitur erant linteati, infulati, laureati. Statius lib. 2. Thebaid.

—— Cucurrit
Insula per crines, glaucaque innexus oliua
Vittarum prouenit honos.

Idem de Tiresia.

Ramos, ac vellera fronti diripuit.

Vates item vittati, oliua redimiti erant. Thebaid. lib. 4.

Vatem cultu Parnassia monstrant
B *Vellera, frondenti crinitur cassis oliua,*
Albaq; puniceas interplicat infula crines.

De Amphiarao, lib. 8.

Interea vittis, lauroq; insignis opima.

Vates item albati. Thebaid. lib. 6. de Amphiarao.

Ipse habitus niueus, niuei dant colla iugales,
Concolor est albis, & cassis & infula cristis.

Lotionibus se comparabant ad vaticinia. Virg. Citi

Nec dum solemni lympha perfusa Sacerdos,
Pallentis folijs caput exornarat oliuæ,
Cum lapsa è manibus fugit pila.

C Græcor. epigramm. lib. 5.

Δάφνη μὲν πλοκαμῖδα παλαίφατος ἔστεφε μάντις
Σιφερόφος, δόκεεν δὲ χέειν μαλώδεα φωνήν.
Vates senex cincinnos capitis ornabat lauro;
Videbatur autem vocem fundere ouinam.

Valerius Flac. lib. 1. Argon. de Mopso.

—— Puniceo cui circumfusa cothurno
Palla imos ferit alba pedes, vittataq; frontem
Cassis, & in summo laurus Peneia cono.

Statius lib. 4. Thebaid.

Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
D *Nec tripode implicito, numerisq; sequentibus astra,*
Thurea nec supra volitante altaria fumo.

Ad hæc vates particulas è vulturum, coruorum, aliorumque animantium diuinorum corporibus desectas asseruare solebant, aut deglutire corda, & iecinora, vt animas eorum diuinatrices possiderent. Porphyrius lib. περὶ τῆς ἀποχ. τῶν ἐμψύχ. ὅτι γὰρ ὁλκὸς τῆς ψυχῆς ἡ τοῦ συγγενοῦς σώματος φύσις, ἡ πεῖρα ἐδίδαξεν. οἱ γοῦν ζῴων μαντικῶν ψυχὰς δέξασθαι βουλόμενοι, εἰς ἑαυτοὺς τὰ κυριώτατα μόρια καταπιόντες, οἷον καρδίας κοράκων, ἢ ἀσπαλάκων, ἢ ἱεράκων, ἔχουσι παροῦσαν τὴν ψυχὴν, καὶ χρηματίζουσαν ὡς θεὸν εἰσιοῦσαν εἰς αὐτοὺς ἅμα τῇ ἐνθέσει τοῦ σώματος: *Experientia docuit naturam corporis congeniti animam ad se attrahere. Quare qui volunt animas attrahere animantium diuinorum, deglutientes præcipuas eorum partes, vt corda coruorum, talparum, vulturum, habent animam præsentem, & respondent, quasi Deus ingressus sit in eos vna cum bucella corporis.* Vsi sunt nucibus E auellanis Petron. Satyr. *Auellanas nuces cum precatione mersit in vinum, & siue in summam redierant, siue subsederant, ex hac coniecturam ducebat.* Quidam plani, vt fatidici haberentur, adhibitis verbis spumas ore enciebant, vt Alexander ille apud Lucianum, & Eunus seruus Siculus apud Diodorum lib. 34. & Florum lib. 3. cap. 19. Is enim vt Deo pati videretur, ignem in nucem aut sulphur includebat, apponebátque materiam quæ ignem aleret, deinde ori indens & afflans, modo scintillam, modo flammas accendebat. Procopius lib. 1. Belli Gotthici ait planum quendam triginta porcos tribus clausisse haris, in singulis septis decem, quibus nomina Romanorum, Gotthorum, & Constantinopolitani Imperatoris ascripserit; omnes mortui sunt, quibus nomen Gotthicum ascriptum, vnde Gotthorum exitium deprehendit. Athenis certè fatidici victum habuerunt in Prytaneo, qui honos maximus. Aristoph. Pace,

Οὔποτε δειπνήσεις ἔτι τοῦ λοιποῦ γε ἐν Πρυτανείῳ.

Nonissime in posterum comedes in Prytaneo. A

Vetus Scholiastes χρησμολόγοι μέτοχοι τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. λάμπων τούτου ἠξίωτο. *Fatidici participes erant cibi, qui datus in Prytaneo.* Iuuenalis vetus Scholiastes legendus. Eustathius in Ismenia de lauro fatidica loquens, καὶ δὴ καταχλάζει τὸ ὕδωρ, ὁ τρίπους ἠχεῖ, δάφνη μαντικὴ κατασείεται, καὶ οἷον ὅλη καταμεμηνέναι δοκεῖ, ἐνθουσιῶσιν οἱ προπόλοι, καὶ Φοῖβος μαντεύεται: *Et sanè strepit aqua, sonat tripus, laurus fatidica commouetur, & tota consumi videtur, famuli Deo incitantur, Phœbus ipse vaticinatur.*

Lauro fatidici crebro coronati fuere. Eunapius in Chrysantio, ἡ δὲ πρὸς τὸ θεῖον οἰκειότης οὕτως ἦν ἀπραγμάτευτος, καὶ εὔκολος ὥστε ἐξήρκει τὸν στέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέποντα χρησμοὺς ἐκφέρειν, καὶ τούτους ἀψευδεῖς: *Familiaritas cum Deo tam inelaborata & facilis erat, vt ad vaticinia vera efferenda satis esset, si laurea capiti imposita ad solem oculos conuertisset.* Ideò Aphthonius Progymnas. Laurum μαντικῆς σύμβολον fuisse ait. & Lycophrō λαιμοὺς δαφνηφάγους Cassandræ appellat. Claudianus libro 2. de raptu, B

—— *Venturi præscia laurus.*

Auctor Geoponicon lib. 11. scribit, ex quo tempore Apollo laurea caput ornauit, τὸ φυτὸν μαντικῆς σύμβολον γεγονέναι, *eam arborem diuinationis notam fuisse.* Hesiodus ipse gustata lauro se Poëtam factum prodit, καί μοι σκῆπτρον ἔδων δάφνης ἐριθηλέος ὄζον δρέψασαι θητόν.

CAP. IV.

De Vatum & Fanaticorum habitu.

VATUM habitum, & Fanaticorum horrentem fuisse volunt, impexa barba, sordido capillitio, veste inculta. Iulius Firmicus lib. 3. Astron. *Genitura hæc faciet in templis sordidè manere, & sic semper incedere, & qui nunquam tondeant comam, & qui aliquid velint, quasi à Diis dictum hominibus nuntiare, quales solent esse in templis, qui vaticinari consueuerunt.* Plautus in Rudente. C

Capillum promittam incipiamq; ariolari.

Laurum mordebant, ceruices rotabant. Cornel. Nepos libro 3. belli Troici ex Darete, si tamen eius libri auctor habendus est.

Ad tripodas quæstura fugit, ramósque loquaces
Ore premit, poscénsque Deum non irrita longum
Fatis plena redit: claret interprete vultu,
Extorti vindicta Dei, furiosa potestas D
Imbelles vexat artus ceruice rotata,
Crine vmbrante humeros, oculis spargentibus ignem,
Et facie prodente fidem, nunc liuida vitrum,
Nunc flammata facem superat, nunc pallida buxum.

Euripides in Troadibus.

Ῥίπτε τιμῶντα θεοῦ κληῖδας,
Καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδύτων στεφέων ἱεροὺς στολμούς.

Iacito sibi diuinas claues, & à corpore sacros cultus infularum quibus ornata es. Helena vatem ἐπ' ἐμπύρους ὀρθιοστάτας καλεῖ, *ad ignitas placentas vocat.* Tibul. lib. 2.

Hæc cecinit vates, & te sibi Phœbe vocauit,
Iactauit fusa sed caput ante coma. E

Euripides in Helena Theonem ita loquentem inducit.

Ἡγοῦ μοὶ σὺ φέρουσα λαμπτήρων σέλας
Θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν,
Σὺ δ' αὖ κέλευθον εἴπις ἔβλαψε ποδὶ
Στείβων ἀνοσίῳ, δὸς καθαρσίῳ φλογί,
Κρούσον δὲ πεύκην, ἵνα διεξέλθω πυρός.

Ducito metu ferens lampadum lumen, & sulphur qui ritus est intimi sinus venerandi ætheris. Tu autem si forte quis profano viam pede violauit calcans, purgato igne, & moueto piceam, vt per ignem transeam. Sed de hoc alibi agemus.

CAP. V.

De Variis Aruſpicinæ generibus.

AD Diuinaculos pertinent Arnobij verba lib. 1. *Haruſpices has fabulas, Coniectores, Arioli, Vates, & nunquam non vani concinnauere Fanatici, qui à fanis, in quibus Deorum æſtro aguntur, dicti.* Iuuenalis ſat. 4.

—— Sed vt Fanaticus Oeſtro
Percuſſus Bellona tuo diuinat.

Scholiaſt. Horat. de arte Poet. Fanatici dicuntur qui lymphatico ſpiritu agitantur, & freneſim patiuntur, qui & Dæmoniaci vocantur. Prudentius in Apoth.

—— Non ſpumat anhelus
B *Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.*

Fanaticos Auguſtinus arreptitios, & arreptos ſpiritu vocat. libro 11. de Ciuitate. θεοφορουμένους Græci, *ἐνθέους, qui Deo patiuntur*, vt Tertullianus in Apologet. Haruſpices, vel vt alij, Aruſpices, ab aris dicti ſunt, ſicut Arioli ab aruga hoſtia, id eſt, oue mare, quam arigam, vel aringuam veriùs dixeris. Quia Græci ἄρνα, πρόβατον ἄῤῥεν vocant *ouem marem.* Vulcatius *aruſcatores* vocat diuinaculos in Caſſio. *Audiſſe te arbitror, quod aruſcatores de eo nuntiarent.* Vlpianus libro 7. de offic. proconſ. D. *Marcus eum qui de motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi inſtinctu Deorum dixerat, in inſulam Syron relegauit.* Modeſtin. lib. 1. de pœnis, *Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur, D. Marcus huiuſmodi homines in inſulam relegari reſcripſit.* Quemadmodum autem Augures, auctore Feſto, quinque genera ſignorum obſeruabant, ex cœlo, ex auibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, C ex diris, quamquam ab auium garritu, vel geſtu dicti, ita & Arioli, quanquam ab aris indigetantur, etiam de cœlo ſeruant. Marcellin. lib. 21. *Iulianus facem ſereno cœlo vidit. Aruſpices Hetruſci vetabant, quicquam tentandum, quia ſignum erat infelix.* Dionyſius Halicarn. lib. 2. vult Aruſpicem dici quaſi ἱεροσκόπον, aitque Romulum è ſingulis tribubus, ſingulos Aruſpices inſtituiſſe, Græci Aruſpices θύτας, καὶ ἡπατοσκόπους, vocant *Extiſpices.* Iulius Firmicus lib. 2. Aſtronom. Alij ab atis Ariolos dictos volunt, *qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt*, vt loquitur Tertul. Apol. c. 23. Vetus gloſſa, *Ariolus* βωμοσκόπος, φοιβήτης. Iſidorus lib. 8. Origin. Ariolos, & Aruſpices ab aris. Donatus ad Phormion. ab hara, quæ eſt hoſtia, ab hara in qua includitur, & aſſeruatur. Lego, ab *haruga*, quæ eſt hoſtia. gloſ. Ariolus ἱεροσκόπος σπλαγχνοσκόπος, θυοσκόπος. Alibi Donatus Harioli ab halando: nam halitu ſolent excludere mortalem animam, vt diuinam recipiant. Cic. lib. 1. de Diuinat. Sibyllinorum verſuum *decem* D *interpretes diſertos eſſe voluerunt, ex quo genere ſæpe hariolorum, & vatum furibundæ prædictiones.* Lymphatici dicuntur νυμφόληπτοι, Lymphare, oblucinare, ἐνθουσιάζειν, *Furore corripi*, quia in lucis Nympharum occurſus Lymphaticos faciebat. Heſychius, νυμφόληπτοι οἱ κατεχόμενοι νύμφαις, μάντεις δέ εἰσι, καὶ ἐπιθειαστικοί: *Lymphati Nymphis obſeſſi, qui vates ſunt, & fanatici.* Iidem dicuntur ſuperſtitioſi, Eurycles, Ventriloqui, Fatidici, Diuini à Petronio, & Seneca. Apul. Mile. 1. *parcè in fœminam diuinam* Sed de Auguribus audiendus Georgius Monachus in Chronico, Ἄραβες, καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπίαν ἐπενόησαν πρῶτοι, καὶ θύειν θεοῖς Χαλδαῖοι μὲν ἐξεῦρον, ἤτοι Κύπριοι. τὴν δὲ ἀστρονομίαν Βαβυλώνιοι διὰ Ζωροάστρου, ἐξ ὧν δεύτερον παρέλαβον Αἰγύπτιοι. *Arabes & Phryges auguria repererunt, & auſpicia: Chaldæi facere Diis, aut Cyprij. Aſtronomiam Babylonij auctore Zoroaſtre, à quibus didicerunt Aegyptij.* Plini. l. 7. c. 56. *Auguria ex auibus Car primus inuenit, è cæteris animantibus Orpheus, Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias.* vbi E animaduerte alia eſſe auguria Plinio ab Auſpiciis, cum vulgo pro iiſdem habeantur. Gregorij Nazianzeni Scholiaſtes cum Georgio Monacho ſentit. λέγονται Φρύγες εὑρεῖν πᾶσαν τὴν οἰωνιστικήν, τῆς δὲ μαντικῆς τὸ μέν ἐστιν ὀρνεοσκοπικόν, ὃ Φρύγες εὗρον, τὸ δὲ οἰκοσκοπικόν, τὸ δὲ ἐνόδιον, τὸ δὲ χειροσκοπικόν, τὸ δὲ παλμικόν. Τηλέγονος πρῶτος ὀρνεοσκοπικὸν εὗρεν πετομένης ὄρνιθος ἢ ἔμπροσθεν, ἢ ὄπισθεν. οἰκοσκοπικόν ἐστιν ὅταν τὰ ἐν τῷ οἴκῳ συμβαίνοντα ἑρμηνεύῃ. ἐπειδὴ ἐν τῇ γῇ ἐφάνη γαλῆ, ὄφις, μῦς, ἢ ἐκενώθη ἔλαιον, ἢ μέλι, οἶνος, ὕδωρ, τέφρα, ἃ Ξενοκράτης συνεγράψατο. ἐνόδιον, τὰ ἐν ὁδῷ ὑπαντῶντα, χειροσκοπικὸν διὰ τῆς ἐκτάσεως χειρός, ἢ διὰ τῶν γραμμῶν. παλμικόν, ἢ παλμικὸν διὰ σώματος πάλσεως. ἐπάλθη μηρός, ὦμος, ὃ συνεγράψατο Ποσειδώνιος. *Dicuntur Phryges reperiſſe auſpiciorum diſciplinam. Diuinatio autem alia dicitur auguralis, quam Phryges repererunt, alia Domiſpicina, quædam vialis, nonnulla aruſpicina, alia Saliſſationum. Telegonus primus reperit auguralem è volatu auis in antica, aut poſtica. Domiſpicina eſt, cum ea quæ domi accidunt interpretantur, quia forte in tecto* (lego ἐν στέγῃ) *apparuit muſtela, ſerpens, mus; aut oleum exhauſtum eſt, mel, vinum, aqua, cinis; de*

quibus Xenocrates scripsit. Vialis est, quæ conicit ea quæ in via occurrunt. Manuspicina ex pansa manu, aut rugis perspectis Salissatio, si pars aliqua corporis subitò subsilit; si femur, humerúsve salit, quod genus Posidonius conscripsit. Legendus Suidas verbo ἔλειος, & οἰωνιστική. Cædrino συμβολικὴ dicitur pag. 29. quæ Martiano lib. 9. & lib. 1. *Coniecturalis.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Isiacos coniectores.* Clemens lib. 8. Constitut. Apos. συμβολοδείκτας, παλμῶν ἑρμηνεῖς, ἢ περιρραντισμάτων συμβολικῶν. vet. glos. collector, ὀρνιθοκρίτης. Cic. de Arusp. Respons. *Portentorum explanatores.* Pollux lib. 7. ἐξηγητὰς, τερατοσκόπους, ὀρνιθοσκόπους. Suidas συμβολὰς interpretatur τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμούς: *auguria per sternutationem.* Ariolus dicitur in vet. glos. Pariolus, προφήτης, θυοσκόπος. Quidam Ariolum quasi Fariolum, à fando. Eadem pene verba Georgius Monachus habet. καὶ ὀρνεοσκοπικὸν μέν ἐστι ὅταν ὄρνιθος ἔμπροσθεν, ἢ ὄπισθεν, ἢ δεξιά, ἢ ἀριστερὰ νεύοντος εἴπωσι, τὸ δὲ σημαίνει. παλμολικὸν, τὸ διὰ τοῦ πάλσεως γνωριζόμενον, οἷον ἐπάλθη ὁ δεξιὸς, ἢ ἀριστερὸς ὀφθαλμὸς, ἢ ὦμος, ἢ μηρὸς, ἢ κνισμὸς ἐν τῷ ποδὶ, ἢ πρὸς τὸ οὖς ἦχος ἐγένετο. οἰκοσκοπικὸν, ὅταν τὰ ἐν οἴκῳ σημαίνουσι, οἷον ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, ἢ μῦς, ἢ ἐκενώθη ἔλαιον, ἢ μέλι, ἢ οἶνος, ἢ τέφρα, ἢ τρισμὸς ἐγένετο ξύλων. ἐνόδιον, ὅταν ἐξηγῆταί τις τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ὑπαντῶντα, λέγων ἐάν σοι τοιοῦτός τις ἄνθρωπος, ἢ τὸ δὲ βαστάζων, τὸ δὲ σοι σημαίνει, &c. *Auguralis disciplina cum auis antrorsum, retrorsū, ad læuam, aut dexteram tendit, & augures interpretantur. Salissatio, quod Salissatione corporis significatur, vt subsiliit Leuus, aut dexter oculus, aut humerus, aut femur, aut pruritus fuit in pede, aut aurium tinnitus. Domispicina, cum ea quæ domi fiunt interpretantur, vt in tecto apparuit mustela, serpens, mus; aut exhaustum est oleum, mel, vinum, cinis, aut stridor lignorum fuit: vialis, cùm augur interpretatur ea, quæ in via occurrunt, dicens, si tibi vir eiusmodi, aut tale aliquid gerens occurrerit, hoc significatur.* Cedrinus pag. 29. μαντεία τῶν ἀλευρομαντέων, κριθομαντέων. ἢ διὰ βροντῆς, μυῶν, γαλῆς, τρισμοῦ ξύλων, ὠτὸς ἤχων, παλμῶν σώματος, συμβολικὴ, καὶ οἰωνιστικὴ λεγομένη, ἧς τὸ μέν ἐστι ὀρνεοσκοπικὸν, τὸ δὲ παλμολικὸν, τὸ δὲ οἰωνοσκοπικὸν (lego οἰκοσκοπικὸν) τὸ δὲ χειροσκοπικὸν, τὸ δὲ ἐνόδιον, ἢ κληδονιστικόν· οἷον ὅταν ἐκ τοῦ προσλυχόντος εἰρημένου τεκμαίρηταί τις τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅταν διὰ ὀνομάτων νεκρῶν ἐπικλήσεως, καὶ ὅταν διὰ ἄστρων, ὑδάτων, ὀνείρων. Glycas parte 2. κληδονιστικὴν accipit pro ψυχαγωγία, à voce κλῶ, καλῶ, euoco, quia euocantur animæ. *Diuinatio per farinam, per hordeum, per fulmina, mures, mustelas, stridorem lignorum, tinnitum auris, succussationem corporis: coniecturalis per signa: auguralis, cuius alia spectat aues, alia salissationem, quædam ea quæ domi contingunt, nonnulla manū: vialis ominalis, veluti cùm eo quod forte dictum est, futura coniectantur. Aliud genus diuinationis est ex nominibus, mortuorum inuocatione, ex aquis, astris, somnis.* Clemens Roman. lib. 8. Constit. Apos. Cap. 32. οἰωνιστὴς, συμβολοδείκτης, παλμῶν ἑρμηνευτὴς φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως, ἢ ποδῶν, ἢ ὀρνίθων, ἢ γαλῶν, ἢ ἐπιφωνήσεων, ἢ περιρραντισμάτων συμβολικῶν: *Augur, Coniector, salissationum interpres obseruans in occursu dehonestamenta vultus, aut pedum, aut auium, aut mustelarum, aut exclamationum, aut auditionum coniecturalium* (malim legere περιρραντισμάτων *deliriorum*, aut *deceptionum coniecturalium.* (vulgò legitur περιρραντισμάτων. Martianus Capella lib. 2. de hoc toto genere scirè agit. *At infra Solis meatum vsque lunarem globum secunda beatitatis numina, supparisque potentiæ, per quæ tamen vaticinia, somniaq́, ac prodigia componuntur. Hæc aruspicio exta fissiculant, admonentia quædam, vocesq́ transmittunt, auguratisq́ loquuntur ominibus: plerumq́ enim quærentes admonent vel sideris cursu, vel fulminis iaculo, vel ostentatoria nouitate.* Apuleius lib. de Deo. *Per hos eosdem dæmonas, vt Plato in symposio autumat, cuncta denuntiata, & magorum varia miracula, omnesque præsagiorum species reguntur,* & c. vel *somniis confirmandis, vel extis fissiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis.* &c. *Postremo cuncta ariolorum præsagia, fulgurum bidentalia carmina Sibyllarum,* &c. ex quibus apparet, aruspices, ariolos, extispices, fissiculatores, καρδιουλκοῦντες, pro eodem accipi. Glossæ Isidori, *fissiculo, propitio Diuo.* Fissiculator augur naturas in extis animantium quærens, Cicero lib. 2. Diuinat. Vicanos aruspices commemorat. Aruspices autem prodigia, fulmina, quicquid vel in extis, vel in ara, vel in cœlo; vel vspiam locorum monstri extitisset, interpretabantur. Q. Curtius lib. 5. *Mos erat Aruspicibus exta sine rege spectare, & quæ portenderent referre.* Iulius Firmic. lib. 2. Astron. *Aruspices quotiescunque à priuatis interrogati de statu Imperatoris fuerint, & respondere voluerint, exta semper, quæ ad hoc fuerint destinata, ac venarum ordines inuoluta confusione conturbent.* Lucan. lib. 1.

> *Hæc propter placuit Thuscos de more vetusto*
> *Acciri vates.*———

De quorum disciplina Tarquitius libros scripsit, narrante Ammiano Marcellino lib. 25. Macrob. lib. 3. Saturn. *Liber Tarquitij transcriptus ex ostentario Thusco.* Hetrusci aruspices tanti fuerunt Romæ, vt ex vrbe duodecim Principum filij singuli, singulis Hetru-

tiæ

A riæ populis percipiendæ facrorum difciplinæ gratia traderentur, ait Valer. Maximus lib. 1. cap 1. & Cic. lib. 1. de Diuinat. Eius difciplinæ Tages quidam auctor apud Hetrufcos. Martianus Capella lib. 2. *Tages fulcis emicuit, & ritum ftatim genti, fpnumque monftrauit*, (Lego *& ritum ftatim genti, arufpicúmque monftrauit*) Ouid. lib. 15. Metamorph.

Haud aliter ftupuit, quàm cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis afpexit in aruis
Sponte fua primum, nulloque agitante moueri,
Sumere mox hominis, terraq; amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fatis,
Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetrufcam
Edocuit gentem cafus aperire futuros.

B Feftus, *Tages nomine, genij filius, nepos Iouis, puer dicitur arufpicij difciplinam dediffe duodecim Hetruria populis.* Capitolin. in Diocletiano, *Tages arufpicum princeps, vifum leonem exitialem pugnaturis putat.* Cic. lib. 2. de leg. *Prodigia, portenta ad Hetrufcos, & arufpices, fi fenatus iufferit, deferunto, Hetruriæque principes difciplinam docento, quibus diuis creuerint procuranto, iidémque fulgura, atque obftita pianto.* Plutarch. in Sylla, οἱ λογιώτατοι Τυῤῥηνῶν τερατοσκόποι ὑφεωρῶντο στάσιν, *Hetrufci vates fufpicabantur feditionem.* vet. glof. *Fanatici*, ἱεραλικοί, ἱερόδουλοι. Hefychius, νυμφόληπτοι, οἱ κατεχόμενοι νύμφαις· μάντεις δέ εἰσι, καὶ ἐνθουσιαστικοί. Prudent. *Cultrum in lacertos exerit fanaticus, fectifq; matrem brachiis plorat Deam*, cuiufmodi fuere apud Lampridium Bellonæ feruientes. Lege Tibullum lib. 1. eleg. 7. Horat. in arte Poët. Lucian. de Dea Syria, Philoftratum in Hippodromo. Sidonius lib. 8. epift. 7. *Lucumones* vocat Cicero lib. 1. de Diuinat. *magna vis in impertiendis, confulendifq; rebus, in monftris interpretandis, ac procurandis, in arufpicum difciplina.*

C Item, *quæ ciuitas, quæ non aut exta pecudum, aut monftra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut Aftrologorum, aut fortium (ea enim ferè artis funt) aut fomniorum, aut vaticinationum (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur?* Lucanus.

Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis arufpex.
Tum quis non artis fcripta ac monumenta volutans,
Voces triftificas fcriptis promebat Hetrufcis.

Item, *quid habet arufpex, cur pulmo incifus etiam in bonis dirimat tempus, & proferat diem?* Item, *quid fiffum in extis, quid fibra valeat*, lib. 2. *Telmiffus in Caria eft, qua in vrbe excellit arufpicum difciplina*, &c. *Elis in Peloponnefo familias duas certas habet, Iamidarum vnam, alteram Elutidarum, arufpicina nobilitate praftantes.* Arufpices οἰκοσκοπικὴν faciebant, & quæ domi acciderent, interpretabantur Rofcium enim dormientem, ait Cicero, circumplicatum ferpentis am-

D plexu, arufpices refponderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Eofdem tamen irridet lib. 1. de Diuinat. *Mirabile videtur*, inquit, *quod non rideat arufpex, fi arufpicem viderit, quia certe inter fe fuam artem rident inanem, & fallacem.* Hieronymus ad cap. 2 Daniel. Nafrin, id eft, arufpices, Symmachus vertit θύτας, vetus Scholiaftes Perfij verba folemnia effe ait Confulum ad Augures, *Mando tibi, vt maximum Iouem audias*, hoc dicitur arufpicibus, vt quemadmodum procurationis affertio fit, ita fiat & in facris, & in prece. Prodigiatores item dicti funt arufpices, prodigiorum interpretes, ait Feftus; libri erant arufpicini, fulgurales, rituales, augurales, tefte Cicerone lib. 1. de Diuinat. Aliæque partes augurum, pontificum, arufpicum fuere, cum finguli proprium munus curarent. Cic. de Arufpic. refp. *Maiores noftri ftatas, folemnéfque cerimonias pontificatu, rerum bene gerendarum tempora augurio, fatorum veteres prædictiones Apollinis vatum libris, portentorum explanationes Hetrufcorum difciplina*

E *contineri.* Tacit. lib. 14. *Britanni cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris confulere Deos fas habebant* lib. 2. Hiftor. de Venere Paphia, *fama recentior tradit à Cinara facratum templum, fed fcientiam, artémque arufpicum accitam, & Cilicem Thamyram intuliffe. Hoftiæ vt quifque vouiffet, mares diliguntur. Certiffima fides hædorum fibris*, lib. de Morib. German. *Aufpicia, fortéfque vt qui maximè obferuant.* Plinius lib. 30. cap. 2. *Magi nullis æquè credunt extis, atque talparum, nullum religionis capacius iudicant animal.* Ex quibus apparet, Britannos, Cyprios, Cilices, Perfas, Germanos arufpices habuiffe. Portentum arufpices Syllæ interpretati funt apud Ciceron. lib. 1. de Diuinat. *Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium ab infima ara fubito anguis emergit. Cum quidam C. Pofthumius arufpex oraret illum, vt in expeditionem exercitum duceret, Sylla vicit.* Arufpex igitur propriè prodigiator: accipitur tamen pro extifpice, & vate. Virgil. lib. 11. Æneid.

—— Dum facra fecundus arufpex
Nunciet.

Silius lib. 5. —— *Nam dum nos augur, & extis* A
Quæsita fibra, vanusque moratur aruspex.

Propert. lib. 3. eleg. 4. pro vate, & diuinaculo.

Proloquar, atque vtinam patriæ sim vanus aruspex,
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

De aruspice loquutus Lucan. lib. 1.

—— *Aruns*
Fulminis edoctus motus, venásque calentes
Fibrarum, & monitus errantis in aere pennæ.

Ammianus Marcell. lib. 21. *Volatus auium dirigit Deus, vt rostrum sonans, aut præteruolans pinna turbido meatu, vel tenui futura præmonstret.* De omni Aruspicinæ genere diligenter egit Tarquitius, de cuius libris Ammianus lib. 25. Ex Tarquitianis libris in titulo de Rebus diuinis. B Macrobius, vbi de ficuum generibus loquitur, *Tarquitius in ostentario arborario.* Item, *est super hoc liber Tarquitij transcriptus ex ostentario Thusco vbi reperitur purpureo, aureóne colore ouis, ariésque si aspergatur, principi ordinis & summa cum felicitate largitatem auget.* Lactantius meminit Tarquitij, sic enim ille libro primo cap. 10. de Æsculapio loquens, *Hunc*, inquit, *Tarquitius de illustribus viris disserens ait incertis parentibus natum, expositum, & à venatoribus inuentum.* De Fanaticis Ouid. in Phædræ epist.

Vt quos semideæ Dryades, Faunique bicornes,
Numine contactos attonuere suo.

Athenagoras in legatione pro Christianis, τὸν ταῖς μαχαίραις, καὶ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένους, *Fanaticos qui se gladiis, & flagellis nodatis excruciant.* Acro ad hæc Horatij lib. 1. Satyr. 6. *Assisto diuinis*, id est, Samardicis, aut sortilegis. Samardæ, diuini. Sed eleganter totam hanc C diuinandi rationem Enuius his verbis sugillat,

Non habeo denique nauci Marsum Augurem,
Non vicanos aruspices, non de circo Astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somnium:
Non enim sunt ij aut arte diuini, aut scientia,
Sed superstitiosi vates, impudentésque arioli,
Aut inertes, aut insani quibus egestas imperat,
Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias,
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam,
Quibus diuitias pollicentur ab his drachmam petant.
De his diuitiis sibi deducant drachmam, reddunt cætera. D

Nec minus eleganter Accius.

Nihil credo auguribus qui aures verbis diuitant
Alienas, suas vt auro locupletent domos.

CAP. VI.

De Aruspicinæ Inuentoribus, ac Præsidibus.

MVLTA in veterum superstitione absurda, & inania fuêre, nihil absurdius, & inanius, quàm quod ex auium garritu, aut volatu, ex soricis occentu, ex serpentis, canis, aut mustelæ occursu bona, maláve hominibus denuntiari existimarunt. E Vel enim iis animantibus rerum futurarum præsentio à natura insita est, vel à Deo ad hos aut illos motus incitantur, vel à Dæmone impulsi, vel temerè, & fortuna mouentur. Si res futuras naturæ munere bruta præsentiant, cur insidias ipsa non cauent, cur laqueis & cassibus impediri se sinunt, cur sagittis aut pilis plumbeis confodiuntur? Si à Deo mouentur, vt futura indicent, & longa obseruatione motus eorum notati disciplinam, & artem fecerunt, cur apud varias gentes in auguriis, extispiciis, & reliquis diuinationum generibus tanta obseruationum varietas, & dissimilitudo fuit? Deinde oportuit Deum vni alicui hominum primo indicasse, eos se motus auibus, & bestiis iniecisse, vt futura hominibus significarent. Eum autem cui indicaret virum aliquem sanctum, & Prophetam extitisse necesse est, qui eam artem posteris tradiderit. At in Iudaica gente, vbi Prophetæ sanctissimi fuêre, inanes istæ obseruationes damnantur. Si à Dæmone res fluxit, cui res futuræ ignotæ

A ignotæ sunt, disciplina vana est, & inanis. Si temerè aues, mures, canes, serpentes mouentur, ex eorum motu nihil certi deprehendi potest. Fieri autem posse, vt subito ex opimæ bouis extis cor præreptum à Dæmone non compareat, nemini dubiũ est: potest ille exta florentia, aut marcida cito efficere: potest aues à læua aut dextra immittere, & inter se committere, potuit disciplinam quandam Auguribus, & Aruspicibus eorum quæ ipse faceret, tradere: artem verò diuinationis certæ procudere non potuit. Sed ea de re sententiam Ammian. Marcellini lib. 21. proponamus. *Volatus auium*, ait ille, *dirigit Deus. Amat enim benignitas numinis his quoque artibus prodere quæ impendent. Extis item pecudum attenti fatidici, in species conuerti fuctis innumeras, accidentia sciunt. Cum disciplinæ Tages nomine monstrator (vt fabulantur) in Hetruriæ partibus emersisse subito visus è terra. Aperiunt quoque ventura, cum æstuant hominum corda, sed loquuntur diuina. Sol enim, (vt aiunt Physici,) mens mundi nostras mentes ex sese ve-*
B *lut scintillas diffunditans, cum eas incenderit vehementius, futuri conscias reddit. Vnde Sybillæ crebrò se dicunt ardere torrente vi magna flammarum. Multa significant super his, crepitus vocum, & occurrentia signa. Tonitrua quin etiam, & fulgura, & fulmina, itidemq́; syderum sulci. Somniorum autem rata fides, & indubitabilis foret, ni ratiocinantes coniectura fallerentur, interdúmque, vt Aristoteles affirmat, infixa sunt, & stabilia, cum animantis altius quiescentis ocularis pupilla neutribi inclinata rectissime cernit. Et quia vanities aliquoties plebeia strepit, hæc imperitè mussando, si esset præsentiendi notitia quædam: cur ille se casurum in bello, vel alius hoc se passurum ignorauit, aut illud?* Sufficit dici, *quod & grammaticus loquutus interdum est barbarè, & absurdè cecinit Musicus, ignorauit remedium medicus; & non ideo, nec grammatica, nec musica subsistit: vnde præclarè hoc, vt alia, Tullius, signa ostenduntur à Diis rerum futurarum, in his si quis errauerit, non Deorum natura, sed hominum coniectura peccauit.* Pausanias in Phocicis, *diuinationem ex auibus volantibus à Parnasso repertam* esse ait, qui Neptuni &
C Cleodoræ Nymphæ filius fuerit. Pythagoras auguralem disciplinam probauit, & diuinationem per omina, sed cum abstineret ab animantium cæde, & extispicinam respuit, & cætera quæ igni admouentur, excepto thure. Pausanian. εὕρημα Παρνάσου ἀπὸ πετομένων ὀρνίθων μαντεία. Diogen. Laërtius de Pythagora, μαντικῇ ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν κληδόνων τε οἰωνῶν, ἥκιστα δὲ διὰ τῶν ἐμπύρων ἔξω τῆς λιβάνου. Megales Phryx docuit Hetruscos auspicia, vt Solinus cap. 11. Assyrij traiectiones stellarum, motusque obseruauerunt, propter planitiem regionum. Pamphylia volatus auium cantusque, ait Cicero. Auspicium quoddam Romæ fuit ex acuminibus totum militare, cum acumina pilorum, hastarum, telorum solito splendidius emicarent. Arnobius lib. 2. *aut Martium discrimen obeuntes, spem prælij sumitis, & ex acuminibus auspicatis.* Dionys. Halic. lib. 5. pugna Romanorum ad Eretum cum Sabinis ἐπὶ τῶν καταπεπηγμένων ἔξω τῶν σκηνῶν ὑσσῶν, ἐπὶ δὲ ταῦτα βέλη Ῥωμαίων ἃ συνιόντες εἰς χεῖρας ἐξακοντίζουσι ξύλα πεπη-
D γμένα ἐστὶ, χειροπληθῆ τριῶν οὐχ ἧττον ποδῶν σιδηροῦς ὀβελίσκους ἔχοντα προέχοντας καὶ δίθυιαν ἐκ τῶν ἄκρων μεγέθους ἀνάλογα ἴσα σὺν τῷ σιδήρῳ: Ex pilis defixis ad tabernacula circa summa verucula emicabant flãmæ, totisque castris fulgorẽ non aliter ac faculæ, sed multã noctem reddebãt. Ex hoc ostẽto colligebant citã sibi, ac splendidam victoriã, quia igni cedunt omnia, & nihil est quod non ignis vi absumatur. Cicero l. 2. de Diuinat. *Quã multi anni sunt, cùm bella à Proprætoribus & Proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec omnes transeũt auspicato, nec tripudio auspicãtur, nec ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est*, ὅθεν τὰ διαβατήρια, est amnes auspicato transire, immolare ad transitũ amnis, aut maris. Idẽ l. 2. de Nat. Deor. *Nulla perennia seruantur, nulla ex acuminibus.* Tacitus l. 15. Annalium, *pila militum arsere.* Qua de re aliquid attigimus in Pyromantea. Fuit item perenne auspicium, de quo Festus, *Perenne dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam quæ ex sacro oritur auspicato, transit.* Perenne autem auspicium duplex; vnum populi, cùm Idibus Martiis amnem auspicato transirent ad Annam peren-
E nam; alterum magistratuum, cùm auspicato amnem transirent, quoties quid in campo agere vellent. Cicero lib. 2. de Diuinat. *Itaque nec amnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur.* Sed & naues inscendentes, & maria tentantes Romani duces hostiam fluctibus immolabant, teste Cicerone lib. 3. de natura Deorum. Virgil. lib. 3. Æneid.

Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut.

Tum læti statuunt aras, tibi rector aquarum
Summus honor, tibi cæruleis in littore vittis
Et Zephyris, Glaucoq́; bouem Thetidique iuuencam
Deiicit Ancæus.

Sed

Sed vt ad Aruspices redeamus, Tages apud Hetruscos aruspicinam instituit, & libros A rituales scripsit, quorum meminit Fulgentius Placiades, aitque Antistium Labeonem virum in iure Pontificio, & veterum doctrina reliqua eruditissimum, libros Tagetis exposuisse quindecim voluminibus. Censorinus cap. 17. lib. de die natali. De ritualibus libris Hetruscorum, & de commentariis Quindecimuirorum, ex quibus prodigia procurabantur, vt Iulius Obsequens lib. de prodigiis ostendit, in hæc verba, *stipem ob prodigia Aruspicum responsis populus Cereri, & Proserpinæ tulit. Virgines vigintiseptem canentes dona tulerunt.* Erant Hetruscorum aruspicini, fulgurales, rituales libri; Augurum Augurales Cic. lib. 1. Diuinat. *Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.* Zozimus lib. 5. in Honorio, Thuscorum libros rituales vocat ἱερατικούς. Erant & libri fatales, de quibus Censorin. lib. 14. Hetruscis quoque libris fatalibus ætatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro commemorat. Ex his libris aruspices prodigia interpreta- B bantur, cum apud Græcos tum apud Romanos, quorum in exercitu greges ouium fuere, vt ante pugnam exta consulerent. Pausanias Bœoticis, τοῖς βασιλεῦσι αὐτῶν ἐς τὰς ἐξόδους προβάτα εἵπετο, reges Lacedæmoniorum sequebantur oues, cum expeditionem mouerent, vt immolarent Diis, & ante prœlium perlitarent. Capræ duces erant ouium in itinere. Dionysius lib. 3. ὁρῶν ὅτε τὰ σφάγια, ὁπότε θύοιτο περὶ μάχης καλὰ γινόμενα: *Extáque de pugna exitu consulta nihil fausti portendere videns*, τὰ δαιμόνια σημεῖα, ὁπότε χρησαίμην σφαγίοις περὶ μάχης, χαλεπώτερα γινόμενα: *diuina signa cum exta consulerem super pugna, difficiliora erant*, καὶ ἀπὸ τῶν ἱερῶν ὁπότε τὰ πολέμια θύοιμεν, ἐκωλυόμεθα: *& quoties bellica peregimus sacrificia, exta nos pugnam auspicari vetuerunt.* Ideo Aurelianus vetat milites Aruspicibus qui erant in exercitu, quidquam dare, ne forte ad gratiam militum loquantur, aut mentiantur, apud Vopiscum in epistola Aureliani, *A medicis milites gratis curentur, aruspicibus nihil dent.* Extorum inspicia vocat Tertul. lib. C 2. in Marcion.

> *Turbam sibi fingere Diuûm*
> *Sortes, auguria, stellarum nomina falsa,*
> *Nascentum geneses constringere, postque videre*
> *Extorum inspiciis, resque expectare futuras.*

Apud Gallos, Aruspices erant Beleno Deo seruientes. Capitol. in duob. Maximin. *Dicens etiam Deum Belenum per Aruspices spopondisse Maximinum esse vincendum.* Ammianus Marcellin. lib. 25. *Iulianus adulta excitus nocte flagrantissimam facem cadenti similem, aëris parte sulcata euanuisse existimauit*, &c. *Ante lucis primitias Hetrusci accersiti, consulti quid astri species portenderet noua, vitandum esse cautissimè responderunt, ne quid tunc tentaretur, ex Tarquitianis libris, in titulo de rebus diuinis id relatum esse demonstrantes, quod face in cælo visa committi prælium non oporteat.* lib. D 23. *Iuliano offertur à militibus immanissimi corporis leo, cum aciem peteret, multiplici telorum ictu confossus. Hetrusci aruspices qui comitabantur, ignari prodigialium rerum, prolatis libris ritualibus ostendebant, signum hoc esse prohibitorium.* Vetum & hoc ad Aruspices pertinuit, quod narrat Paulus Diaconus lib. 11. *Iulianus cum ad terminos Illyrici accessisset, dicitur vindemia iam collecta circa occasum pleiadum vuas denuò fuisse prolatas. Democritus certe censet sapienter instituisse veteres, vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu, atque colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura*, ait Cicero lib. 1. de Diuinat. Optimè Democritus, vt Philosophum decuit; ideo moris fuisse ait Onosander in strategicis, vt exta victimæ consulerentur, priusquam locus castris caperetur, ex quibus aëris, aquarum, & pabuli ipsius constitutio exploraretur. Minus bene Cicero libro de Diuinat. primo, *nam & ad hostiam deligendam potest esse dux vis quædam sentiens, quæ est toto confusa* E *mundo, & tum, ipsam cum immolare velis, extorum mutatio fieri potest, vt aut absit aliquid, aut supersit.* Dæmonem tamen insita vi potuisse id præstare dubium non est, itemque efficere, vt ante ictum hostia caderet, aut ab aris profugeret, aut duplicatum iecur esset, aut deesset cor in extis. Statius lib. 11. Thebaid.

> *Tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat*
> *Taurus, & obstantum mediis è cætibus exit,*
> *Turbidus, insano feriens altaria cornu.*
> *Admotus superis discussa fugit ab ara,*
> *Taurus, & Emathios præceps se iecit in agros,*
> *Nullaque funestis inuenta est victima sacris.*

Lampridius de Alexandro, *cum natalem diem commendaret hostia cruenta effugit, & vt se ciuiliter*

A *militer gerebat, ac permixtus populo erat, albam eius vestem cum qua constiterat, cruentauit.* Virgil.

——Fugit cum saucius aras
Taurus & incertam excussit ceruice securim.

Appianus 2. ciuil. αὐτῷ δὲ τῷ Πομπηΐῳ τῆς αὐτῆς νυκτὸς τινα τῶν ἱερείων ἐκφύγοντα οὐ συνελήφθη. Dio in Cæsare, ὁ ταῦρος ἐκφυγὼν πρὶν πληγῆναι, πρὸς λίμνην τινὰ ἐλθὼν διενήξατο αὐτήν: *Taurus fugiens ante ictum ad quandam paludem, tranauit eam*, quod Cæsari lætum. Festus, *pestifera auspicia sunt cum cor in extis, aut caput non fuisset in iecinore.* Piacularia appellabant auspicia, id est, sacrificia, antiqua loquendi consuetudine, cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam quam oportuit, corporis partem decideret. In Trœzeniis bouem feram vinctam in Ithoniæ templum ducunt, in quo quatuor verulæ antistitæ, falce bouem iugulant, deinde tres alias mactant, quæ in idem latus cadunt, in quod prima prolapsa fuerit, ait Pausanias. Sueton. in Galba; *magna & assidua monstra iam inde à principio exitum ei qualis euenit, portenderant. Cum per omne iter dextra, sinistraque oppidatim victimæ cæderentur, Taurus securis ictu consternatus, rupto vinculo essedum eius inuasit, elatisque pedibus totum cruore perfudit, ac descendentem speculator impulsu turba lancea prope vulnerauit.* Idem in Iulio, *Cum immolanti profugisset hostia, profectionem aduersus Scipionem, & Iubam non distulit.* Si hostia non reluctaretur, auspicarum erat. Seneca in Hercule Oetæo,

Vt stetit ad aras omne votiuum pecus.

In Hercul. Furente.

Stat ecce ad aras hostia, expectat manum
Ceruice prona. ——

Legendus Macrobius lib. 3. Saturnal. c. 5. Ouid. 1. Fastor.

C *Rode caper vitem: Tamen hic cum stabis ad aram,*
In tua quod fundi cornua possit, erit.

Virgil.

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.

Ideoque probabant hostiam, si non stupuisset, cum vinum in frontem inuergerent, & vellerent setas, quæ inter media cornua sitæ sunt, candensque ferrum à fronte in caudam per dorsum ducerent; lib. 6. Æneid.

——Frontique inuergit vina Sacerdos,
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.

Seruius ad lib. 2 Æneid. *mola salsa*, id est, *sale & farre, frons victima, & foci, & cultri aspergebantur.* Aquam item in aurem victimæ iniiciebant, vt sacris adnueret. Myrtilus lib. 1. Lesbicor. οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς τὸ ὕδωρ εἰώθεσαν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ οὖς τῶν ἱερείων ὡς ἐπινεύσει τῇ τελετῇ. Seneca in Oedipo.

Placidóne vultu sacra, & admotas manus
Patiuntur.

Seruius ad hæc lib. 12. Æneid.

Dat fruges manibus salsas, ——

Etiam cultrum à fronte vsque ad caudam ante immolationem ducere consueuerant, & hoc est quod ait,

——Et tempora ferro
E *Summa notant pecudum.*

Seneca Oedipo act. 2. Sc. 2.

—— Altum Taurus attollens caput
Primos ad ortus positus expauit diem,
Trepidúsque vultum obliquat, & radios fugit.

Ouidius, —— *Dum vota Sacerdos*
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri.

Virgil.

—— Stans victima ad aram
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros:
Aut si quam ferro mactauerat ante Sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,

Nec

Nec responsa potest consultus reddere vates. A

Seneca.

Colla tacturus steterat Sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo Taurus rutilante cornu
Labitur segnis:
Vnóne terram vulnere afflicti petunt?
Iuuenca ferro semet imposito induit,
Et vulnere vno cecidit, & taurus duos
Perpessus ictus huc & huc dubius ruit,
Animámque fessus vix reluctantem exprimit.

Quoties Diis inferis facerent, capita terram spectantia, vel in terra reposita secuti, aut secespita secabant: cùm Diis superis, victimas iugulo ad cælum obuerso mactabant. Myrtilus lib. 1. Lesbicorum, *εἰώθασι οἱ ἱερεῖς τὰ ἔντομα τοῖς κάτω θεοῖς ἐναγίζομενοι ἐν τῇ γῇ ἀποτέμνειν τὰς κεφαλὰς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς ὑποχθονίοις, τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφουσι τὸν τράχηλον σφάζοντες.* Cùm Diis superis fit, supina manu fundunt vinum, vt Seruius ad librum sextum Æneid. *Inuergunt autem, cùm manu in sinistram partem conuersa ita fundunt, vt patera conuertatur, quod in infernis sacris fit.* Aruspices igitur exta signari notis quibusdam à Diis putabant, aut variè commoueri. Tibul. lib. 2. eleg. 5. B

Tu procul euentura vides, tibi deditus augur
Scit bene, quid fati promida cantet auis.
Tuque regis sortes, per te præsentit aruspex,
Lubrica signauit cùm Deus exta notis. C

Lege Lucianum lib. de sacrific. & Arnobium lib. 2. *Semicruda cæpistis, & leuiter animata porricere.* Auspicatum erat, si exta leuiter trepidarent. Zeno Veronensis de Iona, *Non aris fœtentibus funestos excitant ignes, non thura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexspectata morte rapti recoris spirantes consulunt fibras.* Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 2. *Exta porriciunto, Diis danto in altaria, arámue, focúmue, eóue, quo exta dari debebunt.* Plutarchus in Pyrrho, *ἐπεὶ δὲ κάπρον, καὶ ταῦρον, καὶ κριὸν προσαχθέντα ὁ κριὸς αὐτομάτως ἀπέθανε: Postquam autem capro, tauro, hirco, adductis ad aram, hircus sponte mortuus est.* Haruspex Theodotus Pyrrhum iurare vetuit, dixitque vni è tribus Regibus mortem denunciari. Immò & signum in extis fuit, quòd Deus appellaretur; quòd si integrum apparuisset, propitium numen ostendebat; si dimidiatum, & mutilum, iratum, aut non præsens, vt Luctatius ad hæc verba Statij lib. 5. Thebaid. D

Et in nullis spirat Deus integer extis.

Cicero lib. 1. Diuinat. *Non placet Stoicis singulis iecorum fissis interesse Deum.* Tunc autem exta dicebantur reddi, cùm inspecta, & probata aræ imponerentur, vt Seruius docet ad hæc verba lib. 2. Georgic.

Lancibus, & pandis fumantia reddimus exta.

Lib. 4. Thebaid. Statius,

—— Tunc innuba Manto
Exceptum pateris prælibat sanguinem, & omnes
Ter circum acta pyras sancti de more parentis,
Semineces fibras, & adhuc spirantia reddit
Viscera. E

Obseruabant & flammam Aruspices, quæ ex crematis prosectis edebatur; item fel, quomodo eiacularetur bilem; vesicam ore lana colligato igni imponebant, & quo illa pacto disrumperetur, & quam in partem lotium effunderet, adnotabant, vt docet Didymus. Et Scholiastes Eurip. in Phœnis. *τῆς κύστεως τὸ στόμα ἐρίῳ δεσμοῦντες ἐπετίθεσαν τῷ πυρί, καὶ παρετήρουν πῶς ῥαγήσεται καὶ ποῦ τὸ οὖρον ἀκοντίζει.* Sophocles, *ἐν μάντεσι, τὰς μαλλοδέτους κύστις, vesicas lana inuolutas.* Salisberiensis lib. 1. Polycratic. de Aruspicibus agens, aliquid turbat, *Aruspices*, inquit, *sunt inspectores horarum, proscribentes quid quaque hora fieri oporteat.* (Aruspices pro Horoscopis videtur accepisse.) *Aruspicium quoque in extorum inspectione viget, quam artem Tages quidam dicitur inuenisse: extorum verò nomine censentur omnia, quæ cutis extremitate teguntur.* Malè hoc postremum: viscera enim dicuntur, non exta. Addit, *Aruspices sunt, qui vaticinantur in ossibus animalium, siue sanguine.* Græci sæpe Aruspices vocant vates, *μάντεις.* Herodotus, *ἐκαλλιερέοντο*

A λιεξίαντο μαντευομένου σφι Δηϊφόνου, *Perlitabant aruspice Deiphono.* Dionysius Halicarnass. lib. 2. Romulus ἔταξε μάντιν ἐξ ἑκάστης φυλῆς ἕνα παρεῖναι, ὃν ἡμεῖς μὲν ἱεροσκόπον καλοῦμεν, Ῥωμαῖοι δὲ ὀλίγον τι τῆς ἀρχαίας φυλάττοντες ὀνομασίας ἁρούσπικα προσαγορεύουσι: *Constituit vatem ex quaque tribu vnum, quem nos sacrorum inspectorem vocamus. Romani aliquid retinentes veteris appellationis aruspicem dicunt.* Vet. gloss. σημεῖον ἐστι ἐν θυλικῇ, vnde extispices σημειωτικοί, θύται, ἱερεῖς, σπλαγχνομάντεις, ἐντομομάντεις. Hesychius, τερατοσκόπος, μάντις, σημειωτικός. Signum est in extispicina. Xiphilinus in Galba ἱερόπτην vocat sacra inspectantem, aut extispicem. Pausanias in Bœoticis, καθ᾽ ἑκάστην δὲ τῶν θυσιῶν ἀνὴρ μάντις παρὼν ἐς τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα ἐνορᾷ, *in singulis sacrificiis aruspex inspicit exta.* ἐνιδὼν δὲ προθεσπίζει, *& cùm inspexerit, prædicit.* Zozimus lib. 3. Iulianus μετὰ τῶν μάντεων τὸ πρακτέον ἐσκοπεῖ, *cum aruspicibus quid agendum esset, dispiciebat.* Herodianus lib. 4. θύτας vocat aruspices, sacrificos. Consulebantur autem, vt monuimus, Aruspices non tantùm

B super extis, sed super ostentis, prodigiis: si lapidibus pluerat, si fax cælo visa, si natus androgynus, si puer factus ex virgine. Liuius lib. 26. *Matrem pro pupillo procurantem familiare ostentum, cùm respondisset aruspex.* Plinius lib. 7. cap. 3. *Puerum factum ex virgine deportari in insulam iussu aruspicum.* Cicero orat. 3. in Catilin. *Ob prodigia cùm aruspices tota ex Hetruria conuenissent.* Iulius Obsequens lib. de prodigiis, *Nouemdiale sacrum fuit, quod lapidibus pluerat, vrbs aruspicum iussu lustrata.* Varia signa in aruspicina ponit Hesychius, γλῶσσαι σημεῖα ἐπὶ τοῦ ὑδάτου παρά τις θύταις. δίψας σημεῖον ἐν θυλικῇ, δίοπτρα σημεῖον ἐν θυτικῇ, διόσκουροι, ἐγγύη, ἐπιθετος, κωλύτης, ποταμός, τάφος, πύλαι, σημεῖα ἐν θυτικῇ. λοβὸς non erat σημεῖον: *Linguæ signa sunt in iecore apud extispices, item dipsas, dioptra, dioscuri, engye, epitheus, prohibitor, fluuius, tumulus, porta. Lobus, seu fibra signum non est.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Hetruria de cælo tacta scientissimè animaduertit, eademq; interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris, atque portentis. Hetrusci, quòd*

C *religione imbuti studiosiùs, & crebriùs hostias immolabant, extorum cognitioni se maximè dediderunt; quodq; propter aëris crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant, quòd ob eamdem causam multa inusitata partim ex cælo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum, pecudúmve conceptu, & satu, portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. Arabes autem, & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maximè vtuntur, campos, & montes hyeme, & æstate peragrantes, propterea faciliùs cantus auium, & volatus notauerunt. Eadémq; & Pisidia causa fuit, & huic nostri Vmbriæ. Tum Caria tota, præcipueque Telmissenses, quòd agros vberrimos incolunt, in quibus multa propter fœcunditatem fingi, gignique possunt, in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt.* Lusitani exta hominum consuluerunt, vt Strabo lib. 3. Cyprij suum, Thrasybulus canum, quod ex eius simulacro in Olympia colligebatur, per cuius humerum dextrum obrepere videtur mustelus, & canis bifariam dissectus, iecore nudato penes ipsum iacet. ἧπαρ τοῦ ἵππου, *exta equi* consu-

D luisse Tyndareum docet Pausanias in Laconicis. Idem in Atticis, σπλάγχνα ἱερῶν vocat exta. Dio Chrysost. de regno ἔμπυρα, καὶ δι᾽ οἰωνῶν, καὶ δι᾽ ἐμπύρων, *ex auibus, & extis vaticinantes.* Pausanias Eliacon lib. 2. Thrasybulus Elæus erat è gente Iamidarum, cuius εἰκόνι γαλεώτης πρὸς τὸν ὦμον προσέρπων, (legendum, γαλεός τις, *mustelus*) καὶ κύων ἱερεῖον παρ᾽ αὐτῷ κεῖται, διατετμημένος δίχα, καὶ φαίνων τὸ ἧπαρ. μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐξ ἐρίφων, καὶ ἀρνῶν τε, καὶ μόσχων ἐκ παλαιοῦ δήλη καθεστῶσα ἐστιν ἀνθρώποις. Vetus est, & ab antiquo instituta, ex hœdis, agnis, vitulis haruspicina. Cyprij suem primi omnium addidere. Equorum, & hostium extis vsi Mysi. Florus lib. 4. *Qui vos, inquit dux, Mysorum estis? Responsum inuicem, Romani gentium domini. Et illi, Ita, inquiunt, si nos viceritis. Accepit omen M. Crassus. Illi statim ante aciem immolato equo concepere votum, vt cæsorum extis ducum & litarent, & vescerentur.* Duo autem fuerunt genera hostiarum: alterum, in quo voluntas Dei per exta inquirebatur; alterum, quo sola anima Deo

E consecrabatur: vnde animales hostiæ, & consultatoriæ, vt Trebatius lib. 1. de Religionib. apud Macrob. Festus *harugam* hostiam esse ait, cuius adhærentia inspiciebantur exta. Varro lib. 6. de lingua Latina, Ambiegnam bouem dictam apud augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur, quòd circum ambæ agnæ essent. Bebius Macer, ambiegnas oues in sacris Iunonis eas, quæ geminos cùm peperissent, cum duobus agnis altrinsecus alligatis mactarentur. Aruspex exta manu capiebat, & cultro ferreo rimabatur præcordia, vt Plinius ait lib. 39. Apud Galatas non Aruspex, sed Philosophus sacrificio aderat, vt Strabo lib. 3. Polyb. lib. 7. ἐκ τῶν τυθέντων ἱερείων προσενεχθέντων αὐτῷ τῶν σπλάγχνων, δεξάμενος εἰς τὰς χεῖρας, καὶ βραχὺ παρακλίνας πρὸς τὸν Ἄρατον, τί δοκεῖ τὰ ἱερεῖα σημαίνειν: *Cùm mactatæ victimæ exta oblata* Philippo *fuissent, ille ea manibus suscepit, ac leniter se inclinans in alteram partem, Arato illa ostendens, quid exta significarent, interrogat.* Cicero eam artem alicubi vanam esse ait, alicubi veracem. Lib. 2. de natura Deorum: *Atqui & nostrorum Au-*

gurum, & Hetruscorum, & aruspicum disciplinam P. Scipione, & C. Figulo Cos. res ipsa probauit. Quos A *cum Tiberius Consul iterum crearet, primus rogatorum, vt eos retulit, ibidem est repertus mortuus. Gracchus cùm comitia nihilominus peregisset, rémque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. Senatus, quod adsolet, referendum censuit. Aruspices introducti responderunt non fuisse iustum comitiorum rogatorem. Tum Gracchus incensus ira, Itáne verò ego non iustus, qui & Consul rogaui, & Augur, & auspicato? An vos Thusci, & Barbari, auspiciorum pop. Rom. ius tenetis, & interpretes comitiorum esse potestis? Itaque tum illos exire iussit. Post autem ex prouincia literas ad collegium misit, se, cùm legeret libros, recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortis Scipionis; quòd cùm pomœrium posteà intrasset, Senatus habendi causa, in redeundo cùm idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Itaque vitio creatos esse Consules. Augures rem ad Senatum detulerunt. Senatus vt abdicarent iussit, Consules abdicauerunt.* Idem narrat Plutarchus in Marcello. Valerius Maximus lib. 1. cap. de cultu Deorum. Cicero lib. Diuinat. *Cùm Summanus in fastigio Iouis Opt.* B *Max. qui tum erat fictilis, de cælo ictus esset, nec vsquam eius simulacri caput inueniretur, aruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt, idque inuentum est eo loco, qui est ab aruspicibus demonstratus.* Item, *Similis est aruspicum responsio, omnisque opinabilis diuinatio. Coniectura enim nititur, vltra quam progredi non potest. Ea fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit, est enim ab omni æternitate repetita, in qua cùm pene innumerabiles res eodem modo euenirent, iisdem signis antegressis ars est effecta, eadem sæpe animauertendo, atque notando.* Sunt verba, & nihil aliud. Cùm ea signa notentur in extis à dæmonibus, quibus futura fortuita ignota sunt, eadem signa incerta, & sæpe falsa esse necesse est. Apud Accium Agamemnon cum Achiui cœpissent inter se strepere, aperteque artem obterere extispicum, soluere imperat secundo rumore, aduersaque aui. Pacuuius in Chryse, extispices, augurium, atque extûm interpretes vocat. Accius, *principio extispicum ex prodigiis congruens ars te arguit, prodigium horriferum, portentûm pauor.* Idem, altispicem, seu alitispicem pro augure, vel aruspice posuit. *Altispicem regionum* C *fac desistat, exercitum morari, Ne me ab domuitione arceat obscæno nomine.* Spartianus de Seuero, qui reuersus è Britannia cum rem diuinam vellet facere, hostiæ furuæ sunt applicitæ, quæ vsque ad limen domus Palatinæ Imperatorem secutæ sunt. Euripides in supplicibus, Aruspicinam vera videre ait ἃ δ' ἐστιν ἄσημα, κ' οὐ σαφῆ γινώσκομεν, εἰς πῦρ βλέποντες, καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας μάντεις προσημαίνουσιν, οἰωνῶν τ' ἄπο. *Cognoscimus obscura vates ignem, & flexus extorum inspicientes, & aues futura prædiuinant.* Manil. lib. 4.

> *Hinc tu tanta fidem petimus, quam sæpe volucres*
> *Accipiant, trepidaque suo sub pectore fibra.*

Lucan.

> ——————— *quis noscere fibra* D
> *Facta queat, quid prodat auis, quis sydera cæli*
> *Seruet, & Assyria scrutetur sydera cura?*

Plutarc. in Arato, λέγεται γὰρ ὁ περὶ πολλοῦ θύοντι τῷ Ἀράτῳ δύο χολὰς ἐν ἥπατι φανῆναι, μιᾷ πιμελῇ περιεχομένας, καὶ τὸν μάντιν εἰπεῖν: *Dicitur sacris operantem paulo ante Aratum duplex Fel in iocinore vidisse vno circumiectum adipe ac nunciasse Aruspicem breui eum cum hostibus in gratiam rediturum.* Quomodo in vno iecore δύο χολαὶ esse potuerint quærant alij. Plinius certè geminum fel Augusto fuisse scribit, qua die apud Actium vicit l. 11. Plutarhc. in Marcello. καὶ λαβὼν τὸν μάντιν, ἔθυε, καὶ τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερείου δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις, ἐπιθυσαμένου δὲ τὸ δεύτερον ἥ τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς ἀνέσχεν, καὶ τ' ἄλλα φαιδρὰ θαυμαστῶς διεφάνη: Marcellus *Accersito aruspice immolauit. Prima hostia iecur sine capite fuit, secunda caput supra modum au-* E *ctum apparuit, & reliqua vehementer læta.* Capitolin. in Pertin. *Eadem tamen die immolante Pertinace negatur in hostia cor repertum, & quum id vellet procurare, caput extorum non deprehendit.* Apud Ciceronem tamen, caput est in iecore, cor in extis. Philostratus lib. 8. Apollonij ἐν ἥπατι φασὶ τὸν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα οἱ δεινοὶ ταῦτα, *Periti aiunt in iecore Tripodem extispicina esse.* Celsus Medicus lib. 4. c. 1. Pulmonis duas esse, iecoris quatuor Fibras autumat. Seruius Fibras extremitates iecoris interpretatur. Seneca in Oedipo Ac. 2. Scena 2.

> *Nec alta cæli pinna quæ leuis secat,*
> *Nec Fibra viuis rapta pectoribus potest*
> *Ciere nomen.*

Viscera pro extis ponit, ibidem.

> ——*Viscera effugiunt manu,*
> *Nec ipsa quæ te pepulit armenti grauis*

Vox est

A *Vox est, nec vsquam territi resonant greges.*

Tibul. lib. 1. eleg. 9 fibram Deorum conſciam vocat. Stat. 4. Thebaid. *Verum ſpirantibus extis.* lib. 5. Metamorph.

> *Fibra quoque ægra notas veri, monitúſque Deorum*
> *Prodiderat.*

Arrianus lib. 7. Pythagoras aruſpex Alexandro mortem prænuntiauit, ὅτι ἄλοβον οἱ τὸ ἧπαρ ἦν τοῦ ἱερείου, *quia iecur victimæ ſine fibra fuit.* Suidas λοβὸν extremitatem auris, aut iecoris interpretatur. Heſychius λοβαὶ, χεῖρες, καὶ ἄκρον τοῦ ἥπατος, an legendum λαβαὶ, *capuli, manus, & extremitas iecoris*, λοβοὶ autem extrema omnia, & ſignum in hepate ſunt, ait Dionyſ. Halicarn. lib. 7. οἵτε μάντεις ἤγγελον ἐπὶ τοῖς ἱερείοις προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν, id eſt, *Vates nuntiabant in victimis apparere Deorum iram.* Seneca in Oedipo, *Solet ira certis numinis oſtendi notis.* Virgilius,
B *extis fibræ apparere minaces.* Ibidem Dionyſius ritum Romani ſacrificij deſcribit his verbis, ἐθύθυτεον οἵτε ὕπατοι, καὶ τῶν ἱερέων οἷς ὅσιον, καὶ τῶν θυηπόλων: *Sacrificabant conſules, Sacerdotéſque quibus fas erat, & victimarij*: lotis enim manibus, & victimis aqua pura luſtratis, inſperſiſque in earum capita frugibus cerealibus, conceptiſque precibus miniſtros mactare iubebant, quorum alij ſtantem hoſtiam feriebant in tempora, alij ſuppoſitis cultris cadentem excipiebãt, ac mox excoriatam concidebant membratim, delibatáſque ex ſingulis extis, & membris primitias, (quæ proſecta, proſicias, ablegmina, magmenta vocant) farrea farina ſpargebant, & in caniſtris offerebant ſacrificantibus, qui aris impoſitas ſuccendebant, & vinum inter adolendum affundebant: quæ priuſquam fierent, aruſpices exta ferreo cultro rimabantur. Seneca lib. 2. cap. 32. *Deum nimis otioſum, & puſillæ rei miniſtrum facis, ſi aliis ſomnia, aliis exta diſponit. Iſta nihilominus diuina ope geruntur; ſed non à Dea pennæ auium reguntur, nec pecu-*
C *dum viſcera ſub ipſa ſecuri formantur.* cap. 34. *Quicquid exta, quicquid aues minabantur, ſecundo fulmine abolebitur: quicquid fulmine denunciatum eſt, nec extis, nec aue contraria refellitur.* Immittebant manum per vulnus vt exta extraherent. Apuleius Mileſia 1. *ne quid demutaret creda à victimæ religione, immiſſa dextera per vulnus illud, ad viſcera penitus cor miſeri contubernalis mei, Meroë bona ſcrutata protulit.* Exta luſtralia vocat pinguia Virgilius lib. 8. Æneid. quia confecto luſtro victimæ τέλειαι, & quinquennales immolantur. Homerus βοῦν πενταέτηρον, *quinquennalem.* Rex Pruſias, cùm Hannibali apud eum exſulanti pugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. *An tu*, inquit, *carunculæ vitulinæ mauis, quam Imperatori veteri credere?* ait Cicero lib. 2. Diuinat. Neglexit Hannibal aruſpicinam, neglexit eandem Cæſar infauſto exitu, neglexit Caracallus, & non meliore: Dirarum obteſtationem Craſſus, & idem Cicero lib. 1. de Diuinat. *M. Craſſo videmus quid acciderit Dirarum obnuntiatione neglecta.* Etenim Diræ
D ſicut cetera auſpicia, vt omina, vt ſigna, non cauſas afferunt, cur quid veniat; ſed enunriant euentura, niſi prouideris. Diras obſeruabant Aruſpices, vt & ſigna quæ ex igne exiſtebant. Statius lib. 4. Thebaid.

> ——— *Atque ipſe ſanantia flammis*
> *Virgulta, & triſtes crepuiſſe vt ſenſit aceruos*
> *Tireſias: illi nam plurimus ardor anhelat*
> *Ante genas, impletque cauos vapor igneus orbes;*
> *Exclamat, tremuere rogi, & vox impulit ignem.*

Ouid. in Faſtis.

> *Vt ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis.*

De Diris Plin. lib. 28. cap. 2. *vtraque memoria inſigni, quoties ipſa Diræ obſtrepentes nocuerint, quo-*
E *tiéſve precatio errauerit, ſic repente extis adimi capita, vel corda, aut geminari victimâ ſtante.* Horat. lib. epod. 7.

> *Dira deteſtatio nulla expiatur victima.*
> *Diris agam vos.*

Tibullus.

> *Tunc tibi, lena, precor diras. ſatis anxia viuat.*

Plinius lib. 28. cap. 2. *Diris deteſtationibus defigi nemo non metuit.* Appianus in Parthico, ὁ δὲ Ἀτήϊος προσδραμὼν πρὸς τὴν πύλην, ἔθηκεν ἐσχαρίδα, καιομένην, καὶ τοῦ Κράσσου γενομένου κατ᾽ αὐτὸν, ἐπιθυμιῶν, καὶ καταςπένδων ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς μὲν αὐτὰς, καὶ φρικώδεις, &c. *Ateius ad portam accurrens poſuit ibi ardentem foculum, & Craſſo prætereunte, ſuffitum faciens, libanſque inſuper, diris eum deuouebat exſecrationibus, noua & horrenda nomina Deorum inuocans.* Eas exſecrationes ſecretas, & priſcas Romani talem vim putant habere, vt nemo ſic deuotus poſſit euadere; imo nec illi

qui deuouet bene cedere. Diras describit. Virgil. lib. 12.

Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas, & tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodémque tulit partu, &c.

Lib. 2. Velleius Patercul. *Merula, qui se sub aduentum Cinnæ consulatu abdicauerat, incisis venis, superfusóque altaribus sanguine, quos sæpe pro salute Reip. flamen Dialis precatus erat Deos, eos in execrationem Cinnæ, partiumque eius tum precatus.* Tacitus lib. 5. Annal. *compositas Diras imprecari.* Lysias in Eratosthenem, ἐπειδὴ ὤμοσεν ἐξώλειάν τε ἑαυτῷ, καὶ τοῖς παισὶ ἐπαρώμενος. Andocides de mysteriis, ἐπευχόμενοι ἐξορκοῦντι ἐξώλη αὐτὸν εἶναι, καὶ τὸ γένος: *Postquam iurauit, sibi exitium, & filiis imprecatus. Precati vt qui peierasset, ipse, & genus eius pessime perirent.* Liu. lib. 22. *Scipio ait, Si sciens fallo, tum me Iuppiter letho afficiat.* lib. 39. de Annibale. *Exsecratus deinde in caput, regnumque Prusiæ, Deos fides violatæ testes inuocans.* Herodot. lib. 1. ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας, καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν: *Se Diris deuouerunt, & globum candentem ferreum in mare deiecerunt.* Scholiast. Sophoc. ἐμνύοντες μύδρους αἴροντες ἐπαρῶντο, *iurantes ferrum candens tollentes exsecrantur*, ἐνδαλεῖς, Sophocles, *Diris defigere, deuouere*, dixit. Sed ad exta redeamus. Plin lib 11. cap. 37. *Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traduntur.* Antoninus Gordianus, *Africæ Proconsul Carthagine cum auertendis prodigiis, quorum metu haud inane angebatur, rem diuinam sollicitus ageret* (vulgò *solitis*, male) *repente hostia partum edidit. Id haruspices atque ipse maxime, nam huius scientiæ vsu immodice prudens erat, ita accepere, illum quoque destinatum neci, verum liberis parriturum Imperium*, vt Aurelius Victor. Herodianus Aruspices eodem loco habet, quo Magos lib. 4. χρηστήριά τε πάντα ἐνεφορεῖτο, τούς τε πανταχόθεν μάγους, καὶ ἀστρονόμους, καὶ θύτας, μετεπέμπετο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἐλάνθανεν τῶν τὴν γοητείαν ταύτην ἐπαγγελλομένων: *Oracula omnia* Caracallus *consulebat, & magos vndique, astronomos, aruspices aduocabat, & nullus eum latebat eorum qui has præstigias pollicerentur.* De capite quod in fundamentis Iouis Capitolini repertum est, quasi hominis recens occisi, déque senis Hetrusci interpretatione legendus est Dionys. Halicarnasseus lib. 4. Origin. qui ait μοῖρα δὲ οὐκ ἐλαχίστη τῶν ἐν μαντικῇ θεωρημάτων ἐρώτησις ὀρθή: *Non minima diuinationis pars est recta interrogatio*, id est, si rectè aruspex interrogetur. Is vates Plinio lib. 28 cap. 2. dicitur Olenus Calenus, quo non inferior fuit aruspicinæ arte Thuscus ille, de quo agit Procopius lib. 4. Gotth. *Cum*, inquit, *boues in forum boarium venissent, vbi erat Taurus æreus Myronis, ex eo armento Taurus quidam exsectus, vt biberet è fonte, inscendit taurum æneum, & bibit. Quod vir Thuscus cum animaduertisset, Gotthos ab Eunucho debellatum iri dixit. Id causa fuit, cur Narseti Eunucho Iustinianus id negotij dederit, vt Gotthos Italia eiiceret.* Legendus Dionys. Halicarnasseus lib. 7. in anno ab vrbe condita 264. Q. Sulpitio & Sp. Largio Cos. & lib. 9. in anno 274. Cos. Cneo Manlio, & M. Fabio secundum Plin. lib. 28. cap. 2. Seneca in Oedipo act. 2. Scen. 2. Aruspices hanc rationem in inspiciendis victimis obseruabant; Primò, an reluctaretur hostia, an placida sponte iret, staret, caderet; tum in profectis iecur, an bellè, aut secus haberet. Tertiò cor, an palpitaret, exiliret, marceret. Quartò, fel, lienem, pulmones, membranas viscera ambientes, vesicam, an gemina esset. Pulmones bifidi, incisíque moras rebus afferebant, simplices & solidi moras tollebant. Quintò, flammas sacrorum attendebant. Sextò, fumos; Septimò diuinabant ex pice tædarum comminuta in puluerem, & in ignem coniecta. Octauò, ex thure incenso. Nonò ex vini infetij, & aquæ sacræ coloribus. De quibus & supra egimus, & infra pluribus agemus. Cicero lib. 2. Diuinat. *Tiberius Gracchus cum aruspices, propter mortem repentinam eius qui in prærogatiua ferenda subito concidisset, in Senatum introduxisset, non iustum rogatorem comitiorum fuisse dixerunt.* Plutarc. in Cæsare ποιουμένῳ δὲ καθαρμὸν αὐτῷ τῆς δυνάμεως, καὶ θύσαντι τὸ πρῶτον ἱερεῖον, εὐθὺς ὁ μάντις ἔφρασε τριῶν ἡμερῶν μάχην κριθήσεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους. ἐρομένου δὲ τοῦ Καίσαρος εἰ καὶ περὶ τοῦ τέλους ἐνορᾷ τι τοῖς ἱεροῖς εὔσημον αὐτὸς ἄν, ἔφη, σὺ τοῦτο βέλτιον ὑποκρίναιο σαυτῷ. μεγάλην γὰρ οἱ θεοὶ μεταβολὴν, καὶ μετάπτωσιν ἐπὶ τὰ ἐναντία τῶν καθεστώτων δηλοῦσιν, ὥστε εἰ μὲν εὖ πράττειν ἡγῇ, σεαυτὸν ἐπὶ τῷ παρόντι τὴν χείρονα προσδόκα τύχην, εἰ δὲ κακῶς τὴν ἀμείνονα.

CAP. VII.

De Iudiciis Aruspicinæ.

ARVSPICINÆ Iudicia fuêre vana, & ridicula, in quibus nihil esset cui ratio inniteretur. Iudicabant autem de omnibus, quæ vel victimis acciderent, vel in extis apparerent,

A parerent, vel ad altaria contingerent. Si victimæ ad aras sponte accederent, non autem inuitæ traherentur; si vltrò starent; si cum probarentur, non se concuterent; si intrepidæ ictum exspectarent: quæ omnia auspicata fuere; si refugerent; calcitrarent, securim ceruice excuterent; si ante ictum per se conciderent: quæ inauspicata habita sunt. Exta si læta, florentia, integri coloris; aut tristia, exilia, marcida, liuida; si flamma liquida sursum existeret, si atro fumo inuolueretur. Si vesica gemina esset, si pulmones bifidi, si simplices & solidi; quomodo fel eiacularetur bilem; quam in partem vesica ore lana colligato lotium effunderet. Si aris niger ignis esset, si splendidus, si apices flammæ sanguinei; si profiuiæ extorum fissiculatæ. Hæc, inquam, omnia expendebant, & ex iis futura denuntiabant. Inspiciebant item, victima quomodo caderet; an fibris aliquid deesset, an venæ lucerent; an cor marceret; an mersum lateret; an omninò abesset; an iecur duplicatum, an B caput duplex; an caput domesticum floridum; an hostile languidum; an iecinora intrinsecus ab ima fibra replicata essent; quod auspicatum fuit, vt & vesica gemina, & fel geminum. Iecur sine capite inauspicatum; vt & si fibra pulmonis lateret, aut pulmo ipse suo loco non esset, quorum omnium exempla ex veteribus auctoribus afferenda sunt, vt res sit exploratior & artis ridiculæ vanitas magis appareat. Quare scitè dixit Petrus Rauennas sermon. 18. *Non loquamur auguriis, non diuinatione fallamur, non capiamur sortibus, non à manibus inducamur.* Hieronym. in Epitaphio Marcell. *nec mirum si in plateis, & in foro rerum venalium fictus ariolus stultorum verberet nates, & obtorto fuste dentes mordentium quatiat*: fustem vocat laureum ramum, quem ad mordendum dabant Aruspices consulentibus. Appianus in Parthico, *παρεδήλουν καὶ οἱ μάντεις ὡς ἀεὶ πονηρὰ σημεῖα, καὶ δυστυχῆ προφαίνοιτο τῷ Κράσσῳ διὰ τῶν ἱερῶν*: *Aruspices submonebant exta nihil læti portendere, nec posse Crassum litare.* Arioli laurum ferebant, cùm C per vrbem incederent. Hesych. *ἰσθμίηλον ὃ φέρουσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης.* Nonius Fulguritores aruspices interpretatur. Ammian. Marc. lib. 28. eosdem vocat genitalium extorum interpretes controuersos. Seruius, Aruspicinæ libros, & fata Acherontia Tagetis commemorat. Seneca in Troade,

—— Arte qui reseras polum,
Cui viscerum secreta, cui mundi fragor,
Et stella longè semitam flamma trahens
Dant signa fati.——

Zeno Veronensis, serm. de Iona, *Non thura cremant, nec pecudum inexspectata morte rapti iecoris spirantes consulunt fibras, nec per varios auium volatus coniecturis inanibus statum plumeæ salutis inquirunt.* Poëta lib. 10. Æneid.

D *Tertius ille hominum, diuumq́; interpres Asylas.*
Cui pecudum fibræ, cæli cui sydera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.

Stat. lib. 3. Thebaid.

—— Niger omnibus aris
Ignis. ——

Lib. 10. *Sanguineos flammarum apices, geminumq́; per aras*
Ignem, & clara tamen mediæ fastigia lucis
Orta docet.

Aruspices velabantur cinctu Gabino, manicis breuibus, barba rasa, dextra lituum tenebant, vt est in veter. inscript. Etant & fœminæ aruspicæ, & hariolæ. Plaut. milite.

E *—— Da quod dem quinquatribus*
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atque aruspicæ.

Fuere & aruspices in Perside, quos magos exaudio. Catul.

Nascatur Magus ex Gelli, matrisque nefando
Coniugio, & discat Persicum aruspicium.

Hetrusci Aruspices dicti sunt Thusci à frequentia sacrificij, hoc est, *ἀπὸ τοῦ θύειν*, vt Seruius ad lib. 2. Æneid. Constat enim illic à Tage aruspicinam repertam, vt Lucanus lib. 1.

Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis
Finxerit ista Tages.

Ad lib. 8. Æneid. *Sed sciendum secundum aruspicinæ libros, & sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri posse, &c. Nam fata differuntur tantum, nunquam penitus immutantur.* Cic. lib. 2. de Diuinat. *Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi cum*

terra araretur, & sulcus altius esset impressus, exstitisse repente, & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, vt est in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senilis fuiße prudentiæ, &c. Martianus Capella lib. 1. eleganter vt omnia, *Ipse*, inquit, *pedibus talaria nectit aurea* (Mercurium intellige) *& nunc in fauis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum cæde fissiculatis extorum prosicuis viscera loquebantur, quibusque fortitus excedere* (lego *exedere solebant*) *vel logia personare sagaci eum* (Apollinem) *inuestigatione disquirit. Sed his adytorum fastigiis, specubusque viduatis absque lauri arentis paucis admodum foliis, vittisque semiuulsis, quas in Cumano antro post Sibyllam, tinearum morsus, cariesque carpebant, nihil eius potuit inueniri. Per aërios etiam tractus, quibus formare solitus, & volucrum diuersos meatus, & oscinum linguas, & præpetis omina pennæ, frustra incassumque disquiritur.* &c. Idem in ministerio vatum lauros, hederas, tripodem, crepidas numerat, quæ fortasse fuere Sibyllæ, aut Pythiæ. Verba eius sic habent, *Sed alibi lauros primiores, arentesque hederas, alibi cariantem tripodem, crepidasque situ marcidas, præsagiorumque interritam memoriam repererunt.* Romani certè sine extis nihil agere sueti, vt Cic. 1. lib. de Diuinat. Nam vt nunc extis, tunc auibus magnæ res impertiri solebant. Onosander in strateg. Imperator *ne exercitum in expeditionem ducat, neque aciem instruat, quin prius victimas cædat, eumque Aruspices, & vates sequantur.* Cùm exta placebunt, duces omnes vocet ad spectaculum: milites enim quasi victoriam certò adepturi, & signa, & imperia pro virili parte obseruant. Cumque pulchre litatum est, singuli etiam qui de suis rebus tristius aliquid ominabantur, fortiores fiunt. μήτε ἤ εἰς πορείαν ἐξαγέτω τὸ στράτευμα, μήτε πρὸς μάχην ταττέτω, μὴ πρότερον θυσάμενος· ἀλλ' ἀκολουθούντων αὐτῷ θύται, καὶ μάντεις. Porphyrius lib. περὶ τῆς ἀποχῆς ἐμψύχ. ait *futura fidelius in extis hominum præsentiri, vnde & multi ex barbaris exta humana fissiculabant.* τοῖς τῶν ἀνθρώπων σπλάγχνοις ἐπιφαίνονται μᾶλλον τὰ μέλλοντα. καὶ πολλοί γε τῶν βαρβάρων διὰ ἀνθρώπων σπλαγχνεύονται. Galli *hominem mola salsa sparsum, & vino, in humerum ense feriunt, & è palpitatione vaticinantur.* ἄνθρωπον κατεσπεισμένον παίσαντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ. Ait Strabo lib. 7. Lusitani viscera non profecta inspiciunt, venas item in latere sitas, & palpantes, attrectantesque coniectant, καὶ ψηλαφῶντες τεκμαίρονται, ait idem lib. 3. Cimbros *vates fœmina sequebantur cana, alba veste, carbasinis supparis fibulatis, cinctu æreo, pedibus nudis*, lib. 7. παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας, ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι γυμνόποδες. Lusitani σπλαγχνεύονται, καὶ δι' ἀνθρώπων αἰχμαλώτων καλύπτοντες σάγοις: *exta inspiciunt captiuorum, quos sagis operiunt, & diuinant è casu victimæ primum*, καὶ μαντεύονται πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος. Aruspices non tantum iecur, cor, & pulmones, sed lumbos, & femora inspiciebant: Plutarch. Erotico. ἕτεροι μὲν καταγελῶσιν αὐτῶν εἰ καθάπερ θύται, καὶ μάντεις εἰς τὰ μηρία, καὶ τὴν ὀσφὺν ἀποβλέπειν τῶν ἐρωμένων κελεύουσι: *alij vident eos, si quemadmodum victimarij, & Aruspices femora & lumbos victimarum inspiciunt; ita & amatores eorum quos amant, femora & lumbos tueantur.* Exta autem fuêre vel regalia, vel muta, vel adiutoria, vel arguta, id est, conspicuas notas habentia. Regalia, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur, priuatis humilioribus hæreditates, filio familias dominationem. Muta, quibus nihil diuinationis, aut responsionis elicitur. Adiutoria, quæ certum aliquid indicant, aut ab incendio, aut à veneno, talique te certum instare periculum, portendunt, aut finium denuntiationem. Exta verò dicta, quod ea Diis prosecentur, quæ maximè extant, eminentque. Vetus Scholiastes Martiani Capellæ notat exta vitalia fuisse septem, linguam, cor, hepar, lienem, pulmonem, & duos renes, quæ *singula inspiciebant Aruspices, vt ex vnoquoque non minus atque de omnibus prædictiones facerent.* Artemidorus sub finem libri 3. δεῖ καθ' ἕκαστον τῶν σημείων ἐπίστασθαι πρὸς τί ἕκαστον ἁρμόζει, καὶ τὰς ἀποφάσεις οὐδέν τι μᾶλλον ἐξ ἑνὸς ἑκάστου, ἢ ἐκ πάντων ποιεῖσθαι. De lingua, Homerus Odyss. lib. 1.

> ἀλλ' ἄγε τέμνετε μὲν γλώσσας, κεράασθε δὲ οἶνον.

Sed agite, scindite linguas, miscete vinum.

Item —— γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον.

Linguas in ignem iniecerunt. Quæ verba referri possunt ad eum morem, quo ante somnum linguas igne assas Mercurio dicabant, vt somno facili vterentur. De corde, Seneca Oedipo actu. 2.

> *Cor marcet ægrum penitus, ac mersum latet,*
> *Liuentq́ue venæ, magna pars fibris abest.*

Lucian. de sacrif. τὰ ἔγκατα ἐξαίρων, καὶ καρδιουλκῶν, καὶ τὸ ἔλαιον τῷ βωμῷ περιχέων: *Intestina, & cor extrahens, & oleum aræ infundens.* Petron. *Recluso pectore extraxit fortissimum iecur, & inde mihi futura prædixit.* Sueton. in Iulio c. 77. *vt Aruspice tristia, & sine corde exta, sacro quodam nuntiante,*

A *nuntiante, futura diceret latiora, cum vellet; nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset. Si cor in extis victimæ non esset, inauspicatum habitum est.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Cum Cæsar immolaret illo die, quo primum in aurea sella sedit, & cum purpurea veste processit, in extis bouis opimi cor non fuit.* καρδιῶξ apud Hesychium, καρδιουλκεῖν (non καρδιουργεῖν) ἐπὶ τῶν ἱερείων, *cor euellere victimis.* καρδιουλκεῖν, *fissiculare.* Tertullian. in Apologet. *Cur præcordia potius victimarum, quam ipsorum sacrificantium examinantur.* De iecore, Pacuuius,

Nam istis qui linguam auium intelligunt,
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam suo.

Certè iecur pars fuit, in qua pene omnis aruspicum disciplina versatetur. In eo ἀψάς, ἱστίας, ἐπιβολὶς, *caput, familiare, hostile,* λόβοι. Hesychius, σημεῖον ἐν θυτικῇ ἐπὶ τοῦ ἥπατος. ἐπιβολὶς μέρος τοῦ ἥπατος: *in Aruspicina signum in hepate epibolis pars iecinoris.* ἱστίας, seu ἱστία, *focus*, pars
B iecoris in aruspicina. δέξις τὸ ἐν τῷ ἥπατι μερῶν παρὰ τοῖς θύταις καλουμένη δοχή., *Dexis receptaculum partium iecoris apud aruspices.* δεσμὸς σημεῖον παρὰ τοῖς θύταις, *vinculum desmus, signum in aruspicina.* fuit & iecur duplicatum, caput duplex. Sueton. Augusto c. 95. *Iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra. Quod latum.* Plin. lib. 11. c. 37. *Diuo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die sex victimarum iecinora, replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt, responsumque duplicaturum intra annum Imperium.* κύστις χοληδόχος, *vesica quæ bilem excipit*, gemina Augusto, qua die Antonium ad Actium vicit. Plin. lib. 11. *Geminum fel fuit Diuo Augusto, quo die apud Actium vicit.* Valer. Max. lib. 1. *Prima hostia iecur sine capite inuentum est, proxima caput iecinoris duplex habuit.* Plutarch. Cimone, καὶ παρὼν ὁ θύτης ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὸν λοβὸν οὐκ ἔχοντα κεφαλὴν, *aruspex aderat ei ostendens iecur sine capite.* Appian. lib. 2. Ciuilium. Alexandro & Cæsari τὰ πρῶτα ἄλοβα ἐς κίνδυνον ἦλθε θανάτου, τὰ δεύτερα δὲ ἐς τὸν θάνατον αὐτόν: *Priora exta fibris carentia periculum,*
C *secunda mortem denuntiarunt.* Hesychius ἐνωμοβῶν dicuntur vates, ὅταν ἐπ' αὐτῶν τῶν σφαγίων μαντεύωνται: *cum super ipsa cæsa, & porrecta vaticinantur.* Interdum in iecore ponitur cor, vt in extis caput, vt illud Ciceronis lib. 2. de Diuinat. perpetuum non sit, *cor in extis esse, caput in iecore.* Liuius lib. 41. *In iecinore alterius hostiæ cor non fuit.* Item, *bouis fescennaris iecur defluxisse.* Val. Max. lib. 1. c. 6. *Quæ prima hostia ante foculum decidit, eius iecur, sine capite inuentum est. proxima caput iecinoris duplex habuit. Aruspex dixit* Marcello *non placere sibi exta, quia prima tam tristia, secunda nimis læta paruissent.* Cic. lib. 2. Diuinat. *caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant. Cum enim tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè.* ver. Scholiast. Demosthenis ad Orat. pro Corona. πυλαία ἡ μέση τοῦ ἥπατος εὐρυχωρία παρὰ τοῖς θύταις: *Pylæa media iecoris latitudo aruspicibus.* Vnde ἐαρινὴ πυλαία: *verna pylæa* Amphictyonibus dicitur ἡμέρα ἑορτώδης: *dies festa.* Hesychius, & Suidas scribunt λοβοὺς ἐν τῇ
D θυτικῇ: *fibras* nominari extremas iecinoris partes, quas extispices maximè attendunt. Silius Italic. lib. 1.

Scire vltra vetuit Iuno, fibræq; repentè
Conticuere: latent casus, longique labores.

Euripides in Electra.

λοβὸς μὲν οὐ προσῆν σπλάγχνοις.

Fibra non erant extis.

——πύλαι καὶ δοχαὶ πέλας
Κακὰς ἔφαινον τῷ σκοποῦντι προσβολάς.

Porta & receptacula prope, malos ostendebant incursus inspicienti. Arrianus lib. 7. ἧπαρ ἄλοβον: *iecur fibris carens*, mortem Ephestionis, & Alexandri significat. Appianus ἄλοβα σημεῖα: lib.
E 2. Ciuilium, Cæsari *signa fibris carentia* paruerunt in extis. Syllæ *fibra laureæ coronæ forma fuit, & duos quasi Lemniscos ex se nexos habuit.* Plutarch. in Sylla δάφνης στεφάνου τύπον ἔχων ὁ λοβὸς, καὶ λημνίσκων δύο καθηρτημένων. Xenophon, ἄλοβα τὰ ἱερά: *fibris carentia exta.* De felle Gallinaceo sunt qui vel argutissima hæc exta esse dicant, ait Cic. lib. 2. Diuinat. De pulmonibus id imprimis videbant, vt in dextra parte sederet, vt florens ac viuidus esset. Seneca in Oedipo Act. 2.

Mutatus ordo est, sede nil propria manet,
Sed acta retro cuncta. Non animæ capax
In parte dextra pulmo sanguineus iacet,
Non læua cordis regio.

Lucan. lib. 1.

——*Pulmonis anheli*

Fibra latet. —— A

Seruius ad hæc verba Virgil.

Tristibus aut extis fibræ apparere minaces.

Venæ, inquit, *si apparerent in visceribus, malum omen fuit.* Seneca.

Nouisque prosilit venis cruor.

Lucan. lib. 1.

——*Venasque minaces*

Hostili de parte videt.

Dio lib. 46. τότε ἱερὰ τὰ προπολέμια οἱ μάντεις ἠδυνήθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ αἵματος διαγνῶναι: *antequam Pansa exiret ad bellum, in sacris exta ab Aruspicibus propter sanguinis copiam diiudicare nequiuere.* lib. 42. καὶ πολλὰ τῶν ἱερείων αὐτοῖς ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα ἐξέδρα: *plures victimæ aris admotæ fugerunt.* Petrus Rauen. ser. 5. *Occidebatur pecus, vt quod viuum nihil sciebat, diuinaret occisum, & loqueretur è fibris mortuum, quod nunquam loquutum fuerat ore.* Hesychius. οἱ θύται ἀποσκοποῦντες τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος, καὶ τὰς φλέβας: *Aruspices inspiciunt diuortia hepatis, & venas; ideo vias, iecoris, portas vocant*, διὸ καὶ τὰς ὁδοὺς πύλας λέγουσι. Iornandes, *nunc quasdam venas: in abrasis ossibus intuentes.* Rufus Ephesius lib. de humani corporis partibus. καὶ ἐπὶ τοῦ μεγίστου λοβοῦ χολῆς ἀγγεῖον. τούτου δὲ τὸ μέσον στενὸν, αὐχὴν, τὸ δὲ κάτω πυθμήν. πύλη δὲ ἥπατος ἡ φλὲψ δι᾽ ἧς ἡ τροφὴ εἰσέρχεται: *In fellis maxima fibra, vas medium angustum, collum infima pars, fundum. Porta iocinoris, vena per quam alimentum subit.* Dio in Caracalla, Dixere Aruspices, vt illum diem caueret, his disertè verbis, ὅτι αἱ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι κέκλεινται: *quia iecoris victimæ portæ clausæ sunt. Mensa, ensis, vnguis in Aruspicina numerabantur*, ἐν ἱεροσκοπίᾳ ἦν τράπεζα, ξίφος, ὄνυξ. De Fisso in extis Cicero lib. 1. de Diuinat. *Quid fissum in extis, quid fibra valeat.* Fissum iecoris dicitur, cùm in duo capita iecur finditur, quorum aliud domesticum, & vitale; aliud hostile, per lineam quandam, quæ iecur & fibras intersecat. Caput simpliciter dicitur initium fibrarum iecoris. Plin. l. 11. c. 37. l. 28. c. 1. *Iecur in dextra parte est in eo quod caput extorum vocant magna varietatis. M. Marcello circa mortem cum periit ab Hannibale, defuit in extis, sequenti die geminũ repertum est. Defuit & C. Mario, cùm immolaret Vticæ. Itẽ Caio Principi Kal. Ianuariis, cùm iniret consulatũ, quo anno interfectus est. Claudio successori eius, quo mense interemptus est veneno.* Caput dicitur fastigium fibrarũ. Iecur in duas partes diuidebant, familiarẽ & hostilem: suum cuique caput tribuebant, ex cuius colore, & habitudine futura portendebant: sic & fissum duplex fuit, id est, duæ partes lineæ quæ iecur finderet, quarum alia caput hostile, alia domesticum attingeret, ex cuius item colore, & habitu, bene aut male ominabantur. Cicero lib. 1. Diuinat. *Non placet Stoicis singulis iecorum fissis interesse Deum.* lib. 2. *Fissum familiare, & vitale* vocat lib. 3. de Natura Deor. *fissum iecoris* lib. 2. Diuinat. *Si eadem hora, aliæ pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum, & exile, fissum familiare, & vitale tractant.* Familiaris pars fuit interior, nempe caua, siue sima; hostilis exterior gibbera. Alij fissum iecoris rimam esse volunt, vnde profertur vena, quæ partuum vmbilico inseritur. Plin. l. 28. c. 1. *scribit iecinoris caput interdũ geminum inueniri, quando scilicet ita excreuit, vt geminum videri possit.* Legendus est lib. 11. c. 37. Val. Max. lib. 1. c. 7. Lucan. lib. 1. B C D

Ecce videt capiti fibrarum increscere molem:

Alterius capitis pars ægra, & marcida pendet;

Pars micat, & venas celeri mouet improba pulsu.

Caput ipsum non modo aliquando cæsum erat, sed etiam in membranæ cuiusdam inuolucris latens, vt vix potuerit inueniri. Ouid. lib. 15. Metam.

—— *magnosque instare tumultus* E

Fibra monet, cæsumque caput reperitur in extis.

Liuius l. 8. Caput iecinoris à familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse. Seneca in Oedipo.

En capita paribus bina consurgunt toris,

Sed vtrúmque cæsum tenuis abscondit caput

Membrana, latebram rebus occultis negans:

Hostile valido robore insurgit latus,

Septémque venas tendit, has omnes retro

Prohibens reuerti limes obliquus secat.

Cic. 2. Diuinat. *In extis quæ pars inimici, quæ pars familiaris esset, quod fissum, periculum, quod commodum aliquod afferret.* Plin. lib. 11. c. 37. *Caput extorum tristis ostenti cæsum quoque est, præterquam*

in fel

A *in sollicitudine & metu. Tunc enim perimit curas.* lib. 28. c. 2. *Sic repente extis adimi capita, vel corda, aut geminari victima stante.* Cæsum illud quidam putant fuisse imaginarium. malè: quia re ipsa ostendebatur in extis ab aruspice, vt Liuius lib. 8. Iulius Obsequens lib. de prodigiis, Quinto Metello, & Tito Didio Consulibus apud ædem Apollinis Decemviris immolantibus caput iecinoris non apparuisse scribit Lucan. lib. 1.

—— Tunc admouet aris
Electa ceruice marem. Iam fundere Baccum
Cœperat, obliquoque molas inducere cultro,
Impatiensque diu non grati victima sacri,
Cornua succincti premerent cum torua ministri,
Deposito victum præbebat poplite collum:
B *Nec cruor emicuit solitus, sed vulnere largo*
Diffusum rutilo nigrum pro sanguine virus.
Palluit attonitus sacris feralibus Aruns,
Atque iram superum raptis quæsiuit in extis.
Terruit ipse color vatem: Nam pallida tetris
Viscera tincta notis, gelidóque infecta cruore
Pluribus asperso variabat sanguine liuor.
Cernit tabe iecur madidum, venasque minaces
Hostili de parte videt, pulmonis anheli
Fibra latet, paruusque secat vitalia limes.
Cor iacet, & saniem per hiantes viscera rimas
C *Emittunt, produntque suas omenta latebras.*
Pulmonis rigidi stantes sine vulnere fibras
Inuenit, & vocem moribundo in corpore quærit.

Vocem eum quærere ait, quia fibræ loqui dicuntur apud Propertium. Si tacent sunt exta muta. Silius lib. 1. *fibræque repente Conticuere.* Romani post Pyrrhi tantum ex Italia discessum cor inspexere, vt Plin. lib. 11. c. 37. Martianus Capella à fisso dixit fissiculari. lib. 1. *Fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur.* Apuleius lib. de Deo Socratis, *exta fissiculari.* Appianus lib. 2 Ciuil. ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλιπε: *caput in extis defuit.* Plutarch. Marcello, τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερείου δείκνυσι αὐτοῖς τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλήν· τοῦ δευτέρου, ἥ τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς ἀνέσχε: *Cùm prior victima cecidisset, ostendit ei iecur sine capite; cùm iterum victimam cecidisset, caput iecori magnitudinem extulit insuetam.* Dionys. lib. 3. τὰ δαιμόνια σημεῖα, ὁπότε χρησαίμην σφαγίοις περὶ μάχης χαλεπώτερα: *Diuina signa quoties vterer victimis, vt de pugna*
D *cognoscerem, fuere tristiora.* De felle Hesychius in Prometheo.

Χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν.
Fellis, & fibræ ostendi varium formæ nitorem.

Seneca in Oedipo Act. 2.

Et felle nigro tabidum marcet iecur.

Ibidem limes prohibens reuerti dicitur, ἀκέλευθος. Hesychius, ἀκέλευθα ἐν θυτικῇ σημεῖον ὅταν μὴ ἡ κέλευθος: *Aceleutha in aruspicina dicuntur, & inuia signa, quæ viam intercludunt.* Interpres Euripidis in Phœnissis, Caudam ad aruspicinam refert, ἡ οὐρὰ τοῦ ἱερείου καμπτομένη ὑπὸ τοῦ πυρὸς σημαίνει δυσχέρειαν, ἀπλωθεῖσα δὲ κάτω νεῦσα ἧτταν, ἀναστελλομένη δὲ εἰς ὕψος νίκην: *Caudæ*
E *victimæ igne flexu significat difficultatem, demissa, & deorsum nutans cladem, sursum erecta victoriam.* Euripid. Phœnissis.

Μάντεις μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμάς,
Ῥήξεις τ' ἐνώμων ὑγρότητα ἐναντίαν,
Ἄκραν τε λαμπάδα, ἣ δυεῖν ὅρους ἔχει,
Νίκης τε σῆμα, καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων.

Vates mactabant oues, & extorum robur, flatum, ac fissa inspiciebant fellis, qui liquor hostes notat; & summam lampadem, quæ duo indicat, signum victoriæ, & eius qui vincitur. Scholiastes, ῥήξεις χολῆς, *summam lampadẽ*, fel in iecore esse volunt summũ signum victoriæ. Scholiastes Euripid. in Phœnis. οἱ δὲ ἄκραν λαμπάδα τὴν χολὴν λέγουσι ἐν τῷ ἥπατι· σημεῖον γάρ ἐστι τῆς νίκης τε καὶ ἥττης: *Summam lampadem fel*, ἐμπύρους ἀκμὰς τὰς τοῦ πυρὸς ἀναδόσεις, καὶ τὰ φῶτα τὰ ἐκ τῶν ἐμπύρων ἀναφερόμενα ἀφ' ὧν σημειοῦνται οἱ μάντεις. τὰς τῆς χολῆς ῥήξεις ἐπεσκόπουν, ὑγρότητα δὲ λέγει αὐτὴν τὴν χολὴν τὰ περὶ τῶν ἐναντίων δηλοῦσαν, id est; *Ignis incrementa, & lumina ex extis ignitis emicantia, ex quibus vates diui-*

diuinant, inspiciebant rupturas fellis, humorem vocat ipsum fel, quòd res hostium indicat; quia hostes amari, ἐχθροὶ πικροί. ἄκραν λαμπάδα τὸ ἄκρον τοῦ πυρὸς ὃ καλεῖται κέρκος ἐοικότων: inspiciebant summam lampadem, extremum ignis, quæ vocatur cauda. Alij καρδίαν διὰ τὸ εἶναι πυρώδη, cor, quia igneum. Exta pinguia læta. Liuius lib. 7. Valer. lib. 1. cap. 6. exta nimis læta, & Plin. lib. 11. cap. 37. *in corde summo pinguitudo est quædam lætis extis.* Æschyl. Prometheo,

> Κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ.

Nidore & adipe membra tecta. Ammianus lib. 22. exta operimento duplici tecta. Seneca in Oedipo Act. 2.

> —— *Non molli ambitu*
> *Omenta pingues viscerum obtendunt sinus.*

Color in primis extorum inspiciebatur. Æschil. Prometh.

> Σπλάγχνων τελειότητα, καὶ χροίαν τινὰ
> Ἔχοντα, ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονὴν.

Extorum perfectionem, & quonam colore diis placeant. Fulgentius lib. de vocibus antiquis, *Fibra iecoris Sandaraces si fuant, manales tum verrere opus est petras, quas antiqui solebant per limites trahere, pro commutanda pluuiæ inopia.* Exta Græcis dicuntur ἔμπυρα. Hesychius, Πυρκόοι ὑπὸ Δελφῶν ἱερεῖς δι' ἐμπύρων μαντευόμενοι: *Pyrcoi Delphis dicuntur Sacerdotes, qui per exta vaticinantur.* Exta autem spirantia consulebantur. Zeno Veronens. serm. de Iona. *Non aris fœtentibus funestos excitant ignes, non thura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexpectata morte rapti iecoris spirantes consulunt fibras.* Ideo Arnob. lib. 2. leuiter animata vocat exta, quia auspicatum fuit, si leuiter exta rapta trepidarent. Poëta lib. 3. Æneid.

> —— *Pecudumq; reclusis*
> *Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*

Ouidius lib. 15. Metamorph.

> *Protinus ereptas viuenti pectore fibras*
> *Inspiciunt.* ——

Æneid. lib. 12.

> *Et viscera viuis Eripiunt.*

Lucan. lib. 1.

> *Atque iram superûm raptis quæsiuit in extis.*

Sueton. cap. 96. in Augusto. *Circa Perusiam sacrificio non litante, cum augeri hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei diuinæ apparatum abstulissent, constitit inter aruspices, quæ periculosa, & aduersa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura, qui exta haberent, neque aliter euenit.* Ex pulsu maximè & palpitatione extorum diuinabant. Seneca in Oedipo,

> —— *Non leui motu, vt solent,*
> *Agitata trepidant exta, sed totas manus*
> *Quatiunt, nouusque prosilit venis cruor.*

Gregor. Turon. lib. 1. miraculor. hæc citat,

> *Postremosque animi pulsus in corde tepenti*
> *Callidus interpres numeris, & fine notabat.*

Manibus enim exta vellebantur, & tenebantur. Plutarch. in Arato, *Philippus manibus exta cepit, & ostendit Arato, post Sacerdoti.* Vnde & extis imprimere, vel inscribere quiduis licuit. Polyænus lib. 4. ὁ Ἄτταλος Σουδίνου Χαλδαίου μάντεως θυσίαν κραδαίνοντος, &c. *Sudino Chaldæo aruspice sacrificium commouente, precante, libante, prosecante victimam, Attalus Rex gallam conterens inscripsit in manum dexteram, Regis victoria, inscriptione facta non à læua ad dexteram, sed à dextra ad læuam; & viscera cum extracta essent, manum supposuit in calidiorem, ac fungosum locum, abstersitq; inscriptionem. Aruspex ordine fibras perlustrans, & fel, portasq;, & mensam, & alia omnia signa considerans, conuertit particulam, quæ erat inscripta, quam militibus ostendit.* Aristides in Iericho, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ σώματι τῆς φιλουμένης, καὶ τοῖς ἐντὸς, ὥσπερ ἐν σπλάγχνοις ἱερείων ἐγγεγραμμένα πάντα τὰ περὶ αὐτὴν πράγματα: *vt in ipso corpore dilectæ puellæ quæ obierat, & in visceribus ipsis, & in extis victimarum inscriptis iis quæ ei acciderant.* Aruspices enim singula signa expendebant, vt ex Artemidoro supra docuimus. Inter ea signa fuit αὐτοστάτης, *contrà stans.* Hesychius, *αὐτοστάτης σημασία, ἐν θυσίᾳ.* Lætum fuit si victima securi se feriendam sponte ad aras præberet. Iulius Obsequens lib. de prodig. *Ad immolandum bos sacra iniussa de montibus per Mithridatis classem adnatauit, seque ad aras percutiendam obtulit.* Item, si iecur coronatum esset. Augustinus l. 2. Ciuit. cap. 24. *Cum Tarenti Sylla in capite vitulini iecoris similitudo coronæ laureæ extitisset, Posthumius*

aruspex

A aruſpex reſpondit ei victoriam ſignificari, inſitáq; vt ſolus ex illis extis veſceretur. Plutarch. Pyrrho, τῶν βοῶν τεθυμένων αἱ κεφαλαὶ κείμεναι χωρὶς ὤφθησαν τάς τε γλώσσας προβάλλουσαι, καὶ περιλιχμώμεναι τὸν αὐτῶν φόνον: *cùm boues mactatæ eſſent, capita iacentia ſeorſim viſa ſunt exerere linguam, & ſanguinem ac cædem ſuam adlambere*, Plin. lib. 11. cap. 37. Herodotus lib. 1. θύσαντος Ἱπποκράτεος τὰ ἱρὰ οἱ λέβητες ἑστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον: *Cum Hippocrates ſacrificaret, lebetes impoſiti carnium, & aquæ pleni ſine igne ferbuerunt, & exundarunt.* Filio Piſiſtrato portendebatur Imperium. Si duo iecora exiſterent, auſpicatum fuit. Dio lib. 36. θύοντι Αὐγούστῳ διπλᾶ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις δώδεκα οὖσι εὑρέθη: *Sacrificanti Auguſto duplicia iecora in omnibus victimis, quæ duodecim erant, reperta ſunt.* Malo fuit omini, ſi victimæ ad aram admotæ inter ſe concurrerent; ſi canes tota nocte vlularent, quod ante vrbis excidium Meſſenæ accidiſſe prodit Pauſanias in Meſſeniacis, οἱ κριοὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν αὐτόματοι, καὶ

B βίᾳ τὰ κέρατα ἀναρρήξαντες ἀπέθνησκον ὑπὸ τῆς πληγῆς. οἱ κύνες συνιόντες ἐς τὸ αὐτὸ καθ᾽ ἑκάστην νύκτα ὠρύοντο: *Arietes ad aram ſponte cornibus inter ſe violenter committentes moriuntur. Canes in vnum conuenientes tota nocte vlularunt.* Plin. Panegyr. Traiani, *Largus cruor hoſtiarum malum omen.* Poſtremum hoc addo. *Amphobola dici Sophocli, diuinationes per exta.* Heſychius, ἀμφώβολα τῷ Σοφοκλεῖ, αἱ διὰ σπλάγχνων μαντεῖαι. Addo & hæc Gregorij Nazianzeni Steliteutico in Iulianum, τὸ θύειν οὐ παρὰ Χαλδαίων, ἤγουν Κυπρίων; τὸ ἀστρονομεῖν οὐ Βαβυλωνίων ἐστί; τὸ δὲ γεωμετρεῖν ἐκ Αἰγυπτίων; τὸ δὲ μαγεύειν οὐ Περσικόν; *Sacrificare & exta inſpicere, an non à Chaldæis repertum eſt, aut Cypryis? Ex aſtris futura noſſe, an non à Babyloniis? Terram metiri Geometria arte, an non ab Aegypſiis? Magiam facere, an non à Perſis?* vbi Græcus Scholiaſtes, Χαλδαῖοι πρῶτον ἀστρονομεῖν, καὶ δεύτεροι Βαβυλώνιοι διὰ Ζωροάστρου. Αἰγύπτιοι τὴν γεωμετρίαν εὗρον ἐκ τοῦ ἀπλέτου τῆς γῆς, καὶ τῆς διαιρέσεως τῶν χωρῶν προσδιδαχθέντες, καὶ ὅτως γεωμετρῆσαι, καὶ διὰ τὸ τὸν Νεῖλον καταρρέοντα τὴν αὐτῶν χώραν συγχεῖν

C τὰ τῆς δεσποτείας ἑκάστη γνωρίσματα, διαμετροῦντες πολλάκις τὴν γῆν, καὶ ποικίλοις σχηματισμοῖς χρώμενοι: *Chaldæi primi aſtronomiam, deinde Babylonij per Zoroaſtrem repererunt. Aegyptij Geometriam ob patentes agros, & terræ immenſitatem, & diuiſionem locorum, & quia Nilus quo regio rigatur, perturbabat terminos poſſeſſionum, & agrorum, cogebantur ſæpe diuidere terram, & variis menſuris vti.* Nazianzenus, ibidem, οὐδὲ μάγων ἡ θυηλή, καὶ προγνώσεις, καὶ ἔντομα; *an non à magis eſt aruſpicina, & prædictio & proſicie?* Vet. Scholiaſtes, ἐκ τῶν μάγων ἠπατοσκόποι, *à Magis aruſpices orti.*

CAP. VIII.

De Coniectoribus, & Fanaticis.

D DE Aruſpicibus, & Extiſpicibus diximus; de Coniectoribus, & Fanaticis dicamus. Coniectores ἐξηγητὰς Theophraſtus vocat in characteribus, καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθών, ἐρωτᾷ τί χρὴ ποιεῖν: *Et ſi mus ſaccum farinæ arroſerit, it ad Coniectorem, & rogat quid ſit faciendum.* Tertullianus lib. de pallio, *Qui ſtellarem coniectat, & volaticam ſpectat.* Cedrenus συμβολικὴν appellat. Martianus Capella lib. 9. *Genethliace propter aſtabat, quæ rationis æthereæ conſcia penſa Lacheſis adoperiè, atque inſtantium ſeculorum gerenda denunciat. Deinde ſymbolicè quæ varietatibus ominatis ventura componens aruſpiciorum prouentus penſat viribus futurorum. Oioniſtcè tertia eſt, per quam tripus illa ventura denunciat, atque omnis eminuit noſtra cortina.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniûm, neque eos, qui quæſtus cauſa ariolantur.* Plinius lib. 7. cap. 56. *Interpretationem oſtentorum, & ſomniorum Amphictìon reperit.* Clemens lib. 8. Conſtitut. Apoſtolic. συμβολοδείκτας, παλμῶν ἑρμηνεῖς, ἢ

E παρατηρημάτων συμβολικῶν: *Signorum interpretes, aut ſaliſſationum, & pulſuum coniecturalium.* Veteris gloſſæ Collector, ὀρνιθοκρίτης. Cicero de Aruſpic. reſponſis, *Portentûm explanatores.* Pollux lib. 7. ἐξηγητάς, *interpretes*; τερατοσκόπους, *prodigiorum inſpectores*; ὀρνιθοσκόπους, *auſpices*; χειρομάντεις, *manuſpices*; κοσκινομάντεις, *vates per cribrum*; νυκτιμάντεις, *nocturnos vates*; ἀστρομάντεις, *aſtrologos*; ἀλευρομάντεις, *per farinam diuinatores*; μάγους, *magos*, γόητας, *excantatores.* Suidas συμβολεῖς interpretatur, *auſpicia, quæ fiunt ſternutando*, ἀπὸ τῶν διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμῶν, *qui Cereri ſacri erant*, ἀνειμένοι δὲ ἦσαν Δήμητρι. Fanatici, Vet. gloſ. ἱερόδουλοι, ἱερόδουλοι, *templis ſeruientes*, qui furore correpti fata fantur. Arreptitij, Lampridio, *Bellonæ ſeruientes.* Heſychius, νυμφόληπτοι, *à Nymphis arrepti.* Plauto, *Cerriti*, οἱ κατεχόμενοι νύμφαις, μάντεις δὲ εἰσί, καὶ ἐνθουσιαστικοί, *vates autem Deo patientes.* Iul. Firmic. lib. 6. Matheſ. cap. 31. *Faciet homines templorum obſequiis deputatos, qui latenti diuinitatis inſtinctu mutato mentis ordine, & inſtantis religionis poteſtate poſſeſſi, petentibus hominibus futura prædicant, & ſic illis ex iſta conuerſatione quotidiana vita alimenta quærantur.*

Lib. 3.

Lib. 3. cap. 11. *Facient templorum seruos.* Prudentius, A

—— Non spumat anhelus

Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.

Quos Iulius Firmicus non per vmbram, ac recessum, sed in clarissima luce delineat lib. 3. cap. 7. *Faciet eum assidua cuiusdam dæmonis interpellatione pulsari, faciet etiam in templis manere sordidè, & sic semper incedere, & qui nunquam tondeat comam, & qui aliquid velit quasi à Diis dictum hominibus nunciare, quales solent esse in templis, qui vaticinari consueuerunt.* Cap. 13. *Faciet ex sacrificiis, aut feriatis actibus vitæ habere substantiam. Erunt autem hi tales, vt futura prædicant, & qui semper conuersentur in templis.* Fanatici isti vtplurimum in foro, circo, & vicis ad stipes corradendas vaticinabantur, ideò vicanos Aruspices Cicero vocat, Iuuenalis fallacem circum. Augustinus tractatu 8. in Ioannem, *Mathematici*, inquit, *tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Quàm infeliciter vani sunt homines, quibus capiendis in foro tenditur.* Origenes lib. 1. contra Celsum, *Ea, quæ fiunt in medio foro mediocris quæstus causa, à discipulis Aegyptiorum.* τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων παρ' Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδεμένων: *Videamus*, inquit, *eos, qui in foro præstigias, & nefaria patrant, & stipes colligunt*, ἀλλ' ὁρῶμεν ὅτι καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐπιῤῥητότατα ἐπιδεικνυμένους, καὶ ἀγείροντας. Artemidorus procem. lib. 1. de somn. τοῦτο δὲ καὶ σφόδρα διαβεβλημένων τῶν ἐν ἀγορᾷ μάντεων, οὓς δὴ πρῶικτάς τε, καὶ γόητας, καὶ βωμολόχους καλοῦσι οἱ σεμνοπροσωποῦντες, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες: *Hoc autem cùm maximè vituperentur vates illi forenses, & de triuio, quos mendicos, & scurras vocant, qui grauitatem vultu mentiuntur, & supercilia contrahunt.* Hesychius, ἐπιῤῥητον, αἰσχρὸν, ἐπίψογον, καταγνώσεως ἄξιον: *Turpe, vituperandum, damnandum.* Eustath. ad lib. 1. Odyss. Τελχῖνες γόητες, φαρμακοί· ἐπιῤῥητον ἄρα τὸ θέλγειν, ἐξ οὗ καὶ ὁ τοιοῦτος): *Telchines, magi, veneenarij.* Verbum enim θέλγειν, à quo *Telchines* dicti, in malam partem accipitur. Tertullianus Apologet. *Sicarij, venenarij, magi.* Item, *Arioli, aruspices, mathematici, lenones, perductores, aquarioli.* Prudentius, C

Cultrum in lacertos exerit fanaticus,

Sectisque matrem brachiis plorat Deam.

Dicuntur ἐνθουσιαστοὶ, ἐνθαστικοὶ, ἔνθεοι, *Deo afflati, numine afflati, Deo passi*, ἐκστατικοὶ, *arreptitij*, & *obsessi.* Galli Cybeles, Calui Isidis, Sacerdotes Deæ Syriæ, & Bellonarij sibi brachia cultris incidebant. Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,

Et canit euentus, quos Dea magna monet.

Horatius lib. de Arte poëtica,

Aut fanaticus error, & iracunda Diana.

Euripides in Hippolyto, D

Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, εἴτ' ἐκ Πανὸς,

Εἴτ' Ἑκάτας, ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,

Ἢ ματρὸς φοιτᾷς.

—— Tu enim fanatica es, ô filia, siue à Pane,

Siue Hecate, aut venerandis Corybantibus,

Aut matre errabunda Cybele.

Lucanus,

—— Tunc quos sectis Bellona lacertis

Sæua mouet, cecinere Deos, crinémque rotantes

Sanguineum populis vlularunt tristia Galli.

Pollux lib. 1. θεόληπτος, νυμφόληπτος, φοιβόληπτος, πανόληπτος. Vet. glos. δημητριακός, *laruatus, lymphaticus.* Legendus Lucianus lib. de Dea Syria. Philostratus in Hippodromo. Vetus gloss. δαιμονᾶς, κορυβαντιᾶς, *siderati.* Lucumones à lucis. Sidonius lib. 5. cap. 7. vel vt Festus, lucumones, à locis quæ infesta facerent: vnde, *oblucinasse*, mente exerrasse, quasi in luco alicui Deo occurrisse. Plautus Menachmis, *laruati, cerriti*, ἀερόληπτοι, σεληνιακοί. Firmicus lib. 3. Astronom. *Lunaticos, sideratos*, Augustus apud Sueton. *vacerosos.* Basilius lib. de spiritu, σεληνιαζομένους. Ouid. epist. Phædræ. E

Aut quos semideæ Dryades, Faunique bicornes

Numine contactos attonuere suo.

Lucian. in Alexandro plano, ἱερόδουλοι, θεόληπτοι τὴν κόμην ἀνέντες ἔσειον: *templorum serui, fanatici comam solutam quatiebant*, περίβλεπτος, καὶ λαμπρὸς ὢν μεμηνέναι προσποιούμενος ἐνίοτε, καὶ ἀφροῦ πιμπλάμενος τὸ στόμα: *nobilis, & illustris, furere simulans, os habens spuma plenum*, δαιμονῶντες,

δαιμο

δαιμονῶντες, *Cerritos, cerere ictos*, *δημητρολήπτους* vocat Lucian. in philopſeude. Hippocr. de ſacro morbo, Oedipus apud Sophocl. in Antigone de Tireſia, *ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσιν μόνον δέδορκε*: *ſubmittens magnum hunc veteratorem doloſum. præſtigiatorem qui ad lucra tantum oculatus eſt, cætera cæcus.* Donatus Ariolum quaſi fariolum dici vult. Plautus, *Hariolus fiam, capillum promittam.* Tibul. lib. 2.

> *Hæc cecinit vates, & te ſibi Phœbe vocanit,*
> *Iactauit fuſa ſed caput ante coma.*

Plutarchus in Sylla in Syluinis ſeruum Pontij narrat *θεοφόρητον ἐντυχόντα τῷ Σύλλᾳ λέγοντα παρὰ τῆς Ἐνυοῦς κράτος πολέμου καὶ νίκην ἀπαγγέλλειν*: *Fanaticum conueniſſe Syllam, qui diceret ſe ei à Bellona robur belli & victoriam nunciare.*

IVLII CÆS. BVLENGERI
DOCTORIS THEOLOGI
DE AVGVRIIS, ET AVSPICIIS
LIBER III.

CAPVT PRIMVM.
De Auguriis, & Auſpiciis.

A SACRÆ litteræ omnibus augurandi generibus interdicunt, quas ſecuti veteris Eccleſiæ Patres auguria oppugnant, & falſi damnant Clemens Romanus lib. 7. Conſtitut. Apoſtolicar. *μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπεὶ ὁδηγεῖ πρὸς εἰδωλολατρείαν, οἰώνισμα γὰρ, φησὶ ὁ Σαμουὴλ, ἁμαρτία ἐστί, καὶ οὐκ ἔσται οἰωνισμὸς ἐν Ἰακώβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ, οὐκ ἔσῃ ἐπαείδων, ἢ περικαθαίρων τὸν υἱόν σου, οὐ κληδονιεῖς, οὐδὲ οἰωνισθήσῃ, οὐδὲ ὀρνεοσκοπήσεις, οὐδὲ μαθήσῃ μαθήματα πονηρά*: *Ne Augur eſto, quia id ſtudium ducit ad idololatriam. Auguratio, ait Samuel, peccatum eſt, & non erit augurium in Iacob, neque diuinatio in Iſraël, non eris incantans, aut circumferens filium tuum, non ominaberis, neque auguria captabis, neque aues inſpicies, neque diſces diſciplinas malas.* Auguria autem & Babylonij, & Ægyptij, & Græci, & Romani, & reliquæ pene toto B orbe gentes diligentiſſimè obſeruarunt, vt Cicero docet libris de diuinatione, & Celſus apud Origenem lib. 4. in Celſum. Quotquot intendunt auium ſignificationibus, ait Celſus, hi diuini ſunt. Quod ſi aues, quicquid ex Deo præcognoſcunt nobis per ſigna indicant, apparet tanto maiorem familiaritatem his intercedere cum ſuperis. Aiunt autem & homines ſapientia clari colloquia inter aues fieri dubio procul ſacratiora noſtris, & ipſas intelligere quæ inter ſe dicunt, & re ipſa oſtendere, quia non ignorant abituræ, quæ de diſceſſu dixerint, cum ſigno dato abeant, & ea opere impleant de quibus inter ſe locutæ erant. Origenes Celſo reſpondet in hanc ſententiam. Reuera nemo ſapiens vnquam dixit colloquia brutorum inter ſe ſacratiora eſſe quam hominum. Quod ſi ratio Celſi conſentanea vero eſſet, ſequeretur brutorum colloquia ſacratiora eſſe Pherecydæ, Pythagoræ, Socratis, & Platonis, & aliorum Philoſophorum colloquiis. Quod & maximè abſurdum eſt, & ex eius ratiocinatione omnino ſequitur. Licet autem credamus quibuſdam hominibus innoteſcere ex inarticulata, obſcuráque auium voce eas aliquò diſceſſuras, aut aliquid fa-C cturas, dicemus id hominibus per coniecturas à dæmonibus ſignificari eo fine, vt eos decipiant, & mentem eorum à Deo ad terreſtria traducant. Vide autem, inquit Origenes, quomodo Celſus quæ à Philoſophis, nō tātū Græcis, ſed & barbaris, ſiue ea per ſe repererint, ſiue à Dæmonibus augurandi artē didicerint, diſquiruntur, & in vtramque partem diſputantur quaſi confeſſa, & certa ponat. Primū enim quæritur vtrū ſit aliqua augurandi ars, aut ex animantibus diuinatio. Deinde apud eos qui diuinationē per aues recipiunt, non conuenit de modo diuinationis. Alij enim dicunt à quibuſdam dæmonibus, aut Diis diuinandi præſidibus motus inici animantibus. Auibus quidem ad diuerſos volatus, diuerſaſque voces, reliquis autem animantibus, ad hos aut illos motus. Nonnulli dicunt animas brutorum humanis diuiniores, & ad diuinationem magis aptas, quod abſurdum, & à ratione alienum eſt. Imponunt item nobis eum dicunt bruta hominibus ſapientiora eſſe, quæ de Deo notio-

nes habeant facratiores, & facra quædam inter fe colloquia. Ita ex fententia Celfi aues A auguales magis naturam Dei comprehendunt, quam Pythagoras, vt oportat nos earum magifterio, ac doctrina vti. Ibidem oftendit aues fi furura præfentitent, fibi, & pullis fuis confulturas ne aucupibus, aut aliis prædæ effent. Citat verfus Homeri de paffere, aquila, & dracone, & fubiungit, vtrum aquila erat auguralis, Draco verò quo & augures ad auguria vtuntur, non erat auguralis? Secundum quod fignum Apollo vtitur vulture nuntio? Circus, feu vultur dicitur effe Apollinis celer nuntius. Dæmones volutati circa corpora craffiora, & impuriora in terra, habentes aliquid quod futura præuideat, vt qui terreftribus corporibus nudati fint, & circa diuinationem occupati, volentes abducere hominum genus à vero Deo infiuuant fe in animantia rapaciffima, & maximè agreftia, noxia, & aftura, & mouēt ea ad id quod volunt, quoties volunt, aut illorum animātium impetū vertunt ad volatus, & motus hos & illos, vt homines diuinatione brutorū irretiti, Deum qui omnia continet non quærant, neque pietatem puram examinent, & animis B ad terram cadant, & feritatem draconum, luporum, ac vulpium, aliumque rapacium imitentur. verba Græca libro primo de Diuinatione pofui. (Hic mentem auctoris quà potui fequutus fum) obferuatum eft enim à ftudiofis eius artis, diuinationes manifeftiores per eiufmodi animantia fieri, quod dæmones in manfuetioribus animantibus tantum præftare non poffint, quantum in crudelioribus propter malitiæ fimilitudinem. Ideo fi quid aliud in Moyfe admiratione dignum eft, hoc vel maximè mihi videtur, quod cum diuerfas animantium naturas cognofceret, fiue à Deo didiciffet quæ cuique dæmoni animantia cognatione & natura refponderent, fiue & ipfe fapientia fublimis per fe cognouerit, in iis quæ de animantibus conftituit, & dixit ea omnia impura effe quæ apud Ægyptios, & reliquos homines ad diuinationem idonea effe putantur, cætera autem inter pura numerauit. C Apud Moyfem enim lupus, vulpes, Draco, Aquila, vultur, & fimilia inter impura reponuntur. Et vt plurimum in lege, & in Prophetis reperies eiufmodi animantia, vt exemplo peffimorum fint, affumi, nunquam autem in bonum aliquod opus lupum, aut vulpem nominari. Videtur igitur cuique dæmonum generi communicatio quædam, & quafi cognatio effe cum aliquo animantium genere. Et vt inter homines alij aliis funt fortiores, non omnino propter mores, ita & alij dæmones aliis potentiores funt, & hi quidem his animantibus ad decipiendos homines vtuntur fecundum voluntatem eius qui in libris noftris vocatur princeps fæculi huius, alij autem per aliam formam præfignificantes: & vide quam fint defpicabiles & fcelerati dæmones, vfque adeo vt muftelæ & feles à quibufdam ad prænuntianda futura fumantur. *Φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δῆλον ὅτι τῶν ἡμετέρων περιστερᾶς.* vide verba Græca fi te res ea follicitat. D

CAP. II.

De auibus Dextris & Siniftris.

PRIVSQVAM de Auguribus, & Aufpicibus dicam, pauca præmittam de auibus dextris & finiftris ad hæc verba Plauti in Oedipo, *liquido exeo foras aufpicio aue finiftra.* Auem finiftram Plauto, & veteribus illis melioris notæ auctoribus, aufpicatam fuiffe nemini dubium eft, cum tamen recentioribus linguæ Latinæ auctoribus læua, fcæua, finiftra, auguria pro infauftis habita fint. Nonius *obfcæuauit*, quafi fcæuum, id eft, malum omen attulit Plautus ipfe Afinaria,

Metuo quod illic obfcæuauit mea fallacia.

Arnobius lib. 3. *difcordias, furias, & læua illa numina.* Donatus ad Terentij Adelphos. *Qui* E *malam rem nuntiat obnuntiat.*] *Nam propriè obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, fcæuumque viderint.* Ifidor. lib. 10. *Scæuus, finifter, atque peruerfus: eft enim peßimi & crudelis omnis.* Arnob. lib. 1. *Cur duelles cum pereunt læuum augurium non fum?* lib. 5. *fcæua numina*; Imo & prifcis illis melioris æui fcriptoribus, læua non raro dicuntur triftia. Horat. l. 1. c. 7.

Puer hic non læuè iuffa Philippi accipiebat.

Epift. ad Pifon. *O ego læuus, qui purgem bilem.*

Perf. Sat. 5. *Genioque finiftro.*

Ouid. in Ibin. *Euenient, dedit ipfe mihi modo figna futuri*
Phœbus, & à læua mæfta volauit auis.

Cicero lib. 2. Diuinat. *quæ mala funt, finiftra dicimus, etiamfi dextra fint.* Seneca lib. 2. de Benefic. *exorari in perniciem rogantium fcæua bonitas eft.* Tertul. l. *de anima, fcæuus, & immatu-*

rus

A *rus finis*. l. 3. de fide Ambros. *quod solent Arriani scæua interpretatione componere*. Aristophan. Vespis. πολλάκις δ' ἔδοξα ἐμαυτῷ δεξιὸς πεφυκέναι, κ̓ σκαιὸς δ' οὐπώποτε: *sæpe visus mihi sum dexter fuisse, & nunquam læuus*. Horat. Sat. 4. l. 2. *Cum te sic tempore læuo interpellarim*. Silius l. 8. *Læuis conatibus Hanno Ductoris*.

Tzetzes Chiliade 8. σκαιὸν τὸ ἐκαρίστερον, κ̓ μάταιον ὑπάρχει, ὅθεν ἡ σκαιωρία: *scæuum, sinistrum & vanum est, vnde scæoria stultitia, obscænatio*. Contra dextra pro lætis, faustis, auspicatis. Horatius Sat. 1. l. 1.

> *Nisi dextro tempore Flacci*
> *Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.*

Sat. 3. l. 2.——*Mihi dexter astitit.*

Persius Sat. 6. *Pratoribus, ac Ioue dextro*

B Cic. lib. 1. de Diuinat.

> *Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit.*

Homerus lib. 2. Iliad.

> Ἀστράπτων ἐπὶ δεξί' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.
> *Fulgurans à dextra, auspicata signa ostendens.*

Propert. lib. 4. cap. 1.

> *Date candida ciues*
> *Omina, & inceptis dextera cantet auis.*

Virgil. lib. 7. Æneidos.

> *Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.*

Fuerunt Auguribus antica, & postica, de quibus Festus; antica, posticaque diuidi in C duas partes, orientem atque occidentem. Vbi vult partes Aquilonis & Austri quæ vergunt ad Ortum, pro Ortu accipi, quæ ad Occasum pro Occasu, quid hoc monstri est? Veteres Romani sinistra læta, dexterea infausta, iidem sinistra infausta, dextera auspicata, & fausta dixere. Vnde hæc apud viros graues inconstantia? vno verbo rem aeu tango. & Græcis & Romanis quæ ab Ortu profecta tendunt in meridiem & Occasum, ea læta, quæ ab Occasu ad Ortum ea malè ominata. Sed Græcis & Romanis non vna auspicandi ratio fuit. Augures enim Græci cum se ad Septētrionē obuerterent, Ortum ad dexteram habuere, Romani cū meridiem in auspicando intuerentur Ortum ad læuam. Itaque sinistræ partes eædē sunt Romanis, quæ Græci dexteræ ad Ortum. Contra dexteræ Romanis ad Occasum, læuæ Græcis infelices. Itaque Romani cum sinistra benè nominata, dextera tristia vocār more suo loquūtur, cū sinistra mœsta, dextera læta, more Greco. auctor verus τὰς μὲν ἐξ ἀνατολῆς πρὸς δύσιν D ὁρῶσι, δεξιὰ ὁ κόσμος μέρη τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια ἐμπρόσθια μὲν ἐστὶ τὰ ἑσπέρια μέρη. πρὸς ἃ ταῦτα φέρε(ται) κινούμενος ὁ οὐρανός, ὀπίσθια δὲ τὰ ἑῷα, ἀπ' ἐκείνων ἡ ὁρμή: *Iis qui ab Ortu ad Occasū spectant dexteræ mundi partes Septemtrionales, læua ad Notum, antica sunt ad occasum, ad quem fertur mundus, postica sunt Orientalia, à quibus fit cæli motus*. Varro lib. 6. epistol. Quæst. *A Deorum sede cum in meridiem spectes ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, vt sinistra meliora auspicia, quam dextera esse existimentur*. Idem lib. 6. de lingua Lat. *Bonam scæuam* dici vult *à scæua, id est, sinistra, quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur*. Festus, *sinistræ aues, sinistrum quod est sinistimū auspicium, id est, quod sinat fieri*. Plaut. *Caninam scæuam puto meliorē fore*. Varro, *ne quid absit bona scæua causa*. Fest. *scæua bona*, σκαιά. Seru. ad id l. 2. Æneid. *Intonuit læuum*.] *Sinistrum prosperum, quia cæleste est, sinistrum à sinendo dicitur, quantum ad augurium pertinet, quod nos agere aliquid sinit*, &c. Dionysi Halycarnas. lib. 2. Origin. paulo aliter. τοῖς δὲ πρὸς ἀνατολὰς βλέπουσι, ἀριστερὰ μὲν γίνε(ται) πρὸς τὴν ἄρκτον ἐπιστρέφοντα μέρη, δεξιὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν φέροντα. E πρότερα δὲ τὰ πρῶτα πέφυκε τῶν ὑστέρων. μετεωρίζε(ται) γὰρ ἀπὸ τῶν βορείων μερῶν ὁ τοῦ ἄξονος πόλος, περὶ ὃν ἡ τοῦ κόσμου στροφὴ γίνε(ται), κ̓ τῶν πέντε κύκλων τῶν διεζωκότων τὴν σφαῖραν, ὁ καλούμενος ἀρκτικὸς ἀεὶ τῇ δὲ φανερός: *iis qui orientem spectant, partes ad vrsam & boream sunt sinistra, ad meridiem dextra, priores posterioribus honoratiores, polus enim ad Boream attollitur, circa quem cæli fit conuersio, & ex quinque circulis qui cingunt sphæram arcticus semper nobis est aspectabilis.*

> *Hic vertex nobis semper sublimis, at illum*
> *Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.*

Plutarchus ex Aristotele, & Platone, δεξιὰ τοῦ κόσμου τὰ ἀνατολικὰ μέρη ἀφ' ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά: *Dextras mundi partes ad ortum, vnde motionis principium, sinistras ad occasum*. Empedocles docuit, δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸ θερινὸν τροπικόν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸ χειμερινόν: *Dextras mundi partes ad æstiuum Tropicum, qui Cancri dicitur, sinistras ad hybernum Capricorni.*

Festus, *Dextras ad Meridiem, leuas ad Septentrionem.* Romanis igitur sinistra, quia pertinent ad Orrum, salutaria, quia Ortus lucis index, & auctor; dextra, quia spectant Occasum, tristia. Plautus Pseudolo. *Aue sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia.* Ennius, A

Cùm tonuit laeuum bene tempestate serena.

Virgilius Æneid.

Intonuit laeuum, & de cælo lapsa per vmbras, &c.

Ennius,

Et simul ex alto longè pulcherrima prapes
Laeua volauit auis.

Cicero lib. 1. Diuinat.

Seq. obitu à Solis nitidos conuertit ad ortus,
Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. B

Item,

In cælo intueri maximum, ac mirificum
Facinus, dextrorsum orbem flammeum
Radiatum Solis linquier cursu nouo.

Item, *Nam quod ad dexteram cœpit, cursum ab laeua signum prapotens, pulcherrimè inauguratum est, rem Romanam publicam summam fore.* Cicero lib. 1. de Diuinat. *Aliis auibus dextra, aliis laeua datum est, vt ratum auspicium faciant.* Cur à dextra coruus, à sinistra cornix ratum faciat. Horatius,

Téque nec laeuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.

Oscines sinistræ inauspicatæ erant, nisi manè crocitarent, vt Seruius ad lib. 4. Æneid. *Augurium coruo, laeua cornici omina.* Sidonius Apollinaris epist. 2. lib. 2. *Oscines coruos voce triplicata puniceam surgentis auroræ facem consalutantes.* Acron ad lib. 3. od. 27. Horat. *Ab ortu Solis corui omina prospera sunt, aduersa ab occasu.* Virgilius lib. 1. Georgic. C

Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant.

Apuleius Milesf. 1. *Sed vt fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendij frustra atesit.* Catullus in Epithalamio, —— *omine dextro Dixit.*

Cicero lib. 2. Diuinat. ad comitia negat bonum auspicium, sinistrum fulmen. Orpheus ait, Solem, cùm dexter est, auroram; cùm læuus, noctem gignere, id est, more Græco, ab Ortu diem, ab Occasu noctem producere. Claudianus lib. 2. de raptu Proserp. fingit à marre Phœbum dextro lacerto, Dianam sinistro portari. Geographi dextram cæli partem Orienti, læuam Occidenti tribuunt, quòd naturalis motus viuentium à dextra cœprus ad sinistram fertur, quem cursum Sol diurno curriculo conficit, vt Hyginus, Pythagoras, Plato, Aristoteles, Ptolemæus, Plinius lib. 2. Histor. quibus omnibus antica Septentrio, postica Meridies. Astronomi, quia non spectant polarem stellam, sed Meridiem, vt stellarum, planetarúmque motus notent, læuam Orienti, dextram Occidenti, Septentrioni posticam, Austro anticam tribuunt. Ita & Hetruscis, & Romanis Borealis cæli pars dextra, Australis sinistra ob cæli situm. Iudæis pars Australis dicitur dextra. Psalmo Dauidis 88. *Aquilonem, & dexteram tu fecisti.* Hieronymus, *Aquilonem, & Meridiem tu fecisti.* Chaldæus, *Desertum Aquilonis, habitatoréfque Austri.* Septuaginta Interpretes, *Aquilonem, & mare tu fecisti.* Mare vocat Austrum, vt & nos ventum marinum. Plutarchus in Romaicis, cap. 78. τὸ γὰρ ἀριστερὸν σίνιστρον ὀνομάζουσι, τὸ δὲ ἀφεῖναι σίνερε, καὶ σίνε λέγουσι, ὅταν ἀφεῖναι παρακαλῶσι: *Sinistrum auspicium prosperum* Romanis, *quia laeuum sinistrum vocant, sinere est permittere, & sine dicunt, cùm hortantur vt dimittant.* Lucanus lib. 1. D E

Et doctus volucres augur seruare sinistras.

Ouidius 4. Fastor.

—— *tonitru dedit omina laeuo*
Iuppiter, & laeuo fulmina missa polo.

Plinius lib. 2. *Fulmina laeua prospera, quia sacrificantis, vel precantis latus laeuum, dextrum est eius, qui postulata largitur. Sinistras autem Septentrionales esse partes Augurum disciplina consentit.* Et ideò ex ipsa parte significatur esse fulmina altiora, & viciniora domicilio Iouis, ait Seruius ad hæc Virgilij, —— *si quem*

Numina laeua sinunt, auditáq; vocatus Apollo.

Fuêre

A Fuêre tamen Romanis Auguribus aues, quæ à dextra, aliæ, quæ à læua ratum facerent. Plautus Aſinar.

Impetritum, inauguratum eſt, quouis amittunt aues,
Cornix eſt ab læua, coruus, parra ab dextera,
Conſuadent.

Cicero lib. 1. Diuinat. *Quid habet Augur, cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum.* Virgil. lib. 1. Georgic.

Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Plautus Aulular.

Non temerè eſt, quòd coruus mihi nunc cantet ab læua manu.
Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua.

B Seruius ad Eglogæ verba hæc,

Quòd niſi me quacumque nouas incidere lites,
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.

Ante ſiniſtra, indiuiſè legendum, & dicendo monuiſſe oſcinem fuiſſe demonſtrat. Sanè hoc ad augurialem pertinet diſciplinam. Augures enim deſignant ſpatia lituo, & eis dant nomina, vt prima pars dicatur antica, poſterior poſtica, vt eſt dextra, & ſiniſtra. Modò ergo cornicem de nulla harum parte veniſſe dicit, ſed ab antica ad ſiniſtram partem volaſſe. Horatius lib. 3. Od. 27.

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu, impetritum auſpicium eſt.

Perſis, & Græcis dextera læta, ſiniſtra triſtia. Xenophon lib. 2. Inſt. Cyri δεξιὰς αἰετὸς, C Perſæ fauſtas habent *dextras aquilas.* Apud Homerum δεξιὸς ὄρνις, *dextra auis* felix. Æſchylus in Prometh.

Γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν
Οἵτινες τε δεξιοὶ φύσιν, εὐωνύμους τε.

Iliad. lib. 1. οἰωνὸν δεξιόν. Callimachus hymno Iouis,

——— ἀγγελιώτην
Σῶν τεράων, ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.

Auium curuis vnguibus volatum, qui dextri natura, qui læui, docui. Dextram auem, nuncium tuorum portentorum, quem meis caris Iuppiter dextrum oſtendas. Salomon Prouerb. ὁδοὺς γὰρ τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Θεὸς, διεστραμμέναι δέ εἰσιν αἱ ἐξ ἀριστερῶν, *Vias dextras nouit Deus, deprauatæ ſunt à læua.* Euſtath. ἀριστερὰ δυσοιωνιστά, *læua inauſpicata. Sternutationes à ſiniſtra,* ἐξ ἀριστερᾶς πταρμοί. ἀριστερὸν μέρος κόσμου τὸ δυτικὸν, *pars mundi læua ad occaſum* Feſtus verbo *Poſticum, Quæ ante nos* D *ſunt, antica; & quæ poſt nos, poſtica dicuntur: & dextram anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ Sole illuſtratur ad Meridiem, antica vtique nominatur; quæ ad Septentrionem, eſt, poſtica: rurſumque diuiduntur in duas partes, Orientem, atque Occidentem.* Tzetzes Chili. 13. cap. 474. τὰς δεξιὰς ἢ βλέποντες, ἤτοι τὰς ἐκ τῆς ἕω, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς δύσεως ὡς λαιάς: *Dexteras, quæ ad Ortum, & læuas ad Occaſum ſpectantes.* Calliſthenes lib. de vita Alexandri, Alexander à Gymnoſophiſtis petiit, *Quæ mundi partes meliores eſſent, ſiniſtræ, an dextræ. Illi reſponderunt, ſiniſtras. Etenim Sol ipſe exoriens à ſiniſtris orbem conficit. Mulier primùm lactat infantem ſiniſtra mamma, deinde dextra.* ποῖα κρείττονα μέρη, τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ εὐώνυμα, οἱ δὲ εἶπον τὰ εὐώνυμα. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ ἥλιος ἀνατέλλων τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ, θηλάζει δὲ πρῶτον ἡ γυνὴ τῷ εὐωνύμῳ μαστῷ, εἶτα τῷ δεξιῷ. Plutarchus lib. de Iſide ſcribit Ægyptios cenſuiſſe, partes mundi ad Ortum eſſe pro vultu, quæ ad Boream dexteræ, quæ ad Meridiem læuæ: τὰ μὲν ἑῷα τοῦ E κόσμου πρόσωπον εἶναι. Contrà Thebani ad Boream ſiniſtras mundi partes poſuere. Idem in Romaic. cap. 78. Thebani à læuo coruu fugatis hoſtibus, victores Leuctrico prælio, deinde læuo lateri principem locum in prælius dederunt: ad læuam Boreas eſt iis, qui Orientem ſpectant. Statius lib. 3. Thebaid. in Auguribus Græcis lapſus eſt, quibus ſiniſtra auſpicia pro lætis eſſe voluerit,

——— *ſigna feras, læuúſque tones:*
Si prohibes, hic necte moras, dextríſque profundum
Alitibus prætexe diem.

Vbi Luctatius vetus Scholiaſtes parum vidit. Peccauit item Valerius Flaccus lib. 1. de Græco augurio loquens,

——— *læuum Iouis armiger æthra Aduenit.*

Arnobius lib. 4. dextras, & ſiniſtras mundi partes ineptè à Philoſophis, & Auguribus

 conſtitui

constitui ostendit, cùm in globo nihil propriè dextrum, aut sinistrum esse possit. Hector A in Troicis,

> Οἰωνοῖς οὐκ ἀλεγίζω, εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι
> Πρὸς ἠῶ τ', ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερά.

Aues nihili facio, siue ad dextram eant, ad auroram, & Solem, siue ad sinistram. Ibidem Arnobius dextram, læuamque ostendit esse positionis, & temporis, & prout nostri corporis habuerit situs rerum ad circumstantiam collocatus.

CAP. III.

De Auibus lætis, & tristibus.

B

DE Auibus dextris, & sinistris diximus; de lætis, & tristibus in genere dicamus. Luctarius ad librum tertium Thebaid. putat infelices aues dici fœminino genere, felices masculino: quod perpetuum non esse exemplis, quæ subiicientur, apparebit. Inauspicatæ dicuntur lugubres, funereæ, ferales, volsgræ, diræ, mœstæ, fecilitræ, fucillantes, alteræ, auersæ, obscœnæ, inebræ, nihibæ, remoræ, incendiariæ, spinturnices, ambustaneæ, malæ, cliuiæ, cliuinæ, arculæ, arciuæ, sinistræ, ἀπαισίαι, οὐκ αἴσιοι. Hesychius, ἐξώλαιμοι, ἐξέδροι. Bonæ, lætæ, admissiuæ, præpetes, pulchræ, albæ, candidæ, augustæ, faustæ, auspicaræ, felices, αἴσιοι, αἴσιμοι. Volsgræ, quæ se vnguibus, & rostris vellunt. Suetonius in Iulio, *Regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ se inferentem volucres varij generis discerpserunt.* Statius lib. 3. Thebaid.

> ——— *simul ora recurno* C
> *Vngue secant rabida, planctúmque imitantibus alis.*

Odyss. lib. 2.

> Δρυψάμενοι δ' ὀνύχεσσι παρειάς, ἀμφί τε δειράς
> Δεξιοὶ ἤϊξαν.

Vellentes sibi vnguibus genas, & collum dextera ierunt. Æschylus,

> Κίρκον πτεροῖς ἐφορμαίνοντα, καὶ χηλαῖς κάρα
> Τίλλοντα.

Circum alis insultantem, & vngulis caput vellentem. Dio, δύο κόρακας προσπεσόντας αὐτοῦ τίλλειν τε τ πτερῶν πειρωμένους: Suetonius Augusto, cap 96. *Aquila tentorio eius supersedens, duos coruos hinc & inde infestantes afflixit, & ad terram dedit.* Plutarchus in Bruto, ὄρνεα σαρκοφάγα πολλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεφαίνετο τῷ στρατοπέδῳ, *Aues carniuoræ de die plures conspectæ supra castra* Cassij. D Mœstas vocat Ouidius in Ibin,

> ——— *& à lana mæsta volauit auis.*

Remores aues in auspicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Fest. Vnde & Remora, seu Remeligo piscis, ἐχενηΐς, infelix habetur, si nauim tardauit, vt in M. Antonio, prælio Actiaco, & Caligula paulò ante obitum deprehensum est. Plinius lib. 32. cap. 1. Suetonius in Caligula. Ambustaneas incendiarias vocant. Plinius lib. 10. cap. 13. *Inauspicata est, & incendiaria auis, propter quam sæpenumerò lustratam vrbem in annalibus inuenimus. Quidam interpretantur incendiariam esse, quæcumque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus.* Alij spinturnicem. Iulius Obsequens lib. de prodigiis, *Auis incendiaria visa, occisáque.* Lampridius in Commodo, aues vocat incendiarias, ac diras. Plinius nesciri ait, quæ sit auis. Putem coruum, aut bubonem esse, qui ex aris carbonem, aut carnes tostas E aliquò detulerit. Plutarchus in Tiberio, σκηνὴ Ῥωμύλου ἐκαύθη, κοράκων κρέα ἐς αὐτὴν ἐκ βωμοῦ τινος ἔμπυρα ἐμβαλλόντων: *Scena Romuli vsta est, seu casa, coruis carnes ignitas ex ara in eam proiicientibus.* Seruius, *Sanè bubo, si cuius ædes insederit, & vocem miserit, mortem significare dicitur; si autem de busto sudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portendere.* Spinturnicem vocant ἀπὸ τοῦ σπινθῆρος, id est, *à strictura ignis.* Vet. glos. *Ambustaneus*, εἶδος ὀρνέου. Alteræ aues, quæ priori auspicio virium faciunt. Alter infelix. Festus, *Diræ aues, diræ, vitiosa; inauspicata.* Claudianus lib. 2. in Eutropium, & Cicero lib. 1. Diuinat. *Itaque sinistra dum non exquirimus, in dira, in vitiosa incidimus.* Inhibæ aues, quæ prohibent. Isidorus lib. 10. origin. *Obscænæ volucres*, Virgilius. Accius,

> *Obscæni interpres, funestíque ominis auctor.*

Ouidius lib. 2. Amor. Eleg. 6. *Obscœnas aues.* Est in auguriis Negritis infelix vox, qua

A ægritudo ſignificatur. Cliuinæ, cliuiæ à cliuo, prohibitoriæ. Plinius lib. 10. cap. 14. Paulus, *Cliuia auſpicia, quæ prohibent.* Statius 3. Thebaid. *Si prohibes, hîc necte moras.*
Inebræ, enebræ, inhibæ prohibent, vt Feſtus. Arcula, arciua, arcina auis, ab arcendo. Græci arculas aues ἀποθυμίας vocant. Læuus coruus Horatio eſt arculus, Od. 23. lib. 3.

Téque nec læuus vetet ire coruus,
Nec vaga cornix.

Feſtus. Vet. gloſ. εἰρκτικὸς, κωλυτικὸς. Malæ aues infelices. Horatius Ep. 11.

Mala ſoluta nauis exit alite.

ἀπεκελὴς, *infauſta.* Apollon. Argonaut. μηδ᾽ ὄρνις ἀπεκελὴ πέλεται. Deyiæ aues, Ouidio epiſt. 2. Heroidum, *Inceſtæ aues.* Statio lib. 9. Thebaid. *Nigra, triſtes aues.* Ouid. lib. 3. Amor. epiſt. 11.

——*quo triſtia ſemper amanti*
B *Omina non alba concinuiſtis aues.*

Alteræ aues Feſto dicuntur inauſpicatæ, quia augures in templo ſedentes ad augurium, abſtinebant vocibus malè ominatis: alteras pro aduerſis dicebant, quæ priori auſpicio vitium facerent, cum & fulmen ſecundum prius perimeret, quod dictum petemtale. Mileſia 2. Apuleius, *fuſcis auibus Lariſſam acceſſi.* Felices autem dicuntur ὅσιοι οἰωνοὶ, αἴσιοι. Heſychius læti. Vet. Poëta.

Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales.

Secundas aues. Ennius.

Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atque ſecundam
Solus auem ſeruat.

Liuius lib. 6. *Deos eſſe qui ſecundis auibus Romanos in prælium miſerint,* lib. 1. Triſtium Ouid.
C
Hoc mihi non auium fibra, tonitruſque ſecundi,
Linguáve ſeruota, pennáve dixit auis.

Idem Auguſtum augurium. *Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.* Feſtus, admiſſiuæ aues dicuntur auguribus, quæ conſulentem iubent. Homerus in hymno Mercurij, τελεντας οἰωνὸς, *perfectas aues.* Plaut. Pſeudolo *liquidum auſpicium*: Euripides in Hecuba,

ὄρνιν ἰδὼν τινα οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις.

Videns auem inauſpicato loco. Dio lib. 35. ἔξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπτατο, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀπεμαντεύσατο, *infauſtæ quædam aues volarunt, & ideo obnuntiauit.* Homerus ἐναισίμους, *aues lætas*, quas Æſchilus in Agamemnone παμπρέπτοις ἐν ἑδραῖσι, *in ſedibus opportunis ait eſſe.* Propertius lib. 4. eleg. 6. *æquam auem,*

Nec remis æqua fauebat auis.

D Ouid. lib. 1 Faſtor.

Eſte bonis auibus viſi.

Petron. Satyrico.

——*De cælo Delphicus ales*
Omina læta dedit, pepulitq́ue montibus auras.

CAP. IV.

De Oſcinibus & Præpetibus.

E OSCINES Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciunt auſpicium, vt cornix, noctua: aut quæ alis ac volatu, vt buteo, Sanqualis, &c. Feſtus. Seruius ad hæc verba lib. 3. Æneid.

Et volucrum pennas, & præpetis omina pennæ.

Certa auium, inquit, genera ab auguribus appellantur, quæ pinnis, vel volatu omina poſſunt facere, quæ ſi fuerint proſpera, præpetes; ſi aduerſa, inferæ dicuntur. *Præpetes ſunt quæ ſecundo auſpicio ante eum volant qui auſpicatur. Aues autem aut oſcines ſunt, aut præpetes: oſcines, quæ ore futura prædicunt. Præpetes quæ volatu augurium ſignificant, cum ſunt proſpera. Sed Præpetes aut ſuperiora tenent, & Præpetes vocantur; aut inferiora, & dicuntur inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aues priora petunt volando.* Feſt. oſcinum tripudium eſt, quod oris cantu ſignificat quid portendi, cum cecinit cornix; coruus, noctua, parra, picus. Seruius ad lib. 1. Æneid. *In auguriis conſideranda ſunt non ſolum aues, ſed etiam volatus, vt in Præpetibus; & cantus, vt in oſcinibus, quia nec omnes, nec omnibus dant auguria: vt columbæ, non niſi regibus dant, quia nunquam*

ſingulæ

singula volant, sicut Rex nunquam solus incedit. Item *cygni nullis dant nisi nautis, sicut lectum est in ὀρνιθογονίᾳ. Cygnus in auguriis nautis gratissimus ales, Hunc optant semper quia nunquam mergitur vndis.* Val. Max. lib. 1. c. 6. *Aues Præpetes voraces* vocat diei videntur à voce Græca πέτρμα, quasi πεσπέτῆς. Liuius lib. 7. *lætus augurium de cælo missum accepit, precatusque est, vt qui sibi Præpetem miserat Deus.* Iustinus lib. 12. *Qua die natus est Alexander, duæ aquilæ tota die præpetes supra culmen patris eius sederunt.* Festus, *præpetes sunt quæ se ante auspicantem ferunt.* Item præpetes aues sunt quæ opportunè præuolant, aut idoneas sedes capiunt, dicuntur ταχυπέρυγες, vt aquilæ, vultures. Apud Gellium lib. 6. c. 7. ait figulus, *discrepat dextra sinistra, præpes infera.* Præpetem esse vult quæ superiora teneat. Inter oscines est apud Festum superuaganea auis, quæ ex summo cacumine vocem emisit, quia super omnia vagatur, aut canit. Virgil. lib. 5. Æneid. A

——— *Quem præpes ab Ida*
Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis, B

A Præpetibus auibus locus præpes, & portus, item victoria præpes, ante posita, & quasi præcurrens dicitur. Mattius, dum det vincenti præpes victoria Palmam. Gellius lib. 6. c. 6. locos præpetes vocabant, quos aues præpetes capiebant. Ennius *Brundusium pulchro præcinctum præpete portu.* Item *præpetibus sese, pulchrisque locis dant. Aues autem non garritu tantum, & volatu, verum & alis, gestu, rostro auspicium faciebant.* Salisberiensis lib. 1. c. 12. *Augurium in voce auium proditum est, aut volatu. Est autem secundum traditionem eorum volatus tam alarum, quam pedum vola, siquidem est interior palmæ vel pedis; vnde apud Maronem in sexto volantes, pro gradientibus describuntur: hoc enim ad hominis pertinet felicitatem, si columbæ gradientes, dum tamen in pastu itinerantes præcedant.* Idem c. 13. *cum processerint abscondita futurorum, aues quas ominales vocant, tibi prænuntiabant, quas scilicet de natura hominum in formam auium Poeta asserunt esse conuersas.* Cornelius Nepos quisquis ille est lib. 4. Datetis Phrygij. C

Balearicus augur
Gentiles distinguit aues vel voce, vel alis,
Vel gestu vario, venturis omina poscens.

Item,

——— *Augure plausu*
Pieriæ volucris, aut indice nuntiat aure
Hospitibus numerum, discessuris ve recessum.

Augures enim sollicitè obseruabant prono, obliquo, supinóve motu corporis auis ferretur, quo flecteret, contorqueret, porrigeret, contraheret membra, an hac, vel in illac parte se occultaret, à dextra, sinistráve volarent, aut canerent oscines. Ammianus Marcellinus, *Auguria, & auspicia non volucrum arbitrio futura nescientium colliguntur, sed volatus auium dirigit Deus, vt rostrum sonans, aut præteruolans; pinnis turbido meatu, vel leni futura præmonstret.* lib. 23. *Certè diuina mens,* ait Cicero lib. 1. Diuinat. *in auibus efficit vt tum huc, tum illuc volent alites, tum in hac, tum in illa parte se occultent, tum à læua, tum à dextra parte canant oscines.* Statius lib. 3. Thebaid. D

——— *Mirum vnde, sed olim*
Hic honor alitibus, superæ seu conditor aulæ
Sic dedit, effusum chaos in noua semina texens
Seu quia mutatæ, nostraque ab origine versis,
Corporibus subiere nothos, seu purior axis,
Amotúmque nefas, & rarum insistere terris E
Vera docent. ———

Seneca lib. 2. Natural. quæst. *quomodo aues non in hoc motæ vt nobis occurrerent, dextrum auspicium, sinistrúmve fecerunt, & illas Deus mouit,* quod ridet Pacuuius. *Nam istis qui longam aiunt intelligunt, plusque ex alieno iecore sapiunt, quam suo, magis audiendum, quam auscultandum censeo.* Seneca in Troade

Auspicia metuant qui nihil maius timent.

Linguam auium vocant, quia aues inter se loqui, & sermonem eorum ab auguribus quibusdam intelligi putant. Martianus Capella, *& volucrum diuersos meatus, & oscinum linguas, & præpetis omina pennæ.* Philostrat. lib. 1. Apollon. c. 14. τῇ σοφίᾳ τῇ Ἀράβιον πρόχοι εἰς ξυνιέναι τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθεν: *Eo sapientia processerat, vt Arabum more voces animantium intelligeret.* Est enim hoc commune Arabibus, vt aues intelligant diuinantes, quæ oracula monere solent,

A lent. ξυμβάλλονται δὲ τῶν ἀλόγων σιλέμβοι τῶν δρακόντων οἱ μὲν καρδίαν φασὶν, οἱ δὲ ἧπαρ: *coniiciunt autem brutorum voces, cum draconum cor, aut hepar comederint.* Plin. lib. 10. c. 49. *qui credit ista, & Melampodi profecto aures lambendo, dedisse intellectum auium sermonis dracones non abnuet, vel quæ Democritus tradit nominando aues, quarum confuso sanguine serpens gignatur, quem quisquis ederit intellecturus sit auium colloquia.* c. 4. lib. 28. *Democritus monstrat, quædam effici ex anguibus, vt possint auium sermones intelligi.* Heleni & Cassandræ aures in luco Apollinis angues adlambendo id effecerunt vt voces auium & Deorum audirent, ait Eustathius.

CAP. V.

De Auibus Auguralibus.

B MVLTÆ augurales aues fuere, in primis aquila, de qua Q. Calaber lib. 1. τοῖσι δ' αἰετὸς ὀξὺ κεκληγὼς ἤδη ἀποπνείουσαν ἔχων ὀνύχεσσι πέλειαν, ἐσσύμενος οἴμησεν ἀριστερός: *Illis aquila acute stridens, tenens unguibus columbam exspirantem incitatus venit sinister.* Plutarchus nullam auem augurio opportunam fuisse ait, in qua vlcus esset, in Roman. capit. 27. ἢ κατὰ λόγον ἐστὶ, εἰ μήτις ἱερεύς χρήσαιτ' ἂν τις ἕλκος ἔχοντι πρὸς θυσίαν, μήτε ὄρνισι πρὸς οἰωνισμόν: *an rationi consentaneum est vt is sine vlcere sit ipse, qui nolit vti victima ad sacrificium, aut aue ad augurium in qua sit vlcus.* Plinius cap. 8. lib. 10. Triorchen à numero testium cui principatum in augurijs Phemonoë dedit. Buteonem hunc appellant Romani, familia etiam ex eo cognominata, cum prospero auspicio in naui ducis sedisset. Festus, *Buteo genus auis, quæ ex eo se alit, quod accipitri eripuerit, vastitatísque causa est locis quæ intrauerit, vt bubo, à quo etiam appellatur buteo.*

C Aquila certe diuina Iouis auis dicitur ab Aristide oratione Platonica 1. pro Rhet. μαθηταὶ δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον: *discipuli garrulitate vehementes instar coruorum frustra aduersus diuinam Iouis auem clamant.* Aquila fuit auspicata, & regni omen. Capitolin. in Gordiano. *Nato maximo cuius pater faber ferrarius, carnem bubulam multam in eorum cellam aquila proiecit quæ angusto patebat impluuio, eamque cum nemo auderet attingere in sacellum proximum Iouis præstitis intulit.* Tacitus lib. 2. Ann. *Interea pulcherrimum augurium octo aquilæ petere syluas intrare visæ Imperatorem aduertere.* Vopiscus in Aureliano, *vinctum fasciolis Aurelianum aquila innoxiè de cunis leuauerat, & in aram posuerat, quæ circa sacellum forte sine ignibus erat.* Xiphilin. in Seuero, αἰετός τ' ἐπ' ἄγαλμα στρατιωτικὸν ἱζήσας ἐπὶ τοσοῦτον ἔμεινε, ὥστε καὶ ἁλῶναι: *Aquila simulacro militari insidens tandiu mansit; donec caperetur.* Dionys. Halycarnas. lib. 3. Origin. Aquila Tarquinio pileum de capite rapit, & aptè reponit. omen regni Tanaquil interpreta-

D ta est. lib. 4. Tarquinio Superbo omen exitij fuit par aquilarum propter regiam, vere, nido exstructo in palmæ vertice, quarum pulli implumes à vulturibus necati, ipsæque redeuntes rostris, & crebro alarum verbere de palma depulsæ. Plutarch. in Dione, καὶ τῷ Διονυσίῳ πολλὰ τερατώδη παρὰ τοῦ δαιμονίου γέγονε σημεῖα, αἰετὸς μὲν ἁρπάσας δοράτιον τινὸς τῶν δορυφόρων ἀράμενος ὕψου, καὶ φέρων ἀφῆκεν εἰς τὸν βυθόν: *Dionysio multa prodigia à Deo fuere. Aquila raptam satellitis hastam in sublime tulit, inde demisit in profundum.* Mare qua alluit arcem aquam vno die dulcem & potabilem præbuit. porcelli ei editi sunt auribus mutili, cætera integri, quod defectionis ostentum esse vates prodiderunt. Mare dulce Syracusanis res lætiores, Iouem, cuius minister est aquila, lanceam & dominatum eius euersurum. Appianus lib. 1. Ciuil. παιδὶ γὰρ ὄντι Μαρίῳ φασὶν ἀετοῦ νεοττοὺς ἑπτὰ καταρρυῆναι ἐς τὸν κόλπον, καὶ τοὺς μάντεις εἰπεῖν ὅτι ἑπτάκις ἐπὶ τῆς μεγίστης ἀρχῆς ἔσοιτο: *Mario puero ferunt in sinum septem aquilæ pullos defluxisse, & aruspices dixisse eū*

E *septies ad summum magistratum euehendum.* Sueton. in Tiberio, *per Macedoniam ducente exercitum in Syriam accidit, vt apud Philippos sacrata olim victricium legionum aræ sponte subitis collucerent ignibus. Ante paucos dies quam reuocaretur, aquila nunquam antea Rhodi conspecta in culmine domus eius assedit, & pridie quam de reditu certior fieret.* Dionys. Halycarn. lib. 1. Dum Lauinium conditur, oblata sunt Troianis quædam prodigia. In nemore accenso sua sponte igni, lupus ore aggessit fomitem aridum, Aquila aduolans alis ventilatis flammam excitauit, vulpes cauda in flumen intincta ignem extinguere conata, sed à lupo, & aquila pulsa est. Plutarch. Alexandro, vates Aristander ἐπεδείκνυε παριππεύων ἀετὸν ὑπὲρ κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου συμπαραιωρούμενον, καὶ κατευθύνοντα τὴν πτῆσιν ὄρθιον ἐπὶ τοὺς πολεμίους: *Adequitans ostendit aquilam imminentem capiti Alexandri, quæ recto volatu ferebatur in hostes.* Iustinus lib. 23. de Hierone puero sub finem. Scribit eum ab apibus educatum. Lupum ei tabulam eripuisse è manibus, ne casu auditorij cum aliis obtereretur, aquilam in clypeo eius insedisse, noctuam in hasta. Zonaras, Ba-

filium

filium infantem dormientem sub sole aquila prope terram circumuolitans expansis alis obumbrat, abigitur à matre, redit ad idem officium, cum iaceret ante ædem S. Diomedis, rer somnio monetur ædituus, vt Imperatorem domo excipiat. Salisber. lib. 1. Polycrat. cap. 13. Aquila namque sicut Rex auium est, si Alarionem excipias, quæ forte aquilarum species potentissima est, regni sui maiestate, si contra loquatur, fidem euacuat. cætera ex eo require. Locris aduersus Crotonienses dimicantibus, aquila dum pugnabatur superuolans dicitur conruisse, cum pauci numero deleuerint infinitos. Hoc tamen validiori signo dicitur coloratum, eo quod duo iuuenes procerioris staturæ, elegantioris formæ, in candido habitu ab vtroque latere Locros præcesserint, scilicet vt erat communis opinio, Castor & Pollux, omnia eiusmodi cum geminantur potentiora sunt. Dum Hiero prima bella iniret, aquila ex improuiso resedit in clypeo progredientis, manu promptum regémque futurum significans. Sueton. Augusto. *Cum lustrum in campo Martio conderet, aquila eum sæpius circumuolauit, transgressáque in vicinam ædem super nomen Agrippæ ad primam litteram sedit, mors ei denuntiata*, & cap. 94. *Ad quartum lapidem Campanæ viæ in nemore prandenti ex improuiso aquila panem ei è manu rapuit, & cum altissimè volasset rursus ex improuiso leniter delapsa reddidit.* Lampridius Diadumeno. *Eadem die qua hic natus est aquilam ei constat sensim palumbum regium paruulum attulisse, & posuisse in cunis dormienti, ac recessisse sine noxia. Pantagathi in domo patris eius nidum posuerunt. Huic eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit, & cum comitum infantis clamor esset factus, in monumento regio quod iuxta villam esset in qua tum pater agebat, supra statuam regis posuit, ita vt capiti eius aptaret, quod multi ominosum putarunt, & morti accommodum. Clarum autem euentus ostendit.* lib. 4. Appianus, Aquilæ duæ supernè demissæ argenteas signiferorum Cassij & Bruti aquilas insederunt, tundentes rostris, vel vt quidam aiunt, alis protegentes, permanserúntque in exercitu alentibus Imperatoribus ex publico, donec pridie quam pugnatum est auolarunt. Item aquilæ duæ pugnare cœperunt inter vtramque aciem. Fugata est quæ à Bruto steterat. Spartianus in Albino, *cum rarum esset aquilas in his locis videri, septem aquilæ paruulæ allatæ sunt de nidis ad cunas eius conuiuio, cum ei fierent nomina.* Sueton. in Vespas. Acie Bebriacensi duæ aquilæ certant, altera superuenit ab ortu quæ vtramque vicit, Iulij statua ad orientem sponte conuersa. Idem in Domitiano, quo die Antonius cæsus, qui in Germania rebellarat in Domitianum, Domitiani statuam aquila alis circumplexa ingentes clangores edidit. Plin. sub finem lib. 15. *Liuiæ Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonij nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam, rostro tenentem laureum ramum onustum suis baccis.* Lactantius Firmianus Aquilam Ioui sacram esse ait, quia cum Iuppiter ex insula Naxo contra Titanas pergeret, & sacrificium faceret in littore ad eum aquila aduolauit, & auspicium fuit, tum quia in capite Iouis considens ei regnum portendit. Procop. lib. 1. Vandal. Gensericus videt aquilam Martiani militis Rom. bello capti caput cum in sole meridiano dormiret obumbrantem, imperium ei portendi interpretatur. Cic. lib. 1. Diuinat.

Hic Iouis altisoni subito pinnata satelles
Arboris è trunco serpentis sancia morsu,
Subiicit ipsa feris transfigens vnguibus anguem
Semianimum, & varia grauiter ceruice micantem,
Hanc vbi præpetibus pennis, lapsúq; volantem
Conspexit Marius diuini numinis augur.

De Aquilis quæ Bruti exercitum ad Philippos sequutæ legendi Plutarchus in Bruto, & Dio in Augusto. Sueton. in Galba cap. 4. *Auo eius fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset; summum, sed serum Imperium portendi, familiæ responsum est.* Zonaras. Marcianus Gregorius miles in Lycia morbo languens duorum fratrum Iulij & Tatiani hospitio vsus est. Vbi conualuit cum hospitibus venatum exit, fatigati procumbunt humi, & obdormiscunt circa meridiem, ibi Tatianus cum euigilasset videt aquilam διαπεπετασμέναις ταῖς πτέρυξι κατασκιάζοντα τὸν Μαρκιανὸν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος κωλύοντα καύσωνα: *alis expansis Marcianum obumbrantem, vt solis æstum defenderet*, putat ei Imperium portendi. Zonaras de Romano Lacapeno, qui cum Symeone Bulgaro colloquutus re infecta abiit, ὃ καὶ δυὰς ἔδοξε δηλῶσαι ἀετῶν. Φασὶ γὰρ ἄνωθεν αὐτῶν διαπτῆναι τούτους, καὶ ἀλλήλοις συμμῖξαι, καὶ εὐθὺς διαζευχθῆναι ἀλλήλων, τοῦ μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἀποπτάντος, τοῦ δὲ ἐπὶ Θρᾴκην κινήσαντος τὸ πτερόν: *Quod & duæ aquilæ videntur significasse. Aiunt enim aquilas duas supra eorum capita volasse, & inter se garritum miscuisse, & statim à se inuicem separatas esse, alia in vrbem reuolante, alia in Thraciam mouente alas.* Plu-

ta

A ta alia de Aquilis in idem argumentum congerere poſſem, niſi hæc abundè eſſe exiſtimarem.

CAP. VI.

De Leucis, Pico, Bubonibus & aliis auibus Auguralibus.

LEVCI è genere ardeolarum optimi ſunt augurij, cum ad auſtrum volant, Septemtrionémve. Solui enim pericula, & metus narrant, ait Plinius lib. 11. cap. 37. Arnob. lib. 2. *Quid in mundo faciunt bubones, immuſſuli, buteones?* Immuſſulum vulturis pullum Plin. lib. 10. cap. 8. eſſe ait. Buteones ſunt de genere accipitrum, ibidem Plin. Saliſberienſis Po-
B lycrat. lib. 1. ardea rerum arduarum auſpicium eſt. Plin. lib. 10. Ardeola quam λευκὸν πέλλον vocant, ſi ad Auſtrum volat, aut Septemtrionem auſpicata. Item Picus Martius, & Luſcinia lib. 10. cap. 2. Milui diri ſemper, inauſpicatique fuere ominis, Plin. lib. 10. cap. 13. Baſilius Homil. 8. in examer. pag. 37. νυκτερίδες, γλαῦκες, καὶ νυκτικόρακες τῶν νυκτινόμων εἰσί: noctuæ, nycticoraces, nocturnæ ſunt aues Saliſberienſis lib. 1. cap 12. *Quid cornix loquatur diligenter auſculta, ſitúmque eius ſedentis, aut volantis nullo modo contemnas; refert enim plurimum à dextris ſit, an ſiniſtris, qua poſitione reſpiciat cubitum gradientis. Loquax ſit, an clamoſa, an ſilens, omnino præcedat, an ſequatur. Tranſeuntis exſpectet aduentum, an fugiat, quóve diſcedat non negligenter attende.* Delphis palladium ſtabat aureum in palma ærea, donatium Athenienſium de manubiis Medicis, τοῦτον ἐνόπτεν ἐφ' ἡμέρας πολλὰς προσπετόμενοι κόρακες, καὶ τὸν καρπὸν ὄντα χρυσοῦν τοῦ φοίνικος ἀπετρώγον, καὶ κατέβαλλον: *hoc per multos dies aduolantes corui roſtris adpetiuerunt, & palmæ aureum fructum*
C *arroſum deiecerũt*, ait Pauſanias. *Milus ex accipitrum genere, nihil eſculenti rapuit ex ferentium manibus, niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento.* Plin. lib. 10. c. 10. Dio lib. 41. καὶ αὐτοῦ τὰ τῆς ἐκστρατείας ποιουμένου, ἰκτῖνος ἐν τῇ ἀγορᾷ κλώνιον δάφνης ἐνὶ τῶν συμπαρόντων οἱ ἐπέρριψε: *Cæſare expeditionem iam moliente miluus in foro frondem lauri in vnum aſſiſtentium iniecit, quod lætum.* Cornix *eſt inauſpicatæ garrulitatis, à quibuſdam tamen laudata*, vt Plin. lib. 10. cap. 12. Solitariæ occurſus ominoſus, nuptiis auſpicatæ ſi duæ occurrerint, quia in eo genere mira concordia maris & fœminæ, vnde accini ſolitum, ἐκκόρει κόρη κορώνην, vt Ælian. lib. 3. de Animalib. Virg.

Quod niſi me quacunque nouas incidere lites
Sæpe ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.

Sueton. in Domitiano. Cornix in Capitolio loquuta dixit, ἔσται πάντα καλῶς, *bene omnia habebunt*, paulo ante necem Domitiani. Martial.

D *Nuper Tarpeio quæ ſedit culmine cornix*
Eſt bene non potuit dicere, dixit erit.

De coruis Valer. Max. lib. 1. cap. 4. *Tiberius Gracchus cum ad res nouas pararetur, auſpicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam triſtia reſponderunt. Nam ianua egreſſus ita pedem offendit vt digitus ei decuteretur. Tres deinde corui in eum aduerſum occinentes partem tegulæ decuſſam ante ipſum propulerunt. Cùm Metellus Pontifex Max. Tuſculanum peteret corui duo in os eius aduerſum veluti iter impedientes aduolauerunt, vixq́. extuderunt, vt domum rediret. Cicero cùm in villa Caietana eſſet coruus in conſpectu eius horology, ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togæ eo vſque morſu tenuit, donec ſeruus ad occidendum eum milites veniſſe nuntiaret. Corui in auſpiciis ſoli videntur intellectum habere ſignificationum ſuarum. Nam cum Mediæ hoſpites occiſi ſunt, omnes è Peloponneſo, & Attica regione euolauerunt*, vt Plin. lib. 10 cap. 12. *Coruorum ſignificatio peſſima cum glu-*
E *tiunt vocem ſtrangulati.* Ariſtotel. lib. 9. Hiſtor. Animal. Ideo Coruus dicitur *Phœbeius oſcen* ab Auſonio, quanquam Phurnutus negat coruum alitem eſſe Phœbi, quia niger eſt, ſed Cygnum, quia candidus. Horat. Od. 23. lib. 3.

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.

Liuius lib. 24. Lauinij in æde Iunonis Soſpitæ coruos nidificaſſe ait, quod triſte. Plaut.

Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua.

Statius lib. 3. Theb. *Non comes obſcurus tripodum.* vbi Luctatius, *Apollo cum Coronidem grauidam feciſſet coruum ei cuſtodem appoſuit, nequis ad eam occultè temerator accederet. Cum hac Lycus occulte concubuit, quem Iuppiter fulmine extinxit, ipſam Coronidem Apollo ſagittis occidit, cuius mortuæ exſecto vtero Aeſculapium produxit in lucem.* Coruum autem ex albo nigrum fecit. Plutarch in Gracchis, Tiberio egreſſo ex ædibus ὤφθησαν ὑπὲρ κεράμου μαχόμενοι κόρακες ἐν δεξιᾷ, καὶ πολλῶν αἰθρῶ

ἀνθρώπων παρεχομένων, καὶ αὐτὸν Τιβέριον λίθος ἀπωσθεὶς ὑπὸ θατέρου τῶν κοράκων ἔπεσε πρὸ τῶν ποδῶν: *Visi sunt corui pugnantes super imbrices ad lauam, & cum multi eum sepirent comitatu suo, lapis disiectus ab altero coruo ad pedes eius cecidit.* Sidonius, *Oscines coruos voce triplicata puniceam auroræ surgentis faciem consalutantes.* Ælian. lib. 1. cap. 48. *Coruus sacer est Apollinis, & famulus, ideoque diuinandi vim habet*, & clangorem eius spectant, qui auium sedes & voces dextra vel sinistra cognoscunt, τὸν κόρακα ὄρνιν φασὶν ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ ἀκόλουθον, καὶ μαντικῆς συμβόλοις ἀγαθόν. Salisberiensis lib. 1. cap. 12. *Coruus vsquequaque cornici præiudicat. Bubo funebris & maximè abominatus publicis præcipuè auspiciis deserta incolit.* Plin. lib. 10. cap. 12. *In vrbibus, aut omnino in luco visus dirum ostentum est. Capitolij cellam ipsam intrauit, Sp. Papellio Istro, Lu. Pedanio Coss. propter quod vrbs lustrata est nonis Martiis eo anno.* 4. Æneid.

Solaque culminibus ferali carmine bubo.

Horat. lib. epod. 7.

Mæstique cor bubonis.

Quia non est cantu aliquo vocalis, sed gemitu, vt Plin. Ouid. lib. 10. Metamorph.

Funereus bubo ferali carmine dixit.

Ammian. lib. 30. de morte Valentis, *apud Sabariam bubo culminibus regij lauacri considens, occentansque funebria, nulla, iacientium sagittas, & lapides, contemptibili dextera cadere potuit.* Plin. lib. 10. c. 13. *L. Cassio, C. Mario Coss. bubone viso vrbs lustrata est.* Bubones, noctuæ, vlulæ, γαμψώνυχες, vnguibus curuis sunt inauspicatæ. Xiphilin. in Augusto, cumque senatus decreuisset vt publicè supplicaretur propter eius valetudinem curia clausa reperta est, & βύας, bubo, qui super eam consederat cecinit. Plutarch in Alexandro, ad Ammonem eunti cum erraret agmẽ, κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας: corui se duces præbuerunt. Si agmen sequebatur, incitatis pennis præibant, si tardius incederet, opperiebantur, si noctu aberraret, crocitando eos reuocabant. qui Apulcio est bubo, Luciano est κόραξ νυκτέριος. *Noctis monstrum* vocat Plinius. *Nycticorax* Symmacho est *Vpupa*, Hieronymo *noctua*. Statius lib. 3. Theb.

Monstra volant, diræ stridunt in nocte volucres,
Nocturnæque gemunt striges, & feralia bubo
Damna canens.

Ouid. lib. 5. Metamorph.

Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Noctua Atheniensibus auspicata fuit: Pyrrho regi contra Argiuos eunti hastæ insidens exitium significauit. Ælianus lib. 10. c. 34. de Animal. & c. 37. Noctua inauspicata, ideo Minerua ardeam, seu herodium, non noctuam, ad Diomedem mittit, cum iret exploratum castra Græcorum. Zozimus lib. primo, γλαῦκες ἀπείρου πλῆθος καταπτᾶσαι τοῦ τείχους ἐπλήρωσαν: *muri priusquam ruerent noctuæ innumeræ multitudine aduolantes eos repleuerunt.* Statius lib. 3. Thebaid.

Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adest, flauaque sonans auis vnca Minerua.

Homil. 17. in Numer. Origen. Pythonib. Dracones aliique serpentes ministrare dicuntur Auguribus & aliis qui ex incidentibus diuinandi dicuntur captare auspicia, vt lupi fuerint omina, aut vulpes, aut accipitres, aut corui, aut aquilæ quæ in lege Moysi sint immunda. Salisberiensis lib. 1. Polycrat. *noctua eo quod noctis tenebris non cæcatur diligentis hominis vigilantiam significat, vt in portento quo in hasta Hieronis, cum primum progrederetur ad bellum, noctua dicitur consedisse, significans eum fore diligentissimum.* Legatur Iustinus, & Plutarchus in Themistocle. Themistocli γλαῦκα ὀφθῆναι διαπετομένην ἀπὸ τὰ δεξιὰ τῶν νεῶν, καὶ τοῖς καρχησίοις ἐπικαθίζουσαν: *noctuam visam volantem ad dextram classis, atque in antennis considentem.* Quod lætum, & auspicatum fuit. Eniber Picus in veteri glossa. ὄρνις πονηρά, *mala auis.* Plin. lib. 10. cap. 18. *Sunt & paruæ aues vncorum vnguium, vt pici, Martio cognomine insignes, & in auspicius magni. Ipsi principales Latio sunt in auguriis à rege qui nomen huic aui dedit. In capite prætoris vrbani Lucij Tuberonis in foro iura pro tribunali reddentis sedit ita placidè, vt manu prehenderetur. Responderunt vates exitium imperio portendi si dimitteretur, at si exanimaretur prætori. Et ille auem protinus concerpsit.* Frontinus in stratagemat. hoc Caio Lelio tribuit. Sanqualis dicitur ossifraga, eadem in commentariis auguralibus Saga, quia in Dei Sangi tutela est. Aquilam barbatam Thusci ossifragam vocant. Fest. *Oscines aues Appius Claudius esse ait, quæ ore canentes faciant auspicium, vt coruus, cornix, noctua, aut quæ alis, ac volatu, vt buteo, sanqualis, aquila, immussulus, vulturius.* Item,

A Item, alites volatu auſpicia facientes iſtæ putantur, buteo, ſanqualis, immuſculus, aquila, vulturius. vultur felix habitus triduo ante, aut biduo volat, vbi cadauera futura ſunt. Plin. lib. 10. cap. 6. Plaut. in Truculen. *quaſi voltury triduo prius prædiuinant quo die eſuri ſient.* Origenes lib. 4. in Celſum, κατὰ δὲ τι σημεῖον καὶ Ἀπόλλων ἀγγέλῳ χρῆται ἱέρακι· κίρκος Ἀπόλλωνος λέγεται εἶναι ταχὺς ἄγγελος: *ſecundũ ſignum Apollo nuntio vulture vtitur. Circus dicitur Apollinis eſſe celer nuntius.* Herodotus l. 3. auctor eſt ſeptem ἱέρηκας, *accipitres* perſecutos eſſe ſeptem αἰγυπιούς, *vulturios* cum ſeptem Perſæ duos Magos occiderunt. Dio lib. 46. Auguſtus Cæſar prima comitiorum die in campum Martium progreſſus ſex vultures, ac poſtea concionem habens ad milites alios duodecim vidit, πρός τε γὰρ τὸν Ῥωμύλον, καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα τὸ ἐκείνῳ γενόμενον ἀναφέρων καὶ τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ λήψεσθαι προσεδόκησεν: *cum enim id referrens ad Romulum & auſpicium quod ei factum erat, Monarchiam ac imperium Romuli ſpe præcepit.* Saliſberienſis lib. 1. *Vultu-*

B *res difficultatem portant, duritiem, rapacitatem, ſicut habes in origine vrbis condendæ.* Circus felix. Plinius lib. 10. cap. 8. *Circus claudus altero pede proſperrimi auſpicij nuptialibus negotiis, & pecuniariæ rei.* Parræ, diri ſemper, inauſpicatique fuêre ominis. Horat. Od. 27. lib. 3.

Impios parræ recinentis omen ducat.

Feſtus voce *oſcines. Picus autem Martius, Feroniuſque, & parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur.* Horat. Od. 27. l. 3.

Teque nec læuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.

Plutarch. in Cicerone. Agmen coruorum crocitantium ad nauem Ciceronis, dum remis terræ appellitur, volauit, ὑπὸ κλαγγῆς προσεφέροντο τῷ πλοίῳ ἐπὶ γῆν ἐρεσσομένῳ: qui conſederũt vtrimque in antennæ cornibus crocitantes, & capita funium τὰς τῶν μηρυμάτων ἀρχὰς

C tundentes, quod oſtentum dirum cum eſſet, in villa coruus in grabatum demiſit ſe, togamque qua opertus erat Cicero, paulatim roſtro à facie detraxit. Plin. lib. 10. c. 7. *Sanqualem auem atque immuſſulum Augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifraga. Maſſarius ſanqualem oſſifragam eſſe dicit, immuſſulum pullum aquilæ prius quàm albicet cauda.* Liuius lib. 4. Auem ſauqualem quam vocant, ſaccum, lapidem arroſiſſe. Plutarch. Romulo. καὶ τὸν Ἡρακλέα χαίρειν γυπὸς ἐπὶ πράξει φανέντος: *Herculem gauiſum viſo vulture in re agenda*, quia nec ſatis, nec plantis, aut pecori noxius eſt. cadaueribus veſcitur, nihil quod viuat perimit. Volucribus etiam mortuis abſtinet. Florus cap. 1. lib. 1. *vter auſpicaretur, & regeret adhibere placuit Deos. Remus montem Auentinum, hic palatinum occupanit. prior ille ſex vultures, hic poſtea, ſed duodecim vidit. Sic victor augurio vrbem excitat plenus ſpei bellatricem fore. Ita illi aſſuetæ ſanguini, & prædæ aues pollicebantur.* Id ipſum Dionyſius,

D Liuius, Plutarchus, Aurelius Victor commemorant, ſex vultures pariter volantes à ſiniſtra Remo prius viſos. Lucan.

Vulturis vt primum læuo fundata volatu
Roma.

Statius lib. 3. Thebaid.

Non venit auguriis melior quam vultur.

Sueton. Auguſto c. 95 *Primo conſulatu ei augurium capienti duodecim ſe vultures vt Romulo oſtenderunt.* Plutarch. Mario, δύο γῦπες ἐφαίνοντο πρὸ τῶν κατορθωμάτων ἀεὶ περὶ τὰς στρατείας: *duo Vultures Mario ante victoriam oſtendebant ſe*, comitabanturque agmen ex æneis collaribus noti quos milites addiderant. Eos milites ſalutabant, vt lætum oſtentum. Auſonius, *Si confers fulicas*

E *cygnus & aëdona parra.* Plutarch. Romaicis, διὰ τί γυψὶ χρῶνται μάλιστα πρὸς τοὺς οἰωνισμούς; *Cur Romani vulturibus vtuntur maximè ad auſpicia?* Hirundo nidificans in Alexandri tabernaculo, qui Pyrrhi Epirotarum Regis filius fuit, inauſpicata; vt & Antiocho in eius ædibus nidum conſtruens cum in Medos pergeret, vbi re malè geſta è loco ſuperiore ſe præcipitauit. Dionyſio tamen arcem relinquenti Hirundines quæ in ea nidificarant ſimul auolantes reditum præmonſtrarunt. Ælian. lib. 10. de Animalib. cap. 34. Dio in Auguſto pag. 289. χελιδόνες τε περὶ τὴν σκηνὴν Κλεοπάτρας ἐνεόττευσαν: *Hirundines circa tabernaculum Cleopatræ nidificarunt.* Accipiter inominatus eſt. Statius lib. 3. Thebaid.

——— *Et altis*
Deſuper accipitres exultauere rapinis,
Monſtra volant

Varro lib. 4. lin. Lat. Titias aues in auguriis certis Titios ſodales obſeruare ſolitos ait. Vetus interpres Perſii ad hæc verba,

Ingentes trepidare Titos. A

à Titiis auibus Titos dici ait. Cicero lib. 1. Diuinat. *Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent responsum est, singulari illum suauitate orationis fore.* Apum examen male ominatum fuit. *Apium examen insedit,* καὶ μελισσῶν ἑσμὸς ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ἐκάθισε ζώου νωχελοῦς, *altaribus* Pompeij ante prœlium, *quod genus animalculi per se tardum est, & pigrum*, ait Appianus lib. 2. Ciuil. Iuuenal. satyr. 13.

> *Examenque apium longa consederat vua*
> *Culmine delubri.*

Virgil. 7. Æneid. de lauro Latini.

> *Huius apes summum densæ, mirabile dictu,*
> *Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ* B
> *Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis*
> *Examen subitum ramo frondente pependit.*

Hirundines item inauspicatæ fuere. Plutarch. in Antonio, ἡ δὲ Κλεοπάτρας ναυαρχὶς ἐκαλεῖτο μὲν Ἀντωνιάς, σημεῖον δὲ περὶ αὐτὴν δεινὸν ἐφάνη. χελιδόνες γὰρ ὑπὸ τὴν πρύμναν ἐνεόττευσαν, ἕτεραι δὲ ἐπελθοῦσαι, καὶ ταύτας ἐξήλασαν, καὶ τὰ νεόττια διέφθειραν: *Cleopatra nauis prætoria dicebatur Antonias, ad quam dirum omen extitit. Hirundines enim sub puppe nidos fecere, aliæ aduentantes has eiecerunt, & nidos perdiderunt.* Plutarch. in Dione. τὸ δὲ τῶν μελισσῶν αἱ περὶ τὰ πλοῖα τοῦ Δίωνος ὤφθησαν ἑσμὸν λαμβάνουσαι κατὰ πρύμναν: *Apum ostentum, quarum in Dionis nauigiis conspexerunt ad puppim examen consedisse*, Miltas vates timere se dixit, ne res eius gestæ cum floruissent, paulisper emarcescerent. in Bruto, Apium examina glomerata intra vallum visa, quem locum οἱ μάντεις ἐξέκλεισαν, *Aruspices excluserunt*, ἀφοσιούμενοι τὴν δεισιδαιμονίαν. Clemens Alexandr. lib. 7. stromat. ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας ᾄσῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖόν τινος: *Gallus altilis si vespere cecinerit, signum id esse rei alicuius statuentes.* Sueton. in Vitellio, *Gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite Vitellij astitit infaustum.* Plutarch. in Bruto. μελισσῶν τὸν πρῶτον αἰετὸν ἀνάπλεων γενέσθαι: *primam aquilam* Bruti *apibus obtectam fuisse.* Cic. 1. Diuin. examen apum in iuba equi Dionysij, lætum. In Ariminensi agro in villa Galerij Gallus gallinaceus semel loquutus, Plin. lib. 10. cap. 21. Galli cantus spem, iter, vel opus inchoatum promouet, vt Salisberiens. lib. 1. Polycrat. Plinius, *habent ostenta & præposteri eorum cantus, & vespertini. Namque totis noctibus canendo Bœotiis nobilem illam aduersus Lacedemonios præsaguère victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales non caneret.* Cic. lib. [illegible] de Diuinat. & Plin. lib. 10. cap. 21. Attagen cum pestis grassaretur in Ægypto τρισὶ ὀρταγᾶ, disertissime dixit, τρὶς τοῖς κακούργοις τὰ κακά: *ter maleficis mala.* Ciconia fuit in auspiciis. Procop. Vandal. 1. Salisberiens. lib. 1. Polycrat. Ciconia quoniam auis concordiæ est, aut concordiam inuenit, aut concordiam facit. cum Aquileiæ Attila obsidionem soluere vellet animaduertit diluculo Ciconiam quæ in turre nidificarat nidos humeris imponentem, & auolantem. bene sperat, turris vbi nidus erat, sponte delapsa, vrbs capta. Striges ominosæ. Seneca in Medea, C D

> *Mæstique cor bubonis, & raucæ strigis,*

Horat. epod. 5.

> *Et vncta turpis oua ranæ sanguine,*
> *Plumámque nocturnæ strigis.*

Plin. lib. 11. cap. 39. *esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit, sed quæ sit auium constare non arbitror.* Propertius lib. 3.

> *Et strigis inuenta per busta iacentia pluma.* E

Statius lib. 3. Thebaid.

> *Nocturnæque gemunt striges, & feralia bubo*
> *Damna canens.*

Strigas læstrigones esse ait Schol. Horat. quia pueros vorant. Quint. Serenus.

> *Præterea si fortè rapit Strix atra puellos*
> *Virosa immulgens exertis vbera labris.*

Vide Festum in verbo, Strix. Seneca in Hercule furente.

> *Omenq; triste resonat infaustæ strigis.*

Ouid. 6. Fastor.

> *Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinis,*

Cani

A *Canicies pennis, unguibus hamus ineſt.*
Nocte volant, pueroſque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia corpora roſtris,
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

Caprimulgus eſſe videtur, quem Græci αἰγοθήλαν vocant. στρὶγξ, κέρχνη, κερχνηΐς, pro eadem aue, quam cuculi magnitudine reſupinam volare aiunt, putantque ſagas in has aues ſe induere. Cygnus eſt auſpicatus vetus Poëta apud Iſidorum lib. 12. Orig.

Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales,
B *Hunc optant nautæ, quia nunquam mergitur vndis.*

Virgil. lib. 1. Æneid.

Aſpice bis ſenos lætantes aëre cygnos.

Eorum hilaritas non modo nautis, ſed & quibuſque peregrinantibus felicium euentuum gratiam ſpondet, niſi fortioris ſuperetur aduentu. Salisberienſis lib. 1. apud Statium lib. 3. Thebaid.

Innumeri ſtatuerunt agmina cygni,
Septem ordine fuluo
Armigeras ſummi Iouis exultante caterua
Dilacerant.

Phœnix ſingularis felicitatis ſucceſſum pollicetur, quale eſt, quod noua Roma viſa C Phœnice melioribus auſpiciis condita eſt. Ioan. Salisber. lib. 1. Polycrat. Grus ſemper affert quod expedit. vnde gruere verbum antiquum, à quo congruere. Ibidem, Pica ad ſucceſſionem hoſpitum te facit cautiorem, ſi auis quæ vulgo vocatur albanellus prætervolans viam, à ſiniſtris feratur ad dexteram, de hoſpitij hilaritate ne dubites. Ibidem, ſi accipiter quodpiamve generis huius ſub oculis proficiſcentis ſolitam rapinam exerceat, intet eundum rapacitas imminebit. Regulus quoque & ipſe qui & bitriſcus dicitur, vera quandoque portendere non dedignatur. Minutæ etiam aues aduentu ſuo, vel receſſu ſignificant familiam nunc augeri, nunc minui omnium verò volatus quanto ſuperior, tanto laudabilior eſt. Vnde Melampus augur conqueritur ſtragem Græcam coniiciens ex volatu.

Vides vt nulla ſerenos
Ales agat curſus.

D ait Salisberienſis lib. 1.

C A P. VII.

De Nationibus, & Viris Augurandi Peritis.

ZENO Veronenſis Augurem his verbis deſignauit, qui per varios auium volatus conjecturis inanibus ſtatum plumeæ ſalutis inquirit. Sophocl. in Oed. tyran. ὁ πάντα νωμῶν Τειρεσία διδακτά τε, ἄῤῥητά τ', οὐράνιά τε, καὶ χθονοστιβῆ, & ab auibus ſcientiam vocat ἀπ' οἰωνῶν φάτιν. Idem οἰωνοθέταν augurem ὁ τὰς πτήσεις τῶν οἰωνῶν διατιθείς: *O Tireſia qui omnia verſas quæ doceri, aut taceri debent, cæleſtiaque, & terreſtria. Idem Oeonotheten vocat qui volatus auium diſponat* E *augurem. Cilicum autem, & Piſidarum gens, & his finitima Pamphylia volatibus auium, cantibuſque certiſſimis ſignis res futuras declarari putant,* ait Cic. l. 1. Diuinat. Dionyſ Halycar. l. 3. οἰωνοσκοπίαν τυῤῥηνικὴν, *auſpicandi artem* Hetruſcorum commemorat. Pater Attium Nauium tradidit Hetruſcorum doctiſſimo, τὴν οἰωνοσκοπικὴν τέχνην διδαχθησόμενον, *vt auguralem artem diſceret.* In exercitu Alexandri fuere augures. Cum enim Alexandriæ condendæ locus caperetur & creta deſignandis ſpatiis deeſſet, τῶν ἀλφίτων λαμβάνοντες ἐν πεδίῳ μελαγγείῳ κυκλοτερῆ κόλπον ἦγον: *farina in ſolo nigro ſinum orbiculatum duxerunt.* aduolantes aues ne tantillum quidem polentæ reliquerunt, τῶν μάντεων παραινούντων πολυαρκεστάτην οἰκιζεῖν τὴν πόλιν: *auguribus animos addentibus, vrbem fore copioſam, multarúmque gentium alumnam.* Plutarchus in Alexandro. In Annalibus Boiorum lib. 5. Bauari ex Turturibus auſpicabantur, Romani etiam ex Paſſerculis, vt Plutarchus in Sylla. Pythagoras augur fuit apud Diogenem Laërtium Deiotarus nihil niſi auſpicato geſſit, qui cum ex itinere quodam propoſito, & iam conſtituto

reuertisset, aquilæ admonitus volatu, conclaue illud vbi erat mansurus si ire perrexisset proxima nocte corruit. Auspicia nunc à Romanis auguribus ignorantur, à Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis tenentur, ait Cicero. Lampridius, Alexander Seuerus ὀρνεοσκόπος *magnus, vt & Vascones, & Hispanorum, & Pannoniorum augures vicerit.* Procopius Gotthico primo, Hirlandos, seu Varnos augurandi peritos facit. *Hermegelsus inter Germaniam & Angliam Rex Varnorum, auem ex arbore canentem, crocitantémque cum audisset, sibi mortem in quadragesimum diem denuntiari intellexit.* Marsi augures fuere. Ennius, *Non habeo denique nauci Marsum augurem, non vicanos aruspices, non de circo Astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somnium, non enim sunt ij, aut arte diuini, aut scientia, sed superstitiosi vates,* &c. lib. 1. de Diuinat. Cic. Amphilochus, & Mopsus Argiuorum Reges fuerunt, sed iidem augures. Apud veteres qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant: Phryges, Pisidæ, & Cilices, & Arabum natio, auium significationibus plurimum obtemperat: quod idem factitarum in Vmbria accepimus. De Arrio Nauio augure legendus Liuius lib. 1. Cicero lib. 1. Diuinat. item de Augurio Romuli & Remi, quorum hic sex vultures, ille duodecim se vidisse confirmauit. Attius, *nihil credo auguribus qui aures verbis ditant alienas, suas vt auro locupletent domos.* Salisberiens. lib. 1. cap. 12. *Augurium quod est in auium obseruatione Phryges inuenisse traduntur, quod in voce proditum, aut volatu.* Scholiastes Gregorij Nazianz. Stelitentico in Iulianum, ait Telegonum primum auspicia reperisse aue volante in antica, aut postica, quod à nobis supra pluribus ostensum est. Plin. lib. 7. cap. 55. Auguria ex auibus Car inuenit, à quo Caria appellata, adiecit ex cæteris animalibus Orpheus. Auspicia auium Tiresias Thebanus. Nonnulli ab Apolline volunt Auguralem artem repertam, quare & Apollo augur ab Horatio vocatur, & ad ædem Portumni Apollo cœlispex positus in vndecima regione vrbis, vt P. Victor in vrbis descriptione. Porphyrius lib. 3. περὶ ἀποχῆς scribit Apollonium Thyaneum eum audisset hirundinem eum multis vociferantem, sodalibus suis dixisse, eam autem cæteris indicare asellum frumento onustum ante vrbem cecidisse, frumentúmque humi fusum esse. Eunapius passerem fuisse ait, non hirundinem. Ipsi Imperatores auguralis disciplinæ fuere studiosi. Lampridius in Alex. Seuero. *Matheseos peritus fuit, & ita quidem vt ex eius iussu Mathematici publicè proposuerint Romæ, ac sint professi vt docerent,* Aruspicinæ quoque peritissimus fuit, ὀρνεοσκόπος magnus. Spartianus in Seuero Pannonios augures commemorat. Porphyrius l. 3. περὶ ἀποχῆς scribit quasdam gentes cognationē quandam habuisse cum certis auibus, quarum auspiciis regerentur, eum illarum cantus intelligerent, vt aquilarum Hettusei, coruorum Arabes.

CAP. VIII.

Quid sit ὄρνις *Græcis.*

ARISTOPHANES in auibus quasdam aues μαντικὰς vocat: σὺ δ᾽ τὰ πτερὰ πρῶτα διαθὲς, τὰ δ᾽ κόσμῳ, τά τε μουσικὰ ὁμῆ, τά τε μαντικὰ, καὶ τὰ θαλάσσια: *Tu autem dispone ordine has pennas musicarum auium, diuinatricum, & marinarum.* vbi Scholiastes, μαντικὰ δ᾽ κοράκων, καὶ αἰετῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ὅσοις οἰωνίζῃ: *Aues diuinaculæ, corui, aquilæ, & alia, quibus augurantur.* Idem, ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ᾽ ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει. φήμη γ᾽ ὑμῖν ὄρνις ἐστὶ, πταρμόν τε ὄρνιθα καλεῖτε, ξύμβολον ὄρνιν, φωνὴν ὄρνιν, θεράποντα ὄρνιν, ὄνον ὄρνιν. Vbi Scholiastes, οἰωνὸς καλεῖσι καὶ τὰ μὴ ὄρνεα. *Existimatis aues, & auguria, omnia quæ de diuinatione discernunt: omen vobis est auis, sternutamentum auem dicitis, seruum, & asinum auem.* Scholiastes, *Aues vocant etiam, quæ non sunt aues.* Item, πᾶν σύμβολον ἐκφαντικὸν ἢ προτρεπτικὸν λέγε) ὄρνις: *Omne signum, quod prohibet, aut incitat, dicitur auis.* Aristophanes in Auibus: ἐσμὲν δ᾽ ὑμῖν ἄμμων, Δελφοὶ, Δωδώνη, Φοῖβος, Ἀπόλλων· ἐλθόντες γ᾽ πρῶτον ἐπ᾽ ὄρνεις ἕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε. πρὸς ἐμπορίαν καὶ πρὸς γάμον ἀνδρός. Irridet Atheniensium superstitionem Aristophanes, apud quem aues dicunt, *Vobis sumus genius, Delphi, Dodona, Phœbus, Apollo: non enim antè ad opus acceditis, quàm aues consulueritis. Ita mercaturam, & nuptias auspicamini.* Pro voce δαίμων, meliùs legeretur ἄμμων, quia oracula numerat. Apud Demosthenem in orat. de legatione, εἰς ὄρνεις ἰέναι, *Ad aues accedere,* id est, ad oracula, aut vates.

CAP.

A

CAP. IX.

De vocibus Auguralibus.

MVLTÆ fuêre voces Auguribus propriæ, *Auem canere*, vel *occinere* dicebant, quæ cantu daret auspicium. Liuius lib. 6. *Auem* ait *malum occinere. Auis monitus* Lucano lib. 1.

Et monitus errantis in aëre pennæ.

Spicire, videre, verba sunt Augurum. Cicero lib. 2. de legibus, *Interpretes autem Iouis optimi maximi, publici Augures signis, & auspiciis posteà vidento, disciplinam tenento.* Spicire est videre,

B vnde Auspices primùm dicti, quia è volatu tantùm per initia, non item è garritu auium auspicabantur. Plutarchus Romaic. cap. 72. τῶν ἐπ' οἰωνοῖς ἱερέων οὓς αὔσπικας πρότερον, νῦν δὲ αὔγουρας καλοῦσι. Consulere aues dicebantur Augures. Festus, *Admissiuæ aues dicuntur ab Auguribus, quæ consulem iuberent.* Symmachus lib. 3. epist. 44. *In verba prisca redeamus, quibus & Salij canunt, & Augures auem consulunt.* Ouidius lib. 1. Fastor.

Et primus visam consulit Augur auem.

Plinius Panegyr. *Cæteros Principes, aut largus cruor hostiarum, aut sinister volatus auium consulentibus nunciauit.* Ita & aues dicebantur consulere auspicanti. Cicero lib. 1. Diuinat. *Sibique eas aues, quibus auctoribus officium, & fidem sequutus esset bene consuluisse.* Item, *Auium voces interrogare.* Tacitus lib. de moribus Germanor. *Auium voces, volatúsque interrogare. Aues suspicere.* Ammianus Marcellinus lib. 22. *Iulianus exta rimabatur assiduè, auésque suspiciens præscire festi-*

C *nabat accidentium finem, sed responsis ambiguis, & obscuris hærebat futurorum incertus. Augurium accipere.* Liuius lib. 7. *Silentium, Templa, Tesca, auguralia verba fuere.* Item, *Nunciare, obnunciare, seruare. Addicunt, abdicunt aues*, vt Cicero lib. 1. Diuinat. *Augurium aliud impetritum fuit, quod necessario agnoscendum; aliud oblatum, quod accipi, agnoscíque poterat, vel repudiari.* Seruius ad lib. 6. Æneid. *Auguria aut oblatiua sunt, quæ non poscuntur; aut impetratiua, quæ optata veniunt.* Deinde ad hæc verba,

Este duces, ô, si qua via est.

Iam ex hoc loco incipit esse impetritum, quod fuerat oblatiuum.

Alio die, verbum augurale est, cùm res suscepta dirimeretur Philippic. 2. Cic. *Confecto negotio bonus augur, Lælium diceres, alio die, inquit.* Lib. 2. de legibus, *Quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus Augur, alio die, dixerit* Liuius lib. 8. *Nec quemquam mortalium extare,*

D *qui se vidisse, aut audiuisse quid dicat, quod auspicium dirimeret.* Donatus ad hæc verba prologi Hecyræ, *Vitium, & calamitas.*] *Bene*, ait, *secundùm Augures, vitium enim est, si tonet tantùm; vitium, & calamitas, si tonet, & grandinet simul, & etiam fulminet.* Liuius lib. 23. *Augures vitio creatum videri pronunciarunt. Addicere*, verbum fuit augurale. Seneca lib. de breuitate vitæ, *Quod Remo auspicante, illo loco aues non addixissent.* Liuius lib. 27. *Aues semel, atque iterum non addixerunt. Ratum facere*, verbum item Augurum. Lib. 1. de Diuinat. *Quid Augur habeat, cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum.* Augurum verba solennia Varro lib. 5. de lingua Latina, *Iouis pater, si mihi es auctor vrbi, populoque Romano Quiritium, hæc sanè, sartéque esse, vti tu nunc mihi bene sponsis, benéque volueris.* Idem lib. 3. de ling. Latin. *Effata dicuntur, quod Augures finem auspiciorum cælestium extra vrbem agris sunt effati.* Hinc effari templa dicuntur ab Auguribus, adfatus cùm in his fines fiunt. Liuius lib. 10. *Sed fanum tantùm, id est, locus*

E *templo effatus, iam sacratus fuerat.* Paulus, *Auspicium ab aue spicienda. Nam quod nos cum præpositione dicimus Aspicio, apud veteres sine præpositione Spicio dicebatur.* Seruius ad hæc lib. 3. Æneid. *Textà lux.* *Hoc idem*, ait, *iuxta auguralem speciem positum tradunt, quæ appellatur conditio, id est, denunciatio, vt ante diem certum quis ad inaugurandum adsit.* Varro lib. 5. de ling. Lat. supremum augurij tempus, *Tempestatem* in Augurum libris vocari scribit. Seruius ad illa verba,

——— *nec maximus omen Abnuit.*

Nam secundùm Augurum disciplinam tunc arbitrij est, visa omnino vel improbare, vel recipere, cùm sunt oblatiua. Idem ad hæc lib. 3. Æneid.

Templa Dei saxo.

Hoc iuxta augurij genus, quod statiuum dicitur, retulit, in quo consideratur, quo in loco auguria peragi debeant. Pacuuius, *Repudio auspicium, regrediendum est ilicò.* Plinius lib. 28. cap. 2. *In Augurum certè disciplina constat neque diras, neque vlla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredien-*

tes obseruare se ea negauerint. Impettitum describitur à Statio lib. 3. Thebaid. A

Huc gemini vates sanctam canentis oliuæ
Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis
Euadunt pariter, madidos vbi lucidus agros
Ortus, & algentes laxauit Sole pruinas.
Ac prior Atides solita prece numen amicat.
Postquàm ritè diu partiti sidera cunctas
Perlegere animis, oculisq; sequacibus auras,
Tunc Amythaonius longo post tempore vates,
Nonne sub excelso spirantis lumine cæli,
Amphiaraë, vides cursus vt nulla serenos
Ales agat, liquidóque polum complexa meatu B
Pendeat, aut fugiens placabile planxerit omen?

Inaugurari, exaugurari, voces augurales. Varro lib. 4. de ling. Latin. Suetonius in Caligula, cap. 12. Caducum auspicium, cùm inter sacrificandum aliquid cadit, Festo. De spectione Festus, *Spectio in auguralibus ponitur pro aspectione, & nunciatio, quia omne ius sacrorum habent. Auguribus spectio dumtaxat, quorum consilio rem gererent Magistratus, non vt possent impedire nunciando, quæ cùm vidissent satis, spectio sine nunciatione data est, vt ipsi auspicio rem gererent, non vt alios impedirent nunciando.* Scaliger hunc locum ita restituit, *Spectio, & nunciatio data erat iis Magistratibus, qui omne ius auspiciorum haberent, Auguribus spectio dumtaxat, quorum consilio rem gererent Magistratus, non vt possent impedire nunciando quæcumque vidissent: at iis spectio sine nunciatione data est.* Duplex enim nunciatio fuit Nunciatio augurij, quam habet solùm, cui spectio est. Nunciatio auocandæ concionis, seu obnunciatio, quam solus habet, C qui omne ius auspiciorum habet, hoc est, maior Magistratus. Cicero Philippic. 2. Augures habent tantùm nunciationem. Consules habent spectionem, quam & Augures, & obnunciationem, quam Augures non habent. Lib. 1. de Diuinat. *Non in eo est culpa, qui obnunciauit; (* lego, *nunciauit) sed in eo, qui non paruit.* Aliæ sunt voces, vt, *Tabernaculum vitio capere, Auguraculum, Pomœrium,* & cætera, de quibus infrà. Luctatius ad hæc verba Statij lib. 8. Thebaid. *——& Elysias dedit inseruare volucres.*

Proprio vsus est augurij verbo, quòd dum capiunt auguria, dicuntur cælum seruare. Lucanus,
Nec cælum seruare.

Dicunt item *seruare* simpliciter, & *de cælo seruare.* Augurum certè, & Magistratuum auspicia diuersa fuêre. Augures auspicabantur, vt ex quibusdam signis vel probarent aliquid, vel improbarent. Magistratus in comitiis auspicabantur, vt vetarent, vt Cicero D lib. 1. de Diuinat. item lib. 2. de legib. Appianus lib. 2. & 3. Deinde Augures nunciationem solam habebant sine spectione, Magistratus vtramque. Augures necessariò adhibebantur, Magistratus, nisi cùm vellent, non auspicabantur. Augures nunciabant vel institutis comitiis, vel iam habitis, vel futuris; Magistratus futuris tantùm. Augures nunciabant, cùm auspicati essent, Magistratus & post auspicium, & ante. In ferenda lege curiata tres Augures auspicabantur, in comitiis Magistratuum vnus tantùm. Magistratus autem vel vnus, qui de cælo seruaret, comitia impedire poterat. Immò & si auguralis scientiæ rudis esset, Magistratus solo auspicio vetare potuit. Cicero pro domo sua, *Negant Augures fas esse agi cum populo, cùm de cælo seruatur.* Ipsa igitur actio, non ea, quæ agentes vidissent, impediendi vim habebat. Philippic. 2. *Confecto negotio bonus Augur alio die inquit? ô impudentiam singularem. Quid videras, quid senseras, quid audieras? Nec enim te de cælo seruasse dixisti,* E *neque hodie dicis.* Pro Sextio, *icta est Respublicæ causa, non auspiciis, non intercessione, non suffragiis, sed vi, manu, ferro. Cùm Reipublicæ causam suscepisset, cumq; auspiciis, religionéq; parens obnunciaret quod senserat.* In Vatinium, *quem post vrbem conditam scis Tribunum plebis egisse cum plebe, cùm constaret seruatum esse de cælo.* Dio lib. 39. legendus. Cicero lib. 2. ad Atticum, *Bibulus de cælo num seruasset, necne, sibi quærendum non fuisse.* Lib. 4. epist. 3. *Proscripsit se per omnes dies de cælo seruaturum.* Philippic. 2. *Quisquámne diuinare potest, quid vitij in auspiciis futurum sit, nisi qui de cælo seruare constituerit? Quod neque licet comitiis per leges, & si quis seruauit non habitis comitiis, sed priusquàm habeantur, debet nunciare. Quia autem Tribuni plebis legibus interdum neglectis comitia impedire cupientes, de cælo seruabant,* vt epist. 3. lib. 4. ad Atticum, *Ideò Consules in edicto. quo significabant, quis comitiis centuriatis dies futurus esset, hoc addebant ex vetere formula, ne quis Magistratus minor de cælo seruasse vellet,* vt docet Gellius lib. 13. Cicero Philippic. 2. *Nos enim*

A *enim* (Augures) *nunciationem ſolam habemus, Conſules, & reliqui Magiſtratus etiam & ſpectionem.* Varro apud Nonium, *Eo die cis Tiberim redeundum eſt, quòd de cælo auſpicari ius ſit nemini præter Magiſtratum.* Cicero lib. 2. de Diuinat. de Magiſtratibus loquens, *De cælo ſeruare non ipſos cenſes ſolitos, qui auſpicabantur. Nunc imperat pullario, ille renunciat.* Extra vrbem Proconſules, & Proprætores non auſpicantur, quia auſpicia non habent. Deiotarus auſpiciis ſemper vtebatur, ait Cicero, *Nos niſi cùm à populo auſpicia accepta habemus, quàm multùm iis vtimur.* Lib. 2. de Diuinat. *Auſpicia, quibus vtimur, ſiue tripudio, ſiue de cælo ſimulacra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo. Q. Fabi, te volo mihi in auſpicio eſſe. Volo, reſpondet, audiuis hac. Apud maiores noſtros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit intelligat. Id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti Auguris eſt. Ille autem, qui in auſpicium adhibetur, cùm ita imperauit is, qui auſpicatur, dicito, ſi ſilentium*

B *eſſe videtur, nec ſuſpicit, nec circumſpicit; ſtatim reſpondet, ſilentium eſſe videri.* Dio lib. 39. περιηγγέλλον ὡς ϰ̀ ἐν ἐϰείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ... Cicero lib. 2. de legib *Quid grauius, quàm rem ſuſceptam dirimi, vnus ſi Augur alio die dixerit?* Lib 4. ad Atticum, epiſt. vlt. *Oſtendit, cùm lex curiata ferretur, tres Augures adhibendos fuiſſe.* Cæterùm Augures, qui in collegium aſciti erant, publicos dictos eſſe oſtendit vetus inſcriptio: *M. Mæcio Memmio, Furio Balburio, Cæciliano Placido clariſſ. V. Pontif. maiori Auguri publico, P. R. Quiritium, quindecim viro ſacris faciundis, Correctori Venetiarum, & Iſtriæ, Præfecto annonæ vrbis ſacræ cum iure gladij, comiti ordinis primi, comiti Orientis, Aegypti, & Meſopotamiæ, Iudici ſacrarum cognitionum, tertio iudici iterum ex delegationibus ſacris, Præfecto prætorio, & Iudici tertio, Conſuli ordinario, patrono præſtantiſſimo regio Palatina poſuit.* Augures cùm augurarentur, capite velato fuiſſe oſtendit Liuius lib. 1. *Augur ad læuam eius capite velato ſedem capit.* Qui autem omina, vel auſpicia capta-

C bant, non continuò, ſi oſtentum dextrum fuiſſet, aut ſemel aues addixiſſent, acquieſcebant, niſi accideret ſecundum aliquid, quo primum firmaretur. Virgilius,

> *Adſis ô tandem & propiùs tua numina firma.*
>
> Lego, *Adſis ô tandem propiùs, tuáque omina firma.*

Ita poſt repentem flammam quæ Iuli comas corripuerat Anchiſes dixit,

> *Da deinde auxilium pater, atque hac omina firma.*

Mox ſubiicit,

> *Intonuit læuum, & de cælo lapſa per vmbras*
>
> *Stella facem ducens,* &c.

Sic oſtentum Mario datum apud Ciceronem aquilæ pullis ſeptem repertis tonitru firmatum eſt.

D > *Sic aquilæ clarum firmauit Iuppiter omen.*

Stat. *Aſſiſtas operi, tuaque omina firmes.*

Ita & omen dormienti Æneæ à Tiberino datum firmatum eſt inuenta ſue triginta capitum fœtus enixa. Sed tamen cuicuimodi tandem ſint auguria, veteres patres ea meritò irrident. Minutius in Octauio, *Aſſyrij, Medi, & Perſa regna tenuerunt, cum augures non haberent, nec pullos cauea recluſos, quorum cibo vel faſtidio res ſumma gereretur. Clodius ſcilicet & Flaminius & Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum tripudium ſoliſtimum non expectandum putauerunt. Quid Regulus? Nonne auguria ſeruauit, & captus eſt, Mancinus religionem tenuit, & ſub iugum miſſus eſt, & deditus? Pullos edaces habuit & Paulus, apud Cannas, tamen cum maiore Pop. Romani parte proſtratus eſt.* Veteres omnes prophani auguriis plurimum arrogant. Cicero lib 2. de Diuinatione, *omni ſupplicio digni Clodius & Iunius Coſ. qui contra auſpicia nauigarunt. Parendum*

E *enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Flaminius non paruit auſpiciis, ideoque periit cum exercitu.* Apud Barbaros etiam ſua auguria fuere.

CAP. X.

De Augurij & Ominis vocibus.

AVGVRIVM & Auguſtum Suetonius ab auium geſtu, guſtatu, garritúve, dici vult: Feſtus, *aues ab aduentu earum dicuntur, quod inde veniant vnde quis non ſuſpicetur. Auguſtus locus ſanctus ab auium geſtu, quia ab auibus ſignificatus eſt, ſic dictus, ſiue ab auium guſtatu, quia aues paſtæ id ratũ fecere.* Seruius ad hæc l. 3. *Da Pater Augurium.*] *Auguriũ*, inquit, *eſt exquiſita deorum voluntas per conſultationem auium aut ſignorum, quod tunc peti debet, cum id quod ani-*

mo agitamus per augurium à diis volumus impetratum, vt in hoc loco Aeneas postquam omnia quæ volnebat animo petiit, ait, da pater augurium. Et est species ista augurij, quæ legum dictio appellatur. Legũ dictio autem est, cum conditio ipsius augurij certa nuncupatione verborum dicitur, quali conditione augurium peracturus sit, quod hic facit exsequens formas petitionis versibus supradictis. tunc enim quasi legitimo iure legem adscribit, da pater augurium. A

Idem consulatur lib. 2. Æneidos ad id.

Vestrum hoc augurium.

Aristides orat 1. pro Rhetor. ex Platone, ἐπεὶ τήν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος διά τε ὀρνίθων ποιουμένων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων (lego, ποιουμένην) ἅτε ἐκ νοῦ, καὶ διανοίας ποριζομένην ἀνθρωπίνῃ οἰήσει, οἰονοιστικὴν ἐπωνόμαζον, ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τῷ ὦ σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσι. *Nam & artem eam qua prudentes homines de futuris per aues, & alia signa inquirunt, quia mentis opera humana opinioni suppeditatur Oeonoisticem appellarunt*; à vocibus *οἴομαι, opinor*, & *νοῦς, mens*, quam Iuniores Oeonisticen ab auibus litteram *ω magni* facientes dixerunt. Augurij vox nõ tantum de auibus accipitur, verum & de aliis animantibus. Plinius lib. 32. cap. 11. *In Lyciæ Miris fistula euocati pisces veniunt ad Augurium. Diripere carnes obiectas lætum est auspicantibus, abigere caudis, dirum.* lib. 7. c. 47. *Sunt gemina Api Aegyptiorum delubra, thalamos vocant, auguria populorum, alterum intrasse lætum est, in altero dira portendi.* lib. 8. c. 22. *inter auguria ad dexteram commeantium præciso itinere, si pleno id ore lupus fecerit, nullum omnium præstantius.* Vt autem augurium non de auibus tãtum, sed etiam de aliis animantibus accipitur, ita omen de auibus. Silius Ital. lib. 4. B

Adsis ô, firmesque tuæ pater alitis omen.

CAP. XI.

De Collegio Augurum Romæ. C

AVGVRIA *autem fecere apud Romanos, & Sacerdotum collegium vel maximè solemne.* Plinius lib. 8. cap. 28. *Claudius nullo præter auguralis Sacerdotij honore impertitus est,* vt Sueton. in Claudio cap. 4 Certè olim Augures in magna dignatione fuerunt, cum apud veteres qui rerum potirentur, iidem auguria tenerent. Romæ Augures à Romulo instituti sunt, qui & ipse nobilis augur fuit, vt Liuius lib. 1. Sublati sunt à Constantio Augusto lib. 5. & 7. cap. de malefic. & Mathemat. postea tamen viguisse in Italia testatur Symmachus lib. 3. epist. 44. redeamus in prisca verba, quibus augures auem consulunt. Romulus trium augurum collegium instituit, singulos ex singulis tribubus, Rhamnensium, Lucerum, Tatiensium, quorum Sacerdotium confirmauit Numa, Liuius lib. 1. Dionysius lib. 2. τὴν δὲ τετάρτην ἱερηγεμόνων διάταξιν ὁ Νόμας ἀπέδωκε τοῖς ἐξηγουμένοις τὰ θεόπεμπτα σημεῖα, καὶ διαιροῦσι τινῶν ἐστι πραγμάτων, ἰδίῳ τε καὶ δημοσίᾳ· οὓς ἀφ' ἑνὸς εἴδους τῆς τέχνης τῶν θεωρημάτων Ῥωμαῖοι καλοῦσι αὔγουρας, ἡμεῖς δ' ἂν εἴποιμεν οἰωνοπόλους, ἁπάσης τῆς μαντικῆς παρ' αὐτοῖς ὄντας ἐπιστήμονας, τῆς τε περὶ τὰ οὐράνια, καὶ τὰ μετέωρα, καὶ τὰ ἐπίγεια: *Quartam sacrorum descriptionem Numa iis attribuit qui signa à Deo missa interpretantur, & discernunt, quarum rerum signa sint publicè, & priuatim, quos ab vna specie artis Romani vocant augures, nos œonopolos, qui apud eos totius diuinationis scientiam habent, quæ versatur in signis de cælo, aere, & terra.* Vnde Romanis sacer auguratus sit indicat Liuius lib. 1. Tarquinius Priscus Senatus maiestatem numero ampliauit, & centuriis tribus auxit, quamuis Attius Nauius numerum augeri prohiberet, summus augurio, quem Rex experimentum rogauit, fierine posset quod ipse mente conceperat. Ille rem expertus augurio, posse respondit. Atqui hoc, inquit, agitabam an cotem illam secare nouacula possem. Augur, potes ergo, inquit, & secuit. Inde Romanis sacer auguratus. Deinde quartus augur additus. Anno enim ab vrbe condita 454. quatuor augures fuisse patricios omnes obscurum non est, quibus vt quinque ex plebe adderentur, & nomen augurum collegium fieret, Quint. & Cn. Ogulnij Tribuni plebis ad populum tulerunt, & magnis contentionibus tandem obtinuerunt, ait Liuius. Sylla quindecim augures esse voluit, apud Florum lib. 89. Qui inter augures ætate antecellebat magister collegij dictus est. Creabantur autem augures ab augurum Collegio, quod ius à Collegio ad populum transtulit Tribunus plebis Cn. Domitius Ahenobarbus anno vrbis 651. Mario tertium, & L. Aurelio Oreste Cos. Sulla Collegio restituit, vt Asconius ad Diuinat. Cic. in Verrem. Deinde Cicerone Coss. Tit. Attius Labienus Tribunus plebis ius subrogandorum augurum ad populum tetulit. Marc. Antonius post mortem I. Cæsaris iterum Collegio restituit Sed Pansa, & D E

Hirtio

A Hirtio Cos. denuo ad populum tranſlatum eſt, narrante Dione, Auguſtus Collegio reſtituit. Demum Imperatores ſibi ius illud vindicarunt, ad ętatem vſque Theodoſij maioris. Auguribus autem quamuis grauiſſimi criminis conuictis quandiu viuerent Sacerdotium eripi non potuit, quod auguris vocabulum non honoris, nec magiſtratus, ſed ſcientiæ, atque artis cuiuſdam ſit. Eorum partes fuerunt, vt aues inſpicerent, de cælo ſeruarent, nuntiarent, de prodigiis, ſomniis, oraculis, portentis, reſponſa darent, procurationes portentorum edicerent. Augures coronatos fuiſſe oſtendit Plutarchus in Cæſare. Patauij Cornelius augur cum viciſſe Pharſalico prœlio Cæſarem renuntiaſſet, περιελὼν τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐνωμότως ἔφη, μὴ πρὶν ἐπιθήσεσθαι πάλιν, ἢ τῷδε τῇ τέχνῃ μαρτυρήσαι τὸ ἔργον: *Detracta capiti corona iurauit non prius coronam in caput repoſiturum, quam arti fides conſtitiſſet.* Priſcianus lib. 6. & 8. C. Iulium Cæſarem auguralium libros ſcripſiſſe ait. Macrob. lib. 1. Saturnal. auſpiciorum decimum ſextum librum citat, Dionyſius Halycarnaſſeus Pontificalium libros. Augurales libros iam olim fuiſſe indicat Plutarchus in Marcello, γεργικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχὼν (lego, ἱερατικοῖς) cum Tiberius Gracchus incidiſſet in libros rituales. Val. Maximus lib. 1. cap. 1. Gracchus ſignificabat ſe cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret. Feſtus, quinque genera ſignorum obſeruant augures publici, ex cælo, ex auibus, ex quadrupedibus, ex tripudiis, ex diris, vt eſt in Auguralibus. Liuius lib. 1. *Inde ab Augure, cui deinde honoris gratia publicum id, perpetuumq; Sacerdotium fuit.* Qui augur creabatur, iuſiurandum dabat, ſe nihil ſacrorum enunciaturum. Plutarc. Romaic. κατειλημμένον ὅρκοις τὸν αὐγουρα μηδενὶ φράσειν τὰ τῶν ἱερῶν: *Iureiurando adactum augurem, nemini enuntiaturum, quæ ad ſacra pertinerent.* Dionyſius lib. 2. ſupra, & Cicero lib. 2. de legibus. *Interpretes Iouis opt. Max. publici augures ſignis & prodigiis poſtea vidento, diſciplinam tenento. Sacerdotes vineta, virgetaque, & ſalutem populi auguranto, quique agent rem duelli, quiq; popularem, auſpicium præmonento, olliſque obtemperanto, diuorumque iras prouidento, iiſque apparento, cæliq; fulgura regionibus ratis temperanto, vrbemque, & agros, & templa libera, & effata habento, quæque augur iniuſta, nefaſta, vitioſa dixerit, irrita, infectaque ſunto, quique non paruerit capital eſto.* Item, ipſique auguriis, auſpiciiſque captandis intereſſe debent, eaque notare, ac inſpicere, & referre, & an egregiè eſſet litatum declarare, quibúſque hoſtiis, & quibus ſacris, & ſupplicationibus, & quæ ad puluinaria tetra prodigia procurarentur, aut expiarentur enuntiare. Augures autem ante augurandũ precabantur in hæc fere verba, *Iouis pater, ſi mihi es auctor, vrbi populóque Rom. Quiritiũ hæc ſane, ſartéque eſſe, vt tu nunc mihi bene ſponſis, benèque volueris.* Preces eorum dicebantur effata. Seruius ad id Virgil.

—— & ſic effatus ad vndam

Proceſſit, ſummóque hauſit de gurgite lympham.

D *Propriè effata, ſunt augurum preces, vnde ager poſt pomœria, vnde captabantur auguria, dicebatur effatus. Sediſſe aut ſtetiſſe augures oſtendimus.* Seruius ad hæc Virgil.

—— Sacrata valle ſedebat,

Secundum augures, ait, ſedere eſt augurium captare. Namque poſt deſignatas cæli partes à ſedentibus captantur auguria. quod & ſupra ipſe oſtendit latenter inducens picum ſolum ſedentem. Pluratch. in Marcello, ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος, *magiſtratus ad auguria ſedens.* Plurarch. Romaicis, Διὰ τί ἀπείρητο τοῖς ἕλκος ἔχουσι ἱερεῦσιν ἐπ' οἰωνῶν καθίζεσθαι: *Cur interdictum erat auguribus vlcus habentibus ad auſpicia ſedere.* Augurium aliud eſſe diximus impetritum, cuiuſmodi eſt apud Horatium.

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo.

Aliud oblatum, quod fortè obiicitur. In impetrito augures ſibi ipſi regiones definiebant, in oblato manum ſuam reſpexere, leuam, aut dextram. Augur conſidebat velato capite, & duplici amictus toga augurali, quæ leſa dicta eſt, vel trabea ex purpura, & cocco, fixiſque in cælum oculis, & attentè, ſollicitéque circumſpectis cardinibus omnibus expectabat, nunquid alicunde oſtenderet ſe ſe, & vnde naſceretur, ac prodiret. Seruius ad id lib. 6. Æneid.

——Sic effatus veſtigia preſſit,
Obſeruans quæ ſigna ferant, quo tendere pergant
Paſcentes illæ tantum prodire volando,
Quantum oculi poſſent acie ſeruare ſequentum;

Quia ad captanda auguria poſt preces immobiles vel ſtare, vel ſedere conſuerant. Apud Statium lib. 3. Melampus ita preces concipit.

Iuppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere conſilium, volucréſque implere futuri,

Omnáque,

Omniáque, & cauſas cælo deferre latentes
Accipimus. *Sic fatus & alto*
Membra locat ſcopulo.

A

CAP. XII.

De Templo Augurum, Auguraculo, Pomærio, Silentio.

AVGVRES cum auſpicari vellent in loco puro ſub mediam noctem, cælo non turbido, nec procelloſo, ſed ſilenti, placido, ſereno, & ſudo aëre, patentique ac libero, in hemicyclo ſe collocabant, templúmque, ac circulum ſibi lituo definiebant, tum fines, ac regiones qua inuolarent aues à dextera, & læua in aëre deſcribe- B baut. Seruius ad lib. I. Æneid. *Extemplo, ilico, ſtatim, & eſt augurum ſermo, templum enim dicitur locus manu deſignatus in aëre, poſt quem factum ilico captantur auguria.* Lituus baculus erat, ſine nodo à ſummo inflexus, inſigne augurum quo regiones cæli deſcribebanr. Manu enim hæc ſpatia quæ templa vocabanrur definire ſaluis auſpiciis non licebat. Cicero lib. I Diuinat. *Quid lituus iſte veſter quod clariſſimum eſt inſigne auguratus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tunc cum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, cum ſitus eſſet in Curia Saliorum, qua eſt in palatio, eáque deflagraſſet, inuentus eſt integer.* Plurarchus in Camillo. Gallis pulſis cum Martis καλιάς, caſa vſta eſſet, ἐντυγχάνουσι τῷ μαντικῷ ξύλῳ τοῦ Ῥωμύλου, ὃ ἐπικαμπὲς ἐκ θατέρου πέρατος ὂν καλεῖται λίτυον. χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς τὰς τῶν πλινθίων ὑπογραφὰς, ὅταν ἐπ' ὄρνισι διαμαντευόμενοι καθέζωνται, ὡς καὶ ἐκεῖνος ἐχρῆτο μαντικώτατος ὤν: *incidunt in lignum augurale Romuli, quod à ſummo in-* C *flexum dicitur lituus, vtuntur eo augures ad regiones definiendas cum ad auguria ſedent, quo vſus Romulus optimus augur.* Statius lib. 3. Thebaid.

Poſtquam rite diu partiti ſidera cunctas
Perlegere animis, oculiſq; ſequacibus auras.

Dionyſius lib. 3. Attius Næuius, vel Næbius augur cum in vinea maximam vuam reperire vellet, εὐξάμενος τοῖς θεοῖς ἠξίου δι' οἰωνῶν φανερὸν αὐτῷ ποιῆσαι τὸ ζητούμενον: *Precatus eſt Deos, vt ſibi per aues oſtenderent quod quærebat*, deſcripſit vineam in duas partes, alteram à dextra, alteram à læua, conſpectiſque in altera auibus quales ipſe vellet, rurſus eum quoque locum diuiſit, & aues eodem delatas diſcreuit, reperitque vuam miræ magnitudinis. Auſpicia non niſi loco publico capi poterant; Ideo Dio lib. 41. ſcribit cum Antiochiæ conſules, & ducenti Senatores agerent, *eos locum ad auſpicia capienda publicum feciſſe*, χωρίον ἐς τὰ οἰωνίσματα δημοσιώσαντες. Varro lib. 6. ling. Latin. *Concipitur templum non iiſdem verbis vſquequaque. In ar-* D *ce autem ſic. Templa, Teſquáque incita ſunto, quoad ego caſte lingua nuncupauero. olla veter arbor quiſquis eſt quam me ſentio dixiſſe, Templum Teſquúmque eſto, in ſiniſtrum olla veter arbor quiſquis eſt quam me ſentio dixiſſe, Templum, Teſquúmque eſto in dextrum, intra ea conrectione, conſpitione, cortumione, vti rectiſſime ſenſi.* Sic enim hæc lego. Captato igitur proſpectu in agros, atque vrbem, & conuerſa facie in ortum, regiones ab oriente in occaſum terminabat limire decumano, & cardine extranſuerſo ſigno metato, quo oculi ferrent longiſſimè. Ex deſcriptis regionibus antica in ortum vergebat, poſtica à rergo in occaſum, dextera meridiem, Boream ſiniſtra reſpiciebat. Dein cæſa victima præfatus carmen preces fundebar, quibus ſigna poſcebat aliquo præeunte, ne aliquid omitteret. Ioſephus Scaliger ita legit. *Teſca dumecta ſunto, quoad ego caſte lingua nuncupauero, olla veter arbor quiſquis eſt, quam me ſentio dixiſſe templum, tectúmque eſto, in ſiniſterum, olla veter arbor quiſquiſquis eſt, quicquid eſt quod me ſentio dixiſſe tem-* E *plum, tectúmque eſto in dexterum intra ea, conregione, conſpitione, cortumione, vtique ea rectiſſime ſenſi.* Conſtiruit autem fines templi ſui dumeta, qui & velpices vocantur. Templi, inquit, mei fines ſunto reſca dumeta, quoad ego eos nuncupauero. Feſtus, *Teſca Verrius* air *loca augurio deſignata, quo termino finis in terra augurij.* Opilius Aurelius, *loca conſecrata Deo alicui, non vt templum ſit, ſed ſancta loca vndique ſepta, vt aiunt Pontificy libri, in quibus ſcriptum eſt, locúmque ſedémque, teſcúmque alicui Deo dedicauerit, vbi eos accipias volentes, propitióſque.* Hoſtius belli Hiſtrici lib. 3.

Per gentes alte æthereas, ac Teſca volabit,
Templa antiqua Deum.

Quidam explicauere aſpera, difficilia aditu. Attius,

Loca aſpera, ſaxa teſca tuor.

A Et in Philoctera. Quis tu es mortalis qui in Lemni tesca te adportas loca? gloss. Tesqua. κατέχερημνοι, καὶ ῥάχεις, καὶ ἔρημοι τόποι: Præcipitia, dorsa rupium, loca sola. Festus. Minora templa fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis, aut lineis sepiuntur, ne vno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Augures in templo sedentes ad augurium captandum abstinebant vocibus malè ominaris, ideoque potius alteram auem, quam aduersam dicebant. Pomœrium est ager post muros vbi auspicabantur. Caro, olim quidem omnes auspicabantur extra Auentinum, nunc etiam intra ædificia. Pomœrium Pontificale quasi ponemurium, vbi Pontifices auspicabantur. Pomœrium cum locus sit, qui finem vrbani auspicij faciat, intra agrum effatum certis regionibus terminatur ad captanda auguria. Pontificale pomœrium, ait Festus, appellabant locum illum pone murum in quo Pontifices sua constituerent hospitia. Cum autem pomœrium proferretur Augures publicos populi Rom. hæc verba praire solitos. Dij tutelares vrbis pomœrium hoc ne minus,
B maiusue faxitis, sed ys quibus terminatum est regionibus effereatis, (pro efferaris.) Dictum autem videtur pomœrium veluti post mœros, quod esset retro, & intro muros vrbis. lib. 2. Diuinat. Quid scire potuerunt Hetrusci aruspices aut de tabernaculo rite capto, aut de pomœrij iure? lib. 1 Tiberius Gracchus cum tabernaculum vitio cepisset, quod inauspicato pomœrium transgressus esset, Comitia consulibus rogandis habuit. locus item vbi augures pubicè augurabantur dictus auguraculum, & arx, vt Festus docet. Liuius lib. 1. Tacit. lib. 2. Germanicus egressus augurali. Augurale vocat auguraculum quod in castris Romanis ad dexteram Prætorij fuit, vbi duces auspicarentur, & ex pullis auguria captarent, quod οἰωνιστήριον Græcis. Hyginus manuscriptus, Auguratorium parte dextra pratoriatura principalem agnouimus, vt dixi, ne & augurium rectè capere potest. Locus corruptus est, quem ita restituo, Auguratorium parte dextra Prætorij ad principia agnouimus, vbi & augurium rectè capere potest. Parte læua tribunal statuitur, vt augurio accepto insuper as-
C cendat ad exercitum, & felici auspicio alloquatur. Augustale est tabernaculum ducis, apud Quintilianum lib. 8. Instit. Auspicia erant imperatorum, non legatorum qui vicissent. Dio pag. 194. lib. 41. Thessalonicæ erant ducenti Senatores, καί τι καὶ χωρίον εἰς τὰ οἰωνίσματα δημοσιώσαντες: & locum quendam ad auspicia publicum fecerunt, vt iam vniuersus ibi populus, & vrbs ipsa videri posset. Dionysius lib. 1. ἦν δὲ Ῥωμύλῳ μὲν οἰωνιστήριον ἔνθα ἤξειν τὴν ἀποικίαν ἱδρύσαι, τὸ Παλάτιον. Ῥώμῳ δὲ προσεχὴς ἐκείνῳ λόφος, Αὐεντῖνος καλούμενος. ὡς δὲ τὰς προσηκούσας ἕδρας ἔλαβον: Erat autem Romulo templum obseruandis alitibus palatium, vbi coloniam condere animus erat. Remo collis Auentinus ei contiguus. vt autem sedes idoneas ceperunt. Publius Victor lib. de regionibus vrbis in regione decima vbi palatium fuit ponit auguratorium. Augur templum constituebat versus orientem, velato capite sedebat, lituum manu dextra tenens, quo in cælo regiones describebat. Romulus negat se assumpturum regium nomen, ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον
D ἐπιθεσπίσῃ δι' οἰωνῶν αἰσίων: nisi Deus auspicio fausto addixerit. ἀναστὰς περὶ τὸν ὄρθρον ἐκ τῆς σκηνῆς προῆλθεν. στὰς δὲ ὑπαίθριος ἐν καθαρῷ χωρίῳ, καὶ προθύσας ἃ νόμος ἦν, ηὔχετο Διῒ τε Βασιλεῖ, &c. σημεῖα δεξιὰ φῆναι καλά. μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἀστραπὴ διῆλθε, &c. Surgens diluculo exiit è tentorio, stansque sub dio in loco puro, immolatis rite victimis, precatus est Iouem, vt cælestia signa fausta apparerent. post precationem fulgur à sinistris ad dextram emicuit. Sceuam, tabernaculum, arcem, tentorium, auguraculum idem significare certum est. Dionysius lib. 2. origin. & lib. 3. Statua Nauio à Tarquinio posita τὴν περιβολὴν ἔχουσα κατὰ τῆς κεφαλῆς, velato capite, veste amictum caput habens. ibidem, ἐπαυλίζονται οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον. ἀνιστάμενοι ποιοῦνταί τινας εὐχὰς ὑπαίθριοι: candidati qui Magistratus ambiunt, sub dio extra vrbem cubant, & mane surgentes sub dio quasdam precationes faciunt ἐπαυλίζεσθαι, est extra vrbem pernoctare, σκηνή, est templum, vt Seneca interpretatur ep. 118. Val. Max. lib. 3. c. 5. Festus, cubans auspicatur qui in lecto qua-
E rit augurium. Plutarch. Marcello. ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως οἴκον, καὶ σκηνὴν μεμισθωμένην [illegible] αἰτίας ἀναγκασθῇ μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἔδει τὸ [illegible] οἴκημα, καὶ λαβεῖν ἕτερον ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς: cum Magistratus sedens in sella solida ad auspicia extra vrbem in tabernaculo conducto aliqua de causa coactus fuerit redire in vrbem, signis nondum certis datis, oportuit eum dimittere tabernaculum, quod prius conduxerat, & aliud capere de integro vnde spectaret aues, quod Tiberium Gracchum fugit. Augures templum non capiebant, nisi liquidus esset aër, & à ventis liberrimus, vt accensa lucerna vento non extingueretur. Plutarch. Romaic. c. 72. ὥσπερ δεῖν ἀεὶ τοὺς λαμπτῆρας ἀνεῳγμένους εἶναι, καὶ τὸ πῶμα μὴ ἐπικεῖσθαι: Augures putabant lampades apertas, & libero aëri expositas esse oportere, nec operculum imponi, quia vento flante non consistunt aues, οὐκ ἐνισταμένων ὀρνίθων. Ideo tempus auspiciis aptum est, quo possunt vti lampadibus apertis, τοῖς λαμπτῆρσι ἀνεῳγμένοις. Silentio surgere Verrius ait dici, vbi quis post mediam noctem auspicandi causa ex lectulo suo surgit, & liberatus à

lecto

lecto in solido sedet, silet que, nequid eo tempore deiiciat, inde se in lectum reposuit, ait Festus. Solidum vocat solidam sellam vt stabilior esset, ne forte, quid in sedendo, aut dum vellet sedere motu sellæ deiiceret, & strepitu vitium auspicio faceret. Cic. lib. 2. Diuinat. Augurum silentium cum vitium non est in augurio, sed omnia auspicata Festus, *silentium dicitur in auspiciis omnis vitij vacuitas*. Sedebant & augures in Græcia. Sophocl. in Antigone, εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμὴν ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ, καὶ βεβαρβαρωμένῳ, καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσι ἀλλήλων φονοῖς. *In loco antiquo sedens auspicabar, vbi erat omnium auium portus, ignotam audio vocem auium clangentium malo æstro, & barbaro, cum se vellerent, & vngulis occiderent*. Augur cum aues consuluisset è templo surgebat, si prius augurium posteriori confirmatum esset. Non enim satis erat augurium vnum, nisi & simili confirmaretur. Seruius ad eclog. nonam. *Minora auguria maioribus cedunt, nec vllarum sunt virium, nisi maiora sint*. Item ad hæc verba lib. 9. Æneid.

Et sic effatus ad vndam
Processit, summóque hausit de gurgite lymphas,

Locus iste dictus est secundum augurum morem, apud quos fuerat consuetudo, vt si post acceptum augurium ad aquam venissent inclinati, aquas haurirent, extinde & manibus, & fusis precibus vota promitterent, vt visum prosperaret, augurium, quod aqua intercessu disrumpitur, vnde etiam in duodecimo visum augurium non procedit, nec sortitur exitum firmum, quia cygnus dimissus ab aquila in fluuium cecidit. Tabernaculum si rectè captum non esset, vitio magistratus creatos pronuntiabant augures. Liuius lib. 4. *Quod Cn. Curiatius qui comitiis eorum præfuerat non rectè tabernaculum cepisset*. lib. 45. *Iam primum cum legionibus ad conueniendum diem dixit non auspicato templum intrant, vitio diem dictum esse augures, cum ad eos esset relatum, decreuerunt*. Festus, *templum est locus ita effatus, aut ita septus, vt ex vna parte pateat, angulosque habeat adfixos ad terram*. Seruius, *Alij templum dicunt non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis, aut hastis sustentatum, aut aliqua tali re, aut lineis, aut loris, & simili re septum est, quod effatum est, amplius vno exitu esse non oportet, cum ibi sit cubiturus auspicans*. Auguraculum Festus arcem dictam ait, *quod ibi augures publicè augurarentur*. Liuius lib. 1. *verbenas ex arce vellere*, id est, loco ab auguribus consecrato. Augurale, vt ostendimus, in castris prope Imperatoris prætorium fuit, vbi auspicari, & sacrificare moris esset. Tacit. lib. 2. Annal. *Nocte cœpta egressus augurali per occulta, & vigilibus ignara*. Item, *structam ante augurale aram subdita face accendi*. lib. 9. Dionys. κεραυνὸς εἰς τὸ στρατήγιον ἐμπεσὼν τήν τε σκηνὴν διετάραξε, καὶ τὴν ἑστίαν ἀνέτρεψε: *fulmen in prætorium delapsum & tabernaculum disiecit, & focum euertit*. Festus, *arcanus sermo à genere sacrificij, quod in arce fit ab auguribus adeo remotum à notitia vulgari, vt ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur*.

CAP. XIII.

De iis quæ auspicato gererentur.

SERVIVS ad lib. 1. Æneidos ait Romanos nihil nisi captatis fecisse auguriis. In nuptiis augures adhibiti. Iuuenal.

Veniet cum signatoribus auspex.

Seneca Troade Act. 4.

—— Hymen auspice Helena dignus.

Claudianus.

—— Hoc auspice tæda
Oedipodem matri nota iunxere Thyesten.

Cicero lib. 1. Diuinat. *nihil fere quondam maioris rei ne priuatim quidem nisi auspicato gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re amissa nomen tamen tenent. Nam vt nunc extis, sic tum auibus magnæ res impetriri solebant*. Valer. Max. lib. 1. Seruius ad hæc lib. 1. Æneid.

Primisque iugarat ominibus.

Item ad hæc lib. 4. Æneid.

Dis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda.
In nuptiis maximè captata omina, & auspicia.

Symmachus lib. 6. epist. 3. *Sororem Pompeiam olim viro maturam te auspice in manum optat accipere*. lib. 10. epist. 6. auspices nuptiarum Deos vocat. l. 4. auspicium iugalis fœderis à Stilicone se sumpsisse ait. Sixtus tertius Papa lib. de castitate. *Nefandorum Idolorum cultura omnis mali causa est*,

A *eſt, initium, & finis. Hac in matrimoniorum celebratur auſpiciis, quando certus auſpicatur dies, quando coniunctionis hora ſignatur, quando nequid infauſti ominis incurrat, ſollicita, & diligenti cura ſeruatur, & cum ſcriptum ſit, non augurabimini, auguriis & auſpiciis omnia digeruntur.* Bella non niſi auſpicato gerebantur. Cic. lib. 1. Diuinat. *Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicato noluerunt. Quam multi anni ſunt cum bella à proprætoribus & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur.* Frontin. lib. 4. *ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiens Aurelius Cotta.* Apud Liuium, *Caius Flaminius ſecundum Conſul neglectu auſpiciis cum ſe Hannibali ad lacũ Thraſymenũ obtuliſſet, collatis ſignis, exercitu amiſſo occiſus eſt.* Cicero in Catone. *Q. Fabius Maximus augur cum eſſet auſus dicere optimis auſpiciis ea geri, quæ pro ſalute Reip. gererentur, quæ contra Remp. fierent contra auſpicia fieri.* Eutrop. in Breuiario, Claudius *non defungens religione vt debuit, neglexit auſpicia, quæ ſigna erant diuinitus data iis qui in bellum*

B *exirent.* οὐκ ἀφοσιωσάμενος ᾗ νόμος, ἐνεανιεύσατο κατὰ τῶν συμβόλων. αὐσπίκια καλοῦσι αὐτὰ οἱ Ῥωμαῖοι, σύμβολα δ᾽ ἦν ταῦτα δαιμονίως διδόμενα τοῖς ἐπὶ πόλεμον ἐξιοῦσι. de Craſſo, μετὰ φαυλοτέρων συμμίξας τῶν συμβόλων, *manum conſerens cum hoſtibus infauſtis auſpiciis.* Magiſtratus item auſpicato creabantur Liuius in anno 356. *Magiſtratus vitio creatos Latinas, ſacrúmque in Albano monte non rite concepiſſe. vnam expiationem eorum eſſe vt tribuni militum ſe Magiſtratu abdicarent, auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur.* Plutarch. in Marcello, cum augures conſulti vitio creatos videri conſules reſpondiſſent, Senatus eos ſubito ab exercitu literis reuocauit. Eas acceptas Flaminius non prius aperuit quam collatis ſignis barbaros fuderit. Liuius lib. 21. & Oroſius, *Flaminius conſul contemptis auſpiciis quibus pugnare prohibebatur aduerſus Gallos conflixit, & vicit* Dionyſius lib. 2. καὶ κατέστησεν ἐν ἔθει τοῖς μετ᾽ αὐτὸν ἅπασι μήτε βασιλείας, μήτε ἀρχὰς λαμβάνειν. ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἐπιθεσπίσῃ: *& morem inſtituit in poſteram ne quis regnum aſſu-*

C *meret, Magiſtratúmve iniret, niſi vt Deus addiceret.* Eſtque hæc auſpicij lex apud Romanos longo tempore obſeruata ſub regibus, & conſulibus in Magiſtratuum comitiis. noſtra ætate imago tantum quædam huius iuris remanet *dicis cauſa*, τῆς ὁσίας ταύτης ἕνεκα. Candidati enim è templo diluculo prodeuntes preces quaſdam ſub diuo peragunt. *Ibi aliqui ex auguribus qui ære publico* ad huiuſmodi negotia adhibentur, τῶν δὲ παρόντων τινὲς ὀρνιθοσκόπων μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φερόμενοι, fulguris ſignum à ſiniſtris datum pronuntiant etiam ſi nullum ſit datum. *At illi vocis omine contenti*, τὸν ἐκ τῆς φωνῆς οἰωνὸν λαβόντες ad ſumendum Magiſtratum abeunt. Κράσσος στρατιὰν ἦγεν ἐπὶ τὸ Πάρθων ἔθνος ἐναντιούμενος τοῦ δαιμονίου, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς ἀποτρέπουσι τὴν ἔξοδον οἰωνοῖς μυρίοις ὅσοις γενομένοις: *Craſſus exercitum duxit in Parthos Deo renuente, vale dicens ſignis innumeris quibus expeditio hæc prohibebatur.* Idem lib. 3. Tarquinius οἰωνομάντεις ἐκέλευσε περὶ αὐτοῦ πρῶτον διαμαντεύσασθαι τοῦ τόπου, *augures iuſſit Deos conſulere de eo loco* qui templo ædi-

D ficando eſſet aptiſſimus, cumque oſtendiſſent collem Tarpeium, iuſſit iterum conſultis auſpiciis reſpondere, qua collis parte fundamenta iaceret. lib. 10. cum lex ferenda eſſet, ἱεροφαντῶν παρόντων, καὶ οἰωνοσκόπων, καὶ ἱεροποιῶν δυοῖν, καὶ ποιησαμένων τὰς νομίμους εὐχάς τε καὶ ἀράς: *Pontifices, augures, & duo ſacrificuli aderant qui ſolemnes preces, & exſecrationes facerent.* lib. 5. Scæuola λαβὼν οἰωνοὺς αἰσίους τῆς πράξεως διαβαίνει ποταμόν, cum Porſennam manu ſua trucidare conſtituiſſet *acceptis fauſtis de re gerenda auſpiciis tranſmittit fluuium.* Eorum qui ſacramento dixerunt nemo excuſatur, ait Liuius lib. 6. Polybius cauſam ſubiicit, ὡς ἂν μηδεμίας ἄλλης συγχωρουμένης προφάσεως τοῖς ἐξορκισθεῖσι πλὴν ὀρνιθείας: *cum nulla alia ſit excuſatio iis qui ſacramento adacti ſunt, quam ſi vitio conſul creatus eſt,* id eſt, *contraria auſpicia.* Plutarchus in Marcello, οἱ δὲ περὶ τὰς ὑπατικὰς ψηφοφορίας παραφυλάττοντες οἰωνοὺς ἱερεῖς διεβεβαιοῦντο μοχθηρὰς, καὶ δυσόρνιθας αὐτοῖς γεγονέναι τὰς τῶν ὑπάτων ἀναγορεύσεις: *Augures qui ſeruant aues conſularibus Comitiis vitio creatos*

E *conſules affirmarunt.*

CAP. XIV.

De Caduco Auſpicio.

MVLTA & varia præterquam ab auibus fuere auſpicia, Caduca, Perennia, Cæleſtia, ſalutis augurium, iuge auſpicium, & alia de quibus ſupra egimus. Caducum auſpicium fuiſſe Feſtus ait, ſi virga quæ commentaculum dicitur è manu flaminis excidit. Sed Caducum auſpicium latius patuiſſe dubium non eſt, cum in omni caſu inopinato acciperetur, ſi pileus, ſi corona, ſi tunica decideret, ſi equus ephippia deiiceret, aut prolaberetur, denique ſi quæ prolapſio eſſet, ſi qui caſus, auſpicium caducum eſſe dicebatur. Plu-

tarchus in Bruto, τὸν στέφανον τῷ Κασσίῳ κατεστραμμένον ὁ ῥαβδοῦχος προσήνεγκε. ἐν πομπῇ χρυσῆν Κασσίου νίκην διαφερομένην πεσεῖν ὀλισθόντος τοῦ φέροντος: *Inauspicatum fuit quod lictor coronam Cassio inuersam attulit. In pompa aurea Cassij victoria quæ ferebatur cecidit, cum is qui ferebat prolapsus esset.* Appianus lib. 4. Ciuilium Cassio exercitum lustranti id accidisse ait, & victoriam illam quæ cecidit χρύσεον Κασσίου ἀνάθημα, *aureum Cassij donarium* vocat. addit alia pleraque inauspicata, ὄρνεά τε πολλὰ ὑπὲρ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ καθήμενα κλαγγὴν οὐδεμίαν ἠφίει, καὶ μελισσῶν ἐπικάθηντο συνεχεῖς ἑσμοί: *aues multæ super eius castra sedentes, nullum clangorem edebant, & apum frequentia insidebant examina.* Dio lib. 54. Paulus Æmilius Lepidus, & L. Numacius Plancus postremi censores ex priuatis fuere, quod statim eis ostensum est, τὸ γὰρ βῆμα ἀφ' οὗ τι πράξειν τῶν προσηκόντων σφισὶν ἔμελλον συνέπεσεν ἀναβάντων αὐτῶν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ, καὶ συνετρίβη: *Tribunal vnde aliquid sui muneris acturi erant prima imperij die ascendentibus ipsis cecidit, & contritum est.* lib. 57. Ante mortem Germanici τὸ τοῦ Ἰανοῦ ἄγαλμα κατέπεσε, *Iani simulacrum cecidit.* Plutarchus de Crasso, cui exercitum lustranti *porrecta ab aruspice è manibus exta exciderunt*, τὰ σπλάγχνα τοῦ μάντεως αὐτῷ προσδόντος ἐξέβαλε τῶν χειρῶν. Idem de Camillo, *cum adoraret ad dexteram se circumegisse, & in circumagendo prolapsum esse*, προσκυνήσαντα ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, ἐσφάλη τε περιστρεφόμενος. Appianus in Parthico, ἐξιόντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ πρῶτος ἐσφάλη κατὰ τὰς θύρας ὁ νέος ὁ Κράσσος, εἶτα ἐπ' αὐτῷ περιπεσὼν ὁ πρεσβύτερος: *Cum exirent è templo Veneris, seu Iunonis Hierapolitanæ primus iunior Crassus procidit in foribus, & mox super eum senior.* Iulius Cæsar exscendens naue cum prolapsus esset, omen in melius vertit, dixitque; *Amplector te Africa.* narrante Suetonio. Contra Augustus *cum exscendens naue prolapsus esset, pedem retulit*, apud Appianum, τῆς νεὼς ἐκβαίνων ὤλισθεν, καὶ ἔπεσε, καὶ ἀνέδραμε δι' αὐτοῦ. Plutarchus in Fabio, sub initium, Flaminius ἐκπεσὼν ἵππου πτοηθέντος, *equo perterrito cecidit.* Sueton. Galba cap. 18. *Obseruatum etiam est Kalen. Ianuariis sacrificanti coronam de capite excidisse, auspicanti pullos euolasse, sellam curulem in Senatu peruersè collocatam.* Theophrastus characteribus. Sæpe etiam dum vota, libationésque fiunt, pateram sibi è manibus elabi sinit, & simul risum tollit, ὡς τεράστιόν τι πεποιηκώς, *quasi aliquid fecerit portentosum.* Pausanias in Messeniacis, τότε γὰρ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ὂν χαλκοῦν καὶ αὐτὸ, καὶ τὰ ὅπλα παρῆκε τὴν ἀσπίδα: *Tunc Dianæ simulacrum æreum remisit clypeum qui cecidit.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Stellæ aureæ quæ Delphis erant à Lacedæmoniis positæ, quia Castor & Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia Deorum, paulo ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque sunt repertæ. Caius Flaminius Consul iterum & ipse, & equus eius ante signum Iouis Statoris sine causa repente concidit, cum legiones contra Hannibalem duceret.* Festus, *caduca auspicia cum aliquid in templo excidit, veluti virga è manu.* Item si vitta è capite sacrificantis exciderit. Cicero de aruspicum responsis ludos scribit non esse ritè factos, si puer patrimus matrimus tensam, aut lorum omitteret. Suetonius, Octauio sumenti virilem togam tunica laticlauia resuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Imperium in ordinem laticlauium ei portendebatur. Seneca in Thyeste,

> ——— *Regium capiti decus*
> *Bis térque lapsum est.*

Ante mortem Caracallæ ludis Circensibus κατέπεσε τὸ τοῦ Ἄρεος ἄγαλμα πομπεῦον: *Martis simulacrum quod in pompa præferebatur decidit.* non video cur Guilielm. Blanus πομπεῦον interpretatus sit, quod erat triumphali habitu, apud Xiphilinum. Suetonius in Othone cap. 7. de Pisone, *Postridie quoque in augurando tempestate orta grauiter prolapsum identidem obmurmurasse*, τί γάρ μοι, καὶ μακροῖς αὐλοῖς; Pisonem qui à Galba erat adoptatus dixisse, *quid mihi, & longis tibiis?* Spartianus in Seuero, *Die Circensium cum tres victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis media, quæ ipsius nomine ascriptum orbem palmis tenebat, vento ista de podio stans decidit, & humi constitit, eáque quæ Getæ nomine inscripta erat corruit, & omnis comminuta est. Illa verò quæ Bassiani titulum præferebat amissa palma venti turbine vix constitit.* Spartianus in Adriano, *Ante mortem annulus in quo imago ipsius sculpta erat sponte de digitis delapsus est.* Silius lib. 16. de Siphace,

> *Vittáque maiorum decoramen fronte sine vllo*
> *Delapsa attactu, nudauit tempora Regis.*
> *Talia Cælicolæ casuro tristia regno*
> *Signa dabant, sæuíque aderant grauia omina fati.*

Suetonius lib. 7. sacrificanti ait Domitiano coronam de capite excidisse. Dio lib. 45. μειρακιωθέντος τοῦ Αὐγούστου, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφομένου πάντα τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν ἐνδυομένου ὁ χιτὼν περιερράγη ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατερρύη: *Octauius adultior factus, cum virilem togam assumeret, tunica vtrinque rupta ad pedes ei decidit cum lato clauo. Dignitatem, inquit*

Octauius,

A *Octauius, ſenatoriam ſub meis pedibus habebo.* lib. 46. in vltima concione Vibij Panſæ, vir quidam *morbo comitiali concidit*, τὴν νόσον τὴν ἱερὰν ἔχων κατέπεσε. Statua ærea in veſtibulo domus poſita ſponte euerſa eſt. Quidam puniceam ei veſtem afferens, in effuſo eruore lapſus caſu ſuo veſtem contaminauit. Zonaras in Michaële filio Theophili, Καίσαρος τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς θεομήτορος τῶν ὁδηγῶν κεκλημένης προσεγγίσαντος ἐξ οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς αἰτίας ἡ χλαμὺς τῶν ὤμων αὐτοῦ ἐξώλισθεν. Plutarch. Tiberius Gracchus priuſquàm necaretur, domo progrediens προσέπταισε πρὸς τὸν οὐδὸν σφοδρῶς, οὕτω πληγῆς γενομένης, ὥστε τὸν μὲν ὄνυχα τοῦ μεγάλου δακτύλου ῥαγῆναι, τὸ δὲ αἷμα διὰ τοῦ ὑποδήματος ἔξω φέρεσθαι. Si pes ad limen offenderet, dirum fuit. Tibullus lib. 1. Eleg. 3.

> *O quoties ingreſſus iter mihi triſtia dixi*
> *Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.*
> B *Aut ego ſum cauſatus aues, aut omina dira*
> *Saturni ſacra me tenuiſſe die.*

Cornelius Nepos in Darete,

> *Inq; ipſo trepidus ter limine greſſus*
> *Fixit, ter redijt.*

Ideò Catullus dixit in Hymeneo,

> *Transfer aureolos pedes prætextate puellule.*

Ouidius de Myrrha,

> *Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata, ter omen*
> *Funereus dixit ferali carmine bubo.*

Plutarchus in Demetrio, Antigonus ἐξιὼν προσέπταισεν ὥστε πεσεῖν ὅλως ἐπὶ στόμα, καὶ διατεθῆναι χαλεπῶς· ἀναστὰς δὲ καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνων πρὸς τὸν οὐρανὸν: Antigonus *domo progrediens offen-* C *dit ad limen, ita vt omnino in faciem collapſus ſit, & grauiter affectus ſit: cùm exſurrexiſſet manibus ad cælum ſublatis.* De caſu ſuprà egimus in Auſpicio caduco. Dio lib. 42. ἐπειδὰν ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι προσέπταισε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ στόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες ἠθύμησαν, &c. ἐκτείνας χεῖρα τῷ τε γῆν, ὡς καὶ ἑκὼν δὴ πεσὼν περιέλαβε, καὶ κατεφίλησε, καὶ ἀναβοήσας εἶπεν, ἔχω σε Ἀφρική: *Quia Cæſar è naue egreſſus terram attigit, offendit, & milites eum in os collapſum videntes terrore affecti ſunt, extenſa manu, quaſi ſponte cecidiſſet, terram amplexus eſt, & oſculatus, exclamauitque, Teneo te, Africa.* Zonaras de Michaële: *Abiit*, inquit, *in templum matris Dei, & prope altare nulla de cauſa, quæ appareret, chlamys ex eius humeris excidit.* ὅπερ σημεῖον καὶ τῷ Καίσαρι, καὶ τοῖς ἰδοῦσιν αἰταίσιον ἔδοξε: *quod ſignum Bardæ Cæſari, & ſpectantibus inauſpicatum viſum. Tiberius Gracchus domo egrediens offendit ad limen tam vehementer, vt vnguis maioris digiti rumperetur, & ſanguis* D *è calceo exiret*, ſcribente Plutarcho. Dio lib. 43. ἐν τῇ πρώτῃ τῶν νικητηρίων, τέρας οὐκ ἀγαθὸν ἐγένετο. ὁ γὰρ ἄξων τοῦ ἅρματος τοῦ πομπικοῦ παρ' αὐτῷ τῷ τυχαίῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Λουκούλλου οἰκοδομηθέντι συνετρίβη: *Prima die triumphi Cæſari omen aduerſum fuit. Axis enim currus triumphalis confractus eſt apud fanum Fortunæ, quod Lucullus exſtruxerat, vt alio opus fuerit ad triumphum.* Pompeius Conſul τότε σκέλος ἐπλήγη, καὶ μετ' αὐτὸ φοράδην ἀνεκομίσθη, καὶ βύας ὑπὲρ τοῦ συνεδρίου ἱδρύθη: *Offenſo crure in Vrbem per manus portatus eſt, & bubo Curiæ inſidens feralem cantum edidit.*

CAP. XV.

De cæleſtibus Auguriis.

E CÆLESTIA auguria Paulus eſſe ait cum fulminaret, aut tonaret. Græci διοσημίας vocant. Augures ideo de cælo ſeruabant.

CAP. XVI.

De iugi Auſpicio.

IVGE auſpicium dictum ſi iumenta iuncta occurrerent. Cicero lib. 2. de Diuinat. *Nos Augures præcipimus ne iuge auſpicium obueniat vt iubeant iumenta diſiungere.* Seruius ad hæc verba Virgil.

> *Primum omen equos in gramine vidi.*

Multi de libris augurum tractum tradunt. Obſeruatur enim ne proditurо magiſtratui diſiunctis bubus plauſtrum obuiam veniat. Feſtus, *Iuge Auſpicium eſt cum iunctum iumentum ſtercus fecit.*

CAP. XVII.

De Salutis Augurio.

SALVTIS augurium fuisse indicat Suetonius in Augusto cap. 31. Salutis Augurium restituit Augustus intermissum per annos 44. à Ciceronis & Antonij Consulatu ad Quintũ Consulem Augustum & Sextum Apuleiũ, vt scribit Dio lib. 37. & lib. 51. Cicero lib. 2. de Diuin. *Tibi Pub. Claudius augur Consuli nuntiauit addubitato salutis augurio bellum domesticum triste ac turbulentum fore.* Dio lib. 47. ὅτι δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πολέμων ἀνάπαυσιν τὸ τοῦ ἔτους χρόνον ἔσχον, ὥστε καὶ τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὀνομασμένον διὰ πάνυ πολλοῦ ποιῆσαι: debuit dicere, σωτηρίας. *Annuo tunc spatio Romani bellis vacarunt, ita vt longo tempore intermissum salutis augurium repeterent.* Est autem quoddam diuinationis genus quo probatur, concedántne ipsis Dij, vt populo salutem postulent, quasi nefas esset eam priusquam concedatur petere. Ad id dies destinatur quotannis, ad quam diem nullus exercitus ad bellum sit profectus, nullus hostis in aciem prodierit, nullum prœlium commissum sit. Ideóque si internecina mala sunt augurio salutis abstinent, & vix dies vlla toto anno reperitur, quæ ab his omnibus pura sit. Atqui tunc videbatur id augurium capi posse, οὐ μήν τι καὶ καθαρὸν ἐγένετο. ἔξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπτοντο: *Non tamen purum fuit. inauspicatæ enim aues aduolarunt*, auguriumque ditum effecerunt. Alia quoque infesta signa fuerunt, fulmina cœlo sereno delapsa, terra ingenti motu concussa, ante bellum Catilinarium. Suet. in Augusto *Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit, vt salutis augurium*: quod idem scribit Dio lib. 58. Salutis augurĩu annis quinq; & viginti intermissum placuisse continuari sub Claudio Tacitus auctor est l. 12. Annal. *neque Ianus claudi, neque salutis augurium fieri nisi quieto Imperio potuit*, quod vtrũque fecit Augustus, vt Dio l. 58. lib. 51. Festus, *Pro collegio augurum decretũ est, quod in salutis augurio prætores maiores & minores appellentur, non ad ætatem, sed ad vim imperij pertinere.* Auspicia piacularia, & pestifera quædam fuisse supra ostendimus. *Pedestria auspicia quæ à vulpe, lupo, serpente, equo, cæterisque animalibus quadrupedibus dabantur*, ait Festus. *Piacularia auspicia dicta tristia, vt si hostia ab ara profugisset*, apud Festum. Auspicium Prætermine dictum cum Romani de fine Romano in agrum peregrinum transibant. Victorinus Afer in Orthographia, Prætermine dicitur auspicium, quia fit cum de fine Roman. in agrum peregrinum transgrediuntur.

CAP. XVIII.

Quorum essent Romæ Auspicia.

AVSPICIA Romę penes Patres fuere, & in bello gerendo penes Imperatorem, siue is proconsul, siue prætor esset, quo absente si à legato res feliciter gesta, triumphabat Imperator, cuius auspiciis res erat gesta, non legatus. Apud Liuium lib. 10. Publius Decius Plebeius apud Patres ita loquutus est. *Semper ista audita sunt, eadem penes vos auspicia esse.* lib. 6. Appius Patricius sic dixit, *penes quos sunt auspicia more maiorum. Nempe penes Patres. Nam Plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur. Nobis adeo sunt propria auspicia, vt non solum quos populus creat Patricios magistratus, aliter quàm auspicato creet. Sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspicato Interregem prodamus, & priuatis auspiciis habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent.* lib. 4. *plebs ad id maxima indignatione exarsit, quod auspicari tanquam inuisi Diis immortalibus negarentur posse.* Plutarch. Marcello, καὶ πάσαις μὲν ἀπεδείχθη ταῖς ψήφοις ὕπατος. ἐπιβροντήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερέων οὐκ αἴσιον τιθεμένων τὸ σημεῖον, ἐμφανῶς δὲ κωλύειν ὀκνούντων, αὐτὸς ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν: Marcellus *omnibus suffragiis Consul renuntiatus est. Cum autem tonuisset, & augures vitio creatum consulem dicerent, nec palam prohibere auderent, ipse magistratu se abdicauit.*

IVLII CÆS. BVLENGERI
DOCTORIS THEOLOGI

DE OMINIBVS
LIBER IV.

CAPVT PRIMVM.

De Ominibus.

A OMEN ab ore hominis dictum volunt, Græci φήμην, κληδόνα vocant, interdum οἰωνόν. Diuinationem per omina Cererem repetisse censent nonnulli. Hesych. τινὲς δὲ τὰς διὰ τῆς φήμης γινομένας μαντείας δήμητρα εὑρεῖν φασί. Hoc genus ominum traducit, ac ridet S. Chrysostom. Hom. 5. in epist. 1. ad Corinth. πολλοὶ καὶ γένεσιν ἑαυτοῖς ἐπιλογίζουσι, πολλοὶ καὶ παρατηρήσεις φυλάττουσι, καὶ κληδονισμοῖς, καὶ οἰωνισμοῖς, καὶ συμβόλοις, οἱ δὲ καὶ περιάπτοις, καὶ ἐπῳδαῖς κέχρηνται. Homil. 12. τὰς τῶν ἡμερῶν παρατηρήσεις, τῶν εἰσόδων, καὶ ἐξόδων. *Multi genituram sibi construunt, multi obseruant inanes superstitiones, & ominibus, auguriis, signis seruiant, alij amuletis, & excantationibus vtantur. multi dies obseruant, ingressus, egressus, si pes offendit.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Pythagorei non solum voces Deorum obseruarunt, sed etiam hominum, quæ vocant* B *omina, quæ maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, felix, fortunatúmque sit præfabantur, rebusque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis imperabatur, inque feriis imperandis, vt litibus, & iurgiis abstinerent, itemque in lustranda colonia ab eo qui eam deduceret, & cum Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur. quod item in delectu consules obseruant, vt primus miles fiat bono nomine.* Plato lib. 7. de legib. κακὴν ὄτταν, καὶ μαντείαν, *malum omen.* Apuleius Milesf. 1. *meliora ominare, dic quaso meliora verba.* Macrob. *bona verba quæso.* Pomponius, *ita sit, & tibi bene, qui recte ominas.* Dionys. lib. 9. ὀττείας τινὸς ἡ πόλις ἐπληρώθη, καὶ φόβου δαιμονίου, τεράτων τε, καὶ σημείων πολλῶν γενομένων: *Superstitioso metu vrbs repleta est, ob signa, & prodigia. Bonis ominibus prosequi*, dixit Cicero in Pisonem. *Faustis ominibus* Sueton. in Augusto cap. 57. *læta omina* Seneca in Octauio actu 4. Scena 1. *optima omina* Cic. Philipp. 12. *Mala omina* pro Sextio. Athenæus lib. 1. dixit πρὸς οἰωνὸν τίθεσθαι, οἰωνὸν C ποιεῖσθαι, οἰωνίζεσθαι *omini ducere.* Tacit. lib. 20. *Cum dedicaretur Capitolium ingressi milites, quibus fausta nomina.* Caracalla ante mortem scripsit ad Senatum, παύσασθε εὐχόμενοί με ἑκατὸν ἔτεσι μοναρχῆσαι: *desinite vota nuncupare, vt centum annis imperem*, ait Dio. Festus, *Nomen Caia Cecilia, quæ antea Tanaquil dicta erat, vxoris Tarquinij Prisci, ominis boni causa frequentare ait nubentes, quia summa probitatis, & lanifica fuit.* Omina principiis omnibus inesse putabant. lib. 1. Fastor.

> *Omina principiis, inquit, inesse solent.*
> *Ad primam vocem timidas aduertimus aures,*
> *Et primum visam consulit augur auem.*

Quod bonum, felix faustumque sit, dixit Apuleius Milesia 2. Brutus Sami natalem suum celebrans ante cladem, ἀλόγως τὸ δὲ τὸ ἔπος παρὰ τὸν πότον ἀνεβόησε,

> ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ, καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

D *Sine vlla euidente causa in vino hunc versum protulit,*

> *Sed me sors misera, & Latonæ perdidit infans.*

Apud Homerum Odyss. lib. 20. Vlysses à Ioue petit omen domesticum, foris tonitru. φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων, ἔνδοθεν, ἔκτοθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο φανήτω: *Omen mihi domi aliquis eorum qui vigilant præbeat, foris autem aliud Iouis ostentum fiat.* Odyss. lib. 1.

ὣς φάτ', χαῖρε δὲ φήμῃ ὀδυσσεὺς φίλος υἱός. A

Sic loquutus est, accepit omen Vlyssis carus filius.

Spartianus in Didio Iuliano. *Tunc omen quod sibi Iulianus cũ Imperiũ acciperet fecerat, omnibus venit in mentẽ. Nam cũ consul designatus de eo sententiam diceret, ita pronuntiasset, Didium Iulianum Imperatorẽ appellãdum esse censeo, Iulianus suggessit, Adde & Seuerum.* Omina non tantũ de vocibus benè, vel malè nominatis, verùm, & de omnibus auguriis sæpe accipiuntur. Tacit. lib. 14. de ominibus Britannicæ cladis sub Nerone, *Delapsum simulacrũ victoriæ, ac retro conuersum quasi cederet hostibus.* Idẽ l. 15. *Pætus Armeniam intrat tristi omine. Nam in transgressu Euphratis quẽ ponte transmittebat nulla palã causa turbatus equus qui consularia insignia gestabat retro euasit, hostiáq; quæ muniebãtur, hibernaculis assistens semifacta opera fuga perrupit, seque vallo extulit, & pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.* Valerius lib. 1. *Mancino Consuli in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt. Cum Lauinij sacrificium facere vellet pulli cauea emissi in proximam syluam fugerunt,* B *cumque ab Herculis portu nauẽ conscenderet audiuit, Mancine mane.* Non absimilis fuit vox illa apud Plin. l. 15. c. 19. quæ Crasso in Parthos mouenti cecinit, *venales cauneas*, quasi ei denuntiaretur, *Cauene eas.* Capitolinus in Pertinace. *Pertinax omen de Iuliano successore dedisse dicitur. Nam cum ei Didius Iulianus fratris filium obtulisset cui desponderat filiam suã adhortatus iuuenem ad patrui obseruationem adiecit, Collegam, & successorem meũ. Nam ante ei Iulianus & in consulatu collega fuerat, & in proconsulatu successerat.* Lãprid. in Heliogabalo, *Salambonẽ etiam omni planctu, & iactatione Syriaci cultus exhibuit omen sibi faciens imminentis exitij.* Ammianus lib. 22. *Et visum est triste, quod Antiochiã ineunte Iuliano vlulabiles vndique planctus audiebant ob Adonia.* Inter omina sunt imprecationes, aut bene ominata vota quibus alios prosequimur. Lucian. in Dialog. Deor. μὴ ὥραισι ἴκοιτο τὸ ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιθυμῶν: *Pereat ante annum qui altiora se concupiscit.* lib. de saltatione, μὴ ὥραισιν ἡκοίμην εἰ τι τοιοῦτο ἀνασχοίμην ποτὲ: *Ne ad annum viuam si tale aliquid sustinuero.* Theocrit. κ' εἰς ὥρας C κ' ἠπεῖτα φίλ' ἀνδρῶν ἐν καλῷ εἴης: *& in annum, & diutius amice sis felix.* Arnobius lib. 1. *Nec aduersus res bonas mali ominis obscænitate traducor.* Spartian. in Seuero. *Cum Romam Seuerus venisset, hospitem nactus qui Hadriani vitam Imperatoriam eadem hora legeret, sibi omen futuræ felicitatis arripuit.* Sueton. in Augusto cap. 92. *Obseruabat dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quicquam rei seriæ inchoaret, nihil in hoc quidem aliud deuitans, vt ad Tiberium scribit, quam* δυσφημίαν *ominis.* Pausanias lib. 2. Eliacon, Thebis est Apollinis Spondij ara, μαντικὴ δὲ καθέστηκεν αὐτόθι ἀπὸ κληδόνων. Σμυρναίοις ὑπὲρ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἐκτὸς δὲ τείχους κληδόνων ἱερόν ἐστι: *Diuinatio ibi erat ex ominibus. Et Smyrnais supra vrbem extra murum ominum est sacellum.* Cicero, *Luc. Paulus Consul iterum cum ei bellum vt cum Rege Persa gereret obtigisset, vt ea ipsa die domum ad vesperam rediit, filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, osculans animaduertit tristiculam. Quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? Mihi pater, inquit, Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus, accipio omen, inquit, mea filia. Erat autem mortua catella eo nomine. Luc. Flac-* D *cum Flaminem Martialem ego audiui cum diceret Cæciliam Metelli cum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat. Cum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet, neque diu vlla vox extitisset, puellam defatigatam petiisse à matertera vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret, illam autem dixisse, verè mea puellatibi concedo meas sedes. Quod omen res consecuta est, ipsa enim breui mortua est, virgo autem ei nupsit, cui Cæcilia nupta fuerat.* S. Chrysostom. Homil. 12. in epist. 1. ad Corinth. *Puero nato cum ei nomen indendum est accensis lucernis nomina imponunt, efficiuntque vt ea qua diutissime durauerit eodem nomine appelletur, quo infans, inde longam ei vitam ominantes,* λύχνους ἅψαντες καὶ ὄνομα αὐτοῖς ἐπιθέντες τὸ διαρκέσαντα μέχρι πολλοῦ τοῦ παιδὸς ποιοῦσιν ὀμώνυμον ἐντεῦθεν πολὺν αὐτὸν τεκμαιρόμενοι βιώσεσθαι χρόνον. Ex hac ominandi consuetudine in sacris vt fauerent admonebant. Propert. E

Dicamus bona verba, venit natalis ad aras,

Quisquis ades lingua vir, mulierque faue.

Fauentia bonum omen, fauere εὐφημεῖν. Horat.

Male nominatis parcite verbis.

Male ominari, βλασφημεῖν, δυσφημεῖν, *obscæna verba, ominis obscænitas.* Attius, *ore obscæna verba segregent.* Theophrastus Charact. εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης βλασφημῆσαι: *Matre eunte ad augurium male ominari.* Plautus Asinaria, *obscænare*, dixit, in Casina, *omen alicui vituperare.* ibidem *benedicere.* Accius in Oenomao, *vos ite actutum atque opere magno edicite per vrbem, vt omnes qui arcem, astuque accolunt ciues ominibus faustis augustam adhibeant fauentiam, ore obscæna verba segregent.* Festus auctor est veteres δυσφημίας verba vitare suetos. Ideo lethum pro morte dictum εἰχε). Cicero in Pisonem, *vixit, abiit, obiit, fuit.* Plutarchus in Cicerone. Festus. *Abitio,*

A *tio*, pro morte, defungi. Valerius lib. 1. c. 5. *Arripuit igitur omen Paulus.* Templis quicquid bonæ fcæuæ causa olim referrent, sanitatem vocabant. Hesychius, ὑγίεια ἄλφιτα οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα, καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεοῦ φερόμενον εἴτε μύρον, εἴτε θαλλός: *sanitas, farina vino & oleo macerata, & omne quod è templo vel à Deo referretur, siue unguentum, siue ramus.* Apud Athenæum lib. 3. ostendit Mazam quæ in sacrificiis degustanda daretur dictam *sanitatem.* Xiphilinus in Caracalla, ludis Circensibus Prasini victi vt viderunt in summo obelisco gracculum garrientem, eum omnes spectate, ac repentè vno ore quasi ex composito exclamare cœperunt, *Martialis aue, Martialis opportunè te vidimus*: id enim factum est non gracculi causa, cui Martialis nomen olim fuit, sed quod in eo tanquam diuino quodam afflatu Martialem percussorem Antonini salutarent. Μαρτιάλιε διὰ χρόνου σε ἑωράκαμεν. Plutarch. in Paulo Æmilio eadem de re, ἀγαθῇ τύχῃ φάναι, ὦ θύγατερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνὸν, Æmilium B dixisse, *quod faustum, fortunátumque siet, ô filia, omen accipio*: Liuius lib. 9. *accipere omen*, & Ouid. lib. 7. Metamorphos.

Accipio, sintque ista precor felicia mentis
Signa tuæ dixi, quæ das mihi pignoris omen.

Salisberiens. lib. 2. c. 1. *omina omnia tantum possunt, quantum excipientis fides permittit, vnde & Iulius Cæsar nullo augurio, nullâve superstitione à quocunque incepto potuit absterreri. Augustus verò auunculo dissimilis, mollior ad omina fuit.* Sueton. lib. 2. de Augusto, *Nam pumilos, atque distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ, malisque ominis abhorrebat.* Claudi inauspicati, & ominosi erant. Cicero lib. 1. epist. ad Atticum, *Lurco autem Tribunus Pleb. qui Magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est & Aelio; & Fusia, vt legem de Ambitu ferret, quam bono auspicio claudus homo promulgauit.* Malo omini Niciæ Atheniensi duci fuit, quod per Adonia festa C lugubria expeditionem mouit. Plutarchus in Nicia, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τὰ τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς τὸν στόλον ἐξέπεμπον ὑπέθραττον. ἀδώνεια γὰρ εἶχον αἱ γυναῖκες τότε, καὶ προὔκειτο πολλαχόσε τῆς πόλεως εἴδωλα, καὶ ταφαὶ περὶ αὐτὰ, καὶ κοπετοὶ γυναικῶν ἦσαν. De Adoniis Ouidius lib. 10. Metam.

Questáque cum fatis, & non tamen omnia vestri
Iuris erunt dixit, luctus monimenta manebunt
Semper, Adoni, mei, repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Tristia omina belli Ciuilis Lucanus lib. 3. commemorat,

——*Non omina festa,*
Non fictas læto voces simulare tumultu.
Vix odisse vacat.

D Omen malæ indolis Iuliano fuit, quod scribit Sozomenus lib. 5. cap. 2. Cum Gallus, & Iulianus fratres sepulchrum Mamæ Martyris muro ambire vellent τὸ Γάλλου μέρος ἐπεδίδου, καὶ κατὰ γνώμην προεχώρει, τῶν μὲν ἰουλιανοῦ ποιημάτων τὰ μὲν ἤρειπον, τὰ δὲ ἐκ τῆς γῆς ἀνεδίδου: *pars quæ exstruebatur à Gallo in maius augebatur, & ex sententia procedebat, eorum vero quæ fiebant à Iuliano quædam sponte ruebant, quædam terra respuebat.* Barbarum illud ominis, vel potius augurij genus fuit, quod commemorat Tacitus lib. de Morib. German. *Proprium gentis esse* ait, *equorum præsagia, ac monitus experiri. Publicè aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi, & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru Sacerdos, ac rex, vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obseruant. Nec vlli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud Sacerdotes. Se enim ministros Deorum, illos conscios putant. Est alia obseruatio auspiciorum quo grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis cum qua bellum est captiuum quoquo modo interceptum, cum electo* E *popularium suorum patriis quemque armis committunt, victoria huius, vel illius pro præiudicio accipitur.* Nec minus admirabile illud fuit, quod prodit Heliodorus Æthiop. lib. 3. αὐτοὶ δὲ ἄρα τῆς κώμης ἐκτὸς γεγονότες, καὶ τὰς ὄχθας τοῦ νείλου παραμείβοντες, κροκόδειλον ὁρῶσιν ἀπὸ δεξιῶν ἐπὶ θάτερα διερπύζοντα, καὶ τῷ ῥείθρῳ τοῦ ποταμοῦ σὺν ὀξείᾳ τῇ ῥύμῃ καταδυόμενον. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι συνήθως τε καὶ ἀθορύβως τὸ ὀφθὲν ἦγον, πλὴν ὅσον ὁ καλάσιρις κωλυμάτι τοῦ καθ' ὁδὸν ἐπισημαίνεσθαι προὔλεγον: *Ipsi pago egressi, ripas Nili prætereuntes vident crocodilum à dextris, ad sinistrum serpentem, & cum impetu vehementi in fluuium se immergentem. Alij quidem visum imperturbatè, & vt aliquid vulgare acceperunt, sed Calasiris prædixit aliquod per viam impedimentum fore.* Superstitiosi imprimis fuere Athenienses, de quibus Xenophon lib. 1. Hellenic. ὁ Ἀλκιβιάδης καταπλεῖ εἰς τὸν πειραιᾶ ἡμέρᾳ ᾗ πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις, τοῦ ἔδους κατακεκαλυμμένου τῆς Ἀθηνᾶς, ὅ τινες οἰωνίζοντο ἀνεπιτήδειον εἶναι, καὶ αὐτῷ, καὶ τῇ πόλει: *Alcibiades naui descendit in Peræum die qua ciuitas Plynterio festa agebat, velato Mineruæ simulacro, quod augurabantur infelix esse tum ipsi, tum vrbi.* Ea enim dies erat inter

 nefastas.

nefastas. Pollux, περιζωννύσαι τὰ ἱερὰ ἔλεγον ἐν ταῖς ἀποφράσι, καὶ τὸ περιφράξαι οἷον πλυντηρίοις: *Claudere, & funiculo sepire templa dicebant diebus nefastis, vt in plynteriis.* Germani certè ex clamore militum in concursu cum hostibus omen victoriæ captabant. Tacit. lib. de morib. German. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barritum vocant accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipsa etiam augurantur.* Marcell. Donatus in suis dilucidationibus ad Tacitum legit *Barditum* à Bardis Gallis. Nimis bardè. *Barritus* à barris, id est Elephantis apud Ammianum lib. 16. est Græcorum ἀλαλαγμὸς, quem Festus *Barbaricum* dictum esse scribit, quia eo maximè Barbari vsi. Verum & Romani hoc omine vsi Liuius lib. 4. *Clamor indicio fuit quo res inclinatura esset, excitatior, crebriorque ab hoste sublatus, ab Romanis dissonus, impar, segnis, sæpe iteratus, incerto tempore.* Idem lib. 30. lib. 40. Cæsar lib. 7. belli Gallici. Inter infausta omina numerabant si quis occurreret eunucho vel Æthiopi. S. Chrysostom. οἷον ὁ δεῖνά μοι πρῶτος ἐνέτυχεν ἐξιόντι τῆς οἰκίας, πάντως μυρία δεῖ κακὰ συμπεσεῖν. νῦν ὁ οἰκέτης ὁ μιαρὸς τὰ ὑποδήματα ἐπιδοὺς πρῶτον ὤρεξε τὸ ἀριστερόν: *veluti iste primus mihi occurrit exeunti, omnino mihi mala infinita euenient. famulus meus perditus, mihi calceos inducens primum sinistrum præbuit.* Vide Sueton. in Augusto c. 92. Lucianus περὶ ἀποφράδος, κἂν εἴ τις βάκηλον, ἢ πίθηκον ἴδοι, ἢ ἐντύχοι εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ἀπὸ ποδὸς ἀναστρέφει, ἢ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῷ, ὑπὸ πονηροῦ τοῦ πρώτου, καὶ δυσφήμου ἐκείνου τοῦ κληδονίσματος: *Si quis euiratum, aut eunuchum viderit, aut simiam, statim vt exit domo, refert pedem & redit, malas sibi ominans illius diei actiones fore, quod habuerit inauspicatum illud omen primum.* In Timone Lucianus vocat δυσάντητον, καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα, *spectaculum infaustum, & auersandum,* δυσοιώνιστον, *inauspicatum.* S. Basilius κακὸν συνάντημα τῆς ἑορτῆς, *infaustum occursatulum.* Seneca, *Sacerdos non integri corporis quasi mali ominis res vitanda est.* Adrianus Mauri occursum infelicem sibi existimauit. Cicero in Vatin. *Cum viderint tanquam auspicium malum detestantur.* Ammianus lib. 31. *Hæc velut ab vsu communi discreta sepulcra declinant.* Omina inauspicata Mauricio priusquam imperio à Phoca pelleretur hæc facta sunt apud Paulum Diaconum lib. 17. *Exeunte Imperatore ad septimum solis eclipsis facta est. Cumque esset apud Rhegium multitudines pecuniis animauit. Cum autem venatum pergeret sus syluestris valde grandis impetum contra Cæsarem fecit. Equus autem ob terrorem miraculi Cæsarem eiicere nitebatur. Diutius ergo tumultuatus Cæsarem iactare nequiuit. Itaque sus à nemine actus abscessit. In Perinthum nauigio iter faciens ventis vehementibus, & pluuia facta, nautisque desperantibus scapha Imperatoris asportabatur, ita vt inopinate saluus ad locum qui dicitur Daonium vix veniret. Nocte vero illa muliercula pariebat, & voces miserabiles emittebat. Cumque mane factum fuisset misit Imperator videre quod acciderat. Et inuenerunt puerum natum oculorum, & palpebrarum exsortem, manusque, ac brachia non habentem, à lumbo autem erat ei vt cauda piscis naturaliter hærens. quo viso Imperator præcepit vt occideretur. Hac die Imperatoris equus, qui aureo erat circundatus ornatu repente scissus est cadens. At Imperator his omnibus auguriatus tristis erat. In suburbanis Byzantij puer natus est quadrupes, & alter duos vertices habens. Eodem anno vir monachico circumamictus habitu, & religione clarus, spatha nudata à foro vsque ad æneam gladiatoris statuam discurrens Imperatorem omnibus in occisione gladij moriturum prædixit.* Similiter & Herodianus Mauricio manifestè quæ sibi fuerant ventura prædixit. Sed supra alios Romani omina seruarunt. Valer. Max. lib. 1. c. 5. *vrbe à Gallis disiecta deliberantibus P. C. vtrum Veios migrarent, an sua mœnia restituerent, Centurio in Comitio exclamauit, signifer statue signum, hic optimè manebimus. Ea voce audita Senatus se accipere omen respondit.* Romæ vt sibi totius anni cursum felicem ominarentur, Annæ perennæ faciebant. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 12. *Mense Martio & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur, vt annare, perennareque commodè liceat.* Ouidius lib. 3. Fastor.

Sole hilares, vinoque calent, annosque precantur
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.
Inuenies illic qui Nestoris ebibat annos.

Varro,

Ted' Anna perenna, Panda, te Lato, Pales,
Neriennes, & Mineruа, fortuna ac Ceres.

Omen Imperij factum Iuliano Cæsari prodit Paulus Diaconus lib. 11. *Fertur quod dum in quandam ciuitatem fuisset ingressus corona laurea quibus solent ciuitates ornari inter columnas pendens rupto fune super caput eius decidit, cúmque aptissimè coronauit. Quo facto cuncti clamauere, quia ei signum foret Imperij.* Aliud ominis genus fuit quod ex Athenæo commemorat Eustathius his verbis, ἰστέον ὅτι τὸ οὕτως σὺν κορώνας ἐπισίφειν ὡς διὰ τοῦ περὶ ἐπισφαγῆς, καθά φησιν Ἀθήναιος, ἐπέραινον οἱ παλαιοὶ πρὸς οἰωνοῦ φησὶ τιθέμενοι. ἦν δ' ἴσως τὸ οἰώνισμα εἰς ἐντελοῦς εὐδαιμονίας σύμβολον,

καὶ τὰ

A καὶ πληρέστερον. ὅπερ ἀπ' ἐναντίας τῇ κενεαγγίᾳ ἐστί. τὸ γὰρ ὡς ἐῤῥέθη ἐπιστεφὲς κυκλώματι ἔοικε σφαιροειδεῖ. τὰ δὲ τοιαῦτα σχήματα καὶ τέλεια ἐστι καὶ πολυχωρητα, καὶ διὰ τοῦτο προσφυῆ τῷ εἰρημένῳ οἰωνίσματι τοῦ ἐπὶ βίῳ εὐδαίμονι: *Sciendum quod ita crateras coronari vt vino, seu potu coronentur, à veteribus boni ominis causa id vsurpatum est. Quod omen ad plenam, perfectámque felicitatem trahebatur, sicut vas inane in malam scauam erat. Quod enim coronatum est circulo orbiculato non est absimile. Eiusmodi autem figuræ perfectæ sunt, & capacissimæ, ideóque opportunæ & quasi cognatæ omini quo vitam felicem auguramur.* Huc respexit Virgilius, *Et vina coronant,*

Paterámque corona induit.

Origenes lib. 4. contra Celsum, εἴπερ δὲ θεία ἐστὶν ἡ τῶν ὀρνίθων ψυχὴ, διὰ τὸ δι' αὐτῶν προλέγεσθαι τὰ μέλλοντα, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἔνθα κληδόνες ἀπὸ ἀνθρώπων λαμβάνονται, θείαν εἶναι φήσομεν τὴν ψυχὴν ἐκείνων, δι' ὧν αἱ κληδόνες ἀκούονται; θεία οὖν τις ἦν κατὰ τοὺς τοιούσδε ἡ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἀλετρὶς, περὶ τῶν B μνηστήρων εἰποῦσα, ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν, καὶ ἀλετρὶς μὲν θεία ἦν. ὁ δὲ τηλικοῦτος Ὀδυσσεὺς, ὁ τῆς Ὁμηρικῆς Ἀθηνᾶς φίλος οὐκ ἦν θεῖος. ἀλλὰ συνεὶς τῶν ἀπὸ τῆς θείας ἀλετρίδος εἰρημένων κληδόνων, ἔχαιρεν ὡς ὁ ποιητὴς φησι, χαῖρε δὲ κληδόνι δῖος Ὀδυσσεύς. ἤδη δὲ ὅρα, εἴπερ οἱ ὄρνιθες θείαν ἔχουσι ψυχὴν, καὶ αἰσθάνονται τοῦ θεοῦ, ἢ (ὡς ὁ Κέλσος ὀνομάζει) τῶν θεῶν, δηλονότι καὶ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι πταρνύμενοι, ἀπό τινος ἐν ἡμῖν οὔσης ποιότητος, καὶ μαντικῆς περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν πταρνύμεθα. καὶ γὰρ τοῦτο μαρτυρεῖται ὑπὸ πολλῶν, διὸ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει τὸ,

Ὁ δὲ ἔπταρεν εὐχομένοιο.

Διὸ καὶ ἡ Πηνελόπη φησὶν,

Οὐχ ὁράᾳς ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε οἷσιν ἔπεσσι.

τὸ δ' ἀληθὲς θεῖον εἰς τὴν τῶν περὶ μελλόντων γνῶσιν οὔτε τοῖς ἀλόγοις χρῆται ζώοις, οὔτε τοῖς τυγχάνουσι τῶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ ψυχαῖς ἀνθρώπων ἱερωτάταις, καὶ καθαρωτάταις ἅς τινας θεοφορεῖ τε, καὶ προφήτας ποιεῖ.

C *Si diuina est auium anima, quod per eas augures futura prædicant, quid ni hominis animam diuiniorem esse dixerimus, per quos omina accipimus? Diuina igitur erat, si illi audiendi sunt, apud Homerum ancilla quæ farinam molebat, & de procis dicebat, Postremam hanc cœnam capiant nunc ædib. istis. Et illa quidem diuina erat, Vlysses autem vir tantus, Homericæ Mineruæ amicus non erat diuinus, sed intelligens omina quæ à diuina molitrice dicebantur, vt Poëta ait, Omine gaudebat læto consultus Vlysses. Iam vide si aues diuinam animam habent, & sentiunt Deum, vel vt Celsus loquitur, Deos, certe & nos homines sternutantes ab aliqua affectione quæ in nobis est, & diuinatione quæ in anima nostra est, sternutamus. Etenim & huic rei multis testimonio sane; Ideo Poëta dicit, Ille autem sternuit eo precante Deos. Et Penelope ait, non vides filium meum mihi verbis suis adsternutasse? Omnino verus Deus nec brutis animantibus ad futuri prænotionem vtitur, neque hominibus è Circo, sed animis hominum purissimis, & sanctissimis quas suo numine implet, & Prophetas, ac diuinos facit.* Auguria sunt potius quam

D omina quæ commemorat Photius in Bibliotheca ex Ptolemæo Hephæstionis, ταῦρον θύοντι τῷ πατρὶ ἀπηγγέλθη τεχθῆναι Θεμιστοκλῆς, καὶ ταύρου πιὼν αἷμα ἀπέθανε. Ὑστάσπου Δαρεῖος ἐκτεθεὶς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἵππου θηλαῖς ἀνετράφη, καὶ ἵππου χρεμετισμῷ ἐβασίλευσε. Ἰβύκου τοῦ μελοποιοῦ θεράπων τοὔνομα Ἡρακλῆς ζῶν ἐκαύθη. Ὀρέστης κατὰ τὴν ἑορτὴν ἐτέχθη τῆς Δήμητρος τῆς καλουμένης Ἐριννύος. Φίλιππος ἐπὶ παῖς ὢν σὺν ἀφαλλομένους τῆς κινήσεως ἀστέρας ἐπειρᾶτο καθ' ἑσπέραν τοξεύειν, ἀστὴρ δ' ἦν ὄνομα καὶ τῷ ἐκκόψαντι αὐτοῦ βέλει τὸν ὀφθαλμόν. Μαρσύας αὐλητὴς ἐν ἑορτῇ Ἀπόλλωνος ἐτέχθη ἐν ᾗ πάντων τῶν θυομένων ζώων τὰ δέρματα αὐτῷ ἐκδερόμενα ἀνατίθεται, καὶ αὐτὸς ἐξεδάρη. Κλαύδιον κύουσα ἡ μήτηρ βωλήτων σὺν μύκητας ἐπιθυμήσασα ἔφαγε, καὶ Κλαύδιος μύκητας πεφαρμακευμένους φαγὼν, ἀπέθανε. *Taurum sacrificanti Themistoclis patri nuntiatum, filium sibi Themistoclem natum, qui epoto sanguine tauri mortuus est. Darius Hystaspis filius à matre expositus equæ vbere educatus est, & hinnitu equæ Rex factus est. Ibyci Lyrici seruus Hercules nomine viuus exustus est. Orestes exiit in lucem die festo Cereris co-*

E *gnomento furiæ, & furiis actus est. Philippus puer stellas deciduas sub vesperam sagitta figere tentabat, Stella cognomento fuit is à quo oculus ei sagitta erutus est. Marsyas natus est die festo Apollinis quo omnium victimarum pelles Apollini dicantur, & Marsyæ pellis detracta est. Claudio pregnans mater boletorum auida erat, & Claudius boleto periit.* Imperium Romanum ab Augusto institutum sub Augusto desiit, Constantinopolitanum à Constantino sub Constantino euersum est. Ad omina merito reuocantur vota quæ Kalend. Ianuariis pro salute Imperatoris quotannis concipiebantur. Item strena quam apud Athenæum lib. 3. ἐπινομίδα vocat Vlpianus. Alij vocant ὑπαρχισμὸν. vide Symmachum lib. 10. epist. Et ad omina pertinet quod veteres rerum malè ominatarum mentionem super cænam fieri nollent, aut factam abominarentur. Athenæus lib. 5. πάλιν Ἐπίκουρος ἐν τῷ συμποσίῳ ζητεῖ περὶ δυσπεψίας ὥστε οἰωνίσασθαι, εἶτα ἑξῆς περὶ πυρετῶν: *Rursus quærit Epicurus in conuiuio suo de cruditate, vt ex eo liceat ominari: deinde quærit de febribus.* Plinius lib. 28. *Incendia inter epulas nominata effusis subter mensam aquis abominamur.* Spartianus

de

de Adriano, *In tribunatu ad perpetuam tribunitiam potestatem omen sibi factum asserit, quod penulas amiserit, quibus vti tribuni plebis pluuiæ tempore solebant, Imperatores autem nunquam.* Apud Photium in Bibliotheca pag. 874. ex Elladio, τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲ φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον κοινὸν, τὰς δὲ ἐριννύας, εὐμενίδας, ἢ σεμνὰς θεάς, τὸ δὲ μῦσος ἄγος, τὸ δὲ ὄξος μέλι, καὶ τὴν χολὴν γλυκεῖαν, τὸν δὲ βόρβορον ὀχετὸν, καὶ τὸν πίθηκον καλλίαν, καὶ κλέπτην φιλέταν: *Priscis omnibus maxime Atheniensibus id imprimis curæ fuit, vt verbis male ominatis abstinerent. Quare & carcerem domum vocarunt, & carnificem communem, Erinnyas placabiles, seu verecundas Deas, detestationem purum, acetum mel, fel dulce, lutum canalem, simiam pulcrum, furem amicum.* Verùm vt ad omina redeamus. Plutarch. in Crasso, concionanti vox excidit, quæ exercitum mirum in modum consternauit. ἔφη γὰρ τὸ ζεῦγμα τοῦ ποταμοῦ διαλύειν ὅπως μηδεὶς αὐτῶν ἐπανέλθῃ: *dixit enim se dissoluturum pontem, ne quis eorum reuerteretur.* Plutarchus in Alexandro, ante vltimum prælium quo Darius deletus est, caculæ qui erant in impedimentis in duas partes se diuidunt, duces creant, alterum Darium, alterum Alexandrum vocant. pugnant vtrinque pertinacissimè, Alexander sistit pugnam, duces solos inter se committit, ἐθεᾶτο δὲ ὁ στρατὸς ἐν οἰωνῷ τινι τοῦ μέλλοντος τιθέμενος τὸ γενόμενον. ἐνίκησεν ὁ καλούμενος Ἀλέξανδρος: *spectabat exercitus omen ex euentu capturus, vicit Alexander.* Socrates lib. 2. Eccl. Histor. cap. 32. ὁ Μαγνέντιος ὑπὸ τῆς ἥττης καταπεπτωκότας τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας ἀνεῤῥώσαι σπουδάζων ὑψηλοῦ βήματος ἐπέβη· οἱ δὲ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίαν ἐπιβοῆσαι βουλόμενοι Κωνστάντιον Αὔγουστον κοινῇ πάντες παρὰ γνώμην ἐβόησαν: *Magnentius volens confirmare milites ob cladem animis consternatos ascendit in sublimem suggestum. Illi consuetam Imperatoribus acclamationem dare volentes, Constantium Augustum vno ore omnes in commune acclamarunt.* Plato lib. 7. de legibus, θυσίας γενομένης, καὶ ἱερῶν καυθέντων κατὰ νόμον, εἴ τις βλασφημεῖ πᾶσαν βλασφημίαν: *cum sit sacrificium, & exta ritè adolentur, si aliquis male precatur, & obscœna verba dicit.* Demosthenes in Leptinem, δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ βλασφημεῖν: *Ita oportet dicere, & non obscœnare.* Terentius, *vnde dem rectè; Nam non habere me religio est dicere.* Apud Lindios Herculi cum obscœnis verbis, & exsecratione fiebat, ait Pausanias. Plinius lib. 28. cap. 2. *Præco hoc age, exclamabat, virgáque populum summouebat, quæ commentaculum dicebatur, & silentium indicebat, ne mala aliqua vox obstreperet, néve quid triste audiretur, & sacris fauere iubebat.* Festus, *pascere linguam, fauere.* In Achaia fuit diuinatio quædam *per omina*, διὰ κληδόνων. Qui moneri de re aliqua vellet in templum inibat, & Deo in aurem insusurrabat postulatum suum, tum *exibat è foro obturatis auribus*, cum foras prodisset, manus ab auribus amouebat, & quam primum vocem audisset, oraculum accipiebat, vt scribit Pausanias de Mercurio forensi, ἄπεισι ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα. In sacris litteris omina captata esse animaduertimus lib. 1. Reg. cap. 4. Ionathas armigerum monet, si quis ex hostibus dixerit, ἀνάβητε πρὸς ἡμᾶς, *ascendite ad nos*, Deus hostes potestati nostræ tradidit. Romani, ait Plinius lib. 28. cap. 2. primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem faustum ominabantur, publicis lustris nomina victimas ducentium prospera legebant. ad primitias pomorum, hæc vetera esse dicebant, alia noua optabant. Nomine salutare melius esse putabant. Ad mentionem mortuorum testabantur eorum memoriam à se non sollicitari. Ouid. 1. Fastorum.

> *At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis,*
> *Et damus alternis, accipimúsque preces?*
> *Quisque suas artes ob idem delibat agendo,*
> *Nec plusquam solitum testificatur opus.*

Scorpione viso si quis diceret duo, eum non lædi putabant, ait Plinius. In Pithœgiis cum noua vina gustarent dicebant, *nouum vetus vinum bibo, veteri nouo morbo medeor.* In Michaële filio Theophili Zonaras, Amer, inquit, ante pugnam rogat captiuum qui locus vocaretur. Respondit, regio Lalacoon (lego λαοκακῶν) vallis πτῶσας, πόταμος γύρης. Amer ait, οὐκ αἴσιοι κλήσεις, λαοκακῶν, κάκωσις λαοῦ, πτῶσας πτῶσιν, γύρη γυρωθῆναι ὑπὸ τῶν ἐναντίων αὐτοὺς. appellationes istæ sunt inauspicatæ, *Laocakon*, populi afflictio, *ptosas*, est casus & ruina, *gyre*, significat, nos circumuentum iri ab hostibus. Solebant ideo veteres, vt monui, mala omina deprecari. Cicero Philip. 4. *ô Dij immortales auertite, & detestamini quæso hoc omen.* Ouid. epist. 13. Heroid.

> *Dij precor à nobis omen remouete sinistrum.*

Plautus Rudente, act. 2. *Melius ominare. Omina dira* Tibul. lib. 1. eleg. 3. vocat. cuiusmodi fuit illud Quinti Petilij, qui milites pro concione alloquens dixit, *hodie Letum capiam*, collem intelligebat, cui nomen Leto, sed sibi leti omen fuit, ait Valer. lib. 1. cap. 6. *tristia*

Ouid.

A Ouid. lib. 6. Metamorph. *aduersa* Sueton. Vitellio, *funesta* Tacit. lib. 18. *bona, fausta, candida, secunda, dextra, læta*, Catullus in epithalam. Horat. lib. 3. carm. Od. 2. Silius lib. 13. Seneca in Octau. act. 4. Scena 1. mala omina abominabantur. Ouid. lib. 3. de Ponto eleg. 1.

Si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset.

Dio lib. 55. ὃ μὴ γένοιτο. Liuius lib. 28. *Quod omnes Dij omen auertant.* Cicero lib. 9. ad Attic. *Dij auerruncent.* Ouid. lib. 1. amor. eleg. 13.

——*procul omen abesto.*

Terent. Andria. *quod Dij prohibeant.*

Virgil. lib. 3. Georgic.

Dij meliora pijs, errorémque hostibus illum.

Lucan. lib. 2. *Dij melius.* Herodian. lib. 1. de Kal. Ianuar. ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προϊούσης ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους: *Procedente festo ille die, quo Romani maxime se inuicem excipiunt,*
B *& salutant*, καὶ προσαγορεύουσι. Festus *strenam die religioso ominis boni gratia dari* ait. lib. 4. de Ponto eleg. 4.

Vtque solet, tulerit prospera verba dies.

Lucian. lib. ψευδολογιστής. ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχή, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχάς τινάς: *Erat anni initium, aut magis tertia dies à magnis Kalend. qua die Romani more maiorum sibi bene precantur in annum sequentem.* cap. 92. Sueton. in Augusto, *auspicia quidem, & omina pro certissimis obseruabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, vt dirum, si terra, maríve ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset, vt lætum, maturíque, & prosperi reditus.* Apud Græcos maximus ominum vsus. Leotychides eum à Samio rogaretur, vt Persis bellum inferret, nomen eius
C requisiuit. Respondit Samius, se Hegesistratum vocari. tum Leotychides, *omen* ἡγησιστράτου, *ductoris exercitus accipio.* δέχομαι τὸν οἰωνόν, ait Herodot. Accepit, inquam, quia oportuit & auguria, & omina vt iuuarent, accipi, & agnosci, quemadmodum neque nocere putabantur iis qui rem ingredientes ea se obseruasse negassent, vt Plin. lib. 28. Valer. Maximus lib. 1. cap. 8. *accepit omen, arripuit omen.* Liuius lib. 26. *accipere se omen dixit.* Pacuuius, *Repudio auspicium, regrediendum est ilico.* Sueton. in Augusto cap. 96. *Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit, Eutychus homini, bestiæ Nicon nomen erat. vtriusque simulacrum æneum victor posuit in templo in quod castrorum suorum locum vertit. Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locabatur fruendus, vt in delectu, censúve primi nominabantur Valerius, Saluius*, ait Festus. Græci boni ominis causa dicebant, ὦ πάθωμεν, vt Lucianus ait. In testamentis ἀγαθῇ τύχῃ, *bono euentu*, apud Theophrast. Charact. tit. de stupidit. ἔσται μὲν εὖ, in Aristotelis testamento In edi-
D ctis prætoris *bonum factum.* Persius, *hoc bene sit.* Cic. lib. 7. epist. ad Atticum, *bene eueniat.* Ouid. in Ibin.

Euenient, dedit ipse modo signa futuri
Phœbus.——

Eustat. ad lib. 2. Iliad. Inter initia veteres dicebant, Θεός, Θεός, *Deus, Deus. Beneuentum* boni ominis causa dictum est, cum prius ob mare procellosum, *Maleuentum* diceretur. Plin. lib. 3. cap. 11. Secunda vocant ἀριστερά, bonæ scæuæ causa. Fidicines, & Citharœdi in Græcia cum proluderent, boni ominis causa ab Apolline ordiebantur. ἀμφί μοι αὖθις ἄνακτα, vt Suidas. Aristophanes in Nubibus, ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ Δήλιε: *Phœbe Rex Delie mihi præsens esto.* ἀμφιανακτίζειν ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον τὸν καλούμενον ὄρθιον: *Est canere Terpandri modum or-*
E *thium.* ἀμφί μοι αὐτὸν ἄνακθ' ἑκαταβόλον ᾀδέτω φρήν: *Mens mihi canat ipsum Regem longe iaculantem.* Plutarch. Sympos. 4. τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες, &c. *Vndecima die mensis Athenis noui vini primitias degustant, Pithœgiam qua dolia aperirentur vocantes diem illam, & olim quidem, vt videtur, antequam gustarent vinum libantes precabantur, vt sibi salutare, & innoxium medicamenti vsum præberet.* Vide Varronem lib. 5. de ling. Latin. & Festum in voce *meditrinalia*. Macrob. lib. 1. Saturn. *manè* dici vult *ab omine boni nominis, quia Lanuuini mane pro bono dicunt.* sic Græci ἀριστερά, *sinistra* boni ominis causa, quasi meliora. Prima anni die boni ominis causa stipes dabant, accipiebant, Strenæ vt videtur nomine. Ouid. lib. 1. Fastor.

Tu tamen auspicium cur sit stipis vtile quæris,
Cúrque iuuent nostras æra vetusta manus?
Aera dabant olim. Sed cur naualis in ære,
Altera signata est, altera forma biceps?

Philip

Philippus cum Flaminio prœlio decreturus, vt milites horrarerur *imprudens sepulchrum quod erat extra castra conscendit*, πολυάνδρειον ὑψηλὸν ἔξω τοῦ χάρακος. ἀθυμίας δὲ δεινῆς πρὸς τὸν οἰωνὸν ἐμπεσούσης, *militibus eo nomine perculsis.* Plutarch. in Flaminio, Sueton. in Calig. *læta omina* vocat, fausta nomina. Epidamnum Dio lib. 41. Dyrrachium dictum ait ὅτι ἡ τοῦ Ἐπιδάμνου πρόσρησις ζημιώδη δήλωσιν ἔχουσα, *quod Epidamni appellatio Latina lingua detrimentum significat.* Omen dicitur & de auibus, & ostentis. Silius Italicus,

Nosco te summe Deorum,
Adsis, ô, firmesque tuæ pater alitis omen.

Ammianus Marcel. lib. 23. *Quo ostento lætior clamauit, plaudentibus omnibus, Babylona humi procidisse, ornamentis omnibus spoliatam, & paulisper detentus, vt omen per hostias litando firmaret.* Priora omina vt secundis firmarent Deos venerabantur. Pausan. Achaic. de Mercurio, ὁ ἀφικόμενος ἐρωτᾷ πρὸς τὸ οὖς τὸν θεὸν ὁποῖόν τι, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἐρώτημά ἐστι, τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἄπεισιν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα· προελθὼν δὲ ἐς τὸ ἐκτὸς τὰς χεῖρας ἀπέχει ἀπὸ τῶν ὤτων, καὶ ἧς τινος ἂν ἐπακούσῃ φωνῆς, μάντευμα ἡγεῖται. Plinius, *ex hoc genere sunt Cotonea, & Carices, quæque conscendenti nauium aduersus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneæ.* Cic. lib. 2. Diuinat. *Cum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens Cauneas, clamitabat, dicamus si placet monitum ab eo Crassum, caueret ne iret.* Attilius historiarum scriptor *Talassium nomine virum rapta virgine vnicæ pulchritudinis, quod id ei coniugium fuerit felix ominis gratia nunc redintegrari ait. in Nuptiis boni ominis causa hæc verba solennia, si tu mihi Caius, ego Caia. Ob Caiæ Cæciliæ faustum coniugium.* Sueton. in Augusto c. 97. *Tiberium in Illyricum dimissurus, & Beneuentum vsque prosecuturus, cum interpellatores aliis, atque aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamauit, quod & ipsum mox inter omina relatum est, non si omnes morarentur amplius se posthac Romæ futurum.* Sueton. in Tiber. cap. 13. *Prægnans Liuia cum an marem editura esset variis captaret ominibus, ouum incubanti gallinæ subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vices vsque eo fouit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est.* Lampridius in Alexandro Seuero, *Tribunal ascendens vt concionaretur, & faustum aliquid diceret, ita cœpit, occiso imperatore Heliogabalo, hoc tamen omini fuit, quod iturus ad bellum milites alloqui minus fausta oratione cœptauerat.* lib. 23. Ammian. de Iuliano Augusto, *Iumentum quo veheretur ex vsu poposcit, oblatusque ei equus, Babylonius nomine, ictu torminis consternatus dum dolorum impatientia voluitur, auro, lapillisque ornamenta distincta conspersit, quo ostento lætior clamauit plaudentibus proximis, Babylona humi procidisse, ornamentis omnibus spoliatam, & paulisper detentus, vt omen per hostias litando firmaret.* Sueton. in Nerone cap. 46. *Auspicanti Sporus annulum muneri dedit, cuius gemmæ sculptura erat, Proserpinæ raptus. Cum ex oratione eius qua in vindicem perorabat, recitaretur in Senatu, daturos pœnas sceleratos, ac breui dignum exitium facturos, conclamatum est vniuersis, tu facies Auguste. obseruatum etiam fuerat, nouissimam fabulam cantasse eum publicè, Oedipodem exsulem, atque in hoc decidisse versu,*

θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος μήτηρ, πατήρ.

Pomp. Mela lib. 2. *Epidamnos Dyrrachium dictum est, quia velut in damnum ituris omen id visum est. Superstitio enim vetus minima quæque obseruabat velut ominosa.* Tacit. lib. 4. Histor. *vt virorum cantu, feminarum vlulatu sonuit acies Batauorum, ne quaquam par à legionibus, cohortibusque redditur clamor.* Ibidem *Vespasianus quia ingressus templum Serapidis, intentusque numini respexit pone tergum Basilidem, ex nomine omen regni cepit.* Lamprid. in Alexand. Seuero. *Nutrix ei Olympia data est, quo nomine mater Alexandri appellata est, nutritor Philippus prouenit casu, vnus ex rusticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit, ipse Alexandri nomen accepit.* Consule Valer. Maximum lib. 1. cap. 5. Theophrast. in Charac. De superstit. lib. 3. Regum, cap. 20. Syri omina obseruabant: apud Virgil. *visi equi bellum minantur Anchisæ.*

Apuleius de Deo Socratis, *videmus plerosque, qui non suopte corde, sed alterius verbo reguntur, qui ex angiportu reptantes consilia ex alienis vocibus colligunt, & vt ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant.* Dio. lib. 59. Caligula ἐκέλευσε πηλὸν εἰς τὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἱμάτιον ἐμβληθῆναι. τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τὰ πράγματα τεταραγμένα, καὶ ἐπιπεφυρμένα περιλαβόντος τε καὶ καταστησαμένου ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ γεγονέναι. Apud Petronium,

Epidauria mœnia quære,
legendum *Epidamni nomina quære.*

Plautus in Menæchmis,

Ne mihi damnum in Epidamno duas.

Ouidius,

A Ouidius, *Ire per hanc (viam) noli, quisquis es, omen habet.*
Id est, inauspicara via est.

CAP. II.

De Cledonistica, seu Ominalis scientiæ generibus.

CLEDONISTICÆ genera plura esse arbitror, tinnitum aurium, salissationem, sternutationem, crepitum ventris, & alia id genus. Tinnitum aurium obseruari solitum indicat Aristænet. lib. 2. epist. οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα ὅτε σοῦ μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην; *Non tibi tinniebant aures cum tui lacrymans meminissem?* Cat. ep. 52.

B *Lingua sed torpet, tenuis sub artus*
Flamma dimanat, sonitu suopte
Tintinant aures. vel *tinniunt.*

Sappho. —— ὀμμάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦσι δ' ἀκοαί μοι.

Nihil oculis video, mihi aures tinniunt. Plinius lib. 28. cap. 1. *Aurium tinnitu absentium sermones præsentiri* ait. Georgius Monachus, ὁ περὶ τὰ ὦτα ἦχος φησί. Cedrenus pag. 29. ὠτὸς ἤχους vocat. Homer. Iliad. κ.

τέλδομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω, κέλεται δέ με θυμός
ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

Κορυβαντιασμὸς somnum oculis eripit, auribus indit vitiũ, quo sibi audire sonitus, & tinnitus

C videntur. Varro in Prometheo. *Leuisomna mens sonorinas imagines affatur, nõ vmbrãtur somno papulæ.* Huc pertinet illa veterũ superstitio, quam μυκὴν ἀγαλμάτων dixerunt, *mugitum imaginũ,* cum imaginum voces sibi audire viderentur. Apollonius lib. 4. Argonaut. ἡ ὅτε αὐτόματα ξόανα ῥέη ἱδρῶντα αἵματι, καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἐνὶ φαίνεσθον: *aut cum sponte sua simulacra sanguine sudant, aut mugitus audire in templis nobis videmur.* Si auris sinistra tintinat, inimicum, si dextra, amicum putant nostri meminisse. In Catal. Virgil.

Garrula quid totis resonans mihi noctibus auris,
Nescio quem dicis nunc meminisse mei?

Seneca Oedipo. *Resonant aures, stillatque niger naris adunca cruor.*
Lucret. *Sollicita porro, plenaq; sonoribus aures.*

Augustinus l. 2. de Doct. Christ. c. 20. his adiunguntur millia inanissimarum obseruationũ,

D si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit, arque illud, quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitiæ, minus molestum est, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, si pariter ambulantibus intercurrerit, canem qui medius interuenerit feriunt. Hinc sunt etiam illa, limen suum calcare, cum ante domum suam transit, redire ad lectum, si dum quis se calceat, sternutauerit, redire domum, si procedens offenderit. Plaut. milit.

Præcantatrici, collectrici, ariolæ, aruspicæ flagitium est, Si nihil mitteretur, quæ supercilio spicit.

Spatulomantia, à nuda spatularum inspectione dicta est. Glycas parte 2. Annal. ait κλήδονα vocari geniorum per excantationes certas attractionem, & è sublimi deductionem, κλῶ, καλῶ. omina mortis Spartianus in Adriano pag. 18. commemorat. *Natali suo vltimo cum Antoninum commendaret prætexta sponte delapsa caput ei operuit. Annulus in quo imago ipsius sculpta erat sponte de digito delapsus est. Ante diem natalem eius nescio quis ad Senatum vlulans venit,*

E *contra quem Adrianus ita motus est, quasi de sua morte loqueretur, quum verba eius nullus agnosceret. Idem quum vellet in Senatu dicere, post filij mei mortem, post mortem meam dixit. Somniauit præterea se à patre potionem soporiferam impetrasse, item somniauit à leone se oppressum esse.* Salissatio verò, & palpitatio, παλμός, fuit cum membrum aliquod saliret. Iustin. aut siquis alius auctor quæst. ad Orthod quæst. 19. εἰ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις ὑπὸ τῶν ὁσίων ἡ τῶν παλμῶν ἐστὶ παρατήρησις, &c. *An inter res vetitas à piis viris sit paltitationum obseruatio.* Idem, ὁ γὰρ παλμὸς πάθος ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς διαφορήσεως τοῦ φυσικοῦ πνεύματος, ἐν τῷ σώματι ὑφισταμένου πάντων τῶν ζώων. διὸ ἀνάξιον ἔκριναν οἱ ἅγιοι εἶναι κριτήριον τῶν μελλόντων τὸ τοιοῦτο σωματικὸν κίνημα: *Palpitatio, affectio est corporis ex discursu spiritus naturalis qui subsistit in ore omnium animantium. Ideò sancti omnes hunc motum corporeum indignum iudicarunt, qui res futuras indicaret.* Georgius Monachus παλμικὸν vocat, Scholiastes Gregorij Nazienzeni παλμικὸν, à πάλλω, *succutio, vibro,* Isidorus *salissationem, salissatores.*

Salitores. S. Augustinus lib. de natura dæmonum, *Salitores vocati sunt, qui dum eis membrorum quæcumque partes saltarint, aliquid sibi exinde prosperum, siue triste significari prædicunt.* Melampus in Hierogrammatis, vnguis minimi digiti ἐὰν πάλλεται ἡ μυρμηκιᾷ κακὸν πείσῃ: *si salit, aut verminat, malum patieris.* Pollex sinistræ manus si salit. παλαιὰν ἀπώλειαν σημαίνει κομίζεσθαι, *veterem perniciem instare significat.* Vngues manus sinistræ salientes vtilitatem cum aliqua difficultate. Plaut. in Epidico,

Quid est quod digitus titubat tuus?

Pseudolo. *Ita supercilium salit.* Theocrit. Idyl. 3.

ἄλλεται ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιός.

Salit mihi oculus dexter. Apud Athenæ. lib. 15. Sophocl. θυμῷ δ' ἔτι, Φαίδρα, χορεύει δείματος θυγάτηρ: *ô Phædra, non amplius in animo saltat palpitatio timoris filia.* Plato pauorem vocat πήδησιν καρδίας, *saltationem cordis.* Alia mente dixit Persius, *Cor tibi rite salit. Læuaque in parte mamillæ Nil salit Arcadico iuueni.* Isid. lib. 8. *Salissatores dicuntur ij quibus membrorum qualibet partes cum salierint, futura coniiciunt.* Theocrit. Idyllio 19. παλλομένη κραδίαν, *cum cor ei subsiliret.* Melamp. lib. de Diuinat. καρδία παλλομένη ἐπιβουλὴν φίλου δηλοῖ: *cor palpitans insidias ab amico significat.* In Hercule Oetæo Seneca, act. 3. *Cor attonitum salit,*

Pauidumque trepidis palpitat venis iecur.

Plaut. *Cor lienosum est, artem facit histrioniam.* Diuinatio salitoria quibusdam dicitur. melius salissatio. Salisberiens. Polycrat. lib. 1. cap. 12. qui ex saltu membrorum, aut inopinato motu prosperum aliquid futurum autumant, aut aduersum. Plaut. in Captiu.

Quin quiescis dierectum cor meum, i, ac suspende te.

Tu sussultas. Ego miser vix adsto præ formidine.

Ab Anaxandride mutuatus est, ὦ πονηρὰ καρδία ἐπιχαιρέκακον ὡς εἶ μόνον τοῦ σώματος. ὀρχῇ γὰρ εὐθὺς, ἣν ἴδῃς δεδοικότα: *ô cor improbum, vt vnum ex toto corpore gaudes malis. salis enim simul ac timentem videris.* Vbi Athenæus, καλὰ γὰρ ἐν τοῖς φόβοις γινομένας ἀγωνίας πάλλεσθαι τὴν καρδίαν ἐπιδηλότατα συμβαίνει.

CAP. III.

De Sternutatione.

STERNVTATIONEM inter omina fuisse ostendit Plutarch. lib. de dæmonio Socratis. μαντείας ἔργον εἰς πταρμοὺς, καὶ κληδόνας, οἷς καὶ οἱ πολλοὶ, καὶ ἰδιῶται περὶ μικρὰ προσχρῶνται, καὶ παίζοντες: *Diuinationis opus ad sternutamenta, & omina, quibus multi etiam de vulgo in minimis vtuntur etiam ludentes.* Athen. lib. 2. veteres caput sacrum esse putabant propter πταρμὸν, ideo nec comedunt, nec nominant ἐγκέφαλον, sed λευκὸν μυελὸν, *cerebrum,* sed *medullam albam* vocant. Matutina sternutatio infausta, meridiana auspicata. Aristot sect. 33. probl. cap. 11. maximè si à dextro latere. Xenophon. Anabaseos lib. 6. Petron. *collectione spiritus plenus, ter continuò ita sternutauit, vt grabatum concuteret. Ad quem motum saluere Gytona iubet.* Theodor. lib. 6 de curand. Græc. affec. Philemon Comicus, ὅταν ἴδω παρατηρούμενά τις ἔπταρεν, ἥτις ἐστὶ ὁ προσιὼν σκοπουμένα, ὁ Μένανδρος, ἀγαθόν μοι τι γένοιτο, ὦ πολυτίμητοι θεοί. ὑποδούμενος τὸν ἱμάντα τῆς δεξιᾶς ἐμβάδος διέρρηξα: *Cum videro aliquem obseruantem quis sternuit, aut quis est is qui aduentat. Menander, bene mihi sit, ô Dij multum honorati, cum calcearem lorum dextri calcei rupi.* Arist. lib. 1. de Animal. hist. sternutamentum ait signum esse augurale. Sternutamenta matutina prohibent, meridiana sunt auspicata. Telemacho apud Homer. sternutamentum facit omen felicitatis. Plutarch. in Themistocle, Themistocli sacrificanti oblati sunt tres captiui forma regia. quos contuitus vates Euphrantides, ὡς ἅμα μὲν ἀνέλαμψεν μέγα, καὶ περιφανὲς πῦρ, ἅμα δὲ πταρμὸς ἐκ δεξιῶν ἐσήμηνε, τὸν Θεμιστοκλέα δεξιωσάμενος: *postquam ignis magnus & fulgentissimus eluxit, & simul à dextra sternutatio facta est, Themistoclem complexus.*

Catul. *Hæc vt dixit amor sinistra, vt ante*

Dextra, sternuit adprobatione.

In sternutamentis dicebant, Ζεῦ σῶσον, *Iuppiter seruato.* lib. 2. Græcor. epig. οὐδὲ λέγειν Ζεῦ σῶσον, ὅταν πτάρῃ: *Neque dicere Iuppiter seruato cum sternuerit.* Plinius lib. 28. cap. 1. *Cur sternutamentis salutamur? Quod etiam Tiberium Cæsarem tristissimum, vt constat, hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Nomine salutare religiosius est.* Dæmonium Socratis fuit alterius πταρμὸς, sternutatio, læua cohibens, à dextra incitans. Si dubitaret de re agenda, sui ipsius πταρμὸς. Si iam

agere

A agete occœpisset reuocabat. Plutarchus lib. de Dæmon. Socratis. ἐτύγχανε μὲν πταρὼν ἐκ δεξιῶν, εἴτ᾽ ὄπισθεν, εἴτ᾽ ἔμπροσθεν *sine ante, sine pone*, ὁρμᾷν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, εἰ δὲ ἐξ ἀριστερᾶς ἀποτρέπεσθαι. τῶν δ᾽ αὐτοῦ πταρμῶν τὸν μὲν ἔτι μέλλοντος βεβαιοῦν, τὸν δ᾽ ἤδη πράττοντος ἐπέχειν, καὶ κωλύειν ὁρμήν. Salisberiens. lib. 2. cap. 1. *Quid refert ad consequentiam rerum, si quis semel, aut amplius sternutauerit, quid si oscitauerit, quid denique si vndecunque sonitum emiserit?* Intelligit crepitum ventris. Aristoteles sect. 13. cap. 11. in problematis quærit διὰ τί τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ ἔξοδοι οἷον φύσης, καὶ ἐρυγμοῦ, οὐχ ἱεραί, ἡ δὲ τοῦ πταρμοῦ ἱερά: *cur exitus aliorum flatuum, vt vesi*[illegible] *aut ructationis non sunt sacri, exitus sternutamenti sacer est.* τὸν πταρμὸν τῆς κεφαλῆς πνεῦμα εἶναι, *sternutamentum capitis flatum esse*, διὰ τὸ ἱερώτατον οὖν εἶναι τὸν τόπον, καὶ τὸ πνεῦμα, ὡς ἱερὸν, προσκυνοῦσι: *Quia maximè sacer locus est caput, ideo flatum è capite vt sacrum salutant.* εἴτε ὡς σημεῖον ὑγιείας τοῦ ἀρρώστου, καὶ ἱερωτάτου τόπου προσκυνοῦσι ὡς ἱερὸν, καὶ φήμην ἀγαθὴν ποιοῦνται: *bene vt signum sanitatis, infirmi, & maximè sacri loci, salutant sternutamentum vt sacrum, & bonum omen faciunt.* Scholiastes Theocriti

B ad Thalisia, sternutationem medium omen vocat, ideo sternutante aliquo, bona verba dicebant astantes, vt si quid mali portenderetur, fausta precatione auerterenr. Theocritus, σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον. Scholiastes, τῶν πταρμῶν οἱ μὲν εἰσιν ὠφέλιμοι, οἱ δὲ βλαβεροί. ὁ δὲ Ὅμηρος ἐπ᾽ ἀγαθῷ τὸν πταρμόν φησι: *Sternutamentorum alij sunt vtiles, alij noxij. Homerus sternutamentum in bono ponit.* Apuleius Miles. 2. *Oculo perfricto sternutamenta desistunt*, Plin lib. 28. cap. 2. *Sternutamento reuocari ferculum, mensámve, si non postea gustetur inter diras habetur, aut omnino non esse*, id est, comedere. Propert. lib. 2. eleg. 3.

Num tibi nascenti primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen amor?

Xenophou lib. 3. & lib. 6. expedir. Cyri sternutationem πταρμὸν, Deum vocat, & Iouis

C Seruatoris auem, *quia oritur è capite, vbi ratio*, διότι γίνεται ἐκ τοῦ θειοτάτου τοῦ περὶ ἡμᾶς τῆς κεφαλῆς ὅθεν ὁ λογισμός ἐστι. caput locus in homine maximè diuinus. Aristoteles problemat. sect. 33. cap. 7. τὸν πταρμὸν θεὸν ἡγούμεθα: *sternutamentum Deum putamus.* Xenophon lib. 3. expedir. ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν: *Audientes milites omnes vno impetu salutarunt Deum.* Idque omen arripiens Xenophon, mihi videtur, ô viri, quando nobis de salute vestra loquentibus *omen Iouis*, οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος, *Seruatoris* apparuit, votum nuncupandum esse Deo, fore vt ei soteria persoluamus. lib. 1. Græcor. epig.

Ἔπταρον ἄγχι τάφοιο, καὶ ἤθελον αὐτὸς ἀκοῦσαι,
Οἷα πὲρ ἐσόμενον μοῖραν ἐμῆς ἀλόχου.
Ἔπταρον εἰς ἀνέμους.

Prope tumulum vxoris mea sternui, & volui audire vt sperabam fatum eius. Sternui frustra in ventos.

D Aristoteles sect. 10. problem. c. 11. ἄνθρωπος πτάρνυται τῶν ζώων μάλιστα, *Homo maximè omnium animantium sternutat.* Homeri ætate sternutamenta obseruabantur. Odyss. ρ.

Ὣς φάτο, Τηλέμαχος δὲ μέγ᾽ ἔπταρεν.

Sic locutus est, Telemachus autem magnum sternuit. Macedonius, ἤδη φίλτατε λύχνε τρὶς ἔπταρες: *Iam amica lucerna ter sternuisti.* Origen. lib. 3. in Iob. *Quidam sternutamentis adhuc seruiunt, & inuocationibus, reuocationibus, & occursibus, atque volucrum vocibus.* Apuleius libro 9. Miles. *Pone tergum eius maritus acceperat sonum sternutationis, quod cum putaret ab ea profectum solito sermone salutem ei fuerat imprecatus, & iterato rursum, & frequenter, & sæpius.* Sternutatio à dextra felix. ἅμα δὲ πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἐσήμηνε, *simul sternutatio à dextra signum dabat*, ait Plutarchus in Themistocle. Aristotel. in problematis quærit *cur à media nocte ad mediam diem sternutatio non est bona*, διά τι οἱ ἀπὸ μέσων νυκτῶν ἄχρι μέσης ἡμέρας οὐκ ἀγαθοὶ πταρμοί. Legendi Hesychius & Suidas in

E voce συμβόλους. Nonnus lib. 7. Dionysiac.

—— ἀμφὶ δὲ μύθῳ
Ἐσσομένων κήρυκες ἐπέπταρον ἀπτοδες ὧραι.

Et ad hunc sermonem horæ pedibus valentes futurorum nunciæ sternutarunt. Theocrit. Idyl. 17.

Ὄλβιε γαμβρ᾽, ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν.

O felix gener, bonus aliquis sternuit tibi Spartam aduentanti.

Hippiæ aciem instruenti contigit vt sternutaret, & tussiret vehementius quam solitus esset. Dentem præ vehementia exspuit, nec reperire potuit, dens hic meus, inquit, Athenas pro me possidet. ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεῖζον ἢ ὡς ἐώθει, ait Herodotus lib. 6. Hesychius, συμβόλους οἰωνοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμούς. ἀνέκειντο δὲ οἱ Δήμητρι: *Signa per sternutationes omina; sacra erant Cereri sternutamenta.*

Polyænus lib. 3. *Timotheas ſternutationem nihili fecit; Naues enim inſcendens cum vniuerſo exercitu ſternutantem vnum aliquem audiuit gubernator, & morari iuſsit. Nautæ naues inire non auſi. Timotheus ridens, quid mirum, inquit, ſi ex tanto numero vnus ſternuit? Nautæ cum riſu ſoluunt porta*, ποῖον γὰρ ἔφη οἰώνισμα εἰ τοσούτων πεπταρνηκότων εἷς ἔπταρε. Ariſtophanes Auibus, πταρμὸν ὄρνιθα καλεῖτε, *ſternutamentum auem vocatis.* Suidas, οἱ θίγοντες τοῦ μυκτῆρος λεπτῷ κάρφει πταρνυνται. Ad idem genus Cledoniſtices reuocari poteſt crepitus ventris, quod *peditum* Catullus vocat. Vet. gloſſ. *Peditus peditum*, πο[illegible], *cum ſonitu*: βδισμὸς, *ſine ſonitu*. Vet. gloſ. βδίσμα, βδισμὸς, *viſium*, βδεῖν, *viſire*. Cicero ad Pætum. *Nam honeſtum verbum diuiſio. At ineſt obſcænum, cui reſpondet intercapedo.* Viſire, pedere. Herodotus, ἄρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε: *ſublato crure pepedit.* Athenæus lib. 3. glycaſiden ficui similē eſſe air, cuius eſu fæminæ abſtinent, quia pedere facit, διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμοὺς, *quia excitat pedita.* Apud Ciceronem alia etiam de cauſa verbum *diuiſio* aliquid obſcœnum habere poteſt, ob pulli premos. Sed de pedito Cato, *domi cum auſpicamur, ſerui, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit, ſi cui ibidem ſerno, aut ancillæ dormienti euenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit.* Origenes lib. 4. in Celſum, prodit Ægyptios crepitum ventris adoraſſe. Ariſtophanes Equitibus, ταῦτα φροντίζοντί μοι ἐκ δεξιᾶς ἀπεπάρδε καταπύγων ἀνὴρ, κἀγὼ προσέκυσα ὥσπερ σημεῖον τινὸς δοθέντος. *Hæc mihi cogitanti vir Pathicus crepuit, & ego adoraui quaſi ſignum mihi datum eſſet.* Minutius in Octauio, *nec Serapidē magis quam crepitus per pudenda corporis expreſſos extremiſcūt.* Clemens recognition. lib. 5. fol. 93. *Aegyptij crepitus ventris pro numinibus habent.* Hieronym. in Eſaiam cap. 46. *de crepitu ventris inflati, quæ Peluſiaca religio eſt.* Malum omen fuiſſe indicat Homerus in hymno Mercurij,

> Οἰωνὸν προέηκε ἀειρόμενος μετὰ χερσὶ τλήμονα γαστρὸς ἔριθον ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην
> Ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἀπέπταρε.

Mercurius proiecit augurium in aërem ab Apolline ſublatus, infelicem ventris crepitum malum nuntium, poſt quem ilico ſternutauit. Scaliger ad Auſonium ex hoc Homeri loco defendit crepitum ventris, & ſternutamentum boni ominis fuiſſe, quia in eodem hymno ſubiungit Apollo ibidem εὑρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα τούτοις οἰωνοῖς, *Inueniam fortia deinceps boum capita his augurijs.* Sed Homerus ipſe mihi aduerſari videtur huic ſententiæ, qui crepitum ventris vocet infelicem famulum, malum nuntium, niſi quis ob fœtorem id dici putet, qui crepitum ventris ſequi ſolet.

IVLII CÆS. BVLENGERI
DOCTORIS THEOLOGI
DE PRODIGIIS
LIBER V.

CAPVT PRIMVM.

De Prodigiis.

DE Prodigiis Iulius Obſequens ex profeſſo agit, quē adeat qui volet. Nos quia Prodigiatorum, Aruſpicum, imo etiam Augurum fuit, ſigna de cælo, fulmina, fulgura, tonitrua, prodigia, portenta, oſtenta, monſtra non ſeruare, & interpretari modo, verum & procurare, pauca quædam ex aliis auctoribus adnotabimus, quæ Iulio Obſequenti lucem faciant. Liuius lib. 43. cap. 13. *Non ſum neſcius ab eadem negligentia qua nihil Deos portendere vulgò nunc credunt, neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. Ceterum & mihi vetuſtas res ſcribenti neſcio quo pacto antiquus fit animus, & quædam religio tenet, quæ illi prudentiſsimi viri publicè ſuſcipienda cenſuerint ea prodigiis*

dignis habere quæ in meos annales referã. Anagniæ duo prodigia eo anno sunt nũtiata. Vbi animaduerto prodigia Romæ licet nuntiarentur nõ suscepta fuisse, si vel in priuato loco, vel in peregrino facta essent, vt ibidem docet Liuius. quod tamen perpetuum non fuisse ex eodem facile cognosces. Romæ enim sæpe expiata prodigia quæ vel Cumis, vel alibi in Italia facta essent. Duumuiri ex libris Sibyllinis prodigia interpretabantur, & pericula denuntiabant, lib. 3 c. 10. lib. 2. cap. 42. *Prodigia cælestia ostentantia minas, motique ira numinis causam nullam aliam vates canebant publicè, priuatímque, nunc extis, nunc per aues consulti, quàm haud rite sacra fieri. Oppia virgo Vestalis damnata incesti.* Lucanus lib. 7.

> *Euganeo, si vera fides memorantibus, augur*
> *Colle sedens*, &c.
> *Venit summa dies, geritur res maxima, dixit,*
> *Impia concurrunt Pompeij, & Cæsaris arma,*
> *Seu tonitrus, ac tela Iouis præsaga notauit,*
> *Aëra seu totum discordi obsistere cælo,*
> *Prospexitque polos, seu numen in æthere mæstum*
> *Solis in obscuro pugnam pallore notauit.*
> *Pompeius stat corde gelato*
> *Attonitus, tantíque ducis sic arma timere*
> *Omen erat, premit inde metus.*

Portenti, ostenti, monstri etymon explicat Cic. l. 1. Diuinat. *Quorum quidem vim verba ipsa prudenter à maioribus posita declarant. quia enim ostendunt, portendunt, monstra, prodigia dicuntur.* Ostentũ Labeo definit *esse contra naturam cuiusque rei genitum, factúmque. Duo autem sunt*, vt inquit Vlpianus, *genera ostentorum, vnum quoties quid contra naturam nascitur, vt tribus manibus, aut pedibus, alterum quod prodigiosum videtur.* Aristotel. lib. 2. Physic. cap. 8. monstra naturæ errores esse ait non valentis efficere quod destinarat. lib. de generat. animal. cap. 4. *Monstra peccata naturæ sunt, & casu nascuntur*, τὰ τέρατα ἁμαρτήματα ἐστι ἐκείνου τοῦ ἕνεκα τοῦ. Festus *portenta esse* ait, *quæ indicant quid porro tendant, ostenta quæ tantummodo indicant. Monstra quæ præcipiunt remedia. Portenta cum insolita corpora raro se ostendunt, vt cometæ, turbines, barathra, sereno cælo facta tonitrua.* Fronto, *in ostento*, inquit, *raritas admirationem facit præter consuetudinem, & rarò offertur. In monstro rectus ordo naturæ vertitur. In portentis differtur euentus, in prodigio detrimentum significatur.* Sueton. in Augusto cap. 92. *Sed & ostentis præcipuè mouebatur. Enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in compluuium Deorum Penatium transtulit, vtque coalesceret magnopere curauit. Apud insulam Capreas veterrimæ ilicis demissos iam ad terram, languentésque ramos conualuisse aduentu suo adeò lætatus est, vt eas cum Repub. Neapolitanorum commutauerit, Aenaria data.* Contra Iulius Cæsar ostenta neglexit, cui cum immolanti aufugisset hostia, profectionem aduersus Scipionem, & Iubam non distulit Prolapsus etiam in egressu nauis verso ad melius omine; *teneo te*, inquit, *Africa.* Prodigialis fuit Iuppiter cui portentis auerruncandis mola salsa facerent. Plaut. Amphit. *Postquam experrecta es prodigiali Ioui, aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.* Romæ *forum fuit quo ibant curiosi, vt homines tibiis carentes, cubitu felium, tres oculos habentes, passerino capite perquirerent.* Plutarch. ἀγορὰ τεράτων, περὶ ἣν ἀναστρέφονται περίεργοι τοὺς ἀκνήμους, καὶ τοὺς γαλεάγκωνας, τριοφθάλμους, στρουθοκεφάλους ἐπιζητοῦντες. Herodian. lib. 2. *portenta* vocat σημεῖα θεία προνοία δείξαντα πολλάκις φαίνεσθαι. Xiphilin. in Augusto, πρὸ μὲν τοῦ χρόνου τῆς μάχης σημεῖα τινὰ γεγονότα τότε τοῦ πολέμου τέλος ὑπέφαινον. τὰ πολλὰ τῶν σημείων τοῖς τερατολόγοις παρήσω. *Signa quæ Diuina prouidentia sæpe euenire videntur. Ante pugnam prodigia quædam belli finem denuntiabant. Plurima prodigia quæ facta sunt relinquam portentorum interpretibus.* Plutarch. in Alcibiade. Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων, εἴδωλα πανταχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξὶ, καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, καὶ θρήνους ᾖδον: *Cum Adonia in eos dies incidissent Athenis, simulacra vbique similia mortuis qui efferuntur incurrebant in mulierum oculos, quæ exequias planctibus repræsentabant, & nænias canebant.* In Paulo Æmilio, ἐπεὶ δὲ νὺξ ἐγεγόνει αἰφνίδιον ἡ σελήνη πλήρης οὖσα, καὶ μετέωρος ἐμελαίνετο, καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολιπόντος αὐτὴν χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς ἠφανίσθη: *Prima nocte subito Luna plena, & sublimis nigra facta est, & luce deficiente mutans colores omnis generis apparere desiit. Macedones regni occasum portendi putant.* Idem in Nicia ait Lunam plenilunio defecisse. Solent autem portenta & prodigia præmitti Dei voluntate ante excidium prouinciarum & vrbium, vt Iosephus scribit lib. 6. de bello Iudaico c. 7. Apollonius lib. 1. Excid. Hierosol.

> *Nam cladem ostenta futuram*

Haud dubio terrore dabant. pia cura tonanti A
Scilicet in magnis semper fuit ista ruinis
Humanum monuisse genus.

Cedrenus, λέγεται δὲ μὴ σημαίνειν ἀγαθὸν τῇ πόλει, ἐν αἷς γίνεται ταῦτα τὰ τέρατα: *Prodigia dicuntur sinistri aliquid, & aduersi significare iis vrbibus vbi fuerint.* Arnob. lib. 1. *prodigiosas formidines* vocat, quia prodigia terrorem hominibus iniiciant. Lucan. lib. 1 ait ante bellum ciuile Cæsaris & Pompeij de nocte stellas ignoras visas, in aëre ignes, & faces volantes, sydera crinita, & comata, tonitrua die sereno, iacula ignea, lampades, caput Iouis Latialis de cœlo ictum, stellas deciduas de die, defectionem Lunæ plenæ.

Spes saltem trepidas mentes leuet addita fati
Peioris manifesta fides, superique minaces
Prodigiis terras implerunt, æthera, pontum. B
Ignota obscura viderunt sydera noctes,
Ardentemque polum flammis, caloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Syderis, & terris mutantem regna cometen.
Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno,
Et varias ignis denso dedit aëre formas,
Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas
Emicuit, cælo tacitum sine nubibus illis
Fulmen, & Arctois rapiens de partibus ignem
Percussit Latiale caput, stellæque minores
Per vacuum solita noctis decurrere tempus C
In mediam venere diem, cornúque coacto
Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe
Terrarum subita percussa expalluit vmbra.

Virgil. lib. 1. Georg.

Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudemque, & operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerant sæcula noctem.

Plutarch. in Cæsare, quo cæso ὁ μέγας κομήτης ἐπὶ νύκτας ἑπτὰ διαπρεπὴς ἐφάνη, καὶ τὸ περὶ τὸν ἥλιον ἀμαύρωμα τῆς αὐγῆς. ὅλον γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος, καὶ μαρμαρυγὰς οὐκ ἔχων ἀνέτελλεν, ἀδρανὲς δὲ καὶ λεπτὸν ἀπ' αὐτοῦ κατῄει τὸ θερμόν: *Ingens cometa septem noctes clarus effulsit, & obscuratus est Sol. toto enim illo anno circulus eius pallidus sine iubare exortus, misit exiguum, & imbecillum calorem.* Itaque nubilus aër, & grauis extitit imbecillitate eum tenuantis teporis, *vnde fructus crudi, immaturique elanguerunt, ob caloris rigorem, & flaccidi fuere.* Idem in Lysandro. Nauali prœlio quo Conon victus à Lysandro lapis de cælo delapsus huius cladis ostentum fuit, κατηνέχθη γὰρ ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος ὡς αἰγὸς ποταμούς, (ποταμὸν lege) καὶ δείκνυται μὲν ἔτι: *ingens lapis de cælo decidit ad fluuium Aegos, qui nunc ostenditur.* Anaxagoram prænuntiasse perhibent. Idem defecisse Solem in Pericle, in Pelopida & pluribus aliis locis ostendit, & in Agesilao Solem lunata forma fuisse. Virgilius lib. 1. Georg. signa cladis esse ait insolitos canum latratus, dirarum auium cantus, Ætnæ incendia, voces terrificas per lucos, simulacra E horrentia de nocte, bruta hominis voce loquuta, fluuiorum defectiones, terræ hiatus, simulacrorum lacrymas, & sudores.

Tempore quanquam illo tellus quoque, & æquora ponti,
Obscœnique canes, importunæque volucres
Signa dabant. quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumq; globos, liquefactáque voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris

Visa

A *Visa sub obscurum noctis, pecudésque loquutæ,*
Infandum. sistunt amnes, terræq; dehiscunt,
Et mæstum illacrymat templis ebur, æraq; sudant.

Qu. Calaber. lib. 12. scribit ante excidium Troiæ hæc portenta contigisse.

Ἱερὰ δ' οὐ καίοντο, πυρὸς δ' ἐσβέννυτ' αὐτμὴ
Ὄμβρῳ ὅπως καθύπερθε δυσηχέος ἐσσυμένοιο,
Καπνὸς δ' αἱματόεις ἀνεκήκιε, μηρία δ' πάντα
Πίπτε χάμαι τρομέοντα. καθηρείποντο δ' βωμοί,
Σπονδαὶ δ' αἷμα γένοντο, Θεῶν δ' ἐξέρρεε δάκρυ·
Καὶ νηοὶ δεύοντο λύθρῳ, στοναχαὶ δ' ἐφέροντο
Ἔκποθεν ἀπροφάτοιο, πελεμίζοντο δ' μακρὰ
B Τείχεα, καὶ πύργοι μεγάλ' ἔκτυπον, ὡς ἐτεόν περ
Αὐτόματοι δ' ὀχῆες ἀνωΐγνυντο πυλάων
Αἶνον κεκληγῶτες, ἐπεστενάχοντο δ' λυγρὸν,
Ἐννύχιοι ὄρνιθες ἐρημαῖον βοόωντες.

Victimæ adoleri, & sacra vri non poterant, ignis vis extinguebatur, quasi imber cum sonitu desuper rueret, fumus sanguine lentus sursum ferebatur, femora, & carnes omnes cadebant humi trepidantes, aræ sponte corruebãt, libationes vertebantur in sanguinem, è simulacris Deum fluebant lacrymæ, templa rigabantur tabo, suspiria ex inopinato referebantur, mœnia vrbis longa succutiebantur, & turres ingentem sonitum dabant, quasi ruinam verè minarentur, vectes, repagula, & sera portarum aperiebantur cum tristi clangogore, dirum autem lamentabantur nocturnæ aues solitarium clamantes. Plurarchus in Pyrrho, τῶν γὰρ βοῶν τεθυμένων αἱ κεφαλαὶ κείμεναι χωρὶς ἤδη τὰς γλώττας ὤφθησαν προβάλλουσαι, καὶ περιλιχμώμεναι C τὸν ἑαυτῶν φόνον. τὸν δ' ἀετὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα χωροῦντα φροῦδον εἶναι: *Cum boues mactatæ essent earum capita iacentia visa sunt linguas seorsim protendere, & allambere suum vulnus. Aquila autem quæ in prælia cum Pyrrho ire consueuerat euanuit. ei mors denuntiata.* Lucanus inter prodigia numerat Ætnæi ignis iaculationes, maris fœdas procellas, feriis Latinis ad aras ignes ex igne Vestæ sumptos in diuersa scissos, terræ motus, eluuiones maris.

Ipse caput medio Titan cum ferret Olympo
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluitque orbem tenebris, gentésque coëgit
Desperare diem, qualem fugiente per ortus
Sole Thyestea noctem duxere Mycenæ,
Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Ætnæ,
D *Nec tulit in cælum flammas, sed vertice prono*
Ignis in Hesperium cecidit latus, atra Charybdis
Sanguineum fundo torsit mare, flebile sæui
Latrauere canes, Vestali raptus ab ara
Ignis. & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminóque cacumine surgit
Thebanos imitata rogos, tum cardine tellus
Subsedit, veterémque iugis nutantibus Alpes
Discussere niuem, Tethys maioribus vndis
Hesperiam Calpen, summúmque impleuit Atlanta.

Virgil. lib. 1. Georgic. prodigia esse ait fluuiorum eluuiones, puteorum aquas sanguinoE lentas, exta tristia, luporum per vrbes vlulatus.

Proluit insano contorquens vortice syluas
Fluuiorum Rex Eridanus, camposque per omnes
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibra apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ
Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.
Non alias cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura nec diri toties arsere cometæ.

Plutarch. in Timoleonte, Adranitæ nuntiarun Timoleonti quod instante prœlio οἱ μὲν ἱεροὶ τοῦ νεὼ πυλῶνες αὐτόματοι διανοιχθεῖεν, ὀφθείη δὲ τοῦ θεοῦ τὸ μὲν δόρυ σειόμενον ἐκ τῆς αἰχμῆς ἄκρας, τὸ δὲ πρόσωπον ἱδρῶτι πολλῷ ῥεόμενον: *Sacra vestibula templi sua sponte patefacta, visam Dei hastam summa*

cuspide vibrare, faciem eius largo sudore fluere. Idem in Coriolano, *ἱδρῶντα τὰ ἀγάλματα φανῆναι δακρυρρέοντα, καί τινας μεθιέντα νοτίδας αἱματώδεις, sudantia simulacra visa, lacrymantia, & sanguine fluentia.* Silius Italicus lib. 8. sub finem, prodigiis quod pila militum arserunt, castrorum pinnæ sponte collapsæ sunt, Ceraunia igne de cælo accensa sunt; aquilæ castrorum nubeculis obsessæ sunt.

Nec tanta miseris iamque impendente ruina
Cessarunt superi vicinas prodere clades,
Per subitum attonitis pila exarsere maniplis,
Et celsa toto ceciderunt aggere pinna,
Nutantique ruens prostrauit vertice syluas
Garganus, fundoque imo mugiuit anhelans
Aufidus, & magno late distantia fundo
Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.

De repentina per diem caligine ibidem,

Quæsiuit Calaber subducta luce repente
Immensis tenebris & terram & littora Sipus.

De bubone, & nebulis,

Obseditque frequens castrorum limina bubo,
Nec densæ trepidis absunt se inuoluere nubes,
Cessaruntque aquilis.

Fuit dirum omen si reliquis castris aëre liquido, & puro, aquilæ solæ nebulis obducerentur. De Cometa,

Non vnus crine corusco
Regnorum euersor rubuit lethale Cometes.

De lupis in castra irrumpentibus,

Castra quoque, & vallum rabida sub nocte silenti
Irrupere feræ, raptique ante ora pauentum
Adiunctos vigilis sparserunt membra per agros.

Manes è sepulchris erumpere visos ostendit,

Ludificante etiam terroris imagine somnos
Gallorum visi bustis erumpere manes.

De terræ motu, & templis sanguine fluentibus

Terque, quaterque solo penitus tremuere reuulsæ
Tarpeiæ rupes, atque atro sanguine flumen
Manauit Iouis in templis, lacrymæque vetusta
Effigie patris large fluxere Quirini,
Horrificis se se extulit Allia ripis.

De facibus volantibus,

Axe super medio Libyes à parte corusca
In Latium venere faces, ruptusque fragore
Horrisono polus, & vultus patuere tonantis.
Aetnaos quoque contorquens è cautibus ignes
Lemnius intonuit, scopulisque in nubila iactis
Phlegræus tetigit trepidantia sydera vertex.

Ipsa etiam militum repentina consternatio malo omini fuit.

Ecce inter medios belli præsagus, & ore
Attonito, sensuque simul, clamoribus implet
Miles castra feris, & anhelat clade futura.

Idem libro 5. alia cladis omina exsequitur, de pullis non pascentibus, nec tripudium sonuium facientibus, de tauris ad aras lugubre mugientibus, ante Saguntinum excidium.

Tunc ales priscum populis de more Latinis
Auspicium, cum bella parant, mentesque Deorum
Explorant super euentu, ceu præscia luctu
Damnauit vesci, planctúque alimenta refugit.
Nec rauco taurus cessauit flebile ad aras
Immugire sono, pressamque ad colla bipennem

Incerta

A *Incerta ceruice ferens altaria liquit.*

De sanguine cum vellerentur signa è terra erumpente.

Signa etiam effusa certant dum vellere mole
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans cruor, & cædis documenta futuræ.
Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento.

De fulminibus inauspicatis.

Ac super hæc Diuum genitor terrásque, fretúmque
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Thrasymeni torsit in vndas,
Ictúsque æthereæ per stagna patentia flamma
B *Fumauit lacus, atque arserunt fluctibus ignes.*

De signis quæ velluntur,

——Tum signa sequentur
Nulla vulsa manu, vesciique interritus ales
Gaudebit, nullósque vomet pia terra cruores.

Lucanus,

Indigetes fleuisse Deos, vrbísque laborem
Testatos sudore lares, delapsáque templis
Dona suis, dirásque diem fœdasse volucres
Accipimus, sylvisque feras sub nocte relictis
Audaces media posuisse cubilia Roma.
C *Tunc pecudum faciles humana ad murmura linguæ,*
Monstrosique hominum partus, numeróque modóque
Membrorum, matrémque suus conterruit infans.

Dio lib. 43. καί τι τοῦ δαιμονίου τὴν ἧτταν ἐναργέστατα προσημήναντος. οἵ τε γὰρ ἱδρῶτες τῶν ἀγαλμάτων καὶ αἱ ἠχαὶ τῶν στρατοπέδων, &c. *Ante pugnam Mundensem Deus cladem Pompeio clarissimè prænuntiauit. Nam & sudores simulacrorum, & sonitus in aëre exercituum, multi animalium monstrosi partus, faces à celi facie in occiduam partem percurrentes, quæ eo tempore per Hispaniam prodigia edebantur, non aperte vtri minarentur exitium sciri poterat. Verum Aquilæ exercitus Pompeiani alas suas concutientes, fulmináque quæ aurea nonnullæ pedibus gestabant, proiicientes Pompeio perniciem palam prænuntiabant, ipsaque ad Cæsarem auolabant.* Lucanus.

Dirúque per populum Cumanæ carmina vatis
D *Vulgantur, tunc quos sectis Bellona lacertis*
Sæua mouet, cecinere Deos, criménque rotantes
Sanguineum populis vlularunt tristia Galli.
Compositis plenæ gemuerunt ossibus vrnæ,
Tunc fragor armorum, magnaque per auia voces
Audita nemorum, & venientes cominus vmbræ,
Quique colunt iunctos extremis mœnibus agros
Diffugiunt.
Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Miscentur, tantum nox atra silentibus vmbris
Edidit, & medio visi consurgere campo.
E *Tristia Syllani cecinere oracula manes,*
Tollentémque caput gelidas Anienis ad vndas,
Agricolæ fracto Marium fugere sepulcro.

Appianus lib. 4. antequam triumuiri proscriberent, τέρατα, καὶ σημεῖα ἐν Ῥώμῃ πολλά, καὶ φοβερὰ ἦν. κύνες τε γὰρ ὠρύοντο ὁμαλῶς οἷα λύκοι σύμβολον ἀηδές, καὶ λύκοι τὴν ἀγορὰν διέθεον, &c. *Multa horrenda in vrbe visa sunt prodigia. Nam & canes vlulabant vt lupi, signum ingratum, & lupi per forum discurrebant animal inassuetū vrbibus, bos humana voce loquutus est. exauditi sunt magni clamores virorum, & armorū crepitus, strepitúsque equorum currentium,* ἀμφί τε τὸν ἥλιον ἀηδῆ σημεῖα πολλά, καὶ λιθώδεις ἐγίγνοντο ὑετοί, καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς εἰς ἱερά, καὶ ἀγάλματα ἔπιπτον, *& circa Solem multa signa inauspicata, & pluuia lapidum, & fulmina continua in templa & simulacra incubuerunt. His procurandis Senatus aruspices ac vates acciuit ex Hetruria, quorum natu maximus redituram att regnum quale priscis temporibus fuerat, cunctósque seruituros se vno excepto,* τὸ σῶμα κατεῖχε, καὶ τὸ πνεῦμα ἕως ἀπέθανε: *os & spiri*

& spiritum compreßit donec exanimis fieret. Plutarch. in Fabio, σημεῖα δὲ τὰ μὲν συνήθη Ῥωμαίοις, ἀπὸ κεραυνῶν, τὰ δ' ὅλως ἐξηλλαγμένα, καὶ πολλὴν ἀτοπίαν ἔχοντα προσέπιπτε. θυρεούς τε γὰρ ἀφ' αὐτῶν αἵματι γενέσθαι διαβρόχους ἐλέχθη, καὶ θέρη σταχύων περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι, καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους, καὶ φλεγομένους φέρεσθαι, τοῦ δ' ὑπὲρ Φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει: *Signa quidem consueta Romanis è fulminibus erant, alia autem omnino mutata, & aliena contigerunt. Clypei sponte sanguine madidi deprehensi, circa Antium segetes quæ metebantur sanguinolenta, lapides igniti, & ardentes ex aëre cecidere, supra Falerios cum cælum discesisset multæ tabellæ delapsæ, ac sparsæ sunt, & harum vni inscriptum diserte, Mars sua arma mouet.* Sueton. in Galba cap. 10. *in munitione oppidi quo sedem bello delegerat repertus est anulus opere antiquo, scalptura gemmæ victoriam cum trophæo exprimente, ac subinde* (leg. sub id) *Alexandrina nauis Dertosam appulit armis onusta sine gubernatore, sine nauta, ac vectore vllo, antequam Galba imperium sumeret.* Plutarch. in Marcello, καὶ γὰρ ἄλλα πολλὰ σημεῖα διετάραττεν αὐτόν. ἱερῶν τινῶν κεραυνώσεις, καὶ μύες τὸν ἐν Διὸς χρυσὸν διαφαγόντες. ἐλέχθη δὲ καὶ βοῦν ἀνθρώπου φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ παιδίον ἐκ κεφαλῆς ἐλέφαντος γενέσθαι, καὶ περιγενέσθαι περὶ τὰς ἐκχύσεις, καὶ ἀποτροπὰς δυσιεροῦντας. οἱ δὲ μάντεις κατεῖχον αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ: *Multa alia signa Marcellum turbabant. quædam templa de cælo icta sunt, mures aurum in templo Iouis comederunt. Bos hominis voce loquutus dicitur, puer natus capite elephanti, & superstes fuisse, cum in prodigiis auerruncandis aruspices aduersa sacra experirētur. vates autē eum Romæ morabantur.* locum illū corruptum esse arbitror. Quid enim sibi volunt illa verba, καὶ περιγενέσθαι περὶ τὰς ἐκχέσεις, vel ἐκχύσεις, καὶ ἀποτροπὰς δυσιεροῦντας? Legendum, τῶν μάντεων περὶ τὰς ἐκχύσεις, καὶ ἀποτροπὰς δυσιερούντων. Idem in Sylla, Lucullus ad Fidentiam, sexdecim cohortes contra quinquaginta hostium cohortes ducens cum multos inermes haberet, subdubitabat, ἀπὸ τοῦ πλησίον πεδίου λειμῶνα ἔχοντος αὔρα φέρουσα μαλακὴ πολλὰ τῶν ἀνθέων ἐπέβαλε τῇ στρατιᾷ, καὶ κατέσπειρεν αὐτομάτως ἐπιμένοντα, καὶ περιπίπτοντα τοῖς θυρεοῖς, καὶ τοῖς κράνεσιν αὐτῶν, ὡς φαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐστεφανωμένους, *aura mollis è campo vicino in quo pratum fuit multos flores iniecit in exercitum, & sparsit sponte insidentes clypeis, & galeis, vt hostibus viderentur Syllæ milites coronati.* Cum missus esset ad bellum sociale Sylla scribit, χάσμα μέγα γενέσθαι περὶ Λαβέρνην, ἐκ δὲ τούτου πῦρ ἀναβλύσαι πολύ, καὶ φλόγα λαμπρὰν στηρίσαι πρὸς τὸν οὐρανόν, εἰπεῖν δὲ καὶ τοὺς μάντεις, ὡς ἀνὴρ ἀγαθὸς ὄψει διάφορος, καὶ περιττὸς ἄρξας, ἀπαλλάξει τῇ πόλει ταραχὰς τὰς παρούσας. τοῦτον δὲ αὐτὸν φησὶν εἶναι ὁ Σύλλας: *labem factam esse, & hiatum ad Lauernum, vnde ignis multus eruperit & flammam lucidam ad cælum sustulerit, vates autem dixisse, fore vt vir fortis aspectu conspicuus, & excellens imperans liberaret vrbem præsenti tumultu, seque hunc ait esse Sylla, de quo vates prædixerant.* Dionys. lib. 7. οἱ παρὰ τὰ στρατόπεδα ῥέοντες αὐτῶν ποταμοὶ Οὐολτοῦρνος ὄνομα θατέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ Γλάνις ἀφέντες τὰς κατὰ φύσιν ὁδούς, ἀνέστρεψαν τὰ νάματα, καὶ μέχρι πολλοῦ διετέλεσαν ἀπὸ τῶν στομίων ἀναχωροῦντες ἐπὶ τὰς πηγάς: *Fluuij Cumanorum qui ad eorum vrbem fluebant, Vulturnus, & Glanis, relicto ordinario, & naturali alueo sursum verterunt cursum, & diu perseuerarunt ab ostiis suis refluere ad fontes suos.* Plutarchus in Cæsare, Nocte ante prœlium Pharsalicum cum custodias obiret Cæsar περὶ τὸ μεσονύκτιον ὤφθη λαμπὰς οὐρανίου πυρὸς ἣν ὑπερενεχθεῖσαν τὸ Καίσαρος στρατόπεδον λαμπρὰν, καὶ φλογώδη γενομένην ἔδοξεν εἰς τὸ Πομπηΐου καταπεσεῖν, *media nocte visa est lampas cælestis ignis, quæ cum supra exercitum Cæsaris clara & inflammata ferretur, visa est in exercitum Pompeij cadere.* Ante mortem Cæsaris. σέλα μὲν οὖν οὐράνια, καὶ κτύπους νύκτωρ διαφερομένους πολλαχοῦ, καὶ καταίροντας εἰς ἀγορὰν ἐρήμους ὄρνιθας, πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους διαπύρους ἐπιφερομένους φανῆναι. στρατιώτου δὲ ἀνδρὸς οἰκέτην ἐκ τῆς χειρὸς ἐκβαλεῖν πολλὴν φλόγα, καὶ δοκεῖν καίεσθαι τοῖς ὁρῶσιν. ὡς δὲ ἐπαύσατο μηδὲν ἔχειν κακὸν τὸν ἄνθρωπον: *Fulgura cælestia, & sonitus noctu multas in partes differri, & aues solitarias in forum inuolasse, multos homines in igne ferri visos esse, & militis famulum manu eiecisse multam flammam, ita vt spectantibus vri videretur. vt quieuit flamma, vir ille nihil mali passus est.* Idem in Antonio, Pisaura vrbs Antonij hereditaria ad Adriā hiatu absorpta est. Apud Albā statua vna Antonij multos dies sudore fluxit, nec multis detergentibus quieuit. Apud Patras eum ageret, Herculeum fulmine conflagrauit, & Athenis Dionysius è gigantum prœlio vi ventorum excussus in theatrum delatus est. Antonius autem ad Herculem genus suum referebat, Dionysio vitæ instituto similem se esse dicebat, nouus Dionysius dictus. Eadem procella Eumenis, & Attali Colossos quibus Antonij nomen inscriptum erat, illapsa solos ex multis euertit.

CAP. II.

De Prodigiosis eluuionibus.

ELVVIONES repentinæ præter consuetudinem in prodigiis habitæ sunt. Horatius lib. 1. Od. 2. ante bella ciuilia,

> *Vidimus flauum Tiberim retortis*
> *Littore Hetrusco violenter vndis*
> *Ire deiectum monimenta regis,*
> *Templáque Vestæ.*

Anastasius Biblioth. in vita Gregor. 2. *Signum in Luna factum est, & visa est cruentata vsque ad mediam noctem. Tiberis alueum suum egressus sese per campestria dedit, & per portam Flaminiam in vrbem ingressus est. Transcendit & aliquibus in locis muros vrbis, atque vltra basilicam Sancti Marci per plateas se extendit, ita vt in via lata ad vnam & semis staturam aqua eiusdem fluminis excreuisset. Domos itaque euertit, agros dissipauit eradicans arbusta, & segetes. Per dies septem aqua Romam tenebat peruasam.* Dio lib. 57. τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριδος πολλὰ τῆς πόλεως κατασχόντος, ὥστε πλευσθῆναι, οἱ μὲν ἄλλοι ἐν τέρατος λόγῳ, καὶ τοῦτο, ὥσπερ περὶ τότε μέγεθος τῶν σεισμῶν: *Fluuio Tiberi multa vrbis loca obsidente, vt nauigaretur, alij prodigium putarunt, vt & frequentes terræ motus.* Tertullianus in Apologet. *Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cælum stetit, si terra mouit.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Veienti bello cum lacus Albanus præter modum creuisset Veientem quendam ad nos profugisse, eumque dixisse, ex fatis quæ Vesentes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redundaret, & si lacus emissus lapsu, & cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum populo Romano, sin autem ita esset eductus, vt ad mare peruenire non posset, tum salutare nostris fore. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est.* Alladius Albæ Rex post Tiberiuum & Agrippam imbribus & fulminibus in eius ædes irruentibus, τῆς λίμνης παρ' ἧς οἰκῶν ἐτύγχανε πλημμύραν οὐκ εἰωθυῖαν λαβούσης καταχλυσθεὶς πανοίκιος ἀπόλλυται: *Stagnoque iuxta quod habitabat præter solitum exundante diluuio cum tota domo absorptus est,* ait Dionysius Halycarn. lib. 1. Liuius libro 24. *Et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi fluxisse vt serias, doliaque quæ in eo loco erant prouoluta veluti impetus torrentis tulerit.* Dio lib. 47. Ante pugnam Philippensem ποταμοί τε ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν οἱ μὲν παντάπασιν ἐξέλιπον, οἱ δ' ἀνάπαλιν ῥεῖν ἤρξαντο. Idem in Augusto, Cornelio & Valerio Messala Consulibus σεισμοί τε ἐξαίσιοι συνέβησαν, καὶ ὁ Τίβερις τήν τε γέφυραν κατέσυρε, καὶ πλωτὴν τὴν πόλιν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐποίησε. lib. 53. Cum Octauius dictus esset Augustus, ὁ Τίβερις πελαγίσας πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς πεδίοις Ῥώμην κατέλαβεν, ὥστε πλεῖσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ μάντεις ὅτι ἐπὶ μέγα αὐξηθείη, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν ἕξοι προέγνωσαν. Socrates lib. 3. cap. 4. σεισμὸς ἐπιγενόμενος πολλὰς τῶν πόλεων ἔβλαψεν, ἥ τε θάλασσα τοὺς οἰκείους ὅρους ἐνήλλαξεν. ἐν τισὶ γὰρ τόποις τοσοῦτον ἐπέκλυσεν, ὡς τοὺς πρώην βασίμους τόπους πλεῖσθαι, ἑτέρων δὲ τόπων τοσοῦτον ἀπέστη, ὡς ἐν ξηρᾷ εὑρεθῆναι. Plutarchus in Camillo de bello Veienti, lacus Albanus initium habens in se, & finem pinguibus clausus montibus ἀπ' οὐδενὸς αἰτίου πλὴν εἰ θείου αὐξόμενον ἐπιδήλως διωγκοῦτο, καὶ προσίσχετο τῶν ὑπωρειῶν: *nulla de causa nisi si qua diuina, auctus, manifesto intumuit, & astitit dorsis montium, & summos vndequaque tumulos attigit, sine æstu, & fluctu insurgens. Id pastoribus erat primum, ac bubulcis miraculo. Verum vbi repagulo, quod veluti vallo, & ceruis, à subiectis campis arcebat lacum præ copia refracto, magno iam impetu per saxa, & arbusta in mare defluxit, tum non Romanos modo consternauit, verum & omnibus Italiam incolentibus visum est magni quid portendere.* Idem in Alex. ἐστὶ δὲ τῆς Λυκίας κρήνη περὶ τὴν Ξανθίων πόλιν, ἧς τότε λέγουσιν αὐτομάτως περιτραπείσης, καὶ ὑπερβαλούσης, ἐκ βυθοῦ δέλτον ἐκπεσεῖν χαλκῆν, τύπους ἔχουσαν ἀρχαίων γραμμάτων ἐν οἷς ἐδηλοῦτο παύσεσθαι τὴν Περσῶν ἀρχὴν ὑπὸ Ἑλλήνων καταλυθεῖσαν: *Fons est Lyciæ propter Xanthiorum vrbem, qui cum id temporis sponte auersus exundasset, è fundo tabulam æream eiecit litteris priscis inscriptam, quibus Persarum Imperium à Græcis euertendum denuntiabatur.* Liuius lib. 30. cap. 38. *Inter quæ etiam aquarum insolita magnitudo in religionem versa. Nam ita abundauit Tiberis, vt ludi Apollinares Circo inundato extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati sint.*

CAP. III.

De Prodigiis sudore, aut sanguine manantibus.

PER initia belli Gallici, vt Plutarchus in Marcello scribit, ὤφθη μὲν αἵματι ῥέων ὁ διὰ τῆς Πικηνίδος χώρας ποταμὸς, ἐλέχθη δὲ τρεῖς σελήνας φανῆναι περὶ πόλιν Ἀρίμινον: *Fluuius per*

Picen

Picentinum agrum fluere sanguine visus est, fermo fuit tres Lunas propter Ariminum vrbem visas esse. A Silius lib. 1.

Vultusque in marmore sudat Elisæ.

Dio. Cn. Caluino, & Valer. Messala Coss. τὰ ἀγάλματα τὰ μὲν ἵδρωσε, τὰ δ' ἐκεραυνώθη. lib. 43. Ante pugnam Mutinensem, σὺν τῷ ἀγαλμάτων ἱδρῶτας. Cicero lib. 1. de Diuinat. *Apollo Cumanus sudauit.* Scholiast. Apoll. ὅταν μέλλῃ συμβαίνειν χαλεπὸν εἰώθε τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν. quod factum Athenis ante pugnam ad Chæronæam. Plutarchus in Alexandro, καὶ τὸ περὶ λεῖβηθρα τὸ Ὀρφέως ξόανον κυπαρίττινον ἱδρῶτα πολὺν ὑπὸ τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἀφῆκεν: *Simulacrum Cupressinum Orphei ad lebethra multo sudore id temporis fluxit cum instrueret Alexander exercitum in Persas.* In Coriolano, *ligna, & lapides subinde situm contrahunt vnde gignitur mador. Varios enim edunt sua sponte colores, & accipiunt tincturas ex aëre, quibus diuinitus aliquid nihil prohibeat portendi. Iam fieri queat, vt stridori, & gemitui signa similem vocem reddant ex ruptura, vel distractione par-* B *tium interiorum violenta.* In Camillo. ἱδρῶτας ἀγαλμάτων πολλάκις ἐκχυθῆναι, στεναγμοὺς ἀκουσθῆναι, ἀποστροφάς τε δεικνύντας, καὶ καταμύσεις ξοάνων: *Simulacra sæpe sudores effudisse, audita suspiria, & gemitus, auertisse se, & nictasse conniuentia.* Liuius lib. 28. cap. 11. *Ab Antio nuntiatum est cruentas spicas metentibus visas esse. Cære porcus biceps, & agnus mas, idemque fœmina natus erat, & Albæ duos Soles visos referebant, & nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro Romano loquutus, & ara Neptuni multo sudore manasse in Circo Flaminio.* lib. 27. cap. 13. *Albana aqua cruenta fluxit.* lib. 24. cap. 44. *Amiterni flumen cruentum fluxit.* Appianus lib. 4. Antequam triumuiri proscriberent inimicos, βρέφος ἀρτίτοκον ἐφθέγξατο, καὶ τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἴδρου, τὰ δὲ καὶ αἷμα ἴδρου: *infans recens natus loquutus est, & simulacra alia sudore, alia sanguine fluxerunt.* Dio lib. 40. post cædem Clodij βοῦς ἐν τῇ πόλει ὤφθη, ἀγάλματι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἵδρωσε, καὶ λαμπὰς ἐκ νότου πρὸς ἀνατολὰς διέδραμε: *bubo in vrbe visus, simulacrum quoddam tres dies sudauit, fax à meridie ad ortum transcurrit, multa quoque fulmina deciderant, sanguine, glebis, lapidibus, testis pluerat.* Herodotus lib. 7. oraculum, C πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει, οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεούμενοι ἑστήκασι δείματι παλλόμενοι: *Multa immortalium templa igni ardenti tradet, qui nunc sudore fluentes stant agitati metu.* Cicero lib. 1. Diuination. *Lacedæmoniis paulo ante Leuctricam calamitatem, quæ significatio facta est cum in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manauit.*

Virgil.

Et mæstum illacrymat templis ebur, æraque sudant.

Apollonius lib. 4.

ἠ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
Αἵματι, καὶ μυκηθμοὶ σηκοῖς ἐνὶ φαντάζωνται.

Aut cum sponte simulacra sanguine sudantia fluunt, aut mugitus audire nos in templis arbitramur. D

CAP. IV.

De Simulacris Deûm.

SIMVLACRA Deûm, & vexilla interdum se non sine prodigio ad ortum, aut austrum sponte conuerterunt. Dio lib. 41. sub finem. *Terra mouit in foris publicis, vbi lectisternium erat Deorum, capita quæ in lectis erant auerterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Ioui apposita fuit, decidit. De mensa quoque oleas prægustasse mures in prodigium versum est. Ad ea expianda nihil vltra quam vt ludi instaurarentur actum est,* τὸ μητρὸς θεῶν ἄγαλμα πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς πρότερον βλέπον πρὸς δυσμὰς ἀπ' αὐτομάτου μετεστράφη, ait Dio lib. 46. *Matris Deum simulacrum* E *de cælo delapsum quod prius ad ortum spectabat ad occasum sponte conuersum est. Pranestæ lana volitauit.* Valerius Maxim. lib. 1. cap. 8. *Veiis simulacrum Iunonis Monetæ per iocum interrogatum an Romam migrare vellet, velle se respondit. Fortunæ item muliebris simulacrum quod est via Latina ad quartum milliarium non semel, sed bis loquutum constitit, his pene verbis, bene me matronæ vidistis, riteque dedicastis.* Apud Ammianum, *Cadauer contra occiduum latus extensum malo omini fuit.* lib. 25. *Nam & Maximiani statua Cæsaris locata in vestibulo Regiæ amisit repente sphæram æream formatam in speciem poli quam gestabat, & cum horrendo stridore sonuerunt in consistorio trabes.* Suetonius in Caligula cap. 57. *futuræ cædis multa prodigia extiterunt. Olympiæ simulacrum Iouis tantum cachinnum repente edidit, vt machinis labefactis opifices diffugerint.* lib. 1. Diuinat. *Ante Leuctricam cladem Lysandri statuæ quæ Delphis stabat in capite corona subito exstitit ex asperis herbis, & agrestibus. Quid cum Cumis Apollo sudauit, Capuæ victoria? quid ortus Androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? quid quod fluuius atra*

A *atratus sanguine fluxit? Sisenna exponit initio belli Marsici, & Deorum simulacra sudauisse, & sanguine fluxisse.*

CAP. V.

De Anguibus.

EX anguibus in malam, & bonam Scæuam auguria capiebantur. Plutarchus in Gracchis. Antequam Tiberius in Senatu laceraretur, εἰς κράνος αὐτοῦ ᾧ πρὸς τὰς μάχας ἐχρῆτο καταδύντες ὄφεις ἔλαθον ἐντεκόντες ὠά, καὶ ταῦτα ἐξεγλύψαντο, *angues in galeam eius qua in prælijs vtebatur subeuntes clam oua posuerunt, & excluserunt, dirum fuit omen.* Liuius lib. 28. cap. B 11. *Satricanos haud minus terrebant in ædem Iouis foribus ipsis duo prolapsi angues.* lib. 41. cap. 21. *Ceritésque anguem in oppido suo iubatum aureis maculis sparsum apparuisse, & in agro Cumano bouem locutum esse.* lib. 1. cap. 56. *Anguis ex columna lignea elapsus cum terrorem, fugamque in regiam fecisset, ipsius Regis* (Tarquinij Superbi) *non tam subito pauore perculit pectus, quam anxiis impleuit curis.* Valerius libro primo. *Mancinus consul in Hispaniam iturus cum Genuæ scapham esset ingressus anguis eximiæ magnitudinis visus è conspectu abiit: dirum ostentum fuit.* In Epiro lucus Apollini sacer est intra quem dracones sunt Deo sacri. ἡ τίνω ἱέρεια γυνὴ παρθένος πάρεισι μόνη, καὶ τροφὴν τοῖς δράκουσι κομίζει, &c. *Antistita nuda Virgo sola adest, & dat cibum draconibus, quam si accedentem placidè aspexerint annum vberem, & salubrem significant. Si respuunt cibos, aut feri videntur, inauspicatum est.* Ælianus lib. 11. Histor. Animant. cap. 2. Plutarch. *in Agi, qui Cleomenis corpus cruci suffixum custodiebant, draconem ingentem conspexerunt,* τῇ κεφαλῇ περιεπλεγμένον, καὶ ἀπο- C κρύπτοντα τὸ πρόσωπον, ὥστε μηδὲν ὄρνεον ἐφίπτασθαι σαρκοφάγον, *eius capiti circumplicatum faciem eius tegentem, ita vt nulla auis carniuora attingeret.* Deus habitus est ab Ægyptiis. in Gracchis, λέγεται δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης ζεῦγος δρακόντων. τοὺς δὲ μάντεις σκεψαμένους τὸ τέρας, ἀμφοτέρους μὲν οὐκ ἐᾶν ἀνελεῖν, οὐδὲ ἀφεῖναι: Tiberius *dicitur aliquando in lecto par draconum comprehendisse, aruspices perpenso prodigio vetuisse ne vtrumque occideret, vel dimitteret, de altero asseuerasse si necatus mas foret funestum Tiberio esse, Corneliæ verò, si femina. Tiberius marem sustulit, emisit fœminam.* Plaut. Amphitr. *Deuolant angues iubatæ deorsum in impluuium duo.* Theophrast. de superstit. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι: *Si viderit serpentem domi sacellum ibi ponere.* Terent. Phorm. act. 4. scen 4.

Post illa monstra euenerunt mihi.
Introiit in ædes ater alienus canis,
D *Anguis per impluuium decidit, de tegulis*
Gallina cecinit: interdixit ariolus,
Aruspex vetuit, ante brumam aliquid noui
Negotij incipere. ——

Dio lib. 45. ὅτε Ἠριδανὸς ἐπὶ πολὺ τῆς πέριξ γῆς πελαγίσας ἐξαίφνης ἀνεχώρησε, καὶ παμπληθεῖς ἐν τῷ ξηρῷ ὄφεις ἐγκατέλιπε, καὶ ἰχθῦς ἐκ τῆς θαλάσσης ἀμύθητοι κατὰ τὰς Τιβέριδος ἐκβολὰς ἐς τὴν ἤπειρον ἐξέπεσον: *Eridanus cum longe latéque exundasset, repente in alueum se recepit, reliquitque quam plures angues in sicco, & pisces innumeri è mari ad ostia Tiberis in continentem eiecti sunt.* Cic. lib. 1. Diuinat. *vt apud Homerum Calchas qui ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est.* Homerus lib. 1. Iliad.

Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aquai
E *Vidimus immani specie, toruáque draconem,*
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos, quos cum consumeret octo
Nona super tremulo genitrix clangore volabat.

Serpens ex ara lapsus faustus. Virgil. lib. 5.

Dixerat hæc adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras.

Idem nota Imperij Vopiscus Aureliano, *Pueri peluem serpentem plerumque cinxisse, neque vmquam occidi potuisse.* Cic. lib. 2. de Diuinat. *Roscius infans serpentis amplexu circumplicatus, responderunt aruspices illo nihil clarius fore.* Liuius lib. 25. cap. 16. *Angues duo ex occulto allapsi edere secur, conspectique repente ex oculis abierunt.* Spartianus, *Seuero dormienti in stabulo serpens caput cinxit, &*

sine noxa expergefactis, & acclamantibus familiaribus abiit. Capitolin. in Maximo. *Maximino iunio-* A *ri serpens dormienti caput circumdedit.* Occursus serpentis in itinere inauspicatus est. Horat. lib. 3. Od. 27.

Rumpat & serpens iter institutum,
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit mannos. ———

Valerius Maxim. lib. 1. cap. 6. & Cicero lib. 1. Diuinat. *Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium ab infima ara subito anguis emersit. Cum quidam Posthumius aruspex oraret illum vt in expeditionem exercitum educeret, id cum Sylla fecisset tum ante oppidum Nolam, florentissima Samnitum castra cepit. Cum ad interpretem portentorum quidam retulisset quasi ostentum quod anguis domi vectem circumnexus fuisset. Respondit ille, tum esset ostentum si anguem vectis circumplicasset.* Dio lib. 41. ἐκβαίνοντος ἐκ τῆς νεὼς αὐτοῦ ὄφεις τὸ ἴχνος ἐπισυρόμενοι συνέχεον: *cum Dyrrachium Pompeius adnauiga-* B *ret fulminibus aliquot milites exanimati sunt, signa militaria araneæ insederunt, ipsius Pompeij è naue egressi vestigium serpentes aduoluti confuderunt.* Dio lib. 50. Ante prœlium Actiacum ἐν τῇ Τυρσηνίδι δράκων δικέφαλος μέγας, ὥστε καὶ ἐς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πόδας ἐξικνεῖσθαι, αἰφνίδιον ἀνεφάνη, καὶ πολλὰ κακώσας ἐκεραυνώθη, *in Hetruria draco biceps longus pedes 85. subito apparuit. Qui cum multa vastasset de cælo ictus est.* lib. 58. ante Seiani cædem *capite eius statuæ sublato vt posset inspici quidnam rei esset, serpens ingens exsiluerat, rursusque alio capite imposito, cum propter hæc sacrificare vellet, inuentus est funis capiti statuæ circumiectus. & ipse cum litare cuperet simulacrum fortunæ sese auertere viderat.* Xiphilinus in Nerone, λεβηρὶς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος παιδίου ἔτι ὄντος ἀφαιρεθεῖσα παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν ὅτι ἰσχὺν παρὰ τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται. Capitolin. de Maximino, *omina Imperij sanè hæc fuerunt. Serpens dormienti caput circumdedit. Scutum eius sub Sole arsit.* Herodotus lib. 1. Priusquam Sardes à Cyro expugnarentur, ἐνεπλήσθη τὸ προάστειον ὀφίων· οἱ δὲ ἵπποι μετιέντες C τὰς νομὰς νεμεσθαι φοιτέοντες κατήσθιον: *suburbium impletum est serpentibus. Equi autem pro pabulo serpentes comederunt, quo augurio captæ sunt Sardes.* Suetonius in Nerone, *Messalina misit qui puerum Neronem occideret in lecto eius, circum ceruicalia pueri deprehensis serpentis exuuiis territi sunt qui venerant, vt puerum occiderent. Illud spolium à matre aureæ armillæ inclusum est, quod dextro brachio gessit.* Seneca in Oedipo,

Tempore ex illo noua monstra
Semper protulit tellus, aut anguis imis
Vallibus annosa supra
Robora sibilat, supráque pinus,
Supra chaonias celsior arbores
Cæruleum erexit caput, D
Cum maiore sui parte recumberet:
Aut fœta tellus impio partu
Effudit arma,
Sonuit reflexo classicum cornu, &c.

Dio lib. 47. τῷ Λεπίδῳ ὄφις τέ τις ξίφει ἑκατοντάρχου περιπλακείς, καὶ λύκος ἔς τε τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς τὴν σκηνὴν δειπνοποιουμένου αὐτοῦ εἰσελθών, καὶ τὴν τράπεζαν καταβαλών: *Lepido serpens ensi centurionis circumplicatus visus est, & in castra, ipsumque tentorium prandentis Lepidi ingressus lupus, mensam deiecit, quo ostento & potentia Lepido, & difficultates in ea significari visa.*

C A P. V I.

E

De Prodigio vnguenti, vel Olei.

IN exercitu Bruti antequam ab Antonio deleretur, τῶν ταξιάρχων τινὸς ἀπ' αὐτομάτου τὸν βραχίονα μύρον ῥόδινον ἐξανθεῖν, καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας, καὶ ἀπομάττοντας μηδὲν περαίνειν: *Cuidam ordinum ductori sponte vnguentum roseum è brachio effloruisse, & nihil egisse, qui sæpius abstersèrant. Ante conflictum duas aquilas, medio inter vtramque aciem spatio concurrentes dimicasse, &* εἶξαι, καὶ φυγεῖν τὴν κατὰ Βροῦτον: *pulsam fugisse eam quæ à Bruto steterat.* Plutarch. in Bruto. Idem in Alex. *Præfectus eorum qui stragulis erant præpositi*, ὁ ἐπὶ τῶν στρωματοφυλάκων τεταγμένος, *dum tabernaculo regio locum fodit, iuxta Oxum amnem fontem olei aperuit.* Idem narrat & Arrianus. Monstri loco est quod Zonaras tom. 2. pag. 40. commemorat, in Capitolio ex ara Iouis tribus diebus, μιᾷ μὲν αἷμα, μιᾷ δὲ μέλι, καὶ ἐν ἑτέρᾳ γάλα ἀναδοθῆναι: *vna sanguinem, altera mel, tertia lac*

tia lac fluxisse. Dio l. 48. circa annum vrbis, 716. ἔλαιόν τε παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσε: *oleum apud Tiberim scaturierat.* Plinius. *Augusti Cæsaris principatu Romæ trans Tiberim è taberna meritoria oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione.* Pausanias in Corinthiacis, Epopeus cum Mineruæ templum perfecisset, expetiit à diua vt testaretur aliquo signo, an opus ei acceptum esset, μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἔλαιον λέγουσι ῥεῦσαι πρὸ τοῦ ναοῦ.

CAP. VII.

De Petris.

PETRAS augurium dedisse docet Dionys. lib. de situ orbis apud Illyricos,

———— ἀμφὶ δὲ αἶαν
Κείνην ἀμφοτέρωθεν ἐρηρέδαται δύο πέτραι,
Αἵτ᾽ ἄμφω συνιᾶσι δονεύμεναι, εὖτέ τις ἀρχὴ
Γίνεται ἐνναέτῃσι κυλινδομένοιο κακοῖο.

Circum terram illam vtrinque duæ petræ firmantur, quæ concurrunt agitatæ, quando aliquod initium incolis clades imminentis accidit. Plin. lib. 2. cap. 83. *In agro Mutinensi montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes, recedentésque anno ante sociale bellum.*

CAP. VIII.

De Prodigiis in Vexillis, & Equis.

DIo lib. 43. de pugna Pompeij ad Mundam, οἵ τε ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτῶν τάς τε πτέρυγας συνέσειον, καὶ τοὺς κεραυνοὺς οὓς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν τινες χρυσοῦς ἔφερον ἐξέβαλλον: *Aquilæ legionum Pompeij commouentes alas, & fulmina aurea quæ erant in pedibus abiicientes Pompeio cladem denuntiabant.* Florus lib. 2. cap. 6. *imminentem temerario duci cladem prædixerant insidentia signis examina, & Aquilæ prodire nolentes, & commissam aciem sequutus ingens terræ tremor;* Sueton. in Claudio, *Furius Camillus Scribonianus contra Claudium Imperator ductus à militibus ab iisdem oppressus est, postquam denuntiato ad nouum Imperatorem itinere, casu quodam, an diuinitus neque Aquila ornari, neque signa conuelli potuerunt.* Procop. lib. 2. *Antequam Antiochia à Chosroë expugnaretur signa militaria quæ occasum spectabant sua sponte militibus spectantibus conuersa sunt ad ortum, & ab ortu in occasum. Crasso exercitum traducente iuxta Zeugma crebra & atrocia tonitrua eruperunt, frequentia fulmina exercitui ex aduerso emicuere, ventus cum atra nube, & prestere procellosus in pontem eius temporarium incumbens magna ex parte durupit, locus castrorum bis fulmine ictus est.* ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον εἰς τὸ ῥεῖθρον ὑποβρύχιος ἠφανίσθη. λέγεται δὲ καὶ τῶν ἀετῶν ὁ πρῶτος ἀρθεὶς ἀπὸ ταὐτομάτου μεταστραφῆναι. πρὸς δὲ τούτοις συνέπεσε μετὰ τὴν διάβασιν μετρουμένοις τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις πρῶτα πάντων δοθῆναι φακοὺς, καὶ ἅλας ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νέκυσι, &c. *Equus ex prætoriis magnificè ornatus per vim abripiens rectorem in fluentum mersus non comparuit. prima Aquila sublata sponte conuersa est. Ad hæc accidit postquam transmisit amnem militibus quæ ad victum pertinent admetientibus dari prima omnium lentes, & salem, quæ Romanis sunt lugubria, & defunctis apponuntur. Iam ipsi Crasso excidit concionanti vox quæ grauiter consternauit exercitum, si quidem dixit,* τὸ ζεῦγμα τοῦ ποταμοῦ διαλύειν ὅπως μηδεὶς αὐτῶν ἐπανέλθῃ, *se rescissurum pontem, ne quis eorum regrederetur.* Plutarch. in Crasso. Idem in Sylla. Mario seditionem mouente πῦρ αὐτόματον ἐκ τῶν τὰ σημεῖα δοράτων ὑποφερόντων ἀνέλαμψε, καὶ κατεσβέσθη μόλις: *ignis sponte eluxit ex hastis quibus signa ferebantur, & vix exstinctus est.* In Gracchis, ἥ τε γὰρ πρώτη σημαία πνεύματος ἀφαρπάζοντος αὐτὴν, τοῦ δὲ φέροντος ἐγκρατῶς ἀντεχομένου συνετρίβη: *Primum signum vento rapiente, & signifero summa vi renitente defractum est. Victimas aris impositas disiecit procella, vltra terminos descriptionis, quæ facta erat vrbis condendæ, ipsos terminos irruentes lupi longè abstulere.* Lucan. lib. 7.

Necnon innumero cooperta examine signa,
Vixque reuulsa solo maiori pondere pressum
Signiferi mersere caput, rorantia fletu,
Vsque ad Thessaliam Romana & publica signa.

Antequam à Turcis Constantinopolis expugnaretur equus æreus D. Georgij bis hinnitu ciues de nocte terruit, vt Choniates, & Gregoras. Dio lib. 40. Ex Aquilis vna cum Crasso Euphratem transire noluit, ἀλλ᾽ ἐν τῇ γῇ ἐνεῖχεν ὥσπερ ἐμπεφυκὼς πρὶν δὴ πολλοὶ περιστάντες

βίᾳ αὐτὸν ἀνέσπασαν: sed terra ac si adnata esset infixa hæsit, donec multi circumstantes per vim auulserunt. Si velli signa non possent à signiferis cum in prœlium exeundum esset, in auspicatum habebatur. Silius,

> *Signa etiam effusa certant dum vellere mole*
> *Teter humo lacera nitentum erupit in ora*
> *Exultans cruor.*

Idem lib. 5.

> *—— tum signa sequentur*
> *Nulla vulsa manu, vescique interritus ales*
> *Gaudebit.*

Cic. lib. 1. Diuinat. Dionys. *cum per agrum Leontinum iter faciens equum ipse dimisisset in flumen, summersus equus voraginibus non extitit, quem cum maxima contentione non potuisset extrahere, discessit ægre ferens. Cum autem aliquantulum progressus esset, subitò exaudiuit, hinnitúmque respexit, & equum alacrē lætus aspexit, cuius in iuba examen apum consederat. Cum signifer primi hastati signum nō posset mouere loco, nec quisquam proficeret, plures cum accederent, Flaminius profectus aduersus Hannibalem neglexit.* Capitolin. in Pertinace, *Equi pullus ea hora qua natus est in tegula ascendit, atque ibi breuiter commoratus decidit, atque stella iuxta Solem visa sunt clarissimæ ante diem quàm obiret.* Sueton. in Iulio cap. 8. *Iulius Cæsar equorum greges quos in trauciendo Rubicone fluuio consecrarat, ac vagos sine custode dimiserat comperit pertinacissime pabulo abstinere, vbertímque flere.* Nonnus Dionysiac. sub finem lib. vlt. Dio lib. 40. ante cladem Crassi *σημεῖόν τι τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων, καὶ φοίνικα γράμματα ἐπ' αὐτοῖς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρατοῦ, καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων, vexillum è maioribus quæ similia sunt velis nauium puniceis litteris inscripta ad notitiam exercitus, & Imperatoris inuersum vi venti vehementis in flumen decidit. Crassus reliquis vexillis eiusdem longitudinis præcisis vt breuiora atque ad ferendum aptiora essent numerum prodigiorum auxit.*

CAP. IX.

De Prodigiis ex Boue, Ariete, Capris, Porco.

FIEBANT & prodigia in bubus, & porcis. Liuius lib. 21. cap. 62. *Bos in foro Boario in tertiam contignationem sua sponte scandit.* lib. 23. cap. 31. *Bos ad Sinuessam equuleum peperit.* Plutarchus in Dione, *βοῦς ἁμαξεὺς οὐκ ἀηθὴς, οὐδ' ἄπειρος ὄχλων*, &c. *Bos domitus non insolens, neque insuetus multitudinis forte tunc in rectorem irritatus, iugum fugiens cursu in theatrum contendit, populúmque ilico excitauit, & sparsit fugientem effuse, inde in aliam ciuitatis partem incurrit subsiliens, & turbans quantam post occupauerunt hostes.* Dirum omen fuit in Phocione, *αἱ ταινίαι μὲν αἷς περιελίττουσι τὰς μυστικὰς κοίτας βαπτόμεναι, θάψινον ἀντὶ φοινικοῦ χρῶμα, καὶ νεκρῶδες ἀνήνεγκαν: vicesimo die mensis Boëdromionis mysteriorum solemnibus quo die Bacchum ex Eleusine deducunt, fasciæ quibus mystica puluinaria circumuoluunt tinctæ, luridum pro puniceo colorem & pallidum retulerunt, & quod dirius est, priuata omnia quæ tincta erant eundem calorem induerunt. Mystam porcellum lauantem cetus in Pyræi portu corripuit, imásque corporis partes ad ventrem vsque deuorauit.* In Lucullo, *ἡ δὲ ἱερὰ βοῦς καὶ τρεφομένη τῇ θεῷ νομὴν μὲν εἶχεν ἐν τῇ περαίᾳ, κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν ἀποκριθεῖσα τῆς ἀγέλης μόνη διενήξατο πρὸς τὴν πόλιν, καὶ κατέστησεν ἐπὶ τὴν θυσίαν αὑτήν: Bos sacra quæ alebatur Proserpinæ trans fretum pascebat cum reliquo armento Cyzicenorum. Illa autem die derelicto armento sola tranauit ad vrbem, & se ipsam ad aram statuit.* Procopius in bello Gotthico, *Indæum* ait *è porcis quos in tria septa incluserat Iustiniani victoriam prædiuinasse.* Sueton. *Cœnante Vespasiano bos arator demisso iugo triclinium irrupit, ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes, ceruicémque submisit.* Tzetz. Chil. 1. Rhodi in monte Attaburio *æreæ boues mugitum edebant cum malum immineret, χαλκοῖ βοῦς μύκηθμον ἐξέπεμπον.* Plin. lib. 9. cap. 43. *Est frequens in prodigiis priscorum bouem loquutum, quo nuntiato Senatum sub dio haberi solitum.* Gregoras Annal. lib. 8. *Constantinopoli sub Andronico antequam vrbs caperetur, cum sacri hymni decantarentur sus cœnosus in Ecclesiam irrumpens religionis in peius mutationem portendit.* Solin. cap. 45. Ex bubus ortum prodigium narrat. De Ariete Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 7. *Traditur in libro Hetruscorum si hoc animal insolito colore fuerit indutum, portendi Imperatori rerum omnium felicitatem. Est super hoc liber Tarquitij transcriptus ex ostentario Tusco.* De prodigio ex capris vide Pausaniam in Boëoticis.

CAP.

A

CAP. X.

De Prodigiis Quadrigarum, & Panum crescentium.

TARQVINIVS currum figlinum Thuscis opificibus Iouis Capitolini fastigio imponendum locauit, qui in fornace in tantam molem excreuit, *ὥστε μόλις ἐξαιρεθῆναι τὴν ὀροφὴν ἀποσπασθεισῶν τῆς καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρεθέντων*, *ita vt fornacis culmine ablato, & parietibus deiectis ægre educeretur. Id quia visum est vatibus cæleste felicitatis prodigium penes quos ea quadriga foret, statuerunt eam Romanis repetentibus non tradere Veientes*, ait Plutarchus in Poblicola. Plin. lib. 28. cap. 2. *Multi magnarum rerum fata, & ostenta verbis permutari prodiderunt, quod accidit cum in fastigium delubri Capitolini præparata quadrigæ figlinæ in fornace creuissent.* Ita & panis quem regina Macedoniæ coquebat famulo Perdiccæ, cum cresceret in

B furno, regnum ei portendit, vt docet Herodot. *διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ.*

CAP. XI.

De Carnibus humanis & sanguine.

QVO tempore Milo cæsus est, *μέλισσαι ἐν τῷ καπιτωλίῳ παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἱδρύθησαν*, *apes in Capitolio iuxta Herculis statuam consederunt, cum Isidi sacra fierent. Aruspices omnia templa Isidis, & Serapidis demoliri iusserunt. quod dum fit Bellonæ quoque ædes inscientibus*

C *illis deiecta est*, *καὶ ἐν αὐτῷ κεράμια ἀνθρωπείων σαρκῶν μεστὰ εὑρέθη. τότε ἐχομένῳ σεισμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο*, *in eaque vasa figulina carnibus humanis plena reperta sunt. Anno insequenti terra motus ingens accidit, buboque visus est*, *πρὸς δὲ τούτοις αἷμά τε ἐξ ἐργαστηρίου σιτοποιοῦ προχυθὲν ἀφίκετο πρὸς ναὸν ἕτερον τύχης, καὶ βρέφη τινὰ τὰς δεξιὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χεῖρας ἔχοντα ἐγεννήθη*: *Adhac sanguis è pistrino effusus profluxit ad alteram fortunæ, quam Anteuortam, & Postuortam dicunt, quod omnia quæ ante, & pone sunt cernat.* Interpres primigeniã esse vult, male meo animo, *ἣν ἐκ τοῦ πάντα τά τε ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ κατόπιν καὶ ἐφορᾶν καὶ ἐκλογίζεσθαι.* Dionys. lib. 10. *νιφετὸς ἐξ οὐρανοῦ κατέσκηψεν εἰς γῆν πολύς, οὐ χιόνα καταφέρων, ἀλλὰ σαρκῶν θραύσματα ἐλάττω, καὶ μείζω*, &c. *Nix de calo incubuit, frusta carnis maiora minoráque deferens, quorum bonam partem aduolantes omnis generis volucrum greges rostris diripiebant. reliquum quod in terram deciderat in vrbe, agrisque sparsum multo tempore nec colorem, nec odorem mutauit, nec computruit contra morem veterascentium carnium.* Sueton. in Calig. cap. 57.

D *Sacrificans respersus est Phœnicopteri sanguine, & Pantomimus Mnester tragœdiam saltauit, quam olim Neoptolemus tragœdus ludis quibus Rex Macedonum Philippus occisus est, egerat, & cum in laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomuit, vt plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundauit.* Dio lib. 46. ante prœlium ad Mutinam *τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ πρὸς τῇ Μουτίνῃ τιμώμενον αἷμά τε πολὺ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ γάλα ἀνῆκε*, *simulacrum Mineruæ quod Mutinæ colitur sanguinem, & postea lac emisit.* Milesia 9. Apul. *longè maius ostentum, & quod merito perhorrescerent exoritur. Sub ipsa enim mensa quæ reliquias prandij gerebat terra dehiscens imitus largissimus emicuit fons sanguinis. hinc resultantes vberrimæ guttæ mensam cruore perspergunt.* Q. Curtius lib. 4. *cum forte panem militum quidam frangeret manantis sanguinis guttas notauerunt, territoque Rege Alexandro, Aristander peritissimus vatum respondit, si extrinsecus cruor fluxisset Macedonibus id triste futurum, contra cum ab interiore parte manauerit vrbi quam obsidere destinassent exitium portendi.* Sueton.

E *Icarus primo conatu volans iuxta cubiculum Neronis cecidit, ipsumque sanguine aspersit.*

CAP. XII.

De Omine ex Lucerna.

OMEN captabant & è lucernæ fulgore. Macedonius in Antholog.

> Ἤδη φιλτάτη λύχνε τρὶς ἔπταρες.
>
> *Iam lucerna carissima ter sternutasti.*

Virgilius in Georgic.

> *Nec nocturna etiam ducentes pensa ministra*
>
> *Nesciuere hyemem, testa cum ardente viderent*

Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. A

Apuleius Milesi. 2. *Sibyllæ lucerna, quæ cæli negotia, & Solem ipsumde candelabri specula contuetur.* Metum instillabant in lucernam, vt sibi ominarentur. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Seu voluit tangi parca lucerna mero.

Item, *Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.*

Lib. 7. Antholog. ——— καὶ φιλάγρυπνον

λύχνον ἐμῶν κώμων πολλὰ πιόντα μέλη.

Amantem vigilias lucernam quæ multa carmina meorum bibit lusuum. Apuleius Milesi. 2. *Cum ecce iam vespera lucernam intuens, Pamphile quam largus, inquit, imber aderit crastino. Et percontanti marito qui comperisset istud, respondit sibi lucernam prædicere.* Ouid. epist. Cydip.

Vixque manu pigra toties infusa resurgunt
Lumina, vix moto corripit igne faces. B

Sueton. Tiberio. *Quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente decideret lumen & extingueretur, confidens, vt dicebat, ostento sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo, prælia inibat.*

CAP. XIII.

De Offensione Pedis.

SI exeuntes domo ad limen offenderent inauspicatum erat. Tibul. libro 1. eleg. 3.

O quoties ingressus iter mihi tristia dixi
Offensum in porta signa dedisse pedem.

Lucan. lib. 1. C

Nec limine quisquam hæsit.

Ianum & Vestam iratos putabant, si pes ad limen offendisset. Ouid. in Amorib.

Omina sunt aliquid, modo cum discedere vellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.

In Laodamia,

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit.

Cicero 2. Diuinat. *Quæ si suscipimus pedis offensio nobis, abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.* Salisberiens. lib. 1. Polycrat. *Si egrediens limen calcaneris, aut in via offenderis, pedem contine.* lib. 2. cap. 8. *Marcus euangelizandi causa Alexandriam proficiscens cum nauim egressus rupisset calceum, gratias agens iter suum expeditum esse protestatus est.* Plin. lib. 7. *Obiere Aemilius Lepidus incuso pollice limini cubiculi, & Aufidius cum egressus in Senatum iret offenso pede in Comitio.* D Milesi. 2. *è tribus iunior offenso pede atque obtunsis digitis terra prosternitur.* Apud Plutarchum Tiberius Gracchus prius quam necaretur domo egrediens tam violenter offendit ad limen, vt vnguis maioris digiti rumperetur, & sanguis è calceo flueret. Cornelius Nepos in Darete,

Inque ipso trepidus ter limine gressus
Fixit, ter rediit. ——

Ouidius de Myrrha,

Ter pedis offensi signo est reuocata.

Apud Plutarchum in Demetrio, Antigonus domo egrediens offendit ad limen vt in faciem ceciderit, & vnguem excusserit. E

CAP. XIV.

De Sonitu foliorum.

AMANTES sibi ludos faciebant in Sicilia, & bene ominabantur amori suo foliis complosis ex fragore & sonitu. Theocrit. Idyl. 3.

οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα,
ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη
Μᾶ μιμναμένω εἰ φιλεῖς με.

Neque Telefilon manu complosum fragorem reddidit, sed emarcuit ad tenerum cubitum me experiente an tibi

A *tibi carus essem.* ὡς δάφνη λακεῖ μέγα καππυρίσασα, κ' ἐξαπίνης ἄφθη, κ' οὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτῆς: *vt laurus arida magnum strepit, & statim accensa est, neque cinerẽ eius vidimus.* Tibullus lib. 2. eleg. 5.

> *Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis,*
> *Omine quo felix & sacer annus erat.*

At laurus bona signa dedit. crepitu lauri cum adureretur omina captarunt. explorabant item amorem puellarum, semina pomorum summis digitis expressa in altum vibrantes. Horatius sat. 3. lib. 2.

> *Quid cum Picenis excerpens semina pomis*
> *Gaudes si cameram percusti forte?*

Pollux lib. 8. Onomast. τὸ σπέρμα τῶν μήλων ἄκροις τοῖς πρώτοις τῆς δεξιᾶς δακτύλοις συμπιέζοντες εἰ πρὸς ὕψος πηδήσειεν, διεσημαίνετο τὴν τῶν εὔνοιαν παρὰ τῶν παιδικῶν: *Semen malorum summis digitis pri-* B *mis dextræ manus comprimentes si in altum* [illegible] *siliret, hoc significabat beneuolentiam ab iis quos amarent.*

CAP. XV.

De Muribus, Leporibus, Soricibus, Formicis.

MVRES etiam & formicæ auspicium fecere Mario seditionem mouente, ait Plutarch. in Sylla, κόρακες τρεῖς τῶν νεοσσοὺς προσαγαγόντες κατέφαγον, τὰ δὲ λείψανα πάλιν εἰς τὴν νεοσσιὰν ἀνήνεγκαν, καὶ μυῶν δὲ ἐν ἱερῷ χρυσὸν ἀνακείμενον διαφαγόντων, μίαν οἱ ζάκοροι πάγῃ θήλειαν λαμβάνουσι. ἡ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ πάγῃ τεκοῦσα πέντε, κατέφαγε τὰ τρία, &c. *Corrui tres nidos in conspectum hominum delatos comederunt, & reliquias rursum in nidum detulerunt, & cum mures au-* C *rum in templo repositum arroderent vnam ædituí fœminam muscipula capiunt, quæ in ipsa muscipula quinque editis tres deuorauit, & quod omnium fuit teterrimum ex claro, & sereno cælo vox increpuit tubæ acuta, & lugubris, vt obstupescerent, & cohorrescerent eius magnitudine omnes.* Liuius lib. 30. cap. 2. *Aurum in Capitolio corui non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse. Mures Latij coronam auream arroserunt. Circa Capuam omnem agrum locustarum vis ingens, ita vt vnde aduenissent parum constaret, compleuit. Arpini terra campestri agro in ingentem sinum consedit.* Ammianus Marcell. in Constantio, *Constantius seuerior fuit in diuinaculos. Nam si super occentu soricis, vel occursu mustelæ consuluisset aliquis peritum rapiebatur in iudicium.* Plutarch. in Sylla, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἐνυοῦς στρουθὸς εἰσέπτη πάντων ὁρώντων, τέττιγα φέρων τῷ στόματι καὶ τὸ μὲν ἐκβαλὼν μέρος αὐτοῦ κατέλιπε, τὸ δὲ ἔχων ἀπῆλθεν: *In templo Bellonæ passer in omnium oculis cicadam ferens ore, & partem eiiciens ibidem reliquit, alteram abstulit signũ seditionis.* in Cimone. μάντις ἀπέτεμε τὸ ἱερεῖον. τοῦ δὲ αἵματος τὸ πηγνύμενον ἤδη μύρμηκες D πολλοὶ λαμβάνοντες κατὰ μικρὸν ἔφερον πρὸς τὸν κίμωνα, καὶ τοῦ ποδὸς περὶ τὸν μέγαν δάκτυλον περιέπλαττον: *Cum Libero patri sacrificaret, & victimam aruspex prosecuisset, quod sanguinis concreuerat, id examen formicarum rapuit, paulatimque ad Cimonem detulit, atque eius pollici pedis circumiecit.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Sisenna exponit initio belli Marsici Lanuuij clypeos, quod aruspicibus tristissimum esset visum à muribus esse derosos.* Ælianus lib. 1. Var. Hist. Murium aliquod præsagium esse ait, quia ruinis imminentibus præmigrare solent. Plin. lib. 8. cap. 28. Cicero epist. ad Attic. *Tabernæ duæ mihi corruerunt, reliquæ rimas agunt. Itaque non solum inquilini, sed mures etiam migrauerunt.* Ælian. οἰκίας μελλούσης ὀλισθάνειν. Plinius, *ruinis imminentibus.* Xiphilin. in Nerone, Bunduuca λαγὼν μὲν ἐκ τοῦ κόλπου προῆκαν, μαντείᾳ τινὶ χρωμένη, &c. *leporem ex sinu emisit diuinatione quadam vsa, qui postquam prospere processit, vniuersa multitudo lætitia exclamauit.*

E

CAP. XVI.

Monstrosi Partus.

MONSTROSI partus inominati habentur. Philostratus lib. 3. *Ibi mulieri cuidam accidit, vt à capite ad vbera nigra, ab vberibus ad pedes omnia alba essent, quod vt dirum, & metuendum fugiebant,* ἐνταῦθα καὶ γυναικὶ φασὶ ἐντετυχηκέναι τὰ μὲν ἐκ κεφαλῆς ἐς μαζοὺς μέλανι, τὰ δὲ ἐκ μαζῶν ἐς πόδας λευκὰ πάντα, καὶ αὐτὰ μὲν ὡς δεῖμα φυγεῖν.

Manilius,

> —— *Permisset sæpe ferarum*
> *Corpora cum membris hominum, non seminis ille*

Partus erit, quid enim nobis commune, ferisque,
Quisve in peccati noxam peccauit adulter?
Astra nouant formas, caluumque interserit ora.

Cedrenus in Valentiniano, *in suburbiis Antiochiæ natam puellam mortuam* ait, *cui duo capita collo diuisa essent. Natus* item *Antiochia puer reliquo corpore integer, oculum habens vnum in media fronte, quatuor manus, totidem pedes barbatus.* τούτῳ τῷ ἔτει ἐγεννήθη παιδίον νεκρὸν θηλυκὸν ἔξω τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἔχον δύο κεφαλὰς διῃρημένας ἀπὸ τοῦ τραχήλου, &c. Portenta apud Zonar. in Mauricio, γυνή τις ἐν Θρᾴκῃ παιδίον ἔτεκεν οὔτε ὀφθαλμοὺς, οὔτε βλέφαρα ἔχον, οὔτε χεῖρας, οὔτε βραχίονας, ἰχθύος δὲ οὐραῖον πρὸς τὸ ἰσχίον ἄνω προβεβλημένον. Sub Lacapeno, ἀφίκετο ἐξ Ἀρμενίας μειρακίσκοι δύο συμφυεῖς· τοῦ ἑνὸς δὲ θανόντος ἐτμήθη ἡ συμφυΐα παρὰ τῶν ἰατρῶν. In Michaële Ducæ filio, ἐτέχθη δὲ τότε ἐν τῷ Βυζαντίῳ παιδίον ἕνα ἔχον κατὰ τὸ μέτωπον ὀφθαλμὸν τραγοσκελής. *Mulier quædam in Thracia infantem peperit sine oculis, palpebris, manibus, brachiis, qui caudam piscis ad coxendices promitteret. Sub Lacapeno duo infantes corporibus coniunctis ex Armenia Byzantium deportati sunt, quorum cum alter mortuus esset, coniunctio secta est à Medicis, alter breui mortuus est. Puer natus Byzantij vno in fronte oculo, caprinis pedibus.* Paulus Diaconus lib. 13. *Apud Palæstinam sub Theodosio magno in Castello Emaus natus est puer perfectus ab vmbilico, & sursum diuisus, ita vt haberet duo pectora, & duo capita, & vnusquisque suos sensus. Vnus edebat, & bibebat, & alter non edebat, vnus dormiebat, & alter vigilabat, nonnunquam insimul dormiebant, insimul ludebant ad alterutrum, & flebat vterque, & percutiebant inuicem. Vixerunt annis duobus. altero mortuo, alter superuixit diebus quatuor.* Liuius l. 30. c. 2. *Equuleus Reate cum quinque pedibus natus.* l. 35. c. 21. *Capra sex hædos vno partu edidit.* l. 36. c. 23. *Mula Reate peperit.* l. 41. *In Veienti agro biceps natus puer, & Sinuessæ vnimanus, & Oxymi puella cum dentibus.* l. 31. c. 12. *Agnus cum suillo capite natus.* lib. 32. c. 9. *Agnus cum duobus capitibus natus.* lib. 27. cap. 19. *Agnus biceps cum quinque pedibus in Asculo natus.* cap. 39. *Infans natus Frusinone quadrimo par.* Plutarchus in Alexandro, προβάτου δὲ τεκόντος ἄρνα περὶ τῇ κεφαλῇ σχῆμα, καὶ χρῶμα τιάρας ἔχοντα, καὶ διδύμους ἑκατέρωθεν αὐτοῦ βδελυχθεὶς τὸ σημεῖον ἐκαθάρθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων: *Cum ouis peperisset agnum in capite speciem & colorem tiaræ habentem, & vtrinque testiculos abominatus portentum expiari iussit per Babylonios.* Appianus lib. 1. Ciuil. Prodigia multa fuisse ait ante bellum Syllanum. *Mula peperit, mulier prægnans anguem pro homine edidit. Terra mouit, quo motu quædam Romæ templa prostrata. Capitolium conflagrauit.* γυνὴ κύουσα ἔχιν ἀντὶ βρέφους ἐξέδωκε, *pro infante.* Dio lib. 41. Ante bella ciuilia Cæsaris, & Pompeij, *multa animalia monstrosos partus ediderunt, quædam oracula vt Sibyllæ canebantur, & fanatici furore diuino correpti futura prædixerunt,* ζῷά τε πολλὰ ἔξω τῆς ἑαυτῶν φύσεως ἐγέννησέ τινα, καὶ οὐδὲν ἐξέθυσαν, *omnis expiatio omissa est.* Xiphilinus in Galba, τήν τε γὰρ τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν αὐτῷ παραμένοι, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσδέχοιτο, καὶ πλοῖα ὅπλων μεστὰ πρὸς Ἰβηρίαν αὐτόματα προσωρμίσθη, ἡμίονός τε ἔτεκεν ὅπερ αὐτῷ σύμβολον τοῦ κράτους ἐσιτεθέσπιστο: *Sibi visus est audire fortunā dicentem se iamdudum ante fores stare, nec dum tamen domū recipi, proinde si arceretur diutius ad aliū migraturā, ad hæc nauigia per eosdē dies plena armis sua sponte in Hispaniam sine nautis appulerunt. Insuper mula peperit, quam rem vates ei prædixerant signum futuri principatus.* Dio lib. 43. Bellis ciuilibus I. Cæsaris λύκος ἐν τῇ Ῥώμῃ ὤφθη, καὶ χοῖρος ἐλέφαντι πλὴν τῶν ποδῶν ὅμοιος ἐγεννήθη: *Lupus Romæ visus.. Sus fœtum elephanti præter pedes similem edidit.* Capitolin. in Antonino Pio. *Natus est biceps puer. hordeum in Mœsia in culminibus arborum natum est.* lib. 8. Herodotus, cum in Europam traiecisset Xerxes ἵππος ἔτεκε λαγών.

CAP. XVII.

De Androgynis, & Monstris.

ANDROGYNOS omnes pene gentes abominatæ sunt, & inter monstra per Haruspices expiandos esse putarunt. Oros. lib. 5. cap. 4. *Puer androgynus quadripes, quadrimanus, quatuor oculis natus est.* cap. 17. & lib. 4. cap. 13. 14. Iuuenal. Sat. 13.

Prodigiosa fidei, & Thuscis digna libellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.
Egregium sanctúmque virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ
Sollicitus, tanquam lapides effuderit imber,
Examénque apium longa consedit in vua

Culmine

A *Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis*
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.

Cic. lib. 1. Diuinat. *Et si puella nulla esset seditionem in populo fore, corruptelam, & adulterium domi, & si mulier leonem peperisse visa esset, fore vt ab exteris gentibus vinceretur ea respub. in qua id contigisset.* Dio. lib. 47. Ante pugnam Philippensem κύων κυνὸς σῶμα πρὸς τὸ δημήτρειον περιελκύσασα, τήν τε γῆν τοῖς ποσὶν ὤρυξε, καὶ κατέχωσεν αὐτὸ, καί τι παιδάριον δέκα δακτύλους χειρὸς ἔχον ἐγεννήθη, ἡμίονός τε διφυὲς τέρας ἔτεκε. τὰ μὲν ἔμπροσθεν ἵππῳ, τὰ δὲ λοιπὰ ἡμιόνῳ ἐοικός, &c. *canis caninum cadauer ad Cereris proripuit, terraque effossa, ibi sepeliit. Infans denos in vtraque manu digitos habens, natus est: mula monstrum biforme peperit, anteriori parte equo, posteriori mulo simile; & Mineruæ currus è quodam certamine circensi reuectus confractus est, & simulacrum Iouis in Albano ipsis feriis ex humero dextro & dextra manu sanguinem misit.* Zonaras, sub Mauricio *mulier in Thracia puerum peperit si-*
B *ne oculis, palpebris, manibus, brachiis, cauda piscis vsque ad coxendices sursum porrecta.* Sub Michaële Ducæ filio *Bizantij natus puer caprinis pedibus, vno oculo in fronte.* Plutarchus Pericle, λέγεται δέ ποτε κριοῦ μονόκερω κεφαλὴν ἐξ ἀγροῦ τῷ Περικλεῖ κομισθῆναι, καὶ λάμπωνα μὲν τὸν μάντιν ὡς εἶδε τὸ κέρας ἰσχυρὸν, καὶ στερεὸν ἐκ μέσου τοῦ μετώπου πεφυκὸς, *duarum dixisse factionum quæ tunc in vrbe erant potentiam ad vnum delatum iri.* Cic. lib. 1. Diuinat. *Quid partus hic mulæ? nonne quia fœtus exstitit in sterilitate naturæ prædictus est ab aruspicibus incredibilis partus malorum?* Sueton. in Galba. *Summum, sed serum Imperium portendi familiæ responsum est. Sane, inquit, cum mula pepererit. Mula peperit, & Galba confirmatus.* Liuius lib. 27. cap. 13. *Cruentam fluxisse aquam Albanam quidam auctores erant. Et Priuerni satis constabat bouem loquutum, vulturemque frequenti foro in tabernam deuolasse; & Sinuessa natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone appellat; & lacte pluisse, & cum Elephanti capite pue-*
C *rum natum. Ea prodigia hostiis maioribus procurata, & supplicatio circa omnia puluinaria, & obsecratio in vnum diem indicta.* libro 31. cap. 12. *In Lucanis cælum arsisse ferebant. Priuerni sereno per diem totum rubrum Solem fuisse. Lanuuij templo Sospitæ Iunonis nocte strepitum ingentem exortum. Iam animalium obscœni cœtus pluribus locis nuntiabantur. In Sabinis incertus infans natus masculus, an fœmina esset, alter sexdecim iam annorum, item ambiguo sexu inuentus. Frusinone agnus cum suillo capite, Sinuessæ porcus cum capite humano natus, in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omnia, & deformia, errantisque in alienos fœtus naturæ visa. Ante omnia abominati semimares, iussique in mare extemplo deportari, sicut proxime Cn. Clodio, Mar. Liuio Coss. deportatus similis prodigij fœtus erat.* libro 39. *Nouendiale sacrum tenuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat, ignesque cælestes multifariam orti adussisse complurium leui afflatu vestimenta maxime dicebantur. Addita & vnum diem supplicatio est, ex decreto Pontificum, quod ædes Opis in Capitolio de cælo tacta erat, hostiis*
D *maioribus Consules procurarunt, vrbemque lustrauerunt. Sub idem tempus & ex Vmbria nuntiatum est semimarem duodecim ferme annos natum inuentum. Id prodigium abominantes, arceri Romano agro, necarique quamprimùm iusserunt.* Androgynis subiiciam de iis qui sexum mutauerunt. Liuius lib. 24. cap. 10. ex muliere Spoleti virum factum esse scribit. Tiresias ex muliere vir factus. lib. 22. cap. 1. Liuius ait, Gallinam in marem versam esse. Hyænis vtramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fæminas scribit Plinius lib. 8. cap. 30. lib. 7 cap 4. *Publ. Licinio Crasso, Caio Cassio Longino Coss. Casini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussuque aruspicum deportatum in insulam desertam. Argis Arescula nupsit, mox Arescomi barba & virilitas prouenit, vxoremque duxit.* Apud Photium in Bibliotheca pag. 616. 617. Diodorus Siculus scribit in Abis Arabiæ Eraida puellam quæ iam annum integrum viro nupserat in virum
E mutatam Diophanti nomen sumpsisse, Epidauri Callonem puellam in virum versam esse. Idem agens de Alexandro Cœlesyriæ & Antiochiæ Rege χρηστηριαζομένῳ κατὰ τὴν Κιλικίαν ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι ἀνελεῖν αὐτῷ λέγεται τὸν θεὸν φυλάξασθαι τὸν τόπον τὸν ἐνεγκόντα θέαν δίμορφον: *Cum consuleret oraculum Apollinis Sarpedonij in Cilicia vbi templum habet respondisse Deum sibi caueret ab eo loco qui spectaculum biforme portaret. In Abis Arabiæ Erais puella mutata in virum Diophanti nomen sumpsit, & Alexandro isti militauit, quod spectaculum biforme fuit.* Tacitus lib. 12. *Marco Asinio, M. Acilio Coss. mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis. Signa enim ac tentoria militum igne cælesti arsere. Fastigio Capitolij examen apum insedit. Biformes hominum partus, & suis fœtus editus, cui accipitrum vngues erant. Numerabatur & inter ostenta deminutus omnium Magistratuum numerus, Quæstore, Aedili, Tribuno ac Prætore, ac Consule, paucos intra menses defunctis.* Silius Italicus lib. 8. de pugna Cannensi,

Obseditque frequens castrorum limina bubo,
Nec densæ trepidis apium se inuoluere nubes

Cessarunt

Cessarunt aquilis, non vnus crine corusco
Regnorum euersor rubuit letale Cometes. A

Apud Phlegontem Trallianum. *Polycritus Locride vxore ducta tertio post die mortuus eam grauidã reliquit, quæ peperit androgynum, qui cum in concionem populi delatus esset, derepente extitit Polycritus, & futuram Actolis, ac Locrensibus cladem prædixit, filiúmque monstrosum dempto capite deuorauit, & euanuit, mox & caput eandem cladem eloquutum est.* Dionys. lib. 2. Romulus nullam prolem necati permisit minorem triennio, *nisi infans esset mutilus, aut portentosus à natiuitate*, πλὴν εἴ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον, ἢ τέρας εὐθὺς ἀπὸ γονῆς. Ammianus lib. 19. *Tunc apud Daphnen horrendum natum est monstrum, infans ore gemino, cum dentibus binis, & barba, quatuorque oculis, & breuissimis duabus auriculis, qui partus ita distortus præmonebat Remp. in statum verti deformem. Nascuntur huiusmodi sæpe portenta indicantia rerum variatum euentus, quæ quoniam non expiantur publice, vt apud veteres, inaudita prætereunt, & incognita.* Philostratus lib. 5. Apollonij, γυνὴ τῶν οὐκ ἀφανῶν τέρας ἀπεκύησεν, οἷον οὔπω ἐμαιεύθη, τρεῖς γὰρ τῷ βρέφει κεφαλαὶ ἦσαν ἐξ οἰκείας ἑκάστη δέρης, *& eorum singulis singula colla*, τὰ δ' ἐπ' αὐτοῖς ἑνὸς πάντα, *inferius vnum duntaxat corpus cernebatur. monstrum triceps, & masculum*, τρικέφαλον, καὶ ἄῤῥεν. Apollonius τρεῖς ἔφη Ῥωμαίων αὐτοκράτορες, τελεώσει δὲ οὐδεὶς τὸ ἄρχειν: *Tres dixit Romanorum Imperatores fore, quorum nullus firmiter imperium ac perfecte teneret*, Galba Vitellius, Otho prænuntiati. Herodot. lib. 7. cum Xerxes in Græciam duxit ἵππος ἔτεκε λαγών, *equa peperit leporem.* Plin. lib. 6. cap. 3. varias hominum effigies monstriferas commemorat. lib. 9. cap. 44. *Est in Annalibus nostris mulas sæpe peperisse verum, prodigij loco habitum est.* lib. 7. cap. 3. *Alcippe peperit Elephantum, quanquam id inter ostenta est. Namque & serpentem peperit inter initia belli Marsici ancilla. Est inter exempla in vterum protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Hannibale deleta est.* B C

CAP. XVIII.

Prodigiosi Nuntij.

MONSTRI loco fuere nuntij prodigiosi apud Plutarch. in P. Æmilio. Quarto die quam deletus erat Perseus apud Pydnam Romæ ludis Circensibus murmur repente primam partem theatri peruasit, Paulum ingenti prælio Persea vicisse, totamque Macedoniam sub ditionem mittere, mox cum apud vulgus increbruisset hic rumor, mixta cum plausu & clamore lætitia tota vrbe fuit. Paucis post diebus certis auctoribus res comperta est. Fama item prœlij ad Sagram amnem ab Italis commissi eodem die Peloponnesum delata est. Item prœlij apud Mycalem contra Medos Plateis fama audita. Duo viri speciosi & proceri victos à Romanis Tarquinios & Latinos Romæ nuntiarũt. Nuntios Tyndaridas esse putant, quorum attactu Ahenobarbus χαλκοπώγων effectus est. Cum à Domitiano Antonius in Germania defecisset, eius & militum cædes eodem die quo patrata erat, Romæ nuntiata. Dio. lib. 42. quo die pugna Pharsalica commissa est, στρατοπέδων σμωδοῦς, καὶ ὅπλων κτύπους συμβαλεῖν, τούς τε Σύροις δύο τινὰς νεανίσκους τὸ τέλος τῆς μάχης ἀγγείλαντας ἀφανεῖς γενέσθαι: *exercituum conflictus, armorúmque sonitus exauditi sunt. Duo adolescentes Syris exitum pugnæ nuntiarunt.* Suetonius, *In Philippis*, inquit, *Thessallus quidam de futura victoria nuntiauit auctore Diuo Cæsare, cuius sibi species in itinere auio occurrisset.* D

CAP. XIX. E

De Vocibus & Cantibus Nocturnis.

INTERDVM voces, cantúsque de nocte audiuntur, quos superstitiosa antiquitas in religionem duxit. Plutarchus in Camillo, *vocem humana maiorem auditam esse.* Liuius, *vocem humana clariorem.* Iulius Obsequens lib. de prodig. *Hostilius Mancinus Consul in portu Herculis cum conscenderet nauem vox improuiso audita, mane Mancine. Cumque egressus postea nauem Genuæ conscendisset anguis in naui inuentus è manibus effugit.* Suetonius in Nerone cap. 45. *De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est nomine eum cientis.* Tacitus lib. 5. Histor. *In templo Hierosolym. exaudita vox est excedere Deos.* Pausanias in Messeniacis. Cum Lacones Messenium qui Delphis redibat insidiis appeterent, vox è cælo audita, τὸν χρησμοφόρον μέθες, *ab oraculo redeuntem dimitte.* Dionys. Halyc. lib. 7. in anno 264. scribit *Roma multa visa insolita multis apparuisse,*

paruisse, & voces auditas nemine loquente qui cerni posset, fœtúsque hominum aut pecudum portentosos editos, oracula vulgo multis locis iactata, mulieres fanaticas dira vrbi præcinuisse, ὄψεις τε γὰρ οὐκ εἰωθυῖαι ἐφαίνοντο πολλοῖς, καὶ φωναὶ ἠκούοντο οὐδενὸς ὄντος τοῦ φθεγγομένου, γοναί τε ἀνθρώπων ἢ βοσκημάτων πολὺ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ἐκβεβηκυῖαι εἰς τὸ ἄπιστον, καὶ τερατώδεις ἐφέροντο, &c. Item lib. 8. *Multa Romæ à Deo signa data, quæ iram Deorum denuntiarent per voces ignotas, & visa insolentia.* πολλὰ δαιμόνια σημεῖα ἐφαίνετο δηλωτικὰ θείου χόλου, κατά τε φωνάς, καὶ ὄψεις ἀήθεις: Plutarchus in Antonio, ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ λέγεται μεσούσης σχεδὸν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ κατηφείᾳ τῆς πόλεως διὰ φόβον, καὶ προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος οὔσης, αἰφνίδιον ὀργάνων τε παντοδαπῶν ἐμμελεῖς φωνὰς ἀκουσθῆναι, καὶ βοὴν ὄχλου μετ᾽ εὐασμῶν, καὶ πηδήσεων σατυρικῶν, &c. *Circa noctu illius conticinium, cum silentium, & mæstitia ex metu & exspectatione euentus teneret ciuitatem, repente omnis generis ferunt exauditam symphoniam, strepitumque turbæ, cum clamore Bacchico, & tripudiis Satyricis, velut sacris Liberi patris, choro non sine ingenti tumultu erumpente, concessisse hanc turbam, quæ ingens esset, media ferme vrbe ad portam quæ foras ad hostes ducebat, atque ea euasisse, ante Antonij exitium.* Cicero lib. 1. de Diuinat. *Initio belli Marsici sanguinem fluxisse, & discessisse cælum, & ex occulto auditas esse voces, quæ pericula belli nuntiarent. Sæpe etiam & in prœliis Fauni auditi, & in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto missæ esse dicuntur. Non multo ante vrbem captam à Gallis exaudita vox est à luco Vestæ, qui à palatij radice in nouam viam deuexus est, vt muri, & portæ reficerentur, futurum esse ni prouisum esset, vt Roma caperetur. Ara Aio loquenti quam septam videmus aduersus eum locum consecrata est. Atque etiam scriptum à multis est cum terræ motus factus esset, vt sue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitisse. Quocirca Iunonem illam appellatam monetam.* Crœsi filium cum esset infans loquutum, quo ostento regnum patris, & domum funditus concidisse scribit Herodotus. Dio lib. 47. Norbanus Consul σάλπιγγι ἀεὶ προσκείμενος, καὶ ἐρρωμένως τὸ πρᾶγμα ἀσκῶν ἠθέλησε, καὶ τότε ὑπὸ τὸν ὄρθρον πολλῶν ἤδη πρὸς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παρόντων σαλπίσαι, &c. *tubæ inspirandæ studiosissimus, diluculo cum multi iam ad eius ædes conuenissent tuba cecinit, omniumque animos perturbauit, quasi signum belli consul incinuisset.* sub Tiberio ante mortem Germanici.

CAP. XX.

De varia specie Simulacrorum.

SIMVLACRA laruasque Aruspices diligenter obseruarunt. Ammianus lib. 31. *Super his laruale simulacrum Armeniæ regis, & miserabiles vmbræ paulo ante in negotio Theodorici cæsorum per quietem stridendo carmina quædam nimium horrenda, multos diris terroribus agitabant.* Cic. lib. 1. de Diuinat. *Obiiciuntur etiam sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt, speciem autem afferunt. quod contigisse Brenno dicitur, eiusque Gallicis copiis, cum fano Appollinis Delphici nefarium bellum intulisset. Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam esse Pythiam. Ergo prouidebo rem istam, & albæ virgines. Ex quo factum, vt & viderentur virgines ferre arma contra, & niue Gallorum obruere exercitum.* Pausanias in Atticis, *cum Brennus Delphos oppugnaret fulmina, & fulgura* ἐπίσκηπτον, *incumbebant, & tres Heroes cataphracti* ὡπλισμένοι *in aëre visi, Pyrrhus filius Achillis, Hyperochus, & Amadochus ex Hyperboreis venere, à quibus Galli deleti. Marathonio prœlio vir agrestis interfuit, qui aratro Persas plures cum oppressisset euanuit. Oraculo iussi Athenienses* τιμᾶν ἐχετλαῖον. Interdum visa læta & auspicata fuere. Liuius libro 24. cap. 10. *Adriæ aram in cælo, speciesque hominum circum eam cum candida veste visas esse. Affirmantes quidam legiones armatas se in Ianiculo videre concitauerunt ciuitatem ad arma.* lib. 22. cap. 1. *Arpis palmas in cælo visas.* Xiphilin. in Tito. ἄνδρες πολλοὶ καὶ μεγάλοι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερβεβηκότες οἷοι οἱ γίγαντες γράφονται, τοτὲ μὲν ἐν τῷ ὄρει, τοτὲ δὲ ἐν τῇ περὶ αὐτὸ χώρᾳ, ταῖς τε πόλεσι μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐν τῇ γῇ πλανοστρωφῶντες, καὶ ἐν τῷ ἀέρι διαφοιτῶντες ἐφαντάζοντο: *Viri multi proceri supra naturæ modum quales pingi solent gigantes, cum in monte, tum in planicie circa montem & vrbibus diu noctuque in terra vel aëre discursantes obiiciebantur.* Dio lib. 55. Cum Drusus Albim fluuium in Cheruscis traiicere vellet, *quædam mulier humana specie maior occurrit ei, dixitque, quo properas Druse insatiabilis? Non est in fatis vt hæc omnia videas, sed abi, nam tibi & operum, & vitæ finis adest.* γυνή τις μείζων ἢ κατ᾽ ἀνθρώπου ἀπαντήσασα αὐτῷ ἔφη, ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε; &c. Herodotus lib. 8 Dicæus narrabat se vidisse puluerem triginta fere millium virorum procedentem ab Eleusi, & vocem Iacchi Mystici audiuisse, τὸ θεῖον τὸ φθεγγόμενον ἀπ᾽ Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοις, *Numen loquens ab Eleusine opem Atheniensibus ferens*, ex illo autem puluere, ac voce factam esse nubem, eamque in sublime elatam Salaminem ad Græcos pertexisse. Dionysius lib. 10. originum, ὅσα μὲν γὰρ ἐν οὐρανῷ σέλα φερόμενα,

μένα, καὶ πυρὸς ἀνάψεις ἐφ' ἑνὸς μὴ κινούμεναι τόπου, γῆς τε μυκήματα, καὶ τρόμοι συνεχεῖς ἐγίνοντο, μορφαί τε εἰδώλων ἄλλοτ' ἀλλοῖαι δι' ἀέρος φερόμεναι, καὶ φωναὶ ταράττουσαι διάνοιαν ἀνθρώπων: *fulgores per cælum discursantes, ignisque incendia eodem loco consistentia, terra mugitus, tremoresque continuos, spectraque mutatis subinde formis per aerem se ostentantia, voces hominum animos terrentes.* Dio lib. 37. Ante coniurationem Catilinæ ἔξεδροί τινες ὄρνιθες ἐπέπτατο, καὶ διὰ τοῦτ' ἀνεμαντεύσαντο, *aues auspicatæ volarunt, ideoque obnuntiarunt. Multa fulmina sereno ceciderunt, terra mouit.* εἴδωλα πολλαχόθι ἀνθρώπων ἐφαντάσθη, καὶ λαμπάδες ἄνεκας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τῶν δυσμῶν ἀνέδραμον: *simulacra hominum multis locis visa, lampades in sublime ab occasu ad cælum recurrerunt.* Ante mortem Clodij ἐν τῷ Ἀλβανῷ ναὸς ἥρας βραχὺς ἐπὶ τραπέζης τινὸς πρὸς ἀνατολὰς ἱδρυμένος πρὸς τὴν ἄρκτον μετεστράφη: *sacellum quoddam Iunonis exiguum quod in Albano super mensa dedicatum ortum spectabat ad Septemtrionem conuersum erat, saxque à Meridie ad Aquilonem perrexerat, lupus in vrbem inierat, terra mouerat, aliquot ciues de cælo tacti, mugitus sub terra in monte Latino exauditus.* lib. 39. Dio lib. 48. Sub Augusto antequam duceret Liuiam, cum simulacrum matris Deûm ad mare ferretur, *Dea cum longe adhuc à mari abesset, à terra in mare progressa est, ibique diu morata, vix tandem rediit,* καὶ ἐν αὐτῷ ἐνεχρόνισε.

CAP. XXI.

De Arboribus.

ARBORES derepente natæ, marcentes, reuirescentes, emortuæ prodigium sæpe fecere. Plutarchus in Cæsare. *Trallibus erat in templo Victoriæ Cæsaris statua, solum rigidum, & duro lapide stratum, vnde palma ad statuæ eius basin extiit.* Sueton. in Domitiano, *Arbor quæ priuato adhuc Vespasiano surrexerat ante mortem Domitiani repente corruit.* Dio lib. 48. *Romani non ante animum receperunt* πρὶν φοίνικας τέσσαρας περί τε τὸν νεὼν αὐτῆς, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναφῦναι: *priusquam palmæ quatuor circa delubrum matris Deum, & in foro enatæ essent. C. Cornelius augur, qui Patauij agebat, cum Cæsar apud Pharsalum rem gereret, monuit amicos prælium id tempore cõmitti, cum iterum aues seruasset* ἀνήλατο μετ' ἐνθουσιασμοῦ βοῶν, νικᾷς ὦ Καῖσαρ: *exsiluit quasi fanaticus exclamans, vincis Cæsar.* Apud Plin. lib. 16. cap. 32. *Est in exemplis & sine tempestate, vllâve causa alia quam prodigij cecidisse arbores multas, ac sua sponte resurrexisse. factum hoc Populo Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis, Nuceria, in luco Iunonis vlmo postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat restituta sponte, ita vt protinus floreret, à quo deinde tempore maiestas populi Rom. resurrexit, quæ antea vastata cladibus fuerat. Idem factum in Philippis salice procidua atque detruncata, & Stagiris in Musæo, populo alba, omnia fausti ominis. Antandri platanus circumdolatis lateribus restibilis sponte facta, vitaque reddita.* Laodiceæ sub Xerxis aduentum platanus in oleam mutata, arbores loquutæ. Plinius libro 17. cap. 25. *Sub Nerone oliuetum vniuersum equitis Rom. viam transgressum est, aruis inde è contrario in locum oliueti transgressis.* Lampridius in Alexandro, *laurus in palatio cuiusdam ciuitatis à qua proficiscebatur ad bellum ingens & antiqua tota subito decidit, arbores fici tres quæ ficus eas ferrent, quibus Alexandrinarum nomen est, subito ante illius tentorium deciderunt, cum tentoria Imperatoria his aduersa essent. In ea vrbe exibat laurus ingens, & antiqua tota subitò decidit. In suburbano Flauiorum quercus antiqua quæ erat Marti sacra per tres Vespasiæ partus singulos repente ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusque fati, primum exilem, & cito arefactum, ideoque puella nata non perennauit, secundum præualidum, ac prolixum, & qui magnam felicitatem portenderet; tertium vero instar arboris, quare patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum renuntiasse matri nepotem ei Cæsarem genitum.* Sueton. c. 5. Vesp. *Inter antiquissima delubra Quirini duæ fuere myrti, altera patricia, altera plebeia. Patricia multis annis præualuit, flaccente plebeia. Marsico bello consenuit, reuiruit plebeia, cum plebs reualuisset,* ait. Plin. l. 15. c. 20. *Apud Mundam D. Iulius castris locũ capiens cum syluã cæderet, arborem palmæ repertam conseruari vt omen victoriæ iussit. Ex ea cõtinuo enata soboles adeò in paucis diebus adoleuit, vt matricẽ obtegeret,* narrãte Sueton. in Iulio. c. 94. *Liuiæ Drusilla cum pacta esset Cæsari Gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit illæsam, quæ rostro teneret laureum ramum onustum suis baccis. conseruari alitem, & sobolem iussere aruspices, ramumque seri vnde nunc sylua prouenit, quæ stirpitus cum stirpe Cæsarum exaruit.* Plin. cap. vlt. lib. 15. *Quo anno Hannibal à Romanis victus est in arboribus frumenta nata.* Plin. lib. 18. cap. 18. *Arbor cupressus in agro Vespasiani auito sine vlla vi tempestatis euulsa radicitus insequenti die viridior ac firmior resurrexit.* Lamprid. Alexandro, *Nata in domo laurus iuxta Persici arborem intra annum vnũ Persici arborem vicit, vnde etiam coniectores dixerunt Persas ab eo esse vincendos.* l. 17. c. 25.

Plin.

A Plin. *Subsedit in Cumano arbor graui ostendo paulo ante Pompeij Magni bella ciuilia paucis ramis eminentibus. Inuentum Sybillinis libris internecionem hominum fore. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. Trallibus palma in basi Cæsaris Dictatoris circa bella ciuilia eius. Romæ in Capitolio in capite Iouis bello Persei enata palma. Hac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est.* Sueton. *Nouissimo Neronis anno sylua omnis laurea à Liuia sata, & gallinæ quæ erant in villa ad gallinas elanguerunt. Obseruatum sub cuiusque obitum arborem ab eo institutam elanguisse.* Pausan. in Atticis, *olea Mineruæ à Persis excisa, & cremata, eadem die ad duos cubitos è terra excitata est.* Sueton. Augustus Cæsar *enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in compluuium Deorum penatium transtulit. Apud insulam Capreas veterrimæ ilicis demissos iam ad terram, languescentesque ramos conualuisse aduentu suo adeo lætatus, vt Neapolitanis Aenarias dederit, Capreas ipse retineret.* Festus. *M. Valerius Messala, Caius Cassius Longinus Censores, quorum in Magistratu subuersa Pudicitia fuerat, famosi extiterunt,* B *Nam palmam quæ in Capitolio in ara ipsa Iouis Opt. Max. bello Persico nata fuerat prostratam ferunt & ibi natam ficum.* Plin. lib. 17. cap. 25. *Inter vitia arborum est & prodigijs locus. Inuenimus enim sine foliis natas vitem & malum Punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem vuas sine foliis, oleas quoque amisisse folia, baccis hærentibus. Sunt & miracula fortuita: nam & oliua in totum ambusta reuixit, & in Bœotia derosa à locustis ficus item germinauere.*

CAP. XXII.

De Brutis quæ loquuta.

SI bruta loquuta essent, monstra procurari oportuit. Plutarchus in Coriolano, *signum fortunæ fœmineæ* φθέγξασθαί τι γενέσθαι, ὁσίῳ με θεσμῷ γυναῖκες δεδώκατε: *dicunt* C *vocem huiusmodi misisse*, PIA ME RELIGIONE FAEMINÆ DEDICASTIS. In Camillo, *Camillus Aio loquutio nouum exstruxit templum, quo loco nuntiam barbarorum cælitus aduentus vocem audierat*, αὐτὸς δ' ἱδρύσατο νεὼν φήμης, καὶ κληδόνος, &c. Item, *Camillus Veiis captis precatus est Iunonem, vt volens, ac propitia Romam commigraret. Signum respondisse ferunt, velle, & annuere, ac sequi libenter*, ἀπεκρίνατο, ὅτι καὶ βούλεται, καὶ συγκατανεύει, καὶ συνακολουθεῖ προθύμως. Liuius lib. 43. cap. 13. *Anagnia facem in cælo conspectam, & bouem fœminam loquutam publice ali: Minturnis quoque per eos dies cæli ardentis speciem affulserat. Reate imbri lapidauit, Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrymauit. Romæ in æde fortunæ anguem iubatum à compluribus visum esse, in æde primigeneæ fortunæ quæ in colle est palmam in area enatam, & sanguine interdiu pluisse. Duo non suscepta prodigia sunt, alterum quod in priuato loco factum esset. Pal-* D *mam enatam in impluuio suo T. Marcius figulus nunciabat, alterum, quod in loco peregrino.* l. 22. epist. 62. *Infantem* ait *semestrem in foro olitorio triumphum clamasse, quod non minus prodigiosum quam cum bruta loquuntur.* Suidas. Ἄρνίον σοι λελάκεν. ἐν Αἰγύπτῳ ἀνθρωπεία φωνῇ ἐλάλησεν. ἐφάνη δ' ἔχον βασίλειον δράκοντα ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπηρμένον ἔχοντα μῆκος πήχεων δ. καί τινι ἐλάλησεν τὰ μέλλοντα: *Agnus tibi sonuit. In Aegypto agnus hominis voce loquutus est. Inuentus est habens & regium draconem super capite elatum longum 4. cubitos, & cuidam futura locutus est.* Asinus Balaam loquutus Num. 22. Spiridionis filia Irene mortua depositi locum indicat, apud Ruffin. lib. 1. Eccles. Histor. cap. 5. Socrates lib. 1. cap. 12. l. 1. cap. de offic. præfect. prætor. Africæ confessores loquuti excisis linguis. Proco. lib. 1. Vandal. Aristotel. lib. 3. de partub. Animal. cap. 10. præscissum caput homicidam Tercydam indicat. Orphei caput prædixit Cyro Persarum Regi eum à muliere necandum, vt Philostrat. in imagini. Columbæ geminæ Dodo- E næ, quercus Dodonæa, Argus carina, vlmus Gymnosophistarum loquuta, vt supra ostendimus. equus Achillis apud Homer. Iliad. 19. Causus fluuius dixit, *Salue Pythagora*, vt Porphyrius in vita Pythagoræ. Apud Eusebium lib. 9. Histor. Euang. simulacrum Iouis à Theotecno Mago Antiochiæ fictum oracula fundebat. canem Simonis Petrum salutasse alibi ostendimus. Cyril. Alexand. lib. 3. in Iulian. consulendus.

CAP. XXII.

De Prodigiis ante Hierosolym. excidium.

IOSEPHVS lib. 6. de Gentilibus suis conqueritur ὅτι τοῖς ἐναργέσι, καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσεῖχον, οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι, καὶ μήτε ὄμματα, μήτε ψυχὴν ἔχοντες τοῖς τοῦ Θεοῦ κηρύγμασιν παρήκουσαν, &c. *Quis prodigiis euidentibus futuram solitudinem*

nem significantibus animum non adiecerint, nec fidem habuerint, sed quasi attoniti, neque oculos, neque mentem habentes, Dei nuntiis non auscultarint. sidus supra vrbem fuit romphææ non absimile, & cometa toto anno perseuerans. Die azymorum octaua Aprilis, hora noctis nona, cum populus conuenisset, tantum lumen circa templum, & altare emicuit, vt dies clara esse videretur, quod per dimidium horæ perdurauit. Eodem festo bos ad sacrificium ducta, agnum in medio templo peperit. Porta orientalis interior ærea, & firma, quæ sub vesperam ægre à viginti viris claudi poterat, vectibus fulta, ferro vinctis, & altissimos habens demissos in limen, καταπῆγας δ' ἐχυζα βαθυτάτυς, quod è perpetuo ac solido lapide fuit, hora noctis sexta sponte aperta est. Templi custodes propero cursu rem nuntiarunt duci, qui cum ascendisset vix eam claudere potuit. Post festum azymorum vicesima prima Maij, spectrum diuinum fide maius visum est. Ante Solis occasum per omnem in ambitum regionem in aëre visi currus, phalanges armatæ exsilientes è nubibus ambientes vrbem. Die festo Pentecostes, de nocte Sacerdotes in interius sacrarium de more progressi ad ministeria sacra, primum motum, & sonitum perceperunt, tum vox frequens audita; abeamus B *hinc. Et quod terribilius est, Iesus quidam filius Ananiæ rusticus quatuor annis ante bellum, summa vrbis pace & felicitate cum ad festum venisset, quia moris est vt omnes tabernacula Deo faciant, derepente in templo exclamare cœpit, vox ab ortu, vox ab occasu, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolyma, & templum, vox super sponsos, & sponsas, vox super vniuersum populum. Hoc interdiu, & noctu per omnes angiportus circumibat vociferans. cum à viris aliquot illustribus flagris cæsus est, ille neque quicquam pro se dixit, neque priuatim ad cædentes, sed easdem quas prius voces clamare pergebat. Ductus à magistratibus ad Præsidem, flagellis vsque ad ossa sectus, neque supplex fuit, neque collacrymatus est, sed voce quam maximè miserabili ad singula verbera respondebat,* Aᴇ, Aᴇ *Hierosolymis. Albino interrogante qui Præses erat, quis esset, vnde domo, cur ista loqueretur, ad postulata nihil respondit, sed complorare vrbem, ac lamentari non destitit, donec Albinus eum insaniæ damnans absoluit. Ille autem belli tempore neque quenquam ciuium adiit, neque visus est loqui, sed de die quasi preces meditans lamentabatur* C Aᴇ, Aᴇ *Hierosolymis. neque alicui eorum à quibus vapulabat quotidie quicquam imprecabatur, neque bene precabatur iis à quibus cibum accipiebat, vnum autem ad omnes asperi ominis responsum maxime diebus festis exclamabat, idque per septem annos, & quinque menses, neque vox eius hebetata est, neque labefactata donec vrbe obsessa videns omnia re compleri quieuit. Circumiens enim in muris væ, væ, rursus vrbi, & populo, & templo enixe vociferabatur. vt autem tandem addidit,* V æ, V Æ *etiam mihi, lapis è catapulta missus, λίθ☉ ἐκ τ͂ πετροβόλυ χαθεὶς, κ̀ πλήξας αὐτὸν, eum percussum subito oppressit, animamque emisit omina illa infausta murmurantem. Hæc si quis reputauerit, inueniet Deum curare homines, & omni ratione iis salutis viam aperire, qui tamen præ amentia, & malitia voluntaria pereunt. Cum autem inter oracula scriptum esset vrbem captum iri, & templum, cum sacrarium foret quadrangulum, euersa Antonia turre templum quadrangulum effecerunt. Ad bellum autem maximè eos incendit oraculum ambiguum in sacris litteris deprehensum, fore, vt sub id tempus quidam ex eorum regione orbi imperaret. quod* D *de Vespasiano fuit accipiendum, qui salutatus est in Iudæa Imperator.* De signis ante excidium Hierosolymitanum lege Salisberiensem libr. 2. cap. 4. Polycrat. & Appollonium de excid. Hieros.

C A P. XXIV.

Omina Belli, aut Cladis.

DEvs signis quibusdam cladem hominibus impendentem denuntiare solet. Lucanus lib. 7. E

> *Classica nulla sonant, iniussáque tela vagantur,*
> *Et sit sæpe nefas iaculum tentante lacerto.*

Lib. 7.

> *—— Trepido confusa tumultu*
> *Castra fremunt, animique truces sua pectora pulsant*
> *Ictibus incertis, multorum pallor in ore*
> *Mortis ventura est, faciésque simillima fato.*

De Pompeij militibus loquitur,

> *Non tamen abstinuit venturos prodere casus*
> *Per varias natura notas. Nam Thessala rura*
> *Cum peterent, totus venientibus obstitit æther,*
> *Inq; oculis hominum fregerunt fulmina nubes,*
> *Aduersásque faces, immensóque igne columnas,*

Et

Et trabibus mistis auidos Typhonas aquarum
Detulit, atque oculos ingesto fulgure clausit,
Excussit cristas galeis, capulósque solutis
Perfudit gladiis, ereptáque pila liquauit,
Aetherecque nocens fumauit sulphure ferrum.
—— Multis concurrere visus Olympo
Pindus, & abruptis mergi conuallibus Aemus,
Edere nocturnas belli Pharsalia voces,
Ire per ossaam rapidus Bœbeida sanguis,
Inque vicem vultus tenebris mirantur opertos,
Et pallere diem, galeísque incumbere noctem,
Defunctósque patres, & cunctas sanguinis vmbras
Ante oculos volitare suos.
—— Tyriis qui Gadibus hospes
Adiacet, Armeniúmque bibit Romanus Araxem,
Sub quocunque die, quocunque est sidere mundi,
Mœret, & ignorat causas, animúmque dolentem
Corripit, Emathiis quid perdat nescit in aruis.

Igitur vetus superstitio varia cladis, aut mortis omina obseruauit. Apud Dionem omen mortis Commodo fuit, ὅτι τὸ κράνος αὐτοῦ τῇ τελευταίᾳ τῶν ἀγώνων ἡμέρᾳ διὰ τῶν πυλῶν ἐξεκομίσθη, δι' ὧν οἱ τελευτῶντες ἐξεφέροντο, ait Zonaras, *quia galea eius vltimo die ludorum per portam elata est qua efferebãtur mortui.* Idẽ de Iuliano desertore, φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὄντα ὄναρ ἰδεῖν ξανθὸν τὴν κόμην νεανίαν εἰρηκότα τε αὐτῷ, ὡς ἐν Φρυγίᾳ τελευτῆσαί σε δεῖ: *Aiunt eum Antiochia per quietem vidisse iuuenem coma flaua, qui ei mortem in Phrygia denuntiarit. Ictus igitur, quod nomen esset loco in quo erat quæsiit, vt audiuit Phrygiam vocari, exclamauit,* O SOL IVLIANVM PERDIDISTI. *Antiochia quidam ethnicus, & Græcus* διανυκτερεύων περὶ τὴν φυλακὴν τοῦ ἀρχείου συνήθη ἀστέρων ἐν οὐρανῷ ἐθεάσατο γράμματα ἐκτυποῦσαν λέγονται, σήμερον ἐν Περσίδι Ἰουλιανὸς ἀναιρεῖται, *vigilans nocte proxime pratorium iudiciale positum astrorum in cælo vidit, in quo expressa erant hæc verba,* HODIE IN PERSIDE IVLIANVS OCCIDITVR. In Mauricio, μοναχὸς δέ τις ξίφος κατέχων γυμνὸν ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τοῦ χαλκῆς περιελήλυθεν ἐν φόνῳ μαχαίρας λέγων τεθνήξεσθαι τὸν Μαυρίκιον. In Leone Armenio, λέγεται προεγνωκέναι αὐτὸν παρὰ τοῦ χρησμοδοτηθὲν, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖται, καὶ τῆς ζωῆς. ἀλλὰ καί τι φασι τῶν ἀνακτόρων βιβλίον ἐναποκεῖσθαι ἐν ᾧ καὶ χρησμοὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων, &c. ὡς ἱστορεῖ Σιβύλλεια χρησματῳδήματα. Tacit. lib. 1. Histor. de Othone. *Prodigia insuper terrebant diuersis auctoribus vulgata. In vestibulo Capitolij omissas habenas bigæ cui victoria institerat, erupisse cella Iunonis maiorem humana speciem, statuam D. Iulij in insula Tiberini amnis sereno & immoto die ab occidente in orientem conuersam, prolocutum in Hetruria bouem, insolitos animalium partus, & plura alia rudibus seculis etiam in pace obseruata, quæ nunc in metu audiuntur. Sed præcipuus & cum præsenti exitio etiam futuri pauor subita inundatione Tiberis qui immenso auctu prorupto ponte sublicio, ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia ac plana vrbis loca, sed secura huiusmodi casuum impleuit.* Certe apud Plin. Tiberis vates quodammodo intelligitur ac monitor, auctu semper religiosus. Prosper in Chronico, *terribile in cælo signum columnæ per omnia simile apparuit sub Theodosio magno. Constantinopolis sub Arcadio eminentem iram Dei igne super nubem terribiliter fulgente formidans toto ad pœnitentiam animo conuersa subterfugit. Vtica in foro Traiani terra diebus septem mugitum dedit.* Tacit. lib. 3. Histor. de Vitellio, *Concionanti, prodigiosum dictu, tantum fœdarum volucrum superuolitauit, vt nube atra diem obtenderent. Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus disiecto sacrificij apparatu, longe, nec vbi feriri hostias mos est confossus.* Idem prodigia ante excidium Iudæorum lib. 5. Histor. *Euenerant prodigia quæ neque prodigiis, neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religioni aduersa. Visa per cælum concurrere acies, rutilantia arma, & subito nubium igne collucere templum,* &c. Zonaras in Dicoro, Ῥωμαίων φθορὰν κομήτης ἀστὴρ προεμήνυσε καὶ κόρακες πορευομένων αὐτῶν ὑπερίπταντο, καὶ προηγούμενοι, καὶ οἱ σαλπικταὶ ἀντὶ ἐνυαλίου ἠχῆς περιπαθές τι, καὶ θρηνῶδες ἠχήσαντες. In Michaële filio Theophili, λέγεται δὲ περὶ τοῦ πολέμου τούτου ὁ ἀμὴρ τῶν αἰχμαλώτων πυθέσθαι τινὸς, πῶς ὁ τόπος ἐν ᾧ ἡ παρεμβολὴ, καλοῖτο, καὶ ὅπως ὁ παραρρέων λέγεται ποταμὸς, καὶ τίνος ἡ ὅλη ἐκείνη χώρα ἔτυχε κλήσεως. ὡς δὲ τὴν μὲν χώραν λαλακάωνα εἶπεν ἐκεῖνος κεκλῆσθαι, πῶσαν δὲ τὸν τόπον τοῦ χάρακος, καὶ γύριν τὸν ποταμὸν, ἔφη τὰς κλήσεις ταύτας οὐκ αἰσίον αὐτῷ τὸ τοῦ πολέμου τέλος προδηλοῦν. fortè χώραν λασκάκωνα, &c. In Romano Diogene de expeditione orientali, ἐπεὶ δὲ τὸ ἔαρ ἐπέλαμπεν, ἐμβεβήκει μὲν Diogenes τῇ τελείᾳ τῇ αὐτοκρατορικῇ. ἀπ-

περιαιρουμένου δὲ ἀέρα, περιστερὰ οὐ πάνυ μὲν μέλαινα τὴν χροιὰν, πρὸς δὲ μελάντερον ἀποκλίνουσα τὴν τελήνην αὐτῇ περιέπτατο, καὶ οὐκ ἀπέστη περιγυρευομένη περὶ αὐτὴν ἕως ἐκεῖνος ταῖς χερσὶν αὐτῆς ἀπελάβετο. ὁ δὲ ταύτην τῇ βασιλίσσῃ ἐξαπέπεμψεν. ἐδόκει δὲ τὸ τῆς περιστερᾶς οὐκ ἀγαθὸν εἶναι τεκμήριον, οὔτε τὸ ταύτην ἑλεῖν: οὔτε μὴν τὸ πρὸς ἣν ἔστελλε, ἀλλὰ καὶ τὸ ξύλον, ᾧ μέσον ἐστεμμένῳ ἡ βασιλείος σκηνὴ ἐπερείδετο αὐτομάτως καταγνύμενος κατέπεσεν ἡ σκηνή, καὶ τοῦτο δὲ σύμβολον ἐνομίσθη ἀπαίσιον. Zonaras de Anastasio Dicoro, *Romanorum cladem significarat cometa, & corui procedentibus superuolitantes, & tuba non classicum, sed lessum lamentabilem cecinerunt. Amer ante prælium rogauit captiuos nomen loci, & præterfluentis fluuij, vt audiuit regionem dici Cacolaonem* (κακολάονα, ita malo) *& prolapsionem locum castrorum, & Gyren fluuium, voces istas dixit inauspicatum ei belli exitum significare.* Prodigia malorum nuntia Petronius exsequitur his verbis,

> *Continuo clades hominum, venturáque damna*
> *Auspiciis patuere Deum, namque ore cruento*
> *Deformes Titan vultus caligine texit.*
> *Parte alia plenos exstinxit Cynthia vultus,*
> *Et lucem sceleri subduxit. rapta tonabant*
> *Verticibus lapsis montis iuga, nec vaga passim*
> *Flumina per notas ibant orientia ripas,*
> *Armorum strepitu cælum furit, & tuba Martem*
> *Sideribus tremefacta ciet. Iamque Aetna voratur*
> *Ignibus insolitis, & in æthera fulmina mittit.*
> *Ecce inter tumulos, atque ossa carentia bustis*
> *Vmbrarum facies diro stridore minantur,*
> *Fax stellis comitata nouis incendia ducit,*
> *Sanguineóque recens descendit Iuppiter imbre.*

CAP. XXV.

De omine Imperij.

IMPERII omina viris etiam humilibus, & infimæ sortis sæpe facta esse Zonaras ostēdit in Basilio, νήπιον ὑπνώττοντα ὑπὸ τὸν ἥλιον ὄντα. ἀετὸς δὲ περιπτάμενος πρόσγειος ἡπλωμέναις ταῖς πτέρυξι ἐσχεδίασε τῷ βρέφει σκιὰν, &c. νυκτὸς δὲ τῷ τοῦ ναοῦ νεωκόρῳ ὄναρ ὁ μάρτυς Διομήδης ἐφίσταται, καὶ τὸν βασιλέα ἐντὸς εἰσαγαγεῖν ἐγκελεύεται, &c. καὶ ἡ βασίλισσα τῷ βασιλείῳ συνεχῶς ἐνητένιζε, καὶ ἀπεφοίβασε τοῦτον εἶναι τὸν ἐκλείψοντα τοῦ γένους αὐτῆς ἔκ τινων σημείων τοῦτο γνοῦσα πάλαι αὐτῇ γνωρισθέντων ἐκ τοῦ οἰκείου ἀνδρός. De Theodora Theophili vxore, Michaëlis matre intellige. Peloponnesi in S. Andreæ templo μοναχός τις αὐτοποιούμενος δεξιῶς τὸν βασίλειον ὑπηρετοῦντά τινε, θεασάμενος καὶ ὑπεξανίστη, καὶ προσεκύνησε, καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώσατο, ὡς βασιλέα: *Basilius infans cùm dormiret sub Sole, aquila circumuolans proximè terram alis expansis vmbram ei præbebat.* Cùm venisset Constantinopolim, *& in vestibulo templi S. Diomedis nocte cubaret, Martyr in quiete astitit æditno iubens, vt Imperatorem intra templum introduceret. Imperatrix oculos continuè in Basilium regia mensa accumbentem intendebat, & prædixit hunc esse qui suam stirpem exstingueret, ex quibusdam signis edocta quæ iam pridem à viro didicerat.* De ominibus quæ facta Augusto Cæsari, & aliis Imperatoribus lege Suetonium, Lampridium, Vopiscum, Capitolinum, & alios. Omina Imperij hæc fuisse Iuliano scribit Sozomen. lib. 5. cap. 1. Eccles. histor. λέγεται δὲ ἡνίκα περὶ τὰ τῆδε ὅρων ἐπέβη (cum attigit fines Illyrici) τὰς μὲν ἀμπέλους μετὰ τρυγὴν ἀμφὶ τὴν τῶν Πλειάδων δύσιν ὀμφάκων πλήρεις φανῆναι, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος δρόσον διαχυθεῖσαν κατὰ τὸ αὐτοῦ ἐσθῆτος, καὶ τὸν ἑπομένων καθ' ἑκάστην σταγόνα σταυροῦ σημεῖον ἐκτυπῶσαι. Euagrius lib. 5. cap. 21. de Mauricio, γεγόνασι δὲ καὶ θεοσημεῖαι τὴν βασιλείαν αὐτῷ προδηλοῦσαι. πόρρω γὰρ τῶν νυκτῶν ἐπιθυμιῶν τί γε αὐτῷ τὸ ἀνακτόρων τοῦ ἱεροῦ οἴκου τῆς ἁγίας θεοτόκου, τὸ ἀνὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν παραπέτασμα πυρίφλεκτον γέγονεν, &c. ὤφθη δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς ὕπαρ ἐκδίκησιν ζητῶν, ὅπερ ἄντικρυς βασιλείαν ἐδήλου. ὁ μὲν φύσας ἔλεγεν ἄμπελον μεγίστην ὄναρ ἰδεῖν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ συλλήψεως ἐκ τῆς σφετέρας κοίτης ἐκφῦσαι, καὶ βότρυς παμπλήθεις, καὶ ὡραίους αὐτῆς ἠρτῆσθαι. Iul. cū attigisset fines Illyrici, *vites post vindemiā factam iterū vuas edidisse dicuntur quo tempore Pleiades occidunt. Ros autē ex aëre stillās in vestibus eius & comitū per singulas stillas Crucis signū expressit. Mauricio verò hæc omina Imperij facta sunt. Nocte adulta cū incensum daret in sacra domo sanctæ & intemerata Virginis Mariæ* (quę Iustiniani appellatur à Theopolitanis) *velū quo sacra mēsa tegebatur ignem concepit, quæ res in stuporem Mauricium ipsum rapuit, ita vt viso terreretur. Cui assistens*

Gregorius

Gregorius vrbis Patriarcha dixit rem à Deo esse, & magna ei portendere. Sub auroram ei Christus Deus manifeste apparuit vindictam petens, quod omen erat Imperij. Pater eius dixit sibi visum esse videre quo tempore Mauricius conceptus est, vitem magnam ex suo lecto exisse, vnde multæ & pulchræ vuæ suspensæ essent. Mater dicebat (lego κατ' αὐτὴν τὴν ἀπότεξιν) *quo tempore partu soluta est terram efflasse nouum & mirificum odorem.* Apud Zonaram Seuero hæc Imperij auguria fuere. ἔδοξε ποτὲ ὄναρ λύκαιναν θηλάζειν ὡς περὶ Ῥωμύλου ἱστόρηται, καὶ ὕδωρ καθεύδοντος ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἀνεδόθη, καὶ κατ' ὕπνους αὐτῷ ἡ τῶν Ῥωμαίων σύμπασα βουλὴ, καὶ ὁ δῆμος προσῆκε τε καὶ ἠσπάζετο, καὶ αὖθις ἐδόκει ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ἵππον ἰδεῖν τὸν Περτίνακα τοῦ ἵππου ἀπορρίψαι, αὐτὸν δὲ τοῦτο ἑκόντος ἐπιλαβέσθαι: *visus est sibi in quiete lupam sugere, quod de Romulo dicitur, ex eo dormiente aqua velut è fonte fluxit, somniauit Senatum P. Q. R. ad se salutatum venire, item Pertinacem in Romano foro equitantem equo deiectum, quem ille volentem apprehenderit, & insiluerit.* Idem de Iouiano, qui ὄπισω τοῦ Ἰουλιανοῦ προβαδιζόμενος ὡς χιλίαρχος ἐν τόπῳ κατάντει προϊὼν ἐπάτησε τὸ κράσπεδον τοῦ πορφυρίδος αὐτοῦ, ὁ δὲ ἐκ τούτου διάδοχον αὐτοῦ τὸν Ἰοβιανὸν ἐτεκμήρατο: *cum aliquando tribunus pone Iulianum in loco decliui procederet, calcauit fimbriam purpuræ eius. Vnde ille Iouianum successorem sibi fore auguratus est.* Idem de Marciano, qui θηρεύων γεγονὼς κατάκοπος κατὰ γῆς ἀνεκλίθη περὶ μεσημβρίαν. ὁ Τατιανὸς ἀετὸν ὁρᾷ διαπεπετασμένας τὰς πτέρυγας καταστκιάζοντα τὸν Μαρκιανὸν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος κωλύοντα καύσωνα: Martianus *venando fessus meridie humi ad somnum decubuit. Tatianus videt Aquilam expansis alis obumbrantem eum, & æstum Solis defendentem.* Alia vice Rex Vandalorum videt κοιμώμενον τὸν Μαρκιανὸν, καὶ ἀετὸν ἄνωθεν διηπλωμένας τὰς πτέρυγας σκιὰν αὐτῷ ἐργαζόμενον, *Aquilam dormienti Martiano expansis alis vmbram facientem* Zonaras in Leone Armenio, ὁ δὲ Λέων εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθὼν αὐτίκα ἐκδυσάμενος ὃ περιέκειτο φᾶρος, τῷ τραυλῷ Μιχαὴλ ἐνεχείρισε, κἀκεῖνος εὐθὺς αὐτὸ ἠμφιάσατο, ὃ πολλοῖς σημεῖον ἐκρίθη τοῦ τοῦτον μέλλειν ἔσεσθαι τῷ Λέοντι τῆς βασιλείας διάδοχον. ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν τοῦ Λέοντος προβαδιζόμενος βασιλικὴν ἐσθῆτα μεταμφιασαμένου τὸ ταύτης πεπάτηκε κράσπεδον: *Leo in aulam ingressus statim exutam chlamydem tradit Michaeli Balbo, quam ille induit, quod ei in omen Imperij fuit vt Leoni succederet. Sed & pone Leonem incedens regiæ vestis fimbriam calcauit.*

CAP. XXVI.

De Omine Victoriæ.

OMINA Victoriæ Constantino magno hæc fuisse scribit Zonaras, λέγεται δὲ ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν μάχαις, ἤ τοι περὶ, Μαξέντιον θεάσασθαί τινα τὸν Κωνσταντῖνον ἱππότην καὶ ὡπλισμένον τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἀντὶ σημαίας ἐπιφερόμενον, καὶ τοῦ αὐτοῦ προπορευόμενον παρατάξεως, καὶ αὖθις δύο ὀφθῆναι αὐτῷ νεανίαι ἐν Ἀδριανοῦ πόλει τὰς τῶν ἐναντίων συγκόπτοντες φάλαγγας, καὶ περὶ Βυζάντιον δὲ νυκτὸς καθευδόντων ἁπάντων φῶς ὤφθη αὐτῷ περιαστράψαν, τὸ τοῦ οἰκείου στρατεύματος χάρακα. ἐκ τούτων εἰς ἔννοιαν ἐνήγετο τοῦ θεόθεν αὐτῷ τὰς εὐτυχίας, καὶ τὰς νίκας προσγίνεσθαι: *Dicitur in pugnis aduersus Licinium, & Maxentium Constantinus vidisse cataphractum equitem qui Crucis signum pro vexillo ferret præeuntem in fronte exercitus. Iterum duo iuuenes ei visi sunt Adrianopoli hostium copias concidere, ad Byzantium de nocte omnibus stertentibus lux ei se videndam præbuit vallum sui exercitus illustrans. ex hoc sibi persuasit victorias suas à Deo proficisci.* Cum Ioannes Tzimisces in Scythas impetum fecit, θύελλα κατὰ πρόσωπον τοῖς Σκύθαις προσέβαλλε, καί τις ἔφιππος ὁρᾶτο πολλοῖς τῶν Ῥωμαίων ὑπεραγωνιζόμενος, καὶ συγκλονῶν τῶν βαρβάρων τὰς φάλαγγας· ἣν δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τῆς μάχης ἡ τοῦ στρατηλάτου ἁγίου Θεοδώρου τελουμένη μνήμη. *Sancta quadam femina in quiete sibi audire visa est S. Dei matrem dicentem,* κύριε Θεόδωρε ὁ ἐμὸς καὶ σὸς Ἰωάννης ἀγῶνας ἔχει βαρεῖς, σπεῦσον οὖν, αὐτῷ ἐπικούρησον. μοναχὸς Βαρδάνῃ φησὶ, σοὶ μὲν οὐ δίδωσι ὁ Θεὸς τῆς βασιλείας τυχεῖν, τῶν δὲ τὸν ἵππον σοι προσαγαγόντων τῶν δύο, τὸν Λέοντα, καὶ τὸν Μιχαὴλ ἴσθι καὶ ἄμφω κατὰ καιροὺς ἰδίους τῆς βασιλείας κρατήσαντας. ὁ δὲ Θωμᾶς ἐπιχειρήσει μὲν καὶ ἑαυτῷ περιθήσειν διάδημα, οὐ τεύξεται δὲ τοῦ κατὰ σκοπὸν, ἀλλ' ἀπολεῖται κακῶς. In Michaële Balbo qui miles τῷ ταγματάρχῃ προσελθὼν περὶ τοῦ ἐδήτει. τῷ δὲ ἐτύχε τις ἀθίγγανος παρεστὼς, καὶ φησὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν ὡς βασιλεὺς Ῥωμαίων οὗτος, ὃς σοῦ δεῖται νῦν, καὶ ὃς αὐτίκα τῷ ματευομένῳ θέματος εἰκεῖται, τῷ Μιχαὴλ, καὶ κηδεστὴν ποιεῖται ἐπὶ θυγατρί. Socrates lib. 3. cap. 1. εἰς ἓν τῶν πολυχνίων εἰσελθόντος τοῦ Ἰουλιανοῦ στέφανος ἀφ' ὧν τὰς πόλεις κοσμοῦσι ἐν μέσῳ τῶν κιόνων ἠρτημένος τῇ κεφαλῇ κατενεχθεὶς ἥρμοσεν. Tacit. lib. 2. Histor. de Vespasiano, *quem hortari, responsa vatum, & syderum motus referre. Nec erat intactus tali superstitione, vt qui mox rerum Dominus Seleucum quendam Mathematicum rectorem & præscium palam habuerit. Recursabant animo vetera omina. Cupressus arbor in agris eius conspicua altitudine repentè prociderat, ac postera die eodem vestigio resurgens procera & latior virebat. Grande id prosperúmque consensu aruspicum.*

A

CAP. XXVII.

De Omine Victoriæ ex Vbertate.

VBERTAS frugum, aut vuarum repentina, & insolita auspicata fuit, & victoriæ astipulatrix. Procopius lib. 3. Gothico, Antequam Belisarius moueret in Vitigem Gotthorum in Italia Regē in vinea quam in Panreehio suburbio Constantinopolitano habuit tanta vini fuit vbertas, vt dolia omnia implerentur, puæ in agro ferui defoderūt pice tecta ne effluerēt. μησὶ δὲ ὀκτὼ ὕστερον ἐν πίθοις τισὶν ἀναβράσαντα ὁ οἶνος διασπάσας μὲν τὴν πηλὸν ὥσπερ ἐπίφραχτ αὐτῶν ἐκαστος, ἐξεβλύσας δὲ, &c. *Octo postea mensibus vinum in doliis quibusdam efferuescens disiecit picem qua obstructa erant dolia, & superebullans, ac multum fluens, tam* B *large terram qua inclusum erat inundauit, vt in pauimento lacunam effecerit, quod cum sæpius fieret & dolia implerentur felicitas ingens portendi visa est.* Idem l. 4. *Quinto & vigesimo anno Imperij Iustiniani per autumnum, cum iam vuæ lectæ, & expressa essent tantus æstus per vnum aut alterum mensem extitit, vt rosa, poma, nuces, & fructus omnis generis ex arboribus prorumperent. Quod magna cuiusdam felicitatis omen fuit.*

CAP. XXVIII.

De Omine Regni ex sessione.

INOPINATA in Solio Regio sessio Regni omen dedit Seuero apud Xiphilin. C ὕπαρ δὲ ἐς τε τὸ βασιλικὸν δίφρον ἐφιζῶσθαι ὡς ἐπ ἀγνοίᾳ ἐνιδρυῶσθαι. Apud Spartianum *Seuerus cum rogatus ad canam Imperatoriam palliatus venisset qui togatus venire deberet togam præsidiariam ipsius imperat. accepit. Sedit & in sella Imperatoria temere à ministro posita ignarus quod non liceret.* Apud Appianum in Syriaco, Cum Alexander Babylonem ex India reuersus nauigio paludes lustraret, abreptumque Diadema ventus ad sepulcrum prisci cuiusdam Regis detulisset Seleucus ad diadema enatauit, quod receptum vt ab aquæ iniuria tueretur capiti imposuit, quo facto Regi mors, Seleuco Regnum denuntiatum, ὅτι τὸ διάδημα ἐκκολυμβήσαι, καὶ περιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἵνα ἄβροχον εἴη.

CAP. XXIX.

D

De Procellis, Tonitruis, Fulminibus.

PROCELLAS, & fulmina cladis signa fuisse ostendit Appianus in Parthico, τῷ δὲ Κράσσῳ διαβιβάζοντι τὴν στρατιὰν, κατὰ τὸ ζεῦγμα πολλαὶ μὲν ὑπερφυεῖς βρονταὶ περιερρήγνυντο, πολλὰ δὲ κατήστραπτεν ἐναντία τοῦ στρατοῦ: *Crasso per pontem exercitum traducenti obstrepebant immaniter multa tonitrua mixtis fulminibus in oculos militum fulgurantibus, ventus quoque procellosus in pontem incubuit, & bonam eius partem perfregit. Locus castris designatus bis de cælo tactus est.* Idem lib. de bello Mithridat. cùm Triarius vellet confligere cum Mithridate, πνεῦμα οἷον οὐκ ἐμνημόνευε γενόμενον τάς τε σκηνὰς ἀμφοτέρων διέρριψε καὶ τὰ ὑποζύγια παρέσυρε, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐστιν οὓς κατεκρήμνισε: *Ventus, quantum nemo fuisse meminerat, tabernacula vtrinsque exercitus deiecit, & iumenta, equosq́; abripuit, & homines aliquot præcipites tulit.* Dio lib. 45. *Ante cædem Ciceronis multa fulmina* E *cecidere, quadam etiam in cellam Iouis Capitolini, qua in templo Victoriæ fuit.* ἐς τὸν νεὼν τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου ἐν τῷ νικητηρίῳ ὄντα κατέσκηψαν. *Et ventus vehemens sequutus statuas ad templa Saturni, & Fidei positas abrupit.* τάς τε στήλας τάς περὶ τὸ κρόνιον, καὶ περὶ τὸ τῆς πίστεως νεὼν πεπατηγμένας ἀπέρρηξε, καὶ διεσκέδασε: *& simulacrum Mineruæ custodis,* φυλακίδος, *quod ante exsilium Cicero in Capitolio dicauerat, deiecit, & rupit.* Appianus lib. 1. Ciuil. ἀγνωσίᾳ δὲ τῆς ἡμέρας γενομένης ἐπέρω προύγραφε Carbo, καὶ ἐν ταύτῃ κεραυνοῦ πεσόντος εἰς τὸ τῆς σελήνης, καὶ τὸ τῆς δήμητρος ἱερὸν οἱ μάντεις ὑπὲρ τὰς θερινὰς τροπὰς ἀνέθεντο τὰς χειροτονίας: Carbo, *cùm dies innominata esset, comitia in aliam diem distulit, & in ea cùm fulmen in templum Lunæ, & Cereris decidisset, Augures comitia distulerunt vltra solstitium æstiuum.* Suetonius Augusto, cap. 95. *Ingrediente eo vrbem liquido, ac puro sereno circulus ad speciem cælestis arcus orbem Solis ambiit, ac subinde Iuliæ Cæsaris filiæ monumentum fulmine ictum est.* Virgilius 7. Æneid.

Ter

—— Ter cælo clarus ab alto
Intonuit, radiisq́ ardentem lucis, & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.

Suetonius in Augusto cap. 95. *Ictu fulminis ex inscriptione statuæ eius prima nominis litera effluxit. Responsum est centum solos dies post hanc victurum, quem numerum C. litera notaret.* Aristophanes in Nubibus, βροντὴ δ' ἐῤῥάγη δι' ἀστραπῆς, ἡ σελήνη δ' ἐξέλιπε τὰς ὁδοὺς, ὁ δ' ἥλιος τὴν θρυαλλίδα εἰς ἑαυτὸν συνελκύσας οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν: *Tonitru ruptum est cum fulgure, Luna reliquit vias, Sol autem ellychnium ad se contrahens dixit se nolle lucere.* vbi vetus Scholiastes, οἱ γὰρ ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντες ἐπετήρουν τὰς διοσημίας, *qui in bella exibant, seruabant de cælo.* Arnobius lib. 2. *Seruatis de cælo, aut otiosis obnunciationibus factis actiones.* Dio lib. 50. ante pugnam Actiacam συχνὰ μὲν ὑπὸ χειμῶνος ἐπόνησεν, ὥστε καὶ τρόπαιόν τι ἐν τῷ Ἀβεντίνῳ ἑστὸς, καὶ νίκης ἄγαλμα ἀπὸ τῆς τοῦ θεάτρου σκηνῆς πεσεῖν. τήν τε γέφυραν τὴν ξυλίνην πᾶσαν καταῤῥαγῆναι: *multa tempestate afflicta sunt, ita vt trophæum quoddam in Auentino stans, & Victoriæ simulacrum è scena theatri ceciderit, & pons ligneus tactus confractus sit.* Plutarchus in Dione, ἐξαίσιοι βρονταὶ, καὶ διοσημίαι πονηραὶ, ante exilium Ciceronis fuere inauspicata tonitrua, & signa de cælo mala. Dio lib. 37. in fine, χειμὼν τοιοῦτος ἐξαίφνης τήν τε πόλιν ὅλην καὶ τὴν χώραν ἅπασαν κατέσχεν ὥστε πάμπολλα δένδρα πρόῤῥιζα ἀνατραπῆναι, πολλὰς δὲ οἰκίας καταῤῥαγῆναι, τά τε μὲν πλοῖα τὰ ἐν τῷ Τιβέρι, καὶ πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ πρὸς τὰς ἐκβολὰς αὐτοῦ ναυλοχοῦντα βαπτισθῆναι, καὶ τὴν γέφυραν τὴν ξυλίνην διαφθαρῆναι: *Talis procella derepente vrbem omnem, & regionem perculsit, vt multæ arbores radicitus euerterentur, multæ domus deiicerentur, & nauigia in Tiberi, & ad vrbem, & ad ostia fluuij stantia mergerentur, & pons Sublicius deturbaretur.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Quid cùm in Capitolio ictus centaurus ex cælo est? In Auentino portæ, & homines, Tusculi ædes Castoris, & Pollucis, Romæq́ Pietatis?* Dio lib. 50. Augustus victoriæ spe concepta ὅτι ὑετός τε ἐν τούτῳ λάβρος καὶ χάλαζα πολλὴ, ἔς τε τὸ τοῦ Ἀντωνίου ναυτικὸν μόνον εἰσέπεσε, καὶ πᾶν αὐτὸ συνετάραξε: *quod imber cum impetu interim, & multa grando in classem Antonij decidit, & vniuersam perturbauit ante prælium Actiacum.* Lib. 40. *Ante cladem Crassi tanta in fluminis transitu coorta est nebula, vt milites ipsi inuicem impingentes corruerent, nec priùs hostilem agrum cernerent, quàm in eo pedem posuissent: itaque & transgressi sunt Euphratem summa cum difficultate, & de ponte in terram non minori descenderunt. Sub hæc ventus incubuit validus, fulminaq́ deciderunt; pónsque, antequàm omnes transiuissent, disruptus est.* ἄνεμός τε πολὺς ἐπέπεσε, καὶ κεραυνοὶ κατέσκηψαν. Addidit Crassus, οὐδεὶς ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐπανήξει, *nemo ex nobis hinc reuertetur.* Dio lib. 41. Ante Pompeij cladem *lupi, & bubones frequentes in vrbe visi, terræmotus crebri cum mugitibus editi sunt, ignis ab Occasu in Ortum delatus, alius ignis cùm alia ædificia, tum Quirini ædem exussit, Sol totus deliquium pertulit. Sceptrum Iouis, galeáque Martis in Capitolio reposita.* Item, *columnæ, in quibus leges extabant, de cælo tactæ sunt. multa animalia partus monstrosos ediderunt, multi fanatici furore correpti futura prædixerunt.* lib. 45. κεραυνοί τε γὰρ παμπληθεῖς ἔπεσον, καὶ τινὲς αὐτῶν, καὶ ἐς τὸν νεὼν τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου ἐν τῷ νικητηρίῳ ὄντα κατέσκηψαν, &c. *Fulmina innumera ceciderant, & quædam ex iis in cellam Iouis Capitolini, quæ erat in templo Victoriæ, incubuerant, & ventus vehemens columnas circa fanum Saturni, & Fidei euulserat, ac dissipauerat. Statuam quoque Mineruæ custodis, quam ante exilium suum Cicero in Capitolio posuerat, deiecerat, ac confregerat.*

CAP. XXX.

Nimbi.

INAVSPICATVM fuit sereno nimbos, aut fulmina extitisse, vt Liuius lib. 37. Tertull. lib. 3. in Marcion. *Constat in Iudæa per dies quadraginta matutinis momentis de cælo nimbos pependisse omni mœniorum habitu euanescente de profectu diei, sub Seuero.* Procop. 2. Gotthico. Barbaris aciem instruentibus dirum omen, si à sua parte cælum nitesceret, ab hostibus pluuium ac tenebricosum esset. Aristophan. Acharnanens. ἀλλ' ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν τοῖς Θρᾳξὶ περὶ μισθοῦ. λέγω δ' ὑμῖν, ὅτι διοσημία 'στὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με: *Sed interdicto Thracibus de mercede ne concionem aduocent, dico vobis quia seruatum est de cælo, & stilla me percussit.* Plaut. Mercatore.

Respice huc ad dextram, Carine nonne, ex aduerso
Vides? Nubis ater, imbérque instat,
Aspice nunc ad sinistrum cælum, vt splendore
Est coruscum ex aduerso vides.

Lib. 9. Æneidos Virgilius, ——*& ingens* A

Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus.

Xiphilin. Seuero. pag. 305. καὶ πῦρ αἰφνίδιον νυκτὸς ἐν τῷ ἀέρι τῷ πρὸς βορρᾶν τοσοῦτον ὤφθη, ὥστε τοὺς μὲν τὴν πόλιν ὅλην, τοὺς δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν καίεσθαι δοκεῖν. ὃ δὲ δὴ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ψεκὰς ἐν αἰθρίᾳ ἀργυροειδὴς εἰς τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀγορὰν κατεῤῥύη: *Et ignis subitaneus nocte in aere ad boream tantus emicuit, vt alij vniuersam ciuitatem, alij cælum ipsum ardere putarent. & quod maximè omnium me in admirationem rapit, pluuia rori similis argentea cælo sereno in Augusti forum decidit, quam vt ceciderat collegi, eáque minuta aliquot æra colore argenteo, & candido tinxi, mansitque is color tres dies.* Athenis fuit Ζεὺς ὑέτιος, *Iuppiter imbricator*, quem his appellabant precibus, εὐχὴ Ἀθηναίων ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων, vt Marcus Antonius Imperator lib. 5. de vita sua. Tibull.

Te propter nullos tellus tua sustinet imbres, B

Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.

lib. 2. Gotth. Procop. Heruli cum per iniuriam Languobardos bello vexarent, bellum per legatos deprecantes, & vtræque acies in armis starent supra Languobardos nubes obscura stetit, supra Herulos purum serenum & limpidum, quod inauspicatum habetur.

CAP. XXXI.

Defectiones Lunæ, Solisque.

DEFECTIONES Lunæ, & Solis multis locis à nobis hic adnotatæ sunt. Xiphilinus in Vitellio, in cuius exercitu ἐπηύξησεν τὴν ταραχὴν ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη, ἀλλ' ὅτι καὶ αἱματώδης, καὶ μέλαινα, ἄλλα τε τινὰ χρώματα φοβερὰ ἀφιεῖσα ὤφθη: *Tumultum auxit Lunæ defectio noctu non obumbratæ modo, sed sanguinolentæ, & nigræ, aliosque colores terribiles præferentis.* Dio lib. 60. καὶ ἐπειδὰν ὁ ἥλιος ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ ἐκλείψειν ἔμελλεν: *quia natali Claudij Solis defectio futura erat, causas defectionis publicè proposuit huiusmodi; Luna si respectu nostri aspectus rectà sub Solem veniat, & infra eius radios currat, splendorem eius magis, minusve occultat. Luna verò deficit quoties è regione opposita Soli* (quod ei in plenilunio, sicut Soli in coitu Lunæ contingit) *in vmbram terræ turbinatam incidit,* ἐς τὸ τῆς γῆς σκίασμα κωνοειδὲς ὂν ἐμπίπτῃ. lib. 45. ὡς γὰρ τὴν Ῥώμην εἰσιόντος αὐτοῦ ἴρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ, καὶ ποικίλη περιέσχεν: *Augusto intrante Romam Iris omnem Solis ambitum ingens, & varia complexa est.* Cicero lib. 1. Diuinat. *Si Luna paulo ante Solis ortum defecisset in signo Leonis fore vt armis Darius & Persæ ab Alexandro & Macedonibus prælio vincerentur, Dariúsque moreretur.* Xiphilin. Nerone, ὁ μέν τοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ταῖς ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γινομένας ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφανῆναι. Polybius lib. 5. οἱ δὲ γενομένης ἐκλείψεως σελήνης οἱ Γαλάται σημειωσάμενοι τὸ γεγονός: *tunc loco ostenti, quod acciderat de Luna ducentes.* Vetus Poëta de eclipsi, D

——*quippe per æthram,*
Qua citimus limes dispescit turbida puris
Inuiolata meat, sed vasto corpore tellus
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet vmbriferis metis, dum sidere claro
Pallescit teres vmbra rotæ, dum transeat axem
Aggerei velox tumuli, speculóque rosanti
Fraternásve pares per cælum libera flammas.

Fuêre sæpe & pluuiæ prodigiosæ, si carnibus, lana, cineribus, sanguine plueret. P. Diaconus lib. 12. Histor. Miscel. Sub Valentiniano *primo apud Atrebatas vera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Constantinopoli grando miræ magnitudinis decidens nonnullos homines extinxit.* Apud Iulium Obsequentem libro de prodigiis, *sanguine pluit, carnibus pluit.* Sub Leone primo *cineres de cælo Constantinopoli cecidere.* apud Zonaram, ὑετίσθαι δὲ καὶ σποδὸν ἐν τῇ Βυζαντίδι πόλει, ὥστε καὶ εἰς παλαιστὴν αὐτὴν ὑψωθῆναι: *cinerem pluisse multum Byzantij, ita vt ad palmum exsurgeret.* Liuius lib. 3. cap. 10. *Inter alia prodigia & carne pluit, quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur. quod intercidit sparsum ita iacuisse per aliquot dies vt nihil odor mutaret. Libri per Duumuiros sacrorum aditi, pericula à conuentu alienigenarum prædicta.* lib. 22. cap. 1. *Solis orbem minui visum, & Præneste ardentes lapides cælo cecidisse, & Arpis palmas in cælo visas, pugnantémque cum Luna Solem, & Capenæ duas interdiu Lunas ortas, & aquas Cærete sanguine mistas fluxisse, fontémque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis, & in Antij agro metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.* E

A *cecidisse.* lib. 23. cap. 31. *Mare arsit eo anno. Ad Sinuessam bos equuleum peperit, signa Lanuuij ad Iunonis Sospitæ cruore manauere, lapidibúsque circa id templum pluit, ob quem imbrem Nouendiale, vt assolet, sacrum fuit, cæteraq; prodigia cum cura expiata.* lib. 26. cap. 23. *Nuntiatum est in foro Tudertano sanguinis riuos per diem totum fluxisse, & Ereti lapidibus pluisse, & Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis maioribus sunt procurata, & obsecratio in vnum diem populo indicta, & Nouendiale sacrum.* lib. 30. cap. 38. *Cumis Solis orbis minui visus, & pluit lapideo imbri, & in palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio Nouendiali sacro, cætera hostiis maioribus expiata.* lib. 34. cap. 44. *In foro, & comitio, & Capitolio sanguinis guttæ visæ sunt. Et terra aliquoties pluit, & caput Vulcani arsit. Interamnæ lac fluxisse nunciatum, pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso, & in Piceno agro, non manus, non pedes habentem natum. Ea prodigia ex Pontificum decreto procurata, & sacrificium Nouendiale factum, quod Adriani nunciarant in agro suo lapidibus pluisse.* lib. 27. cap. 13. *Sinuessa lacte pluisse, & cum* B *elephanti capite puerum natum.* lib. 41. cap. 9. *Lapidem in agro Crustumio in lacum Martis de cælo cecidisse, puerum trunci corporis in agro Romano natum, & quadrupedem anguem visum. Cineres pluuiæ instar sæpe ex aëre lapsi sunt.* Cedrenus sub Leone I. Aug. ἀθρόον ἐν εἴδει νιφάδος ὕσθη κόνις πεπυρακτωμένων τῶν νεφῶν περιφαινομένων, ὡς νομίζειν πάντας ὅτι πῦρ βρέχει, καὶ ἐπὶ παλαιστὴν ἐτέθη ἡ κόνις: *Confertim in specie niuis pluit cinis cum nubes ignitæ viderentur, vt omnes putarent ignem pluere.* Idem in Constante nepote Heraclij, τῷ ια΄ ἔτει Κώνσταντος κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατηνέχθη, *vndecimo anno Constantis cinis ex cælo delatus est.*

C A P. XXXII.

C

De Cæli & Terræ Prodigiis, & de Igni.

MVLTA in cælo, & terra prodigia Hetrusci annotarunt. Dio lib. 47. Ante pugnam Philippensem ἐν τῷ ἄστει ὅτε ἥλιος ποτὲ μὲν ἠλαττοῦτο, καὶ ἐλάχιστος ἐγίγνετο, ποτὲ δὲ καὶ μέγας καὶ τρίτος ἐξεφαίνετο, καὶ ποτὲ καὶ νυκτὸς ἐξέλαμψε: *& in vrbe Sol alias minor factus, alias maior cum duobus aliis conspectus est, alias nocte effulsit. De cælo multa loca tacta, inter quæ & Iouis victoris ara, faces hic & illic accensæ.* lib. 50. *Bubo in templum Concordiæ, deinde in reliqua etiam ferè omnia quæ sanctissima habebantur delubra deuolauit, ac cum vndique exigeretur in æde genij populi consedit, ac neque captus est, & tardè omnino auolauit. Currus Iouis equestribus ludis Romanis confractus est,* καὶ λαμπὰς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὑπὲρ τῆς Ἑλληνικῆς θαλάσσης αἰωρηθεῖσα ἐς τὸν αἰθέρα ἀνέδραμε. Liuius lib. 41. cap. 21. *Arcus interdiu sereno cælo super ædem Saturni in foro Romano intentus, & tres simul Soles effulserunt, & faces eadem nocte plures per cælum lapsæ sunt in Lanuuino.* lib. 43. cap. 13. *Fregellis in domo* D *L. Atrei hasta quam filio militi emerat interdiu plus duas horas arsisse, ita vt nihil eius ambureret ignis dicebatur.* lib. 3. cap. 5. *Cælum visum est ardere plurimo igni.* Item lib. 30. cap. 12. lib. 32. cap. 9. lib. 43. cap. 13. *Cælum Faleriis findi visum.* lib. 22. cap. 1. *Lunæ duæ interdiu Capenæ ortæ.* ibidem lib. 28. cap. 11. *Lux nocte Fregellis orta.* lib. 32. cap. 29. *Lux inter noctem Frusinone orta.* lib. 23. cap. 31. *Mare arsit.* Dio lib. 56. ante obitum Augusti *Sol totus defecerat, magna pars cæli arsit, ignita ligna de cælo cadere visa, crinita & sanguinolenta stellæ fulserant.* τοῦ οὐρανοῦ τὸ πολὺ καίεσθαι ἔδοξε, ξύλα τε διάπυρα ἀπ' αὐτοῦ πίπτοντα ἐφαντάσθη. Suidas de Constantino, ἐν τοιαύτῃ δὲ φροντίδι τὸν περὶ μεσημβρίας ἡλίου ὥρας εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον πυρὸς στροφοειδῶς. Lego, σταυροειδῶς γεγραφότα, ἐν τούτῳ νίκα. Arrian. lib. 3. καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο, καὶ Ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ, καὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ γῇ. Seneca in Thyeste,

—— lucus tremiscit
Tota succusso solo nutauit aula.

E In Oedipo. *Mugisse solum.*
In Thyeste. *Solum mugit.*
In Oedipo. *Terra se retro dedit,*
—— gemuítque penitus.

In Troadibus.

Cui viscerum secreta, cui mundi fragor,
Et stella longe semitam flamma trahens
Dant signa fati.
Cum subito cæco terra mugitu fremens
Concussa cæcos traxit ex imo sonos.

Claudian. —— *Ecce repens mugire fragor.*

Virgil.

Virgil. —— *Magno cum murmure montis*
Circum claustra fremunt.

Aristoteles lib. 2. Meteor. cap. 8. sub terra omnes vocum differentias emitti scribit, vt putes μυκᾶσθαι τὴν γῆν ὥσπερ οἱ τερατολογοῦντες λέγουσι. In problemat. In paludibus quæ sunt propter fluuios fieri sonitus qui vocantur *Bomugi*, quos sacros Dei tauros esse fabulantur. Plinius lib. 2. *Præcedit terræ motum, & comitatur terribilis sonus. alias murmur simile mugitibus, aut clamori humano, armorúmve pulsantium fragori.*

CAP. XXXIII.

De Araneis.

ARANEÆ signis insidentes triste augurium fecere. Dio lib. 41. Pompeius δ' ἐπειδὴ κατάρας εἰς τὸ Δυρράχιον στρατιώτας κεραυνοὶ ἐν αὐτῷ τῷ στρατοπέδῳ ἔφθειραν καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀράχναι κατέσχον, *vt Dyrrachium appulit fulmina milites exanimarunt, & signa militaria aranea obsederunt, ipsiusque Pompeij è naue egressi vestigium serpentes aduoluti confuderunt,* ὄφεις τὸ ἴχνος ἐπιπατούμενοι συνέχεον. Pausanias in Bœotis. Thebis τοῦ ἱεροῦ τὰς θύρας ἀράχναι ὑφάσματι λευκῷ, κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου ἔφοδον μέλανι ἐξύφηναν: *fores templi aranea texto candido ante prælium Leuctricum prætexuerunt, cum irrupit Alexander nigro,* ἐν Δήμητρος ἱερῷ Θεσμοφόρου, *in Cereris legiferæ delubro.* Diodorus Siculus lib. 17. Thebis antequam ab Alexandro euerterentur, ἐν τῷ τῆς Δήμητρος ἱερῷ λεπτὸν ἀράχνης ὕφασμά τι διαπεπετασμένον ὤφθη, τὸ μὲν μέγεθος ἔχον ἱματίου, κύκλῳ δὲ περιφαῖνον ἴριν τῇ κατ' οὐρανὸν ἐοικυῖαν: *In Cereris templo aranea tenue textum extensum visum est, magnitudine pallij, in ambitum ostendens Iridis speciem, quæ in cœlo cernitur, oraculum editum.* ἱστὸς ὑφαινόμενος ἄλλῳ κακὸν, ἄλλῳ ἄμεινον: *tela texta alij malum, alij melius.* Ælianus l. 12. Variar. c. 57. ἀράχνη κατὰ τοῦ προσώπου ἀγάλματος: *Aranea in facie simulacri.* Dio. l. 47. τά σημεῖα τοῦ στρατεύματος τοῦ τὴν πόλιν φυλάττοντος ἀραχνίων ἀνεπλήσθη, καὶ ἐν τοῖς Ἀσκληπιείοις μέλισσαι ἐς τὴν ἄκραν πολλαὶ συνεστράφησαν, γῦπες ἐπί τε τοῦ ναοῦ τοῦ Γενίου τοῦ δήμου, &c. *Signa militum vrbem custodientium araneis repleta sunt; arma visa sunt è terra in cœlum ascendentia, & sonitus eorum multus auditus, in culmen ædis Aesculapij multæ apes confluxerant, vultures complures templum genij P. R. & concordiæ insederant.*

CAP. XXXIV.

Apes.

DE Apibus supra egimus. hoc adiiciamus ex Ammiano lib. 18. *In domo Barbationis pedestris militiæ tunc rectoris examen apes fecere perspicuum. Superque hoc prodigiorum gnaros sollicitè consulenti discrimen magnum portendi responsum est, coniectura videlicet tali, quod hæ volucres post compositas sedes, opesque congestas fumo pelluntur, & turbulento sonitu cymbalorum.* Lycophron
ὡς μέλισσαι συμπεφυρμέναι καπνῷ.
Vt apes infestatæ fumo. Apollon. lib. 2. Argon.
ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες
Ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσι.
Vt examen apum pastores fumo pellunt è saxo. Xiphilin. in Seuero. ἀετὸς ἐπ' ἄγαλμα στρατιωτικὸν ἱζήσας ἐπὶ τούτου ἐπέμεινε καίτοι ἀποσοβούμενος, ὥστε καὶ ἁλῶναι, καὶ μέλισσαι κηρία περὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τάς τε εἰκόνας αὐτοῦ μάλιστα περιέπλασσον: Pescennino Nigro *Aquila quæ in statua militari consederat in ea licet abigeretur constitit, quousque capta est. apesque in signis militaribus, & maximè in statuis ipsius fauos finxerunt.* Salisberiensis lib. 1. *Apes Platonis infantis labiis mel inserebant, Hieronem paruulum, indigentem opis humanæ apes circa eum melle coniecto pluribus aluere diebus, & sic consilio aruspicum regnum ei portendi canentium,* &c. Onesyli Ducis Cypriorum à Persis victi ad portam vrbis Amathusiæ caput suspenditur, in quo cum apes mella, & fauos fecissent, vt Deus ab Amathusiis cultus est, ait Herodotus. Dio lib. 42. antequam vinceretur Pompeius, κεραυνοὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσέπεσον, καὶ πῦρ ἀέριον ὑπὲρ τῆς τοῦ Καίσαρος ταφρείας φανὲν ἐς τὴν ἐκείνου κατέσκηψε, τά τε σημεῖα αὐτοῦ τὰ στρατιωτικὰ μέλισσαι περιέσχον: *fulmina in castra Pompeij ceciderunt, & ignis aërius super Cæsaris vallo visus in vallum Pompeij incubuit, & signa eius militaria apes amplexæ sunt.* Liuius lib. 24. cap. 10. *Romæ quoque in ipsa vrbe secundum apum examen in foro visum.* lib. 27. cap. 25. *Apum examen Casini in foro visum.*

A

CAP. XXXV.

Lupi.

SED & Lupi ominosi fuere. Ante bella ciuilia inter Cæsarem, & Pomp. λύκοι τε καὶ βύαι πολλοὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἄστει ὤφθησαν, καὶ σεισμοὶ συνεχεῖς μετὰ μυκηθμῶν: *in ipsa vrbe lupi & bubones frequẽtes extiterunt, & terræ motus cum mugitibus. Ignis ab occidua cæli parte in orientalem perlatus est. alius ignis cum alia ædificia, tum Quirini ædem exussit, Sol totus deliquium pertulit. Sceptrum Iouis galeáque Martis in Capitolio reposita, itemque columnæ in quibus leges extabant de cælo tactæ sunt.* Dio lib. 41. Lupus bono omini fuit, apud Liuium lib. 10. Dio lib. 48. δείσας ὅτι λύκος ἐς τὸ

B στρατηγικὸν αὐτοῦ εἰσῆλθε: *territus quia lupus in eius prætorium introierat.* λύκος ἐν Ῥώμῃ ὤφθη: *lupus Romæ visus.* Horat. Od. 27. lib. 3.

> *Impios Parræ recinentis omen*
> *Ducas, aut prægnans canis, aut ab agro*
> *Raua decurrens lupa Lanuuino,*
> *Fœtáque vulpes.*

Zonaras pag. 41. tit. 2. Pausanias in Arcadicis, cum Cleombrotus Rex Lacones duceret ad Leuctra, sequebantur eum capræ ducentes gregem ouium, lupi in capras ouium duces inuolant, gregem non attingunt. Lupus Apollini sacer, ideo Homerus λυκηγενέτην Apollinem vocat, vt Ælianus ait, quod Latona paritura induit lupæ speciem, ideoque in Delphico templo lupi specie Apollinis simulacrum est. Dio lib. 48. Antonius territus ὅτι

C λύκος ἐς τι τὸ στρατηγικὸν αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ στρατιώτας ἔφθειρεν: *quod lupus in prætorium eius intrasset, & milites aliquot occidisset.* Plin. lib. 8. cap. 22. *Inter auguria ad dexteram commeantium præciso itinere, si pleno id ore lupus fecerit, nullum ominum præstantius.* Antequam ab Adriano August. Hierosolymæ euerterentur, τὸ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος ἀπὸ ταυτομάτου διελύθη τε καὶ συνέπεσε, καὶ λύκοι, ὕαιναί τε πολλαὶ ἐς τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσέπιπτον ὠρυόμεναι: *monumentum Salomonis sponte dissolutum & collapsum est, & lupi, ac hyænæ in eorum vrbes rugientes, atque vlulantes irruperunt,* ait Zonaras. Ante pugnam Actiacam apud Dion. lib. 50. *Quidam mente captus cum ludi essent in theatrum insiluit, coronamque superioris Cæsaris rapuit, ac sibi imposuit, estq; à circumstantibus discerptus, lupus in ædem fortunæ ingressus, deprehensus, occisusque est. Canis canem in circo,* παρ' αὐτὴν τὴν ἅμιλλαν τῶν ἵππων κατηργάσατο, καὶ κατέφαγε. lib. 55. ante mortem Drusi λύκοι περὶ τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τὸν θάνατον αὐτοῦ περινοστοῦντες ὠρύοντο, καὶ νεανίσκοι δύο διὰ μέσου τοῦ ταφρεύματος διιππεύοντες ὤφθησαν, θρῆνός τέ τις

D γυναικεῖος ἠκούσθη καὶ ἀστέρων διαδρομαὶ ἐγένοντο. Capitolin. in Maximo. *Lupi vrbem quingenti simul ingressi sunt, in quam se Maximus receperat.* Manasses in Politicis, cum Lauinium conderetur, πρῶτον μὲν πῦρ αὐτόματον τῇ νάπαις ἀνεδόθη, ἔπειτα λύκος ἐκπηδῶν ποθὲν ἀπὸ δρυμῶνος ὕλην ξηρὰν τῷ στόματι λαμβάνων ἐπετίθει, ἀετὸς δὲ πτερυσσόμενος ὄρνις μεγαλοπτέρυξ ταῖς πτέρυξι ἀνέκαιε τὸ πῦρ ἀναρριπίζων. ἀλώπηξ δέ τις δολερὰ τούτοις ἀντιζηλοῦσα, καὶ τοῖς ἀνάπτουσι τὸ πῦρ ἀντιπαλαμωμένη σβεννύειν ἔσπευδεν αὐτὸ, καὶ μαρασμὸν ἐπάγειν τὴν κέρκον διαβρέχουσα λιβάσι ποταμίοις. Hæc desumpta sunt ex lib. 1. origin. Dionys. Halycarn. *primum ignis spontaneus è nemore exsiliit, postea lupus è querceto egressus ligna sicca ore sumens admouebat, aquila ingentibus alis ventilans accendebat ignem. vulpes subdola æmula, aduersata illis qui ignem accendebant extinguere properabat caudam aquæ immergens, & flammam aqua spargens. aliquando igitur qui accendere volebant, præualebant, interdum vulpes erat superior. demum aquila & lupus vicere, vulpes fuga elapsa est.* Pausanias in Corinthiacis scribit Argiuos lu-

E pis ad auguria vti.

CAP. XXXVI.

De Sorice, & Mure.

SORICIS occentus, aut si mus arroderet aliquid, inauspicatum fuit. Plin. lib. 8. cap. 57. *Soricis occentu dirimuntur auspicia.* Auson.

> *Quadrupes auspiciis qui iungitur oscinibus? Mus.*

Plin. lib. 8. cap. 57. *Mures cum candidi prouenere lætum faciunt ostentum.* Plutarchus in Sylla, καὶ μυῶν ἐν ἱερῷ χρυσὸν διαφαγόντων: *cum mures in templo aurum arrosissent.* Clemens lib. 4. Stromat. ἐὰν μῦς διορύξῃ βωμὸν, κἂν μηδὲν ἄλλο ἔχων διαφάγῃ ληκύθιον: *si mus suffoderit aram, & nihil aliud habens arroserit ampullam.* Cic. 1. Diuinat. *Sisenna exponit initio belli Marsici, & Deorum simulacra*

ſimulacra ſudauiſſe, & ſanguinem fluxiſſe, & diſceßiſſe cælum, & ex occulto auditas eſſe voces, quæ pericula belli nuntiarent, & Lanuuij clypeos, quod aruſpicibus triſtiſsimum viſum eſſet, à muribus eſſe deroſos. lib. 2. *Nos autem ita leues atque inconſiderati ſumus, vt ſi mures corroſerint aliquid quorum eſt opus, hoc vnum monſtrum putemus. Nam ſi iſta ſequimur, quod Platonis politiam nuper apud me mures corroſerint, de Rep. debui pertimeſcere.* Bion dixit, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν οὐκ ἔχων ὅ τι φάγῃ; *quid mirum ſi mus ſaccum arroſit, non habens aliud quod corroderet?* Liuius lib. 30. *Mures Antij coronam auream corroſerunt.* lib. 27. *Mures in æde Iouis aurum roſiſſe.* Plutarch. in Marcello, *Minutius dictator, & Flaminius Magiſter equitum abierunt magiſtratu*, ἐπεὶ τριγμὸς ἠκούσθη μυὸς, *quia ſoricis occentus fuerat.* Ammianus Marcell. *ſuper ſoricis occentu, vel occurſu muſtelæ conſulens.* Saliſberienſ. lib. 1. Polycrat. *Sulpicio Sacerdoti lapſus apex de capite Sacerdotium abſtulit, occentus ſoricis auditus M. Fabio præfecturam. Si veſtem in operis tui initio à ſoricibus corroſam ſenſeris tempera ab inceptis. Mures haud ſpernendum in oſtentis etiam publicis animal. Arroſis Lauinij clypeis argenteis mures Marſicum portendêre bellum, Carboni Imperatori apud Cluſium faſciis quibus in calceatu vtebatur exitium.* Valer. Maxim. lib. 1. *Audito ſoricis occentu Fabius Max. dictatura, C. Flaminius magiſterio equitum ſe abdicarunt. Mures in fundamentis vrbis quæ ad Strymonem ædificabatur pugnantes reperti ciues oſtenderunt feroces ac bellicoſos fore.*

CAP. XXXVII.

De Canibus, & Muribus.

CANES inauſpicati vt plurimùm fuere. Dio lib. 45. κόρακές τε ἐς τὸ διοσκούρειον ἐσπτάμενοι τὰ τῶν ὑπάτων, τοῦ τε Ἀντωνίου, καὶ τοῦ Δολαβέλλου ὀνόματα ἐνταῦθα ἐν πινακίῳ ἐγγεγραμμένα ἐξεκόλαψαν, καὶ κύνες πολλοὶ νυκτὸς κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν, καὶ πρὸς τῇ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ Λεπίδου οἰκίᾳ μάλιστα συστρεφόμενοι ὠρύοντο, &c. *Corui in Caſtorum templum inuolantes nomina Antonij & Dolabellæ Coſ. ibidem in tabula inſcripta eroſerunt, & multi canes nocte cum in aliis vrbis locis, tum ad domum Lepidi Pontificis vlularunt. Padus cum in adiacentes terras admodum exundaſſet repente ſe recepit in alueum, magnámque ſerpentium vim in ſicco deſtituit. Innumeri piſces ex mari per oſtia Tiberis in continenti eiecti ſunt.* Seneca in Oedipo,

> *Quin Tanarij vincula ſerri rupiſſe canem*
> *Fama, & noſtris erraſſe locis, mugiſſe ſolum*
> *Vaga per lucos ſimulacra virum, maiora viris,*
> *Bis Cadmæum niue diſcuſſa tremuiſſe nemus,*
> *Bis turbatam ſanguine Dircen nocte ſilenti*
> *Amphioneos vlulaſſe canes.*

Heſych. ἑκάτης ἀγάλματα, τὰς κύνας οὕτω φασὶ διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι ἑκάτῃ κύνας, Canis inopinatus concurſus, vel occurſus, ominoſus. Terent. Phorm.

> *Introiit in ædes ater alienus canis.*

Horat. lib. 3.

> *Impios Parræ recinentis omen*
> *Ducat & prægnans canis.*

De muribus arrodentibus apud Aſſyrios etiam Herodot. lib. 2. *Cum Sennacherib in Aegyptum expeditionem mouiſſet, & de nocte mures pharetras & ſcuta militum arroſiſſent, ei clades portendi viſa.* lib. 30. Liuius cap. 2. *Mures Antij coronam arrodunt.* lib. 40. cap. 58. *Mures de menſa oleas prægustant.* Auguſtin. lib. 2. doct. Chriſt. cap. 29. *Superſtitioſum, cum veſtis à ſoricibus roditur plus timere ſuſpicionem futuri mali, quàm præſens damnum dolere, vnde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cùm eſſet conſultus à quodam qui ſibi deroſas eſſe caligas diceret à ſoricibus, reſpondit, non eſſe illud monſtrum, ſed verè monſtrum habendum fuiſſe ſi ſorices à caligis roderentur.* Theophraſt. in Charact. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾶν, τί χρὴ ποιεῖν. Plin. lib. 8. cap. 58. Plutarchus in Sylla.

CAP. XXXVIII.

Muſtela, Felis, Canis.

MVSTELAE & feles in malam Scæuam trahuntur. Xiphilinus, προϊόντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οἰκίας γαλῆ διὰ μέσων σφῶν διῆξεν: *Exeunte eo ex ædibus muſtela inter medios tranſiit.* Apuleius lib. 9.

A lib. 9. Metamorph. *Visa mustelæ mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes.* Ammianus Marcellin. *De occursu mustelæ consulens.* Theophrast. in charact. de superstitione, καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορεύεσθαι ἕως διεξέλθῃ τις, ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ: *Si mustela viam transcurrit, non ante progredi, quam alius prior transierit, aut ipse tres lapides trans viam miserit.* Dicitur illud auspicium viale, vt supra ex Georgio Monacho, Cedreno, & Scholiaste Gregor. Nazianzeni ostendimus, ἐνόδιον σύμβολον. De mustela Plaut. in Stricho. De fele Terentius. Apud Aristophanem in Concion. mustelæ transcursus dirimit comitia. Artemidorus γαλῆν ὁρᾶν πράττουσάν τι ἡδὺ, *felem videre facientem aliquid iucundum*, faustum esse ait, τι ἀηδὲς, *facientem aliquid triste*, inauspicatum. πάσχουσαν, *patientem*, dirum. Aristoph. in Concionantib. σεισμὸς εἰ γένοιτο, ἢ πῦρ ἀποτρόπαιον, ἢ διάξει γαλῆ *si terra mouerit, aut ignis auersandus extiterit, aut mustela transcurrerit, comitia dirimuntur.* Plutarchus lib. de fratrum amicit. διαδρομὴ κυνὸς, *transcursus canis inauspicatus.* Plaut.

B *Caninam scæuam meliorem fore.*

Virgil.

Obscænaque canes, importunaque volucres.

Prandente Vespasiano quondam canis extrarius triclinio manum humanam intulit, mensæq; subiecit, Imperium portendebatur, ait Sueton. Capitolin. in Maximino. *Canes circum tentorium eius in secunda mansione vltra duodecim vlularunt, & animam quasi flendo posuerunt.* Ammian. lib. 31. *Mæstos euentus aduentare præsagiorum fides clara monebat, & portentorum. Post multa enim quæ vates, augurésque prædixere veridicè, resultabant canes vlulantibus lupis, & querulum quiddam nocturnæ volucres gemebant, & flebile, & squalidi Solis exortus hebetarunt matutinos Solis candores.* Pausan. in Messeniac. τοῖς δὲ Μεσσηνίοις παρεῖχεν οὐ παρόντος κακοῦ, καὶ ἄλλα αἴσθησιν, μάλιστα δὲ οἱ κύνες οὐ κατὰ

C τὰ εἰωθότα ὑλακτοῦντες, ἀλλὰ συνεχεστέρα, καὶ βιαιοτέρα τῇ κραυγῇ χρώμενοι: *Messeniis alia pleraque mali præsentis sensum dabant, maximè canes præter solitum latrantes, & magis continuo, violentóque clamore vsi*, οἱ κύνες συνιόντες ἐς τὸ αὐτὸ κατὰ πᾶσαν νύκτα ὠρύοντο, τέλος δὲ καὶ ἀπεχώρησαν ἐς ὅροι πρὸς τὸ τῶν Λακεδαιμονίων στρατόπεδον. Dio, *Ante cædem Seiani, Kalendis quibusdam frequentibus in eius domum conuenientibus lectus in aula in quam salutantes admittebat, multitudine insidentium totus confractus est, progredientéque ipso ex domo felis per medios discurrit, cumque in Capitolio sacrificasset, ac inde in forum descenderet, serui eius stipatores cum propter turbam eum sequi non possent, in viam quæ in carcerem ducit diuerterunt, ac per scalas gemonias descendentes ceciderunt. Auspicanti nulla auis secunda apparuit, sed corui circumuolitantes, obstrepentésque confertim ad carcerem deuolarunt, & super eum consederunt.* Apuleius Milesf. 9. *visa est mustela mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahens, & de ore pastoritij canis virens exiliuit ranula, ipsúmque canem qui proximus consistebat aries appetitum vni-*

D *co morsu strangulauit.* Plaut. Stricho.

Auspicium est quod mustela murem abstulit.

Pausan. in Phocicis, ὀρεσθέα τὸν Δευκαλίωνος βασιλεύοντα ἐν τῇ χώρᾳ, κύων ἔτεκεν αὐτῷ σκύλακος ξύλον. κατορύξαι δὲ ὁ Ὀρεσθεὺς τὸ ξύλον ἅμα τῷ ἦρι φῦναι ἀμπελόν ἀπ' αὐτοῦ λέγουσι, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῶν ὄζων γενέσθαι τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, qui dicuntur Ozoli. *Orestheo filio Deucalionis in eo tractu regnanti canis peperit pro catulo lignum, quod terræ mandatum ab Orestheo vere vitem produxit, ab eo ligno Ozoli dicti, quia ὄζος Græcis ramum significat.* Iulius Obsequens lib. de prodig. *In sacro nouendiali, cæna Deæ posita à cane adesa antequam delibaretur. Iunonis Sospitæ templa fœdata matronarum sordidis, obscænisque corporis ministeriis, cum etiam sub simulacro Deæ cubile canis confœtuisset, commundata supplicationibus habitis.* Plin. lib. 8. cap. 41. *Canem loquutum in prodigiis accepimus, & serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius.*

E

CAP. XXXIX.

Simia, Formica, Musca.

SIMIA si quid euerteret inauspicatum fuit. ὁ πίθηκος ἐς τὸ Δημήτρειον ἐν ἱερουργίᾳ τινὶ εἰσελθὼν πάντα τὰ ἔνδον συνέχεε, καὶ βύας: *Simius in ædem Cereris quodam sacrificio ingressus, omnia intus perturbauit, & bubo.* Dio lib. 50. Cic. lib. 1. Diuinat. *Maximum illud portentum Spartiatis fuit, quod cum oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent de victoria sciscitantes, legatique illud in quo inerant sortes collocauissent, Simia quam Rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata disturbauit, & aliud alio dissipauit. Tum ea quæ præposita oraculo erat Sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniis esse, non de victoria cogitandum.* Xiphilinus in

Traiano, qui cum Agarenorum vrbem obſediſſet ἐγίνοντο βρονταὶ, καὶ ἴριδες ὑπεφαίνοντο ἀστραπαί τε, καὶ ζάλη, χάλαζα, καὶ κεραυνοὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέπιπτον, ὁπότε προσβάλοιεν, καὶ ὁπότε σὺν ἀριστοῖεν μυῖαι τοῖς βρώμασι, καὶ τοῖς πόμασι προσιζάνουσαι δυσχερείας ἅπαντα ἐνεπίμπλων: *facta ſunt tonitrua, & irides, fulgura, tempeſtas, grando, fulmináque in Romanos miſſa, quoties in Arabas impetum facerent, & cum pranderent muſcæ cibum, & pocula infeſtabant.* De formicis Sueton. in Nerone; *vidit per quietem ſe pennatarum formicarum multitudine oppleri.* In Tiberio cap. 72. *Erat ei in oblectamentis ſerpens draco, quem ex conſuetudine ſua cibaturus cum conſumptum à formicis inueniſſet.* Cicero lib. 1. de Diuinat. *Midæ illi Phrygio cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. ditiſſimum fore prædictum eſt.*

CAP. XL.

De Comitiali morbo.

MORBVS Comitialis vſque adeò inauſpicatus habitus eſt, vt comitia dirimeret. Is morbus ſonticus, morbus Herculis, morbus ſacer δύσφημος appellatus eſt. Ariſtoteles in problematis ſect. 30. ἱερὰν νόσον, ἐπιληψίαν. Iſidorus lib. 4. originum cap. 7. *Hos vulgus lunaticos vocat, quod per hunc Lunæ curſum* (ita lego) *comitetur eos inſania dæmonum. Eadem & laruatio. Ipſe morbus comitialis, id eſt, maior, & diuinus dicitur, quo caduci tenentur.* Diuina Latini vocant *magna*, Græci ἱερά. Interpres Apollonij ad librum primum Argonaut. τὰ μεγάλα τῶν παθῶν ἱερά, καὶ καλά φασιν δύσφημος. Celſus cap. 23. lib. 3. *Morbus qui comitialis, vel maior nominatur.* Iſidor. libro 9. originum. *Caducus lunaticus eo quod certo tempore Lunæ patiatur.* Cedrenus κάτοχον νόσημα vocat, *morbum caducum. Zeno, inquit, tumulo incluſus exclamauit; Aperite mihi, καὶ εὑρεθῆναι αὐτὸν ὑπὸ πείνης φαγόντα τοὺς βραχίονας, διὰ τὸ συχνῶς τῷ κατόχῳ νοσήματι κεκλεῖσθαι, & repertum eſſe eum præ fame comedentem brachia ſua, quia crebro morbo comitiali corripiebatur.* Artemidorus lib. 1. cap. 12. φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ: *Dixere veteres eum morbum Lunæ ſacrum.* Laruati propriè, & lunatici, quos fanaticus error aut iracundia Dianæ exagitat. qui circa fana bacchantur & quaſi dementes reſponſa reddunt, ait Vlpianus lib. 1. §. penult. D. de Ædil. edicto. Celſus lib. 3. cap. 3. *Sanguis recens interfecti hominis morbum caducum pellit*, &c. Vide Plinium lib. 20 cap. 17. Aretæum lib. 1. cap. 13. Galenum libr. 6. de morbis vulgar. Q. Serenus;

Et ſubiti ſpecies morbi cui nomen ab illo
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat.
Sæpe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit.

CAP. XLI.

Occurſus inauſpicatus.

HVNC locum alibi iam, ſed alia manu attigimus. Occurſus Æthiopis, claudi, coclitis infauſtus fuit, vt Appianus lib. 4. Ciuilium, qui Æthiopem Bruto occurriſſe, & à militibus occiſum ait. Chryſoſtom. orat. 2. ad Neophytos. πολλάκις ἐξελθών τις τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτοῦ εἶδεν ἄνθρωπον ἑτερόφθαλμον, ἢ χωλεύοντα καὶ οἰωνίσατο. τοῦτο πομπὴ σατανικά. οὐ γὰρ ἡ ἀπάντησις τοῦ ἀνθρώπου ποιεῖ πονηρὸν τὴν ἡμέραν γενέσθαι, ἐὰν ἀπαντήσῃ παρθένος, φησίν, ἄπρακτος ἡμέρα γίνεται, ἐὰν δὲ ἀπαντήσῃ πόρνη, δεξιά, καὶ χρηστή, καὶ πολλῆς ἐμπορίας γέμουσα: *Sæpe aliquis domo progrediens vidit coclitem, aut claudum, & inauſpicatum duxit. Hæc eſt pompa Satanica. Non enim hominis occurſus diem infauſtam facit. Si occurrit virgo, dies hic mihi erit inutilis, aut, ſi meretrix, dies erit commoda, & opportuna, & magni quæſtus.* Lucianus ψευδ. τοὺς χωλοὺς τῷ δεξιῷ ποδὶ ἐκτρεπόμεθα, καὶ μάλιστα εἰ ἕωθεν ἴδοιμεν αὐτούς. κἂν εἴ τις ἢ βάκηλον, ἢ εὐνοῦχον ἴδοι, ἢ πίθηκον εὐθὺς ἐξιὼν τῆς οἰκίας ἐπὶ πόδα ἀναστρέφει, καὶ εἴ τις εἴδοι κίναιδον, ἢ γόητα, &c. *Claudos dextro pede auerſamur, maximè ſi mane viderimus eos. Si quis exciſum, aut eunuchum viderit aut cluram ſeu ſimium, ex ædibus egrediens ſtatim reuertitur, & ſi quis viderit cinædum, aut magum præſtigiatorem.* Seneca lib. 1. controuerſiar. *Occurrunt nuptiis omina dira, fatis publicis auſpicia feralia, feriatis ac ſolemnibus iſti greges debilium, cæcorum, claudorum oberrant.* Huc referri poteſt quod vetus auctor de Theodoſio refert, Θεοδόσιος ὁ μέγας στήλην ἔξω τῆς χαραγῆς ἑστηκυῖαν θεασάμενος Ἰουλιανοῦ οὖσαν ἀκούσας, εἶπεν, ὅτι μέλανα

ἄνθρω

A ἄνθρωπον τὴν στήλην τεθέαμαι, καὶ κατέαξε ταύτην: *Theodosius magnus statuam videns extra Charagen locum Constantinopoleos stantem, quæ Iuliani erat; Video, inquit, statuam hanc hominem esse atrum, eamque fregit.* Plutarch. Bruto, ὁ δ' Αἰθίοψ περιβόητος γέγονε, ὁ τῆς πύλης ἀνοιχθείσης ἀπαντήσας τῷ φέροντι τὸν αἰετὸν, καὶ κατακοπεὶς ταῖς μαχαίραις τῶν στρατιωτῶν οἰωνισαμένων: *Multus sermo fuit de Aethiope, qui vt porta aperta est occurrit Aquilifero, & gladiis militum malo omini vertentium concisus est.* Plutarchus, *Timoleonti subeunti collem occurrunt muli apium portantes. vnde in mentem venit militibus malum omen esse, quia mortuorum sepulcra solemus apio coronare.* ἐμβάλλουσι ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες, καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. Salisberiensis lib. 1. Polycrat. *leporis timebis occursum, si tamen euaserit, lupo obuio congratulaberis, boni siquidem nuncius est* Consule eundem de ouis, bouis, locustæ, bufonis, aut etiam Sacerdotis occursu. Scholiastes Aristoph. συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα συναντῶντας, καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. ξυμβολαῖς τε, καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον, ἀνέθηκαν δὲ ἐπὶ ὄρνισι· σύμβολος, καὶ σύμβολον λέγεται). Spartianus, *post murum apud vallum missum in Britannia, Seuerus voluens animo quid ominis sibi occurreret, Aethiops quidam è numero militari claræ inter scurras famæ, & celebratorum iocorum cum corona è cupressu facta eidem occurrit. quem cum ille iratus remoueri ab oculis præcepisset, & coloris eius tactus omine, & coronæ dixisse ille dicitur ioci causa; Totum fudisti, totum vicisti, iam Deus esto victor.*

CAP. XLII.

Color purpureus, aut nouus.

C AGNVS, aries, & cætera quæ nouo, & insolenti colore oriuntur, regni omen facere putantur. apud Ciceronem lib. 3. de Natura Deorum Atreus.

Addo huc quod mihi portento cælestium Pater
Prodigium misit regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma.

Lamprid. in Diadumeno. *In agro patris eius oues purpureas 12. ferunt natas, quarum vna tantum varia fuerit.* Capitolin. Albino. *Huic multa imperij signa cum esset natus facta dicuntur. Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est.* Idem in Alexandro Seuero, *Mater eius pridie quam pareret somniauit se purpureum dracunculum parere omina imperij hæc habuit. ouum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus est, palumbinum. anicula quædam matri eius obtulit, ex quo quidam aruspices dixerunt, & Imperatorem quidem illum, sed non diu futurum.* Spartianus in D Geta. *Statim vt Geta natus est, nuntiatum est ouum gallinam in aula purpureum peperisse, quod cum allatum puer Bassianus fregisset, Iulia dixit*, MALEDICTE PARRICIDA FRATREM TVVM OCCIDISTI. *Cum in villa cuiusdam Antonini plebeij hominis agnus natus esset, qui vellus in fronte purpureum haberet, eadem die, & hora qua Geta natus est, ferro eum adegit Seuerus, quod audisset ab aruspice Antoninum regnaturum post Seuerum.* Capitolinus in Maximino. *Posita ab eodem* (Maximino Iuniore) *vitis intra annum ingentes vuas purpureas attulit, & miræ magnitudinis facta est. Lorica patris eius, non vt solet ferrugine, sed tota purpureo colore infecta à pluribus visa est.* Vopiscus de Aureliano; *Vitulum matri eius natum miræ magnitudinis candidum maculis purpurantibus, ita vt haberet in latere vno auem, in alio coronam.* Idem in Floriano; *Vinum quo libaturus fuerat Tacitus in templo Herculis Fundani subito purpureum factum est. Vitis quæ vuas Amineas albas ferebat purpura se induit.* Virgil. ecl. 4.

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
E *Murice, iam croceo mutabit vellera luto.*

Seruius, *Traditur in libris Hetruscorum si aries miro, & insolito colore fuerit infectus, omnium rerum felicitatem Imperatori portendi.* Capitolinus in Maximino; *Cuius filio hæc omina imperij fuerunt. Cum Grammatico daretur quædam parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit aureis literis scriptos*

CAP. XLIII.

De Leone & Lupo.

LEO Imperij omen fecit. Lampridius in Diadumeno. *Cum in cunis esset Diadumenus, & Leo ruptis vinculis, & quidem ferus effugisset, atque ad cunabula eius venisset, puerum delinxit, & inuiolatum reliquit, cum nutrix se in Leonem misisset, atque eius morsu affecta periisset.* Ve-

tus verbum, *λέοντας ἰδεῖν δυσμενῶν δηλοῖ μάχας.* Ammianus lib. 23. Leo cum incidisset in exercitum Iuliani, militum iaculi confossus, Iuliano mortis omen dedit. *Quod Maximino,* ait idem, *antehac Cæsari, cum Narse Persarum Rege iam congressuro, itidem Leo, & aper ingens trucidati, simul oblati sunt, & superata gente discessit incolumis.* Arrianus auctor est Leonem in Sandrocottum Indum militem gregarium victore Alexandro somno consopitum incidisse, quem adlambens regni auspicium eidem fecit. Xiphilinus in Carcalla, *ἀφ' οὗ καὶ διὰ θύρας τινὸς ἐξῆλθε μηδὲν μηδὲ τοῦ λέοντος ὃν ἀκινάκην ὠνόμαζε, καὶ ὁμοτράπεζον, ὁμόκλινόν τε ἐποιεῖτο φροντίσας, ὅτι καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν ἐξιόντα, καὶ τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περικατέρρηξε: ex quo & per quandam ianuam exiit, nulla habita ratione Leonis, quem acinacem appellabat, quemque in mensam, & lectum recipiebat, qui exeuntem retinuit, eiusque vestem fregit.* Herodot. lib. 1. Mele Sardium Regis pellex Leonem pepererat. Telmessenses prædixerunt Sardes inexpugnabiles fore qua parte Leo circumferretur. Erat rupes prærupta inexpugnabilis, circa quam Leo circumlatus non est. Illa parte Sardes à Mardo Cyri milite captæ sunt. Liuius lib. 3. cap. 29. *Lupos visos in Capitolio ferunt à canibus fugatos. Ob id prodigium lustratum Capitolium esse.* lib. 41. cap. 9. *Lupus etiam Romæ interdiu agitatus cum Collina porta intrasset per Exquilinam magno consectantium tumultu euasit.* lib. 10. cap. 2. *Lupus ad Romanos fugit.* lib. 21. cap. 46. Lupus intrat castra, & intactus euadit. lib. 32. cap. 29. lib. 33. cap. 12. lib. 41. cap. 9. lib. 21. cap. 62. lib. 27. cap. 39.

CAP. XLIV.

De Asino.

ASINVS Mario & Augusto auspicatus, aliis animosus fuit. Ammianus lib. 27. *Noua portenti species per annonariam apparuit Thusciam, idque quorsum euaderet prodigialium rerum periti penitus ignorarunt. In oppido enim Pistoriensi asinus tribunali ascenso audiebatur destinatius rudens* (sic lego, non *rugiens*) *Terentius humili genere in vrbe natus, & pistor Corrector prouinciæ factus tandem periit carnificis manu.* lib. 41. Liuius cap 20. *Asinus tripes Calatiæ natus.* Aristophanis Scholiast in Auibus, *συμβολικὸς ἐρωτώμενος περὶ δρόμου εἶδεν ὄνον ἐκ πώματος ἀναστάντα, ηκηκοε δ' ἑτέρου λέγοντος, βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη, ὁ δ' ἔφη, ὁ νοσῶν ἀναστήσεται.* Marius apud Valer. lib. 1. cap. 5. *Minturnis animaduertit asellum cum ei pabulum obiiceretur, neglecto eo ad aquam procurrentem. Quo spectaculo à multitudine impetrauit, vt ad mare perduceretur.* Vide Plutarchum in Lucullo, de Persiis, & asino.

CAP. XLV.

De Apro.

APRORVM incursus inauspicatus fuit. Dio lib. 47. *καὶ αὐτῷ καθ' ἓν μετὰ πάντων αὐτῶν αὐλιζομένῳ ὕδωρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ αἰφνίδιον πολὺ ἐπεγένετο. κἀν τούτῳ σύες ἄγριοι ἐς τὸ στρατόπεδον κατὰ πάσας ἅμα τὰς πύλας ἐσπεσόντες πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα συνέχεαν, καὶ συνετάραξαν: Cum vno loco cum his omnibus castra Cassius locasset, repente magna vis aquæ de cælo decidit, aprique omnibus portis simul in castra irruentes, omnia quæ in ipsis erant confuderunt, ac conturbarunt.*

CAP. XLVI.

De Piscibus.

DE piscibus egimus in Ichthyomantea. Sueton. cap. 96. in Augusto, *Pridie quàm Siciliensem pugnam classe committeret deambulanti in littore piscis è mari exsiluit, & ad pedes iacuit. maris imperium ei portendi visum.* Dio lib. 45. pag. 184. inter prodigia numerat quod *ἰχθῦς ἐκ τῆς θαλάσσης ἀμύθητοι κατὰ τὰς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολὰς ἐξέπεσον: Pisces è mari innumeri in æstia Tiberis fluuij delati sunt.* Apud Oppianum Castorides pisces sunt vocales. lib. 1. *ἁλιευτικῶν*, quorum vox audientibus mortem prænuntiat. *ὃς δ' ἂν καὶ γήρυν ἐν οὔασιν ἀλγινόεσσαν δέξηται, στυγερῆς τ' ἐνοπῆς κωκυτὸν ἀκούσῃ, οὐ τῆλε θανάτοιο τάχ' ἔσσεται: Qui vocem tristem auribus percipit, & odiosum clangoris gemitum audit, non procul à morte breui erit.* Dio lib. 48. Romæ terror fuit, *ὅτι δελφῖνες πολλοὶ περὶ τὴν ἀσπίδα τὴν τῆς Ἀφρικῆς πόλιν ἐμαχέσαντό τε ἀλλήλοις, καὶ διεφθάρησαν, καὶ τὸ*

καὶ

A καὶ αὐτοῦ πρὸς τῷ ἄστει αἷμα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ῥέον ὄρνιθες διεφόρησαν: *quod Delphines plures circa Clupeam Africæ vrbem inter se pugnarant, & perierant, & sane etiam ibi ad vrbem sanguinem de cælo fluentem aues diripuerant.* Herodotus lib. 9. In Chersoneso οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο, καὶ ἤσπαιρον, ὅκως περ ἰχθύες νεάλωτοι: *pisces saliti ad ignem admoti palpitarunt, & exsilierunt, vt solent pisces.* Athenæus lib. 8. *Athenienses sacrificant Deli. Puer vrnam in puteum mittit, extrahit pisces cum aqua, & effundit vtraque simul, vates respondent Athenienses maris Dominos fore. In Chersoneso ad tres dies ὕσαι τὸν Θεὸν ἰχθύας, καὶ πυρούς, pisces & frumenta pluisse.*

CAP. XLVII.

De Bubalis.

B

BVBALI quoque ad partes inter prodigia venere. Nicetas, seruus in vita Ignatij Patriarchæ Constantinop. de octaua Synodo, ταύτης ἐλπιζομένης βούβαλοι ἔξωθεν ποθὲν ἐλαυνόμενοι κατὰ μέσης διήγοντο τῆς πόλεως, ἀθρόως δὲ θροηθέντες ὧδε κἀκεῖσε διεσκορπίζοντο. εἷς δὲ αὐτῶν κατὰ τῆς μεγάλης εἰσδραμὼν ἐκκλησίας, καὶ ἔνδον τοῦ ἱεροῦ γεγονὼς ἄχρις αὐτοῦ τρέχων τοῦ ἄμβωνος κατήντησεν: *Ea Synodus cum speraretur, bubali aliunde incitati per mediam penetrarunt vrbem, & confertim huc illuc dissipabantur tumultuantes. Vnus ex iis recta currens in Ecclesiam in templo ad ipsum vsque vmbonem, & suggestum processit.*

CAP. XLVIII.

C

De Templis, & eorum foribus.

FORES templorum subitò sine manu hominum sponte apertæ auspicium infaustum fecere. Ita & Iosephus templi fores æreas ante excidium patuisse Hierosolymis ait, quæ vix à viginti valentibus viris claudi poterant. Xenophon, ὡς εἶτε νεὼ πάντες αὐτομάτως ἀνεῴγοντο. E stridore item portæ eum reseratetur omina captarunt. Claudian. lib. 2. de Raptu Proserp.

> *—— Tunc cardine verso*
> *Præsaga cecinere fores.*

Silius Italicus lib. 4.

> *Sed dirum egressis omen scelerata minaci*
> *Stridentis sonitu tenuerunt limina portæ.*

D

Cicero lib. 1. Diuinat. *Ante Leuctricum prælium Thebis in templo Herculis valuæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt, armaque quæ fixa in parietibus fuerant ea humi sunt inuenta.* Xiphilin. in Nerone. Nero *nihil mouebatur prodigiis, neque sollicitus erat quod ambæ fores, & Mausolei Augustalis, & cubiculi ipsius eadem nocte sua sponte apertæ fuerant. Neque quod in Albano tanto sanguine pluerat, vt fluuij sanguine fluerent, aut quod mare longo interuallo retrocedens ab Aegypto magnam partem Lyciæ occupauerat.* οὐδὲ ἔμελεν αὐτῷ ὅτι αἱ θύραι ἀμφότεραι αἵ τε τοῦ μνημείου τοῦ αὐγουστείου, καὶ αἱ τοῦ κοιτῶνος τοῦ ἐκείνου αὐτομάταί ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἀνεῴχθησαν. οὐδ᾽ ὅτι ἐν τῷ Ἀλβανῷ τοσούτῳ δή τινι αἵματι ὗσεν, ὥστε καὶ ποταμοὺς ῥυῆναι. Item in Vitellio, πρὸ τούτου δ᾽ αὐτῷ ταῦτα σημεῖα πονηρὰ ἐγένετο. καὶ γὰρ κομήτης ἀστὴρ ἐφαντάσθη, καὶ ἡ σελήνη παρὰ τὸ καθεστηκὸς δὶς ἐκλελοιπέναι ἔδοξε, καὶ γὰρ τετάρτῃ, καὶ ἑβδόμῃ ἐσκιάσθη, &c. *Dum hac faceret extitere sinistra prodigia. Nam & cometes apparuit, & Luna contra rationem statuti temporis bis visa est deficere. quarto enim & septimo die obscurata est. præterea ad ortum, & occasum duo*

E

Soles visi eodem tempore, quorum hic imbecillis & pallidus, ille potens, & clarus erat. Inuenta quoque sunt in Capitolio multa & magna vestigia Deorum excedentium, renuntiatúmque est à vigilibus ea nocte templum Iouis sua sponte cum magno fragore apertum esse, vnde & nonnulli custodes exanimati terrore. καὶ ἔλεγον οἱ στρατιῶται οἱ τὴν νύκτα ἐκείνην αὐτοῦ ἐγκεκοιτηκότες ὅτι ὁ τοῦ Διὸς ναὸς αὐτόματος σὺν πολλῷ κτύπῳ ἀνεῴχθη. Dio lib. 56. ante mortem Augusti cum Senatus indictus esset vt pro salute eius vota nuncuparentur, τότε συνέδριον κεκλεισμένον εὑρέθη, καὶ βύας ὑπὲρ αὐτοῦ καθήμενος ἔβυξε: *curia clausa reperta est, & super ea bubo cecinit, fulmen è statua eius in Capitolio primam nominis Cæsaris literam deleuerat, ideo vates eum centesima post die Deum futurum prædixerant, quia litera C. centum, Latinis, Aesar Hetruscis Deum significat.* lib. 7. Stat.

> *Nec monstra tenent, quæ plurima nectit*
> *Prodigiale canens. certi sors praua fati.*

Quippe

Quippe ferunt diros monitus, volucréſque, feraſq́,
Sideráque, auertíque ſuis decurſibus amnes,
Infeſtúmque tonat pater, & mala fulgura lucent,
Terrificæque adytis voces, clauſaq́, Deorum
Sponte fores, nunc ſanguinens, nunc ſaxeus imber,
Et ſubiti manes, flentúmque occurſus auorum,
Tunc & Apollineæ tacuere oracula Cyrrhæ,
Et non aſſuetis pernox vlulauit Eleuſis
Menſibus, & templis Spartæ præſaga recluſis
Vidit Amyclæos facinus concurrere fratres,
Arcadis inſanas latrare Lycaonis vmbras
Nocte ferunt tacita, ſæuo decurrere campo
Oenomaum ſua Piſa refert.

Pag. 257. Dio, Ante mortem Veſpaſiani Cometes diu viſus fuit, καὶ τὸ μνημεῖον τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθὲν: *& monumentum Augusti ſponte apertum eſt.* Idem lib. 44. ὅπλα τὰ ἄρεια παρ' αὐτῷ τότε ὡς καὶ παρὰ ἀρχιερεῖ κατὰ τὸ πάτριον κείμενα ψόφον τῆς νυκτὸς πολλὴν ἐποίησε, καὶ αἱ θύραι τοῦ δωματίου ἐν ᾧ ἐκάθευδεν αὐτόμαται ἀνεῴχθησαν: *Arma Martis quæ more maiorum apud ipſum ſummum Pontificem aſſeruabantur noctu ſonitum magnum ediderunt: fores cubiculi in quo dormiebat ſponte patuerunt.* Sueton. in Iulio cap. 8. *& Calpurnia vxor imaginata eſt collabi faſtigium domus, marítúmque in gremio ſuo confodi, ac ſubito cubiculi fores ſponte patuerunt.* Capitolin. Floriano. *Patris ſepulcrũ diſruptis ianuis ſe aperuit, imago Apollinis ex ſummo faſtigio ſine hominis manu in lectũ eius deuoluta eſt.* Lamprid. in Commodo. *veſtigia Deorum in foro viſa ſunt exeuntium. Ianus geminus ſua ſponte apertus; Herculis ſignum aneum in Minutia ſudauit per plures dies.* Zonaras in Adriano, antequam Hieroſolymæ ab Adriano euerterentur τὸ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος ἐξ οὐδεμιᾶς δήλης αἰτίας διελύθη, καὶ συνέπεσε, καὶ λύκοι, καὶ ὕαιναι πλεῖσται εἰς τὰς πόλεις ἐσέπιπτον.

CAP. XLIX.

Ex Hominis habitu omina.

IN homine ipſo varia eueniunt mali imminentis omina, pallor, cordis ſaliſſatio, genuum trepidatio, pupularum repentina defectio. Capitolin. in Pertinace. *Ea die qua occiſus eſt negabant in oculis eius pupulas cum imaginibus quas reddunt ſpectantibus viſas.* Xiphilin. *Galbæ ſacrificanti puer thus obtulit, ac ſubito canos miſit, qua ex re dictum eſt ab aruſpicibus imperium à minore natu ad ſenectutem eius eſſe tranſiturum*, καὶ παῖς λιβανωτὸν αὐτῷ θύοντι περιφέρων πολιὰς ἐξαίφνης ἔφυσε. Plinius lib. 28. cap. 6. *Augurium ex homine ipſo non eſt timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddunt.* Sueton. in Galba. *Hiſpaniam ingreſſus cum ſacrificaret puero acerram tenenti capillus toto capite repente incanuit. Reſponſum iuueni ſenem ſucceſſurum.* Herodot. lib. 1. Pedaſenſibus cum aliquid mali euenturum eſſet *Sacerdos Mineruæ fæmina barbam prolixam edebat, quod ter illi contigit,* τότε ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα. *Die quâ natus Antoninus Diadumenus pater eius purpuras tum forte procurator iam ærarij maioris inſpexit, & quas claras probauit in id conclaue redigi præcepit in quo poſt duas horas Diadumenus natus eſt. Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt, ſi quidem cauſſidici hoc iuuari dicuntur. At iſte puer pileum non habuit, ſed diadema tenue; ita forte vt rumpi non potuerit venis intercedentibus ſpecie nerui Sagittarij*, ait Lampridius. Paruuli Cæſarianæ domus in teſtudineis alueis lauantur, prodente Capitolino. Nato Albino teſtudo ingens patri eius muuere piſcatoris allata eſt, quam infantulo ad excaldationes pueriles dicauit. Id omen Albino Imperij fuit, vt Diadumeno purpura, & natiuum in capite diadema. *Semeſtris loquutus eſt Crœſi filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum*, ait Plinius lib. 11. cap. 51.

CAP. L.

De prodigioſo plantarum exortu.

PRODIGII loco fuit ſi planta aliqua ſponte in alia diuerſi generis naſceretur, vt terebinthus in olea, laurus in platano & quercu. Theophraſtus lib. 2. de cauſis plant.

A plant. cap. 4. φασὶ δὲ καὶ αὐτομάτην τινὰ γίνεσθαι τῶν τικτῶν μεταβολὴν, ὅτε μὲν τῶν καρπῶν, ὅτε δὲ καὶ ὅλως αὐτῶν τῶν δένδρων, ἃ καὶ σημεῖα νομίζουσιν οἱ μάντεις, &c. *Fortuitam quoque mutationem fieri aiunt interdum fructuum, nonnunquam omninò & arborum ipsarum, quæ aruspices ostenta esse existimant. Exempli gratia si punicum acidum edat dulce, & dulce acidum. Si vitis fructum absque foliis producat, olea item foliis amissis fructum ferat. Quod & Thessalo Pisistrati filio accidisse proditum est.* Plinius lib. 17 cap. 25. *ficum in lauro sponte natam.* Aristoteles lib. 9. de Histor. Animal. visam in cornibus cerui virentem hederam. Plinius eodem capite prodit, Trallibus palmam in basi Cæsaris Dictatoris enatam circa bella ciuilia, & Romæ in Capitolio bello Persei bis palmam exortam quæ victoriam portenderet. Idem lib. 24. cap. 19. auctor est herbam in capite statuæ natam, collectámque alicuius in vestis panno, & alligatam in lino rufo capitis dolorem confestim sedare. Marcellus cap. 1. *Herba in capite cuiuslibet statuæ nasci solet, ea decrescente Luna subla-*
B *ta, capitique circumligata dolorem tollit, hemicrania etiam efficaciter medetur, si in panno ruso, lino ruso ligata capiti, vel temporibus alligetur.* Theophrast. de olea quæ à Persis in Acropoli Athenis exusta eadem die repullulauit, ἐλαία περὶ περικαυθεῖσα τελέως ἀνεβλάστησεν ὅλη καὶ αὐτὴ καὶ ἡ θάλεια. ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ καταβρωθέντων τῶν ἔργων ὑπὸ ἀττελέβων πάλιν ἀνεβλάστησε: *olea penitus aliquando adusta regerminauerat tota, & surculi eius. In Bæotia germinibus omnibus à locustis derosis iterum germinauit.*

CAP. LI.

De Incendio prodigioso.

C INCENDIA quoque ad auguria trahuntur si crebra sunt. Xiphilinus, Ante Commodi mortem αἰετοί τε γὰρ περὶ τὸ Καπιτώλιον πολλοὶ καὶ ἔξεδροι ἐπλάνωντο προσεπιφθεγγόμενοι οὐδὲν εἰρηναῖον, καὶ βύας ἀπ' αὐτοῦ ἐβυξε. πῦρ τε νύκτωρ ἀρθὲν ἐξ οἰκίας τινὸς, καὶ εἰς τὸ εἰρηναῖον ἐμπεσὸν τὰς ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων, καὶ τῶν Ἀραβίων φορτίων ἐπενείματο, ἔς τε τὸ παλάτιον μετεωρισθὲν εἰσῆλθε, &c. *Aquilæ circa Capitolium multæ, & inauspicatæ errabant, pacem cantu suo nullam significantes fore: itemque bubo in eodem Capitolio cecinit. Præterea incendium de nocte excitatum in quibusdam ædibus ad templum pacis peruenit, consumptisque tabernis in quibus erant merces Aegyptiorum, & Arabum inuasit in palatium, vbi adeo exusta sunt multa, vt libelli qui ad principatum pertinebant omnes fere conflagrarint.* Incendiũ mirabile cõmemorat cum terræ motu Cedrenus pag. 300. sub Iustino Imperatore. *Edessa diluuio Scirti amnis, quo interluitur afflicta est. quarta die Octobris Antiochia incendiũ media nocte exortum durauit dies sex, multasque domos, & homines absumpsit. Tota pene vrbs terræ motu prostra-*
D *ta ciues obruit, obrutosque ignis è terra erumpens hausit.* Xiphilinus in Caracalla. Ante mortem Caracallæ Alexandriæ πῦρ ἐξαίφνης πολὺ πάντα τὸν τοῦ Σεράπιδος ναὸν ἔνδοθεν καταχὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐλυμήνατο, τὸ δὲ ξίφος ἐκεῖνο ᾧ τὸν ἀδελφὸν ἀπεσφάκει μόνον ἔφθειρε, *ignis derepente ingens omne Serapidis tẽplum intus cõprehendit, nec aliud quã ensem quo fratrem occiderat corrupit.* Dio lib. 48. ἡ σκηνὴ ἡ τοῦ Ῥωμύλου ἐξ ἱερουργίας τινὸς, ἣν οἱ Ποντίφικες ἐν αὐτῇ ἐπεποιήκεσαν ἐκαύθη, καὶ ἀνδριὰς ἄγαλμα πρὸ πυλῶν τινῶν ἑστὼς ἐνέπεσεν ἐπὶ στόμα. *Cella Romuli cum in ea Pontifices sacrificium fecissent conflagrauit, & virtutis simulacrum pro foribus quibusdam erectum in os collapsum est, ac quidam furore matris Deum correpti,* κάτοχοί τινες ἐκ τῆς τῶν Θεῶν μητρὸς, *irasci populo Diuam dixerunt.* lib. 50. συχνὰ δὲ καὶ ἀπὸ πυρὸς ἐφθάρη, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς Αἴτνης πλεῖστον τε ἐῤῥύη, καὶ πόλεσι, καὶ χώραις ἐλυμήνατο. Item, καὶ πῦρ ἄλλα τε οὐκ ὀλίγα, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἱπποδρόμου πολὺ τό τε δημήτρειον, καὶ ἕτερον ναὸν ἐλπίδος ἔφθειρεν: *multa igne consumpta sunt, ad hæc ex Aetna multus ignis fluxit, & vrbes ac regiones vastauit.* Appianus lib. 1. ci-
E uilium, Antequam Sylla sæuiret ἡμίονος ἔτεκε, καὶ γυνὴ κύουσα ἔχιν ἀντὶ βρέφους ἐξέδωκε, τήν τε γῆν ὁ Θεὸς ἐπὶ μέγα ἔσεισε, καὶ νεώς τινας ἐν Ῥώμῃ κατήνεγκε. τό τε Καπιτώλιον ἐνεπρήσθη, καὶ τὴν αἰτίαν οὐδεὶς ἐπενόει. Herodianus l. 1. *Extitere ea tempestate etiã quædã* διοσημίαι, *de cœlo prodigia, stellæ enim perpetuo apparuerunt, aliæ in longum productæ quasi in medio aere suspensæ viderentur.* ζῶά τε παντοῖα, καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς, καὶ μέρεσι σώματος ἀνηρμόστοις πολλάκις ἀπεκυήθη. οὔτε ὄμβρου προϋπάρξαντος, οὔτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμοῦ δὲ ὀλίγου, προγενομένου γοῦν εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρὸς ποθὲν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαῤῥυέντος πᾶν τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη μέγιστον, καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. κατέφλεξεν δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεὼν, καὶ πάντα τὸν περίβολον, ἐπενεμήθη, καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως, καὶ κάλλιστα ἔργα: *Inter quæ etiam Vestæ templum, sicut Palladium quoque nudum conspicerent. Quippe raptum id Virgines Vestales media sacra via in aulam Imperatoris transtulerunt. Multæ aliæ vrbis partes combustæ, nec prius sedatum incendium, quam repentinis imbribus extingueretur.* Herodianus lib. 8. *Animantia omnis generis naturam suam mentita, figuris alienis, &*

partibus corporis absurdis sæpe sunt edita. Cum autem neque imber ante fuisset, neque nubes densatæ essent, terræ tremore minimo præeunte, siue fulmine nocte ruente, siue igne ex terra motu, templum pacis arsit.

CAP. LII.

Feriæ Latinæ.

FERIÆ Latinæ si alieno tempote fierent ominosum fuit, aut si Consules ante eas in bellum exirent. Dio lib. 46. Ante cladem Pansæ ad Murinam Consules ante ferias Latinas profecti sunt, quod quotiescunque factum fuit, cladem semper acceperunt. οὐ γάρ ἐστιν ὁπότε τούτου γενομένου καλῶς ἀπήλλαξαν. lib. 4. Ante Pompeij cladem πολίαρχος οὐδεὶς εἰς τὰς ἀνοχὰς, ὥσπερ εἴθιστο, ᾑρέθη, ἀλλ' οἱ στρατηγοὶ πάντα τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ διῴκησαν: *Præfectus urbis nullus feriis celebrandis eo anno constitutus fuit, vt more erat receptum, sed omnia quæ eius officij erant prætores administrarunt.* Dio lib. 48. Romæ terror fuit ἐπειδὴ ἐν τῇ πανηγύρει τῇ τῶν Ῥωμαίων οὐδεὶς τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ὥσπερ εἴθιστο, εἱστιάθη, ἐν τέρατος λόγῳ καὶ τοῦτο ἔλαβον: *Quia ludis Romanis nullus Senator in Capitolio, vt moris fuerat, conuiuio exceptus est, quod monstri loco fuit.* lib. 45. καὶ ἐπειδὰν τοῦ Ἰουλίου τὰ ἐσιτήρια τῇ νουμηνίᾳ θύοντος, ῥαβδοῦχός τις αὐτοῦ ἔπεσεν ἐξαίφνης, καὶ ἀπέθανε: *Et quia Iulio Kalendis sacrificante lictor quidam eius subito cecidit, atque expirauit.* Hic locus corruptus esse videtur. Iulius enim iam aliquot ante annis necatus erat. Videtur pro Ἰουλίου, legendum Ἱρτίου, *Irtij*, qui eo anno cum Caio filio consul erat, vt ibidem docet Dio pag. 184. *Irtio igitur rem diuinam Kalendis Iannuariis auspicalem faciente, subito lictor eius concidit & mortuus est.* lib. 47. ἔν τε γὰρ ταῖς ἀνοχαῖς ὁ πολίαρχος τὰ Λατίαρια οὔτ' ἄλλως προσήκοντα αὐτῷ, οὔτ' ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γίγνεσθαι εἰωθότα ἐποίησε: *Cum essent feriæ præfectus vrbi Ioui Latiari solemne sacrum fecit, cum neque sui muneris id esset, neque eo tempore fieri consueuerit. Aediles plebis Cereri pro ludis equestribus gladiatorios ediderunt.* Lucanus libro 1.

> ——*Vestali raptus ab ara*
> *Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas*
> *Scinditur in partes, geminóque cacumine surgit*
> *Thebanos imitata rogos.*

CAP. LIII.

Nundinæ.

NVNDINÆ si alieno tempote agerentur dirum fuit. Dio lib. 40. καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. καὶ τοῦτό τε αὐτοὺς ὡς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου συμβὰν, ἀλλ' ἐν τέρατος λόγῳ γενόμενον ἐθορύβει, καὶ ὅτι βύας ἐν τῇ πόλει καὶ ὤφθη, ἄγαλμά τέ τι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἵδρωσε, καὶ λαμπὰς ἐκ τοῦ νότου πρὸς ἀνατολὰς διέδραμε, καὶ πολλοὶ μὲν κεραυνοί, πολλοί τε καὶ βῶλοι, λίθοι τε καὶ ὄστρακα, καὶ αἷμα διὰ τοῦ ἀέρος ἐνεχθη: *Nundinæ quæ nono quouis die celebrantur ipsis Calendis Ianuariis actæ sunt. Cum hoc prodigij rationem haberet Romani territi sunt, tum quod bubo visus erat, totoque triduo simulacrum quod sudauerat, faxque à meridie ad ortum transcurrerat, multa fulmina deciderant, sæpius glebis, lapidibusque & testis pluerat.* Ante cædem Clodij per Milonem lib. 45. τό τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαι καὶ σβέννυσθαι, τότε δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει, καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος σταχύων πυρώδης περιεῖχεν, ὥσπερ τι ἄλλο καὶ τοῦτο ἐναργέστατα αὐτοῖς ἐκβῆναι: *Lumen Solis minui, extingui visum, & in tribus circulis existere, quorum vnus coronam habuit ex spicis tritici. Quod res ipsa manifestò paulo post probarunt, Octauius vicit.*

CAP. LIV.

De Sonitu Armorum, Cymbalorum.

DIO lib. 51. Antequam Ægyptus in prouinciæ formam à Romanis redigeretur prodigia multa facta. ὗσε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι ἔνθα μηδεὶς ἐψέκασέ ποτε, ἀλλὰ καὶ αἵματι. ταῦτα ἅμα ἐκ τῶν νεφῶν ἐξέπιπτε, καὶ ὅπλα παρεφαίνετο, κτυπήματά τέ τινα ἑτέρωθι καὶ τυμπάνων καὶ κυμβάλων, καὶ βοήματα, καὶ αὐλῶν, καὶ σαλπίγγων ἐγίγνετο: *Pluit non aqua vbi nunquam ros visus fuerat, aut stilla tenuis, sed sanguine, & simul arma in nubibus apparuerunt, & sonitus ab alia parte tympanorum*

A *rum, cymbalorum, & tibiarum, ac tubarum voces. Draco quidam immensæ magnitudinis repente apud Aegyptios visus immensum sibilauit, apparueruntque eo tempore cometæ, &* εἴδωλα νεκρῶν, *mortuorum imagines, simulacráque tristitiam præ se tulerunt, & Apis lugubrem mugitum ac lacrymas edidit.* lib. 42. Dio prœlij Pharsalici, ἐν Περγάμῳ τυμπάνων τέ τινα, καὶ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι: *Pergami tympanorum, cymbalorumque sonitus à fano Bacchi ortus totam vrbem peragrauit. Trallibus in templo Victoriæ palma enata est, ipsaque Dea ad simulacrum Cæsaris cui ex obliquo collata fuerat se obuertit.* l. 43. οἱ μὲν γὰρ ἱδρῶτες τῶν ἀγαλμάτων καὶ αἱ ἠχαὶ τῶν στρατοπέδων, τά τε ζῷα ἃ πολλὰ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐγεννήθη: *sudores simulacrorũ, sonitus in aëre exercituũ, & animalia multa præter naturam genita sunt, face ab ortu in occasum trauciente.* Ante Philippensem pugnam, vt Dio l. 47. σαλπίγγων ἠχαί, ὅπλων τε κτύποι καὶ στρατοπέδων βοαὶ νυκτὸς ἔκ τε τοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ἐκ τοῦ τοῦ Ἀντωνίου κήπων ὁμοχώρων ἀλλήλοις παρὰ τῷ Τιβέριδι ὄντων ἠκούοντο: *tubarum sonitus & armorum, exercituum clamores*
B *nocte ex hortis Cæsaris, & Antonij qui erant ad Tiberim in eadem regione auditi.* Tibul. lib. 2.

> *Atque tubas, atque arma ferunt trepidantia cælo*
> *Audita, & lucos præcinuisse fugam.*

Virgil. *Armorum sonitus toto Germania cælo Audiit.*

Appian. 4. Ciuil. τέρατα, καὶ σημεῖα ἐν Ῥώμῃ πολλά, καὶ φοβερὰ ἦν. κύνες τε γὰρ ὠρύοντο ὁμαλῶς οἷα λύκοι, σύμβολον ἀηδές, καὶ λύκοι τὴν ἀγορὰν διέθεον οὐκ ἐπιχωριάζον ἐν πόλει ζῷον. βοῦς τε φωνὴν ἀφῆκεν ἀνθρώπου, καὶ βρέφος ἀρτίτοκον ἐφθέγξατο, καὶ τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἵδρου, τὰ δὲ καὶ αἷμα ἵδρου, ἀνδρῶν τε μεγάλαι βοαί, καὶ κτύπος ὅπλων, καὶ δρόμος ἵππων, οὐχ ὁρωμένων ἠκούετο, ἀμφί τε τὸν ἥλιον ἀηδῆ σημεῖα πολλά, καὶ λιθώδεις ἐγίγνοντο ὑετοί, καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς εἰς ἱερά, καὶ ἀγάλματα ἐνέπιπτον: *Portenta, & signa Romæ multa, & terribilia erant. Canes enim vlulabant æquabiliter vt lupi, signum iniucundum, & lupi per forum discurrebant, insolens in vrbe animal. Bos vocẽ hominis edidit, & infans recens natus loquutus est, &*
C *simulacrorum quædam sudabant, quædã sanguine sudabant, & hominũ ingentes clamores, & sonitus armorũ, & cursus equorum qui non videbantur auditus, & circa Solem tristia multa, & pluuia lapidum, & fulmina continua in templa, & simulacra Deorum ferebantur.* Dæmon Eurynomus apud Pausaniam in Phocicis apparet. Item pueri nigri cirrati apud Augustinum lib. de ciuitate 22. cap. 8. Pausanias in Atticis, varias voces, & clamores, armorumque sonitus auditos Marathone post pugnam cum Persis ait. Ante pugnam Leutricam in templo Herculis varia visa, variæ voces, apud Ciceronem lib. 1. de Diuinat. Item ante pugnam cum Cimbris, apud Plinium lib. 2. cap. 59. Tum ante bellum Syllanum, apud Appianum lib. 1. Ciuil. Ante prœlium Pharsalicum, apud Cæsarem lib. 1. Ciuilium. Ante mortem Cæsaris Dictatoris domi eius, apud Dionem.

D

CAP. LV.

De omine mali imminentis.

MALORVM imminentium frequentia esse omina putant. Claudianus lib. 3. de raptu Proserpinæ, de Cerere loquens,

> —— *Nullusque dies non triste minatur*
> *Augurium, quoties flauentia serta comarum*
> *Sponte cadunt, quoties exsudat ab vbere sanguis.*
> *Larga vel inuito prorumpunt lumina fletu,*
> *Iniussæque manus mirantia pectora tundunt.*
> E *Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt,*
> *Tympana si quatiam, planctum mihi tympana reddunt,*
> *At vereor ne quid portendant omina veri.*

In Messeniacis Pausanias, *Messenij taurum ferum* ἐναγίζοντες, *immolaturi, adducunt ad monimentum Aristomenis, & alligant ad columnam quæ ei posita est, quam si ita commouerit, vt contremiscat,* αἴσιον, *& auspicatum arbitrantur, si non concutiat inauspicatum.*

CAP. LVI.

De Pugnis.

PVGNÆ iudictæ, & inspetatæ sæpe omen fecere. Dio lib. 50. Pueri Romæ δίχα γενόμενοι συνέμιξαν ἀλλήλοις ἐπὶ δύο ἡμέρας, οἱ μὲν Ἀντωνεῖοι, οἱ δὲ Καισαρεῖοι σφᾶς ἐπικαλέσαντες, καὶ

ἡττη-

ἐνικήθησαν οἱ τὸ Ἀντωνίου ὄνομα φέροντες: *in duas partes diuisi inter se duos dies depugnarunt, alij Antonianos se appellantes, alij Cæsarianos, victi sunt Antoniani.* Plutarchus in Sylla; Paulo ante quam Sylla traiiceret, in Campania propter Hephæsteum montem hirci duo interdiu visi confligere, omniáque facere & pati quæ viri in pugna solent, ἦν δ' ἄρα φάσμα καὶ κατὰ μικρὸν αἰρόμενον ἀπὸ γῆς διεσπείρετο πολλαχοῦ τοῦ ἀέρος εἰδώλοις ἀμαυροῖς ὅμοιον, εἶτα οὕτως ἠφανίσθη: *erat autem visum, quod sensim à terra sublatũ spargebatur in diuersas aëris partes obscuris simulacris simile, demum euanuit.* Procopius l. 2. Gotth. *Duo pastores vt augurarentur victoriam duos arietes inter se committunt, alteri Vittigis, alteri Bellisarij partes attribuunt. Aries Vittigis ab altero necatus, & ex arbore suspensus. Vittiges ipse ex arbore suspensus est.* Pausanias in Messen. Antequã Messena exscinderetur à Lacedæmoniis *simulacrum æreum dimisit clypeum*, ἄγαλμα θέαμα χαλκοῦν παρῆκε τὴν ἀσπίδα: *canes vlulãtes egressi vrbe ad Lacedæmonios se receperunt. Duo arietes ad aras sponte cõcurrentes inter se non exspectato sacrificio se mutuo vulnere confoderunt.* Appianus l. 2. Ciuilium. τὰ δ' οὖν ὁ Πομπήϊος προλαβεῖν ἐπειγόμενος ἐς μάχην διεσκευασμένος ἐπῄει, καὶ δύο αὐτοῦ στρατιωτῶν ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ ἐρεθιζομένων ἣ μάλιστα εἴη διάβατος, τις Καίσαρος εἷς τοὺς δύο ἀνεῖλε: *Hæc autem Pompeius ante capere festinans, ad pugnam instructus incedebat, & ex eius militibus cum duo vadum fluuij tentarent vnus Cæsaris miles vtrumque interemit. Pompeius non differendum ratus in Cæsarem instructam aciem ducebat.*

CAP. LVII.

De Omine Mortis.

MVLTA omina mortis Principum præcurrere solent. Dio lib. 60. mors Claudio portendi visa, ὅτι ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησεν, *quod ex omnibus magistratibus vnus aliquis eo anno mortuus est.* Capitolin. in Maxim. *Mortis hæc omina fuerunt. venienti contra Maximum & Balbinum Maximino cum filio mulier quædam crinibus passis occurrit lugubri habitu, & exclamauit, Maximini, Maximini, neque quicquam amplius dixit, & mortua est.* Herodot. lib. 6. φιλέει δέ κως προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι, καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήϊα μεγάλα ἐγένετο. τοῦτο μέν σφι πέμψασι ἐς Δελφοὺς χορὸν νεηνιέων ἑκατὸν δύο μοῦνοι τούτων ἀπενόστησαν, τοὺς δὲ ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα αὐτέων λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεικε. τοῦτο δὲ ἐν τῇ πόλει τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον ὀλίγον πρὸ τῆς ναυμαχίης παισὶ γράμματα διδασκομένοισι ἐνέπεσε ἡ στέγη ὥστε ἀπὸ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων εἷς μοῦνος ἀπέφυγε: *Solet autem Deus præsignificare quando vrbi, aut genti ingentia mala futura sunt. Chiis enim ante cladem magna signa fuere. Cum enim centum iuuenes misissent ad oraculum duo soli redierunt, pestis nonaginta octo abstulit. Paulo ante nauale prælium in vrbe tectum eodem tempore incidit in pueros in ludo literario occupatos, sic vt ex centum & viginti vnus tantum euaserit.* vide vbique apud Suetonium, Tacitum, Capitolin. & alios signa Imperij, & mortis.

CAP. LVIII.

De Simulacris.

DE simulacris quæ sponte conuersa sunt supra egimus. Ante pugnam Actiacam εἰκών τις Ἀντωνίου ἐν τῷ Ἀλβανῷ πρὸς τῷ Διῒ ἀνακειμένη λιθίνη οὖσα αἷμα πολὺ ἀνεῖκε: *Statua Antonij in Albano iuxta Iouem posita, multum sanguinem misit.* apud Dion. lib. 50. *Hirundines circa tentorium Cleopatræ, & in prætoria naui ipsius nidificarant, ex cera lac, sanguisque profluxerant*, τάς τε εἰκόνας αὐτῶν ἃς οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ ἀκροπόλει τὸ τῶν θεῶν σχῆμα ἐχούσας ἔστησαν κεραυνοὶ ἐς τὸ θέατρον κατήνεγκαν: *& statuas eorum, quas Athenienses in Acropoli habitu Deorum posuerant fulmina in theatrum deiecerant.* lib. 56. Ante cladem Vari *Templum Martis in Campo Martio fulmine ictum fuerat, & locustæ multæ in ipsam vrbem deuolantes ab hirundinibus consumptæ. Alpium vertices inter se committere, trésque igneas columnas emisisse visi, cœlum sæpius arsit. multi simul Cometæ effulserant, hastæ à Septentrione latæ in Romanorum castra decidere existimatæ. Circa aras eorum apes ceram finxerant*, καὶ νίκης τι ἄγαλμα ἔν τε τῇ Γερμανίᾳ ὄν, καὶ πρὸς τὴν πολεμίαν βλέπον πρὸς τὴν Ἰταλίαν μετεστράφη. Augustinus lib. 3. de Ciuitate. *Neque enim Apollo ille Cumanus cum aduersus Achæos, regémque Aristonicum à Romanis bellaretur quatriduo fleuisse nuntiatus est.* Capitol. in Antonino Philosopho, *in Saliatu omen accepit Imperij. Coronas omnibus in puluinar ex more iacientibus aliæ aliis locis hæserunt, huius velut manu capiti Martis aptata est.* Sozomen. lib. 7. cap. 23. *Nocte quæ seditionem Antiochenorum præcessit visa mulier ingens, & formidabili aspectu scutica tam fortiter se verberans, vt tota vrbe sonus*

A *nus exaudiretur.* Theodor. Lector lib. 1. collectaneor. *Gennadio Patriarchæ Constantinop. noctu ad altare accedenti horrendum spectrum se obtulit, quod cum ille sacro ritu coniurasset se mortuo eo sæuissime in Ecclesias grassaturum dixit.* Victor Vticensis lib. 2. persecut. Vand. *Priusquam Hunnericus vexaret orthodoxos Africæ super monte Ziqueno visus gigas clamãs, egredimini, egredimini, & in æde Fausti Carthagine visi Aethiopes sanctos Ecclesiæ fugantes.*

CAP. LIX.

De Tubicinibus.

B ZONARAS in Anastasio, sub quo κόρακες προβαινομένων αὐτῶν ὑπερίπταμενοι, καὶ προηγούμενοι, καὶ οἱ σαλπικταὶ αὐτ' ἐνυαλίου ἤχους πένθιμόν τι, καὶ θρηνῶδες ἠχήσαντες: *corui militibus procedentibus suprauolantes, & praeuntes, & tubicines cum bellicum canere vellent, lugubre quiddam & funebre canentes.*

CAP. LX.

De Stellis cadentibus.

STELLÆ cadentes sunt ignis ætherij ἀπόῤῥοιαι, ac scintillæ, quos διάττοντας, καὶ διαθέοντας ἀστέρας vocant, *transilientes, & transcurrentes ignes.* Theocrit. Idyl. 3.

C ὡς ὅτε πυῤῥὸς ἀπ' οὐρανοῦ ἤριπεν ἀστήρ.

Vt quando rutilum è cælo astrum cecidit. Transuersæ quæ dicuntur stellæ transuolant, & secant aëra, vt Aristoteles lib. 1. Meteor. Seneca lib. 1. Natur. quæstion. Lucretius;

Non cadere in terram stellas, non sidera cernis.

Stellas cadentes inter prodigia fuisse docet Lucanus lib. 1.

—— lapsa per altum
Aërea dispersos traxere cadentia sulcos
Sidera. ——
—— Summis etiam quæ fixa tenentur
Astra polis sunt visa quati. ——

Aristot. lib. 1. cap. 4. 5. Meteor. ἐὰν δὲ τὰ μήκη τῆς ἀναθυμιάσεως κατὰ μικρά τε καὶ πολλαχῇ διεσπαρμένα ᾖ, καὶ ὁμοίως κατὰ πλάτος, καὶ μέγεθος, οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν γίνονται. Plinius lib. 2. cap. 8.

D Ammianus lib. 25. *flagrantissimam facem similem visam aëris parte sulcata euanuisse existimauit.* Philostrat. lib. 8. Apollon. cap. 9. ἐπεῖχε τὸν οὐρανὸν διοσημεία τοιαύτη, τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος ἐοικὼς ἴριδι τὴν ἀκτῖνα ἠμαύρου. ὅτι μὲν δὴ ἐς νεώτερον ἡ διοσημεία ἔφερε δῆλα ἦν πᾶσιν. Plinius lib. 2. cap. 36. *stellarum discursus* vocat. Signum de cælo tale seruatum, corona Solis circulum ambiens similis Iridi eius radium obscurauit, quod noui aliquid portendere visum. Dio lib. 45. τοὺς δὲ ἄλλους ἐτάραττε καὶ σεισμὸς μέγας γενόμενος. ταῦρός τε τις τυθείς τε δι' αὐτῶν ἐν τῷ ἑστιατορίῳ, καὶ ἀναπηδήσας μετὰ τὴν ἱερουργίαν, &c. λαμπὰς ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς δυσμὰς διέδραμε, καί τις ἀστὴρ καινὸς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὤφθη: *Alios turbauit terræ tremor ingens, & taurus immolatus ab ipsis in æde Vestæ, & post sacrificium exsiliens. lampas ab ortu ad occasum traiecit, & nouum sidus multos dies fulsit.* ἑστιατόριον *est Vestæ templum.* Ouid.

—— De cælo lapsa sereno

E *Quæ si non cecidit potuit cecidisse videri.*

Plinius lib. 2. cap. 35. *Scintillam è stella cadere, & augeri terræ appropinquantem, ac postquam Lunæ magnitudine facta sit illuxisse seu nubilo diei, dein cum in cælum se reciperet lampadem factam semel vnquam proditur, Cn. Octauio, C. Scribonio Consulibus.* Cicero lib. 1. Diuinat.

Nam primum astrorum volucres te Consule motus,
Concursusque graues stellarum ardere cometas,
Multaque misceri nocturna strage putasti,
Cum claram speciem concreto lumine Luna
Abdidit, & subito stellanti nocte perempta est.
Quid verò Phœbi fax tristis nuntia belli,
Quæ magnum ad columen flammato ardore volabat;

Præcipites cæli partes obitúsque petisset. A

Plinius lib. 2. *vulgus existimat aliquem exstingui cum stella decidua.* verum *non tanta cælo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor. Cum decidere videntur id fit nimio alimento tracti humoris, sicuti luminibus accensis id ex liquore olei notamus accidere.* Græci ἀποῤῥοίας vocant defluxus quosdam aërios qui ad terram delabentes stellarum casus imitantur. *Anagniæ sparsi primum ignes in cælo, dein fax ingens arsit. Frusinone arcus Solem tenui linea amplexus, circulum deinde ipsum maior Solis orbis extrinsecus inclusit*, ait Liuius lib. 30. cap. 2. Eutropius, Constantiui magni τελευτὴν πρὸ ἄλλων τινὸς ἀγγέλου τοῖς πανταχοῦ κομήτης ἀστὴρ ἐμήνυσεν ἐπὶ πολλαῖς ἀνίσχων τ ἡμέραις: *mortem ante alios nuntios omnibus enuntiauit Cometa per complures dies exoriens.* Plinius lib. 2. *Cometas crinitos, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidos, Pogonias, Acontias, Xiphias, Disceos, Pithetas, Lampadias, Ceratias, Hippeos. Cometes terrificum magna ex parte sidus, ac non leuiter piatum, vt ciuili motu Octauio Consule, iterúmque Pompeij & Cæsaris bello. In nostro* B *vero æuo circa veneficium quo Claudius Cæsar Imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius, assiduum prope, ac sæuum. Cometes in vno totius orbis loco colitur, in templo Romæ, admodum faustus Diuo Augusto indicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat Veneri genitrici, non multò post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto.* Consulendus Seneca lib. 6. Natural. quæstionum. cap. 17.

CAP. LXI.

De Auibus carniuoris.

AVES carniuoras obseruatas inter prodigia ostendimus. Florus lib. 4. Ante pu- C gnam Philippensem *omnes assuetæ cadauerum pabulo volucres castra quasi iam sua circumuolabant, & in aciem prodeuntibus Aethiops obuius nimis apertè ferale signum fuit, ipsique Bruto per noctem atra quædam imago se obtulit, & quæ esset interrogata, tuus, inquit, malus genius. Hoc dixit, & sub oculos mirantis euanuit.*

CAP. LXII.

De Terrore, & Planctu.

PANICVS terror, & planctus inspetatus inauspicatus fuit. Florus lib. 4. *Nunquam imminentis ruinæ manifestiora prodigia. fuga victimarum, apum examina, insignes interdiu* D *tenebræ, dux ipse, & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modum planctus circumsonare, & mane cum pullo amiculo nefas apud principia conspectus est.* Seneca in Troade.

Omen tremisco miseræ feralis loci. In Thyeste.

Modo inter illa quæ putant cuncti aspera
Fortis fui, lætusque, nunc contra in metu
Animus hæret, ac retro cupit corpus referre.
Moueo nolentem gradum, places ire, pigris
Membra sed genibus labant, alioque quam quo
Nitor abductus feror.

Tibullus. *Et simulacra Deum lacrymas fudere.*

Silius lib. 8. *——lacrymaque vetusta* E
Effigie patris latè fluxere Quirini.

Iulius Obseq. lib. de prodig. *L. Aemilio Paulo, & Cn. Babeo Pamphilo Coss. Lanuuij Iunonis Sospitæ simulacrum lacrymasse. Actio Claudio & M. Perpenna Coss. Apollinis effigiem per quatriduum fleuisse.* Seneca Thyeste.

Sed quid hoc? Non vult manus
Parere, crescit pondus, & dextram grauat,
Admotus ipsis Bacchus à labris fugit.

Idem in Hercule furent.

—— post reditus quoque
Oberrat oculis turba feralis meis.
Pudet fateri, paueo, nescio quid mihi

Animus

A *Animus grande præsagit malum.*

In Thyeste act. 5.

> *Quid flere iubes, nulla surrexit dolor*
> *Ex causa, vernæ capiti fluxere rosæ.*

CAP LXIII.

De Hastis Martiis, & Ancilibus motis.

PRODIGII loco fuit si hastæ Martis commouerentur, siue id Romæ, siue in Municipiis fieret. Gellius lib. 4. cap. 6. *Senatusconsultum factum est Marco Antonio, Aulo postB humio Consulibus, quod Iulius Pontifex nuntiauit hastas Martias mouisse, vti Marcus Consul hostiis maioribus Ioui, & Marti procuraret.* Liuius lib. 24. cap. 10. *Hastam Martis sua sponte promotam: infantem in vtero matris in Marrucinis, Io Triumphe clamasse.* lib. 21. *Hastam Lanuuij se commouisse.* Sed & si Ancilia sponte mouerentur inter prodigia est adnotatum. Liuius in Epito. lib. 68. *Ante bellum Cimbricum Ancilia mota.* Iulius Obsequens lib. de prodigiis, *Ancilia cum crepitu sua sponte mota. Hastæ Martis in regia sua sponte motæ.*

CAP. LXIV.

De Nidis Coruorum & aliarum auium.

C AVES sicubi nidificarentur, vulgo dirum fuit. Liuius lib. 34. cap. 10. *Lanuuij in æde intus Sospitæ Iunonis coruos nidum fecisse. In Apulia palmam viridem arsisse. Mantuæ stagnum effusum Mincio amni cruentum visum, & Calibus creta, & Romæ in foro Boario sanguine pluisse.* libro 27. cap. 4. *Aues in luco Dianæ nidos in arboribus reliquerunt.* lib. 21. cap. 62. *Coruos in ædem Iunonis volasse.* lib. 10. cap. 42. *Coruum ante Consulem Lucium Papirium occinuisse.*

D IVLII CÆS. BVLENGERI
DOCTORIS THEOLOGI
DE TERRÆ MOTV, ET FVLMINIBVS.
LIBER VI.

CAPVT PRIMVM.

De Terræ motu, & hiatu.

E TERRÆ motus & inauspicati, & vrbibus ac prouinciis sæpe exitiales fuere. Cicero libro 1. Diuinat. *Prælio ad Thrasymenum lacum tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaque Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederint* &c. Xiphilinus in Traiano, πρῶτον μὲν γὰρ μύκημα ἐξαπίνης μέγα ἐβρυχήσατο, ἔπειτα βρασμὸς ἐπ᾽ αὐτῷ βιαιότατος ἐπεγένετο, καὶ ἄνω μὲν ἡ γῆ πᾶσα ἀνεβάλλετο. *Primum omnium derepente mugitus ingens infremuit, deinde succussatio violenta, & sursum quidem omnis terra iactabatur, ex sublimi subsiliebant ædificia, & alia sublata ex alto concidebant, & disrumpebantur, alia huc & illuc agitata vt in tempestate euertebantur,* &c. Legendus Agathias libro 1. & 2. & Xiphilinus in Traiano. Certe Lacedæmonij cum terræ motus esset Deos placandos, maximè Neptunum, existimabant. Xenophon in Repub. Lacedæm. σεισμοῦ γενομένου οἱ Λακεδαιμόνιοι ὕμνησαν τὸν περὶ Ποσειδῶνος παιᾶνα, καὶ Ἀγησίπολις τῇ ὑστεραίᾳ θυσάμενος Ποσειδῶνι:

δῶν: *Cum terra mouiſſet Lacones Paanem Neptuno cecinerunt, & poſtridie Ageſipolis Neptuno re diuina facta.* Ammianus libro 17. quatuor terræ motus eſſe ait, Climatias, qui inclinent, Braſmatias, qui ſuccutiant, Chaſmatias cum hiatu, Mycematias cum mugitu. *Babyloniorum placita motus terræ, hiatúſque, & cætera omnia vi ſiderum exiſtimant fieri, ſed illorum trium, quibus fulmina aſsignant*, ait Plinius libro 2. cap. 79. *Anaximander Mileſius Lacedæmoniis terræ motum prædixit, & Pherecides hauſtu aquæ è puteo præſenſit ibi terræ motum. Ventos in cauſa eſſe non dubium reor. Neque enim vnquam intremiſcunt terræ, niſi ſopito mari, cæloque adeo tranquillo, vt volatus auium non pendeant ſublato omni ſpiritu qui vehit, nec vnquam niſi poſt ventos conditos ſcilicet in venas, & cauernas eius occulto afflatu. Neque aliud eſt in terra tremor, quam in vrbe tonitruum. Nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit incluſo ſpiritu luctante, & ad libertatem exire nitente. Variè itaque quatitur, alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſsis amnibus. Præcedit vero, comitatúrque terribilis ſonus, alias murmuri ſimilis, alias mugitibus, aut clamori humano, armorúmque pulſantium fragori.* cap. 84. *Nunquam Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id prænuntium eſſet.* Octaua Synodo. περὶ ἑσπέραν δὲ σεισμὸς γίνεται τῆς πόλεως γνωριμώτερος ὁ φρικωδέστατος. δι᾽ ὅλης δὲ τῆς ἐπιούσης ἐπεκράτει νυκτὸς Constantinopoli. βοὴ δέ τις καὶ ἄσημος θροῦς ἔκ τε γῆς, ἔκ τε θαλάσσης σφοδρῶς ἀναδιδόμενος, πάντων ἀνθρώπων τὰς καρδίας παράλυσιν ἐνεποίει. ὅτε δὴ καὶ ἡ στήλη Ἰουστίνου ἐκ τῶν γονάτων κοπεῖσα κατερράγη. pag. 324. quod Ignatius Patriarcha vexaretur. vide alios terræ motus pag. 334. *Appetente nocte ſub veſperam tremor terræ fuit omnium qui vnquam fuerunt maximus, qui tota nocte quæ ſecuta eſt inualuit Conſtantinopoli. Clamor autem quidam & obſcurus ſtrepitus ex terra, & mare vehementer redditus omnium animos diſſoluerat. quo tempore & ſtatua Iuſtini à genibus ſciſſa confracta eſt.* Florus libro 1. cap. 19. *Sempronius dux, tremente inter prælium campo Tellurem Deam promiſſa æde placauit.* Philoſtratus libro 4. cum eſſet Apollonius in Creta, σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε, βροντὴ δὲ οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν, ἡ θάλαττα δὲ ὑπενόστησε στάδια ἴσως ἑπτά. Apollonius ἔφη, θαρσεῖτε. ἡ γὰρ θάλασσα γῆν ἔτεκε, &c. *Motus ingens terræ fuit in Creta, & tonitru non ex nubibus, ſed è terra inſonuit, mare retro ceſsit ſtadia circiter ſeptem. Apollonius dixit, confidite, Mare enim peperit terram.* Nuntiatum eſt paulò pòſt inſulam è mari extitiſſe. *Cum chaſma apud Celænas plures tum domos, tum mortales abſumpſiſſet, Midas oraculo monitus pretioſa quæque in iſto euentu coniecit. Anchurus verò regis filius, patre & vxore Timothea ſalutatis nihil pretioſius anima hominis cognoſcens, cum equo in eam voraginem ſe coniecit, quo facto in priorem faciem terra rediit.* Stobæus ſerm. 1. κατὰ Κελαινὰς πόλιν τῆς Φρυγίας διὰ μέσων ἰδαίν Διὸς χάσμα μεθ᾽ ὕδατος γενόμενον, πολλὰς οἰκίας αὐτάνδρους εἰς τὸν βυθὸν καθείλκυσε, τοῦ δὲ δήμου κινδυνεύοντος, Μίδας ὁ βασιλεὺς χρησμὸν ἔλαβε συνελεύσεσθαι τὴν γῆν, ἐὰν εἰς τὸ βάραθρον βάλλῃ τὸ τιμιώτατον ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ, &c. Ita & Romæ Curtius apud Feſtum in hiatum inſiluit, vnde lacus Curtius. Trebellius in Galienis. Hiatus terræ plurimis in locis fuerunt cum aqua ſalſa in foſſis appareret. Agathias libro 2. *In Co inſula ætate Narſetis ſub Clotario rege Galliæ tantus terræ motus fuit, vt omnia ſubuerterentur, fontes dulces irrumpente mari ſalis amarore infecti ſunt, ædificia calce & lapide facta* στερεμνώτερα τιτάνῳ καὶ λίθῳ πεποιημένα, *corruerunt*, μόνα δὲ τὰ ἐκ πλίνθου ἀπέφθου ἀγροικότερον πεποιημένα, *quæ ex latere non cocto ruſtico opere ſtructa erant, ſteterunt.* Gregor. Nyſſenus contra fatum, τίς οὐκ οἶδε τὴν μεγάλην τῆς Βιθυνίας μητρόπολιν ταῖς ἐξεχούσαις τῶν πόλεων ἐναρίθμιον, ἣν ὁ σεισμὸς ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ἄρδην ἐξέτρεψε; πόσοι παῖδες ἐκεῖ, παρήλικες, πλούσιοι, &c. πάντας ὁμοίως τὸ πῦρ ἐνεμήθη. *Quis non vidit magnam Babyloniæ metropolim quæ numerabatur inter principes vrbes? Eam terræ motus puncto temporis funditus euertit. Quot illic pueri, quot ſenes, diuites, pauperes perierunt? Omnes ex æquo ignis abſumpſit.* Vide Ariſtotelem libro 2. Meteor. cap. 7. & libro de mundo. Terræ motus dicuntur qui mugitu quodam terræ viſcera quatiunt, παρὰ τὸ μυκᾶν, *à mugitu.* μυκηταὶ σεισμοὶ σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου: *mycetiæ quatiunt terram cum mugitu.* Plinius libro 2. cap. 96. *Locris, & Critone peſtilentiam nunquam fuiſſe, nec vllo terræ motu laboratum annotatum eſt. In Lycia vero ſemper à terræ motu quadraginta dies ſerenos eſſe.* Philoſtratus libr. 4. de vita Apollonij, *à Neptuno quati terram tremore* ait, μηδὲ αἰγαίωνα σεισίχθονα πάξαι περὶ τὰς πόλεις. *Cum Veſuuij mugitus auditur magna annonæ vbertas futura eſt.* Procopius libro 2. Gotth. Xiphilinus in Nerone, σεισμὸς ἐξαίσιος ἐγένετο, ὥστε καὶ δόκησιν παρασχεῖν ὅτι ἥ τε γῆ πᾶσα διαρρήγνυται, καὶ αὐτῶν πεφονευμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ ψυχαὶ πᾶσαι ἅμα ἐπ᾽ αὐτὸν ἀναθορνύνοι. Sub Antonino Pio *horribilis terræ motus fuit, quo aliæ plures vrbes, tum vero Cyzicum funditus cōcidit, eiúſque vrbis templum maximum, & pulcherrimū. Præterea deducto montis vertice in continenti terra maritimus fluctus erupit, ſpuma puri & limpidi maris procul inde in terram proiecta eſt.* Aurelius Victor, *ita Iulianum cupido gloriæ flagrantia peruicerat, vt neque terræ motu, neque plerìſque præſagiis, quibus vetabatur petere Perſidem adductus ſit finem petere ardori, ac ne noctu quidem viſus ingens globus cælo labi, Ducem belli cautum præſtiterit.* Pauſanias in Meſſenicis, πρὸ τῶν σεισμῶν *ſunt magni imbres,*

A *imbres, aut siccitates, aër hyeme calidior, æstate nubilus, Solis circulus vel in rubrum, vel in nigrum vergit, fontibus aqua deficit, venti euertunt arbores, flammæ per aërem discurrunt, & noua stella horrifera visuntur.* Seneca Thyeste act. 4. scen. 1.

> *Lucus tremiscit, tota succusso solo*
> *Nutauit aula.*

Plinius libro 2. cap. 8. *Maximus terræ memoria mortalium exstitit motus Tiberij Cæs. principatu tredecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.* Tacit. lib. 11. Annal. duodecim vrbes prostratas ait. Solin. cap. 43. vrbes item duodecim simul vna ruina cecidisse. Per terræ motus *Delos emersit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, & Ophiusa, & Pelagia prioribus sæculis dictitata.* Amm. Marcell. lib. 17. *Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores, fremitúsque terrenos.* Vide Senec. lib. 6. Natur. quæst. Plin. lib. 4. cap. 79. Aristid. in Rhodiaco ait, *Rhodum terræ motu ita deletam, vt nulla vestigia pristini decoris superessent.* Seneca in Thyeste.

B

> *Imo mugit è fundo solum.*

Plin. lib. 2. cap. 91. *Atque vt sinus, & stagna præteream, ipsa se condens terra, deuorauit Cibotum altissimum montem, cum oppido Curite, Sypilum in Magnesia, & prius in eodem loco clarissimam vrbem quæ Tantalus vocabatur*, &c. Procop. 4. Gotth. *Prope Daras vrbem ab Anastasio conditam in Cholchide fons erat in prærupto colle, qui ingentem fluuium efficiebat, vrbem ambientem. Post mortem Anastasij facta est labes, & hiatus quo fluuius absorptus euanuit.* Ita Stymphalus fluuius cum exundaret hiatu quodam cum venatore, & ceruа est absorptus, ait Pausanias in Arcadicis. Festus; *Curty lacus appellatur à Curtio qui eo loco in profundissimum se ob salutem populi Rom. proiecit hiatum.* Plutarchus in Cicerone, λέγεται καὶ καταπλεύσαντος εἰς Δυρράχιον αὐτοῦ, καὶ μέλλοντος ἀποβαίνειν σεισμόν τε γῆς, καὶ σπασμὸν ἅμα γενέσθαι τῆς θαλάττης ἀφ' ὧν συνέβαλον οἱ μάντεις: *Fama est cum Dyrrachium appulisset, & exiturus esset, terram mouisse, & maris fuisse æstum. Vnde vates coniecerunt haud fore diuturnum ei exilium.* In Cimone, sub Archelao maximus terræ motus Spartæ fuit. In Fabio Maxim. terræ motus ad Thrasymenum lacum factus est, quo auersi cursu suo amnes. Tertull. in Apologet. cap 40. *Terræ motus mare Corinthium ebibit.* Item, *si cælum stetit, si terra mouit.* Suetonius in Galba cap. 18. *Vrbem quoque, & deinde palatium ingressum excepit terræ tremore, & assimilis quidam mugitus sonus.* Dio lib. 45. ἐτάραττε καὶ σεισμὸς μέγας γενόμενος ταῦρός τέ τις τυθεὶς δ' αὐτῶν ἐν τῷ Ἑστιαίῳ, καὶ ἀναπηδήσας μετὰ τὴν ἱερουργίαν, λαμπάς τ' ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς δυσμὰς διέδραμε, καί τις ἀστὴρ καινὸς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὤφθη: *Turbabat eos ingens terræ motus, & taurus immolatus ab iis in fano Vestæ post sacrificium subsiliens, & fax ab ortu ad occasum transcurrit, & astrum quoddam nouum multis diebus emicuit*, τότε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι, ποτὲ δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει, καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος σταχύων πυρώδης περιεῖχεν: *Lux Solis extingui aliquando intra tres circulos effulgere, quorum vnus corona spicarum ignita circumdaret, visum fuerat.* Lege Aristotel. lib. 2. Meteor. cap. 7. 8. Senecam lib. 6. Natur. quæst. Plinium lib. 2. cap. 22. Senec. in Oedipo, *Mugisse solum.* in Thyeste.

C

D

> *Imo mugiit è fundo solum.*

Æneid. lib. 6.

> *Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri*
> *Syluarum. ——*

Seneca in Oedipo,

> *Bis Cadmeum tremuisse nemus.*

Dio in Tito, & Seuero de mugitu terræ. Salisberiensis lib. 1. Polycrat. in fine. Cicero lib. 1. Diuinat. *Cùm terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus multa prædixerint.* Auctor vitæ S. Athanas. sub Valente, σεισμὸς ἐπισκήψας οἷον οὔτε ὁ παρελθὼν ἐνήνοχε χρόνος, οὔτε ὁ μέλλων οἴσειν ἐλπίζεται, πολλάς τε ἄλλας ἀνέτρεψε τῶν πόλεων, καὶ ἡ Κρήτη πλείους τῶν ἑαυτῆς ἢ ἑκατὸν, χαλεπὸν οὐδὲ πτῶμα καταινεχθείσας. τότε καὶ ἡ θάλασσα τοὺς οἰκείους ὅρους ἀπολιποῦσα τινὰς μὲν τόπους οὕτως ἐπέκλυζεν, ὥστε πολλοὺς καὶ τῶν πρώην ἀροσίμων πλωΐμους θεῖναι, πρᾶγμα καινότατον, ἑτέρωθι δὲ τοσοῦτον ἀπέστη πάλιν, ὡς καὶ κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ἐπὶ ξηροῦ τοῦ ἐδάφους εὑρεθῆναι τοὺς πλέοντας: *Terræ tremor, quantus nunquam antea fuit, neque in posterum futurus est, multas alias vrbes euertit, sed Cretæ supra centum. Tum verò mare proprios terminos deserens alia loca sic inundauit, vt multa, quæ priùs arabantur, nauigarentur, res insolens, alibi tantùm recessit à littore, vt in medio cursu nauigantes in sicco reperirentur.* Cedrenus in Valente, σεισμὸς γέγονε καθ' ὅλης τῆς γῆς μέγας ὡς καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πλοῖα προσωρμισμένα τῷ αἰγιαλῷ ἐπάνω γενέσθαι τῶν μεγάλων τειχῶν: *Terramotus ingens fuit toto orbe, vt Alexandria nauigia, quæ ad littus appulerant, supra magnos muros sublata sint.* Capitolinus in Gordiano, *Fuit terramotus eò vsque grauis, imperante Gordiano, vt ciuitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ, sacrificia per*

E

totam vrbem, totumq́; orbem terrarum ingentis celebrata sunt. Pollio in Gall. *Gallieno, & Faustino Coss. inter tot bellicas clades etiam terræmotus grauissimus fuit, & tenebræ per multos dies. Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante. quo motu multæ fabricæ deuoratæ sunt cum habitatoribus, multi terrore mortui. quod quidem malum tristius in Asiæ vrbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, quum aqua salsa in fossis appareret. Maria etiam multas vrbes occuparunt. Pax igitur Deûm quæsita, inspectis Sibyllæ libris, factumq́; Ioui Salutari, vt præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat, vel Romæ, vel in Achaicis vrbibus, vt vno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Sæuiente fortuna quum hinc terræmotus, inde hiatus soli ex diuersis partibus, pestilentia orbem Romanum vastaret.* Xiphilinus in Tito, καὶ μετὰ ταῦτα αὐχμοί τε δεινοὶ, καὶ σεισμοὶ ἐξαίφνης σφοδροὶ ἐγίνοντο, ὥστε καὶ τὸ πεδίον ἐκεῖνο πᾶν ἀναβράσσεσθαι, καὶ τὰ ἄκρα ἀναπηδᾶν. ἠχαί τε αἱ μὲν ὑπόγειοι βρονταῖς ἐοικυῖαι, αἱ δὲ ἐπίγειοι μυκηθμοῖς ὅμοιαι συνέβαινον, καὶ ἥ τε θάλασσα συνέβρεμε, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεπήχει, κἀκ τούτων κτύπος τε ἐξαίσιος ἐξαπιναίως, ὡς καὶ τῶν ὀρῶν συμπιπτόντων ἐξηκούσθη, &c. *Et posteà siccitates diræ, & motus derepente vehementes fuere, ita vt solum illud omne quateretur, & promontoria subsilirent, sonitusq́; alij subterranei tonitruis similes, alij terrestres mugitibus non absimiles accidebant, & mare fremebat, & cælum tonabat, & ex hoc sonitus inauspicatus repentinus, quasi montes simul caderent, auditus, & exsiliebant primùm quidem lapides ingentes, ita vt & ad ipsa cacumina peruenirent, deinde multus ignis, & fumus infinitus, ita vt omnis aer obumbraretur, totus Sol absconderetur, quasi deficeret. Nox igitur de die, & tenebra ex luce facta sunt, & putabant alij gigantas exsurgere, multa enim tum spectra in fumo apparebant, & insuper tubarum sonitus quidam audiebatur; alij vniuersum hoc in chaos, & ignem absumi arbitrabantur, ideò fugiebant alij ex ædibus in vias, alij ex viis in domos, aut ex mari in terram, aut ex terra in mare. Alij turbati omne quod abesset, tutius præsentibus existimabant. Hæc igitur fiebant, & cinis inenarrabilis expulsus mare, & aërem omnem obducebat, & multa alia, si quando aliàs contigere, & hominibus, regionibus, & pecoribus nocuere, piscésque, & aues corrupere, & hoc ampliùs duas vrbes integras, Herculaneum, & Pompeios absorpsere, cùm populus in theatro sederet. Tantus autem puluis fuit, vt in Africam, Syriam, Aegyptum aliquid delatum sit, & Romam peruenerit, & aërem supra vrbem impleuerit, & Solem obumbrarit. Ingens metus ex eo multis diebus fuit, cùm homines id quod fieret ignorarent, nec coniectare possent, sed omnia susque dèque ferri censebant, & Solem quidem in terram delapsum deperire ac deleri, terram autem in cælum ascendere. Cinis quidem iis nihil mali tunc attulit, posteà grauem pestilitatem iniecit. Alius ignis terrestris sequenti anno multa Romæ loca, Tito in Campaniam ad cladem subleuandam egresso, consumpsit, Serapium enim, Isium, Septa, Neptuni templum, Balneas Agrippæ, Pantheum, Diribitorium, Theatrum Balbi, Scenam Pompeij, Octauia ædificia cum libris, templum Iouis Capitolini cum vicinis delubris cremauit. Ita malum diuinitus immissum, non ab homine visum. Ex iis, quæ scripsi, licet cætera damna conücere.* Alia terræmotuum dira vbique apud Historicos obseruabis, quæ hîc attexere superuacaneum arbitror.

CAP. II.

De Fulmine.

NON est instituti mei hoc tempore subtiliùs in ea inquirere, quæ ab Aristotele in Meteor. de tonitru, fulminibus, fulguribus disputantur. Hoc admonere satis fuerit è Cicerone, *tonitrua, & fulgura existere, cùm anhelitus terræ, qui frigidi sunt, in nubem se induerint, eiúsque tenuissimam quamque partem diuidere, ac disrumpere cœperint. Fulmen non vrit, quia tenuium est partium eius substantia; quare celeriter penetrans corpora ob tenuitatem non exurit: dicitur* κεραυνὸς, *quia purus, & liquidus est. Album vocant, quia non inficit nigro, non vrit propter celeritatem.* Æneas Platonic. ὁ κεραυνὸς οὐκ ἔχει τὸ φλέγον, λεπτομερὴς γὰρ ἐστὶν ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅθεν ταχέως διερχομένη τὰ σώματα διὰ τὴν λεπτότητα οὐ καταφλέγει αὐτά. κεραυνὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ ἀκεραίης εἶναι, καὶ μὴ φλέγειν, ἀργῆτα κεραυνὸν καλοῦσι, οὐ γὰρ μελαίνει, διὰ ταχύτητα, οὐ φλέγει. Lucretius,

> *Tonitruum post fit, vt auribus accipiamus*
> *Fulmina, quàm cernant oculi, quia semper ad aures*
> *Tardiùs adueniunt, quàm visum quæ moueant res.*

Quia imagines quæ videri possunt momento percipiuntur, soni simulacra quia per motum fiunt, successiuè & tractim ad aures perueniunt. Sanct. Basilius Homil. ad Psal. 28. συνίσταται δὲ ἡ βροντὴ ὅταν πνεῦμα ξηρὸν, καὶ βίαιον κοιλότησι νεφέλης ἐναπολειφθὲν, καὶ ὑπὸ δινίας τοῖς κοιλώμασι τῶν νεφῶν ἐνστρεφόμενον ζητῇ διέξοδον πρὸς τὰ ἔξω, &c. *Tonitru fit quando spiritus siccus, & viole*

A *violentus caua nube conceptus, & ob intensionem ac impetum in ipso cauo nubis volutatus, quærit exitum foras. obsistentes enim ob condensationem nimiam nubes, asperum illum attritu spiritus efficiunt sonitum. Postquam autem quasi ampullæ circumextensæ spiritu, diutius obsistere, & continere non possunt, per vim ruptæ, & transmittentes spiritum vt foras exspirent, tonitrua efficiunt. rupta nube fit & fulgur.* Fulmen odore sulphuris est, vt Seneca lib. 2. cap. 53. Ideo Persius sat. 2. *sulphur sacrum*, fulmen vocat. *Quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse certum est*, ait Seneca. Plin. lib. 35. cap. 15. *fulmina, & fulgura quoque sulphuris odorem habent, & lux ipsa eorum sulphurea est.* Lucret. lib. 6. *halantes sulphuris auras.* Tzetzes Chil. 12. θειώδη γὰρ ὁ κεραυνὸς βαρεῖαν ὀδμὴν ἴσχει: *fulmen sulphurati & grauis odoris est.* ὁ κεραυνὸς τὸ θεῖον, *fulmen est sulphur.* Disertius & verius Aristoteles lib. 3. Meteor. ἐὰν ἐν αὐτῷ τῷ νέφει πολύ, καὶ λεπτὸν ἐκθλιβῇ πνεῦμα τοῦτο γίνεται κεραυνός, &c. *Si è nube multus ac tenuis spiritus expressus fuerit, fulmen est, quod si admodum tenue fuerit, vt præ tenuitate*
B *non adurat, clarum,* ἀργῆτα *poetæ vocant, si minus adurat,* ψολόεντα, *fumidum, & fuliginosum. Nam illud ob essentiæ tenuitatem fertur, ob motus celeritatem ante penetrat, quam adurat, & mora facta infuscet. Hoc cum sit tardius, inficit quidem, non adurit, sed penetrare anticipat. Quocirca & quæ obsistunt aliquid pati solent, quæ minime, nihil.* Æs quo scutum tegebatur liquatum fuit, ἀσπίδος τὸ χάλκωμα ἐτάκη, τὸ δὲ ξύλον οὐδὲν ἔπαθε, *ligno inuiolato. Nam propter ligni tenuitatem, prius spiritus percolatus fuit, atque transmissus, quam vt lignum affici vllo pacto potuerit. Ita & per vestes transiuit, quas non adussit, sed protriuit.* Legendus Aristoteles lib. de mundo cap. 4. *Qui exhalationum alteram siccam ait in fumum conformatam, quæ è terra manet, alteram humidã roscidam ab humida natura profectam. ex hac nebulas, rores, & gelu omne genus, nubes, pluuias, niues, grandines, à sicca ventos, flatus, tonitrua, fulgura, turbines, fulmina existere.* τῆς ἀναθυμιάσεως ἡ μὲν ἐστι ξηρά, καὶ καπνώδης ἀπὸ τῆς
C γῆς ἀπορρέουσα, ἡ δὲ νοτερά, καὶ ἀτμώδης, ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιωμένη φύσεως. Cum Aristotele sentit Seneca lib. 2. quæstion. Natural. cap. 54. *E terra*, inquit, *terrensque omnibus pars humida efflatur, pars sicca & fumida remanet. Hæc fulminibus alimentum est, illa imbribus. Quicquid in aëra sicci, fumosique peruenit, id includi se nubibus non fert, sed rumpit claudentia. Inde est sonus quem nos tonitruum vocamus. In ipso quoque aere quicquid attenuatur, simul siccatur, & calet. Hoc quoque si inclusum est æque fugam quærit, & cum sono euadit. & modo vniuersam eruptionem facit, eóque vehementius tonat, modo per partes & minutatim. Ergo tonitrua hic spiritus exprimit, dum aut rumpit nubes, aut peruolat. volutatio autem spiritus in nube conclusi valentissimum est accendendi genus.*

CAP. III.

De Attonitis.

D QVi fulmine afflati erant, attoniti dicebantur. Petronius, *Intremui post hoc fulmen attonitus.* Sallustius in Iugurth. *Sic vero quasi fulmine attonitus neque animo, neque auribus, aut lingua competere.* Apul. lib. 8. *Sed Charitate vocem nefandam & horruit, & detestata est, & velut graue tonitru, procelláque sideris, vel etiam ipso diali fulmine percussa corruit corpus, & obnubilauit animum.* Harpocration, τυφωνικὰ πνεύματα ἐξίστησι ἀθρόως καταρραγέντα: *Typhonici venti attonitos homines faciunt.* Alcæus, πάμπαν δὲ τύφως ἐκ δὲ λέγεται φρένας: *Omnino Typhos ei mentem ademit.* vnde τετύφωμαι, βεβρόντημαι, *attonitus sum.* Lucianus in Icaromenippo, ἑστήκειν δ᾽ ὅμως ἀχανής, καὶ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος: *Stabat simul ore hianti, & ex magno clamore attonitus.* Moschopulus, ὁ ἐμβεβροντημένος ὁ ἔξω φρενῶν ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὸν τυφῶνα καταφερομένων σκηπτῶν. Hesychius, κεραυνίας, ὁ κεκεραυνωμένος, κεραυνιος, ἐμβρόντητος. Cornelius Cel-
E sus, *Attoniti propriè quorum & corpus, & mens stupet. quod genus mali fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, quem apoplexiam appellant.* Apud Seruium; *Attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruum dant stuporem.* Vide Senecam lib. 2. quæst Natur. cap 27. Pacatus in Panegyr. *hinc reorum vsque ad damnationem metus, postea attonitus stupor.* Ammian. lib. 17. *In Tagetis Thusci libris legitur Vaiouis fulmine tangendos adeò hebetari, vt nec tonitru, nec maiores audire possint fragores.* Q. Curtius lib. 8. *Erat prope continuus cæli fragor, & passim cadentium fulminum species visebantur, attonitumque auribus stupens agmen nec progredi, nec consistere audebat.* Martial. lib. 7. epig. 93.

Hoc opus est subito fias vt sydere mutus.

lib. 11. —— *Sydere percussa est subito tibi Zoile lingua.*

Glossæ, *Syderosus*, ἀστρόπληξ, ἐπιληπτικός. Petronius, *velut pestilenti quodam sydere afflauit.* Celsus lib. 3. cap. 26. *Attonitus*, ἐμβρόντητος, ἐκτετυφωμένος, ἐμβροντηθείς. Xenophon. lib 3. Græcanic.

πίπτει κεραυνὸς εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ οἱ μὲν τινες πληγέντες, οἱ δὲ ἐμβροντηθέντες ἀπέθανον. Ouid. A

Non secus obstupui, quam qui Iouis ignibus vstus
Viuit, & est vitæ nescius ipse suæ.

Stat. lib. 10. Thebaid.

Qui tremor illicita cæli de lampade tactos,
Hic iuuenem fixit. ——

CAP. IV.

De Fulgetro, & Tonitru.

FVLGETRVM, & fulgetram veteres dixere à fulgendo, quod apud Festum *ferire* est, B quia fulgetræ feriunt oculos. Seneca l. 2. quæst. Nat. c. 56. Plin. l. 2. c. 54. *Fulgetrū prius cerni, quàm tonitrum audiri certum est cum simul fiant. Nec mirum, quoniam lux sonitu velocior, sed sonitum profecti esse fulminis, non illati etiamnum spiritum ocyore fulmine. Ideò quati prius omne & afflari quam percuti, nec quenquam tangi qui prius viderit fulmē, aut tonitru audierit. Antiqui aut tonitrum dixerunt, aut tonum. Fulgetra, item & fulgetras.* cap. 43. *Ignes stellarum in nubes incidunt, vaporemque dissonum gignunt, vt candente ferro in aquam demerso fumidus vortex voluitur, si in nube luctetur flatus, aut vapor tonitrua edi, si erumpat ardens, fulmina, si longiore tractu mittatur fulgetra, his findi nubes, illis rumpi.* De tonitru l. 2. Naturat. c. 55. *Tonitrua nihil aliud sunt quam sicci aëris sonitus qui fieri nisi dum teris aut rumpitur non potest, & si colliduntur nubes inter se fit is quem desideras ictus, sed non vniuersus, neque enim tota totis concurrunt, sed partibus partes, nec sonant mollia nisi illisa duris sint. Itaque non auditur fluctus nisi impactus.* Plaut. Amphitr. *Strepitus, crepitus, sonitus tonitrus, vt subito, vt propere, vt tonuit valide.* C

CAP. V.

De Fulmine.

APVD Suidam κεραυνὸς ἐξάψις ἐστὶ σφοδρὰ μετὰ πολλῆς βίας πίπτουσα ἐπὶ γῆς νεφῶν παρατριβομένων ἢ ῥηγνυμένων, οἱ δὲ, συστροφὴ πυρώδους ἀέρος βιαίως καταφερομένου. οὐκ ἀναιρεῖ δὲ ὁ κεραυνός, ἀλλ' ἐπιφλέγει: *fulmen est incendium violentum quod nubibus allisis, aut perruptis in terram cadit. Alij aiunt turbinem ac vertiginem igniti aëris esse violenter delati. Non occidit autem fulmen, sed adurit.* D Longe melius supra docuit Aristoteles. Fulminū autē genera quinque esse docet Tzetzes ad Lycophronem, πρηστὴρ, ὁ καὶ πυροεὶς καλούμενος, ὃς καταφερομένου τοῦ πνεύματος, καὶ ἐκπυρωθέντος, καὶ λεπτυνθέντος, γίνεται. σκηπτὸς ὁ καὶ καταιβάτης, ὃς γίνεται παχυνθέντος τοῦ πυρώδους πνεύματος. ἀργής, ὃς διὰ τὴν πάνυ λεπτότητα (forte ἀτμίδα, ἢ ὕλην) οὐ φλέγει, μελαίνει δὲ, ψολόεις ὁ ἐν τῇ ψαύσει ὀλλύων. ἑλικίας ὁ συστροφάς, καὶ ἕλικας ποιῶν, διὰ μέσην ταχύτητα, καὶ ὑγρότητα τῇ πυκνότητι τοῦ ἀέρος ἀντωθούμενος: *Prester, qui & igniteus dicitur spiritu deorsum pulso ignescit & tenuatur. Sceptus aut catabates deorsum missus, qui ex spiritu ignito densatur, Arges qui propter tenuissimum vaporem non vrit, sed denigrat, fuliginosus qui attactu perdit, Elicias qui turbines & vortices facit per mediam celeritatem, & humiditatem densitate aëris repulsus.* Nonnulli putant in imo aëre nasci fulmina, ideoque Vulcanum è femore Iouis procreatum fingi. Lucanus,

Fulminibus terra propior succenditur aër,
Pacem summa tenent. —— E

Melius Aristoteles putat fulmen in media aëris regione fieri, cum exhalatio sicca, fumida, terrestis in nubem se induerit.

CAP. VI.

A quo mittantur fulmina.

FVLMINA non nisi ab ipso Ioue, aut Diis maiorum gentium Iouis voluntate mitti putabantur. Horatius,

—— *Et rubente*
Dextera sacras iaculatus arces

Terruit

A *Terruit vrbem.*
Sæpe Diespiter nubila diuidens
Per purum tonantes
Egit equos celeremque currum.

Seneca lib. 2. Nat. quæst. *Certa sunt numina possidentia fulminum iactus, vt Iupiter, Vulcanus, Minerua, Hetruscis. Diuum,* ἀστραπή, vet. gloss. *Diumius,* Ζεὺς κεραύνιος. Nonius Marc. *fulmen telum ipsum quod iacitur. fulgur ignis qui coruscat.* Aristotel. lib. 2. Meteor. cap. vlt. lib. 3. cap. 1. Stobæus lib. 1. eclog. Physic. cap. 29. Od. 16. lib. 1. Horat.

Nec sæuus ignis, & tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.

Fulminans Iuppiter, sic dictus κεραύνιος post Oenomai domum fulminatam, vt Pausan. B ἀργικέραυνος Ζεὺς, ἐγχεικέραυνος, τερψικέραυνος, ἀστεροπαῖος Ζεὺς, ἀστεροπητής. Augustinus lib. 6. de Ciuitate Dei, fulguram Deam factam ait, ne fulgura fierent. Seneca fulgoram commemorat, aut fulgoriam. Festus: *fulgere prisci ferire. fulmen à fulgore flamma. Fulguritum fulgure ictum. Renouatiuum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit, si factum est simile fulgur, quod idem significet. Augures postularia fulgura vocant, quæ votorum, aut sacrificiorum spretam religionem designant. Pestifesta quæ mortem, aut exitium ostendunt, Peremtalia, quæ superiora fulgura, aut portenta perimunt, & tollunt.* Sed vt ad Iouem redeamus, quoniam ab eo propriè fulmina mitti putabantur, fulmen ignis Iouis dicitur. Ouid.

Non secus obstupui, quàm qui Iouis ignibus vstus.

Virgil. lib. 1. Æneid.

C *Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.* Lib. 2.
Fulminis afflauit pennis, & contigit igni.

Quia nullum fine igne fulmen venit, vt Seneca lib. 2. quæst. Natural. c. 40. c. 42. *Virum Iupiter cum emisit ignes, quibus innoxia capita percuteret.* Aquilam certe ad Iouem fulmina ferre fabulantur. Statius lib. 3. Thebaid.

Fulminis ardens, vector adest. Lib. 9.
Vtque fert vectorem fulminis albus
Cum supra respexit olor.

Horat. *Qualem ministrum fulminis alitem.*

Plinius lib. 2. cap. 52. Thusci nouem Deos fulmina emittere existimant, eaque esse vndecim generum. Iouem enim trina iaculari. Romani duo tantum seruant, diurna Ioui, no- D cturna Sinũano. Infera fulmina terra erumpunt, sæua maximè & execrabilia per brumam. Item, *omnia fulmina è cælo superiore decidentia obliquos habent ictus*, quæ dicuntur terrena rectos, è terra exire dicuntur, quia & propiori materia cadunt, à sidere Saturni proficiscuntur, sicut cremantia à Martis. Arnobius lib. 3. *Deos nouem Manilius efficit, quibus solis potestatem Iuppiter iaciendi sui permiserit fulminis, unde Iuppiter* ἀστραπαῖος. Strabo lib. 9. τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσι. ἐτήρουν δ' ἐπὶ τρεῖς μῆνας. καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἀπὸ τῆς ἐσχάρας ἀστραπαίου Διός: *Cum id temporis sacrificium mittant Delphos, quo fulgura facta viderint. Seruabant enim de cælo tribus mensibus, per singulos menses triduum, & trinoctium, à foco Iouis fulgurantis.* Orpheus Ζῆνα ἀστραπαῖα, *Iouem fulgurantem* vocat. Festus, *fulgur Diuum appellatur diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani.* Plin. lib. 2. cap. 20. *Superiorum trium siderum ignes sunt, qui decidui ad terras fulminum nomen habent.* Potissimum Iouis stellæ adscribuntur, quia è Saturni errone nimium humorem, è Marte nimium ardorem è vibratis fulminibus E egerant, ideóque dicitur Iupiter fulmina iaculari. lib. 1. Georgic.

Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra,

Item, *Ille flagranti*
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deiicit.

Arnob. l. 5. *An cum ipse iaculetur hos ignes.* in Cassandra Lycophron.

ὃν γοργυλάτης εἷλε βυλαῖος μυλεὺς
ἀγκυλήτῳ μάστιγι συνθραύσας κάραν.

Quem Iupiter consiliarius pistor per quem manus in pugnam rotundata mouentur, violento flagello caput confringens. Pindarus Od. 4. Pythion. αἴσιον δ' ἐπί οἱ κρονίων Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν: *auspicatum fulmen cum stridore Iupiter Saturnius ei misit.* Minutius in Octauio. *Illic Iouis fulmen*

 cum

cum Aenea armis in incude fabricatur. βέλος vocant, Herodot. βέλος ἐνίσκηψε θεός. Sophocles, A
ἐγκαταστηπτὸν βέλος, πάτερ, κεραυνοῦ. Seneca in Agamemnone, *fulmine irati Iouis armata Pallas.*
Euripid. Troadib. ἐμοὶ δ᾽ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον, ait Pallas, βαλεῖν ἀχαιούς. Seruius ad id,

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.

In libris Hetruſcorum ſcriptum fuit manubias, id eſt, fulminum iactus tres Deos poſſidere, Iouem, Palladē, Vulcanum. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. *Augures noſtri cum dicunt Iouem fulgentem, tonantem.* ἐριγδουπον Græci vocant, βροντæῖον. Romæ in lapide, Ioui βροντῶντι. βροντηκέραυνος, αἰολοβρόντης, ὑψιβρεμέτης. Seruius ad hæc verba lib. 1. Georg.

Ille flagranti, aut Athon, &c.

Secundum Epicureos per tranſitum loquitur, qui dicunt fulmina non iudicio Deorum, ſed ex nubibus fieri. Nam montes quid neceſſe fuerat fulminari?

B

CAP. VII.

De varijs Fulminum generibus.

FVLMINVM alia ſunt deorſum tendentia, καταιβάται, quædam fuliginoſa, ψολόεντες κεραυνοί, οἱ τῇ ψαύσει ὀλλύντες, *quæ attactu necant*, nonnulla clara ἀργῆτες, ait Suidas. Lycophroni καταιβάτης σκηπτὸς, *fulmen deorſum miſſum*, καταιβάτης Ζεὺς διὰ τὸ καταιβιβάζειν τοὺς κεραυνούς, *quod ex alto iacuietur fulmina.* Ariſtophanes in Auibus, καὶ τὰς χθονίας κλῄσατε βροντὰς, τάς τε πυρώδεις Διὸς ἀστεροπὰς, δεινόν τε ἀργῆτα κεραυνόν. ὦ μέγα χρύσεον ἀστεροπᾶς φάος, ὦ Διὸς ἄμβροτον ἔγχος, πυρφόρον, βαρυηχέες, ὀμβροφόροι θ᾽ ἅμα βρονταί, αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει: *Et terreſtria vocate* C *tonitrua, & ignita Iouis fulgura, & horribile candidum fulmen. ô magnum, & aureum fulguris lumen, ô Iouis immortalis haſtile igniferum, grauiter ſonantia, imbriferáque tonitrua, quibus ille nunc terram quatit.* Suidas, χθονίας βροντὰς φοβερὰς. πάντα γὰρ τὰ δεινὰ γῆς ἐπιλογοῦσιν, ἢ τὰς ὑπὸ τῆς γῆς γινομένας. ὅτε γὰρ ἠχεῖ ἡ γῆ ἀναπέμπει τὸν ἦχον εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἐξ οὐρανοῦ γίνεσθαι τὰς τοιαύτας βροντάς. βροντὴν νεφῶν ψόφος ἐκ παρατρίψεως, ἢ ῥήξεως. κατὰ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πυρωθὲν τὸ πνεῦμα καὶ λάμψαν ἀστραπὴ λέγεται: *Terreſtria tonitrua tremenda. omnia enim dira terræ aſcribunt, aut tonitrua quæ ſub terra fiunt. Quando enim ſonat terra, mittit ſonitum in cælum, & putant homines ex cælo fieri eiuſmodi tonitrua. tonitru ſonitus eſt nubium ex attritu, au ruptura. Spiritus ignitus per rupturam nubis, & lucens dicitur fulgur.* Ariſtoteles lib. de mundo, τῶν κεραυνῶν οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται, οἱ δὲ ταχέως διᾴττοντες ἀργῆτες, ἑλικίαι δὲ οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι, σκηπτοὶ δὲ ὅσοι κατασκήπτουσιν εἴς τι. *Fulmina alia fuliginoſa dicuntur, Pſoloentes; alia ſubito diſſilientia, Argetes, Elicia quæ feruntur* D *in lineam, aut lineari ſpecie, ſcepta quæ in aliquid incumbunt, & impingunt.* Orpheus in hymnis, πρηστῆρος οὐράνιον ὀξὺ καταιβάτην αἰθαλόεντος: *preſteris vrentis cæleſte iaculum deorſum miſſi flammātis.* Æſchylus Prometheo, Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος, καταιβάτης κεραυνός: *Iouis iaculum vigilans ex alto miſſum fulmen.* Pacifica fulmina ſunt quæ pacem ſpondent. Claudian. lib. 2. de raptu Proſerpinæ.

——ni Iuppiter æthere ſummo
Pacificas rubri miſiſſet fulminis alas.
Intonat, & teſtes firmant connubia flammæ.

Ennius, *Contremuit templum magnum Iouis altitonantis,*
Fumida iam cæli ſcintillare omnia templa.

Varro, *Tunc repentè cæliium altum tonitribus templum toneſcit. Perpetua fulmina quorum* E *ſignificatio in totam vitam pertinet, nec vnam rem id enuntiat, ſed contextum rerum per omnem ætatem. Hæc ſunt fulmina quæ prima accepto patrimonio, & in nouo hominis & vrbis ſtatu fiunt. Secundo, finita ad diem vtique reſpondent. Tertio, prorogatiua quorum minæ differri, non auerti poſſunt. Cæcinna ait eſſe poſtulatoria fulmina, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur. Monitoria quibus docemur quid cauendum ſit, peſtifera quæ mortem, exitiumque portendunt*, ait Seneca lib. 2. Natural. quæſt. cap. 46. Feſtus, *Peſtiferum fulgur dicitur quo mors exitiumque ſignificatur. Prouorſum fulmē quod incertū erat, noctu an interdiu factum eſſet, quapropter Ioui fulguritori Summano ſacrificabant*, vt Auguſt. lib. 9. ciuit. cap. 23. fulmina alba, aut nigra Dij alij iaculabantur, ſolus Iupiter rubra. Acro ad lib. 1. Od. Horat. Od. 2. Omnes manubiæ albæ, & nigræ eſſe dicuntur. Iouis rubeæ, & ſanguineæ, fulmen conſiliarium quod ſuadet, aut diſſuadet. Ammianus lib. 23. *Fulmen conſiliarium eſſe monſtrantes. Ita enim appellantur quæ diſſuadent aliquid fieri, vel ſuadent.* Plin. lib. 28. c. 2. *Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.* Ariſtoph. Acharnan.

A κἂν ἀστράψω ποππύζουσι, κἂν χέζω με οἱ πλουτοῦντες: *si fulguraro diuites me poppysmate adorant, & si cacauero.* Ctesias, *In India non sunt ἀστραπαὶ, βρονταὶ, ὑετοὶ, sed venti.* Seneca, *loculis integris conflatur argentum, manente vagina gladius liquescit, & inuiolato ligno circa pila ferrum omne distillat. Stat fracto dolio vinum, nec vltra triduum rigor ille durat.* Plutarc. cap. 2. Sympos. 4 ὁ κεραυνὸς διαπτάμενος τῆς ζώνης χαλκὸν διέτηξεν: *fulmen volans æra in zona dormientis liquefecit, ipsum hominem nihil læsit.* Seneca, *valentiora quia resistunt vehementius fulmen dissipat, cedentia nonnunquam sine iniuria transit, cum lapide, ferróque, & durissimis quibusque confligit, teneris, & rarioribus parcit, loculis integris pecunia quæ in his fuerat conflata reperitur. Quicquid in ligno solidum inuenit, vt contumax vincit.* Lucretius lib. 6.

—— Transit per saxa, per ignes,
Et liquidum puncto facit æs in tempore, & aurum.

B Curat item vt vasis integris vina repente diffugiât. Varro apud Nonium in voce liquidum *Lucius Scipio cum aurū haberet in cista viminea, ita fulmine icta est, vt cista esset integra, aurum autem colliquisset.* Plutarch. Sympos. *cum calices argentei ligneis inuolucris inclusi essent, argentum liquatum ac conflatum esse, ligno intacto, ac inuiolato.* καὶ κυλιχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλύτροις τὸν μὲν ἄργυρον τακέντα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι. Seruius ad lib. 1. Georg. *vnum est fulmen quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat, vt est,*

—— Ex quo me diuûm pater atque hominum Rex.
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.

Seneca l. 2. nat. quæst. c. 40. *Tertium illud genus quod vrit multum terreni habet, & igneum magis est, quam flammeum, quod aut vrit, aut fuscat. Tribus modis vrit. aut enim afflat, & leui iniuria lædit, aut comburit, aut accendit,* &c. *fulmen quo icta fuscantur, aut decolorat, aut colorat. Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatur. Coloratur id cuius*

C *alia fit, quàm fuit facies.* Plin. lib. 2. cap. 51. *Fulmina quæ sicca veniunt non adurunt, sed dissipant, quæ humida non vrunt, sed infuscant. Tertium est quod clarum vocatur, mirifica maximè natura, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nullóque alio vestigio relicto. Aurum, & æs, & argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ. Marcia princeps Romanarum icta grauida partu exanimato ipsa citra vllum aliud incommodum vixit. In Catilianis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est. Genera fulminum tria esse* ait Cæcinna. *Consiliarium, auctoritatis, & quod status dicitur. Consiliarium ante rem fit, sed post cogitationem, cum aliquid in animo versantibus, aut suadetur fulminis ictu, aut dissuadetur. Auctoritatis est vbi post rem factam venit, quam futuram bono malóve significat. Status est vbi quietis, nec agentibus quicquam, nec cogitantibus quidem fulmen interuenit. Hoc aut minatur, aut promittit, aut monet. Hoc monitorium vocat. Sed nescio quare non idem sit, quod consiliarium. Nam & qui monet consilium dat,*

D ait Seneca cap. 39. lib. 2. Natur. quæstion. *Familiaria fulmina in totam vitam fatidica vocant, quæ prima fiunt familiam suam cuique indepto. Cæterum non existimant vltra decem annos portendere priuata præterquam matrimonio primo facta, aut natali die, publica non vltra tricesimum annum præterquam in deductione oppidorum,* vt Plin. lib. 2. cap. 52. *Fulminum genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod vrit. Quod terebrat subtile est, & flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob synceram, & puram flammæ tenuitatem. Quod dissipat conglobatum est, & habet admixtam vim spiritus coacti, & procellosi. Itaque illud fulmen per id foramen quod ingressum est redit, & euadit,* ait Seneca. Fallacia *fulmina sunt quæ per speciem alicuius boni nocent, dant Consulatum, malo futurum gerentibus.* Deprecanea *quæ speciem periculi sine periculo offerunt.* Peremtalia *quibus tolluntur priorum fulminum minæ.* Attestata *quæ prioribus consentiunt.* Atterranea *quæ in concluso fiunt.* Obrupta *quibus iam*

E *prius percussa, nec procurata feriuntur.* Regalia *quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia vrbis liberæ loca, quorum significatio regnum ciuitati minatur.* Inferna *cum è terra exsiliunt ignes.* Hospitalia *quæ sacrificiis ad nos Iouem arcessunt.* Auxiliaria *quæ aduocata dicuntur, sed aduocantium bono veniunt.* lib. 2. Natur. quæst. cap. 49. Seneca, *Ex fulminibus quædam sunt quæ significant id quod ad nos pertinet, quædam aut nihil significant, aut id cuius intellectus ad nos non peruenit.* Item, *Interdum in eadem materia multa diuersa eiusdem vis fulminis facit. Sicut in arboribus quod aridissimum est, vrit, quod solidissimum & durissimum, terebrat, & frangit, summos cortices dissipat, interiores libros interioris arboris rumpit ac scindit, folia perstringit, ac tundit, vinum gelat, ferrum, & æs fundit. vinum fulmine gelatum cum ad priorem habitum redit potum aut exanimat, aut dementes facit.* cap. 51. lib. 2. Natur. quæst. *Animantium quibus mortifera vis inest cum fulmine icta sunt, venenum omne consumitur. In venenatis corporibus vermis non nascitur, fulmine icta cito verminant* Dio lib. 57 καὶ τὸ πλῆθος τῶν κεραυνῶν ὑφ' ὧν καὶ οἶνος ἐξ ἀγγείων ἀθραύστων ἐξετάκη: *multitudo fulminum quibus vinum etiam vasis illæsis absumptum est.* Seruius ad lib. 8. Æneid. *Sane fulmen triplici præditum potestate est: est*

ostenta

ostentatorium, peremtorium, præsagum: ostentatorium est, quo terror incutitur, vt, Fulgores nunc horrificos. A
At cum dicit, ——*flammis sequacibus iras,*
Peremtorium dicit. Præsagi autem sic meminit,
—— *& præsagi fulminis ignes.*

Regale fulmen est apud Spartianum in Antonino Pio *Et fulgur cælo sereno sine noxa in eius domum venit.* Item apud Vopiscum, *Interamnæ statuæ Taciti, & Floriani deiectæ fulmine contritæ sunt. Aruspices responderunt ex eorum familia magnum Imperatorem fore post mille annos. Imago Probi fulmine icta, vt eius prætexta colores mutaret. Aruspices responderunt huius familiæ posteros claros fore.* De ostentatorio quo terror incutitur, Lucretius lib. 5.

Quoi non correpunt membra pauore
Fulminis horribili cum plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cælum. B

De Regali Plin. lib. 2. *Magna huius obseruationis vanitas tacta Iunonis æde Romæ deprehensa est Scauro Consule, qui mox princeps Senatus fuit.* Sueton. Augusto cap. 94. *Tacta de cælo parte muri responsum est eius oppidi ciuem quandoque rerum potiturum.* Plin. lib. 7. cap. 47. *Euthymij Pyctæ Locrensis eodem die statuæ diuersis locis fulmine ictæ. Deus respondit vt ei etiam viuo sacrificarent.* Festus, *Attestata dicuntur fulgura quæ iterato fiunt, id est, significationes priorum attestantia*, quæ opponuntur peremtalibus, cum fulmen secundum prius perimit. Brutum antiqui grauem dicebant, vnde bruta fulmina ex Hetruscorum disciplina. Plin lib. 2. cap. 43. *Bruta fulmina & vana quæ fortuito, fatidica ex alto, statisque de causis ex suis veniūt sideribus. Fulminis summam vim esse indicant, quia quicquid alia portendunt, interuentus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portenditur fixum est, nec alterius ostenti significatione mutatur. Quicquid exta, quicquid aues minantur secundo fulmine tollitur.* Fulmen ipsum fati pars est, ait Seneca. Spartianus de Adriano, *in montem Casium cum vt Solem orientem cerneret de nocte ascendisset, repente orto imbre fulmen hostiam & victimarum hausit.* Cicero lib. 2. Diuinat. *In nostris commentariis scriptum habemus Ioue tonante, fulgurante Comitia populi habere nefas esse. Itaque Comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit.* Fulmē item sinistrum felix apud Dionysium Halycar. pag 80. & 81. Ennius tamen ore Græco dixit. C

Prospera Iuppiter his dextrit fulgoribus edit.

Virgil. ——*qui fœdera fulmine sancit.*

Plin. lib. 2. cap. 54. *Læua prospera existimantur, quoniam læua parte mundi ortus est.* Nonius *fulguritores* interpretatur extispices, nimis latè. propriè sunt fulminum interpretes. Cic. in Vatin. *Augures vsque à Romulo decreuerunt Ioue fulgente agi cum populo nefas esse.* Aristophanes in Nebulis, βροντὴ δ' ἐῤῥάγη δι' ἀστραπῆς, ἡ σελήνη δ' ἐξέλιπε τὰς ὁδούς, ὁ δ' ἥλιος οὐ φανεῖν ἔφασκεν, εἰ στρατηγὸς κλέων: *tonitru ruptum est per fulgur, Luna reliquit vias, Sol negauit se lucere velle, si prætor fuisset Cleon. Hetrusci autem cælum in sexdecim partes diuiserunt. quatuor quas habemus duplicaut. Post idem iterum faciunt, vt ex eo discerent fulmen qua ex parte venisset*, ait Cic. lib. 2. Diuinat. Seruius ad hæc verba lib. 8. Æneid. D

Fulmen erat, toto genitor qua plurima cælo *Deiicit in terras.*

Id est, *ab omni parte cæli.* Nam dicunt Physici de sexdecim partibus cæli iaci fulmina. Plin. lib. 2. cap. 54. *Læua prospera existimantur, quoniam læua parte mundi ortus est. In sedecim partes cælum in eo respectu diuisere Thusci. Prima est à Septentrionibus ad æquinoctialem occasum*, &c. Quam partitionem ridet Lucretius l. 6.

Ne trepides cæli diuisis partibus amens E
Vnde volans ignis peruenerit, aut in vtram se
Verterit hinc partem, quo pacto per loca septa,
Insinuarit, & hinc dominatus vt extulerit se.

Agnoscit Appian. 1. Ciuil. ὁ δὲ πολιτικὸς ὄχλος ἐβόα, ὡς ψηφιζομένης ἐν ἐκκλησίᾳ βροντῆς, ὅθεν οὐ θέμις ἐστὶ ῥωμαίοις οὐδὲν ἔτι κυροῦν: *Ciuilis turba clamabat tonuisse in concione, vnde nefas Romanis aliquid decernere & firmare.* Ad rationem fulminum pertinent ecnephiæ, typhones, turbines, præsteres, de quibus consule Plin. lib. 2. cap. 48.

CAP. VIII.
De Manubiis.

HETRVSCI *dicunt à Ioue fulmina mitti, & tres illi dant manubias. Prima monet, & placata est, & ipsius consilio Iouis mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilij sententia:* duodecim

A *duodecim enim Deos aduocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoque non aliter quam vt noceat, ne prodest quidem impunè. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium Diis, quos superiores, & inuolutos vocant, quæ vastat, & includit, & mutat statum priuatum vtique, & publicum quem inuenit. tactus certè fulminum manubiæ dicuntur in libris Hetruscorum*, ait Seneca. Seruius ad lib. 8. Æneidos. *Nonnulli verò manubias fulminis his numinibus, id est, Ioui, Iunoni, Marti, & austro vento adscrunt attributas, quod hoc loco ostendunt, nam cum dicit,*

> *Tres imbris torti radios.*

Iouem significasse intelligitur, cum vero, tres nubit aquosæ, Iunonem, cum autem, rutili tres ignis, Martem. Festus, *Manubiæ Iouis tres dicuntur esse, quarum vnæ sint minimæ, quæ moneant, placidæque sint, alteræ quæ maiores sint, ac veniant cum fragore, discutiantque aut diuellant quæ à Ioue sint & consilio Deorum mitti dicantur. Terræ bis ampliores quæ cũ igne veniant, & quanquã nullum sine igne ful-* B *gur est, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ statum mutent, Deorum consilio superiorum.* Ideo *trifidos fulgores Iouis* Valerius lib. 6. Argonaut. dixit,

> *Cuncta phalanx insigne Iouis, cælataque gestat*
> *Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes,*
> *Ne primus radios miles Romane corusci*
> *Fulminis, & rutilos scrtis diffuderis alas.*

Seruius fulmen quod afflat & leui iniuria lædit Ioui tribuit, quod punit, perimitque Saturno, quod incendit Martis sideri. fulmen trisulcum, quod terreat, affler, puniat. quod colorat, transfigit, afflat. quod terebrat, discutit, vrit. Eodem pertinet & trisulcum fulmen C quod incendit, aut afflat, aut terebrat, ait Festus. Ammianus lib. 23. *Conseruntur testudinis frontalibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vel fictores.* Seruius ad lib. 11. Æneid. *manubias* fulmina vocat. *Reuera constat Græcos tempestate laborasse æquinoctio vernali, quando manubiæ Mineruales, id est, fulmina tempestates grauissimas commouent, &c. Hæc autem numina quæ inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum aliis potestate sunt permista, vt Ophiucus ipse est Aesculapij: Gemini, Apollinis, & Herculis esse dicuntur, sic Mineruæ aries esse dignoscitur.* Acro, *pollutum fuit quicquid de cælo tangeretur.* XII. Tab. *si hominem fulmen Iouis occisit, em supra genua ne tollito. homo si fulmine occisus esit, ei iusta nulla fieri oporteto.* Plin. lib. 2. cap. 54. *Hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradidit.*

D

CAP. IX.

De aliis generibus Fulminum, & effectis.

QVÆDAM fulmina grauiora, alia leuiora fuere. Ouid. 3. Metamor.

> *Est aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum*
> *Sæuitiæ, flammæque minus, minus addidit iræ*
> *Tela secunda vocant superi.*

Horat. Od. 12. lib. 1.

> *Tu graui curru quaties Olympum,*
> *Tu parum castis inimica mittes*
> *Fulmina lucis.*

E Acron, *id est, pollutis secundum Pontificum documenta, & aruspicum, qui dicunt nunquam fieri fulmina, nisi in locis pollutione aliqua alienis.* vide Frontinum lib. 2. Strateg. Aristophanes apud Suidam, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ σίμωνα ἐνέπρησεν, οὐδὲ κλεώνυμον, οὐδὲ θεώρον; καί τοι σφόδρα εἰσὶν ἐπίορκοι. Aristophan. in Nubibus, τοῦτον γὰρ φανερῶς ὁ Ζεὺς ἵησι κεραυνὸν ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους: *Si ferit periuros quomodo Simonem, Cleonymum, & Theorum non exussit? Hoc fulmen palam Iupiter mittit in periuros.* Varro, *vt nos caduci naufragij ciconia, quarum bipennis fulminis plumas vapor perussit altè.* Seneca in Hercule Oetæo.

> —— *Nec leui telo manus*
> *Armetur, istud fulmen exsiliat Polo,*
> *Quo, ni fuisset genitus Alcides tibi,*
> *Hydram cremasses.*

Ouidius, *Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa,*

Nunc

Nunc armatur eo, nimium feritatis in illo est. A

Senecea in Thyeste.

Manuque non qua tecta, & immeritas domos
Tela petis minore, sed quâ montium
Tergemina moles cecidit.

Fulmina victoriæ omen esse putarunt. Nonnus in Dionysiacis pag. 606.

—— ὁππόθι σήματα νίκης
Ἠερόθεν πίπτοντες ἐπιστώσαντο κεραυνοὶ
Λείψανα θεσπεσίου πυρός.

Vbi signa victoriæ firmarunt fulmina ex aëre cadentia, reliquia cælestis ignis. Aristides fulmen à dextra gloriam significare docet Hierico quinto. Romanis sinistrum felix fuit. Dionysius lib. 2. origin. μετὰ τὴν εὐχὴν ἀστραπὴ διῆλθε ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά. τίθενται δὲ Ῥωμαῖοι τὰς ἐκ τῶν B ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἀστραπὰς αἰσίους: Romulo *post vota fulgur traiecit à sinistra ad dextram, quod Romani auspicatum putant. Cum à prima cæli parte venerint, & in eandem concesserint, summa felicitas portenditur*, ait Plin. lib. 2. cap. 54. Titum tristiorem factum, quod tempestate serena tonuerat, indicat Sueton. cap. 10. lib. 3. Fastor.

Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit.

Lucanus. *Tacitum sine nubibus vllis fulmen.*

Cic. lib. 1. Diuinat.

Aut cum terribili percussus fulmine ciuis
Luce serenanti tumulos, ac templa petiuit,

Item, *Ipse suos quondam tumulos, ac templa petiuit.*

In Imperio Romano sub Theodosio fulminum significatio per aruspices exquisita est, C. C Theodos. tit. de pagan. sacrif. *Si quid de palatio nostro, aut cæteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris obseruantiæ quid portendant ab aruspicibus requiratur.* Imo & in Imperio Constantinopolitano non ita pridem fulgura seruabantur, vt Nicetas pag. 107. φύλαξ βίβλον ἀναπτύξας περὶ βροντῶν, καὶ σεισμῶν διεξιοῦσαν, καὶ τὰ περὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καθ' ὃν ἐβρόντησεν ἐπελθὼν εὗρε οὕτως, πτῶσις σοφῶν: *Custos librum euoluens de tonitru, & terræ motibus, & ea quæ portenduntur tempore illo quo tonuit, reperit ita; Casus sapientum.* Athenienses fulmina seruabant. Hesychius. Ἀθηναῖοι ὁπότε δι' ἅρματος αὐτοῖς ἀστράψειεν, ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς θεωροὺς τοὺς λεγομένους Πυθιαστάς: *Athenienses quoties per currum fulsisset mittebant theoros Delphos qui dicti Pythiastæ.* Vnde prouerb. ἀστράπτει δι' ἅρματος, *fulgurat per currum.* Consule Strabon. lib. 9. Suidas, ὅταν δι' ἅρματος ἀστράψῃ, ἐπὶ τῶν χρονίως γινομένων: *de iis quæ tarde fiunt.* fuit vicus Bœotiæ infre- D quens Arma Significationes tonitruum Constantinus Imp. in Geoponicis sic edisserit. ἐκείνην χρὴ πρώτην βροντὴν ἡγεῖσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὴν μετὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ κυνὸς γινομένην· ἐν κριῷ τῆς σελήνης οὔσης ἐὰν πρώτη βροντὴ γένηται, σημαίνει πτοηθῆναί τινας κατὰ τὴν χώραν, καὶ γενέσθαι ἀγωνίαν, καὶ φυγὴν ἀνθρώπων, ὕστερον δὲ κατάστασιν. ἐν ταύρῳ τῆς σελήνης οὔσης ἐὰν βροντήσῃ, φθορὰν σίτου, καὶ κριθῆς, καὶ ἀκρίδων ἔφοδον, ἐν δὲ βασιλικῇ αὐλῇ χαράν, τοῖς δὲ πρὸς ἀνατολὰς θλίψιν, καὶ λιμόν, &c. *Illud tonitru primum habendum est quoque anno, quod post exortum canis existit. Sed obseruandum in qua Zodiaci domo Luna est, cum tonitru primum auditur. Si tonuit in ariete terror, trepidatio, & fuga hominum significatur, quam tamen ilico tranquillum excipiat. Si Luna in Tauro, hordei pernicies, irruptio locustarum, in aula principis lætitia, iis qui sunt ad ortum calamitas, & fames denuntiatur.* De fulminis natura vide Aristot. lib. 2. Meteor. cap. vlt. lib. 3. cap. 1. Senecam lib. 2. Natural. quæst. Plin. lib. 2. cap. 43. Stobæum lib. 1. eclog. Physic. cap. 29. Toto anno fulmina mitti ostendit Seruius ad hæc verba lib. 8. Æneid. E

Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ,
Addiderant rutili tres ignis, & alitis austri,
Fulgores nunc terrificos.

Et sciendum, inquit, *hoc eum velle ostendere toto anno iaci fulmen. Nam per has periphrases tempora ostendit, quæ & quatuor esse, & ternos menses habere manifestum est.* Imbrem tortum grandinem vocat, *quæ abundat per hyemem*: nubem aquosam, ver, *quo tempore nimiæ sunt pluuiæ,*

—— *ruit imbriferum ver.*

Rutilum ignem, æstatem: alitem austrum, autumnum. *Et bene in materiam fulminis vertit ea ex quibus fulmen nascitur, nubem, imbrem, ventum, ignem. Nam vt Physici volunt, cum nubes ventis vehementer agitatæ sunt, sic incalescunt, vt accendantur.* Fulmine caret pars australis. Statius lib. 1.

—— *Et te plaga lucida cæli*

Pleia

A *Pleiadum, Boreæque, & hiulci fulminis expers*
Sollicitet. ——

CAP. X.

De fulminum & fulgurum significatione.

IN *fulgurum interpretatione eo profecit scientia, vt ventura alia finito die præcinat, & an perempturá sint factum, aut apertura potius alia fata, quæ lateant innumerabilibus in vtroque publicis, priuatisque experimentis.* Plin. lib. 2. cap. 53. Dio lib. 38. τὴν γὰρ μαντείας τὴν δημοσίας ἔκ τε τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν ποιουμένης τὸ μέγιστον κῦρος ἡ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἶχεν. οὕτως ὥστε τὰ μὲν ἄλλα οἰωνίσματα πολλὰ, καὶ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, ἐκεῖνο δὲ εἰσάπαξ ἐπὶ πάσῃ τῇ ἡμέρᾳ γίνεσθαι, &c. *Cum auspicia publica Romani & de cælo, & aliis quibusdam ex rebus capiant, plurimum auctoritatis cælestia auguria habuerunt. ita vt alia quidem auspicia multa, & in singulis actionibus capiantur, de cælo autem semel tantum vno die seruetur. Proprium ei fuit, vt præ cæteris permitteret aliquid agi nullo deinde amplius augurio obseruato, aut inhiberet omnino, & comitia dissolueret. Porro quoties populus in suffragia iret, de cælo seruabatur.* Sueton. Calig. cap. 5. *Capitolium Capuæ Idibus Martiis de cælo tactum est. Item Romæ cella Palatini Atriensis.* Ouid. ad Liuiam,

Iuppiter ante dedit fati mala signa futuri,
Flammifera petiit eum tria templa manu.

Ecloga 1. Virgil.

C *De cælo tactas memini prædicere quercus.*

Valerius oppugnationem Æquorum aggressus prohibitus est diuinitus. Iam enim progresso, & rem inceptanti ζόφος ἐξ οὐρανοῦ γίνεται, καὶ ὄμβρος πολύς, καὶ ἀστραπαί τε, καὶ βρονταὶ σκληραί: *caligo de cælo facta, & imber multus, & fulgura, & tonitrua aspera. exercitu tempestate disperso, confestim & tempestas ipsa conquieuit, & magna serenitas rediit.* τοῦτ' δὴ τὸ ἔργον ἐπιδεισάμενος ὁ ὕπατος, καὶ τῶν μαντέων κωλυόντων πολιορκεῖν τὸ χωρίον: *hac religione vatúmque monitis deterritus obsidere locum.* Dionys. lib. 9. origin. *C. Manlij Cons. prætorium de cælo tactum fuit. laceratum est fulmine tentorium, euersus foculus, arma vel fœdata, vel ambusta, vel in totum absumpta. extinctus vnus è Consulis equis pulcherrimus, quo in prælis vti consueuerat, & famuli aliquot. vbi cum vates monerent Deos castrorum expugnationem, & clarissimorum virorum interitum portendere,* &c. οἵ τε μάντεις ἀκριβέστερον τῶν ἄλλοθί που δοκοῦντες ἐξητακέναι τὰ μετέωρα, πόθεν τε αὐτῶν κεραυνῶν γίνονται βολαὶ, καὶ τίνες αὐτὰς ὑποδέχονται

D μετὰ τὰς πληγὰς τόπους θεῶν, οἷς ἕκαστοι ἀποδίδονται, καὶ τινῶν ἀγαθῶν, ἢ κακῶν μηνυταί: *vates Hetrusci qui videntur diligentius cæteris omnibus vbi gentium sint, rimati esse sublimia, vnde mittantur fulmina, quibus Diis tribuantur, in quæ Deorum loca post ictum illatum se recipiant, quid boni malíve portendant.* De Hetruscis Sidonius Paneg. Maioriani.

—— *Recto si tramite seruat*
Sidera Chaldæus, si Thessalus elicit vmbras,
Fulgura si Thuscus nouit, si gramina Colchus,
Si Lyciæ sortes sapiunt, si nostra volatu
Fata loquuntur aues, doctis balatibus Hammon,
Si sanctum sub sorte gemit. Si denique verum
Phœbe, Themis, Dodona canit. ——

E Lucret. lib. 6.

Non Tyrrhena retro voluentem carmina frustra,
Indicia occultæ Diuum perquirere mentis.

CAP. XI.

De Bidentalibus, & rebus fulgure ictis.

NON modo fulmina ipsa, sed loca etiam, & corpora fulmine icta religionis aliquid possederunt, & in locis fulguritis sacella tecto aperto posita sunt, quia nefas fuit fulgur integi. Puteal imponebatur loco sacro fulguribus ibi conditis, quod & ara, & sacellum fuit. fulgur ipsum pro fulmine sæpe ponitur. *Fulgere,* ait Festus, *olim ferire, vnde fulgur. fulguritum, id est, fulmine ictum, qui locus statim putabatur fieri religiosus, quod eum sibi Deus dicasse videretur.* Consule Plutarchum in Romaicis cap. 83. Idem cap. 2. sympos. 4. τῶν ὑπὸ κε-

 ραυνοῦ

ραυνῦ διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. πολλοὶ δὲ οὐ καταγνύουσι, οὐδὲ κατορύττουσι, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες. *Eorum qui de cælo tacti sunt corpora non putrescunt. Multi ea nec cremant, nec terra obruunt, sed ita relinquunt cum locum sepiuerint.* Male igitur Euripides dixit, Φαέθων ἐν φάραγξι σήπεται νεκύς: *Phaëthon in valle putrescit mortuus fulminis ictu.* Veter. glos. fulgur dium κεραυνοβόλιον ἡμερινόν, bidentale κεραυνοβόλιον, fulgur summanũ κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωὶ νυκτερινόν, *fulminis tactus nocturnus ante diluculum.* Quintil. declam. 264. *Quo quis loco fulmine ictus fuerit eodem sepelitur.* Artemido. lib. 2. cap. 8. οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετάγονται, ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσι ἐνταῦθα θάπτονται: *Fulminati loco non mouentur, sed ibi sepeliuntur vbi igne contacti sunt. Non enim cremantur, sed terra cõduntur.* Tertul. *Qui de cælo tãgitur saluus est, vt nullo igne cinerescat.* Loca fulmine tacta, & corpora religiosa erant, quæ tangi, aut adiri nefas esset. In iis aræ ponebantur, & res diuina fiebat. res de cælo tactæ maioribus victimis procurabantur. Consule Ciceron. lib. 2. de legib. Plaut. Trinummo. *Nam fulgurita hic sunt alterna arbores.* Zozim. lib. 2. τούτῳ πρὸ τῆς οἰκίας ἄλσος ἦν ἐκ δένδρων μεγίστων. τούτων πεσόντος κεραυνοῦ καταφλεχθέντων ἠπόρει πρὸς τὸ σημαινόμενον. *Huic ante domum saltus erat ex arboribus maximis qua cum fulmine deflagrassent, dubius erat quid portenderetur. Tangi loca vbi fulminati iaceant non licet,* ait Luctatius ad lib. 10. Theb. Statij. Artemid. cap. 8 lib. 2. οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς ἐνδιατρίβειν ἔτι θέλει: *nemo in eis amplius versari vult,* vnde & *euitandum* à Persio dicitur Satyr. 2. Artemid. τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας: *in bitentalibus aras positas, & sacra facta.* Superstitiosus est Plinius lib. 28. cap. 1. *E ligno fulgure icto reiectis post terga manibus aliquid admorderi oportet, & ad dentem qui dolet admoueri.* Sueton. in Augusto, *cum lecticam eius fulgur perstrinxisset.* In Domitiano, *tot fulgura facta, auditáque sunt.* Vetus Persij Scholiastes; *In vsu fuit, vt augures vel aruspices adacti de Hetruria certis temporibus fulgura transfigurata in lapides infra terram absconderet, cuius impetratione rei* (forte, cuius in parratione rei) *oues immolabantur. Bidental locus est sacro percussus fulmine, qui bidente ab aruspicibus consecratur, quem calcare nefas.* Sidonius Panegyr. 4.

> *Nec quæ fulmine Thuscus expiato*
> *Septum numina quærit ad bidental.*

Fronto, *bidental locus fulmine tactus, & expiatus oue.* Bidentes enim oues appellantur. Cornutus ad Satyr. 2. Persij. *Loca de cælo tacta funesta, & violata putabantur.* Festus, *Eapropter Aruspex expiatus, & expiata consecrabat, consecratáque nefas calcare erat.* Paulus Diaconus in glossis. *Bidental locus bis de cælo tactus.* male. Seneca lib. 1. de Clementia. *Ecquis erit cuius membra non statim aruspices colligant si Dij puniant?* Ammianus Marcell. lib. 20. *In Tagetis Thusci libris legitur, Vaiouis fulmine mox tangendos adeo hebetari, vt nec tonitruum, nec maiores aliquos possint audire fragores.* Loca de cælo tacta nec calcari, nec intueri fas esse docent rituales libri. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Lacum Curtium esse fulguratum, ideo ex Senatusconsulto septum esse à Curtio.* Festus, fulmine ictæ arbores, ad quas qui sacra commouent *strufertary, strue & ferto faciunt.* Horat. epist. ad Pison.

> —— *Aut triste bidental*
> *Mouerit incestus.* ——

Iuuenal. Satyr. 6. *Atque aliquis senior qui publica fulmina condit.* Vetus Scholiastes. *Quoties Pontifex diuersos ignes colligit, & ignota quadam tacita prece locum aggestione consecrat.* Apuleius Flor. 1. *colliculum sepimine consecratum vocat. Loca enim religiosa sepiebantur.* Sueton. Nerone cap. 33. *Bustum Claudij consepiri nisi humili leuique materia neglexit.* cap. 50. *In eo monumento solium circumseptum est lapide Thasio.* Lucan. lib. 1.

> —— *Aruns dispersi fulminis ignes*
> *Colligit, & terra mæsto cum murmure condit,*
> *Dátque locis numen. sacris tunc admouet aris*
> *Electa ceruice marem.* ——

Fulminati non putiscunt, iacent eo loci vbi tacti sunt, *& veste candida amiciuntur.* Artemid. l. 2. cap. 8. λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις, *vt qui à Ioue honorati sint.* οὐδεὶς κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστι, ὅθεν καὶ ὡς Θεὸς τιμᾶται: *nemo fulguritus non honoratur, vnde & vt Deus honoratur.* Plutarch. in Sympos. ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, *sed sinunt sepientes locum illum vt religiosus sit.* Scholiastes Cornutus ad Persium ait fulminatos in plana terra aggestu pulueris humatos, non in effossa terra conditos, lapidem autem fulminalem adhibito fulguratore terra defossum, cuius in parratione rei oues immolabantur. Lucan. lib. 8.

> *Tarpeius qui sæpe Diis sua thura negarunt*
> *Inclusum Thusco venerantur cespite fulmen.*

Pers. Satyr. 2. *Triste iaces lucis, euitandúmque bidental.* *Bidental* est omnis locus qui de cælo tactus

A ctus est vetus glos. *Bidental, τόπος κεραυνόπληξ.* Persius hominem κεραυνόπληγα *bidental* vocat, glos. *bidentes διόδοντα πρόβατα, oues*, quæ duos dentes eminulos ediderint. Quæ neque agnæ sunt, quia illæ nondum dentes ediderunt, neque adasiæ, quia iam eiecerunt. *Legio fulminatrix*, κεραυνοβόλος, Melitensis. Xiphil. in M. Antonino, *quia eius precibus Deus σὺν πολεμίοις κεραυνῷ ἔβαλε, hostes fulmine percussit.* Sueton. de Augusto cap. 29. *Tonanti Ioui ædem consecrauit liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruúmque prælucentem exanimasset.* Plin. lib. 28. cap. 4. *Fulmine percusso circumactum in vulnus hominem loqui protinus constat.* Gellius lib. 4. cap. 5. *Statua Romæ in Comitio posita coctilis, de cælo tacta est, ob id fulgur piaculis luendum aruspices ex Hetruria acciti dixerunt, ea statua in locum editum erat subducenda.* Apian. in Syriacis, *cum à Seleuco Seleucia vrbs conderetur, fulgure icta est, vnde & fulgur Deus habitus.* Dio, Augustus τόπον ὃν ἐν τῷ παλατίῳ ὥστε οἰκοδομῆσαί τινα ἐώνητο, ἐδημοσίωσε, καὶ τῷ Ἀ-

B πόλλωνι καθιέρωσεν, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐγκατασκήψε: *locum quem in palatio emerat, vt quædam ædificaret, publicauit, & Apollini consecrauit, quia fulmen incubuerat.* Plin. lib. 37. *Ceraunia quædam est quæ alibi non inuenitur, quàm in loco fulmine icto.* Ammianus lib. 23. *Quod militem celsi nominis cum bellatoriis iumentis fulgur extinxit, & hoc modo contacta nec intueri, nec calcari debere fulgurales pronuntiant libri.* Artemidorus, οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μεταθάπτονται, ἀλλ᾽ ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν ἐνταῦθα θάπτονται: *Fulmine icti in alium locum non transferuntur, sed ibi sepeliuntur vbi de cælo tacti sunt.* Plin. lib. 2. *hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradit.* Sepeliebantur ab aruspicibus. Seneca lib. 1 de Clementia. *Ecquis regum erit tutus, cuius non membra aruspices colligant? Quod si Dij placabiles, & æqui delicta potentium non statim fulminibus persequuntur.* Dionysius Halyc lib. 1. *Puteus prope ficum Rominam fuerat, qui cum de cælo tactus esset procuratus est is locus, posteáque operculo imposito puteal vocatus.* Nam puteal est operculũ putei, vt Iurisconsulti aiũt, πῶμα τοῦ φρέα-

C τος. Festus, *Sacellum quod puteal appellatur, ante atria fecit Scribonius, cui negotium datum fuerat, vt conquireret sacella, atque illud non consecrauit, quia in eo loco fulguris sacellum fuit, quod ignorarent fulgur conditum, quod nefas est integi, semper foramine aperto cælum patet.* Puteal Libonis conditum à Scribonio Libone. cum ob neglectam religionem bidentalium, & locorum fulguritorum iram Deorum vererentur incurrere Romani, ex relatione Pontificum, negotium datum Scribonio Liboni, vt sacella conquireret. erant autem & sacella fulguris. Plin. lib. 16. cap. 18. *Ficus Romina arbor in foro ipso sacra fulguribus ibi conditis. Puteal impositum loco sacro, fulguribus ibi conditis.* Acro tribunal Prætoris ad puteal fuisse ait, non puteal fuisse tribunal Prætoris. Dionys. lib. 1. Orig. ei loco aram impositam scribit. *Locis eum fulguritis ara.* Artemidor. lib. 2. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ, διὰ τὸ ἐνιδρυμένους βωμοὺς καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας: *Fulmen obscura loca illustria facit, quia ibi aræ ponuntur, & sacrificia fiunt.* τὰ δὲ πολυτελῆ

D χωρία ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ. οὐδεὶς γὰρ ἐν αὐτοῖς διατρίβειν ἐπιθυμεῖ. De cælo tacti sacri. Euripid Supplicib.

> Ἀδρ. Τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρὶ
>
> Θησ. Ἦ χωρίς, ἱερὸν ὡς νεκρὸν θάψαι θέλεις.
>
> Χορ. Πυρὰν Διὸς θησαυρὸν ἔνθεν ἱστός
>
> Πόσις δαμασθεὶς λαμπάσι κεραυνίοις.

Capaneum Iouis igne ictum mortuum certe seorsim vt sacrum humare vis. rogum Iouis thesaurum, vbi vir tuus igne fulmineo domitus est. Certè omnes alios eodem rogo cremare vis. Vbi pones monumentum Capaneo separatim, ποῦ δ᾽ ἆρα θήσεις μνῆμα τοῦ δὲ χωρίσας. Plin. lib. 2. cap. 54. *Quædam fulgura enuntiare non putant fas, nec audire, nisi hospiti, aut parenti indicentur. Homines superne icti con-*

E *sidunt, vigilans ictus conniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur.* Theophrast. in Scopeliano *qui gemellus natus, in cunis cum fratre, de cælo ictus est, nec tamen vllo sensuum diminutus. quanquam ignis fulminis adeò acutus est, cum sit sulphureus, vt eorum qui propè sunt alios præ stupore occidat, alios auribus, & oculis deminuat, alios dementes faciat, à quibus omnibus Scopelianus liber fuit.* ἐν σπαργάνοις δὲ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ὢν κεραυνῷ ἐβλήθη, ὁ δὲ οὐδὲν μὲν ἐπηρεώθη τῶν αἰσθήσεων συγκατακείμενος τῷ βληθέντι καίτοι τὸ τῶν σκηπτῶν πῦρ οὕτω δριμὺ, καὶ θειῶδες, ὡς τοὺς ἄγχου σὺν μὲν ἀποκτείνειν κατ᾽ ἔκπληξιν, σὺν δὲ ἀκοάς τε, καὶ ὀφθαλμοὺς σίνεσθαι, τοὺς δὲ εἰς τὸν νοῦν ἀποσκήπτειν. ἀλλ᾽ οὐδενὶ τούτων ὁ Σκοπελιανὸς ἥλω. Theodoret. lib. 2. Hist. Ecclesiast. σκηπτὸς γὰρ οὐρανόθεν καταπεμφθεὶς τὸν σηκὸν ἐνέπρησεν ἅπαντα, καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Πυθίου ἄγαλμα κόνιν λεπτοτάτην ἀπέφηνεν. ξύλινον γὰρ ἦν ἔξωθεν (lego ἔσωθεν) ἀλλ᾽ ἠλειμμένον χρυσῷ: *Fulmen de cælo missum fanum cremauit omne, & ipsum Pythij Apollinis simulacrum in minutissimum cinerem redegit. Ligneum enim intus erat, sed auro illitum foris.* Loca quædam fuere quæ sæpius aliis fulmine ferirentur. Plin. lib. 2. cap. 55. *In Italia inter Tarracinam, & ædem Feroniæ turres bellicis temporibus desiere fieri, nulla non earum fulmine diruta.* Theophrast. in Scopeliano, ἐδόκουν κατὰ τὴν λίμνην ὑπὸ

ἀροῖ μεγάλη δρυῒ σκιῇ ὑπὸ τῇ καλουμένῃ πέρας τῆς νήσου, &c. *Messores octo prandebant prope Lemnum* A
sub arbore procera ad locum insulæ qui dicitur Peras, quasi trans insulam. Cum nebula quercum inuoluisset fulmine arbor icta est. Messores præ stupore mortui sunt, quisque eo habitu & statu, quo deprehensus est, nigri omnes, vt ærea statua circa fontes calidos. Cato lib. de re Rust. c. 14. *Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba diuina vti fiant, procuret.* Festus, *fanatica dicitur arbor fulmine icta.* Varro lib. 1. de re Rust. cap. 40. *Ab aruspicibus proditum in singulis arboribus, quot genera insita sint, vno ictu tot fulmina fieri in illud quod fulmen concepit.* Strufertarij *homines conducti mercede ad arbores fulguritas piacularium commissarum caussa, sacrificia quædā strue & ferto solemnibus verbis faciebat,* vt ex Festo liquet. PRECOR TE IVPITER VT MIHI VOLENS PROPITIVS SIES, *quod & nullo etiam fiebat adhibito strufertario, à ferto quodam sacrificij genere.* Strues genera liborum sunt digitorum coniunctorum non dissimilia, qui superiecta panicula in transuersum continentur. Isidorus eosdem *ferteres* vocat, id est ferto libantes. Festus, *fertum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra* B *ferebatur, nec sine strue altero libi genere, quæ qui adferebant strufertarij dicti.* Herodotus lib. 7. ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει· ὁρᾷς δὲ, ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ, καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα, ἀποσκήπτει βέλεα: *Vides quod animalia eminentia fulminat Deus, neque sinit extolli inani imagine, parua ne vellicat quidem. vides quod iacula fulguris feriunt insana ædificia, & proceras arbores.* Idem lib. 8. cum Persæ ad diripiendum Delphicum templum accederent, ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησοῦ ἀπαρραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτούς: *ex cælo fulmina in eos incubuerunt, à Parnasso autem abrupti duo vertices magno sonitu in Persas ruebant.* Item Zozimus lib. 5. in Honorio, vrbem Narniam τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ καὶ κατὰ πάτρια θρησκείᾳ, βροντῶν ἐξαισίων, καὶ πρηστήρων γενομένων τῶν ἐπικειμένους βαρβάρους ἀποδιῶξαι: Vrbem Narniam *precibus ad Deos factis, & patrio ritu sacrificiis, barbaros derepente exorto tonitru & turbinibus abegisse.* C

CAP. XII.

Cur obstita fulguria dicantur.

CATO obstita loca, *fanatica*, de cælo tacta dixit. Festus pura vestimenta, id est, non obstita. obstitum est fulguritum, ab eo quod obliquum, obstitum dicebant. Fulgura autem duplicia, cælestia, terrestria. Cælestium ictus semper obliquus, vt casus semper obliquus, ait Plinius lib. 2. cap. 52. *Quare obliquè fertur? Quia spiritu constat. Spiritus autem obliquus est, flexuosusque, quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit, incipit obliquus esse*, ait Seneca. Lucanus lib. 1.

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Terruit obliqua perstringens lumina flamma,
In sua templa furit, nullaque exire vetante
Materia, magnamq; cadens, magnamque reuertēs
Dat stragem late, sparsósque recolligit ignes. D

CAP. XIII.

De locis & rebus fulguritis.

AD ea quæ supra de locis fulguritis diximus hæc accedant. Dio lib. 41. Anno qui Milonis mortem sequutus est, κεραυνοὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ ἐς τὸ τύχης τῆς δαιμονίας καλουμένης ναὸν, ἔς τε τοὺς τοῦ Καίσαρος κήπους κατέσκηψαν. καὶ ἐν ταῦτα ἵππος τις τῶν ἡμελημένων ἀπέθανεν ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὸ τυχαῖον αὐτομάτως ἀνοίχθη: *Fulmina in Capitolium, & in templum Fortunæ, quæ diuina dicitur, & in Cæsaris hortos incubuerunt. Equus inter pretiosos habitus exanimatus, delubrum fortunæ sponte sua apertū est.* Appianus, Σέλευκον τὴν Σελεύκειαν οἰκίζοντα φασὶ τὴν ἐπὶ θαλάσσῃ διοσημίαν ἡγήσασθαι κεραυνὸν, καὶ διὰ τοῦτο θεὸν αὐτοῖς κεραυνὸν ἔθετο, καὶ θρησκεύουσι, καὶ ὑμνοῦσι, καὶ νῦν κεραυνόν: *Seleuco in condenda ad mare Seleucia scentum augurium fulminis, ideòque ibi fulmen tanquam numē consecratum, hodiéque coli hymnis,* E *ac ceremoniis.* Plut. in Paulo Æmilio, fulmen θυσίαν ἐπέφλεγε, καὶ συγκαθήγισε: *sacrificium exussit, & sacrauit.* Suet. in Domitiano c. 15. *Continuis octo mensibus tot fulgura facta, nuntiatáque sunt, vt exclamauerit, feriat iam qui volet. Tactum de cælo Capitolium, templúmque Flauiæ gentis. Item domus Palatina, & cubiculum ipsius, atque etiam è basi statuæ triūphalis titulus excussus vi procellæ, in monimentū proximū decidit.* Ammian. Marcel. lib. 30. *Apud Sirmium repentino fulgore nubium fulmen excussum Palatij & curiæ partem incendit, & fori.* Mors denuntiata Valentiniano. Vopiscus in Caro. *Carus, vt alij dicunt, morbo, vt plures, fulmine interemptus est. Negari non potest eo tempore quo periit tantum fuisse subitò tonitruum, vt multi terrore ipso exanimati esse dicantur. Cum igitur ægrotaret, atque in tentorio iaceret, ingenti exorta tēpestate immani coruscatione, immaniori, vt diximus, tonitru exanimatus est.* Festus, *fanatica dicitur arbor fulmine icta.* Xiphilinus in Nerone, καὶ ὃ δὴ καὶ μάλιστα αὖ τις αὖθις ἐπεκμήρατο, ἐκ τοῦ δαιμονίου γεγονέναι, σκηπτὸς πεσὼν τὸ δεῖπνον αὐτοῦ παρὰ εἰσφερόμενον οἱ κατέφλεξε: *Et quod maximè quis diminitus*

A *nitus factum autumet, fulmen eius omne prandium quod in mensam inferebatur exussit.* Philostratus in Palamede. Æsculapius ἐβέβλητο κεραυνῷ: *Aesculapius fulmine percussus est.* Seneca in Thyeste;

Quem non concutiet cadens | *Obliqui via fulminis.*

Dio lib. 54. θεαί τε γὰρ τῇ πόλει συνεφοίτησαν, καὶ κεραυνὸς ἐς τὴν ἐν τῷ Ἀλβανῷ οἰκίαν εἰς ἣν οἱ ὕπατοι ἐν ταῖς ἱερουργίαις καταλύουσι ἐνέσκηψε: *Cometa cum multos dies vrbi imminẽs apparuisset,* ἐς λαμπάδας διελύθη, *in lampadas solutus est. Incendio multa ædificia, ac Romuli inter hæc tabernaculum conflagrauit, cum in id corui carnes ignitas ab ara quadam raptas coniecissent.* Idem lib. 55. *Cum Drusus aduersus Cattos iret, multa & alia procella, & fulminibus, maximè verò templa corrupta sunt,* τό τε σύνναον αὐτῷ κακωθῆναι, *ita vt & templum Iouis Capitolini, & fanum ei adiunctum læderetur.*

CAP. XIV.

B

De Fulmine contactis, & eorum procuratione.

FVLMINE hominem tangi Romanæ Reip. inauspicatum, & triste fuit Liuius lib. 22. c. 26. *Ariciæ nuntiatum erat sub idem tempus lapidibus pluisse, & multo cruore, signa in Sabinis cædis, aquas è fonte calidas manasse. & in via fornicata quæ ad campum erat, aliquot homines de cælo tacti, exanimatíque fuerãt. Ea prodigia ex libris procurata.* l. 28. c. 11. *Tarracinæ Iouis ædem Satrici matris Matutæ de cælo tactam. Et ædes Cereris, Salutis, Quirini de cælo tacta. Prodigia Cõsules hostiis maioribus procurare iussi, & supplicationem vna die habere. Ea ex Senatusconsulto. facta.* lib. 24 cap. 44. *Murus ac portæ tacta, & Ariciæ etiam Iouis ædes de cælo tacta fuerat. Nauium longarum species in flumine Tarracinæ, quæ nullæ erãt visæ, & in Iouis Vicilini templo, quod in Compsano agro est arma concrepuisse, & flumen Amiterni cruentũ fluxisse. His procuratis ex decreto Pontificum.* lib. 30. cap. 2. *Editi à Collegio Pontificum Dij quibus sacrificaretur.*

C cap. 38. *Cumis Solis orbis minui visus, & pluit lapideo imbri, & in Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit, arboréſque in profundum hausta. Ariciæ forum & circa tabernæ, Frusinone murus aliquot locis, & porta de cælo tacta, & in palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio nouendiali sacro, cætera hostiis maioribus expiata.* lib. 32. cap. 1. *Ab Suessa nunciatum est duas portas, quodq́; inter eas muri erat de cælo tactum, & Formiani legati ædem Iouis.* Item, *Ostienses ædem Iouis, & Veliterni Apollinis, & Sangi ædes, & in Herculis æde capillum enatum, & ex Brutiis ab. Q. Minutio Proprætore scriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. Lauream in puppi nauis longæ enatam. Priorum prodigiorum causa Senatus censuerat, vt Consul maioribus hostiis quibus Diis videretur sacrificaret. Ob hoc vnum prodigium aruspices in Senatum vocati, atque ex responso eorum supplicatio populo in diem vnum edicta, & ad omnia pulumaria res diuinæ facta.* cap. 9. *De cælo tacta erant via publica*

D *Veiis, forum, & ædes Iouis Lanuuij, Herculis ædes Ardeæ, Capuæ murus, & turres, & ædes quæ alba dicitur. Cælum ardere visum erat Arretij. Terra Velitris trium iugerum spatio cauerna ingenti desederat. Suessæ Arũcæ nunciabant agnum cum duobus capitibus natum, & Sinuessæ porcum humano capite. Eorum prodigiorum causa supplicatio vnum diem habita, & Consules rebus diuinis operam dederunt.* lib. 41. cap. 9. *Capuæ multa in foro ædificia de cælo tacta, & Puteolis duas naues fulminis ictu concrematas esse,* &c. *Eorum prodigiorum causa Consules maiores hostias immolarunt, & diem vnam circa omnia puluinaria supplicatio fuit.* lib. 43. cap. 13. *Publicorum prodigiorum causa libri à Decemuiris aditi, quadraginta maioribus hostiis quibus Diis Consules sacrificarent, & addiderunt vt supplicatio fieret, cunctíque magistratus circa omnia puluinaria victimis maioribus sacrificarent, populúsque coronatus esset.* lib. 3. cap. 5. *His auertendis terroribus in triduum feriæ indicta, per quas omnia delubra pacem Deum exposcentium virorum, mulierúmque turba implebantur.* cap. 10. *libri per Duumuiros sacrorum aditi, pericula à conuentu alienigenarum prædicta.* lib. 27. cap. 4. *Tusculi agnum cum vbere lactanti natum. Iouis ædis culmen fulmine ictum, ac prope omni tecto*

E *nudatum, Anagniæ terram ante portam ictam, diem ac noctem sine vllo ignis alimento arsisse, & aues ad compitum Anagnium in luco Dianæ nidos in arboribus reliquisse. Tarracinæ in mari haud procul angues magnitudinis miræ lasciuientiũ piscium more exultasse. Tarquiniis porcum cum ore humano genitum, & in agro Capenate ad lucum Feroniæ quatuor signa sanguine multo diem ac noctẽ sudasse. Hæc prodigia hostiis maioribus procurata decreto Pontificum, & supplicatio diem vnum Romæ ad omnia puluinaria, alterum in Capenate agro ad Feroniæ lucum indicta.* lib. 24. cap. 10. *Tacta de cælo atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamque viam, murum ac portam Gabiis. Hæc prodigia hostiis maioribus procurata sunt ex Aruspicum responso, & supplicatio omnibus Diis quorum puluinaria Romæ sint indicta.* lib. 1. cap. 56. *Cum ad publica prodigia Etrusci tantum vates adhiberentur, Tarquinius Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit.*

CAP. XIV.

De fulminibus eliciendis.

AD fulmina elicienda ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram Numa in Auentino dicauit, ait Liuius lib. 1. Plin. lib. 28. cap. 2. *Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodem quo illum sacrificio Iouem cælo deuocare conatum, quoniam parum rite quædam fecisset, fulmine ictum.* lib. 2. cap. 52. *lucos, & sacra habemus, inter quæ, statores, & tonantes, & feretrios, Elicium quoque accepimus Iouem. Extat Annalium memoria sacris quibusdam, & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Hetruriæ est, impetratum Volsiniis, & vrbe, & agris depopulatis subeunte monstro, quod vocauere Voltam. Euocatum est à Perpenna rege, & ante eum à Numa sæpius hoc factitatum,* &c. *Quod imitatum parum rite Tullum Hostilium ictum fulmine.* De Tullo Hostilio Liuius l. 1. Dionys. lib. 3. orig. καταπρησθῆναι δὲ τὴν οἰκίαν οἱ μὲν ὑπὸ κεραυνοῦ λέγουσι, μηνίσαντος τοῦ Θεοῦ δι' ὀλιγωρίαν τινῶν ἱερῶν: *Conflagrasse eius domum fulmine quidam dicunt irato Deo, ob neglecta quædam sacra.* Seruius ad hæc verba lib. 4.

Qui fulmina fœdere sancit.

Apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem diuinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria. Liuius lib. 5. *Quæque prodigia fulminibus, alióve quouis modo missa susciperentur, atque curarentur ad ea elicienda ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit.* Philostrat. lib. 3. cap. 3. Bacchus, & Hercules miserunt Panes, rusticos Deos, vt collem in quo morabantur sapientes Indiæ occuparent, ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν πεσεῖν, ἄλλον ἄλλως; *qui attoniti à sapientibus alius alibi cecidere.* Festus, *Aqualiciũ dicitur cũ aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur, vt quondã, si creditur, manali lapide in vrbem ducto.* Tertull. *Aqualicia Ioui immolatis. Thuscus aquilex vulgo dictus, quia ex Hetruria Aquilices.* Plinius lib. 2. cap. 54 *Læua prospera existimantur, quoniam læua parte mundi ortus est. Nec tam aduentus spectatur, quam reditus, siue ab ictu resiliat ignis, siue opere confecto, aut igne consumpto spiritus remeet.* Sueton. in Calig. cap. 57. *Capitolium Capuæ Idibus Martiis de cælo tactum est. Item, cella Palatini atriensis, nec defuerunt, qui coniectarent altero ostento periculum à custodibus domino portendi, altero cædem rursus insignem, qualis eodem die quondam facta fuisset.* Dionysius Halycarn. lib. 9. *Castra Aequorum obsidere prohibitus est Consul, quia* προσιόντι αὐτῷ, καὶ ἤδη ἔργου ἐχομένῳ ζόφος ἐξ οὐρανοῦ γίνεται, καὶ ὄμβρος πολύς, καὶ ἀστραπαί τε, καὶ βρονταὶ σκληραί. διασκεδασθείσης δὲ τῆς στρατιᾶς, ὅτε χειμὼν εὐθὺς ἐπαύσατο, καὶ πολλὴ κατεῖχε τὸν τόπον αἰθρία: *ei procedenti, & iam operi instanti caligo de cælo facta est, & imber vehemens, & fulgura ac tonitrua dira. Cum autem exercitus distractus esset, procella subito quieuit, & serenum ac sudum fuit.* Zozimus lib. 2. *Valeso Valesio inter Sabinos illustri pro foribus ædium saltus fuit ex arboribus maximis, quæ cum fulmine conflagrassent, auxie quærebat quid portenderetur. morbo autem correptis filiis eius qui medicorum artem vinceret,* τούτῳ πρὸ τῆς οἰκίας ἄλσος ἦν ἐκ δένδρων μεγίστων. τούτων πεσόντος κεραυνοῦ καταφλεχθέντων ἀπορῶν πρὸς τὸ σημαινόμενον. νόσου δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶ ἐγσκηψάσης ὑπὲρ τὴν ἰατρῶν τέχνην. Idem l. 4. τούτου τελευτήσαντος ἐμπεσὼν τῷ Σιρμίῳ σκηπτὸς τὰ βασίλεια κατέφλεξε, καὶ τὴν ἀγοράν. ἔδοξε δὲ τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν δεινοῖς οὐκ αἴσιον τοῖς κοινοῖς πράγμασι εἶναι τὸ τέρας. ἐσείσθη δὲ καὶ κρήτη σφοδρότερον: Valentiniano *mortuo fulmen Sirmio illapsum regiam exussit & forum. visum est peritis earum rerum portentum illud non auspicatum esse publico. Sed & Creta violentius mota est, & vniuersa Græcia exceptis Athenis, quod Nestorius* ἱεροφαντεῖν τεταγμένος *Sacerdotio inauguratus Achilli Heroi somnio monitus honorem habuisset.* Xiphilinus in Seuero, ἀνδριάντι Σεβήρου πρὸς ταῖς πύλαις δι' ὧν ἐκστρατεύσειν ἔμελλεν ἐς Βρεττανίαν ἑστῶτι καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐκεῖσε φέρουσαν ἀποβλέποντι σκηπτὸς ἐμπεσὼν τρία ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ γράμματα ἀπήλειψε, καὶ διὰ τοῦτο, ὡς οἱ μάντεις ἀπεφήναντο, οὐκ ἐπανῆκεν: *statuæ Seueri ad portas quibus in Britanniam exiturus erat positæ, respicienti viam fulmen incidens tres literas ex eius nomine deleuit, ideo nõ rediit, vt aruspices interpretati sunt.* Herodotus l. 7. Ξέρξῃ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ νύκτα ἀναμείναντι βρονταί, καὶ πρηστῆρες ἐπεσπίπτουσι, καὶ τινα αὐτοῦ ταύτῃ συχνὸν ὅμιλον διέφθειραν: *Xerxi sub Ida noctem expectanti tonitrua & presteres incidunt, & frequentem cœtum eorum qui ibi erant perdidit.* l. 4. Σκύλῃ ἦν ἐν Βορυσθενειτέων πόλει οἰκίας μεγάλης καὶ πολυτελέος περιβολὴ τὴν περὶ ξ λευκοῦ λίθου σφίγγες τε καὶ γρῦπες ἑστήκεσαν· ἐς ταύτην ὁ Θεὸς ἐνέσκηψε βέλος, καὶ ἡ μὲν κατεκάη πᾶσα: *Scyli erat in vrbe Borysthenica magna & superba domus ambitus, quam circum ex albo lapide gryphes & sphinges stabant. In eam Deus fulmen misit, & omnis conflagrauit. Is paulo post à suis interemptus est.* Seneca in Octauia.

Qui sæpe terras fulmine infesto quatit,
Mentesque nostras ignibus terret sacris,
Nouisque monstris. vidimus cælo iubar
Ardens, Cometam pandere infestam facem,
Qua plaustra tardus noctis æterna vice
Regit Boötes frigido arctoo rigens.

Appianus lib. 1. Ciuilium, Carbone Comitia Consularia habente, κεραυνοῦ δὲ πεσόντος εἰς τὸ τῆς σελήνης, καὶ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερόν, οἱ μάντεις ὑπὲρ τὰς θερινὰς τροπὰς ἀνέθεντο τὰς χειροτονίας, καὶ μόνος

ἦρχεν

A πεσὼν ὁ Κάρβων: *fulmen cum decidisset in templum Lunæ & Cereris, augures reiecerunt Comitia, & suffragia post æstiuum solstitium, & solus Carbo in Imperio fuit.* Virgil. lib. 9.
Audiit, & Cæli genitor de parte sinistra | Intonuit. Ita & Homer. Odyss. lib. υ.

CAP. XV. *Fulmen nuptiarum omen.*

QVÆDAM fulmina auspicata fuisse ostendimus, vt & regnum, aut nuptias interdum portendere putarentur. Virgil. 4. Æneid.

—— Prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant signum, fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summoque vlularunt vertice nymphæ.
Claudianus lib. 2. de Raptu.
—— Ni Iuppiter æthere summo
Pacificas rubris torsisset fulminis alas
Confessus generum, nimbis hymenæon hiulcis
Intonat, & testes firmant connubia flammæ.

B

CAP. XVI. *Fulmen pro calamitate.*

FVLMEN interdum pro calamitate ponitur. Petronius, *fulminatus illa denuntiatione.* Artemidorus ait vulgo *fulminatos eos dici, qui sententia iudicis condemnati sint.* lib. 2. c. 3. καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας κεραυνωθῆναί φαμεν. Statius lib. 5. Syluar. ad Crispinum.

——succinctaque iudice multo
Surgeret, & castum vibraret Iulia fulmen.
Iuuenal. Sat. 8.
—— quam fulmine iusto,
Et Capito & Numitor ruerint damnante Senatu,
Plin lib. 2. cap. 20.

CAP. XVII. *Fulmen regni omen.*

C REGALIA fulmina supra posuimus, quæ regnum portenderent. Capitolinus de Maximino, *lanceola eius sic fissa est fulmine, vt tota etiam per ferrum scinderetur, & duas partes faceret, vnde dixerunt aruspices, non diuturnos ex vna domo iisdem nominibus Imperatores futuros.* Idem in Antonino Pio, *Cyzici de simulacro Dei ad statuam Antonini Pij corona trāslata est, fulgur sine noxa in eius domū sereno cælo venit. Eius statuas in omni Hetruria examen apum repleuit.* Vopiscus Probo. *Cum imago Probi in agro Veronensi fulmine icta esset, ita vt eius purpura colores mutaret, aruspices responderunt eius posteros magnæ claritudinis fore.*

CAP. XVIII. *De Terræ mugitu.*

AD ea quæ de terræ mugitu supra dixi, hæc adiuuo, mugitū terræ inter prodigia censeri. Seneca in Thyeste.

Imo mugit è fundo solum, tonat dies serenus.
In Oedipo, *Rupisse canem fama, & nostris*
D *Errasse locis, mugisse solum.*
Item, *terra se retro dedit, gemuitque penitus.*
Claudianus, *Ecce repens mugire fragor.*
Virgil. *Magno cum murmure montis*
Circum claustra fremunt.
Itē l. 5. *Sub pedibus mugire solū, & iuga celsa moueri.*
Sen. in Troadib. *Cū subito cæco terra mugitu fremens*
Concussa cæcos traxit ex imo sonos.
Mouere syluæ capita, & excelsum nemus
Fragore vasto tonuit.

Aristotel. lib. 2. Meteor. ὥσπερ λέγουσιν οἱ τερατολογοῦντες μυκᾶσθαι τὴν γῆν: *vt portentorum narratores mugire terram aiunt.* Plin. l. 2. Natural. Histor. *Terræ motum præcedit, & comitatur terribilis sonus, alias murmur, similis mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantiū fragori.* Aristot. in problemat. scribit *in paludibus iuxta fluuios fieri sonos qui vocātur bomugi, quos sacros Dei tauros esse fabulātur.* Salisberiensis l. 1. Polycrat. in fine terræ mugitum fieri ait. legendus Dio in Tito, & Traiano, & Seuero. Aristot. l. 2. Meteor. c. 8. ἡ γῆ καθ' αὑτὴν μὲν ξηρά, διὰ δὲ τοὺς ὄμβρους ἔχουσα ἐν αὑτῇ νοτίδα πολλήν, ὥστε ὑπό τε ἡλίου καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ πυρὸς θερμαινομένης, πολὺ μὲν ἔξω, πολὺ δ' ἐντὸς γίνεσθαι πνεῦμα,
E &c. *Terra per se sicca est, ob imbres multum in se humidum habet, quæ cum igne intestino & Sole incaluerit, multum foris, multum intus spiritum fieri necesse est, qui interdum continuus foras erumpit, interdū intus fluit, interdum diuiditur. Spiritus autem quia subtilis & penetrans per corpora maximam mouendi vim habet, maxime cum spiritus qui intus est, foras erumpit. Ideo cū venti silent, maximi terræ motus fiunt.* διὸ γίνονται νηνεμίᾳ οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι τῶν σεισμῶν, ἐν τῇ ἱερᾷ νήσῳ ἐξανῳδεῖ τι τῆς γῆς, καὶ ἀνῄει οἷον λοφώδης ὄγκος μετὰ ψόφου: *in sacra insula quæ vna est ex Aeoliis intumescit aliquid terræ, & ascendit quasi tumor extuberās cū strepitu.* Itē, ποιεῖ δὲ καὶ τοὺς ψόφους τοὺς ὑπὸ τὴν γῆν γινομένους τὸ πνεῦμα, καὶ τοὺς πρὸ τῶν σεισμῶν: *spiritus etiā facit strepitus sub terra, maximè eos qui sunt antequam terra moueat.* καὶ ἄνευ σεισμῶν ἤδη που γεγόνασι ὑπὸ γῆν. ὥσπερ γὰρ ῥαπιζόμενος ὁ ἀὴρ παντοδαποὺς ἀφίησι ψόφους, οὕτως καὶ τύπτων αὐτός. τὸ γὰρ τύπτον ἅμα καὶ αὐτὸ τύπτεται πᾶν, προέρχεται δὲ ὁ ψόφος τῆς κινήσεως διὰ τὸ λεπτομερῆ εἶναι, καὶ μᾶλλον διὰ παντὸς ἰέναι τὸ πνεῦμα τοῦ ψόφου. *Sæpe sonitus fiūt sine terræ motu sub terra. Sicut enim verberatus aër, omne genus sonitus emittit, ita & verberās ipse ac impellens. Quod enim verberat & ipsū verberatur, progreditur autem sonitus motionis, quia sit tenuium partium, & quia sonitus spiritus magis per omne corpus exit. Cum autem*

autē spiritus minor est, quam vt terram mouere possit propter tenuitatem, quia facile transcolatur, mouere nō potest. διὰ δὲ τὸ προσπίπτειν στερεοῖς ὄγκοις, καὶ κοίλοις, καὶ παντοδαποῖς σχήμασι παντοδαπὰς ἀφίησι φωνάς: *quia autem appellit ad tumores solidos, & cauos, & omnis formæ, voces omnis generis emittit.* Vide A

CAP. XIX. *De Remedijs fulminis.*

VETERES varia fulminis remedia reperere, laurum, vituli marini pellem, vitem albā. Columella lib. 10.

Utque Iouis magni prohiberet fulmina Tharchon,
Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.
Hinc Amythaonius docuit quæ plurima Chiron
Nocturnas volucres crucibus suspendet, & altis
Culminibus metuet feralia carmina flere.

Plin l. 10. c. 3. *Aquila fulmine non exanimatur, ideo armiger huius teli fingitur.* lib. 2. c. 55. *Aquila, vitulus marinus, & laurus fulmine nō feriūtur.* Suet. in August. c. 90. *Tonitrua, & fulgura expauescebat, vt sēper, & vbiq, pellē vituli marini circūferret pro remedio. Tibertus tonitrua prætermodū expauescebat, & turbatiore cælo nunquā non coronā laureā ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis*, ait idē c. 69. B Plut. lib. 5. Sympos. problem. 9. *Fulmini pellis vituli marini & ficus opponūtur.* Spartianus in Seuero legendus. Libet hic quædā subiicere ex Constantini Geoponicis & Philostrato, φασὶ δέ τινες ὅτι κάτοπτρον ἐὰν ἐπιδείξῃς τῷ ἐπικειμένῳ νέφει παρελθεῖται ἡ χάλαζα. πάλιν ἐὰν τῷ χωρίῳ πέριαγάγῃ ὑαίνης ἢ κροκοδείλου ἢ φώκης δέρμα, καὶ τοῦτο πρὸ πυλῶν τῆς οἰκήσεως ἀναρτήσεις οὐ πεσεῖται χάλαζα. εἰ δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ διάφορα σχήματα κύκλῳ τοῦ χωρίου ἐν χρόνοις ἀναρτήσεις παρελθεῖται ἡ χάλαζα, &c. ὑποπόδημα δ' ἦμα χρυσῷ ἐν τῷ τοῦ χωρίου καὶ οὐ πεσεῖται κεραυνός. Multa alia ibidem leges, quæ quia superstitiosa sunt, silentio damnanda iudico.

CAP. XX. *De Tuberibus & Conchis.*

TONITRVA facere ad generationē tuberum, & concharū vulgo creditum est, apud Athenæum lib. 2. Iuuenal.

——Post hunc radentur tubera, si ver
Tunc erit, aut facient optata tonitrua cœnas
Maiores.——

C Athenæus, καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ βρονταὶ ὦς ταύτης αἰτιῶνται ἐν ὥρας. Idem lib. 3. docet frequentia tonitruum margaritarum adiuuari generationem, quod negat Plinius.

CAP. XXI. *De significatione fulminis.*

AD ea quæ de significatione fulminis diximus hæc addo. Inter fulgurum interpretes Romulū principem locū tenuisse volunt. Sextus Aurel. Victor. *At ego, inquit Romulus, iam 12. tibi demonstrabo, ac repente 12. vultures apparuisse, subsequuto cæli fragore pariter tonitruque.* Plin. l. 18. c. 35. *Cū æstate vehementius tonuit, quā fulsit, ventos ex ea parte denūtiat, contra si minus tonuit, imbrē. Cum sereno cælo fulget pluuiæ erunt, & tonitrua, & hyemabit, atrocissime autē, cū ex omnibus 4 partibus cæli fulgurabit*, &c. Vis fulminum supra auguria, & extispicia fuit. Seneca l. 2. Nat. q. c. 34. *Quicquid exta, quicquid aues minabuntur, secundo fulmine abolebitur, quicquid fulmine denuntiatū est, nec extis, nec aue contraria refellitur.* Hesych. ἐχέτοσμία ὅτε τέρας ὅτι ψεκάσῃ, ἢ βροντὴ (lege διοσημία.) *signū Iouis est quādo per æstatē ros fit, aut tonat.* διοσημίαν Dio vocat p. 74. διοσημείων ἐπιγιγνομένων ἐπέσχον. *fulmine tacta vite Diis libare nefas.* Plin. l. 14. c. 19. l. 16. c. 6. *Haliphleos quercus fulmine sæpissime icitur, quāuis altitudine non excellat, ideo ligno eius nec ad sacrificia vti fas habetur.* l. 15. c. 15. *Nec spinas inseri, quādo fulgura expiari nō queūt facile, quotq, genera insita fuerint, tot fulgura vno ictu pronūtiantur, morū ramo fert religio fulgurū prohibet.* Suet. in Tiberio c. 69. *Tonitrua tū præter modum expauescebat, & turbatiore cælo nunquā non coronā lauream gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.* In India nulla fulmina, Ctesias, βρονταί, καὶ ἀστραπαί, καὶ ὑετοὶ οὐκ εἰσὶν αὐτῇ ἰνδίῃ, ἄνεμοι δὲ πολλοί, καὶ πρηστῆρες, καὶ ἁρπάζουσιν αἳ λάβωσι. Philostrat. l. 8. de vita Apollonij, γενομένης γὰρ περὶ ἔκλειψιν ἡλίου, καὶ βροντῆς ἐκδοθείσης ὅπερ ἥκιστα ἐν ἐκλείψει δοκεῖ ξυμβαίνειν, ἀναβλέψας ἐς τὸν οὐρανὸν ἔσται τι, ἔφη, Apollonius, καὶ οὐκ ἔσται. *Tertia die post defectionē Solis omnibus oraculū innotuit.* οἷ μὲν ὁ τοῦ Νέρωνος ἱμάτιον τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς διῆλασε τὸ κύλικα ἐν χερσὶν ὄντος, καὶ οὐ πολὺ ἀπεχόντος τοῦ στόματος. Polyænus l. 2. ad Onū cum Lacedæmonij castra loco minus opportuno posuissent, & tonitrua, fulguraque increbescerēt, cōcurrere cū hoste aruspices vetuerunt, quibus Epaminōdas dixit, σὺν πολεμίοις ἐν τούτῳ πεδίῳ στρατεύσασθαι ἐμβεβρόντηκε. Itaq; cū hoste cōgressus vicit. Suet. in Nerone *Subinde tacta de cælo Cæsarū æde capita omnib. simul statuis deciderūt.* In Galba. *Acciditq, vt cū prouinciā Tarraconensē ingressus sacrificaret, intra ædē publicam puero è ministris acerram tenenti capillus repente toto capite canesceret. Nec multo post in Cantabria lacum fulmē decidit, repertaque sunt 12 secures haud ambiguū summi Imperij signū.* Pausan. in Eliacis. Phidias cū Iouis Pisæi simulacrū perfecisset, ηὔξατο ἐπισημῆναι τὸν θεὸν εἰ τὸ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ κατὰ γνώμην. αὐτίκα δὲ ἐς τοῦτο τοῦ ἐδάφους κατασκῆψαι τὸν κεραυνόν. Suet. in Augusto, *antiquitus tacta de cælo parte muri responsum est, eius oppidi ciuem quandoque rerum potiturum.* cap. 95 *post necem Cæsaris reuerso ab Apollonia, & ingrediente eo vrbem liquido ac puro sereno, circulus ad speciem cælestis arcus orbem Solis ambiit, ac subinde Iuliæ Cæsaris filiæ monimentum fulmine ictum est.* D E

IVLII CÆSARIS BVLENGERI IVLIODVN. DOCT. THEOLOGI, ET IN ACADEMIA PISANA PROFESSORIS,

DE LICITA, ET VETITA MAGIA LIB. I.

CAPVT I.

De Magiæ origine, & progressu.

A MAGICÆ arti auctoritatem maximã fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artiũ tres alias imperiosissimas humanæ mentis cõplexu in vnã se redegit. Natã primùm è Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse, velut altiorẽ, sanctiorémque, quàm Medicinam, iis blandissimis, desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quam maximè etiamnũ caligat humanum ingenium. Atque vt hoc quoque suggesserit, miscuisse artes Mathematicas, nullo nõ auido futura de se sciendi, atque ea è cælo verissimè peti credente. Ita possessis hominũ sensibus triplici vinculo, in tantum fastigij adoleuit, vt hodiéque etiam in magna parte gentium præualeat, & in Oriente Regũ Regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perside à Zoroastre, vt inter auctores conuenit. Eudoxus Zoroastrem hunc sex millibus annorũ ante Platonis mortem fuisse prodidit. Hermippus quinque millibus B annorum ante Troianũ bellum, ait Plin. lib. 30. c. 1. Plutarc. lib. de Iside, & Osiri, Zoroastrẽ bello Troiano sexcentis annis antiquiorẽ fuisse. Arnobius lib. 1. Age nunc, veniat quis super igneã zonã Magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo vt assẽtiamur auctori, Bactrianus & ille conueniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo. Armenius Ostanis nepos, & familiaris Pãphilus Cyri, Apollonius, Damigeron, & Dardanus, Ninus, Vulcanus, vt Diogenes Laërtius, & Bæbulus. Cedrenus, ἐκ τῆς γενεᾶς τοῦ Βήλου, καὶ Ζωροάστρης ὁ περιβόητος ἐν Πέρσαις ἀστρονόμος γενόμενος: *ex genere Beli Zoroastres ille decãtatus apud Persas Astronomus.* Suidas, Zoroastres Persomedus, ὃς πρῶτος ἦρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων, *qui primus nomen Magi, quod apud eos dominatur, inuenit.* Greg. Turonensis lib. 1. hist Franc. Zoroastrem stellam viuentẽ interpretatur. Laërtius lib 1. Zoroastrẽ lingua Chaldæa ἀστροθύτην (ita lege, nõ ἀστροθύντην) *qui astra ponit.* Agathias lib. 2. Zoroastrẽ Orismadeũ appellar. Plato apud Apul. Apolog. 1. Zoroastrẽ Orimazi. Clemens lib. 4. recognit. August. l. 21. c. 14 de Ciuit. E quibus apparet plures fuisse Zoroastres, Bactrianũ, C Armeniũ, Persam, seu Persomedum, Otimasdeum. Suidas; Zoroastres initium dedit Magis, cui successere Ostanæ, & Astrampsychi, καὶ μετὰ τοῦτον κατὰ διαδοχὴν Ὀστάνας, καὶ Ἀστράμψυχοι. Laërtius lib. 1. μετὰ τὸν Ζωροάστρην ἐν Πέρσαις μάγους γεγονέναι πολλοὺς κατὰ διαδοχὴν, Ὀστάνας, καὶ Ἀστραψύχους, καὶ Γωβρύας, καὶ Παζάτας; *post Zoroastrẽ fuisse Magos plures per successionẽ, Ostanes, Astrapsychos, Gobryas, Pasatas.* Plinius; Non leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatẽ addidit professioni secundus Ostanes. Minutius Felix Sosthenem nominat, vel, vt alij legunt, Ostenẽ, tu repone, Ostanẽ. Tertullianus cap. 57. lib. de anima. Ostanes, Typhon, Dardanus, Damigeron, Nectabis, Berenice scripsere de magia. Apul. Apolog. 2. Ego ille sim Carmondas, vel Damigeron, vel Ismoses. Iulius Firmic. Necepsus Imperator iustissimus Ægypti, & Astrologus valdè bonus, per ipsos decanos omnia vitia, multitudinésque collegit. Beli meminit Euseb. lib. 1. cap. 7. Præparat. Apuleius Apolog. 2. inter magiæ repertores numerat Iannem, Apollonium, Dardanum, Zoroastrem, Ostanem. Minutius D Felix in Octauio; Primus & eloquio, & negotio Magorũ Ostanes. Ausonius ep. 20. Necepsum;

Quique Magos docuit mysteria vana Necepsus.

Plato in Charm. Abarim Hyperboreum, & Zamolxin. Plin. lib. 30. c. 1. Apuscorum, & Zaratum Medos, Babylonium Marmaridiũ, Arabem Hippocum, Assyrium Zarmocenidam Cyrillus lib. 4 in Iulian. Pythagoras venit ad Zoram Assyrium (legendum censeo, Zaram) Agathias lib. 2. Zaradem vocat. Zoroastre antiquior magia videtur, cùm Ninus morem à maioribus traditum neglexisse dicatur, qui virgã Deum tangens ignem sacrum apud Magos non excitauerit; apud Athenæum, vt infrà ostendemus. Georgius Monachus magię repertorem Nembrothum facit, quem Belum esse volunt. Luctatius ad l. 1. Thebaidos Statij, Athracium Regẽ Thessaliæ primũ artem magicã in Thessalia (vulgò legitur, per Thraciam) instituisse scribit. Consule auctorem. Diodorus Siculus lib. 1. c. 1. orig. Mercurium Astrologiæ repertorẽ esse ait: l. 20. Chaldæos Signiferi obliquitatem intellexisse, hoc est, rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur primus: signa deinde in eo Cleostratus, & prima Arietis, & Sagittarij. Sphærã ipsam ante multos

 Atlas,

Atlas, vt ait Plin. l. 2. c. 8. Luciferi naturã primus Pythagoras deprehendit. Rationẽ defectus Solis, & Lunæ Sulpicius Gallus, qui Consul cũ Marco Marcello fuit. Apud Græcos Thales Milesius. Firmicus in Astronom. Mundi itaque geniturã hanc esse voluerunt, sequuti Æsculapium, & Anubium, quibus potentissimum Mercurij nomẽ istius scientiæ secreta cõmisit. Manil. lib. 1. A

Tu princeps, auctórque sacri Cyllenie tanti,
Per te iam cælum interius, iam sydera nota,
Maior vti facies mundi foret. ——

Clemens in Protrept. Geometriã ab Ægypriis, Astronomiã à Babyloniis; ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς παρὰ Θρᾳκῶν λαμβάνεις, *excantationes salutares à Thracibus accipis.* Ælian. αἰγύπτιοι φασι παρ' ἑαυτῶν τὰ νόμιμα ἐκμεμαθηκέναι. οὗτοι δὲ ἕκαστος τὰ παρ' αὐτοῖς σεμνύνειν πειρῶνται. S. Cypr l. de Idolol. variet. c. 16. Magorũ præcipuum Ostanẽ fuisse ait. Vide Arnob. l. 7. Euseb. l. 10. Præpar. Ammian. l. 23. Suidas Zoromadis meminit, Plin. Azonacẽ Zoroastris præceptorẽ fuisse prodit, quia Noachus Chamum docuit, & filiũ eius Chus. Porphyrius citat Palladẽ, Symbulũ, Adelphiũ, Acylinũ, Alexandrum, Libycanũ, Philiacomũ, Demostratũ Lydium, Zostrianũ, Nicotheum, Allogenẽ, Mesum, quorũ scriptis vsi Gnostici. Hodie exstãt Zoroastris Chaldaica, seu magica logia. Suidas tradit Iulianũ Chaldęũ scripsisse libros 4. de dęmonib⁹, & filiũ eius Theurgũ vocar. Is qui rei rusticę collectanea Græcè scripsit, testimonio vtitur Damigerõtis, eũq; adiungit Democrito, Sotioni, Apuleio. Iustinus Historicus l. 1. initio Zoroastrẽ artis magicæ inuentorẽ facit, vt & S. Aug. l. 21. de Ciuit. c. 14. Auctor Historiæ Scholast. ad c. 39. Genes. Ninus vicit Chã, qui adhuc viuebat, & regnabat in Bactria, seu in Thracia, vt alij volũt, & vocabatur Zoroaster, inuẽtor artis magicę, qui & hãc, & 7. liberales artes in 14. columnis scripsit, septẽ æneis, & septẽ lateritiis, cõtra duplex orbis excidiũ quod timebatur, vnum per aquas, alterũ per ignẽ: Ninus verò libros eius cõbussit De Zoroastre vide Suidã, Ammian. l. 23. Agathiã l. 2. Euseb. Præpar. Euãg. l. 1. c. 7. S. Hiero in Pelag. c. 2. Lucian. in Menip Isid. l. 8. orig. c. 9. Dion. Chrysost. in orat. Borist. Zoroastres vixit ætate Nini, & Abrahami. Cassianus collat. 8. c. 21. ante diluuiũ filios Seth Caini nepotibus permixtos curiosas maleficorũ artes, atq; pręstigias, ac magicas superstitiones instituisse scribit: Chamum eas artes diuersorũ metallorũ laminis, quę aquarũ nõ corrũperẽtur iniuria, & durissimis lapidib. qui vim ignis nõ sentirẽt, insculpsisse. Lactãt. l. 2. Instit. Dæmonũ inuẽta sunt Astrologia, & Aruspicina, & Auguratio, & quæ dicũtur oracula, & Necromãtia, & ars magica, &c Euseb. l. 5. c. 7. de Præparat. Euãg p. 118. καὶ μὴν καὶ διδάσκαλοι τῆς κακοτέχνου γοητείας, αὐτοί γε πρῶτοι οἱ γενναῖοι καθεστήκασι. πόθεν γὰρ ἀνθρώποις ταῦτα παρῆν εἰδέναι, ἢ τῶν δαιμόνων αὐτῶν τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐξειπόντων, καὶ τοὺς καταδέσμους κατ' ἀλλήλων ἐξηγησαμένων; Pythagoras, Empedocles, Democritus, Thales Milesius, Plato ad magiã discendã nauigauere, exiliis veriùs, quàm peregrinationibus susceptis, ait Plin. Apuleius, Plotinus, Iãblicus, Proclus, Porphyrius eamdẽ artẽ magna celebritate factitatũr. Tertullianus lib. de Idololatr. Post Euangeliũ nusquã inuenies aut Sophistas, aut Chaldæos, aut Incãtatores, aut Cõiectores, aut Magos, nisi planè punitos. Hæretici olim pleriq; Magi fuere. Iust. Apolog. 2. scribit, Simonẽ quemdã Samaritanũ sub Claudio Cæsare ope Dæmonũ magicis artibus Romæ Deũ habitum esse, & quasi Deũ honoratũ statuã positã in Tiberi inter duos pontes, cum hoc titulo, *Simoni Deo sacto.* S. Irænęus l. 1. c. 8. prodit, Marcũ magicis imposturis multos ad suas partes traxisse, Anaxilai ludicra cum nequitia Magorũ miscuisse, vinum albũ in rubrũ mutasse, paredri Dęmonis opera vaticinatum. Iustin. Apolog. 2. Menandrũ Samaritanum Simonis discipulũ Antiochiæ multos magicis artibus induxisse. S. Epiphanius, apud Carpocratianos magiã, & excantationes esse ad amorẽ, & illectamẽta, paredros Dæmones sibi attrahere, vt vi præstigiarũ omnibus dominẽtur. Seuerus Sulpicius in sacra histor. tradit, Priscillianũ Marci Ægyptij Magi disciplinis imbutum, gemino iudicio maleficij conuictum fuisse. S. Hieron. epist. ad Ctesiphontẽ contra Pelagianos, Priscillianũ Zoroastris Magi studiosissimũ ex Mago Episcopũ factum. Zonaras Mahumetem magicis artibus infamem fuisse ait. Tertullianus lib. de anima c. 57. Notata sunt etiam cõmercia hæreticorum cũ Magis quamplurimis, Circulatoribus, Astrologis. Idẽ magiã vocat hæreticarũ opinionũ auctricẽ. A quodã Zaruã Arimanij, & Orimasdis patre mala omnia orta scribit Theodorus Mopsuestiæ apud Photium, ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζαράσδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουάμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ τύχην καλεῖ, καὶ ὅτι σπένδων ἵνα τέκῃ τὸν ὡρόμασδον ἔτεκεν ἐκεῖνον, καὶ τὸν σατανᾶν. Iamblicus in Babyloniis primã magiã de muribus fuisse ait, μάγον μυῶν, ἐξ οὗ καλεῖσθαι καὶ τὰ μυστήρια πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν: *à Mago murũ dicta esse mysteria.* Plutarc. in Numa, Picum, & Faunũ Magos fuisse docet. De Ostane, quẽ Minutius in Octauio Ostenẽ vocat, vide Tatianum cõtra Grecos fol. 283. Aug. l. 6. cõtra Donatistas c. 44. De Iãne, & Iãbre Clemẽs l. 8. cõstit. apost. cap. 1. & nos suprà. S. Athanas. de incarnat. Verbi, πότε δὲ ἡ μαγείας ἡ τέχνη, καὶ τὰ διδασκαλεῖα ἤρξατο καταπατεῖσθαι, εἰ μὴ ὅτε τὰ θεοφάνια τοῦ λόγου γέγονεν ἐν ἀνθρώποις; πότε δὲ ἡ δαιμόνων ἀπάτη, καὶ μαγεία κατέφρονήθη,

B C D E

A νηθῆ, &c. καὶ πάλαι μὲν τὰ πανταχοῦ τῆς ἀπάτης τῶν μαγειῶν ἐπεπλήρωτο. χρησάσθω τῷ σημείῳ σταυροῦ τὸν χριστὸν ὀνομάσας μόνον, καὶ ὄψεται πῶς δι' αὐτοῦ δαίμονες μὲν φεύγουσι, μαντεία δὲ παύεται, μαγεία δὲ πᾶσα καὶ φαρμακεία καταργεῖται. ἴσως ἂν φήσαιεν δαίμονα καὶ χριστὸν γεγενῆσθαι, καὶ οὕτως ἰσχύειν. πῶς οἷόν τέ ἐστι δαίμονα εἶναι τὸν τοὺς δαίμονας ἀπελαύνοντα; εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς δαίμονας ἤλαυνε, καλῶς ἂν ἐνομίσθη τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμόνων ἰσχύειν αὐτὸν κατὰ τῶν ἐλαττόνων. εἰ δὲ πᾶσα τῶν δαιμόνων μανία ἐξίσταται τῇ τούτου ὀνομασίᾳ, καὶ διώκεται, φανερὸν ἂν εἴη μὴ εἶναι δαιμονικήν τινα δύναμιν τὸν κύριον ἡμῶν. Idem in epist. ad Constantium Imperator. Magnentius, εἰς τὸν Θεὸν ἠσέβησε φαρμακοὺς, καὶ ἐπαοιδοὺς ἐπινοῶν κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ χριστῶν. De Simone Mago Iustinus Dial. cum Tryph. sub finem, Samaritanos ait πεπλανᾶσθαι πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι. Apolog. 2. pag. 144. Σίμων ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται. ὃς ἀν-

B δριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι DEO SANCTO. Μένανδρον δέ τινα Σαμαρέα μαθητὴν τοῦ Σίμωνος ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ δαιμονίων, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης. Origenes l. 6. contra Celsũ, περὶ μαγείας φαμὲν ὅτι ὁ βουλόμενος ἐξετάσαι πότερόν ποτε καὶ φιλόσοφοι ἁλωτοί εἰσιν αὐτῇ, εἰ μὴ, ἀναγνώτω τὰ γεγραμμένα Μοιραγένει τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Θυανέως μάγου, καὶ φιλοσόφου ἀπομνημονευμάτων. Id est, *Vnde ars magica, & auditoria eius proculcari cœperunt, nisi ex quo Christus inter homines apparuit? Vndenam deceptio Diaboli, & magia, nisi ab eodem contempta est? Olim quidem nullus locus fuit, qui magicis fraudibus non repleretur: hodie nullus vspiam locus illis infestatur. Vtatur aliquis signo Crucis, nomine Christi appellato, & videbit Dæmones fugari, oracula conquiescere, magiam omnem, & veneficia euanescere. Fortè dicat aliquis, ipsum Christum Dæmonem fuisse, vnde tantum potestatis habeat. Sed quî*

C *fieri potest, vt is sit Dæmon, qui Dæmones fuget? Si enim simpliciter Dæmonas fugasset, meritò aliquis existimare posset, eum vti potestate Principis Dæmonum aduersus inferiores Dæmones. Quòd si omnis Dæmonum furor eius nomine inuocato excedit, & pellitur, liquidò apparet, Christum Dominum dæmonicam virtutem non esse. Magnentius in Deum impius fuit, qui Magis, veneficis, incantatoribus aduersus vnctos Dei vsus fuerit.* Iustinus scribit, *Samaritanos deceptos esse, qui Simoni Mago suæ gentis homini crediderint, eúmque Deum super omnem principatum, virtutem, & potestatem esse dixerint Simon sub Claudio Cæsare ministerio Dæmonum, & opera vsus, magicas virtutes Romæ in vrbe principe fecit, Deúsque habitus est, & statuâ vt Deus à vobis honoratus est. Quæ statua excitata est in Tiberi fluuio inter duos põtes, cum hac inscriptione, Romana lingua,* SIMONI DEO SANCTO *Menandrum quemdã Samaritanũ Simonis discipulum Dæmonibus infessum, cùm Antiochiæ esset, multos decepisse certum est.* Origenes à Mœragene plurima de Magorum studio scripta esse ait l. 6. aduersus Celsum; *Si quis scire vult an huic*

D *arti Magi addicti fuerint, legat quæ scripsit Mœragenes de Apollonij Thyanei Magi & Philosophi cõmẽtariis.*

Omnino veteres omnes Philosophi magicis artibus, & Dæmonum ministerio ad effectus incredibiles vsi sunt, Pherecydes, Pythagoras, Zamolxis, Abaris, Thales Milesius, Empedocles, & in vniuersum Brachmanes Indiæ, Prophetæ Ægypti, Galliæ Druidæ, Magi Persarum vetitis illis artibus inclaruere. De Plotino Porphyrius in eius vita hæc scribit, τῶν δὲ φιλοσοφεῖν προσποιουμένων Ὀλύμπιος Ἀλεξανδρεύς, &c. καταφρονητικῶς πρὸς αὐτὸν εἶχε διὰ φιλοπρωτείαν, ὡς καὶ οὕτως αὐτῷ ἐπέθετο, ὥστε καὶ ἀστροβολῆσαι αὐτὸν μαγεύσας ἐπεχείρησεν. *Ex eorum verò numero qui sibi philosophiæ studium vendicabant, Alexandrinus Olympius Ammonij ab breue discipulus fuit, vt pote qui principatum in philosophia sibi cuperet arrogare, & ipse despiciebat Plotinum, & despectum reddere apud omnes moliebatur: animóque tam infenso maleficiis Plotinum inuasit, vt magicis quibusdam machinamentis syderare illum contenderet. At postquam suos in seipsum conatus reflecti præsensit, contubernalibus inquit, Plotini animam tam ingentem habere potentiam, vt ictus directus in eum statim in*

E *maleficos retorqueretur. Iam verò Plotinus cùm primùm maleficia Olympius ille machinaretur, animaduertit, aitque suis: Nunc Olympio corpus marsupiorum more contrahitur, membráque inter se corporis omnia conteruntur. Quamobrem postquam Olympius sæpe suo discrimine esset expertus, se ictus suos, Plotino in eum repellente, recipere, tandem à maleficio destitit. Et profectò Plotinus ipsa quoque natura ab initio maius aliquid præter cæteros possidebat. Aegyptius enim quidam Sacerdos Romam profectus, pérque amicum quendam Plotino subitò notus, cùm exoptaret suam Romæ sapientiam ostentare, suasit Plotino vt secum accederet familiarem sibi Dæmonem, eo aduocante protinus inspecturus. cui facilè Plotinus est obsequutus. facta verò est in æde Isidis Dæmonis inuocatio: solum namque hunc locum Romæ purum ait Aegyptium inuenisse. Sed cùm in aspectum ipse Dæmon accerseretur, pro Dæmone Deus accessit, qui sanè non esset in genere Dæmonum. Sic ergo repentè Aegyptius exclamauit: Beatus es, ó Plotine, qui habeas pro Dæmone Deum: neque ex inferiori genere sit ducem sortitus familiarem. Narrabat verò non licuisse tunc quicquam interrogare, neque diutius videre præsentem. Cùm igitur ex diuinorum ordine Dæmonum fa-*

miliarem ſibi Plotinus haberet, meritò & ipſe ſemper diuinum ſuæ mentis oculum ad illum ſublimiùs erigebat. Quam etiam ob cauſam de ſuo cuiuſque familiari Dæmone librum deinde compoſuit: vbi ſanè conatur cauſas de familiarium numinum differentia diligenter afferre. Præterea cùm Amelius ſacrorum obſeruator eſſet, atque per Calendas ſacra faceret, & quandoque Plotinum rogaret illuc ſecum accedere: illos, inquit Plotinus, decet ad me, non me ad illos accedere. Qua verò mente tam excelſa de ſe loqueretur, neque intelligere ipſi potuimus, neque auſi ſumus interrogare. Erat in cognoſcendis moribus ſagaciſsimus. Itaque cùm mulieri nomine Chione penes ipſum vnà cum filiis habitanti, caſtámque agenti viduitatem pretioſum monile furto ſubreptum fuiſſet, omnéſque ſerui, atque domeſtici in Plotini conſpectum accerſiti veniſſent, ſingulos Plotinus intuitus ſelegit quendam, atque: Hic monile ſubripuit. Verberatus ille diu quidem negat, ſed denique confitetur, furtúmque reſtituit. Similiter quales ſinguli apud illum verſati pueri futuri eſſent, mirificè prædicebat. Velut de Polemone prædixit: Ad amorem hic procliuior erit, nec ad ætatem maturam perueniet, atque ita contigit. Ego quandoque meipſum interimere cogitabam: quod mirabiliter ille perſenſit, mihíq; domi deambulanti protinus adſtitit, atque, ſtudium nunc iſtud, ô Porphyri, tuum non ſanæ mentis eſt, ſed animi potiùs atra bile furentis. Itaque Roma abire me iuſsit. φιλοθύτου ἢ γεγονότος τοῦ ἀμελίου, καὶ τὰ ἱερὰ κατὰ νεμηνίαν καὶ τὰς ἑορτὰς περιϊόντος, καὶ ποτὲ ἀξιοῦντος τὸν πλωτῖνον σὺν αὐτῷ παραλαβεῖν. ἔφη, ἐκείνους δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι, οὐκ ἐμὲ πρὸς ἐκείνους, &c. *Cùm Amelius ſacrificiis addictiſsimus eſſet, & Calendis menſium ſacra obiret, feſtóſque dies ageret, rogauit Plotinum vt ſecum veniret, reſpondit ille; debent iſti Dij ad me venire, non ego ad eos.* Phorius in Bibliotheca pag. 40. meminit Boſcolobræ Magi, & Paulini γοήτος. Vide apud Palladium in Hiſtoria Lauſiaca de κηποταφίῳ, ſeu horto ſepulcrali Iannis, & Iambræ Magorum Pharaonis, vbi Macarius Alexandrinus reperit κάδον χαλκοῦν ἁλύσει σιδηρᾷ κρεμάμενον κατὰ τοῦ φρέατος, *cadum æreum ſuſpenſum catena ferrea ad puteum*, qui locus Dæmonibus obſeſſus.

CAP. II.

De Magis, & Chaldæis.

QVANDOQVIDEM à Magis, & Chaldæis diuinatio fallax vel reperta, vel omniũ ſtudioſiſſimè vſurpata, & exculta eſt, non abs re fututum videtur, ſi de Magis, & Chaldæis pauca præmittam. Nulla gens adeò inculta, & barbara fuit, vbi viri præſtantibus ingeniis non reperti ſint, qui res in natura abditas ſeriò inquirerent. In India fuere Hylobij, Semai, & Brachmanæ; in Babylonus Chaldæi, & Gazareni; in Perſis Magi; in Gallis Druidæ, & paſſim alij, de quibus Epiph. lib. 3. hæreſ. ἄλλαι ἢ ὅσαι κατὰ τὴν βάρβαρον, καὶ ἑλλάδα ἑβδομήκοντα δύο μὲν ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ἐντὸς τῶν ἰνδῶν ἐμφέρονται φρατρίαι, τῶν τε βραχμάνων ἐπαινετῶν τούτων μόνων, τῶν τε ψευδοβραχμάνων. *Septuaginta aliæ in ſuaues philoſophiæ ſectæ in Barbaria, & Græcia circumferuntur, cùm alij apud Indos Gymnoſophiſtæ ſint, alij Brachmanes, quorum ſcientia laudabilis eſt, alij Pſeudobrachmanes, quidam cadauerum voratores, nonnulli obſcæni, & opici oris, quidam ex numero eorum qui ad omnem duritie ſenſum obſurduerunt,* ἀπηλγημένων. *In Media ſex aliæ numerantur ſectæ à ſe inuicem diſsidentes. Quot verò ſint in Perſis, aut in Parthia, aut in Elamitide, aut in Caſpiis, aut in Germanis, quot in Dacis* (lego δαοῖς, non δαύνοις) *aut apud Sichos,* (lego Zigos ex Strabone, & Plinio, qui iuxta Enichos in Scythia ponuntur) *& Amazones, Lazos, Iberos, Boſphorenos, numero definiri non poteſt.* Clemens lib. 1. Stromat. in India publicè philoſophatos eſſe ait Brachmanes, in Scythia Odryſas, & Getas, in aliis gentibus Ægyptios, Chaldæos, Arabes Felices. Iudæi ſunt nepotes Philoſophorum Indiæ, ait Clearchus Solenſis, qui ſcribit Philoſophos in India vocari Calanos, in Syria Iudæos, nomine ducto à loco. Lege Strabonem libro 15. Apud Gallos non tantùm Druidæ fuere, verùm & Bardi, Vates, Eubages; apud Strabonem lib. 16. de Semnotheis agit Stephanus in Δρυΐδαι. Iudæos à Philoſophis Indis ortos putat Clearchus Solenſis, κἀκεῖνος τοίνυν τὸ μὲν γένος ἦν ἰουδαῖος ἐκ τῆς κοίλης συρίας, παρὰ πέρσαις μαγουσαῖοι καλούμενοι. Id eſt, *fuere Perſas Maguſæi, qui idola abominantur, & idolis ſeruiunt, igni, Lunæ, & Soli.* Suidas in Chaldæis ἀστραμψύχους ponit, quos Diogenes ἀστραψύχους. Plin. cap. 2. lib. 7. Diogen. Laërt. proœmio libri primi, Gymnoſophiſtæ Solem intuentur, ferueutibus arenis alternis pedibus conſiſtunt. Clemens lib. 1. Stromat. δημοσίᾳ ἐφιλοσόφησαν βραχμᾶνές τε σύμπαντες, καὶ ὀδρῦσαι καὶ γέται, καὶ αἰγύπτιοι, χαλδαῖοί τε, καὶ ἀράβιοι οἱ εὐδαίμονες. Clearchus Solenſis apud Ioſephum ἰουδαῖοι εἰσὶν ἀπόγονοι τῶν ἐν ἰνδοῖς φιλοσόφων, καλοῦνται δὲ, ὥς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν ἰνδοῖς καλανοὶ, παρὰ δὲ σύροις ἰουδαῖοι, τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τόπου. Cyril. lib. 4. in Iulian. Pythagoras venit ad Zoram (lego Zaram) Aſſyrium. Is

autem

A autem est Zarades, seu Zoroaster apud Agathiam, non ille antiquus, sed qui vixit ætate Hystaspis. Suidas in Antisthene; οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα, πρῶτον μαγικόν. ὑφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου εὑρόντος τὴν σοφίαν. τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι ἀνατιθέασι. *Antisthenes scripsit tomos decem, primum magicum. Agit autem de Zoroastre quodam Mago, qui sapientiam reperit.* Cyrillus ibidem; Philosophati sunt apud Ægyptios Prophetæ, apud Assyrios Chaldæi, apud Galatas Druidæ, in Bactris Persicis Samanæi, in Persis Magi, in Indis Gymnosophistæ, in Scythis Anacharsis, in Thracibus Zamolxis; Hyperborei carnibus assis abstinuerunt, & solis arborum fructibus victitarunt. Clemens Alexand. lib. 1. Strom. Samanæos in Gallia ponit, vt in Ægypto Arpedonaptas, & Propheras. Γαλατῶν οἱ σαμαναῖοι, ἰνδῶν οἱ γυμνοσοφισταί, τῶν οἱ μὲν σαρμάναι, οἱ δὲ βραχμᾶναι, καὶ τῶν σαρμάνων ὑλόβιοι, οἳ ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσι. *Gallorum Samanæi, Indorũ Gymnosophistæ, quorũ alij Sarmanæ, alij Brachmanæ, & è Sarma-*

B *nis Hylobij, qui aquam manibus potant.* In Phrygia Idæi Dactili, vnde Dactyli in poësi. Lucian. in Longæuis, οἱ καλούμενοι μάγοι γένος τοῦτο μαντικόν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρὰ πέρσαις, καὶ πάρθοις, καὶ βακτρίοις, καὶ χωρασμίοις, καὶ ἀρείοις, καὶ σάκαις, καὶ μήδοις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις. *Magi gens diuinatrix, & Deo sacra in Persis, Parthis, Bactris, Chorasmiis, Areis, Sacis, Medis, & pluribus barbaris.* Clemens Alexand. l. 3. Strom. οἱ καλούμενοι δὲ σεμνοὶ τῶν ἰνδῶν γυμνοὶ διαιτῶνται τὸν πάντα βίον. *Semni Indi nudo corpore ætatem degunt.*

Sed vt de Magis propriè agamus, Magi à Magog filio Iapeti appellati sunt, quanquam eos qui Scythæ dicuntur, à Græcis Magogas appellatos esse vult Iosephus lib. 1. cap. 7. origin. ὁ μαγώγης υἱὸς τοῦ ἰαφὲθ σὺν ὑπ' αὐτοῦ μαγωγὰς ὀνομασθέντας ᾤκησε, σκύθας δὲ ὑφ' ἑλλήνων προσαγορευομένους. A quo facit Cedrenus, qui Persas omnes, apud quos Magi fuere, ab indigenis

C Magogas dici prodit: μάγους λέγονται οἱ πέρσαι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀστρολόγοι, καὶ μαγεία ἀπὸ τῶν μαγουσαίων, ἤτοι περσῶν ἤρξατο. *Astrologia, & magia à Magusæis, seu Persis cœpit.* Epiphan. lib. 3. hæres. Magos Christi cultores è Magodia regione profectos ait. Alij sunt Chaldæi & Babylonij. Strabo lib. 5. Sapientes Chaldæi & Babylonij contrariam inter se doctrinam habent. Lucret.

> *Vt Babylonica Chaldæum doctrina refutans*
> *Astrologorum artem contrà conuincere tendit.*

Magia autem ipsa quam profitentur Magi, sapientiam significat. Philo Iudæ. lib. de special. legibus. τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανοτέραις φαντασίαις αὐγάζεται σεμνήν, καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι, οὐκ ἰδιῶται, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, καὶ βασιλέων οἱ μέγιστοι, καὶ μάλιστα οἱ περσῶν διαπονοῦσιν. οὕτως ὥστε οὐδένα φασὶν ἐπὶ βασιλείαν παραληφθῆναι δύναμιν παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ πρότερον τοῦ μάγων γένους κεκοινωνηκὼς τυγχάνοι. *Veram, ait, magicam artem esse, quæ vim ha-*

D *beat perspiciendi, & quæ naturæ opera visis intueatur apertioribus, cùm sit ampla quædam, & quæ studiosè conquiritur scientia, quámque non plebeij modo, sed etiam Reges, & Regum maximi, & maximè Persarum sic exercent, vt nemo in Regem eligatur, nisi qui priùs Magorum consuetudine sit vsus.* Fuit igitur Magorum appellatio honorifica, vsque adeò vt Darius Hystaspis filius inter cæteros titulos hunc in monumento inciderit, se magicæ scientiæ doctorem fuisse. Philostr. lib. 1. σοφίαν, ἥπερ ἐστὶ πέρσαις ἐπιχώριος μελετωμένη μάγοις ἀνδράσι. *Magicam sapientiam, quæ Persis est gentilis exculta à Magorum gente. In Persis qui Deorum cultum norunt Magi dicuntur. Quod genus adeò magnum, & venerabile est apud Persas, &c.* Sacerdotes Ægyptiorum, & Chaldęos, & Magos aliis sapientia præcellẽtes principatus, & honores apud maiores nostros cõsequutos ait Porphyrius l. περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς. ἐν πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ λέγονται μάγοι. οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ πέρσαις νενόμισται, ὥστε καὶ δαρεῖον τὸν ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ

E μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος (lege μάγων.) Strabo lib. 1. τοὺς δ' ἱερέας τῶν αἰγυπτίων, καὶ χαλδαίους, καὶ μάγους σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας, καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν. Apuleius Apol. 1. Persarum lingua Magus est qui nostra lingua Sacerdos. callere leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum, est Magum esse. Magi etiam Regibus à consiliis fuere, ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι, καὶ τοὺς θεοὺς εἴδεσαν ὡς δεῖ θεραπεύειν, ait Dio Chrysost. orat. 49. *quia naturæ periti erant, & Deorum cultum nouerant. Vsque adeò vt illis Cambyses in Aegyptum expeditionem mouens, quod muneris erat Regij, aulámque ipsam commiserit. Vnde ansa data Magis eo mortuo Imperij inuadendi.* Idem orat. de fide τὰ περσῶν βασίλεια accepisse ait, id est, *ad Persarum Regnum eos euectos.* Manasses in Polit. vocat eos βασιλειῶν φύλακας, *Regnorum custodes.* In Persis, ait Cic. lib. 1. de Diuinat. augurantur, & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi, quod etiam idem vos augures quondam nonis facere solebatis; nec quisquam Rex Persarum potest esse, qui non antè Magorum discipli-

 nam

nam, scientiamque perceperit. Plin. lib. 30. cap. 1. in Oriente ait magiam regum regibus imperare. Tertul. lib. 3. in Martionem. Nam & Magos Reges habuit Oriens. Cùm autem ea scientia nobilis fuerit, in quæstionem eius origo ac controuersiam vocatur. Nonnulli volunt Magos à Nino, alij à Perseo, quidam à Zoroastre institutos. Plin. lib. 6. cap. 26. Belum syderalis scientiæ inuentorem facit; Cedrenus à Perseo, sicuti suprà monuimus; Laertius à Zoroastre lib. 1. initio. Post Zoroastrem, inquit, ἐν πέρσαις μάγους γεγονέναι πολλοὺς κατὰ διαδοχὴν, ὀστάνας, καὶ ἀστραψύχους, καὶ γωβρύας, καὶ παζάτας. πῦρ, γῆν, καὶ ὕδωρ, θεοὺς ἡγεῖσθαι: id est, *in Persis Magos extitisse plures perpetua quadam successionis serie, Ostanas, Astrapsychos, Gobryas, & Pazatas. Ignem, terram, & aquam Deos ponunt.* Quo loco aduertis, *Gobryam*, nomen fuisse Magorum ordinis ac disciplinæ. Ostanæ fortè dicti sunt ab eo qui Xerxem Regem in Græciam comitatus est, & primus de Magis commentatus est, Græcósque ad studium huius scientiæ egit. Plin. lib. 30. cap. 1. Non leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Ostanes. Mihi quidem Magi Perseo, Zoroastre, ipsóque adeò Nino antiquiores videntur, maximè cùm Ninus morem à patribus traditum neglexisse dicatur, qui virga Deum tangens, ignem sacrum apud Magos non excitauerit, ait Athen. lib. 12. Dio Chrysost. in orat. Borist. Magos à Zoroastre ortos ait, qui amore iustitiæ captus, cùm secessisset in montem, & Diis familiariùs vsus esset, æterno igne cœlitus delapso coruscum ac collucentem ex eo tempore se præbuit, non passim quidem omnibus, sed iis qui bene ad vera inruenda nati erant, & ad Deum cognoscendum apti, οὓς πέρσαι μάγους ἐκάλεσαν ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον: *quos Persæ Magos vocarunt, cultus Dei apprime gnaros.* Xenoph. lib. 8. Cyripæd. à Cyro Magos institutos esse vult, qui simul ac dies illucesceret, Deos hymnis celebrarent, rebúsque diuinis operarentur. καὶ τότε πρῶτον κατεστάθησαν οἱ μάγοι ὑμνεῖν ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ σὺν θεοὺς, καὶ θύειν ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν οἷς οἱ μάγοι θεοῖς εἴποιεν. Georg. Monachus à Nembrotho venatore illo strenuo Magorum originem trahit, qui primus venationis & magicarum artium doctor fuit, quas & Persis tradidit vnà cum Astrorum ac syderum notatione, & in periclitandis pueris quicunque nati essent, ac cœli motibus, plurimum operę posuit. Ab hoc capite Græci eius studij principia arcessunt. nam à Magusæis & Persis Astrologia, magiáque sumpsit initium, qui Gigantem illum sectæ suæ principem inter Deos relatum, & inter sydera locatum Orionem vocant. Iam Græco homini Græca non absurdè loquenti, & non à se, sed ab erudito aliquo Patre ista promenti fac audientiam. Νεμβρὼτ ὁ κτίσας τὴν Βαβυλῶνα πόλιν πρῶτος καταδείξας τὴν κυνηγίαν, καὶ μαγίαν περσῶν ἐπιστώσατο, διδάξας αὐτοὺς ἀστρονομίαν καὶ ἀστρολογίαν, τῇ οὐρανίᾳ κινήσει τὰ περὶ τῶν τικτομένους πάντα δῆθεν σημαίνων, ἀφ᾽ ὧν ἕλληνες τὴν γενεθλιαλογίαν μαθόντες ἤρξαντο τῶν γινομένους ὑπὸ τὴν τῶν ἄστρων κίνησιν ἀναφέρειν. ἡ κοινὴ ἀστρονομία τε καὶ μαγία ἀπὸ μαγουσαίων, ἤτοι περσῶν ἤρξατο. οἱ γὰρ πέρσαι μάγοι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων προσαγορεύονται, οἵ γε τὸν νεμβρὼτ λέγοντες ἀποθεωθέντα, καὶ γενόμενον ἐν ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ καλοῦσι ὠρίωνα. Magiam certè machagistiam esse verbo mystico Plato docet, diuinorum incorruptissimum cultum, cui scientiæ priscis sæculis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres, deinde Hystaspes prudentissimus Darij pater, qui cùm superioris Indiæ arcana penitus inspexisset, ad nemorosam quandam venit solitudinem, cuius orio, silentióque Brachmanorum ingenia studiosa perfruuntur, eorúmque hortatu puros sacrorum ritus syderúmque & motuum cæli numeros Magorum statutis immiscuit, quæ illi accepta serie quadam in posteros cum diuinationis scientia transfundunt. Per initia Magorũ numerus ad paucos contractus erat, eorúmque ministeriis Persarũ Principes in sacris procurandis vtebantur, erárque piaculum aras adire, vel hostiam contrectare, antequam Magus conceptis precationibus libamenta defunderet, quæ sacrificio viam præirent. Demum adeò sunt aucti, vt gentem amplam effecerint, villásque inhabitantes nulla murorum corona munitas, & legibus suis vti permissi religionis aspectu sint honorati, vt indicat Ammianus l. 23. Magi herbis vtebantur & lapillis ad mira quædam opera patranda, vt alibi docuimus. Plin. l. 37. c. 10. ait Arizoën lapillum fuisse necessarium Magis Regem constituentibus. Eundem consule de Latace, & Heliante. Magos adhuc à Zoroastre & Hystaspe excultos ostendimus, à Nino, vel Nembroto Gigante profectos, quos propriè putarim Gazarenos dici, Magorúmque, & Chaldæorum doctores. Ita enim censet Epiph. l. 3. contra hæres. p. 460. Μυστηρίων ἀρχηγοὶ παρὰ πέρσαις μαγουσαῖοι, παρὰ δὲ αἰγυπτίοις οἱ προφῆται καλούμενοι τῶν ἀδύτων καὶ τῶν ἱερῶν ἀρχηγοὶ, καὶ μάγων βαβυλώνιοι, ὧν τε οἱ καλούμενοι γαζαρηνοὶ σόφοι καὶ ἐπαοιδοὶ, ἰνδῶν δὲ οἱ ἐνιλεοι; Id est, *Magusæi mysteriorum duces ac principes apud Persas fuere, apud Aegyptios ij qui Prophetæ dicti sunt, sacrorum & adytorum antistites, Magis Babilonij, è quibus religionum interpretes Gazareni sapientes, & impreca*

imprecationum artifices, apud Indos qui dicuntur Enilei. fortè legendum, ὑλόβιοι, aut ἐνύλιοι, quasi *in syluis agentes.* Hieronym. locum erudiens Isa. c 47 *sta cum incantatoribus*, quem lxx. Interpretes verterunt, σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι, Chaldæos, augures, incantatores, hariolos, & Gazarenorum studium significari ait. Idem ad cap. 2. Daniel. Chaldæi propriè Genethliaci sunt & Mathematici. Magi qui de singulis philosophantur, ἐπαοιδοὶ, & incantatores qui verbis rem peragunt. Malefici qui sæpe vtuntur sanguine & victimis. Nazianzen. in sancta lumina, discrimen hoc statuit inter Magos, & Chaldæos, quod illi extispices essent, & è iecoris cæso futura præsentirent, hi cœlum numeris, & motibus persequerentur. vbi Nicetas Magos genere, Medos esse contendit Certè Magos & in Perside, & in Media fuisse non dubito, sed vtrobique ex eadem disciplina Quanquam audio Magos scientiam suam occultam habuisse, nec vllum artibus suis imbuisse, qui Persis parentibus ortus non esset, nisi fortè Rex nominatim id præciperet. Philost. in Protag. οὐ γὰρ παιδεύουσι τῶν μὴ περσῶν οἱ πέρσαι μάγοι, ἣν μὴ ὁ βασιλεὺς ἐφῇ. quare etiam Persæ omnes μάγοι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων προσαγορεύονται, ait Georg. Monach. id est, *à finitimis nationibus Persæ omnes Magi vocantur.* Magorum id propriè muneris fuit, vt Regibus ac populo præirent quibusnam Diis, quoquo modo procuratio fieret. Xenoph. l. 8. σφαγιάζοντες οἷς ἐξηγήσαιντο οἱ μάγοι. Strabo l. 15. Indorum ait Philosophos ὑφηγεῖσθαι βασιλεῦσι τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, ὡς τοὺς μάγους τοῖς πέρσαις: *Regibus præscribere cultum Deorum, vt Magos Persis.* Zozimus l. 2. c. 8. Magos τὴν περσῶν θρησκείαν ὥσπερ τι φῦλον καὶ ἱερατικὸν (deleo καὶ) κατὰ διαδοχὴν γένους ἀρχῆθεν ἐπιτετράφθαι: id est, *Magos vt genus sacerdotale per successionem ab initio ritus sacrorum procurare ostendit.* Septuaginta Interpretes Magos ante Persarum Imperium Babylone ponunt. Dan. 3. Nabuchodonosor ait, καλέσατε τοὺς ἐπαοιδοὺς, καὶ τοὺς μάγους, καὶ τοὺς φαρμακοὺς, καὶ τοὺς χαλδαίους, in quorum numero ponitur Daniel, qui disciplinis eorum institutus erat. Q. Curtius lib. 7. Magos Babylone constituit, eos tamen à Chaldæis, & Babyloniis distinguit: ait enim, Magi deinde suo more patrium carmen canentes obuiam Alexandro processerunt. Magorum autem tria genera ponuntur ab Hieron. lib. 2. in Iouin. Eubulus narrat apud Persas tria esse genera Magorum, quorum primos, qui sint doctissimi, & eloquentissimi, excepta farina & olere nihil amplius sumere. Clem. Alexand. l. 3. Stromat. ἀμέλει διαφερόντως ἐπὶ καὶ τοῖς μάγοις οἴνου τε ὁμοῦ καὶ ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι, *videlicet Magi in id studium diligenter incumbunt, vt vino abstineant, & rebus animatis, & Venere.* Certè Magorum sapientissimi neque cibum petunt è rebus animatis, neque bruta animantia vita spoliant. Alij domesticis & cicuribus animantibus parcunt, cæteris vtuntur. Tertij paulo licentiùs in esu carnium versantur, à quibusdam tamen sibi temperant. In ea enim priores illi opinione sunt, animas è corporibus in corpora migrare. Sed vaticinari nos putes, nisi assertorem fide dignum præbeamus. Porphyrium audi lib. 5. περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς. διῄρηνται δὲ οὗτοι εἰς γένη τρία, ὧν οἱ πρῶτοι καὶ λογιώτατοι οὔτ' ἐσθίουσιν ἔμψυχον, οὔτε φονεύουσιν, ἐμμένουσι δὲ τῇ παλαιᾷ τῶν ζώων ἀποχῇ. οἱ δὲ δεύτεροι χρῶνται μὲν, οὐ μήν τι τῶν ἡμέρων ζώων τι κτείνουσι, οὐδὲ οἱ τρίτοι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐφάπτονται πάντων. καὶ γὰρ δόγμα πάντων ἐστὶ τῶν πρώτων τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι. Non video qui tueri se possit Porphyrius, cùm Herodot. lib. 1. de Magis longè aliter sentiat. ἱρέες ἐν αἰγύπτῳ ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. οἱ δὲ δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα πλὴν κυνὸς καὶ ἀνθρώπου κτείνουσι. καὶ ἀγώνισμα τοῦτο μέγα ποιοῦνται κτείνοντες ὁμοίως μύρμηκάς τε καὶ ὄφεις, καὶ τ' ἄλλα ἑρπετὰ καὶ πετεινά: id est, *sacrificuli in Aegypto animatum nihil occidunt, nisi in sacrificiis, in eoque puri sunt. Magi autem manu sua omnia, demptis cane & homine, occidunt. Imò palmarium hoc ducunt, si formicas serpentésque, aliáque reptilia & volucria necauerint.* Albis vestibus amicti procedunt, culcitam è frondibus vilem ac humilem pro lecto habent, olus in cibum sumunt, Laërtio teste lib. 1. proœm. τούτων ἐσθὴς μὲν λευκὴ, στιβὰς δὲ γῆ, καὶ λάχανον τροφή. addit Laërtius tritico & pane vili eos vsos. Pro baculo calamum habent, quo ferientes caseum, occidere se eum dicebant, & comedebant. maleficas artes quæ γοητικῇ μαγείᾳ tribuuntur non nouerant. Ideò Strab. lib. 15. vocat eos σεμνοῦ τινὸς βίου ζηλωτὰς: id est, *vitæ cuiusdam venerabilis & sanctæ sectatores:* & Lucian. ἐν μακροβίοις ait eos longæuos fuisse ob sobrietatem. In eo tractu quem Magi tenebant tres fuere montes in patenti camporum æquore. Qui ea loca peragrabant, cùm ad primum montem venissent, voces audiebant confusas, veluti exercitus militarem clamorem tollentis, ad medium cùm propiùs accessissent, clamore vehementiori feriebantur aures. In tertio monte veluti victoriæ Pæana canentium voces hilares erant, quibus imaginibus ac ludibriis Dæmones ad Magorum famam augendam imperitis illudebant. Hoc è Clement. 6. Stromat. didicimus, si enim ille: ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις τόποις κατὰ τὴν τῶν μάγων χώραν τρία κεῖσθαι ὄρη ἐφεξῆς ἐν πεδίῳ μακρῷ. τοὺς δὲ διοδεύοντας τὸν τόπον κατὰ μὲν τὸ πρῶτον γινομένους ὄρος φωνῆς ἐξακούειν συγκλύδου, οἷον

βοσκημάτων οὐκ ὀλίγων τινῶν μυριάδων, καθάπερ ἐν παραδείγματι. κατὰ μέσον δ᾽ ἥκοντας ἤδη πλείονας ὁμοῦ καὶ ἐναργεστέρως ἀντιλαμβάνεσθαι θορύβου· ἐπὶ τέλει δὲ παιανιζόντων ἀκούειν ὡς νενικηκότων. Vnus ex tribus illis montibus dictus est Coronus. Ammian. l. 23. Magorum agri fertiles propter Coronum montem siti erant, non procul ab iis pascuis vbi Nisæi equi pascebantur.

Expositum à nobis est vnde Magi nomen inuenerint, à quibus institutum eorum professum sit, nomen illis à sapientia factum, eorum tria genera poni, locum etiam vbi siti sint attigimus; proximum est, vt eorum partes & munera quæ fuerint, inspiciamus. Non Chaldæi modò, sed etiam Magi syderum cursus obseruasse dicuntur, & Astrologiæ studium esse professi. Vnde Tertul. lib. de Idololatr. cap. 6. Magos asserit qui ad Christum venerunt, fuisse Astrologos. Porphyrius eos *περὶ τὸ θεῖον σοφοὺς*, id est, *cognitione Dei imbutos, & cultus diuini peritos* vocat lib. *περὶ τῶν ἐμψύχ.* Plato in Alcib. 1. *μαγείαν* ait esse *θεῶν θεραπείαν*, *Deorum cultum*. Basilius earum rerum quæ naturæ obscuritate continentur Magos peritos, & arduarum cælestiúmque causarum intelligentes esse ait. Magicas tamen eorum captiones perstringit in orat. *εἰς Χριστοῦ γέννησιν. ἔθνος περσικὸν οἱ μάγοι μαγγανείαις, καὶ ἐπαοιδαῖς, καὶ φυσικαῖς ἀντιπαθείαις προσέχοντες, περὶ τὴν τήρησιν τῶν μετεώρων ἐσχοληκότες. Magi gens Persica dediti veneficiis, imposturis, incantationibus & naturalibus antipathiis, studium ponunt in meteoris ac rebus cælestibus obseruandis.* Gymnosophistæ à Magis orti sunt, ait Laërt. qui & Ægyptiis sunt antiquiores. Chrysost. homil. 2. in Matth. ait, Magos Persas non maleficos, sed sapientes intelligi. Cum quo sentit Marcel. lib. 23. qui Darij patrem Hystaspen puros sacrorum ritus, syderúmque & motuum cæli numeros Magorum studiis immiscuisse ait, quæ illi accepta in posteros cum diuinationis arte transfuderint. Strabo lib. 16. In pretio erant apud Persas Magi, *καὶ νεκυομάντεις, καὶ λεκανομάντεις*, *Necromantici, & qui ex pelui diuinant.* Magi etiam prodigia interpretabantur apud Persas, vt Hetrusci apud Romanos; Val. Max. lib. 1. cap. 6. Cùm enim Xerxi de Lacedæmone inuadenda consilia agitanti vinum pateræ infusum iterum ac tertiò in sanguinem versum esset, Magi monuerunt, vt ab incœpto abstineret. Ælian. lib. 2. variar. hist. Magorum, inquit, in Persis sapientia tum alia viguit, quam ipsis scire fas est, tum etiam diuinandi arte nobilitata est. Cùm enim Artaxerxe mortuo Regnum Ochus capesceret, cuidam ex Eunuchis præceperunt, vt posita mensa diligenter aduerteret, quibus primùm cibis Rex manum admoueret. Ochus dextra cultrum arripuit, læua panem maximum carnibus impositum ferro diuisit, séque largiter inuitauit. Magi sub eo rerum omnium vbertatem, at non sine multo sanguine fore vaticinati sunt. *Ὦχος τὰς χεῖρας ἐκτείνας τῇ μὲν δεξιᾷ τῶν μαχαιρίων τῶν παρακειμένων ἓν ἔλαβε, τῇ δ᾽ ἑτέρᾳ τὸν μέγιστον τῶν ἄρτων προσειλκύσατο.* Agath. lib. 2. suis etiam temporibus Magorum consilio ac vaticiniis omnia publica negotia gesta, bene de Repub. meritis præmia decreta, nocentibus pœnas impositas ait, eósque cognitionibus Principum ac Magistratuum interfuisse, nec quicquam iustum habitum, quod non ex eorum consilio gestum esset. Cicero lib. 1. de Diuinitat. Nam cùm dormienti illi Sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuisse manibus, ei Magos dixisse, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi. Magos quoque ex notis corporis prædixisse Velleius lib. 2. docet, qui vultu Syllæ inspecto summum Imperium ei denuntiarint. Magi igitur diuinationibus operam dabant, stellas motibus ac numeris persequebantur, res in natura occultas aperire se per causas & principia putabant; præcipuum tamen eorum munus in rerum sacrarum procuratione fuit. Laërt. initio lib. 1. *τοὺς μάγους περὶ θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας, καὶ εὐχάς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους. ἀσκεῖν δὲ καὶ μαντικήν.* Id est, *Magi operam ponebant in cultu Deorum, & sacrificiis, & precibus ac votis, quasi soli ex omnibus à Diis exaudirentur. Diuinationes quoque factitabant, & ariolabantur. Erátque piaculum aras adire, vel hostiam contrectare, antequam Magus libasset, carménque occentasset.* Origen. in Celsum lib. 1. Quod autem de Ægyptiorum sapientibus, idem liceret etiam de Persis dicere, apud quos sunt mystica sacra, quæ certis rationibus curantur à Magis viris eruditione præcellentibus; à vulgo enim externa tantùm tractantur, nihil sollicito de alteriori cognitione eorum quæ per illa significantur. In suis illis arcanis sacris Dæmonum inuocatione vtuntur, in publico tamen, vt viribus suis ea præstare quæ mira patrant, existimentur, Deorum numen contemptui habent. Philost. de Protag. *μάγοι ἐπιθειάζουσι μὲν οἷς ἀφανῶς δρῶσι, τὴν δὲ ἐκ φανεροῦ δόξαν τοῦ θείου καταλύουσι, οὐ βουλόμενοι δοκεῖν παρ᾽ αὐτοῦ δύνασθαι.* Comperio eos nefariis ritibus, & hominum immolatione vsos esse, quod ex Socrate suprà docuimus in *μιθρείῳ*. Videtur indicare vetus Poëta, qui *νεκυομαντείαν* à Mago factam insectatur.

Fata

A *Fata per humanas solitus prænoscere fibras*
Impius infanda religione Sapor,
Pectoris ingenui salientia viscera flammis
Imposuit, magico carmine rupit humum.
Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis.

Eorum id etiam muneris fuit, vt prædæ & manubiarum ex hostibus partem aliquam Diis exciperent. Xenoph. lib. 4. καὶ ὑμεῖς διέλετε τὰ κοινά. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖτε ὅτι οἱ μάγοι ἐξηγῶνται, id est, *& vos diuidite communia. Primùm igitur excipietis Diis in partem quicquid Magis visum erit.* In sacrificiis, & cùm ignis sacer in prælium ferretur, aut si publici aliquid muneris sacri obeundum esset, si Regibus obuiam eundum, manè item ad exortum Solis, carmen quoddam suum accinebant, qualia videntur fuisse Saliorum examenta Romæ. Il-

B la est theogonia, quam Herodor. lib. 1. Magos cecinisse ait, cùm profectæ carnes disponerentur. Illud carmen est patrium, quod cecinerunt, cùm ignis sacer altaribus argenteis præferretur eo prælio quo Darius ab Alexandro victus est, ait Curtius, quod more suo canentes obuiam Alexandro Babylone processerunt, ait idem author lib. 7. quo Solem, aliósque Deos manè salutabant. Xenoph. lib. 8. Cyropæd. ὑμνεῖν ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς θεούς. Strabo & Herodor. ἐπαοιδὰς, & ἐπῳδὰς vocant excantationes. Chrysost. homil. 2. in cap. 1 Matt. Magos dici vult indigenarum lingua, qui voce tacita apud se Dei laudes canerent. Pausan. in Eliacis indicat, Magos interdum carmina sua ex libro recitasse, quod Romæ fieri solitum in sacrificiis docet Plinius l. 28. Iidem cum matribus consuescebant, vt Catullus docet hoc epigrammate.

Nascatur Magus ex Gelli matrísque nefando
C *Coniugio, & discat Persicum aruspicium.*
Natus vt accepto veneretur carmine Diuos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

Laërtius lib. 1. initio, ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι: *fas esse putant cum matre aut filia misceri.* Omentum illud est quod ἐπίπλοον à Strabone vocari diximus. Eust. in 1. Iliad. τῶν γὰρ ἱερείων οἱ μάγοι τὰ κρέα ἐλόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπένεμον. τοῦ δὲ ἐπίπλου μικρόν τι ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπιτιθέασι, id est, *victimarum carnes prosecantes Magi Diis nihil distribuunt. Omenti autem portiunculam in ignem imponunt.* Credebant enim Deos solam hostiæ animā velle. Iidē hominū animas in varia corpora cōmigrare putabant, & metempsychosin admittebant, quam significasse videntur in Mithræ cerimoniis. Vt enim cognationem quæ nobis est cum animantibus aliis indicarent, mystas

D omnes sacrorū participes vocabant leones, fœminas hyenas, ministros coruos, vt alibi ostendimus. Porphy. τὴν μετεμψύχωσιν ἐν τοῖς τοῦ Μίθρου μυστηρίοις ὁμολογοῦσι. τὴν γὰρ κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῷα αἰνιττόμενοι, διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασι, ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας καλεῖν λέοντας, &c. Equidem facilè me adduci patior, vt Pythagoram credam à Magis eam corporū summutationē hausisse, vel ab Ægyptiis. Nec animi plane fallor, si fides Cyrillo l. 4. in Iulianum, qui Pythagoram venisse ad Zaram Assyrium ait, vnde arcana philosophiæ acceperit. Magi censuerunt, ait Laërtius lib. 1. proœm. homines ex mortuis aliquando suscitandos, vt sempiterno fruantur æuo, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους. Quod ab iis mutuatus est Pythagoras in carm. aur.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμ' ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Id est, *Si autem relicto corpore in purum æthera perueneris, eris immortalis Deus, non ampliùs morti*
E *obnoxius.* Iidem putarunt Deos genitos, ac creatos esse, ait Laërtius. Plinius lib. 30. cap. 1. Pythagoram prodit, Empedoclem, Democritum, Platonem ad magiam discendam nauigasse. Idem lib. 34. cap. 17 Democritum Magorum studiosissimum post Pythagoram vocat. Fuit & quoddam Magorum genus, qui Maurophori dicti, se præcipitabant è curribus, & in cælum euolaturos se sperabant, vt scribit Diaconus l. 21. 22. Sed quia nuper ex Tertulliano monuimus, Magos, qui Christum Dominum inter homines è Virgine natum agnouerunt, Astrologos fuisse, ampliùs de illis videamus. Nyssenus de sancta Christi natiuitate, Magos illos non à Perside, sed à Babylone profectos putat, & de genere Balaam fuisse, cum quo sentit & D. Hieronymus, & alij Patres plerique. Epiphanius lib. 3. hæres. Magos Christi cultores è Magodia regione profectos. Prudentius Persas Magos esse putat:

En Persici ex orbis sinu
Sol vnde sumit ianuam,

Cernunt

Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi. A

Chrysostomus in cap. 1. Matth. homil. 2. Gens quædam erat sita in ipso principio Orientis ad Oceanum, vbi scripta nonnulla à prisco illo Seth prodita seruabantur, quibus stella Christi index, & munera offerenda à Magis denunciata erant. Itaque ex iis studiosiores duodecim constituti sunt astrorum scientiæ periti, qui in obseruanda stella sedulò vigilarent: è quorum numero si quis obierat, alter in eius locum sufficiebatur. Dicebantur autem Magi lingua indigenarum, quia voce tacita & silenti apud se Dei laudes canerent. Hi quotannis exacta messe in montem arduum conscendebant, qui lingua vernacula mons victoriæ dicebatur, spelunca in saxo alta excisum, fontibus irriguum, arboribus consitum. Illis aquis purè loti Dei laudes canebant. In eo studio fuerunt ad illud tempus, quo stella Christi Domini index, infantis facie, Crucis speciem præferens illuxit, & voce B humana commonuit, vt Iudæam peterent. Hæc ille habet, è sermone, vt interpretor, & fama hominum vulgari. An autem Magi illi decimotertio post natum Dominum die munera obtulerint, an altero tantùm anno pòst, controuersum est. Epiphanius pag. 72. duos annos fluxisse vult. μετὰ γὰρ τὸ δύο ἐτῶν χρόνον, ὡς ἔδειξαν τῷ Ἡρώδῃ τὸν χρόνον τοῦ ἀστέρος ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλήμ: *post duos annos, vt ostenderunt Herodi tempus stellæ à duobus annis & infrà venientes in Hierusalem.* Idem censet Theodotus Episcopus Ancyræ in Ephes. Synod. pag. 187. ἐρχόμενοι δὲ μνήμης ἕνεκα τῶν ἐκεῖ γεγενημένων ἐνιαυτοῦ δευτέρου πληρωθέντος ἦλθον οἱ γονεῖς ἐκεῖσε ἀπὸ Ναζαρέθ. διὸ καὶ ἡ ἔλευσις τῶν μάγων τότε γεγένηται. οὐδὲ εὗρον τὴν Μαρίαν ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἀλλὰ ὡδήγει αὐτοὺς ὁ ἀστὴρ ἄχρι τοῦ τόπου οὗ ἦν ἐκεῖ τὸ παιδίον, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον. Id est, *Maria & Ioseph parentes Christi altero anno elapso recordationis causa eorum quæ ibi contigerant à Nazareth ad vrbem Bethlehem venerunt, ideóque & tunc Magi ab Oriente profecti eam vrbem aduenerunt. Neque Mariam in* C *specu ac præsepi reperunt, sed deduxit eos stella vsque ad locum vbi erat puer, & ingressi domum.* Alij putant eos duodecimo circiter die à Christo Domino nato Bethlehem venisse, quod à Mesopotamia, quæ magis ad Orientem pertinet, si Iudæam spectas, quàm Persis, duodecim diebus Hierusalem adiri posset.

CAP. III.

De Chaldæis.

DE Magis adhuc egimus, ad Chaldæos accedendum est. Chaldæi olim Arphaxadei dicti sunt, ab Arphaxad filio Sem, ait Iosephus lib. 1. cap. 7. A Chased quarto filio D Nachor illius, qui frater Abrahæ fuit, Chasdim primùm, deinde Chaldæi vocati sunt. Hieron. lib. quæst. in Genes. quod si verum est, ante Abrahæ ætatem nulla natio sectáque Chaldæorum fuit, certè nomen Chaldæum defuit. Strabo ἐκ χαλύβων χαλδαίους λεχθῆναι ait lib. 13. id est, *Chalybes Chaldæis nomen dedisse.* Quidam ab Ano & Belo, quos Abrahamo faciunt antiquiores, Chaldæos ductos volunt. sic enim sentit apud Cyrillum Iulianus. Isidorus lib. 9. etymol. ab Hieronymo facit, aitque olim Chasdaim dictos à Chased filio Nachor fratris Abrahæ. Chaldæi isti sæpe apud authores ob artes & scientiæ similitudinem pro Magis accipiuntur. Claudia lib. 1. in Stilicon.

—— Ritúque iuuencos
Chaldæo strauere Magi. —— E

Quo loco Magos Parthorum sacerdotes facit. Sidon. Car 2.

Hic Diuos testatus auos Chaldæus in extis
Pontificum de more senex arcana peregit
Murmura, gemmantem pateram Rex ipse retentans,
Fundit thuricremis carchesia cernuus aris.

Thure enim sacrificabant Persæ, vt Curtius ait l. 5. c. 5. Danieli Chaldæi dicuntur ἐπαοιδοὶ, sicut apud Strabonem, & Herodot. Magi sunt ἐπαοιδοὶ, quæ vox non semper in deterius sonat. δανιὴλ ὁ ἄρχων τῶν ἐπαοιδῶν. Iidem Gazareni vocantur, à quibus Magos ortos esse suprà docuimus. Nam & Chaldæi, sicuti Magi, coluerunt ignem. Vnde Abraham de Vr Chaldæorum à Deo ereptus est, quod cùm ignem adorare nollet, à Chaldæis in ignem iniectus sit, ait Hieron. lib. quæst. in Genes. In eo igne Aram frater Abraham periit, cùm Thare pater eius vnà cum filiis in ignem missus esset, vt prodit Hieronymus ibidem. Abrahamum

A mum enim Chaldæum fuiſſe, & aſtrorum peritum, Deique cognitionem ex ea ſcientia hauſiſſe monet Gregor. Nyſſen. in Gregorio Thaumaturgo, & in orat. de Baſilio. Imò verò Chaldæos ipſos veri ac vnius Dei cognitione imbutos fuiſſe auguror ex eo oraculo Apollinis quod legitur apud Suidam, & Cyril. lib. 4. in Iulian.

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, οἱ δ' ἑβραῖοι.

Id eſt, *ſoli Chaldæi cum Hebræis ſapientiam ſortiti ſunt*, αὐτογένητον & æternum Regem Deorum colentes. Certè ritus ille quo Deus inter medias victimæ partes tranſiit, cum Abrahamo fœdus feriens, à Chaldæis eſt, qui iuſiurandum illa tranſitione per medias hoſtiæ ſectiones ſanciebant. Cyrillus in Iulian. interpretatur id, ignem diuidere. Aliud eſt, τὸ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν, apud Sophocl. in Antigo. *incedere per ignes, & Deos teſtari.* Ex hoc Chaldæorum genere Balaam fuit, de quo Chryſoſt. homil. 2. in cap. 1. Mat. Cæterum duo
B Chaldæorum genera fuere, vt Strabo lib. 15. Orcheni, & Borſippeni. lib. 16. Βορσίππων ἱερὰν πόλιν τῆς ἀρτέμιδος, *ſacram vrbem Dianæ* vocat Ioſephus lib. 1. origin. & Euſeb. lib. 10. Præparat. Euang. monent, Nabonidem poſtremum Babyloniæ Regem, quem Cyrus Regno & vita expulit, συγκλεισθῆναι εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν, *clauſum eſſe in vrbe Borſippenorum.* Paulò infrà; *perrexit Cyrus Borſippum*, ἀνέζευξεν ὁ κῦρος ἐπὶ Βόρσιππον. Apud Strab. lego Βορσιππηνούς, non Βορσιπωινούς. Apud Euſeb. lib. 10. ſub. finem lego, ὑπὲρ δὲ τῆς Βορσιππηνῶν πόλεως λάκκον ὀρυξάμενος, id eſt, *ſupra vrbem Borſipporum lacu effoſſo.* vulgò malè legitur (σιππαρηνῶν.) Strabo lib. 12. Chaldæos olim dictos eſſe Chalybas ſcribit. Idem lib. 16. *In Babylonia locus ad habitandum attributus eſt Philoſophis indigenis Chaldæis dictis, qui Aſtronomiam exercent, è quibus aliqui genituras inſpiciunt, quos alij non admittunt.* ἀφώρισται δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς χαλδαίοις προσαγορευομένοις, οἳ περὶ ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον. προσποιοῦνται δέ τινες καὶ γενεθλιαλο-
C γεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι. Eſt & Chaldæorum natio, & Babyloniæ regio quam inhabitant, Arabibus, & mari Perſico proxima. ἔστι δὲ καὶ τῶν χαλδαίων γένη πλείω, καὶ γὰρ ὀρχηνοί τινες προσαγορεύονται, καὶ Βορσιππηνοὶ, καὶ ἄλλοι πλείους, ὡς ἂν κατὰ αἱρέσεις ἄλλα καὶ ἄλλα λέγοντες περὶ τῶν αὐτῶν δογμάτων: id eſt, *ſunt autem plura genera Chaldæorum; alij enim dicuntur Orcheni, alij Borſippini, & plures alij qui pro ſecta quam profitentur, de iiſdem rebus, alia atque alia docent*, ait Strabo ibidem. Cicero Babylonios quadraginta millia annorum in periclitandis pueris quicunque nati eſſent, poſuiſſe ſcribit lib. 1. de Diuinat. Babyloniis omnibus, maximè verò Chaldæis, piſcibus in cibum vti religioni fuit; cuius rei cauſam affert Tzetzes Chiliad. 9. cap. 275. quod Derceto mater Semiramidis in piſcem mutata ſit. Cultus eorum, & amictus eſt apud Ezechiel. cap. 23. *Chaldæos accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum.* Non enim natiuo lanæ colore pileos imbutos habuerunt, ſed quæſito artificio tinctos. Chaldæi ob-
D uiam Alexandro proceſſerunt cum vatibus Babyloniorum. Curtius lib. 7. poſt hos Chaldæi, Babyloniorúmque non vates modò, ſed etiam artifices, cum fidibus ſui generis ibant: laudes ij Regum canere ſoliti, Chaldæi ſyderum motus & ſtatas temporum vices oſtendere. vbi animaduertis, alios eſſe Chaldæos, alios vates, & Poëtas Babyloniorum. Ex Chaldæorum conſilio cuncta Reges Babyloniæ feciſſe ait Hieronym. in cap. 47. Iſaiæ. Ii animas immortales primi dixerunt. Pauſanias in Meſſeniac. ἐγὼ δὲ χαλδαίους, καὶ ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπων ψυχή: id eſt, *ego ſcio Chaldæos, & Indorum Magos primos dixiſſe animam hominum eſſe immortalem.* Cic. tamen Tuſcul. 1. Pherecidi Syro hoc tribuit, Laërtius Thaleti. Xenoph. lib. 3. inſtit. Cyri πολεμικωτάτους καὶ πένητας eſſe ait, *bellicoſos & pauperes Chaldæos.* Rex Babyloniorum, Rex Chaldæorum dicitur Danieli & Iſaiæ,
E quibus moris id fuit, vt verba Decalogi Moſaici frontibus illigata præferrent, ſaltem iis qui ſanctitatis famam aucupari vellent. Hieron. in Matth. cap. 23. lib. 3. Phariſæi ſcribebant in membranis Decalogum Moſis, id eſt, decem verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, quod hodiéque Indi, Perſæ, & Babylonij faciunt, & hoc qui habuerit, quaſi religioſus in populis iudicatur. Hic quidem mos Babylonem influxiſſe videtur iam ab illo tempore, quo Nabuchodonoſor Iudæos in Aſſyriam tranſtulit. Sic enim Babylone Iudæorum natio paruis incrementis aucta eſt, vt ipſos penè Babylonios numero ſuperaret, & in ſuas eos religiones traduceret, narrante Ioſepho. Chaldæi igitur reponuntur inter antiquiſſimos Babylonios. Adminiſtrationis vitæque formam non abſimilem Ægyptiis ſacerdotibus habent. In cultu quippe Deorum toto vitæ tempore philoſophantur, & diuinationem ſibi vendicant, tum verò febru is quibuſdam ſacrificiis, & imprecationibus mala auerruncant, & vberrimam bonorum copiam inuehere conantur. Periti ſunt auguriorum, exploratam habent ſomniorum rationem, portenta ſcienter interpretantur, eorúmque

nemo

nemo ſine laude in extiſpiciis verſatur. Doctrinam ſuam non temere promulgant, nec quoſcunque in diſciplinam admittunt, ſed gentilibus ſuis eius artis ſtudia tradunt, filiuſq; à patre inſtituitur, & à reliquis immunes ætatem agunt; à pueris autem ſcientiæ vacant, vt eam cum lacte nutricis ſuxiſſe videantur. Huius vniuerſi naturam immortalem eſſe dicunt, & ſine, principióque carentem. Retúmque omnium admirabilem ordinem diuina prouidentia regi, nec temerè res vniuerſi ferri, ſed ſtato Deorum iudicio putant. Plurimum tribuunt erronibus quinque, Saturno, Ioui, Marti, Mercurio, Veneri, quos illi vocant diuinæ voluntatis interpretes, quod ſtellæ affixæ, motuum varietate carentes, minus certò res futuras prænuntient. Saturnum certè Solis nomine dignantut. Sub horum quinque conuerſione ſtellas triginta velut in ſtatione collocant, quos Deos conſiliarios vocant, vt Diodorus Sicul lib. 2. τούτων δὲ τὸν μὲν ἡμίσεις εἰς τὸν ὑπὲρ γῆν τόπους ἐφορᾶν, τὸν δ' ἡμίσεις ἐπὶ τὴν γῆν τὰ κατὰ ἀνθρώπους ἐπισκοπεῦντας ἅμα, καὶ τὰ κατὰ τὸν οὐρανὸν συμβαίνοντα. διὰ δ' ἡμερῶν δέκα πέμπεσθαι τὸν μὲν ἄνω πρὸς τὸν κάτω καθάπερ ἄγγελον τῶν ἀστέρων, τὸν δ' ὑπὸ γῆν πρὸς τὸν ἄνω πάλιν ὁμοίως ἕνα. *Harum triginta ſtellarum, quæ planetis, veluti principibus apparent adminiſtræ, altera pars in loca terris inferiora intuetur, altera in terram.* Legendum puto horum verbotum initio (εἰς τοὺς ὑπὸ γῆν τόπους ἐφορᾶν, non ὑπὲρ γῆν.) Eò coniectura ducor, quod poſtea dicat, τῶν δ' ὑπὸ γῆν πρὸς τοὺς ἄνω. Statuit enim veluti tres ordines ſtellatum, vt quædam ea ſpectent quæ ſunt infra terram, aliæ terram ipſam, tertiæ ſuperiora intueantur. Duodecim Deos præcipuos ponunt, quorum vnicuique ſuum menſem, & è duodecim Zodiaci ſignis vnum attribuunt. Per ea ſigna Solem ac Lunam, cæteróſque errones ſtatas controuerſiones, ac reuerſiones efficere autumant. Multis Regibus nullo errore futura prænuntiarunt; ſed & plebeiis hominibus ſic ad verum proximè res ſuas explicant, vt aliquid homine maius in iis agnoſcatur. Poſt Zodiacum circulum viginti quatuor ſydera definiunt, quorum alteram partem ad Boream locant, alteram ad Auſtrum. Ex eo numero ſydera quæ ſub oculorum ſenſum cadunt, viuentibus aſſignant, quæ fugiunt aſpectum, ea mortuorum eſſe volunt, quos Iudices huius vniuerſi vocant. Lunam proxime terram ſtatuunt, cuius bene curriculum non ad motus celeritatem, ſed ad circuli breuitatem referunt. ἐτῶν ἑπτὰ καὶ μ. μυριάδας, καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν γεγονέναι καταριθμοῦσι, ἀφ' ὅτου τὸ παλαιὸν ἤρξαντο τῶν ἄστρων τὰς παρατηρήσεις ποιεῖσθαι, id eſt, *quadraginta ſeptem myriadas, & tria millia annorum fluxiſſe volunt ad Alexandri tranſitum, ex quo ſyderum curſus obſeruare inſtituerunt.* id eſt, quadraginta ſeptuaginta, & tria millia annorum. Ammian. lib. 23. Prope Seleuciam Chaldæorum eſt regio, altrix philoſophiæ veteris, vt memorant ipſi, apud quos vera ratiocinandi fides eluxit. Vt apparet in Antigono, quem Babylone Chaldæi poſt obitum Alexandri adeunt, admonéntque, ſi Seleucum è manibus ſuis elabi patiatur, fore vt ab eo Imperio vitáque ſpolietur. Antigonus καταπλαγεὶς τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν. μεγάλη γὰρ ἐμπειρία περὶ τούτους εἶναι δοκεῖ, καὶ παρὰ τούτοις ἡ τήρησις τῶν ἄστρων ἀκριβεστάτη. ἀποφαίνονται γὰρ πολλὰς μυριάδας ἐτῶν ὑπάρχειν, ἐξ οὗ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἡ περὶ ταῦτα σπουδή: *admiratus eſt hominum maieſtatem & nomē. Magna enim iis experientia eſſe dicitur, & apud eos accuratiſſima eſt aſtrorum obſeruatio. Oſtendunt enim multas annorum eſſe myriadas, ex quo in hoc genere ſtudij verſantur.* Iidem Alexandro prædixere, ſi Babylonem iniret, breuem interitum. Et quod Antigono prædixerant, id eius ruina certiſsimo euentu comprobatum eſt. Diodor. lib. 19. author. Adeò quidem in aſtrorum notatione fuere perſpicaces Chaldæi, vt cùm in Ezechiæ Iudæorum Regis morbo Sol retrocedens diei ſpatia duplicaſſet, illam Solis reuerſionem, ac veluti fugam, ab vno Deo rerum omnium moderatore imperatam cognouerint, & Regem ſuum Merodach hortati ſint, vt Iudæorum Regis Deo cari amicitiam per legatos expeteret. ſic enim Hieron. locum illum Iſaiæ cap. 39: interpretatur. *In tempore illo miſit Merodach Baladan, filius Baladan, Rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaſſet, & conualuiſſet.* In confeſſo igitur eſt apud omnes, Chaldæos Aſtrologiæ repertores planetis nomina poſuiſſe, Saturnum κρόνον, quem ἥλιον vocant, ἄρη Martem, ἀφροδίτην Venerem, ἑρμῆ Mercurium, δία Iouem; Lunam enim & Solem ob inſignem efficaciam inter errones non numerant. Illi quidem Babylone, vt diximus, vixere, & ſub Heraclio breuem Chroſroi Regi Perſarum interitum, quod olim Alexandro fecerant, ſi Babylonem iniret, denunciarunt. Quod à Propertio de Phœnicibus Aſtrologiæ authoribus dicitur, de Babyloniis accipiendum lib. 2. eleg. 5.

Quærimus & cœlo Phœnicum inuenta ſereno,
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæq; mala

Quò

A Quò respexit eleg. 1. lib. 1.

—— Haud ego vates
Nescius arata signa mouere pila.

Horat. lib. 1.

—— Nec Babylonios.
Tentaris numeres, vt melius quicquid erit pati.

Babylonij enim cùm in patentibus camporum æquoribus degerent, sic vt prospectui nihil officeret, cæli cursû numeris ac motibus persecuti sunt, ait Cic. lib. 1. de diuin. vnde Origen. fine 3. homil. in Hierem. Si quis vestrûm Mathematicorum deliramenta sectatur, in terra Chaldæorum est, qui stellis ea quæ geruntur in terris conserant, & peccatorum nostrorum causas, siue virtutes eorum quæ nobis accidunt, ex earum motibus asserunt fieri. B Si quis natiuitatis diem supputat, & variis horarum momentorúmque rationibus credens hoc dogma suscipit, in terra Chaldæorum est. Semiramis autem in media vrbe Iouis fanum exstruxit, qui Belus dicitur. Eius altitudo fuit incredibilis, vbi Chaldæi sydera seruabant, & astrorum ortus ac obitus accuratè ob ædificij magnitudinem notabant. Diodor. lib. 2. ἡ σεμίραμις ἐν μέσῃ τῇ πόλει κατεσκεύασεν ἱερὸν διὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. ὁμολογεῖται δὲ τοὺς χαλδαίους ἐν αὐτῷ πεποιῆσθαι τὰς τῶν ἄστρων παρατηρήσεις. Chaldæi enim Beli Iouis Sacerdotes fuere Herodoto lib. 1. οἱ χαλδαῖοι ἐόντες ἱρέες τούτου θεοῦ, διὸς Βήλου. Tatianus pag. pen. ad Græcos; Berosus Babylonius, ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου κατ' ἀλέξανδρον γεγονὼς, ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, *qui sacerdos Beli fuit ætate Alexandri, Antiocho post Alexandrum tertio Regi historiam tribus libris contexuit.* Babylone igitur in illo Beli fano ad aram C auream extra templum sacrificare nefas fuit; in maiori autem ara, vbi oues integræ immolantur, singulis annis Chaldæi thuris mille talenta suffitibus sacris impendunt, Iouis Beli diem obeuntes. Herodor. lib. 1. ἔστι δὲ ἐν τῷ τεμένει τοῦ Βήλου βωμὸς χρύσεος ἔξω τοῦ νηοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ: ἐπὶ δὲ τοῦ μείζονος βωμοῦ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ. Iupiter, Iuno, Rhea ab ipsis Babylonis initiis in templo Beli culti sunt. Diodor. lib. 2. ἐν ἱερῷ διὸς τοῦ Βήλου ἐπ' ἄκρας τῆς ἀναβάσεως τρία κατεσκεύασεν ἡ σεμίραμις ἀγάλματα χρυσᾶ σφυρήλατα, διὸς, ἥρας, ῥέας: id est, *in templo Iouis Beli in summa gradatione Semiramis tria simulacra aurea malleo ducta finxit, Iouis, Iunonis, Rheæ.* Iouis simulacrum stans pedes altum quadraginta, mille talentorum erat Babyloniorum, vt & Rheæ simulacrum in curru sedentis, super cuius genua duo Leones, nec procul angues argentei stabant: Iunonis talentorum 800. De D Chaldæis Proculus loquitur in hæc verba; θαυμασιωτάτην δὲ εἶναί φησι ὁ θεόφραστος ἐν τοῖς καθ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τ' ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τοὺς βίους ἑκάστων, καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνα, καὶ εὐδίας, ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τοῦ ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γινόμενον, ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει· πάντα δὲ οὖν καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος. *Theophrastus mirabilem fuisse suo æuo Chaldæorum circa res istas contemplationem, quæ tum alia prædicat, tum verò vitas singulorum, & mortes, & non communia solùm, vt procellas, & serenum, verbi causa Martis erronem hyeme lucidum frigora significare, æstate calores; sed omnia & priuata, & communia prænoscere ex cæli, ac stellarum habitu, libro de signis scribit.* Sidonius in Panegyr. Athenis Chaldæos non tantùm Astrologiæ studuisse, verùm & arcana murmura insusurrare solitos refert.

Partibus at postquam statuit noua formula fœdus
E *Procopio dictante, magis iuratur ab illis*
Ignis & Vnda Deus, necnon rata pacta futura
Hic Diuos testatus auos Chaldæus in extis,
Pontificum de more senex arcana peregit
Murmura, gemmantem pateram Rex ipse retentans
Fundit thuricremis carchesia cernuus aris.

Marius Victor lib. 3. in Genesim;

—— Cham seruo è semine natus
Mole, & mente Gigas Babylonia Regna gubernans,
Persarum hic animos capiens venator iniquus,
A veris Domini sacris traduxit ad ignem.

Apud Q. Curtium lib. 4. Darius ad milites; Precor vos per Deos patrios, æternúmque ignem, qui præfertur altaribus, fulgoréinque Solis intra fines meos orientis. Vide Suidam

in voce *Canopus*. Murmura verò arcana magica exaudienda sunt de quibus infrà dicemus. A l. 6. C. Theodos. de indulgentiis criminum, diris immurmurata secretis. Vide Agathiam lib. 2. de Orimasdo nobis exciderat illud Theodori Mopsuestæ libro περὶ τῆς ἐν τῇ περσίδι μαγικῆς apud Photium, ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν περσῶν δόγμα ὃ ζαράσδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ ζαρουάμ, ὃν καὶ τύχην καλεῖ, καὶ ὅτι σπένδων ἵνα τίκῃ τὸν ὡρομάσδην, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν σατανᾶν. *Exponit Theodorus infandum Persarum dogma, quod Zorasdes introduxit, aut de Zaruam, quem & fortunam vocat, qui properans vt generaret Oromasdem, generauit & Satanam*, id est, Arimanem. *Zarahu* lingua Assyria dicitur ἀρχηγὸς πάντων, *Princeps omnium*.

CAP. IV.

De Diis Persarum, & Magorum sacrificiis. B

QVIA *Magi* vox propriè Sacerdotem significat, & primaria ac præcipua Magorum disciplina in cultu Deorum, & rerum diuinarum scientia posita fuit, vt vult Plato in 2. Alcibiad. de Diis Persarum, & sacrificiis, in quibus propriè Magorum sapientia versabatur, primùm agemus. Deum non vnum Persæ habuerunt, sed varia sibi numina finxerunt. Antiquissimi apud eos cultus fuerunt Iupiter, quem Belum dixere, Hercules, quem Sandem, Anaitis, quam Venerem, longè ante Zoroastris ætatem, & ignis cultum repertum ait Agathias lib. 2. Belum hunc, qui Iupiter est, Cyril. lib. 4 in Iulianum, Arbelum vocat, quem primum ait in Assyriis regnasse, & omnium hominum primum à cæteris Imperij sui cultoribus numinis existimationem venatum, in C eiúsque cultu Assyrios, finitimásque gentes perseuerasse. Is Nini pater fuit, & Belus vulgò appellatur, quem eundem cum Nembrotho facio. Iouem, qui & Belus est, cælum putant, ait Strabo lib. 15. Paulo aliter Constant. Manasses in polit. Ætate, inquit, Abrahami fuit βῆλος ἀνὴρ ὁ βριαρὸς ὁ κραταιόχειρ γίγας, ὃν εἰς θεὸν ἐτίμησαν οἱ πεφρενακισμένοι, καὶ κρόνον μετωνόμασαν. οὗτος δὲ ὁ κρόνος ἔσχεν γυναῖκα τὴν σεμίραμιν τὴν λεγομένην ῥέαν. ὁ κρόνος τοίνυν συνοικῶν τῇ γαμετῇ τῇ ῥέᾳ σὺν ἄλλοις ἔτεκεν υἱοῖς καὶ τὸν νινῦαν τοῦτον, ὃν νινευῒς δωμήτειρα φασὶ τὸν θρυλλουμένης. *Sub Abrahamo fuit Belus fortis Gigas & robustus, quem vt Deum falsi coluerunt, & Saturnum dixerunt, qui vxorem habuit Semiramidem, quæ eadem Rhea, ex qua plures filios, & inter eos Ninum suscepit, à quo vrbs Niniue condita*. Celsus ille, quem scriptis suis oppugnat Origenes, aiebat Persas Iudæorum more Ioui sacra facere in montibus editissimis. Iouis enim nomine cæli ambitum designari, vt Origen. lib. 5. in Celsum. Ethnici autem putabant Iudæos Iouem vnum, id est, D cælum colere. Vnde Iuuenal.

Nil præter nubes, & cæli lumen adorant.

Addit Origenes; Celsus putat nil differre, Iupiter dicas, an Diespiter, Adonæus, an Sabaoth, Ammæus, vt Ægyptij, an vt Scythæ, Pappæus. Persæ igitur Iouem coluerunt, & quidem eum patrium. Xenoph. lib. 8. Cyropæd. ἐκ δὲ τούτου λαβὼν ὁ κῦρος ἱερεῖα ἔθυε διί τε πατρῴῳ, καὶ ἡλίῳ. vbi *patrius*, seu πατρῷος non significat Deum vnius alicuius familiæ, sed patrium Deum omnium Persarum. Plutarch. lib. 2. de fortuna Alexandr. ζεὺς πατρῷος περσῶν. Vnde apparet, Agathiam lib. 2. bene sentire, qui monet, vetustiores Persas Iouem, Saturnum, cæterósque Græcorum Deos coluisse aliis nominibus. Iouem enim Belum appellarunt, quem & iurare solitos fuisse discimus è Callisthene in vita Alexandri, cùm Darium inducit apud Alexandrum iurantem, ὄμνυμί σοι δία τὸν μέγιστον, καὶ ἐμὸν πατέρα: *Iuro tibi Iouem* E *maximum, & meum patrem*. Sed Iouis illius, seu Beli antiquitatem è sacris literis arcessere possumus. Daniel. vlt. καὶ ἦν εἴδωλον τοῖς βαβυλωνίοις ᾧ ὄνομα βὴλ, καὶ ἐδαπανῶντο εἰς αὐτὸ ἑκάστης ἡμέρας σεμιδάλεως ἀρτάβαι δώδεκα, καὶ πρόβατα τεσσαράκοντα, καὶ οἴνου μετρηταὶ ἕξ. ἦσαν ἱερεῖς τοῦ βὴλ ἑβδομήκοντα, καὶ ἦν δράκων μέγας ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἐσέβοντο αὐτὸν οἱ βαβυλώνιοι. Helluonem Deum dicit, *in quem minutissimi purissimique pollinis artabæ duodecim in singulos dies impenderentur, oues quadraginta, vini metretæ quinque. Eius erant septuaginta Sacerdotes, & eò loci draco ingens cubile posuerat, quem pro Deo Babylonij habebant*. Putem equidem ab illo Belo, seu Ioue inanes illos Deos, de quibus in sacris literis agitur, ortos esse, Baal, Baalim, Beelphegor, Beelzebub, Bel, Arbel, Belial; quamquam varia illis apud Hebræos veriloquia, variique significatus, qui Bel, seu Belum vetustum significare volunt. Babyloniorum autem, qui primi in orbe dominati, superstitiones per totum Orientem disseminatæ sunt. E vetustissimis Diis alter fuit Sandes, quem Agathias alio loco Herculem, alio Saturnum interpretatur. Sic enim ille

A ille lib. 2. Vetustiores Iouem, Saturnum, cæterósque Græcorum Deos venerabantur, aliis tamen nominibus. Belum enim Sandem & Anaitida nominabant. Idem alio loco: Persæ Græco ritu Deos plerosque colunt. Vtuntur sacrificiis, purgationibus, oraculis, & id quidem Græco more. De Anaitide tamen aliter sentit Clemens Alexandrinus in Protrept. quam inter vetustissimos Deos non ponit, sed ab Artaxerxe cultum eius inductum ostendit. ea Venus fuit. Prius, inquit, quàm Anaitidis Veneris statuam erexit Artaxerxes, οὐκ ξύλα οὐδὲ λίθους ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα, Beroso teste, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, id est, *non colebant simulacra hominis forma, sed ignem & aquam.* Apud Clementem Alexandrinum, Strabonem, & Plutarchum, vbi legitur, ταναις, ταίτις, ἀνιτις, repono ἀναίτιδα. In Anaitidis, & Omani templis πυραιθοι qui dicebantur, è numero Magorum ignem colebant, idque maximè in Cappadocia, ait Strabo lib. 15. Anaitidis enim, & Omani templis πυραιθεῖα sæpe coniungebantur, eodem authore. Ipsique adeò Armenij in templo eius virgines consecrabant, vt tyrocinium facerent sub Veneris signis, ait Strabo lib. 11. Anaitidem esse arbitror Nanneam, cuius mentio fit lib. 2. Machab. cap. 1 his verbis. *Nam cùm in Perside esset Antiochus, cecidit in templo Nanneæ, consilio deceptus sacerdotum, à quibus cùm in adyta penetrasset, lapidibus obrutus est.* in Græco legitur, ἱερῷ τῆς ναναίας. & cap. 6. lib. 1. *Et audiuit esse ciuitatem in Perside opulento templo nobilem, & illic velamina aurea, loricas, & scuta Alexandri Magni donaria.* Iosephus & Hieron. Nannæam Dianam interpretantur. affinitas vocis Anaitidem Nannæam esse indicat. Locus est ad Nannæam istam vnicus, & singularis apud Polyb. lib. 10. κατὰ τὴν αὐτιόχου παρουσίαν ὁ τε ναὸς αὐτῆς ὁ τ' αἰνης (lego ναίνης) περὶ ἀγορᾶς ἔχων κίονας εἶχε σὺν περὶ κεχρυσωμένας, καὶ κεραμίδας ἀργυρᾶς, καὶ πλείους ἐν αὐτῷ συνέκειντο πλίνθοι χρυσαῖ, καὶ ἀργυραῖ, id est, *sub aduentum Antiochi templum Nannæ dictum columnas habebat in ambitum inauratas, & tegulas, seu laminas ar-*

C *genteas, & plures in eo lateres aurei, & argentei congesti erant.* Audis, opinor, diues illud templum ab Antiocho spoliatum, vnde talentorum 4 millia ablata sunt. lib. 2. Machab. cap. 5. In Elymaide vastitas hæc facta dicitur ab Antiocho, qui tractus est Persidis inter sinum Persicum, & Mediam. Iosephus ἐλυμαΐας vocat περσῶν ἀρχηγέτας. Etsi autem augurium meum mihi non displicet, habeo tamen vnde dubitem de Nannæa, & Anaitide, quandoquidem in priscis illis inscriptionibus Nānam Persica lingua, pro Deo Mithra video accipi: sic enim legitur; NANNÆ SEBECIO DEO MITHRÆ. Et fortasse in Elymaide Mithræ fanum fuit, maximè cùm Herodorus Mithram Venerem esse velit, quam Anaitidem dici ostendimus. Locus est apud Clementem de Anaitide corruptus in eam rem, quem & indicabimus, & restituemus, in Protrept. ἀρταξέρξης δὲ δαρείου τοῦ ὤχου πρῶτος τῆς ἀφροδίτης ταναιδος (ἀναίτιδος) repono) τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν βαβυλῶνι, καὶ σούσοις, καὶ ἐκβατάνοις, id est, *Artaxerxes*

D *Darij Ochi filius primus Veneris Anaitidis simulacrum erexit Babylone.* Iosephus Elymaidem non regionem, sed vrbem, vbi templum Dianæ Antiochus spoliarit, esse indicat lib. 12. c. 13. origin. Πόλιν ἐν τῇ περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν ἐλυμαΐδα, καὶ πολυτελὲς ἱερὸν ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ, καὶ παντοδαπῶν ἀναθημάτων πλῆρες εἶναι, *vrbem in Perside opulentam Elymaida, & magnificum templum Dianæ in ea vrbe, quod omnis generis donariis plenum sit.* De Diana cum eo sentit Hieron. ad cap. 8 Daniel. Antiochus qui contra Principem Principum, Regem Regum insurrexerat, in Elymaide, quæ regio Persarum est, templum Dianæ spoliare cupiens, quod habebat pretiosa donaria. In eo templo quæ sacra curarent mulieres legebantur, quibus perpetua pudicitia imperabatur, ait Plutarchus in Artaxerxe, qui Anaitidem Dianam esse vult, & Aspasiam Cyri concubinam ab Artaxerxe huic sacerdotio præpositam. Templum illud Ecbatanis ponit. Venerem cultam in Persis Anaitidis nomine ostendimus: &

E Iunonis cultum suum fuisse ostendemus, cuius templum à Palatio Regis quod Susis fuit, sexdecim stadiis abfuisse indicat Plutarchus in Artaxerxe, qui vnam hanc Deam terram manu contingens adorauit. Sed & Mineruæ templum fuit in Persis nobilissimum Deæ bellicæ, cuius sacris Reges initiabantur, cultu Regio deposito, priscúmque Cyri maioris cultum induebant, vilem illum quidem, quo priusquam Persis imperaret vsus erat, cibósque tenues ac viles, ficus, & terebinthum comedebant, & acetosi lactis poculum sumebant, vt antiquum auorum morem reuocarent. Plutarch. in Artaxer. ἐξήλασεν εἰς πασαργάδας ὁ βασιλεὺς, ὅπως τελεσθείη τὴν βασιλικὴν τελετὴν, &c. Neptuno quoque honorem habuere Persæ, cui tres insulas consecrarint, Philon, Cassandram, Arariam, cum monte prælato, ait Plin. lib 6. cap. 25. Et Solem & Lunam, stellásque, & elementa inter Deos reposuerunt. Solem vnum esse Deum crediderunt Persæ, ait Iustinus lib. 1. & eidem equos dicarunt, cui cùm facerent equos candidos mactabant, & re di-

uina peracta vnum aliquem in fluuium deiiciebant. Herodot. *οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο σφάζοντες ἵππους λευκοὺς, καὶ καταβάλλοντες εἰς τὸν Στρύμονα: Magi perlitabant immolantes albos equos, & deiicientes in Strymona fluuium.* Lactant. lib. 1. cap. 21.

> *Placat equo Persis radiis Hyperona cinctum,*
> *Ne detur celeri victima tarda Deo.*

ex 1. Fastor. Ouid. lib. 8. Cyropæd. *ἵπποι ἤγοντο θῦμα τῷ ἡλίῳ, equi ducebantur victima Soli.* Philostrat lib. 1. de vita Apol. *λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον τῶν σφόδρα Νισαίων καταθύειν ἔμελλε τῷ ἡλίῳ φαλάροις κοσμήσας, ὥσπερ εἰς πομπήν: album equum Nisæum immolaturus erat Soli phaleris ornatum, vt in pompam.* Sed & Armenij Soli equos immolabant, vt è Xenophonte discimus lib. 1. ἀναβάσ. *καὶ ἵππον ὃν εἰλήφει παλαιότερον, δίδωσι τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου: & equum quem acceperas maximè vetulum, dat comarchæ à quo eductus erat, vt eum immolaret, quod audierat eum Soli sacrum esse.* Neque Soli modò, verùm & igni mactabant equos, ait Iulianus in hymno Solis. *ἵππους λευκοὺς καὶ πυῤῥοὺς ἔθυε, τοὺς μὲν τῷ ἡλίῳ, τοὺς δὲ τῷ πυρί: equos albos & rufos immolabat, alios Soli, alios igni.* Massagetis quoque Sol in veneratione fuit, cui equum immolarent. Herodot. lib. 2. *οἱ Μασσαγέται θεὸν μοῦνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύουσιν ἵππους. νόμος δὲ οὗτος τῆς θυσίας, τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται: Massagetæ Deum vnum Solem colunt, cui immolant equos. Lex autem est sacrificij, vt celerrimo Deorum animal ex omnibus pernicissimum mactent.* Apollinem quoque coluere, quem eundem Græci cum Sole faciunt, cuius simulacrum Seleuciæ fuit, qua per duces Veri Cæsaris expugnata, auulsum sedibus simulacrum Chomei Apollinis, perlatúmque Romam in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocarunt. Sed incensa ciuitate, simulacróque ablato, milites fanum scrutantes inuenere foramen angustum, quo reserato ex adyto quodam concluso à Chaldæorum arcanis labes exsiluit, quæ à Persidis finibus ad Rhenum vsque, & Gallias eundo polluebat funeribus. Ammianus Marcell. lib. 23. Solem Lycophron Perran vocat in Cassandra voce Persarum, cùm Xerxis in Græciam irruptionem describit. *κύφελλα δ' ἰῶν τηλόθεν ῥοιζουμένων ὑπὲρ κάρα στήσουσι, κιμμέριος δ' ὅπως σκιὰ καλύψει Πέρραν ἀμβλύνων σέλας: nubes, inquit, sagittarum, quæ procul mittentur cum stridore supra caput stabit, & vt vmbra iaculorum caliginis instar hebetans lucem Solem teget.* Persæ Solem Mithram & Perran vocant, ait Tzetzes ad Lycophron. Plutarchus in Xerxe, *βουθυτεῖν μέλλοντος ἐπὶ τοῦ ἡλίου βωμοῦ, cùm Xerxes boues immolare vellet in altari Solis.* Maris aqua loti Soli faciunt, in πυρείῳ ignem seruant ad vaticinationes, qualis olim Vestæ ignis æternus Romæ fuit, authore Procop. lib. 2. Pers. Dio Chrysost. in orat. Botist. *οἱ μάγοι τῷ Διὶ τρέφουσιν ἅρμα Νισαίων ἵππων, τῷ δ' ἡλίῳ δὲ ἕνα ἵππον: Magi Ioui alunt equos Nisæos quatuor ad currum, & Soli equum vnum.* Cùm in prælium exeundum esset, super tabernaculum, vnde ab omnibus conspici posset, imago Solis inclusa fulgebat, vt ait Q. Curtius. Persæ Solem in linteo pictum adorabant, & in clypeis expressum gestabant, teste Tertul. in Apologet. Ipsi etiam Parthi in prælium non descendebant nisi Sole vlulatu salutato. Herodian. lib. 4. *ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, ὡς ἔθος ἐστὶ Πάρθοις, cùm Solem salutassent, vt mos est Parthis.* Xenoph. lib. 8. Cyropæd. prodit, currum album coronatum, Soli sacrum, Regem in publicum procedentem anteire solitum, quod erga Solem Reges præcipua pietate affecti essent. Hinc illud est Darij, qui comperta Alexandri continentia, manus ad Solem tollens precatus est, vt se, aut Alexandrum regnare Dij vellēt. Christiani complures ne Solem adorarent sub Rege Sapore, iugulari se passi sunt, ait Sozom. lib. 11. cap. 8. 9. Moris certè Regibus fuit, vt manè ad ortum conuersi quotidie Solem adorarent, ait Propop. lib. 1. Pers. *εἶναι γὰρ αὐτοῖς νόμον τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς προσκυνεῖν ἡμέρᾳ ἑκάστῃ.*

Dubitari non iniuria possit an Solis sacerdotium cum Mithræ sacerdotio idem fuerit, cùm Mithram plerique omnes Solem esse velint. Nonnus in Dionysiac. pag. 684. de Sole loquens.

> Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,
> Ἄπις ἔφυς Νειλῶος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσσύριος Ζεύς,
> Ἦτε Σέραπις ἔφυς Αἰγύπτιος, αἰνεφελος Ζεύς,
> Εἴ Κρόνος, εἰ Φαέθων πολυώνυμος, εἴτε σὺ Μίθρας.
> *Es Belus apud Euphratem, Ammon diceris in Lybia,*
> *Apis apud Nilum, Saturnus Arabs, Iupiter Assyrius,*
> *Aegyptius Serapis, Iupiter nebulas discutiens,*
> *Saturnus, Phaethon multinominis Mithra.*

Martianus Capel. lib. 2.

A *Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin,*
Dissona sacra Mithram, Ditémque, ferúmque Typhonem,
Solem te Latium vocitat. ——

Aristophanis Scholiast. in Pace; μῆδοι ἥλιον καὶ σελήνην σέβουσι. διὸ καὶ δῆλον, καὶ ἔφεσον οὐ διελυμήναντο: *Medi Solem & Lunam colunt, ideò neque Delum, neque Ephesum vastarunt.* Licèt idem Mithra cum Sole fuerit, aliud tamen Solis, aliud Mithræ sacerdotium fuisse non dubito. Solis enim sacerdotes fuere fœminæ, Mithræ sacra Magi procurabant. Iustin. lib. 7. Solis sacerdotio Aspasiam Cyri pellicem Artaxerxes præfecit, quo perpetua illi ab omnibus vitis pudicitia imperabatur. Dionys. Areopag. epist. 7. ad Carpum Mithram triplicem vocat. καὶ εἰσέτι μάγοι τὰ μνημόσυνα τοῦ τριπλασίου μίθρου τελοῦσι: *hodiéque Magi memoriam Mithræ triplicis ceremoniis celebrant.* Strabo lib. 15. Solem ait à Persis coli, Mithrámque vocari: Herodot. tamen B lib. 1. sacrificare Persas cælesti Veneri, quam Mithram vocant, Assyrij Mulittan, Arabes Aluttan. θύουσι δὲ οὐρανίῃ ἀφροδίτῃ, ἣν καλοῦσι μίθραν. Nicetas ad Stelitcur Nazianz. τὸν μίθραν οἱ μὲν τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὸν νέφορον τοῦ πυρὸς, ἄλλοι ἰδικήν τινα δύναμιν ὑπολαμβάνουσι: *Mithram alij Solem, alij reſnem ignis, nonnulli peculiarem quandam potestatem esse volunt.* Hesychius, μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ πέρσαις. μίθρης ὁ πρῶτος ἐν πέρσαις θεός: *Mithra Sol Persis. Mithres primarius Persis Deus.* Quare & per Mithræ lumen iurare soliti. Plutarch. in Alexandro; Darius Eunucho dixit, σεβόμενος μίθρου τε φῶς μέγα, καὶ δεξιὰν βασίλειον, *veneratus Mithræ lumen magnum, & Regiam dextram.* Claudian. lib. 1. Stilicon.

Et vaga testatur voluentem sydera Mithram.

Xenophon in Oeconomic. ita Cyrum iurantem inducit: Iuro tibi, ô Lysander, per Mithram, quem nos Deorum maximum habemus. Hieronymus lib. 2. in Iouinian. & ad cap. C 3. Amos. Mithra fuit Basilidis Abraxas, quem, si Græcas literas, & annuum cursum spectes, in Solis circulo contineri asserebat. Eumdem Persæ sub eodem numero aliarum literarum vocant Mithram. Iulianus in hymno Solis, ab Ægyptiis Solem cultum, & Mithram vocatum ostendit. ἡμεῖς αἰγύπτιοι τὸν μίθραν τιμῶμεν, καὶ ἀγῶμεν ἡλίῳ τετραετηρικοὺς ἀγῶνας: *nos Aegyptij Mithram colimus, & agimus Soli certamina tertio quoque anno.* In priscis inscriptionibus prope Mithram Sol radiatus asculptus est, ad læuam Lunæ cornua humeris gerens. In alio lapide est fusa chlamyde succinctus, veste breuiori braccatus, & manicatus, curua tiara, respiciens coruum, inscribitur, ἡλίῳ μίθρᾳ ἀνικήτῳ, SOLI MITHRÆ INVICTO. Non absimilis ille cultus, quo Lucianus in concione Deûm Mithram describit. ὁ μίθρας ὁ μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν καὶ τιάραν ἔχων: *Mithra Medus candyn, & tiaram habens.* Hieronymus lib. 2. in Iouinian. Narrant, inquit, Gentilium fabulæ, Mithram, & Ericthonium vel in lapide, vel in terra D de solo libidinis æstu esse generatos, fortè an ob radiorum Solis ardorem. Luctatius lib. 1. Thebaid. Stat. Leonis vultu, habitu Persico, ambabus manibus fingebatur reluctantis bouis cornua retentare, quia Luna lumen ab eo mutuatur, quo longiùs ab eo recedit. Iustin. 2. Apologet. ἄρτον καὶ οἶνον τὸν τῆς εὐχαριστίας ἐν τοῖς τοῦ μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γενέσθαι μιμησάμενοι οἱ δαίμονες. ὅτι γὰρ ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν ἐπίστασθε: id est, *panem & vinum Eucharistiæ in mysteriis Mithræ adhibuerunt Dæmones mysteria Christiana imitati. Scitis enim apponi panem, & poculum aquæ in ceremoniis eius, qui initiatur, cum quibusdam epilogis, & additamentis.* Tertullianus lib. de corona militis: Mithræ miles cùm initiatur in spelæo, in castris tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam, quasi mimum Martyris (sic emendo, non nimium, aut minimum) capiti suo accommodatam monetur obuia manu depellere, & in humerum si fortè transferre, dicens, Mithram esse coronam E suam. Eorum autem, qui initiarentur, variæ probationes, & tentamenta fuerunt. Vrebantur, frigida tingebantur, authore Nazianz. Steliteur. καὶ τὰς μίθρου βασάνους, καὶ καύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικὰς παρὰ τῶν ἀξίως ἐκ μίθρου πάντα κολαζομένων. Nullus sacris initiari poterat, nisi probationes omnes, & cruciatus corpore suo excepisset, vt se quasi à sensu doloris liberum, certè perturbationis immunem testaretur. Numerantur autem octoginta tormentorum genera, quæ serie quadam suscipiebantur. Primùm quidem leuiora, tum efficaciora, quæ si quis omnino forti animo tolerauit, tum verò religionibus imbuitur. Ignem experiuntur, frigus tolerant, famem patiuntur, siti vruntur, longinquas profectiones suscipiunt. Quod ne nullo authore dictum putes, accipe locupletem & probatum Nicetam ad Steliteur. Nazianz. οὐδεὶς δύναται τὰς τοῦ μίθρου τελετὰς τελεσθῆναι, εἰ μὴ διὰ πασῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξαι ἑαυτὸν τινα ἀπαθῆ καὶ ὅσιον. λέγεται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελούμενον διελθεῖν. πρῶτον τὰς ἐλαφροτέρας, εἶτα τὰς δραστικωτέρας, καὶ εἶθ' οὕτως μετὰ τὸ παρελθεῖν διὰ πασῶν τῶν κολάσεων τότε τελεῖται

ὁ τελούμενος. διὰ κρύους, διὰ πείνης, διὰ δίψης, δι' ὁδοιπορίας δεῖ παρελθεῖν, καὶ τὰς λοιπάς. Idem Nicetas alio loco: τούτῳ μάλιστα παρὰ τοῖς Χαλδαίοις τελεταὶ γίνονται. πρότερον τὰς ἐλαφροτέρας κολάσεις κατὰ βαθμὸν καταλαμβάνουσι. πρότερον ἐλιμώττον αὐτοὺς ἐπὶ ἡμέρας ν. εἶτα εἰς χιόνα εἴκοσι ἡμέρας: id est, *huius Dei cerimoniæ sanctissimæ obeuntur. Primùm enim per quosdam veluti gradus leniores excipiunt dolores, tum asperiores. In ipso probationis ingressu per quinquaginta totos dies eos fame cruciant, deinde duos dies flagris cædunt, tum in niuem viginti dies immittunt.* Zonaras in voce *Mithra* quiddam huic simile ponit. Nazianz. oratione in sancta lumina vocat Mithræ iustum supplicium aduersus eos, qui nefariis illis sacris imbui,non verentur. Nicetas superiori loco ait, impositum etiam id oneris ei, qui initiaretur, vt fossam foderet, terram aperiret, in solitudine moraretur.

CAP. V.

De cultu Ignis.

IGNEM ad Mithræ cerimonias nonnulli referendum putant, tum quia Solem ignium, ac luminum ducem & parentem esse dicimus, tum quia Mithram ipsum ignis quasi reum, vt Nicetas ait, Magi esse perhibent. In quæstione autem est, à quo primùm ignis cerimoniæ repertæ sint. Quidam enim Perseo, alij Zoroastri ferunt acceptas. De Perseo Georgius Monachus, ἐδίδαξε δὲ αὐτοὺς καὶ τὴν μυσαρὰν τελετὴν καὶ μαγείαν τῆς λεγομένης μεδούσης, ἐφ' οὗ καὶ πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατῆλθεν ἐν τῇ περσίδι, ἐξ οὗ καὶ ἀνάψας, καὶ κτίσας ἱερὸν ἔθηκεν αὐτὸ ἐν αὐτῷ καλέσας τὸν ναὸν πυρὸς ἀθανάτου, καταστήσας δὲ ἄνδρας εὐλαβεῖς διακονεῖν αὐτῷ, καὶ φυλάττειν ἐκάλεσε (lego ἐκάλεσε, vel ἐκάλεσε) τοὺς μάγους, ὅπερ ἕως ἄρτι ἐν πολλῇ τιμῇ ἔχοντες οἱ πέρσαι πυρσολατροῦσι: id est, *docuit Persas ipsos exsecrandas cerimonias, & magiam, quæ dicitur Medusæ, quo regnante ignis in Persis de cælo delapsus est, ex quo ignem alium accendens, & fanum extruens in eo reposuit, vocauitque templum ignis immortalis, & constituens viros prudentes, vt seruirent, seruarentque ignem, Magos eos appellauit, quos ritus en multa dignatione habentes Persæ colunt ignem.* Cedrenus Perseum eumdem authorem agnoscit. Cùm enim ad Silphium ingens procella cum imbribus orta esset, Perseus preces fudit, subitóque fulmen instar ignei globi delapsum est, cuius casu tempestas sedata, fluuiúsque Orontes imbribus exundans suo alueo se clausit. Ex eo igne Perseus ignem accendit, & in regia πυρεῖον, *igni sacellum* exstruxit, vbi Sacerdotes ignem colerent. Eius verba sic habent: χειμῶνος δὲ πολλοῦ πεσόντος, καὶ πλημμυροῦντος ὀρόντου ἄφνω κεραυνὸς ὡς σφαῖρα πυρὸς οὐρανόθεν κατηνέχθη, καὶ οὕτω ὅτε χείμων ἐπεσχέθη, καὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ ἀνεῴθη. καὶ γοῦν τοῦ πυρὸς ἐκείνου πῦρ ἀνάψας ὁ περσεὺς εἶχε μετ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἴς τε τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγών, καὶ ἱερὸν τοῦ πυρὸς κατασκευάσας, καὶ ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησάμενος. Sed & Iopoli, & in omni reliqua ditione constituit ignem vt Deum de cælo lapsum colere, Magos vocans ignis Sacerdotes. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν ἰοπόλει, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτοῦ γῇ, καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα θεὸν σέβεσθαι τὸ πῦρ ἐκεῖνο θεσπίσας ἐδίδαξε πυρσολατρεῖν, μάγους τοὺς τοῦ πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. Id ipsum astruit Tzetzes Chil. 1. cap. 67. indicans ab Heraclio ignem illum extinctum esse, qui à Perseo Persis proditus sit. Sic enim ille:

> Καὶ πῦρ περσῶν κατέσβεσεν, ὅπερ εἰς σέβας εἶχον
> Ἐκ κεραυνοῦ μὲν ἀναφθὲν ὑπὸ περσέως πάλαι,
> Λυχνοκαΐαις δὲ πυρσοῖς τοῖς ἀεὶ διαδόχοις,
> Καὶ συνεχέσι δὲ πυραῖς μεγάλαις λαβροτάταις
> Ἐπιμελῶς τηρούμενον μέχρι τοῦ τότε χοσρόου.

Et ignem Persarum extinxit, qui in cultu illis erat cùm à Perseo olim ex fulmine accensus esset, seruaretúrque studiosè lampadibus, facibus alternantibus, & pyris continuis magnis violentis vsque ad Chosroem. Alij Zoroastrem igni cultum detulisse primum omnium volunt. Is à Belo ipso duxit originem, & in Persis clarissimus Astronomus fuit, qui cùm vouisset, optassétque igne de cælo tangi, præcepit Persis, vt ossa sua post exustionem legerent, seruarent, & colerent, pollicitus Regnum Persis ereptum non iri, quandiu ossa sua colerent. Cùm igitur fulmine Zoroastres in cineres redactus esset, reliquias eius Persæ coluerunt, quibus neglectis Imperio exciderunt. Cedrenus, ἐκ τοῦ γένους τοῦ βήλου καὶ ζωροάστρης ὁ περιβόητος ἐν πέρσαις ἀστρονόμος γενόμενος ηὔξατο ὑπὸ πυρὸς αἰθερίου κεραυνωθῆναι, καὶ ἀναλωθῆναι ἐντειλάμενος τοῖς πέρσαις τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ μετὰ τὴν καῦσιν ἀναλαβεῖν καὶ φυλάττειν αὐτοὺς καὶ τιμᾶν. Plin. lib. 30. cap. 1. magicam à Zoroastre in Perside ortam scribit, quem Eudoxus sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse

A fuisse prodidit. Aristoteles Hermippus ab eo vicies centum millia versuum condita ait, præceptorémque habuisse Azonacem. Quidam Zoroastrem hunc faciunt Proconnesium. Suidas ζωροάστρην περσομήδην facit, ὃς πρῶτος ἦρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων, *Zoroastrem Persomedem, qui primus instituit Magorum nomen.* Arnobius quatuor Zoroastres ponit. Primum Chaldæum, alterum Bactrianum, tertium Pamphilium, qui & Erus dictus, quartum Armenium Hostanis filium, vt Clemens lib. 4. recognit. Suidas quintum Persomedem, sextum Proconnesium, de quo Plinius. Ita & Lactantius lib. 2. cap. 14. & 16. Manasses in Politicis eundem huius cultus ignei repertorem ostendit. Sed vide quàm eruditè antiquæ illius, Gallicæque simplicitatis author scripserit Gregorius Turonensis lib. 1. Histor. Franc. Primogenitus Chami fuit Chus. Hic fuit totius artis magicæ imbuente Diabolo, & primus idololatriæ repertor, primúsque statuunculam adorandam statuit, stel-

B las & ignem de cælo labi magicis artibus mentiebatur. Is ad Persas cùm transisset ob id vocatus est Zoroastres, stellam viuentem interpretantur. Quam opinionem hausit Gregorius è lib. 4. recognit. D. Clementis, Persas genus suum ducere ab vno ex filiis Cham monentis, qui Mesraim dicebatur, quem post obitum Zoroastrem, id est, viuum sydus appellarunt. Laërtius lib. 1. initio Zoroastrem lingua Chaldæa ἀστροθύτην significare admonet, id est, *qui sacrificat astris.* Ab hoc ignem adorare docti, ipsum igne diuinitus consumptum, vt Deum colunt. Agathias lib. 2. Persas suæ ætatis à priscis moribus discessisse conqueritur, vsósque legibus alienis tanquam adulterinis, quas ex Zoroastri Orimasdei disciplina hauserint. Is autem Zoroaster siue Zarades Hystaspis ætate, sicuti Persæ recentiores asserunt, principatum tenuit. Dubitatur autem an Hystaspes ille Darij pater, an alius fuerit. Darij

C pater fuisse videtur quem Marcellin. lib. 23. ait inter Brachmanas eductum astrorum scientiæ peritissimum euasisse. Vt vt sit, Persas magicis sacris imbuit Zoroastres, & varios religionum ritus induxit. Vnde sine controuersia est, ignis cultum vel à Perseo, vel à Zoroastre inuentum. Persæ quidem, & Magi omnes Persidis accolæ cæteris elementis ignē anteponunt. Ignem itaque diuidunt in duas potestates, & naturam eius ad vtrumque sexum transferunt, & viri, & fœminæ simulacra substantiæ igni deputantes, mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosis eam serpentibus illigantes; virū verò boum abactorē ponentes, sacra eius ad ignis transferunt potestatem, quæ in speluncis abditis tradunt. Verba Persica, μιχάβαω μυστικὸ ὁ κλοπῆς συνδεξιε πατρὸς ἀγαυῦ, ait Firmicus Matern. cap 5. Rufinus cap. 26. lib. 2. & Suidas in voce *Canopus*, rem narrant festiuam, & iucundam. Cùm ignis à Magis vt Deus maximus celebraretur, quod ardore suo cæteros Deos consumeret,

D Canopi quidam sacerdos hydriis aqua conclusa, variísque foraminibus subitò erumpente magnum illum Persarum Deum extinxit. Erat igitur in cultu Persis & Babyloniis ignis, ipsi etiam plebeculæ, vt patet ex eleganti & salso illo epigrammate lib. 3. Anthol. vbi Persa quidam plebeius libentiùs se vitam suam, quàm ignem violaturum ostendit.

—— πῦρ δὲ μιῆναι
ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.

Non ignem modò, sed & omnia quæ ignis speciem præ se ferunt, coluerunt, ait Eustath in Dionys. de situ orbis. πάντα πυροειδῆ σέβουσι, vnde & Pyropo quasi flammas emittenti honorem habuerunt, authore Strabone lib. 15 quem neque ad mortuum admouebant, non magis quàm ignem ipsum. Inde nata erat illa superstitio, vt iis nihil denegaretur qui ignem in fluuium detulissent, & ni voti compotes fierent, ignem se mersuros aqua minarentur. Quem morem sic explicat Plut. de [illegible]mno frigido in Persis. τῶν ἱκετευμάτων μέγιστον ἦν, καὶ ἀπαραί-

E τητον εἰ πῦρ λαβὼν ὁ ἱκετεύων, καὶ ἐν ποταμῷ βεβηκὼς ἀπειλοίη μὴ τυχὼν τὸ πῦρ εἰς τὸ ὕδωρ ἀφήσειν. ἐτύγχανε γὰρ ὧν ἐδεῖτο, τυχὼν δὲ ἐκολάζετο. Non autem à plebecula tantùm, sed maximè à Regibus colebatur ignis in ædibus ad eam rem sanctè comparatis, idque quotidie, ait Theodoret. lib. 5. histor. πέρσαι τὸ πῦρ σέβουσι, καὶ εἰώθει βασιλεὺς ἐν οἴκῳ τινι τὸ διηνεκῶς καιόμενον πῦρ προσκυνεῖν. postea vocat πῦρ ἄσβεστον, *ignem inextinctum.* Ædes eæ dictæ πυρεῖα, & πυρὸς τεμένη. Theodoret. lib. 5. Ecclesiast. hist. πυρεῖα δὲ καλοῦσιν ἐκεῖνοι τοῦ πυρὸς τοὺς νεώς. In πυρείῳ ignem seruabant ad vaticinationes, quem eo loco habuerunt quo Romani Vestam, ait Procop. lib. 2. belli Persici. Sicut ergo à Vesta & Iano sacra omnia Romani auspicabantur; ita & Persæ ab igne. Zonaras in Heraclio, qui templa ignis aliquot euertit. τὰ τεμένη τοῦ πυρὸς, αὐτοῖς ἐκείνοις τετιμημένα παρ' αὐτοῖς διέφθειρε. Diacon. lib. 18. In vrbe Thebarne templum erat ignis, atque pecuniæ Crisilidorum Regis, & error prunarum. Heraclius templum ignis combussit. Cedrenus in Heraclio, γάζακα ἦν πόλις ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀν-

Θράκων: id est, *in vrbe Gaza templum erat Gaza templum erat ignis, & error prunarum*. Cuicunque Deo Persæ sacrificarent, primò igni vota nuncupabant, & precabantur, ait Strabo lib. 15. ᾧ δ' ἂν θύσωσι θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. Alia fuerunt πυραιθεῖα, & πύραιθοι, qui è numero Magorum in Cappadocia ignem colunt, & non cultro, sed stipite quodam hostiam mactant tanquam malleo verberantes. ἐστὶ δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι, in quorum medio ara est, in qua Magi & cinerem multum, & ignem perennem seruant, & eò quotidie ingressi imprecationes faciunt per horam ante ignem virgarum fasciculum tenentes, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς καθηκούσας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγναθίδας, id est, *tiaris opertis ex lana densa vtrinque demissis, vt labia & genas tegant*. Igni mactari solitos equos docet Iulian. in hymno Solis, cui quoties facerent ei pabulum præbebant, dicebántque: Ignis Domine comede. Indicat Maxim. Tyrius serm. 39. θύουσι πέρσαι πυρὶ ἐπιφορούντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν ἐπιλέγοντες, πῦρ δέσποτα ἐσθίε. Strabo lib. 15. Persæ cùm igni sacra faciunt, ei pabulum arida ligna sublato cortice proponentes aruina superimecta, tum infuso oleo succendunt non insputantes, sed ventilantes. τὸν δὲ φυσήσαντας, ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι, id est, *eos qui flarint, aut cadauera in ignem imiecerint, aut sterquilinium & fimum, capite mulctant*. Laert. lib. 1. initio. μάγους ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν, *nefas igne sepelire Magi putant*. Darius milites suos ad prælium verbis incendens, per patrios Deos, æternúmque ignem qui præfertur altaribus, obtestatur. Curtius lib. 4. Nam & Regibus ignem præferebant in foculis, aut ponè ferentes sequebantur, vt prodit lib. 8. Xenophon. πῦρ ὄπισθεν αὐτῷ ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. *Ignem*, ait, *pone eum in ingentibus focis ferebant, sequebantúrque*. Curtius lib. 4. ignem æternum vocat. Strab. lib. 15. ἄσβεστον. Socrates lib. 7. histor. αἰώνιως καιόμενον. Claudian. lib. 1. de laudib. Stilic.

——penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis. ——

Quem Agathias lib. 2. perpetuum ait à Magis seruari. Ammian. Marcel. lib. 23. Ferúntque etiam ignem cælitus lapsum apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam vt faustam præisse quondam Asiaticis Regibus dicunt. In ea igitur religione ignis fuit, vt eum quasi ducem & præsidem in prælia ferrent. Quem ritum bellè exponit Q. Curtius. Cùm in prælium exeundum esset, super tabernaculum, vnde ab omnibus conspici posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat. Ignis sacer & æternus argenteis altaribus præferebatur. Magi proximi patrium carmen canebant. Inter impedimenta regia ferebatur sacer ignis cùm agmen procederet, ait Euagrius lib. 5. historiæ. τὰ σκευοφόρα τῷ ζώων σὺν καὶ αὐτοῖς φορβεῖς φέρων, ἐν οἷς καὶ τὸ χουσὶν σεβαστὸν πῦρ. Ea religio cùm ignis esset, mirum non est si sacrum illum & æternum ignem, ne extingueretur, sedulò curarent. Moris tamen fuit vt extingueretur morte Regum, Diodoro teste lib. 17. πᾶσι δὲ τοῖς κατὰ τὴν ἀσίαν οἰκοῦσι προσέταξε τὸ παρὰ τοῖς πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβέσαι ὁ ἀλέξανδρος, μέχρι ἂν τελευτὴν τὴν ἐκφορὰν τοῦ ἡφαιστίωνος. τοῦτο δὲ εἰώθασι οἱ πέρσαι ποιεῖν κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς. *Asiaticis omnibus Alexander imperauit, vt diligenter extinguerent sacrum ignem qui Persis in cultu est, donec extulisset Hephæstionem. Hoc autem solent Persæ in obitu Regum*. Non autem soli Persæ, sed omnis penè Asia, Macedones quoque & Sauromatæ ignem coluere. Clemens in Protrep. περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τὴν ἀσίαν κατοικούντων πολλοί, πρὸς δὲ καὶ μακεδόνες καὶ σαυρομάται. Duo simulacra Deorum Magi statuebant cùm sub dio sacris operarentur, ignem & aquam. Clemens ibidem. μάγους θύειν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἀγάλματα μόνα, τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντες. Minus autem mirum Barbaros ignem coluisse, cùm & Stoici Deum ignem putarint, ait Agustin. lib. de Ciuit. Dei.

CAP. VI.

De aliis Persarum Diis.

QVÆ ratio mouit Assyrios & Persas, vt Solem, & ignem de cælo lapsum eximiè præ aliis colerent, eadem impulit eos, vt Lunæ, stellísque honorem haberent, vtilitas, puto, vel voluptas, quæ ex illis ignibus in homines deriuatur. Hinc illud est Corippi ad Iustinian.

Ille etiam Solis qui se subiactat amicum,
Ardua suspiciens minuentis cornua Lunæ,

Noctiua

Noctiuagósue colens astrorum consulit ignes.

Epiphanius lib. 3. hæres. pag. 460. παρὰ πέρσαις μαγουσαῖοι καλούμενοι, οἱ εἴδωλα μὲν βδελυττόμενοι, εἰδώλοις τε προσκυνοῦντες, πυρὶ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἡλίῳ. *Apud Persas Magusæi idola detestantur, & tamen idola colunt, ignem, Solem, Lunam.* Strabo lib. 15. Persæ cælum Iouem putant, colunt Solem, quem Mithram vocant. Item Lunam, & Venerem, & tellurem, & ventos, & aquam. Herodot. lib. 1. οἱ δὲ ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδουσι, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. θύουσι δὲ ἡλίῳ, σελήνῃ, γῇ, πυρὶ, ὕδατι, ἀνέμοισι. *Ioui*, inquit, *in altissima montium ascendentes faciunt, cæli ambitum omnem Iouem appellantes, sacrificántque Soli, Lunæ, terræ, igni, aquæ, ventis.* Xenoph. lib. 3. Cyropæd. καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, *Cyrus terram libationibus placabat.* Ipsi etiam Philosophi has ineptias amplexi sunt. Tertul. lib. 1. in Marcionem; Thales aquam Deum dixit, Heraclitus ignem, Strato cælum, & ætherem, Plato sydera, quæ colunt & Persarum Magi, & Ægyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnosophistæ. Cùm tamen ex æquo Luna cum Sole culta sit, aut Sol ipse religiosiùs quàm Luna, mirum videri possit quod legitur apud Curtium lib. 5. Cùm Luna defecisset ad Arbelam, vates Ægyptij responderunt Alexandro, Solem Græcorum esse, Lunam Persarum, cuius defectione Persæ semper victi sunt. Et certè Aristophanes ipse in Pace Solem ait cum Luna consilia aduersus Græciam pro Persis contulisse, quod religiosè ab illis colerentur. Eius verba sic habent.

> Ἡ γὰρ σελήνη καὶ ὁ πανοῦργος ἥλιος
> Ἡμῖν ἐπιβουλεύουσι πολὺν ἤδη χρόνον,
> Τοῖς βαρβάροισι προδιδόντε τὴν Ἑλλάδα,
> Τούτοις δὲ οἱ βάρβαροι θύουσι.

Id est, *Luna, & veterator Sol nobis iam diu insidiantur, & Barbaris Græciam produnt.* deinde subiungit. *His enim Barbari sacrificant.* vbi & Scoliastes; Barbari Solem, & Lunam cæteris Diis religiosiùs colunt. διὰ τοῦτο καὶ τὴν δῆλον, καὶ τὴν ἔφεσον οὐ διελυμήναντο. ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἀπόλλων ὀνομάζεται, ἡ δὲ ἄρτεμις σελήνη, id est, *ideò non euerterunt Delum, & Ephesum. Sol enim Apollo, Luna dicitur Diana.* Cic. 1. in Verrem Persas Delio templo pepercisse ait ob loci sanctitatem. Et Alexander ipse quasi iam in Persicum morem transisset, in defectione Lunæ dicitur sacrificasse Lunæ, Soli, & terræ. Arrian. lib. 3. de Alex. καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλειπὲς ἐγένετο. καὶ ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ, καὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ γῇ. Ipsa etiam elementa, vt ostendimus, Persæ in in Diis numerarunt. Theodoret. lib. 5. histor. Ecclesiast. μάγους τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. Strabo lib. 15. γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ σέβουσι. Quod idem astruit Herodot. lib. 1. θύουσι γῇ, πυρὶ, ὕδατι, ἀνέμοισι. Artoxerxes apud Plut. manu terram tangit Iunonem adorans. Diogen. Laërt. lib. 1. proœm. Magi putant Deos ignem, terram, & aquam. Aërem enim Iouis nomine adorant. Terræ quoque mactatas hostias indicat Xenoph. lib. 8. Cyropæd. De aqua res illustrior est & testatior, quam ex lib. 3. Græcorum epigram. tit. εἰς δούλους, recognosces.

> Εὐφράτην μὴ καῖε Φιλώνυμε, μηδὲ μιαίνῃς
>   Πῦρ ἐπ' ἐμοί. πέρσης εἰμὶ καὶ ἐκ πατέρων.
> Πέρσης αὐθιγενής; ναὶ δέσποτα. πῦρ δὲ μιῆναι
>   Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
> Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί. μηδ' ἐπὶ νεκρῷ
>   Λουτρὰ χέῃς. σέβομαι δέσποτα καὶ ποταμούς.

Id est, *Euphratem ne crema Philonyme, neque polluas ignem super me. Persa sum à parētibus. An Persa es indigena? Sum Domine. Ignem autem polluere nobis ipsa morte acerbius est Sed inuoluens me manda terræ. Neque super mortuū lauacra fundas. Colo Domine etiam fluuios.* Agathias l. 2. Persæ venerantur aquā vsque adeò vt illa vultum nō abluant, nec eam vlla ratione attingant, vel potionis causa, vel vt arbores irrigent. Ad lacum, vel flumen, vel fontem euntes cùm aquæ facere volunt, scrobem fodiunt, ibique hostiam iugulant, cauéntque ne proxima aqua sanguine contingatur; sic enim omnia pollutum iri putant, ait Strabo lib. 15. Aquam igitur & colebant, & Susis in arce Imperij è Nilo, Danubióque petitam Reges inter thesauros ponere soliti erant, quasi quod in Imperio maximum esset, illud firmissimè stabilirent. Plut. in vita Alexandri, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ νείλου, καὶ ἴστρου εἰς τὴν γάζαν ἀποτιθεμένους τοὺς βασιλεῖς, οἷον ἐκβεβαιουμένους τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Quo factum vt in fluuium Persæ nec immeierent, nec lauarent, nec abluerent, nec cadauer iniicerent. Strabo lib. 15. εἰς γὰρ ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσιν, οὔτε νίπτονται, οὔτε λούονται, οὐδὲ νεκρὸν ἐκβάλλουσι, οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι μυσαρῶν. Agath. lib. 2. Arnob. lib. 6. & Herod. lib. 1. hoc idem asserunt. Inde est quod Tiridates Euphratem traiectus placando numini equum adornauit, ait Tacit. lib. 5. Annal. cùm hic more Romano, suóve taurilia daret, Persa equum

equum placando numini adornasset. Quanquam apud omnes penè gentes receptum, vt A Neptuno, mari, & fluuiis equi immolarentur. Appian. p. 140. καὶ ποσειδῶνι λευκῶν ἵππων ἅρμα καθεὶς εἰς τὸ πέλαγος, id est, *& Neptuno currum equorum candidorum in mare mittens.* Homer. Iliad. Φ.

ζωοὺς δ᾽ ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους.

Viuos autem in fluctus mittite cornipedes equos.

Plinius tamen lib. 30. cap. 11. de Tiridate loquens ait, cum cùm ad Neronem venit, nauigare noluisse, quoniam expuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Sidon. in Panegyr. Babyloniis aquam & ignem in cultu fuisse, sicuti & Persis, ostendit, quæ ad iusiurandum vsurpari solita essent. Vbi enim dixerat;

Quæque Draconigenæ portas non clauserat hosti.

Subiunxit de Babyloniis loquens; B

—— Iuratur ab illis

Ignis & vnda Deus. ——

Herodot. lib. 3. θεὰς βασιληίας ἐπικαλέων. Alios præterea Deos habuerunt Persæ, Oromasdem, Mesoromasdem, siue Orimasdum, seu, vt Stobæus, Orimagdam, Omanum, Baltazarem, Arimanem, Adonin, Animinem, Heroas, Alexandrum, Reges etiam suos diuinis honoribus prosecuti sunt. Et quidem Persæ magnam partem cum Manichæis conueniebant, in eo potissimùm quod duo illi & prima inducunt principia, alterum bonum, rerum omnium opificem, quem Orimasdem, alterum malum & perniciale m, quem Arimanem appellant. Festum autem omnium apud se celeberrimum, quem vitiorum interitum vocant, quotannis agitare solent, in quo serpentes, aliásque feras, & solitarias animantes interficiunt, & Magis offerunt, quasi pietatis egregium argumentum, narrante Agathia. Herodot. lib. 1. Serpentes, formicas, omniáque reptilia & volucria à Magis occidi ait, exceptis cane & homine. Hac illi ratione se bonorum authori Deo pulcherrimè C operam putant; Arimani verò negotium exhibere, ait Agathias lib. 2. August. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 21. idem penè de duobus illis principiis ponit. A Persis solos duos Deos coli, vnum bonum, alterum malum, continent literæ istorum. Sunt illa duo principia de quibus Terbinthus, seu Buddas hæreticus cum Mithræ æditius fabulatus est apud Epiphanium hæres. 66. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς διαλεγόμενος ἐν τῇ περσῶν χώρᾳ καταχθεὶς πρὸς χήραν τινὰ χρείαν, καὶ τοῖς τοῦ μίθρα νεωκόροις τε καὶ ἱερεῦσι τοῦ εἰδώλου, προφήτῃ τινὶ πάρκῳ, καὶ λαβδάκῳ συζητήσας περὶ τῶν δύο ἀρχῶν. *Vt & Buddas cùm in Persidem venisset, loquitur cum anicula vidua, & Mithra æditiis ac sacerdotibus idoli, cùm de duobus principijs quæsiuisset ex Parco propheta & Labdaco.* Hic Buddas Mani & Manichæis viam hæreseos muniuit. August. lib. 1. contra Manichæos. Illud verò, inquit, quo modo sit, vt nec Deus malum genuerit, aut fecerit, nec vlla sit, fuerítve natu- D ra, quam non Deus fecerit, nescio quæ fabella Persica est. Plutarc. lib. de Isi, & Osiri ait, Zoroastrem induxisse duos Deos ἀντιτέχνους, quorum alter bona, alter mala faceret. Bonum quidem vocabat Oromazem, seu Oromasdem; malum autem Arimanium. Inter vtrosque medium Mithram, qui & Persis μεσίτης dicitur. Orimazum alij vocant Orimagdam. Arimanem Hesychius ᾅδην, seu Ditem patrem Persis esse tradit. Arimanes apud Plutarc. in Alexand. dicitur πονηρὸς δαίμων περσῶν. Ab hoc precatum Xerxem ait Plutarc. in Themist. vt eam mentem hostibus suis iniiceret, vt ad se transfugerent. Erat enim Arimanes Deus ἀποτρόπαιος, & auerruncus, cui furuas hostias mactatas, Orimasdo contrà albas, indicat Plutarch. lib. de Isi, & Osiri. Arimani herbam, omomi dictam, in mortario tundebant Magi, Ditem inuocantes, & tenebras, miscentésque lupi iugulati sanguinem in locum tene- E bricosum abiiciebant. Addit Plutarch. ex stirpibus & animantibus alias τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, alias τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι. Agathias lib. 2. ipsum Zoroastrem Orimasdeum vocat, vt opinor, quod duos illos Deos aduersarios sibi inuicem opposuerit. Mesoromasdes dicitur à Plut. in Alexandri fortuna. Plato in Alcib. 1. μαγείαν τε διδάσκει τὴν ζωροάστρου τοῦ ὠρομάζου. Plutarc. in Alexandro vocat eum Dominum Orimasdem, qui lucem è tenebris, res lætas è tristibus faciat. Sic enim ille, τὸ σὸν ὁρᾶν φῶς ὁ πάλιν ἀναλάμψαι ὁ κύριος ὀρομάσδης. Laërtius in procemio lib. 1. ait, bonum dæmonem à Magis Iouem dici, & Orimasdem malum genium, Ditem & Arimenem; Agathias bonum genium vocari à Magis Deum, seu creatorem. Haud scio an Orimasdes ille fuerit Omanus, cuius τὸ ξόανον πομπεύειν, id est, *simulacrum in pompa duci*, eique templa exstrui à Persis memorat Strabo lib. 11. & cum Anairide coniungi. Postea enim Omanum & Anandratum Persicos Deos vocat συμβώμους τῆς ἀναΐτιδος. Quid si Omanus ille sit Hamononim qui sæpe in sacris literis vsurpatur, cùm de excelsis, & πυραιθείοις

agitur.

A agitur? Illud autem de genio bono & malo, déque Diis auerruncis non Persis singulare, sed gentibus penè omnibus commune fuit, vt homini quamprimùm natus est, bonum malúmque genium vitæ perpetuum comitem assignarent, vt Seruius ad illud 6. Æneid.

Quisque suos patimur manes.

Bonum genium, inquit, & malum intelligit. & Orpheus in εὐχῇ.

Δαίμονά τ' ἠγάθεον, καὶ δαίμονα πήμονα θνητῶν.

Sed Persæ Deos illos duo rerum omnium principia, vt & Manichæi, esse volebant. Baltazar quoque inter Deos à Persis censetur, & Babyloniis, ait Chrysost. serm. 26. in Epist. ad Hebr. τὸν δανιὴλ καὶ βαλτασὰρ ἐκάλεσεν, τὸ θεοῦ αὐτοῦ τοὔνομα. οὕτως οὐδὲν θαῦμα ἡγοῦντο αὐτῶν τοὺς θεοὺς, ὅπου γε τὸν αἰχμάλωτον οὕτως ἐκάλει. *Danielem vocauit Baltazarem, ei nomen Dei sui impertiens. Vsque adeò flocci fecere Deos suos, vt captiuis eorum nomina inderent.* Fuit & Adonis in eorum religione, à

B quibus ἀβωβὰς dictus est, vt docet Hesychius. Agathias Persis Deum quendam attribuit qui dicatur Animines. Iidem Alexandrum victorem diuinis honoribus affecerunt. Theocrit. Idil. 17.

Ἀλέξανδρος πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης.

Natum id esse puto ex illa consuetudine qua Reges ipsi se pro Diis haberi voluerunt, non modò post obitum, sed & viui, cùm salutare eos nisi cum adoratione fas non esset. Cedrenus in Heraclio; Chosrois, inquit, simulacrum in Palatio veluti sedentis eminebat, circúmque Solem, & Lunam, & stellas, & Angelos sceptriferos constituerat, καὶ περὶ τοῦτον ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, καὶ ἀγγέλους σκηπτροφόρους. Eò respexit author Panegyrici ad Theodos. Rex Persidis (inquit) te in his colit templis, Imperator, in quibus ipse colitur, gemmis sericóque præbendo, ad hoc triumphalibus belliciis in tua esseda suggerendis. Cyrillus ad

C Alipium ait, Reges Babylonios se pro Diis coli voluisse, numinísque opinionem venatos. Vnde apud Callisthenem in vita Alexandri Darius iurat, ὄμνυμί σοι δία τὸν μέγιστον, καὶ ἐμὸν πατέρα, quasi pater eius Deus esset. Quanquam scio etiam alias gentes per parentum suorum capita iurasse. Habuerunt & Persæ suos Heroas, quos Artæos appellarunt. Nam & iusti à Magis vocantur ἀρτάδες, ait Hesych. Certè Artæi Herodoto lib. 1. dicuntur Medi ob virtutem. Xenoph. lib. 8. ἐπειδὴ δὲ ἥρωσι τοῖς συρίαν ἔχουσι, quibus & iusta soluisse, inferiásque misisse Magos ait Herod. lib. 7. χοὰς δὲ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο. Xenoph. lib. 3. Cyropæd. ἐκεῖ αὖ καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς, θυσίαις, καὶ ἥρωας ἀσσυρίας οἰκήτορας ἐυμενίζετο. De templis autem, & simulacris Deorum, an in Persis ab initio fuerint, video in controuersiam vocari. Herodot. quidem lib. 1. Persas nulla Deorum simulacra, templáve struere monet, quod hu-

D mana forma Deos esse negent. Ioui autem in altissima montium ascendẽtes faciunt, οὐ ποιοῦσι ἀγάλματα, καὶ νεὼς, οὐκ ἀνθρωποφυέας νομίζουσι θεοὺς. *Persæ non faciunt simulacra, & templa, nec Deos humana forma esse putant; damnant eos qui dicunt Deos esse mares, aut fœminas.* Laërtius initio lib. 1. καταγινώσκειν μάλιστα τῶν λεγόντων ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς, ἢ θηλείας. Itẽ Strabo lib. 13. in procem. μάγους τὰ ξόανα καταγινώσκειν. Diodor. Sicul. lib. 6. Æschyl. in Persis, οἳ γῆν μολόντες ἑλλάδα, οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾷν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς. *Qui cùm in Græciam venissent non veriti sunt Deorum simulacra spoliare, & templa vrere.* Isocrates in Panegyrico sub fin. Iones diris eius caput deuouisse ait, qui templa incendio à Persis vastata restitueret, vt monumenta eorum ἀσεβείας ad æternitatem fixa manerent. Pausan. in Phocicis idem asseuerat, Lycurgus orat. in Leocratem, Diodor. Sicul. lib. 11. Origenes in Cels. lib. 1. Negant Diis Persæ imagines & sacella facienda. & lib. 7. Non ferunt templa, aras, & statuas inspicere. ne Scythæ quidem, & Numidæ, & Seres impii. Clemens in Protrept. Priusquàm Anaitidis Veneris statuam ere-

E xit Artoxerxes, non colebant Persæ simulacra hominis specie, sed aquam modò & ignem. Ipse Cic. lib. 2. de legibus à Xerxe Græcorum euersa delubra ait, quod Deum, qui capi non posset tectis, includerent. Quæ si vera sunt, cur à Strabone lib. 11. & aliis ponuntur in Perside templa Omani, Anaitidis, & Mineruæ, vbi Reges inaugurari moris fuisse suprà docuimus? Suidas in voce *Datis.* ὅδε ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψεν ζήτησιν ἐποίεε τῶν νεῶν. εὑρὼν δὲ ἐν φοινίσσῃ ἄγαλμα ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυνθάνετο ὁπόθεν εἴη σεσυλημένον. πυθόμενος δὲ ἐξ οὗ ἦν ἱροῦ ἔπεμπε τῇ ἑαυτοῦ νηὶ ἐς δῆλον, καὶ κατατίθεται εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἄγαλμα. Dices fortè ex Clem. Alexandr. Artoxerxem primum omnium templa, & simulacra condidisse. At video multis annis ante Cyrum ipsum Babylone Beli templa, & simulacra fuisse. Nabuchodonosorem simulacrum illud aureum posuisse Herodot. lib. 1. non inficiatur. ἔστι δὲ τοῦ ἐν βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηὸς, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ διὸς χρύσεον. *Est*, inquit, *in templo Babylone fanum aliud inferius & subterraneum, vbi simulacrum ingens Iouis cernitur.* In Perside ante Artoxerxem simula-

era fuisse coniicio, quod cùm Chettæi Persæ cum Iudæis Babylonem deportatis, in Iudæam coloni transmissi essent, quinque Deos è Perside secum abstulerunt, postea tamen peste vexati, cladibúsque ac leonibus, Deum Iudæorum amplexi sunt, & Samaræi vocati, ait Iosephus lib. 9. Antiquit. cap. 14. Si Persis odio fuere templa & simulacra, cur Cyrus, Darius, & Xerxes templum Hierosolymitanum exstrui præcipiunt? lib. 11. Antiquit. Ioseph. cap. 2. Herodotus lib. 5. ait, Persas Græcorum templa euertisse, quod Athenienses Sardibus ignes intulissent, vnáque templum Cybeles incendissent. Apud Xenoph. lib. 8. παιδ. Cyrus in templo sacrificat. ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο πρὸς τὰ τεμένη ἔθυσαν τῷ Διΐ: *vbi ad fana venerunt Ioui immolarunt*. Post Artoxerxis ætatem templa & simulacra fuisse non dubito, teste Q. Curtio lib. 3. Vtrinque currus latus Deorum simulacra ex auro argentóque expressa decorabant, è iugo eminebant simulacra pacis & belli. Antiqui Persæ sicuti templa non erigebant, ait Strabo lib. 15. ita neque aras. In pyræthæis tamen aras fuisse suprà ostendimus ex eodem Strabone, ad quas Magi sacrificarent. Et Pausanias in Eliacis aras adhiberi ait in Persicis sactis. Sed fortè mos inoleuit post Artoxerxem. Ammian. lib. 23. & aras agnoscit, & Magos libamina defundere solitos, antequam res diuina fieret. Quas cùm per initia respuerent, in edita montium ascendebant, vbi sine templo, sine simulacro, sine aris, & altaribus Ioui, Soli, cæterísque Diis immolabant. Xenoph. lib. 8. παιδ. εὐθὺς οὖν λαβὼν ἱερεῖα ἔθυε Διΐ τε πατρῴῳ, καὶ ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύουσι, ὧδε ἐπευχόμενος, Ζεῦ πατρῷε, καὶ ἥλιε, id est, *statim igitur accipiens victimas immolauit Ioui patrio, & Soli, & aliis Diis in iugis montium, vt Persæ sacrificant, sic precatus, Iupiter patrite, & Sol.* Clemens Alexand. in Protrept. θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει: *sub dio eos sacrificare Dino ait*. Armenia, Cappadocia, atque adeò totus penè Oriens Persarum instituta, religionésque tenebant. Imò etiam ipsi Iudæi, cùm à Roboamo ad Ieroboamum decem tribus transissent, & in principem vrbem ad sacrificia pergere nollent, in iugis montium Deo victimas immolabant. Nam & ipse Elias 3. Reg. in iugis montium Deo rem diuinam fecit, sed non sine altari. Apud Appian. Mithridates in Cappadocia Ioui militari fecit patrio ritu in edito monte, vt infrà indicabimus. Sunt illa excelsa & πυραιθεῖα, de quibus in sacris literis, & Strab. lib. 5. θύουσι δ' ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, id est, *sacrificant in loco excelso*. Vnde Celsus apud Origen. lib. 5. in Celsum, dicebat Persas ritu Iudæorum in montibus editis Ioui sacra facere. Herodot. lib. 1. οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν. *Solent*, ait, *in editissima montium ascendentes Ioui facere.* De libatione Xenoph. παιδ. lib. 3. καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς. & alibi sæpe notauimus. lib. 7. ἀπαρξάμενος, καὶ σπείσας, καὶ εὐξάμενος ἔπιε: *cùm primitias obtulisset, & libasset, & precatus esset, bibit.* Habebántque Reges sacram mensam è qua libarent, ait Curtius lib. 5. vt Romani è mensa libabant, & μικρὸν κρέας in parella Diis dabant. Diis autem omnibus ita res diuina fit, authore Herodot. lib. 1. Nec aras excitant, nec ignem sacra facturi, non libatione vtuntur, non tibia, non vittis, non mola salsa. In locum purum, vt quisque Diuis facere instituit, deducit victimam, Deúmque inuocat, tiaram myrteo ramo deuinctam habens, ipse sibi priuatim nihil Deos rogat, sed vt omnibus Persis, maximéque Regi bene eueniat, à Diis flagitat: cùm in partes ac prosecta victimam dissecuerit, carnes coxerit, in trifolio, vel alia herba mollissima collocat ablegmina. quo tempore prosicias illas disponit, vir Magus ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν. ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι, id est, *Deorum satum & generationem accinit, quam illi dicunt esse imprecationem, & magicum carmen. sine Mago enim nefas iis est sacra facere.* Quibus qui operatus est, paulum moratus carnes aufert, & in eos vsus confert quos ratio suaserit. Interdum tamen Persæ faciebant ὁλοκαύτωσιν ταύρων, vt Xenoph. lib. 8. καθαρὸν τόπον vocat, vbi nihil esset sordium, & inquinamenti, qui non attactu cadaueris pollutus esset. Ita & Strabo lib. 15. θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ. Latini ipsi purum locum appellarunt, qui inanis ac vacuus esset non tantùm à spurcitiis, sed etiam ab hominum frequentia. Horat. lib. 2. epist. 2.

Pura sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet.

& Varro lib. 4. de lingua Latin. Loca in vrbe pura dicuntur areæ, vbi ædificia nondum exstructa. Xenoph. lib 8. παιδ. sacrificium Soli, cæterísque Diis à Magis paratum exponit. vbi regiæ fores apertæ sunt, ait, quatuor eximij boues Ioui, cæterísque quibus Magi procurationem decreuerant, educuntur. πολλῷ γὰρ οἴονται Πέρσαι χρῆναι τοῖς περὶ τοὺς θεοὺς μᾶλλον τεχνίταις χρῆσθαι, ἢ περὶ τἆλλα. *Putant enim Persæ artificibus longè studiosius vtendum in cultu Deorum, quàm in rebus aliis.* Inde ducti sunt equi Soli immolandi: tum taurus albus aureo iugo coronatus Ioui sacer, mox albus Solis currus coronatus. Demum currus tertius, cuius equi

puniceis

A puniceis ſtragulis recti erant, virique ſequebantur ignem foculo maiori gerentes, πῦρ ἐπὶ ἐσχάρας μεγάλης φέροντες. Sacrificant igitur Perſæ in loco puro vota precéſque concipientes, & victimam coronatam præſtò ſtatuentes, air Strabo lib. 15. Vbi Magus qui ſacrificij eſt miniſter, carnes minutatim diſtribuit, ſua quiſque parte accepta abeunr, nulla patte Diis relicta. Dicunt enim Deum nihil velle niſi hoſtiæ animam. Euſtat. in lib. 1. Iliad. vebra ipſa Strabonis habet, λέγοντες τῆς ψυχῆς τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεόν, ἄλλου δ᾽ οὐδενός. Quidam etiam omenti partem igni imponunt, ait Strabo, qui ἐστεμμένον ἱερεῖον παραστήσαντες docet. Xenoph. etiam ipſos currus coronatos. & Herodot. lib. 1. ἐστεφανωμένος τὴν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα. Xenoph. lib. 3. Cyræpod. κῦρος μὲν ἐστεφανωμένος ἔθυε. Fuit enim in more apud omnes penè gentes vt coronæ in ſacrificiis adhiberentur. Ariſtoph. in Equitibus;

Στεφάνου, καὶ σπένδε τῷ κοαλέμῳ.

B Id eſt, *coronare, & liba Coalemo*. Plin. lib. 21. cap. 1. Inter ſacra tantùm & bellicos honores coronis ſuum retinentibus nomen. Perſæ autem vbi ſacris perfuncti eſſent, plerunque choreas eodem in loco agebant, quarum erat χορηγὸς ipſe Rex. Xenoph. lib. 8 ὁ δὲ κῦρος ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια. Saltationes enim in rebus ſactis adhibebantur apud omnes penè genres. Petton.

Memphitides puellæ ſacris Deûm paratæ,
Tinctus colore noctis manu puer loquaci
Aegyptius choraules.———

Cæteri in Oriente populi qui ſub ditione Perſarum erant, in ſacrificiis ritus ſuos à Perſis acceperant. Vnde apud Appian. lib. de bel. Mithridatico, Mithridates in Cappadocia Ioui militari rem diuinam fecit parrio ritu in edito monte ſtruem lignorum ipſo colle maio-
C rem, & ſublimiorem imponens. Primi autem ad id ſacrificium Reges (lego enim, πρῶτοι δ᾽ ἐς αὐτὴν οἱ βασιλεῖς ξυλοφοροῦσι, θυσίαν, aut κορυφὴν intelligo) ligna conferunt, aliámque ſtruem in circulum anguſtiorem circumponentes, in partem quidem illius lignorum ſtruis ſuperiorem mel, lac, vinum, oleum, & omnis generis aromata inferunt, in planitie & parte ſolo propiorem panes & obſonia in eorum qui ſacris interſunt cibum apponunt; quod genus ſacrificij Perſarum Reges in Paſargadis procurant, ſicque pyram incendunt. Illa autem incenſa propter amplitudinem à mille ſtadiis & amplius nauigantibus conſpicua eſt. Dies non paucos ob inflammati aëris ardorem propiùs ad eum locum accedere non licet. Alrerius generis eſt ſacrificium cuius meminit Pauſan. in Eliacis, quod ipſum à Mago procurari Perſico ritu indicat. Hierocæſareæ, inquit, & in Hypæpis ædes eſt, in qua cinis aræ impoſitus viſitur, alrerius coloris atque cæteri cineres. Magus autem ligna ſicca in aram
D ingerens, primùm quidem tiaram capiti imponit, Deúmque aliquem barbara voce vocat ex libro preces recitans, ligna omnia nullo ſubdito igni neceſſe eſt conflagrare. Verba ſunt; ἐστὶ γὰρ λυδίοις ἐπίκλησιν περσικοῖς ἱερὰ ἔν τε ἱεροκαισαρείᾳ, καὶ ἐν ὑπαίπαις, καὶ ἐπὶ βωμοῦ τέφρα, χρόα δὲ οὐ κατὰ τέφραν τὴν ἄλλην. ἀνὴρ μάγος ἐπάδει ἐπιλεγόμενος ἐκ βιβλίου. ἄνευ δὲ δὴ πυρὸς ἀνάγκη πάντα ἀφθῆναι τὰ ξύλα. Quod tamen ſacrificulos Baal efficere non potuiſſe legimus 3. Regnum. In Cappadocia autem, Srrabone authore, magna Magorum copia fuit, qui πύραιθοι dicti, non cultro, ſed ſtipite quodam hoſtias mactabant, tanquam malleo verberantes. ἐστὶ δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι, id eſt, *ſunt autem pyrathæa fana quadam alicujus pretij*, in quorum medio ara eſt, in qua Magi & cinerem multum, & ignem perennem ſeruant, & eò quotidie ingreſſi imprecationes faciunt, per horam anre ignem virgarum faſciculum tenentes, tiaris amicti è lana coactis, & conſtipatis vtrinque, quibus etiam ipſa labia genæ-
E que teguntur. Perſæ autem, vt cæteræ gentes, Diis immolabant hoſtias ex armentis & gregibus. Xerxem enim vaccas mille Mineruę Ilieſi mactaſſe authot eſt Herodot. l. 7. Ioui tauros Cyrum ſacrificaſſe in ἱλάσκωσιν Xenoph. indicat lib. 8. Reliquos ritus qui ſeruarentur in ignis, Solis, & Mithræ ſacrificiis ſuprà poſuimus, & infrà ponemus, cùm de Magis, & Chaldæis ſeorſum agendum erit. Hic tantùm integrum locum apponam è Strabone, quem ſuprà attigi, cùm de cultu ignis loquerer. Perſę aliter igni, aliter aquæ ſacra faciunt. Et quidē igni pabulum arida ligna ſublato cortice proponentes aruina ſuperiniecta, tum infuſo oleo ſuccendunt, non inſpirantes, ſed ventilantes. Inſpirantes autem flatu, aut mortuum ſuper ignem imponentes, aut ſterquilinium, morte mulctant. Aquæ autem facturi in lacum, vel flumen, vel fontem venientes ſcrobem faciunt, ibíque hoſtiam iugulant, cauéntque ne proxima aqua ſanguine conringatur; ſic enim omnia pollutum iri putant. Poſtea carnibus myrto lauróque impoſitis, eas Magi gracilibus virgis comburunt, & factis impreca-

Sſ tioni-

tionibus quibusdam oleum lacte ac melle mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, sed in terram. τὰς δὲ ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥαβδῶν μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες: id est, *imprecationes faciunt multo tempore fascem è virgis myrteis tenuibus manu tenentes.* Virga ignem Magi tangebant, & ignem sacrum excitabant. Athen. lib. 12. de Nino loquens, ὁ Νῖνος οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέσησε, ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων. *Ninus non apud Magos suscitauit ignem sacrum, vt lex est, virgis Deum contingens.* Habebant & Magi herbas sacras quibus vterentur in rebus sacris. Plin. lib. 12. cap. 11. Nyctigreto, quæ & chenonycos, Magi, Parthorúmque Reges vtuntur ad vota suscipienda. Quinetiam Magi herba theangelide pota diuinarunt, & aglaophoti herba, quæ marmaritis dicitur, vsi sunt cùm vellent Deos euocare. Plin. lib. 24. cap. 27. Ex Herodoto suprà docuimus, Persas non vsos libationibus; & verum est si Cyri ætatem spectes. Post Artoxerxem autem multos ritus è Græcia petitos esse augurot. Nam & Athenæus lib. 11. Persas patera Diis libasse docet, quæ Persica lingua diceretur *Condy.* & Herodot. ipse lib. 7. ante Artoxerxis ætatem libationum aliquod genus agnoscit, qui Xerxem ait aurea phiala libasse, quam in mare cum aureo acinace abiecerit. Claudian. lib. 1. de laudibus Silicon.

—— Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram, secretáque Beli,
Et vaga testatur voluentem sydera Mithram.

Ammianus quoque lib. 23. libationes ei tribuit, quas alius nemo facere auderet. Vt autem Latini, & Græci, vel dicturi, vel aliquid maioris rei suscepturi Deos præfabantur; ita & Persæ suos appellabant. Herodot. lib. 7. νῦν δὲ διαβαίνωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι. *Nunc traiciamus Deos precati.* vt apud Plutarc. in Socratis dæmonio, Pelopidas in Tyrannos impetum parans ait, προσευξάμενοι σὺν θεοῖς ἐξίωμεν. Persis non sacrificia modò, sed & annuæ celebritates fuere, quas inter non postremo loco fuit ea quæ Magis Imperij oppressoribus interemptis agitari cœpta est, quæ vltimis temporibus maiori cura, frequentiáque quàm superioribus celebrata est. Herodot. Magophonia festum agitur, qua die Gobrias & Darius Magos Tyrannos oppresserunt. ἐν ᾗ ἑορτῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατὰ οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι κατ' ἡμέρην ταύτην κατέχουσι, *quo die nefas Magum in publico apparere, sed priuatis parietibus clausi latent.* Agath. lib. 2. Dies Magophonij, cùm Darius Magos obtruncasset, hodie maiori sunt in dignatione quàm olim. Alia festiuitas Saca dicta est, illa quidem celeberrima, quam ex hoc fonte fluxisse volunt. Cùm Sacæ Scythæ Euxini tractum latrociniis infestum haberent, præfecti aliquot Persarum nec opinantes oppresserunt. In campo autem petram quandam aggere complentes, ita vt rotundi collis figuram exprimeret, muro cinxerunt, & Anaitidis, Deorúmque qui cum ea in iisdem aris locantur, sacellum posuerunt, Omani & Anandrati Deorum Persidis, & indixerunt panegyrin sacram anniuersariam quæ Saca dicitur, quam hodiéque celebrant qui Zela incolunt (sic enim locus hic indigetatur) quæ vrbs plena est seruitiorum sacrorum. Vide num vocabulum illud *Zeli* lucem faciat loco cuidam Ezech. 8. vbi Zeli idolum commemoratur. Nam Patres Zelum vocati putant, quod ita Dei zelus quoque in Iudæos accenderetur. Videntur tamen sacra Persarum Zela dici Straboni lib. 15. ἱερὸν τῶν περσικῶν θεῶν τὰ ζῆλα, id est, *Zela templum est Persicis Diis sacrum.* ἀπέδειξαν τε πανήγυριν κατ' ἔτος ἱερὰ τὰ σάκα, ἣν μέχρι νῦν ἐπιτελοῦσιν οἱ τὰ ζῆλα ἔχοντες, οὕτω γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον. ἔστι δὲ ἱεροδούλων πόλισμα τὸ πλέον, ait Strabo. lib. 11. Eo die vnum aliquem è vinctis capitis reis in throno Regio collocant, Regia veste insignem, cúmque genio indulgere per eos dies, delicias agere, cum pellicibus Regiis consuescere patiuntur, nullo prohibere auso, quominus libidini suæ, ac voluptati seruiat, paulo pòst nudatum flagris cædentes cruce suspendunt. Dio Chrysost. orat. 4. τὴν σάκων ἑορτὴν πέρσαι ἄγουσι λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσι εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτὴν αὐτῷ, &c. Saca quinque diebus agitabantur 16. die Augusti, quem Macedones Loum dicunt, quibus diebus serui dominis imperant, & vnus ex iis quem Zoganem vocant, Regio cultu ornatus in domo ducem ac dominum agit, narrante Athen. lib. 12. ἐν αἷς ἔθος ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι ζωγάνην. Mithræ quoque ludos habitos etiam ab Ægyptiis quarto quoque anno indicat Iulian. in hymno Solis, vt suprà ostendimus, & in Persis Mithræ dies festi erant, quibus Regi & choreis & vino indulgere fas erat, alio tempore nefas, ait Athen. Indicebantur & feriæ extra ordinem à Regibus, quales sunt illæ quas pro bono Regni indixit Artoxerxes lib. 11. cap. 6. Iosephi. διαπέμψας δὲ καὶ κατὰ τὴν χώραν παρήγγειλεν ἄγειν τὰ ἱερὰ ἀφειμένους,

A ἀφιμάχους, καὶ ἑορτάζειν ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολλαῖς ἡμέραις. Iulianus Augustus Mithram ψυχοπομπὸν θεὸν videtur indigetare in Cæsaribus, vbi Mercurius ait Iuliano; σοὶ δέδωκα τὸν πατέρα μίθραν ἐπιγνῶναι. σὺ δὲ αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν ἔχου, καὶ ἡνίκ' ἂν ἐνθένδε ἀπιέναι δέῃ, ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ καθιστὰ σεαυτῷ. *Tibi dedi patrem Mithram agnoscere. Tu caue à mandatis eius discedas, & cùm ex hoc loco abeundum erit, Deum ducẽ propitium constitue tibi.* Mithræ sacros leones fuisse scribit Tertul. l. 1. in Marcion. cap. 13. quia Sol in leone ardentissimus est, ideóque mystas omnes mares leones vocabant, fœminas hyænas, ministros coruos, patres aquilas & accipitres. Qui leonis habitum sumit, idem in se omnium animantium formas suscipit, quoniam ad rationem Zodiaci communis motio fertur, in quo signa duodecim ostendunt animas hominum quibusuis animalium corporibus contineri posse. Porphyr. lib. περὶ τῆς ἀποχ. ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας καλεῖν λέοντας, τὰς δὲ γυναῖκας ὑαίνας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας ἐπί τε
B τῶν πατέρων. ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται· ὅτε τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς, &c. Eò respexit Tertul. lib. 1. in Marcion. cap. 13. sicut aridæ & ardentis naturæ sacramenta leones Mithræ philosophantur. Luctat. ad. lib. 2. Theb. Mithræ simulacrum fingi ait leonis vultu, habitu Persico cum tiara, ambabus manibus cornua reluctantis bouis retentans, quia Luna lumen à Sole mutuatur cùm ab eo longiùs abest. Ipsa indignata sequi fratrem ei occurrit, & lumen obscurat. ideo in antro esse dicitur, quia eclipsin patitur. Mithras verò leonis vultu fingitur, quia vt leo inter animalia, ita Sol inter sydera principatum tenet. ideo palmarium eius in Zodiaco signum est leo. Luna, quia propiùs tauro adhæret, vultu bouis fingitur. In veter. inscript. pater sacrorum inuicti Mithræ, Publius Taurobolinus matris Deûm magnæ, & Attidis commemoratur. Quod munus honorificum fuisse patet ex iis quæ subiiciuntur.

C *Antiqua generate domo, cui Regia veste*
Pontifici felix sacrato militat igne,
Idem augur, triplicis custos venerande Dianæ,
Persidicique Mithræ antistes Babylonie templi,
Taurobolique simul magni dux mystice sacri.

Mithræ sacra in spelæo tradebantur, authore Iulio Firmico lib. 1. de err. proph. relig. Luctat. Grammat. ex Ostane in antro coli ait, ad lib. 1. Theba. Stat.

—— Persæi sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Hieronym. ad Athletam; Vester Gracchus specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra subuertit. Tertul. lib. de coron. militis, Mithræ militem ait initiari in spelæo. Iustin.
D in Tryph. καὶ σπήλαιον καλοῦσι τὸν τόπον, ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ, id est, *spelæum vocant locum, vbi initiant ei seruientes.* Hoc spelæum in montibus Persidis à Zoroastre dicatum prope fontes tradit Porphyr. in antro nymph. Mithræ templum μιθρεῖον dictum, quod humanis victimis violari solitum docet Socrates in histor. Eccles. Lampridius author est, Mithriaca sacra Commodum homicidio polluisse, in cuius sacris baptismi quædam species fuit Tertul. lib. de præscript. Diabolus tingit & ipse quosdam vbique credentes, & fideles suos, expiationémque delictorum de lauacro repromittit. Signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Origin. lib. 6. in Celsum de Mithræ sacris ex Celso hæc affert. Mithræ sacra apud Persas duplex stellarum circumactio prætenditur, affixarum & erronum, & per has ani-
E marum transitus. ideò scala erigitur in septimæ portæ aditu. Prima porta est è plumbo, secunda stanno, tertia ex ære, quarta ex ferro, quinta ex numismatis corio, sexta ex argẽto, septima ex auro. Cætera ex eodem loco petenda. Duris lib. 7. histor. apud. Athen. scribit, Persarum Regibus vno tantùm die permitti vt ebrij fierent, quo die Mithræ sacra procurabantur. Epiphan. lib. 3. contra hæreses, Epimenidem Cretæ templi Mithræ sacerdotem fuisse ait. Mithræ quoque templum Alexandriæ fuit, vt est in Historia tripartita. Sed hæc de Magis, Chaldæis, Diis Persicis, & eorum sacris sufficiant, quæ hic subiicienda putauimus, vt artium magicarum origo magis elucesceret.

CAP. VII.

An quæ à Magis fiunt, verè fiant, an speciem tantùm exhibeant.

Rarum rerum quæ animos hominum in admirationem rapiunt, aliæ vi naturæ fiunt, quæ magiæ naturali tribuuntur, aliæ artificum ingenio, & industria, quæ magiæ artificiosæ, quædam vi, & ministerio Dæmonum, quæ magiæ veritæ, & clandestinis artibus ascribuntur. Quæ vi naturæ fiunt, aut artificum industria, & ingenio, ad hominum vtilitatem, probari debent; quæ Dæmonum ope, & ministerio, flammis, & cruciatibus expiari. Multa veteres de Circe, Medea, Tiresia, & aliis mentiti sunt, in quibus tamen aliquid veri subesse dubitandum non est, cùm & in sacris literis magicis artibus mira pateantur. Nam & Magi Pharaonis virgas in serpentes vertunt, & Pythonissa suscitat Samuelem, & Christus Dominus ait, pseudoprophetas signa, & prodigia daturos. cap. 7. Exod. Ecclesiastici cap. 46. Matt. 24. Ea tamen prodigia S. Paulus 2. Thessalon. 2. mendacia vocat, non quia natura sua falsa sint; sed quia vera miracula supra naturæ ordinem non sint. Dæmon enim nihil nisi intra naturæ fines agere potest, intra quos ipse tenetur. Deus Deuter. cap. 13. pseudoprophetas venturos denuntiat, qui futura veraciter prædicant. Certè S. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. & lib. 83. quæst. q. 79. & q. 22. in Exod. tribuendum id solertiæ Dæmonum ait, vt multa supra hominis captum, ignota nobis, rerum naturæ virtute vsi perficere possint. Si enim periti artifices ex temeraria fodinæ gleba, quę vpilioni, ac bubulco despicatui sit, mirifica opera producunt; quanto verius est Dæmonem ex rebus in medio positis opera edere posse, quæ homines in stuporem trahant? Plurima tamen Magorum opera cùm falsa sint, speciem tantùm exhibere, vero propius est, cuiusmodi ea sunt quæ de Protheo, & Themide in varias formas transeuntibus narrantur. S. Augustinus lib 18. de Ciuit. cap. 17. & 18. Nam nos cùm essemus in Italia audiebamus, stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere viatoribus, vnde in iumenta illicò verterentur, & necessaria quæque portarent, póstque perfecta opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem, humanámque seruari. Ibidem optimè docet, Dæmones specie tenus, quæ à Deo vero sunt creata commutare, vt videantur esse quod non sunt. Philostratus lib. 4. cap. 5 in nuptiis Lamiæ & Menippi cùm auro omnia fulgurarent, Apollonium dixisse scribit; Tantali hortos videris, qui, sicut Homerus scribit, speciem præbebant, cùm inanes essent; neque enim in hoc apparatu materia vlla subest, sed materiæ modò simulacrum. Hæc autem sponsa vna est è numero Lamiarum, &c. & cum his verbis totus ille apparatus euanuit. Aliquid non absimile narratur q. 26. q. 5. can. Episcopi. Qui autem è lapidibus, & signis perfecta animalia procudere se mentiuntur, imponunt, quod ea naturæ vi non nisi ex semine gignantur. Dæmon supra naturæ ordinem nihil potest.

CAP. VIII.

De magia naturali.

Magia naturalis vel humano ingenio, & vsu comperta, vel à bonis Angelis indicata est hominibus. De ea quæ hominum ingenio erui potest, Plinius in hæc verba loquitur Multa sunt naturæ miracula incompertæ adhuc rationis, & in naturæ maiestate penitus abdita. Proclus lib. de sacrific. & magia, Aristot. de mirabil. audition. S. Augustinus lib 21. de Ciuit. c. 4 & 5. Salamandra, inquit, in ignibus viuit, Siciliæ montes vsque nunc flammis æstuant, atque integri perseuerant, satis idonei testes, non omne quod ardet absumi. Quis nisi Deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Agrigentinum Siciliæ salem perhibent cùm fuerit admotus igni, fluescere, cùm verò aquæ, velut in igne crepitare. Plin lib. 5 cap 5. Matelgæ oppido Garamantum; itémque Debris effundi fontem ait, à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidémque horis ad medium rigentibus. lib. 2. cap. 103. In Dodona Iouis fons cùm sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueantur, accendit. Solin. cap. 13. Asbestus lapis ferri colore accensus semel extingui nequit. Vide Plin. lib. 2. cap. 96. lib. vlt. cap. 4. Aristot.

A stot. lib. 2. de histor. animal. cap. 14. Solin. cap. 47. S. Augustin. lib. 14. de Ciuit. cap. 24. Sunt homines qui aures mouent, vel singulas, vel ambas simul. Sunt qui totam cæsariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocántque cùm volunt. Qui hæc naturæ arcana norunt, Magi propriè dicuntur, ait S. Hieronym. in cap. 2. Danielis. Magi sunt qui de singulis philosophantur, nec malefici sunt, sed Philosophi Chaldæorum, & ad artis huius scientiam Reges quoque, & Principes eiusdem gentis omnia faciunt. S. Iustin. quæst. ad Orthod. 24. Et Apollonij quidem opera, quoniam facta sunt ex scientia rerum naturalium, non euertit Deus. Pace S. Iustini dixerim, Apollonius naturalium rerum scientia Lamiæ ludibria euertere, è carcere euolare, puellam penè ab inferis excitare non potuit. Ad magiam artificiosam pertinet sphæra illa à Possidomo facta. in qua omnes cælestiũ orbium conuersiones ex vero expressæ, apud Ciceronem lib. 2. de Na-

B tur. Deor. & quæ de Archimede Plutarc. in Marcello prodit, cuius machinis classis Romanorum labefactara est. Apud Cassiodorum Boëtius effecit, vt metalla mugirent, æneus anguis sibilaret, aues ligno fictæ cantillarent. Albertus Magnus caput æneum fecit, quod hominis ore (si Diis placet) loqueretur. Sapientiæ demum, seu magiæ à Deo infusæ exemplum illustre est in Salomone 3. Reg. 2. & apud Iosephum lib 8. cuius verba de Eleazaro Iudæo Dæmones ex corporibus eiiciente sublestæ fidei sunt, aut Dæmonem ipsum ad partes venisse necesse est. Magiam naturalem Apollonius, vt & Magi Pharaonis, à Dæmonibus didicerat. In quibusdam animantibus vim occultam, & mirabilem esse liquet. Pollex Pyrrhi Epirotarum Regis attactu ictericos sanabat, Remeligo naues Antonij, & Caligulæ tenuit, Torpedo, seu νάρκη ναρκᾷ manum piscatoris, *stupore ligat*.

C

CAP. IX.

De magia per Dæmones.

APOLLONIVS, & Apuleius, cæterique sapientiæ nòmine insignes, se abdita naturæ vi, cuius arcana præ cæteris nouerant, mira patrare gloriabantur. Alij tantam in lapillis, herbis, verbis, characteribus vim esse positam putarunt, vt nihil Philosopho, cui se natura aperuisset, arduum videretur. Animaduerto tamen quædam à Magis fieri quæ naturæ assignari non possint. Gymnosophistæ arbore internuntia Apollonium salutarunt; Indi pincernas æreos ambulare, & mensæ ministrare iusserunt. Atqui natura nunquam dat operationem, nisi priùs formam dederit operationis effectricem. Igitur

D oportuit, & arborem à qua salutatus est Apollonius, & æreos illos pincernas forma hominis, & anima, non tantùm mouente, verùm & rationali informatos esse. Cùm autem lignei leones mouentur, aut statuæ loquuntur, præter naturã id faciunt, cùm animalia perfecta nisi ex semine à suis similibus generari nõ possint. Adde quod natura simul & generare animal perfectum, & illi iustam magnitudinẽ dare nõ potest. Deinde Magi ea quæ in remotissimis regionibus geruntur, eodem puncto quo geruntur, annuntiant; quod fieri nequit, nisi ab iis qui rei gerendæ interfuere. Eos igitur à Dæmonibus, qui variis in locis eodem penè puncto temporis agunt, monitos esse oportuit. Ita quo tempore Romæ Domitianus à Stephano cæsus est, Apollonius in Græcia exclamauit; Stephane feri. Tum verò Apollonius vinctus è conspectu hominum, & manibus euolare, & suis ad condictum longissimè adesse, naturæ vi non potuit. Sequitur igitur, quod à Dæmone deportatus sit. Denique

E Magi verbis, characteribus, lineis, ac ritibus vtuntur, quæ omnia per se nihil ad efficiendum, sed ad significandum modò valent. Quid quod huiusmodi miracula non tantùm à naturæ peritis fiunt, verùm etiam à rudibus, & rerum omnium imperitis, qui traditos sibi ritus ad vnguem obseruarint? Iamblicus bonos genios Magis sponte inseruire arbitratur. Sed si boni genij sunt, cur se pro Diis coli, sacrificiis, & cerimoniis procurari iubent, cùm id honoris genus soli Deo debitum sciant? cur maleficis hominibus ad furta, homicidia, adulteria operam præbent? cur certis ritibus sibi vim afferri sinunt? Vide Eusebium lib. 5. Præparat. Euangel. cap. 6. & 7. Dæmones autem ex vno in alium locum moueri tanta celeritate possunt, vt eos nonnulli per medium transire negent. Omnino, cùm nulla sit inter corpus & spiritum proportio, Dæmones in loco non sunt, nisi quatenus agunt; quanquam eorum virtus agendi certis spatiis definitur: nec enim eodem puncto temporis pluribus in locis agere possunt, ad quæ eorum efficacitas non pertinet. Agunt autem, & mouen-

rur voluntate, & alia corpora ex loco in locum transferre possunt: ita Dæmon Christum A Dominum in pinnaculum templi sustulit; Angelus Abacuch capillo apprehensum, ex Iudæa Babylonem deportauit, Daniel. 14. Quidam vim mouendi à Dæmonum voluntate distinctam putant, eósque mouere corpora de loco ad locum immediatè; vim verò herbarum, & lapillorum immediatè agentium ipsos mediatè sibi accommodare, & ea, quæ agunt, patientibus admouere. Possunt igitur immittere ventos, & ignes, cap. 1. Iob. procellas in mari, terræmotus, & alia id genus excitare. Simon Magus à Dæmonibus per aërem vectus est, Apollonius è conspectu Domitiani euanuit. Possunt efficere, vt statuæ ambulent, vel loquantur. Sic apud Valerium Maximum lib. 1. cap. vlt Iunonis Monetæ simulacrum Veiis Romam se transportari velle respondit, simulacrum Fortunæ muliebris dixit; *Ritè me matronæ vidistis, ritè me consecrastis*. Apud Iulium Obsequentem lib. de prodigiis, bos humano sermone loquutus, quia Dæmon sermones illos articulatos in aëre format. Num. B 22. asinus Balaam loquutus. Possunt facere, vt bruta animantia quasi cum ratione aliquid agere videantur, vt apud Val. lib. 1. cap. 8. serpens Epidaurius, & apud Philostratum lib. 5. cap. 5. leo, qui ad genua Apollonij procubuit, quem Amasim esse dixit. Effecit Dæmon, vt Tuccia cribro aquam gereret, obseptis denso aëre foraminibus; vt Claudia nauim zonà traheret, vt Seruio Tullio dormienti ex capite flamma emicaret, apud Plinium lib. 2. cap. 107. & cap. 103. Amnes retrofluere & nostra vidit ætas Neronis Principis annis supremis. Varias corporum formas hominibus Dæmon obiicere potest, apud Val. lib. 1. cap 8. de Castore & Polluce apud lacum Rhegìnum. Apud Philostratum Lamia Menippo variam auri, argentíque speciem, sed falsam exhibuit, ex aëre denso fictam. Possunt morbos facere, & curare, somnia inmitere, visa exhibere, præterita, præsentia, futura repræsentare, C apud Val. lib. 1. apud Cic. lib. 1. & 2. de Diuinat. amores, odia immittere, Dei tamen permissu, qui vires eorum constringit, aut laxat arbitratu suo, Iobi cap. 1. & 2. 3. Reg. 22. Possunt & herbarum, gemmarum, animalium occultis viribus vti velut instrumentis. Ex instrumento autem procedit effectus, non modò virtuti eius respondens, sed etiam primarij agentis: vt securis quæ à rustico mota secat, à fabro statuam hominis efficiet. Anastasius Episcopus Nicenus quæst. 23. Signa & miracula, inquit, & futurorum prædictiones sæpe fiunt propter vsum aliquem, aut dispensationem, sicut in Balaam, & Pythonissa. Et rursus Apostoli cùm inuenissent infidelem quempiam in nomine Domini dæmonia eiicientem, & eum prohibuissent, dixit eis Dominus; *Nolite eos prohibere: nam qui non est contra vos, est pro vobis*. Quando ergo videris per hæreticos, & per incredulos fieri signum, ne obstupescas. Sæpe enim eius qui accedit fides est quæ signum facit, non eius qui fecit di- D gnitas. Iudas omnino miracula patrauit: nam ipse quoque erat cum aliis qui missi sunt ad leprosos mundandos. Dicunt Sarracenos qui magnam habent experientiam ex quodam signo eos cognoscere qui mo„turi sunt in bello. Vidi Episcopum Macedonianum Cyzici, qui oleam arborem ex loco in quo stabat, in alium locum per speciem precantis transtulit, adumbraturam fenestram eorum auditorij. Et cùm quidam fœnerator vexaret viduam propter æs alienum mariti, Episcopus idem pneumatomachus, cùm mortuus efferretur, lectum detinuit in quo iacebat, & effecit vt mortuus diceret quantum deberet creditori. Ad monumentum eiusdem Episcopi mortui diuersa signa effecta sunt. Ita & Antichristus plurima signa faciet. Iulianus, Apuleius, & Apollonius Magi varia miracula patrarunt. Cùm autem pestilitas Romæ sæuiret, Augustus eos rogauit, vt morbo mederentur. Apuleius se intra decem dies pestem in tertia parte vrbis grassantem sedaturum recepit; Apollonius E tertiæ parti se consulturum; Iulianus autem qui apud eos erat summus, eis decem dies. Is eodem puncto temporis pestem quæ in reliqua vrbe glíscebat, repressit; cúmque rogasset eum Cæsar, vt duabus aliis partibus mederetur, continuò morbum coërcuit. Hæc ille, quæ parum rationi temporum congruunt. Vnde hauserit, alij quærant.

CAP. X.

De rebus quas Dæmon efficere nequit.

MVLTA Dæmonis virtutem fugiunt; vniuersum ipsum, cuius ipse pars est, aut vniuersi ordinem subuertere, aut principes eius partes, ex quibus integritas totius coalescit, loco mouere, sistere cælum, aut motum eius in contrarias partes agere nequit.

Elemen

A Elementum aliquod loco mutare, vacuum dare non poteſt, quod vacuum tollat connexionem partium vniuerſi, qua conſeruatio eius continetur. Formam ſubſtantialem, vel accidentalem ſine cauſis naturalibus, cùm ſit incorporeus, producere, & materiam corpoream, è qua formæ naturales educuntur, afficere, & immutare, aliquid ex nihilo creare, ad quod infinita virtus agens neceſſaria eſt, non valet; quia operatio Dæmonis per cauſas naturales in nihilo recipi nequit. Animalia perfecta ſine ſemine producere, aut ad inſtam magnitudinem ex tempore vocare non poteſt. A Dæmone fieri nequit id quod ſuperat vires agentium naturalium. Non poteſt inducere formas poſteriores, nõ inductis prioribus, aut extremas, non inductis mediis; ideo nec mortuos ſuſcitare. Non poteſt facere vt agens in quo ſunt omnia neceſſaria ad agendum, non agat. Quæri poteſt, an rebus quibuſdam corporeis Dæmones fugari poſſint, vt Tobiæ cap. 6. & 8. fumo iecoris piſcis, cantu fidium B Dauidis. 1. Reg. cap. 16. 4. Reg. cap. 3. Omnino tenendum, corpora in ſpiritus non agere, niſi virtus Dei intercedat, quæ facit vt ſpiritus igne torreantur, animæ hominum aquis baptiſmi expientur. Vera autem miracula patrare nequeunt Dæmones, quæ propriè ſupra ordinem naturæ ſunt, quo Dæmones continentur. Mira quæ Dæmones patrant, à veris miraculis differunt dignitate virtutis efficientis, quia Deus ſolus mirabilia facit: deinde conditione eorum qui miracula patrant, quia viri ſancti ſunt, quorum miniſterio Deus vtitur: tum diuerſitate eorum quæ fiunt, quia Sancti mortuos ſuſcitant: ipſo etiam modo faciendi, quia Sancti ſine ritu ſuperſtitioſo puncto temporis iubendo mira faciunt: denique fine, quia veritati firmandæ miracula fiunt. Quæ Magi faciunt, vel ſpeciem tantùm exhibent, vel pernicioſa, aut inutilia ſunt; quæ Sancti faciunt, opera ſolida ſunt, & vtilia.

C

CAP. XI.

De magia vetita.

SANCTVS Auguſtinus ex Porphyr. lib. 10. de Ciuitate cap. 9. magiæ vetitæ tria genera facit, Theurgiam, Goëtiam, Necromantiam. Nam & Porphyrius, inquit, quamdam quaſi purgationem animæ per Theurgiam promittit Hanc enim dicit per quaſdam conſecrationes Theurgicas, quas τελετὰς vocant, idoneam fieri, atque aptam ſuſceptioni ſpirituum, & Angelorum ad videndos Deos. Eam tamen improbat ibidem S. Auguſtinus, quamquam apud S. Dionyſium θεουργία, καὶ θεουργικὴ ὁμοίωσις, καὶ θεουργικὴ ἐπιστήμη, D καὶ ἡ θεῖως ἀπεργαζομένη θεουργία vocatur. vbi Maximus τὴν μὲν παλαιὰν γραφὴν θεολογίαν, *veterem legem Theologiam* vocat, nouam Theurgiam, quia per Chriſti legem in Deos reformamur. Goëtia dicitur à planctu circa mortuorum ſepulcra. Necromantia, qua mortui ad diuinationem euocantur. Suidas de Theurgia; μαγεία ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων ἀγαθοποιῶν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν, ὡς τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως θεσπίσματα. γοητεία δὲ ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένη. φαρμακεία δὲ ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον, ἢ ἄλλως δοθῇ τινι διὰ στόματος. Idem, γοητεία ἐπὶ τὸ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γοῶν, καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. *Magia innocatio eſt Dæmonum beneficorum ad bonum aliquid conſtituendum, vt Apollonij Thyanei oracula. Goëtia innocatio eſt Dæmonum maleficorum ad ſepulcra, ad euocandos mortuos; vnde dicitur à planctu circa ſepulcra. Veneuaria ars, cùm aliquid præparatione mortifera datur ad amorem, aut aliud quidpiam ore ſumendum porrigitur.* Magia item vel naturalis, vel non naturalis, vtraque vel vera, vel præſtigiatrix, vt cùm is, qui edit panem, farinam exſpuere, E aut ingentem vim acuum euomere videtur. Præſtigiatrix diuiditur in opticam, qua manuum celeritate acetabularij defixos oculos ſpectantium fruſtantur, aut ſpeculis, ac imaginibus interpoſitis ſenſum fallunt. Alia dicitur pharmaceutica, cùm alligationibus, potionibus, collyriis, ſuffiribus ſenſus interiores, & exteriores circumueniuntur. Naturalem item diuidunt in aſtronomicam, & cabaliſticam. Aſtronomica dicitur, per quam cæleſtium corporum influxus, & virtutes recipiunt incertas quaſdam imagines, figuras, annulos, ſigilla, ſtatuas. ineptè. Virtus enim cæleſtis ad hunc, vel illum effectum determinatur per cauſas naturales particulares, cùm per ſe ſit vniuerſalis: vt Sol verè herbas è terra producit, non è ſaxis, & ferreis laminis. Illæ autem figuræ aſtronomicæ non ſunt cauſæ naturales. Deinde cælum naturaliter operatur, figuræ illæ arbitrariæ ſunt. Denique æs, argentum, aurum, ideo quia varia forma fiunt, idonea non ſunt, vt virtutes ſyderum recipiant, nec illis cum cælo bene conuenit. Adde quòd ſyderum, quæ terram magnitudine ſuperant,

θράκων: id est, *in vrbe Gaza templum erat Gaza templum erat ignis, & error prunarum*. Cuicunque A Deo Persæ sacrificarent, primò igni vota nuncupabant, & precabantur, ait Strabo lib. 15. ὅτῳ δ' ἂν θύσωσι θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. Alia fuerunt πυραιθεῖα, & πύραιθοι, qui è numero Magorum in Cappadocia ignem colunt, & non cultro, sed stipite quodam hostiam mactant tanquam malleo verberantes. ἔστι δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι, in quorum medio ara est, in qua Magi & cinerem multum, & ignem perennem seruant, & eò quotidie ingressi imprecationes faciunt per horam ante ignem virgarum fasciculum tenentes, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς καθήκουσας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγναθίδας, id est, *tiaris opertis ex lana densa vtrinque demissis, vt labia & genas tegant*. Igni mactari solitos equos docet Iulian. in hymno Solis, cui quoties facerent ei pabulum præbebant, dicebántque; Ignis Domine comede. Indicat Maxim. Tyrius serm. 39. θύουσι πέρσαι πυρὶ ἐπιφορούντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν ἐπιλέγοντες, πῦρ δέσποτα ἔσθιε. Strabo lib. 15. Persæ cùm igni sacra faciunt, ei B pabulum arida ligna sublato cortice proponentes aruina superinjecta, tum infuso oleo succendunt non inspirantes, sed ventilantes. τοὺς δὲ φυσήσαντας, ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι, id est, *eos qui flarint, aut cadauera in ignem iniecerint, aut sterquilinium & fimum, capite mulctant*. Laert. lib. 1. initio. μάγους ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν, *nefas igne sepelire Magi putant*. Darius milites suos ad prælium verbis incendens, per patrios Deos, æternúmque ignem qui præfertur altaribus, obtestatur. Curtius lib. 4. Nam & Regibus ignem præferebant in foculis, aut ponè sequentes sequebantur, vt prodit lib. 8. Xenophon. πῦρ ὄπισθεν αὐτῷ ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. *Ignem*, ait, *pone eum in ingentibus focis ferebant, sequebantúrque*. Curtius lib. 4. ignem æternum vocat. Strab. lib. 15. ἄσβεστον. Socrates lib. 7. histor. αἰωνίως καιόμενον. Claudian. lib. 1. de laudib. Stilic. C

> ——*penetralibus ignem*
> *Sacratum rapuere adytis.* ——

Quem Agathias lib. 2. perpetuum ait à Magis seruari. Ammian. Marcel. lib. 23. Feruntque etiam ignem cælitus lapsum apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam vt faustam præisse quondam Asiaticis Regibus dicunt. In ea igitur religione ignis fuit, vt eum quasi ducem & præsidem in prælia ferrent. Quem ritum bellè exponit Q. Curtius. Cùm in prælium exeundum esset, super tabernaculum, vnde ab omnibus conspici posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat. Ignis sacer & æternus argenteis altaribus præferebatur. Magi proximi patrium carmen canebant. Inter impedimenta regia ferebatur sacer ignis cùm agmen procederet, ait Euagrius lib. 5. historiæ. τὰ σκευοφόρα τοῦ ζώου τῶν καὶ αὐτοῖς φορέως φέρων, ἐν οἷς καὶ τὸ χοσρόου σεβαστὸν πῦρ. Ea religio cùm ignis esset, mirum D non est si sacrum illum & æternum ignem, ne extingueretur, sedulò curarent. Moris tamen fuit vt extingueretur morte Regum, Diodoro teste lib. 17. πᾶσι δὲ τοῖς κατὰ τὴν ἀσίαν οἰκοῦσι προσέταξε τὸ παρὰ τοῖς πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβέσαι ὁ ἀλέξανδρος, μέχρι ἂν τελευτὴν τὴν ἐκφορὰν τοῦ ἡφαιστίωνος. τοῦτο δ' εἰώθασι οἱ πέρσαι ποιεῖν κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς. *Asiaticis omnibus Alexander imperauit, vt diligenter extinguerent sacrum ignem qui Persis in cultu est, donec extulisset Hephæstionem. Hoc autem solent Persæ in obitu Regum.* Non autem soli Persæ, sed omnis penè Asia, Macedones quoque & Sauromatæ ignem coluere. Clemens in Protrep. περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τὴν ἀσίαν κατοικοῦντες πολλοὶ, πρὸς δὲ καὶ μακεδόνες καὶ σαυρομάται. Duo simulacra Deorum Magi statuebant cùm sub dio sacris operarentur, ignem & aquam. Clemens ibidem. μάγους θύειν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἀγάλματα μόνα, τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντες Minus autem mirum Barbaros ignem coluisse, cùm & Stoici Deum ignem putarint, ait E Augustin. lib. de Ciuit. Dei.

CAP. VI.

De aliis Persarum Diis.

QVÆ ratio mouit Assyrios & Persas, vt Solem, & ignem de cælo lapsum eximiè præ aliis colerent, eadem impulit eos, vt Lunæ, stellísque honorem haberent, vtilitas, puto, vel voluptas, quæ ex illis ignibus in homines deriuatur. Hinc illud est Corippi ad Iustinian.

> *Ille etiam Solis qui se subiactat amicum,*
> *Ardua suspiciens minuentis cornua Lunæ,*

Noctiua

A *Noctiuagósue colens astrorum consulit ignes.*

Epiphanius lib. 3. hæref. pag. 460. περὶ περσῶν μαγουσαῖοι καλούμενοι, οἱ εἴδωλα μὲ βδελυσσόμενοι, εἰδώλοις τε προσκυνοῦντες, πυρὶ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἡλίῳ. *Apud Persas Magusæi idola detestantur, & tamen idola colunt, ignem, Solem, Lunam.* Strabo lib. 15. Persæ cælum Iouem putant, colunt Solem, quem Mithram vocant. Item Lunam, & Venerem, & tellurem, & ventos, & aquam. Herodot. lib. 1. οἱ δὲ ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδουσι, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. θύουσι δὲ ἡλίῳ, σελήνῃ, γῇ, πυρὶ, ὕδατι, ἀνέμοισι. *Ioui*, inquit, *in altissima montium ascendentes faciunt, cæli ambitum omnem Iouem appellantes, sacrificántque Soli, Lunæ, terra, igni, aqua, ventis.* Xenoph. lib. 3. Cyropæd. καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, *Cyrus terram libationibus placabat.* Ipsi etiam Philosophi has ineptias amplexi sunt. Tertul. lib. 1. in Marcionem; Thales aquam Deum dixit, Heraclitus ignem, Strato cælum, & ætherem, Plato sydera, quæ colunt & Persarum Magi, & Ægyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnosophistæ. Cùm tamen ex æquo Luna cum Sole culta sit, aut Sol ipse religiosiùs quàm Luna, mirum videri possit quod legitur apud Curtium lib. 5. Cùm Luna defecisset ad Arbelam, vates Ægyptij responderunt Alexandro, Solem Græcorum esse, Lunam Persarum, cuius defectione Persæ semper victi sunt. Et certè Aristophanes ipse in Pace Solem ait cum Luna consilia aduersus Græciam pro Persis contulisse, quod religiosè ab illis colerentur. Eius verba sic habent.

> Ἡ γὰρ σελήνη καὶ ὁ πανοῦργος ἥλιος
> Ἡμῖν ἐπιβουλεύοντε πολὺν ἤδη χρόνον,
> Τοῖς βαρβάροισι προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα,
> Τούτοις δὲ οἱ βάρβαροι θύουσι.

Id est, *Luna, & veterator Sol nobis iam diu insidiantur, & Barbaris Græciam produnt.* deinde subiungit. *His enim Barbari sacrificant.* vbi & Scoliastes; Barbari Solem, & Lunam cæteris Diis religiosiùs colunt. διὰ τοῦτο καὶ τὴν Δῆλον, καὶ τὴν Ἔφεσον οὐ διελυμήναντο. ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἀπόλλων ὀνομάζεται, ἡ δὲ ἄρτεμις σελήνη, id est, *ideò non euerterunt Delum, & Ephesum. Sol enim Apollo, Luna dicitur Diana.* Cic. 1. in Verrem Persas Delio templo pepercisse ait ob loci sanctitatem. Et Alexander ipse quasi iam in Persicum morem transisset, in defectione Lunæ dicitur sacrificasse Lunæ, Soli, & terræ. Arrian. lib. 3. de Alex. καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὴς ἐγένετο. καὶ Ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ, καὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ γῇ. Ipsa etiam elementa, vt ostendimus, Persæ in in Diis numerarunt. Theodoret. lib. 5. histor. Ecclesiast. μάγους τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. Strabo lib. 15. γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ σέβουσι. Quod idem astruit Herodot. lib. 1. θύουσι γῇ, πυρὶ, ὕδατι, ἀνέμοισι. Artoxerxes apud Plut. manu terram tangit Iunonem adorans. Diogen. Laert. lib. 1. proœm. Magi putant Deos ignem, terram, & aquam. Aërem enim Iouis nomine adorant. Terræ quoque mactatas hostias indicat Xenoph. lib. 8. Cyropæd. De aqua res illustrior est & testatior, quam ex lib. 3. Græcorum epigram. tit. εἰς δήλους, recognosces.

> Εὐφράτην μὴ κρίνε Φιλώνυμε, μηδὲ μιαίνῃς
> Πῦρ ἐπ' ἐμοί. πέρσης εἰμὶ καὶ ἐκ πατέρων.
> Πέρσης αὐθιγενής; ναὶ δέσποτα. πῦρ δὲ μιαίνειν
> Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
> Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί. μηδ' ἐπὶ νεκρῷ
> Λουτρὰ χέῃς. σέβομαι δέσποτα καὶ ποταμούς.

Id est, *Euphratem ne crema Philonyme, neque polluas ignem super me. Persa sum à parẽtibus. An Persa es indigena? Sum Domine. Ignem autem polluere nobis ipsa morte acerbius est Sed inuoluens me manda terræ. Neque super mortuũ lauacra fundas. Colo Domine etiam fluuios.* Agathias l. 2. Persæ venerantur aquã vsque adeò vt illa vultum nõ abluant, nec eam vlla ratione attingant, vel potionis causa, vel vt arbores irrigent. Ad lacum, vel flumen, vel fontem euntes cùm aquæ facere volunt, scrobem fodiunt, ibique hostiam iugulant, cauéntque ne proxima aqua sanguine contingatur: sic enim omnia pollutum iri putant, ait Strabo lib. 15. Aquam igitur & colebant, & Susis in arce Imperij è Nilo, Danubióque petitam Reges inter thesauros ponere soliti erant, quasi quod in Imperio maximum esset, illud firmissimè stabilirent. Plut. in vita Alexandri, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Νείλου, καὶ ἴστρου εἰς τὴν γάζαν ἀποτίθεσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἷον ἐκβεβαιουμένους τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Quo factum vt in fluuium Persæ nec immeierent, nec lauarent, nec abluerent, nec cadauer iniicerent. Strabo lib. 15. εἰς γὰρ ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσιν, οὔτε νίπτονται, οὔτε λούονται, οὐδὲ νεκρὸν ἐκβάλλουσι, οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι μυσαρῶν. Agath. lib. 2. Arnob. lib. 6. & Herod. lib. 1. hoc idem asserunt. Inde est quod Tiridates Euphratem traiecturus placando numini equum adornauit, ait Tacit. lib. 5. Annal. cùm hic more Romano, suóve taurilia daret, Persa equum

equum placando numini adornasset. Quanquam apud omnes penè gentes receptum, vt A Neptuno, mari, & fluuiis equi immolarētur. Appian. p. 140. καὶ Ποσειδῶνι λευκῶν ἵππων ἅρματα καθεὶς εἰς τὸ πέλαγος, id est, *& Neptuno currum equorum candidorum in mare mittens.* Homer. Iliad. Φ.

Ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους.

Viuos autem in fluctus mittite cornipedes equos.

Plinius tamen lib. 30. cap. 11. de Tiridate loquens ait, eum cùm ad Neronem venit, nauigare noluisse, quoniam expuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Sidon. in Panegyr. Babylonis aquam & ignem in cultu fuisse, sicuti & Persis, ostendit, quæ ad iusiurandum vsurpari solita essent. Vbi enim dixerat;

Quæque Draconigenæ portas non clauserat hosti.

Subiunxit de Babylonis loquens; B

—— Iuratur ab illis

Ignis & vnda Deus. ——

Herodot. lib. 3. θεὸς βασιλήιος ἀπικαλέων. Alios præterea Deos habuerunt Persæ, Oromasdem, Mesoromasdem, siue Ormasdum, seu, vt Stobæus, Ormagdam, Omanum, Baltazarem, Arimanem, Adonin, Animinem, Heroas, Alexandrum, Reges etiam suos diuinis honoribus prosecuti sunt. Et quidem Persæ magnam partem cum Manichæis conueniebant, in eo potissimùm quod duo illi & prima inducunt principia, alterum bonum, rerum omnium opificem, quem Ormasdem, alterum malum & perniciale, quem Arimanem appellant. Festum autem omnium apud se celeberrimum, quem vitiorum interitum vocant, quotannis agitare solent, in quo serpentes, aliasque feras, & solitarias animantes interficiunt, & Magis offerunt, quasi pietatis egregium argumentum, narrante Agathia. Herodot. lib. 1. Serpentes, formicas, omniàque reptilia & volucria à Magis occi- C di ait, exceptis cane & homine. Hac illi ratione se bonorum authori Deo pulcherrimè operari putant; Arimani verò negotium exhibere, ait Agathias lib. 2. August. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 21. idem penè de duobus illis principiis ponit. A Persis solos duos Deos coli, vnum bonum, alterum malum, continent literæ istorum. Sunt illa duo principia de quibus Terbinthus, seu Buddas hæreticus eum Mithræ æditius fabulatus est apud Epiphanium hæres. 66. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ἀναλεγόμενος ἐν τῇ Περσῶν χώρᾳ καταχθεὶς πρὸς χήραν τινὰ χήραν, καὶ τοῖς τοῦ Μίθρα νεωκόροις τε καὶ ἱερεῦσι τοῦ εἰδώλου, Πάρκῳ τινὶ προφήτῃ, καὶ Λαβδάκῳ συζητήσας περὶ τῶν δύο ἀρχῶν. *Vt & Buddas cùm in Persidem venisset, loquutur cum anicula vidua, & Mithræ æditiis ac sacerdotibus idoli, cùm de duobus principiis quæsiuisset ex Parco propheta & Labdaco.* Hic Buddas Mani & Manichæis viam hæreseos muniuit. August. lib. 1. contra Manichæos. Illud verò, inquit, quo modo sit, vt nec Deus malum genuerit, aut fecerit, nec vlla sit, fueritve natu- D ra, quam non Deus fecerit, nescio quæ fabella Persica est. Plutarc. lib. de Isi, & Osiri ait, Zoroastrem induxisse duos Deos ἀντιτέχνους, quorum alter bona, alter mala faceret. Bonum quidem vocabat Oromazem, seu Oromasdem; malum autem Arimanium. Inter vtrosque medium Mithram, qui & Persis μεσίτης dicitur. Orimazum alij vocant Orimagdam. Arimanem Hesychius ᾅδην, seu Ditem patrem Persis esse tradit. Arimanes apud Plutarc. in Alexand. dicitur πονηρὸς δαίμων Περσῶν. Ab hoc precatum Xerxem ait Plutarc. in Themist. vt eam mentem hostibus suis iniiceret, vt ad se transfugerent. Erat enim Arimanes Deus ἀποτρόπαιος, & auerruncus, cui furuas hostias mactatas, Orimasdo contrà albas, indicat Plutarch. lib. de Isi, & Osiri. Arimani herbam, omomi dictam, in mortario tundebant Magi, Ditem inuocantes, & tenebras, miscentésque lupi iugulati sanguinem in locum tenebricosum abiiciebant. Addit Plutarch. ex stirpibus & animantibus alias τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, alias E τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι. Agathias lib. 2. ipsum Zoroastrem Ormasdeum vocat, vt opinor, quod duos illos Deos aduersarios sibi inuicem opposuerit. Mesoromasdes dicitur à Plut. in Alexandri fortuna. Plato in Alcib. 1. μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὠρομάζου. Plutarc. in Alexandro vocat eum Dominum Orimasdem, qui lucem è tenebris, res lætas è tristibus faciat. Sic enim ille, τὸν σὸν ἐρῶν φῶς ὁ πάλιν ἀναλάμψῃ ὁ κύριος ὀρομάσδης. Laertius in procemio lib. 1. ait, bonum dæmonem à Magis lo[illegible]em dici, & Orimasdem malum genium, Ditem & Arimenem; Agathias bonum genium vocari à Magis Deum, seu creatorem. Haud scio an Orimasdes ille fuerit Omanus, cuius τὸ ξόανον πομπεύειν, id est, *simulacrum in pompa duci*, eique templa extrui à Persis memorat Strabo lib. 11. & cum Anaitide coniungi. Postea enim Omanum & Anandratum Persicos Deos vocat συμβώμους τῆς Ἀναΐτιδος. Quid si Omanus ille sit Hamononum qui sæpe in sacris literis vsurpatur, cùm de excelsis, & πυραθείοις agitur;

A agitur? Illud autem de genio bono & malo, déque Diis auerruncis non Persis singulare, sed gentibus penè omnibus commune fuit, vt homini quamprimùm natus est, bonum malúmque genium vitæ perpetuum comitem assignarent, vt Seruius ad illud 6. Æneid.

Quisque suos patimur manes.

Bonum genium, inquit, & malum intelligit. & Orpheus in ὀχῇ.

Δαίμονά τ' ἠγαθεον, ἢ δαίμονα πήμονα θνητῶν.

Sed Persæ Deos illos duo rerum omnium principia, vt & Manichæi, esse volebant. Baltazar quoque inter Deos à Persis censetur, & Babyloniis, ait Chrysost. serm. 26. in Epist. ad Hebr. τὸ δανιὴλ ἢ βαλτασὰρ ἐκάλεσεν, τὸ θεοῦ αὐτοῦ τοὔνομα. οὕτως οὐδὲν θαῦμα ἡγοῦντο αὐτῶν τοὺς θεοὺς, ὅπου γε τὸ αἰχμαλώτῳ οὕτως ἐκάλει. *Danielem vocauit Baltazarem, ei nomen Dei sui impertiens. Vsque adeò flocci fecere Deos suos, vt captiuis eorum nomina inderent.* Fuit & Adonis in eorum religione, à

B quibus ἀβωβὰς dictus est, vt docet Hesychius. Agathias Persis Deum quendam attribuit qui dicatur Animines. Iidem Alexandrum victorem diuinis honoribus affecerunt. Theocrit. Idil. 17.

Ἀλέξανδρος πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης.

Natum id esse puto ex illa consuetudine qua Reges ipsi se pro Diis haberi voluerunt, non modò post obitum, sed & viui, cùm salutare eos nisi eum adoratione fas non esset. Cedrenus in Heraclio; Chosrois, inquit, simulacrum in Palatio veluti sedentis eminebat, circúmque Solem, & Lunam, & stellas, & Angelos sceptriferos constituerat, ἢ περὶ τὸν ἥλιον, ἢ σελήνην, ἢ ἄστρα, ἢ ἀγγέλους σκηπτροφόρους. Eò respexit author Panegyrici ad Theodos. Rex Persidis (inquit) te in his colit templis, Imperator, in quibus ipse colitur, gemmis se-

C ricóque præbendo, ad hoc triumphalibus bellicis in tua esseda suggerendis. Cyrillus ad Alipium ait, Reges Babylonios se pro Diis coli voluisse, numinísque opinionem venatos. Vnde apud Callisthenem in vita Alexandri Darius iurat, ὄμνυμί σοι δία τὸν μέγιστον, ἢ ἐμὸν πατέρα, quasi pater eius Deus esset. Quanquam scio etiam alias gentes per parentum suorum capita iurasse. Habuerunt & Persæ suos Heroas, quos Artæos appellarunt. Nam & iusti à Magis vocantur ἀρταδες, ait Hesych. Certè Artæi Herodoto lib. 1. dicuntur Medi ob virtutem. Xenoph. lib. 8. ἐπειδὴ ἢ ἥρωσι τοῖς συρίαν ἔχουσι, quibus & iusta soluisse, inferiásque misisse Magos ait Herod. lib. 7. χοὰς ἢ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο. Xenoph. lib. 3. Cyropæd. ἐκεῖ αὖ ἢ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, ἢ θεοὺς, θυσίαις, ἢ ἥρωας ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. De templis autem, & simulacris Deorum, an in Persis ab initio fuerint, video in controuersiam vocari. Herodot. quidem lib. 1. Persas nulla Deorum simulacra, templáve struere monet, quod hu-

D mana forma Deos esse negent. Ioui autem in altissima montium ascendêtes faciunt, οὐ ποιοῦσι ἀγάλματα, ἢ νεὼς, οὐκ ἀνθρωποφυέας νομίζουσι θεούς. *Persæ non faciunt simulacra, & templa, nec Deos humana forma esse putant; damnant eos qui dicunt Deos esse mares, aut fœminas.* Laërtius initio lib. 1. καταγινώσκειν μάλιστα τῶν λεγόντων ἄρρενας εἶναι θεοὺς, ἢ θηλείας. Itē Strabo lib. 13. in procem. μάγους τῶν ξοάνων καταγινώσκειν. Diodor. Sicul. lib. 6. Æschyl. in Persis, οἳ γῆν μολόντες ἑλλάδα, οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς. *Qui cùm in Græciam venissent non veriti sunt Deorum simulacra spoliare, & templa vrere.* Isocrates in Panegyrico sub fin. Iones diris eius caput deuouisse ait, qui templa incendio à Persis vastata restitueret, vt monumenta eorum ἀσεβείας ad æternitatem fixa manerent. Pausan. in Phocicis idem asseuerat, Lycurgus orat. in Leocratem, Diodor. Sicul. lib. 11. Origenes in Cels. lib. 1. Negant Diis Persæ imagines & saccella facienda. & lib. 7. Non ferunt templa, aras, & statuas inspicere. ne Scythæ quidem, & Numidæ, & Seres impij. Clemens in Protrept. Priusquàm Anaitidis Veneris statuam ere-

E xit Artoxerxes, non colebant Persæ simulacra hominis specie, sed aquam modò & ignem. Ipse Cic. lib. 2. de legibus à Xerxe Græcorum euersa delubra ait, quod Deum, qui capi non posset tectis, includerent. Quæ si vera sunt, cur à Strabone lib. 11. & aliis ponuntur in Perside templa Omani, Anaitidis, & Mineruæ, vbi Reges inaugurari moris fuisse suprà docuimus? Suidas in voce *Datis.* ὅδε ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψεν ζήτησιν ἐποιεῖτο τῶν νεῶν. εὑρὼν ἢ ἐν φοινίσσῃ ἄγαλμα ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυνθάνετο ὁπόθεν εἴη σεσυλημένον. πυθόμενος ἢ ἐξ οἵου ἦν ἱροῦ ἔπλεε τῇ ἑαυτοῦ νηὶ ἐς δῆλον, ἢ κατατίθεται εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἄγαλμα. Dices fortè ex Clem. Alexandr. Artoxerxem primum omnium templa, & simulacra condidisse. At video multis annis ante Cyrum ipsum Babylone Beli templa, & simulacra fuisse. Nabuchodonosorem simulacrum illud aureum posuisse Herodot. lib. 1. non infieiatur. ἐστὶ ἢ τοῦ ἐν βαβυλῶνι ἱροῦ ἢ ἄλλος κάτω νηὸς, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ διὸς χρύσεον. *Est*, inquit, *in templo Babylone fanum aliud inferius & subterraneum, vbi simulacrum ingens Iouis cernitur.* In Perside ante Artoxerxem simula-

ιιισσυιτι ɣ cra

era fuisse coniicio, quod cùm Chertæi Persæ eum Iudæis Babylonem deportatis, in Iudæam coloni transmissi essent, quinque Deos è Perside secum abstulerunt, postea tamen peste vexati, cladibúsque ac leonibus, Deum Iudæorum amplexi sunt, & Samaræi vocati, ait Iosephus lib. 9. Antiquit. cap. 14. Si Persis odio fuere templa & simulacra, cur Cyrus, Darius, & Xerxes templum Hierosolymitanum exstrui præcipiunt? lib. 11. Antiquit. Ioseph. cap. 2. Herodotus lib. 5. ait, Persas Græcorum templa euertisse, quod Athenienses Sardibus ignes intulissent, vnáque templum Cybeles incendissent. Apud Xenoph. lib. 8. παιδ. Cyrus in templo sacrificat. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πρὸς τὰ τεμένη ἔθυσαν τῷ Διί: *vbi ad fana venerunt Ioui immolarunt.* Post Artoxerxis ætatem templa & simulacra fuisse non dubito, teste Q. Curtio lib. 3. Vtrinque currus latus Deorum simulacra ex auro argentóque expressa decorabant, è iugo eminebant simulacra pacis & belli. Antiqui Persæ sicuti templa non erigebant, ait Strabo lib. 15. ita neque aras. In pyræthæis tamen aras fuisse suprà ostendimus ex eodem Strabone, ad quas Magi sacrificarent. Et Pausanias in Eliacis aras adhiberi ait in Persicis sacris. Sed fortè mos inoleuit post Artoxerxem. Ammian. lib. 23. & aras agnoscit, & Magos libamina defundere solitos, antequam res diuina fieret. Quas cùm per initia respuerent, in edita montium ascendebant, vbi sine templo, sine simulacro, sine aris, & altaribus Ioui, Soli, cæterísque Diis immolabant. Xenoph. lib. 8. παιδ. εὐθὺς οὖν λαβὼν ἱερεῖα ἔθυε Διί τε πατρῴῳ, καὶ Ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύουσι, ὧδε ἐπευχόμενος, Ζεῦ πατρῷε, καὶ Ἥλιε, id est, *statim igitur accipiens victimas immolauit Ioui patrio, & Soli, & aliis Diis in iugis montium, vt Persæ sacrificant, sic precatus, Iupiter patrie, & Sol.* Clemens Alexand. in Protrepr. θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει: *sub dio eos sacrificare Dino ait.* Armenia, Cappadocia, atque adeò totus penè Oriens Persarum instituta, religionésque tenebant. Imò etiam ipsi Iudæi, cùm à Roboamo ad Ieroboamum decem tribus transissent, & in principem vrbem ad sacrificia pergere nollent, in iugis montium Deo victimas immolabant. Nam & ipse Elias 3. Reg. in iugis montium Deo rem diuinam fecit, sed non sine altari. Apud Appian. Mithridates in Cappadocia Ioui militari fecit patrio ritu in edito monte, vt infrà indicabimus. Sunt illa excelsa & πυραιθεῖα, de quibus in sacris literis, & Strab. lib. 5. θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, id est, *sacrificant in loco excelso.* Vnde Celsus apud Origen. lib. 5. in Celsum, dicebat Persas ritu Iudæorum in montibus editis Ioui sacra facere. Herodot. lib 1. οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν. *Solent*, ait, *in editissima montium ascendentes Ioui facere.* De libatione Xenoph. παιδ. lib. 3. καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς. & alibi sæpe notauimus. lib. 7. ἀπαρξάμενος, καὶ σπείσας, καὶ δεξάμενος ἔπιε: *cùm primitias obtulisset, & libasset, & precatus esset, bibit.* Habebántque Reges sacram mensam è qua libarent, ait Curtius lib. 5. vt Romani è mensa libabant, & μικρὸν κρέας in patella Diis dabant. Diis autem omnibus ita res diuina fit, authore Herodot. lib. 1. Nec aras excitant, nec ignem sacra facturi, non libatione vtuntur, non tibia, non vittis, non mola salsa. In locum purum, vt quisque Diuis facere instituit, deducit victimam, Deúmque inuocat, tiaram myrteo ramo deuinctam habens, ipse sibi priuatim nihil Deos rogat, sed vt omnibus Persis, maximéque Regi bene eueniat, à Diis flagitat: cùm in partes ac profecta victimam dissecuerit, carnes coxerit, in trifolio, vel alia herba mollissima collocat ablegmina. quo tempore prosicias illas disponit, vir Magus ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν. ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι, id est, *Deorum satum & generationem accinit, quam illi dicunt esse imprecationem, & magicum carmen. sine Mago enim nefas iis est sacra facere.* Quibus qui operatus est, paulum moratus carnes aufert, & in eos vsus confert quos ratio suaserit. Interdum tamen Persæ faciebant ὁλοκαύτωσιν ταύρων, vt Xenoph. lib. 8. καθαρὸν τόπον vocat, vbi nihil esset sordium, & inquinamenti, qui non attactu cadaueris pollutus esset. Ita & Strabo lib. 15. θύουσι δὲ ἐν καθαρῷ τόπῳ. Latini ipsi purum locum appellarunt, qui inanis ac vacuus esset non tantùm à spurcitiis, sed etiam ab hominum frequentia. Horat. lib. 2. epist. 2.

Pura sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet.

& Varro lib. 4. de lingua Latin. Loca in vrbe pura dicuntur areæ, vbi ædificia nondum exstructa. Xenoph. lib. 8. παιδ. sacrificium Soli, cæterísque Diis à Magis paratum exponit, vbi regiæ fores apertæ sunt, ait, quatuor eximij boues Ioui, cæterísque quibus Magi procurationem decreuerant, educuntur. πολλῷ γὰρ οἴονται Πέρσαι χρῆναι τοῖς περὶ τοὺς θεοὺς μᾶλλον τεχνίταις χρῆσθαι, ἢ περὶ τἆλλα. *Putant enim Persæ artificibus longè studiosius vtendum in cultu Deorum, quàm in rebus aliis.* Inde ducti sunt equi Soli immolandi: tum taurus albus aureo iugo coronatus Ioui sacer, mox albus Solis currus coronatus. Demum currus tertius, cuius equi

puniceis

A puniceis stragulis tecti erant, virique sequebantur ignem foculo maiori gerentes, πῦρ ἐπὶ ἐσχάρας μεγάλης φέροντες. Sacrificant igitur Persæ in loco puro vota precésque concipientes, & victimam coronatam præstò statuentes, ait Strabo lib. 15. Vbi Magus qui sacrificij est minister, carnes minutatim distribuit, sua quisque parte accepta abeunt, nulla parte Diis relicta. Dicunt enim Deum nihil velle nisi hostiæ animam. Eustat. in lib. 1. Iliad. vebra ipsa Strabonis habet, λέγοντες τῆς ψυχῆς τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δ' οὐδενός. Quidam etiam omenti partem igni imponunt, ait Strabo, qui ἐστεμμένον ἱερεῖον παρασήσαντες docet. Xenoph. etiam ipsos currus coronatos. & Herodot. lib. 1. ἐστεφανωμένος τὴν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα. Xenoph. lib. 3. Cyræpod. κῦρος μὲν ἐστεφανωμένος ἔθυε. Fuit enim in more apud omnes penè gentes vt coronæ in sacrificiis adhiberentur. Aristoph. in Equitibus;

Στεφάνου, καὶ σπένδε τῷ κοαλέμῳ.

B Id est, *coronare, & liba Coalemo.* Plin. lib. 21. cap. 1. Inter sacra tantùm & bellicos honores coronis suum retinentibus nomen. Persæ autem vbi sacris perfuncti essent, plerunque choreas eodem in loco agebant, quarum erat χορηγὸς ipse Rex. Xenoph. lib. 8 ὁ δὲ κῦρος ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια. Saltationes enim in rebus sacris adhibebantur apud omnes penè gentes. Petron.

Memphitides puellæ sacris Deûm paratæ,
Tinctus colore noctis manu puer loquaci
Aegyptius choraules. ———

Cæteri in Oriente populi qui sub ditione Persarum erant, in sacrificiis ritus suos à Persis acceperant. Vnde apud Appian. lib. de bel. Mithridatico, Mithridates in Cappadocia Ioui militari rem diuinam fecit patrio ritu in edito monte struem lignorum ipso colle maiorem, & sublimiorem imponens. Primi autem ad id sacrificium Reges (lego enim, πρῶτοι δ' ἐς αὐτὴν οἱ βασιλεῖς ξυλοφοροῦσι, θυσίαν, aut κορυφὴν intelligo) ligna conferunt, aliámque struem in circulum angustiorem circumponentes, in partem quidem illius lignorum struis superiorem mel, lac, vinum, oleum, & omnis generis aromata inferunt, in planitie & parte solo propiorem panes & obsonia in eorum qui sacris intersunt cibum apponunt; quod genus sacrificij Persarum Reges in Pasargadis procurant, sicque pyram incendunt. Illa autem incensa propter amplitudinem à mille stadiis & amplius nauigantibus conspicua est. Dies non paucos ob inflammati aëris ardorem propiùs ad eum locum accedere non licet. Alterius generis est sacrificium cuius meminit Pausan. in Eliacis, quod ipsum à Mago procurari Persico ritu indicat. Hierocæsareæ, inquit, & in Hypæpis ædes est, in qua cinis aræ impositus visitur, alterius coloris atque cæteri cineres. Magus autem ligna sicca in aram

D ingerens, primùm quidem tiaram capiti imponit, Deúmque aliquem barbara voce vocat ex libro preces recitans, ligna omnia nullo subdito igni necesse est conflagrare. Verba sunt; ἐστὶ γὰρ λυδίοις ἐπίκλησιν περσικοῖς ἱερὰ ἔν τε ἱεροκαισαρείᾳ, καὶ ἐν ὑπαίποις, καὶ ἐπὶ βωμοῦ τέφρα, χρόα δὲ οὐ κατὰ τέφραν τὴν ἄλλην. ἀνὴρ μάγος ἐπᾴδει ἐπιλεγόμενος ἐκ βιβλίου. ἄνευ δὲ δή πυρὸς ἀνάγκη πάντα ἀφθῆναι τὰ ξύλα. Quod tamen sacrificulos Baal efficere non potuisse legimus 3. Regnum. In Cappadocia autem, Strabone authore, magna Magorum copia fuit, qui πύραιθοι dicti, non cultro, sed stipite quodam hostias mactabant, tanquam malleo verberantes. ἐστὶ δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι, id est, *sunt autem pyrathea fana quadam alicujus pretij*, in quorum medio ara est, in qua Magi & cinerem multum, & ignem perennem seruant, & eò quotidie ingressi imprecationes faciunt, per horam ante ignem virgarum fasciculum tenentes, tiaris amicti è lana coactis, & constipatis vtrinque, quibus etiam ipsa labia genæ-

E que teguntur. Persæ autem, vt cæteræ gentes, Diis immolabant hostias ex armentis & gregibus. Xerxem enim vaccas mille Mineruę Iliési mactasse author est Herodot. l. 7. Ioui tauros Cyrum sacrificasse in ὁλόκαυστον Xenoph. indicat lib. 8. Reliquos ritus qui seruarentur in ignis, Solis, & Mithræ sacrificiis suprà posuimus, & infrà ponemus, cùm de Magis, & Chaldæis seorsum agendum erit. Hic tantùm integrum locum apponam è Strabone, quem suprà attigi, cùm de cultu ignis loquerer. Persę aliter igni, aliter aquæ sacra faciunt. Et quidē igni pabulum arida ligna sublato cortice proponentes aruina superiniecta, tum infuso oleo succendunt, non inspirantes, sed ventilantes. Inspirantes autem flatu, aut mortuum super ignem imponentes, aut sterquilinium, morte mulctant. Aquæ autem facturi in lacum, vel flumen, vel fontem venientes scrobem faciunt, ibíque hostiam iugulant, cauéntque ne proxima aqua sanguine contingatur; sic enim omnia pollutum iri putant. Postea carnibus myrto lauróque impositis, eas Magi gracilibus virgis comburunt, & factis impreca-

tionibus quibusdam oleum lacte ac melle mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, A sed in terram. τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥαβδῶν μυρικινῶν λεπτῶν δέσμην κατέχοντες: id est, *imprecationes faciunt multo tempore fascem è virgis myrteis tenuibus manu tenentes.* Virga ignem Magi tangebant, & ignem sacrum excitabant. Athen. lib. 12. de Nino loquens, ὁ νῖνος οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνῆψε, ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων. *Ninus non apud Magos suscitauit ignem sacrum, vt lex est, virgis Deum contingens.* Habebant & Magi herbas sacras quibus vterentur in rebus sacris. Plin. lib. 12. cap. 11. Nyctigreto, quæ & chenonycos, Magi, Parthorúmque Reges vtuntur ad vota suscipienda. Quinetiam Magi herba rheangelide pota diuinarunt, & aglaophoti herba, quæ marmaritis dicitur, vsi sunt cùm vellent Deos euocare. Plin. lib. 24. cap. 17. Ex Herodoto suprà docuimus, Persas non vsos libationibus; & verum est si Cyri ætatem spectes. Post Artoxerxem autem multos ritus è Græcia peritos esse augutor. Nam & Athenæus lib. 11. Persas patera Diis libasse docet, quæ Persica lingua di- B ceretur *Condy.* & Herodot. ipse lib. 7. ante Artoxerxis ætatem libationum aliquod genus agnoscit, qui Xerxem ait aurea phiala libasse, quam in mare cum aureo acinace abiecerit. Claudian. lib. 1. de laudibus Silicon.

—— Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram, secretáque Beli,
Et vaga testatur voluentem sydera Mithram.

Ammianus quoque lib. 23 libationes ei tribuit, quas alius nemo facere auderet. Vt autem Latini, & Græci, vel dicturi, vel aliquid maioris rei suscepturi Deos præfabantur; ita & Persæ suos appellabant. Herodot. lib. 7. νῦν δὲ διαβαίνωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι. *Nunc traiiciamus Deos precati.* vt apud Plutarc. in Socratis dæmonio, Pelopidas in Tyrannos impetum parans ait, προσευξάμενοι σὺν θεοῖς ἐξίωμεν. Persis non sacrificia modò, sed & annuæ celebri- C tates fuere, quas inter non postremo loco fuit ea quæ Magis Imperij oppressoribus interemptis agitari cœpta est, quæ vltimis temporibus maiori cura, frequentiáque quàm superioribus celebrata est. Herodot. Magophonia festum agitur, qua die Gobrias & Darius Magos Tyrannos oppresserunt. ἐν ᾗ ἱερῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατὰ οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι κατ' ἡμέρην ταύτην κατέχουσι, *quo die nefas Magum in publico apparere, sed priuatis parietibus clausi latent.* Agath. lib. 2. Dies Magophonij, cùm Darius Magos obtruncasset, hodie maiori sunt in dignatione quàm olim. Alia festiuitas Saca dicta est, illa quidem celeberrima, quam ex hoc fonte fluxisse volunt. Cùm Sacæ Scythæ Euxini tractum latrociniis infestum haberent, præfecti aliquot Persarum nec opinantes oppresserunt. In campo autem petram quandam aggere complentes, ita vt rotundi collis figuram exprimeret, muro cinxerunt, & Anaitidis, Deorúmque qui cum ea in iisdem aris locantur, sacellum po- D suerunt, Omani & Anandrati Deorum Persidis, & indixerunt panegyrin sacram anniuersariam quæ Saca dicitur, quam hodiéque celebrant qui Zela incolunt (sic enim locus hic indigeratur) quæ vrbs plena est seruitiorum sacrorum. Vide num vocabulum illud *Zeli* lucem faciat loco cuidam Ezech. 8. vbi Zeli idolum commemoratur. Nam Patres Zelum vocari putant, quod ira Dei zelus quoque in Iudæos accenderetur. Videntur tamen sacra Persarum Zela dici Straboni lib. 15. ἱερὸν τῶν περσικῶν θεῶν τὰ ζῆλα, id est, *Zela templum est Persicis Diis sacrum.* ἀπέδειξαν τε πανήγυριν κατ' ἔτος ἱερὰ τὰ σάκα, ἣν μέχρι νῦν ἐπιτελοῦσιν οἱ τὰ ζῆλα ἔχοντες, οὕτω γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον. ἔστι δὲ ἱεροδούλων πόλισμα τὸ πλέον, ait Strabo. lib. 11. Eo die vnum aliquem è vinctis capitis reis in throno Regio collocant, Regia veste insignem, cúmque genio indulgere per eos dies, delicias agere, cum pellicibus Regiis consuescere patiuntur, E nullo prohibere auso, quominus libidini suæ, ac voluptati seruiat, paulo pòst nudatum flagris cædentes cruce suspendunt. Dio Chrysost. orat. 4. τὴν σάκων ἑορτὴν πέρσαι ἄγουσι λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τὸν βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ αὐτοῦ, &c. Saca quinque diebus agitabantur 16. die Augusti, quem Macedones Loum dicunt, quibus diebus serui dominis imperant, & vnus ex iis quem Zoganem vocant, Regio cultu ornatus in domo ducem ac dominum agit, narrante Athen. lib. 14. ἐν αἷς ἔθος ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι ζωγάνην. Mithræ quoque ludos habitos etiam ab Ægyptiis quarto quoque anno iudicat Iulian. in hymno Solis, vt suprà ostendimus, & in Persis Mithræ dies festi erant, quibus Regi & choreis & vino indulgere fas erat, alio tempore nefas, ait Athen. Indicebantur & feriæ extra ordinem à Regibus, quales sunt illæ quas pro bono Regni indixit Artoxerxes lib. 11. cap. 6. Iosephi. διατίμησας δὲ καὶ κατὰ τὴν χώραν παρήγγειλεν ἀνέσεις τῶν ἔργων ἀφειμένας,

A ἀφιμῶνς, καὶ ἱερῶζων ὑπὲρ τ̃ βασιλείας αὐτοῦ πολλαῖς ἡμέραις. Iulianus Augustus Mithram ψυχοπομπὸν θεὸν videtur indigetare in Cæsaribus, vbi Mercurius ait Iuliano; σοὶ δέδωκα τ̃ πατέρα μίθραν ἐπιγνῶναι. σὺ δ' αὐτοῦ τ̃ ἐντολῶν ἔχε, καὶ ζῶν ἀπιέναι δέῃ, ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ καθιστάμενος σεαυτῷ. *Tibi dedi patrem Mirthram agnoscere, Tu caue à mandatis eius discedas, & cùm ex hoc loco abeundum erit, Deum ducẽ propitium constitue tibi.* Mithræ sacros leones fuisse scribit Tertul. l. 1. in Marcion. cap. 13. quia Sol in leone ardentissimus est, ideóque mystas omnes mares leones vocabant, fœminas hyænas, ministros coruos, patres aquilas & accipitres. Qui leonis habitum sumit, idem in se omnium animantium formas suscipit, quoniam ad rationem Zodiaci communis motio fertur, in quo signa duodecim ostendunt animas hominum quibusuis animalium corporibus contineri posse. Porphyr. lib. περὶ τ̃ ἀπεχ. ὡς τῶν μὲν μετέχοντας τ̃ αὐτῶν ὀργίων μύστας καλεῖν λέοντας, τὰς δὲ γυναῖκας ὑαίνας, τὰς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας ἐπί τε

B τ̃ πατέρων. αἰτοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες ἄτι προσαγορεύονται, ὅτι τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς, &c. Eò respexit Tertul. lib. 1. in Marcion. cap. 13. sicut aridæ & ardentis naturæ sacramenta leones Mithræ philosophantur. Luctat. ad. lib. 1. Theb. Mithræ simulacrum fingi ait leonis vultu, habitu Persico cum tiara, ambabus manibus cornua reluctantis bouis retentans, quia Luna lumen à Sole mutuatur cùm ab eo longiùs abest. Ipsa indignata sequi fratrem ei occurrit, & lumen obscurat. ideo in antro esse dicitur, quia eclipsin patitur. Mithras verò leouis vultu fingitur, quia vt leo inter animalia, ita Sol inter sydera principatum tenet. ideo palmarium eius in Zodiaco signum est leo. Luna, quia propiùs tauro adhæret, vultu bouis fingitur. In veter. inscript. pater sacrorum inuicti Mithræ, Publius Taurobolinus matris Deûm magnæ, & Attidis commemoratur. Quod munus honorificũ fuisse patet ex iis quæ subiiciuntur.

C *Antiqua generate domo, cui Regia veste*
Pontifici felix sacrato militat igne,
Idem augur, triplicis custos venerande Dianæ,
Persidicique Mithræ antistes Babylonie templi,
Taurobolique simul magni dux mystice sacri.

Mithræ sacra in spelæo tradebantur, authore Iulio Firmico lib. 1. de err. proph. relig. Luctat. Grammat. ex Ostane in antro coli ait, ad lib. 1. Theba. Stat.

—— Persæi sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Hieronym. ad Athletam; Vester Gracchus specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra subuertit. Tertul. lib. de coron. militis, Mithræ militem ait initiari in spelæo. Iustiu.

D in Tryph. καὶ σπήλαιον καλοῦσι τ̃ τόπον, ἔνθα μυεῖν τῶν πειθομένων αὐτῷ, id est, *spelaum vocant locum, vbi initiant ei seruientes.* Hoc spelæum in montibus Persidis à Zoroastre dicatum prope fontes tradit Porphyr. in antro nymph. Mithræ templum μιθρεῖον dictum, quod humanis victimis violari solitum docet Socrates in histor. Ecclesi. Lampridius author est, Mithriaca sacra Commodum homicidio polluisse, in cuius sacris baptismi quædam species fuit. Tertul. lib. de præscript. Diabolus tingit & ipse quosdam vbique credentes, & fideles suos, expiationémque delictorum de lauacro repromittit. Signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Origin. lib. 6. in Celsum de Mithræ sacris ex Celso hæc affert. Mithræ sacris apud Persas duplex stellarum circumactio prætenditur, affixarum & erronum, & per has ani-

E marum transitus. ideò scala erigitur in septimæ portæ aditu. Prima porta est è plumbo, secunda stanno, tertia ex ęre, quarta ex ferro, quinta ex numismatis corio, sexta ex argẽto, septima ex auro. Cætera ex eodem loco petenda. Duris lib. 7. histor. apud. Athen. scribit, Persarum Regibus vno tantùm die permitti vt ebrij fierent, quo die Mithræ sacra procurabantur. Epiphan. lib. 3. contra hæreses, Epimenidem Cretæ templi Mithræ sacerdotem fuisse ait. Mithræ quoque templum Alexandriæ fuit, vt est in Historia tripartita. Sed hæc de Magis, Chaldæis, Diis Persicis, & eorum sacris sufficiant, quæ hic subiicienda putauimus, vt artium magicarum origo magis elucesceret.

A

CAP. VII.

An quæ à Magis fiunt, verè fiant, an speciem tantùm exhibeant.

RARVM rerum quæ animos hominum in admirationem rapiunt, aliæ vi naturæ fiunt, quæ magiæ naturali tribuuntur, aliæ artificum ingenio, & industria, quæ magiæ artificiosæ, quædam vi, & ministerio Dæmonum, quæ magiæ veritæ, & clandestinis artibus ascribuntur. Quæ vi naturæ fiunt, aut artificum industria, & ingenio, ad hominum vtilitatem, probari debent; quæ Dæmonum ope, & ministerio, flammis, & cruciatibus expiari. Multa veteres de Circe, Medea, Tiresia, & aliis mentiti sunt, in quibus tamen aliquid veri subesse dubitandum non est, cùm & in sacris literis magicis artibus mira patrentur. Nam & Magi Pharaonis virgas in serpentes vertunt, & Pythonissa suscitat Samuelem, & Christus Dominus ait, pseudoprophetas signa, & prodigia daturos. cap. 7. Exod. Ecclesiastici cap. 46. Matt. 24. Ea tamen prodigia S. Paulus 2. Thessalon. 1. mendacia vocat, non quia natura sua falsa sint; sed quia vera miracula supra naturæ ordinem non sint. Dæmon enim nihil nisi intra naturæ fines agere potest, intra quos ipse tenetur. Deus Deuter. cap. 13. pseudoprophetas venturos denuntiat, qui futura veraciter prædicant. Certè S. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. & lib. 83. quæst. q. 79. & q. 22. in Exod. tribuendum id solertiæ Dæmonum ait, vt multa supra hominis captum, ignota nobis, rerum naturæ virtute vsi perficere possint. Si enim periti artifices ex temeraria fodinæ gleba, quę vpilioni, ac bubulco despicatui sit, mirifica opera producunt; quanto verius est Dæmonem ex rebus in medio positis opera edere posse, quæ homines in stuporem trahant? Plurima tamen Magorum opera cùm falsa sint, speciem tantùm exhibere, vero propius est, cuiusmodi ea sunt quæ de Protheo, & Themide in varias formas transeuntibus narrantur. S. Augustinus lib 18. de Ciuit. cap. 17. & 18. Nam nos cùm essemus in Italia audiebamus, stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere viatoribus, vnde in iumenta illicò verterentur, & necessaria quæque portarent, póstque perfecta opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem, humanámque seruari. Ibidem optimè docet, Dæmones speciē tenus, quæ à Deo vero sunt creata commutare, vt videantur esse quod non sunt. Philostratus lib. 4. cap. 5. in nuptiis Lamiæ & Menippi cùm auro omnia fulgurarent, Apollonium dixisse scribit; Tantali hortos videris, qui, sicut Homerus scribit, speciem præbebant, cùm inanes essent; neque enim in hoc apparatu materia vlla subest, sed materiæ modò simulacrum. Hæc autem sponsa vna est è numero Lamiarum, &c. & cum his verbis totus ille apparatus euanuit. Aliquid non absimile narratur q. 26. q. 5. can. Episcopi. Qui autem è lapidibus, & lignis perfecta animalia procudere se mentiuntur, imponunt, quod ea naturæ vi non nisi ex semine gignantur. Dæmon supra naturæ ordinem nihil potest.

B

C

D

CAP. VIII.

De magia naturali.

MAGIA naturalis vel humano ingenio, & vsu comperta, vel à bonis Angelis indicata est hominibus. De ea quæ hominum ingenio erui potest, Plinius in hæc verba loquitur. Multa sunt naturæ miracula incompertæ adhuc rationis, & in naturæ maiestate penitus abdita. Proclus lib. de sacrific. & magia, Aristot. de mirabil. audition. S. Augustinus lib 21. de Ciuit. c. 4 & 5. Salamandra, inquit, in ignibus viuit, Siciliæ montes vsque nunc flammis æstuant, atque integri perseuerant, satis idonei testes, non omne quod ardet absumi. Quis nisi Deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Agrigentinum Siciliæ salem perhibent cùm fuerit admotus igni, fluescere, cùm verò aquæ, velut in igne crepitare. Plin lib. 5 cap. 5. Matelgæ oppido Garamantum; itémque Debris effundi fontem ait, à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidémque horis ad medium rigentibus. lib. 2. cap. 103. In Dodona Iouis fons cùm sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueantur, accendit. Solin. cap. 13. Asbestus lapis ferri colore accensus semel extingui nequit. Vide Plin. lib. 2. cap. 96. lib. vlt. cap. 4. Aristot.

E

A ftot. lib. 2. de histor. animal. cap. 14. Solin. cap. 47. S. Augustin. lib. 14. de Ciuit. cap. 24. Sunt homines qui aures mouent, vel singulas, vel ambas simul. Sunt qui totam cæsariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocántque cùm volunt. Qui hæc naturæ arcana norunt, Magi propriè dicuntur, ait S. Hieronym. in cap. 2. Danielis. Magi sunt qui de singulis philosophantur, nec malefici sunt, sed Philosophi Chaldæorum, & ad artis huius scientiam Reges quoque, & Principes eiusdem gentis omnia faciunt. S. Iustin. quæst. ad Orthod. 24. Et Apollonij quidem opera, quoniam facta sunt ex scientia rerum naturalium, non euertit Deus. Pace S. Iustini dixerim, Apollonius naturalium rerum scientia Lamiæ ludibria euertere, è carcere euolare, puellam penè ab inferis excitare non potuit. Ad magiam artificiosam pertinet sphæra illa à Possidonio facta, in qua omnes cælestiũ orbium conuersiones ex vero expressæ, apud Ciceronem lib. 2. de Na-
B tur. Deor. & quæ de Archimede Plutarc. in Marcello prodit, cuius machinis classis Romanorum labefactata est. Apud Cassiodorum Boëtius effecit, vt metalla mugirent, æneus anguis sibilaret, aues ligno fictæ cantillarent. Albertus Magnus caput æneum fecit, quod hominis ore (si Diis placet) loqueretur. Sapientiæ demum, seu magiæ à Deo infusæ exemplum illustre est in Salomone 3. Reg. 2. & apud Iosephum lib 8. cuius verba de Eleazaro Iudæo Dæmones ex corporibus eiiciente sublestæ fidei sunt, aut Dæmonem ipsum ad partes venisse necesse est. Magiam naturalem Apollonius, vt & Magi Pharaonis, à Dæmonibus didicerat. In quibusdam animantibus vim occultam, & mirabilem esse liquet. Pollex Pyrrhi Epirotarum Regis attactu ictericos sanabat, Remeligo naues Antonij, & Caligulæ tenuit, Torpedo, seu νάρκη ναρκᾷ manum piscatoris, *stupore ligat.*

C

CAP. IX.

De magia per Dæmones.

APOLLONIVS, & Apuleius, cæterique sapientiæ nómine insignes, se abdita naturæ vi, cuius arcana præ cæteris nouerant, mira patrare gloriabantur. Alij tantam in lapillis, herbis, verbis, characteribus vim esse positam putarunt, vt nihil Philosopho, cui se natura aperuisset, arduum videretur. Animaduerto tamen quædam à Magis fieri quæ naturæ assignari non possint. Gymnosophistæ arbore internuntia Apollonium salutarunt; Indi pincernas æreos ambulare, & mensæ ministrare iusserunt. Atqui natura nunquam dat operationem, nisi priùs formam dederit operationis effectricem. Igitur
D oportuit, & arborem à qua salutatus est Apollonius, & æreos illos pincernas forma hominis, & anima, non tantùm mouente, verùm & rationali informatos esse. Cùm autem lignei leones mouẽtur, aut statuæ loquuntur, præter naturã id faciunt, cùm animalia perfecta nisi ex semine à suis similibus generari nõ possint. Adde quod natura simul & generare animal perfectum, & illi iustam magnitudinẽ dare nõ potest. Deinde Magi ea quæ in remotissimis regionibus geruntur, eodem puncto quo geruntur, annuntiant; quod fieri nequit, nisi ab iis qui rei gerendæ interfuere. Eos igitur à Dæmonibus, qui variis in locis eodem penè puncto temporis agunt, monitòs esse oportuit. Ita quo tempore Romæ Domitianus à Stephano cæsus est, Apollonius in Græcia exclamauit; Stephane feri. Tum verò Apollonius vinctus è conspectu hominum, & manibus euolare, & suis ad condictum longissimè adesse, naturæ vi non potuit. Sequitur igitur, quod à Dæmone deportatus sit. Denique
E Magi verbis, characteribus, lineis, ac ritibus vtuntur, quæ omnia per se nihil ad efficiendum, sed ad significandum modò valent. Quid quod huiusmodi miracula non tantùm à naturæ peritis fiunt, verùm etiam à rudibus, & rerum omnium imperitis, qui traditos sibi ritus ad vnguem obseruarint? Iamblicus bonos genios Magis sponte inseruire arbitratur. Sed si boni genij sunt, cur se pro Diis coli, sacrificiis, & cerimoniis procurari iubent, cùm id honoris genus soli Deo debitum sciant? cur maleficis hominibus ad furta, homicidia, adulteria operam præbent? cur certis ritibus sibi vim afferri sinunt? Vide Eusebium lib. 5. Præparat. Euangel. cap. 6. & 7. Dæmones autem ex vno in alium locum moueri tanta celeritate possunt, vt eos nonnulli per medium transire negent. Omnino, cùm nulla sit inter corpus & spiritum proportio, Dæmones in loco non sunt, nisi quatenus agunt; quanquam eorum virtus agendi certis spatiis definitur: nec enim eodem puncto temporis pluribus in locis agere possunt, ad quæ eorum efficacitas non pertinet. Agunt autem, & mouen-

rur voluntate, & alia corpora ex loco in locum transferre possunt: ita Dæmon Christum Dominum in pinnaculum templi sustulit; Angelus Abacuch capillo apprehensum, ex Iudæa Babylonem deportauit, Daniel. 14. Quidam vim mouendi à Dæmonum voluntate distinctam putant, eósque mouere corpora de loco ad locum immediatè; vim verò herbarum, & lapillorum immediatè agentium ipsos mediatè sibi accommodare, & ea, quæ agunt, patientibus admouere. Possunt igitur immittere ventos, & ignes, cap. 1. Iob. procellas in mari, terræmotus, & alia id genus excitare. Simon Magus à Dæmonibus per aërem vectus est, Apollonius è conspectu Domitiani euanuit. Possunt efficere, vt statuæ ambulent, vel loquantur. Sic apud Valerium Maximum lib. 1. cap. vlt Iunonis Monetæ simulacrum Veiis Romam se transportari velle respondit, simulacrum Fortunæ muliebris dixit, *Ritè me matronæ vidistis, ritè me consecrastis.* Apud Iulium Obsequentem lib. de prodigiis, bos humano sermone loquutus, quia Dæmon sermones illos articularos in aëre format. Num. 22. asinus Balaam loquutus. Possunt facere, vt bruta animantia quasi cum ratione aliquid agere videantur, vt apud Val. lib. 1. cap. 8. serpens Epidaurius, & apud Philostratum lib. 5. cap. 5. leo, qui ad genua Apollonij procubuit, quem Amasim esse dixit. Effecit Dæmon, vt Tuccia cribro aquam gereret, obsepris denso aëre foraminibus; vt Claudia nauim zonâ traheret, vt Seruio Tullio dormienti ex capite flamma emicaret, apud Plinium lib. 2. cap. 107. & cap. 103. Amnes retrofluere & nostra vidit ætas Neronis Principis annis supremis. Varias corporum formas hominibus Dæmon obiicere potest, apud Val. lib. 1. cap 8. de Castore & Polluce apud lacum Rheginum. Apud Philostratum Lamia Menippo variam auri, argentique speciem, sed falsam exhibuit, ex aëre denso fictam. Possunt morbos facere, & curare, somnia immittere, visa exhibere, prærerita, præsentia, futura repræsentare, apud Val. lib. 1. apud Cic. lib. 1. & 2. de Diuinat. amores, odia immittere, Dei tamen permissu, qui vires eorum constringit, aut laxat arbitratu suo, Iobi cap. 1. & 2. 3. Reg. 22. Possunt & herbarum, gemmarum, animalium occultis viribus vti velut instrumentis. Ex instrumento autem procedit effectus, non modò virtuti eius respondens, sed etiam primarij agentis: vt securis quæ à rustico mota secat, à fabro statuam hominis efficiet. Anastasius Episcopus Nicenus quæst. 23. Signa & miracula, inquit, & futurorum prædictiones sæpe fiunt propter vsum aliquem, aut dispensationem, sicut in Balaam, & Pythonissa. Et rursus Apostoli cùm inuenissent infidelem quempiam in nomine Domini dæmonia eiicientem, & eum prohibuissent, dixit eis Dominus; *Nolite eos prohibere: nam qui non est contra vos, est pro vobis.* Quando ergo videris per hæreticos, & per incredulos fieri signum, ne obstupescas. Sæpe enim eius qui accedit fides est quæ signum facit, non eius qui fecit dignitas. Iudas omnino miracula patrauit: nam ipse quoque erat cum aliis qui missi sunt ad leprosos mundandos. Dicunt Sarracenos qui magnam habent experientiam ex quodam signo eos cognoscere qui morituri sunt in bello. Vidi Episcopum Macedonianum Cyzici, qui oleam arborem ex loco in quo stabat, in alium locum per speciem precantis transtulit, adumbraturam fenestram eorum auditorij. Et cùm quidam fœnerator vexaret viduam propter æs alienum mariti, Episcopus idem pneumatomachus, cùm mortuus efferretur, lectum detinuit in quo iacebat, & effecit vt mortuus diceret quantum deberet creditori. Ad monumentum eiusdem Episcopi multi diuersa signa effecta sunt. Ita & Antichristus plurima signa faciet. Iulianus, Apuleius, & Apollonius Magi varia miracula patrarunt. Cùm autem pestilitas Romæ sæuiret, Augustus eos rogauit, vt morbo mederentur. Apuleius se intra decem dies pestem in tertia parte vrbis grassantem sedaturum recepit; Apollonius tertiæ parti se consulturum; Iulianus autem qui apud eos erat summus, cis decem dies. Is eodem puncto temporis pestem quæ in reliqua vrbe gliscebat, repressit; cúmque rogasset eum Cæsar, vt duabus aliis partibus mederetur, continuò morbum coërcuit. Hæc ille, quæ parum rationi temporum congruunt. Vnde hauserit, alij quærant.

CAP. X.

De rebus quas Dæmon efficere nequit.

MVLTA Dæmonis virtutem fugiunt; vniuersum ipsum, cuius ipse pars est, aut vniuersi ordinem subuertere, aut principes eius partes, ex quibus integritas totius coalescit, loco mouere, sistere cælum, aut motum eius in contrarias partes agere nequit. Elemen

A Elementum aliquod loco mutare, vacuum dare non potest, quod vacuum tollat connexionem partium vniuersi, qua consetuatio eius continetur. Formam substantialem, vel accidentalem sine caussis naturalibus, cùm sit incorporeus, producere, & materiam corpoream, è qua formæ naturales educuntur, afficere, & immutare, aliquid ex nihilo creare, ad quod infinita virtus agens necessaria est, non valet; quia operatio Dæmonis per caussas naturales in nihilo recipi nequit. Animalia perfecta sine semine producere, aut ad iustam magnitudinem ex tempore vocare non potest. A Dæmone fieri nequit id quod superat vires agentium naturalium. Non potest inducere formas posteriores, nō inductis prioribus, aut extremas, non inductis mediis; ideo nec mortuos suscitare. Non potest facere vt agens in quo sunt omnia necessaria ad agendum, non agat. Quæri potest, an rebus quibusdam corporeis Dæmones fugari possint, vt Tobiæ cap. 6. & 8. fumo iecoris piscis, cantu fidium

B Dauidis. 1. Reg. cap. 16. 4. Reg. cap. 3. Omnino tenendum, corpora in spiritus non agere, nisi virtus Dei intercedat, quæ facit vt spiritus igne torqueantur, animæ hominum aquis baptismi expientur. Vera autem miracula patrare nequeunt Dæmones, quæ propriè supra ordinem naturæ sunt, quo Dæmones continentur. Mira quæ Dæmones patrant, à veris miraculis differunt dignitate virtutis efficientis, quia Deus solus mirabilia facit: deinde conditione eorum qui miracula patrant, quia viri sancti sunt, quorum ministerio Deus vtitur: tum diuersitate eorum quæ fiunt, quia Sancti mortuos suscitant: ipso etiam modo faciendi, quia Sancti sine ritu superstitioso puncto temporis iubendo mira faciunt: denique fine, quia veritati firmandæ miracula fiunt. Quæ Magi faciunt, vel speciem tantùm exhibent, vel perniciosa, aut inutilia sunt; quæ Sancti faciunt, opera solida sunt, & vtilia.

C

CAP. XI.

De magia vetita.

SANCTVS Augustinus ex Porphyr. lib. 10. de Ciuitate cap. 9. magiæ vetitæ tria genera facit, Theurgiam, Goëtiam, Necromantiam. Nam & Porphyrius, inquit, quamdam quasi purgationem animæ per Theurgiam promittit Hanc enim dicit per quasdam consecrationes Theurgicas, quas τελετὰς vocant, idoneam fieri, atque aptam susceptioni spirituum, & Angelorum ad videndos Deos. Eam tamen improbat ibidem S. Augustinus, quamquam apud S. Dionysium θεουργία, καὶ θεουργικὴ ὁμοίωσις, καὶ θεουργικὴ ἐπιστήμη,

D καὶ ἡ θεοὺς ἀπεργαζομένη θεουργία vocatur. vbi Maximus τὴν μὲν παλαιὰν γραφὴν θεολογίαν, *veterem legem Theologiam* vocat, nouam Theurgiam, quia per Christi legem in Deos reformamur. Goëtia dicitur à planctu circa mortuorum sepulcra. Necromantia, qua mortui ad diuinationem euocantur. Suidas de Theurgia; μαγεία ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων ἀγαθοποιῶν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν, ὡς τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως θεσπίσματα. γοητεία δὲ ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένη. φαρμακεία δὲ ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρος πρὸς φίλτρον, ἢ ἄλλως δοθῇ τινι διὰ στόματος. Idem, γοητεία ἐπὶ τὸ ἀνάγειν νεκροὺς δι᾽ ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων, καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. *Magia inuocatio est Dæmonum beneficorum ad bonum aliquid constituendum, vt Apollonij Thyanei oracula. Goëtia inuocatio est Dæmonum maleficorum ad sepulcra, ad euocandos mortuos; vnde dicitur à planctu circa sepulcra. Venenaria ars, cùm aliquid præparatione mortifera datur ad amorem, aut aliud quidpiam ore sumendum porrigitur.* Magia item vel naturalis, vel non naturalis, vtraque vel vera, vel præstigiatrix, vt cùm is, qui edit panem, farinam exspuere,

E aut ingentem vim acuum eromere videtur. Præstigiatrix diuiditur in opticam, qua manuum celeritate acetabularij defixos oculos spectantium frustrantur, aut speculis, ac imaginibus interpositis sensum fallunt. Alia dicitur pharmaceutica, cùm alligationibus, potionibus, collyriis, suffitibus sensus interiores, & exteriores circumueniuntur. Naturalem item diuidunt in astronomicam, & cabalisticam. Astronomica dicitur, per quam cælestium corporum influxus, & virtutes recipiunt incertas quasdam imagines, figuras, annulos, sigilla, statuas, ineptè. Virtus enim cælestis ad hunc, vel illum effectum determinatur per caussas naturales particulares, cùm per se sit vniuersalis: vt Sol verè herbas è terra producit, non è saxis, & ferreis laminis. Illæ autem figuræ astronomicæ non sunt caussæ naturales. Deinde cælum naturaliter operatur, figuræ illæ arbitrariæ sunt. Denique æs, argentum, aurum, ideo quia varia forma fiunt, idonea non sunt, vt virtutes syderum recipiant, nec illis cum cælo bene conuenit. Adde quòd syderum, quæ terram magnitudine superant,

 influxus

influxus ad hanc, aut illam figuram restringi non possunt, vt non per alias res diffundantur Cabalisticam Moysi in monte Sinai traditam à Deo scribunt, quæ omnem diuinam, & humanam philosophiam contineat, in qua singulæ literæ, figuræ, nomina, lineæ, apices, puncta, accentus, spiritus abditissimam doctrinam contineant, quam qui teneat, vt Moses, Iosue, Elias, Elisæus, omnia ei obediant. Quid incredibilius, quàm Solem, Lunam, astra, elementa, stirpes, diuinam illam vim, quæ latet in vocibus Hebræis, sentire, & ea sic affici, vt homini pareant, quòd iis vocibus rerum omnium substantiæ, qualitates, & proprietates exprimantur? At si vim Hebræarum vocum viri etiam docti non sentiunt, qui eam bruta, & inanima sentient? Adde quòd characteres, quibus hodie vtuntur Hebræi, alij sunt à veteribus, vt scribit S. Hieronymus in prologo Galeato. Cur in sacris literis nulla cabalisticæ huius artis mentio? Iam verò per Necromantiam, ita Deo permittente, animam Samuelis à Pythonissa excitam docetur Ecclesiastici cap. 46. A Necromanticis tamen non animas mortuorum, sed Dæmones vulgò exciri certum est. Nec enim hominibus, aut Dæmonibus ipsis in mortuorum animas, quæ suis locis assignatæ sunt, ius est. Tertullian lib. de anima. Itaque inuocantur quidem defuncti, sed Dæmones operantur sub eorum obtentu. Inuocantur autem à Magis, qui pacto tacito, vel expresso cum Dæmonibus obstricti tenentur, sine quo nulli ritus, nullæ lactis, vini, aut sanguinis libationes ad animas, vel potiùs Dæmones eliciendos satis esse possunt. Non igitur cognitio rituum, temporum, herbarum, quibus Magi vtuntur, vetita est; sed pactum cum Dæmonibus, & malarum artium vsus, ac tractatio. Bene Tertullianus lib. de anima; Nos Christiani fallacem magiam non socia conscientia, sed inimica scientia nouimus, nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus multiformem hanc luem mentis humanæ totius erroris artificem, salutis pariter, animæque vastatricem. Optimè Clemens lib. 2. constitut. Apostol. cap. 62. φεύγετε ἐπαοιδὰς, κληδόνας, μαντείας, καθαρμοὺς, οἰωνισμοὺς, ὀρνιθοσκοπίας, νεκυομαντείας, ἐπιφωνήσεις, ὅτι γέγραπται, οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν ἰακώβ, οὐδὲ μαντεία ἐν ἰσραήλ. καὶ πάλιν οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστὶ, καὶ ἀλλαχοῦ, οὐκ οἰωνιεῖσθε, καὶ κληδόσι, καὶ μαντείαις, καὶ ἐγγαστριμύθοις οὐκ ἐπακολουθήσετε. φαρμακοὺς γὰρ, φησὶ, οὐ περιβιώσετε, οὐ τεκνόν σου ἐν φθορᾷ, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς. *Fugite excantationes, omina, diuinationes, sebruationes, auguria, auspicia, necyomantias, & inuocationes Dæmonum, &c. Venenarios viuere apud vos non sinetis; non filios vestros occidetis.*

CAP. XII.

De Magis Pharaonis.

MAGOS Pharaonis Scriptura vocat sapientes, & maleficos. Iosephus lib 2. orig. cap. 13. τοὺς ἱερεῖς ὡς αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων, καὶ τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην λέγων. *Rex dicens Moysi Sacerdotes suos, vt qui sint è numero sapientum Aegypti, & scientiam eorum circa talia venditant.* Cui Moyses; δείξω δὲ οὐ κατὰ γοητείαν, καὶ πλάνην τῆς ἀληθοῦς δόξης τὰμὰ, *ostendam opera mea non esse præstigias, quibus vera opinio decipiatur.* Posteà vocat τὴν τῶν αἰγυπτίων σοφίαν, καὶ δεινότητα, *sapientiam Aegyptiorum, & vim.* Idem cap. 5. τῶν ἱερογραμματέων τις, καὶ γὰρ ἦσαν οἱ περὶ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν (puto legendum, οἱ περὶ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν δεινοί:) *quidam ex sacrorum scribis, qui veras prædictiones callebant.* S. Athanasius de peccato in Spiritum sanctum pag. 774. οἱ ἐπαοιδοὶ, καὶ μάγοι, καὶ φαρμακοὶ τοῦ φαραὼ βλέποντες τὰ διὰ μωϋσέως σημεῖα κατέφυγον, λέγοντες δάκτυλον εἶναι θεοῦ. *Magi Pharaonis videntes opera Moysis concesserunt, dicentes digitum esse Dei.* Sapientes illos S. Paulus 2. ad Timoth. 3. Iannem, & Iambrem appellat. ὃν τρόπον δὲ ἰαννῆς, καὶ ἰαμβρῆς ἀντέστησαν μωυσεῖ: *quomodo Iannes, & Iambres restiterunt Moysi.* Vbi Oecumenius, οὗτοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν φαραὼ μάγοι. πῶς δὲ τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐδὲ τῆς γραφῆς μὴ λεγούσης; φαμὲν ὅτι ἐξ ἀγράφου παραδόσεως, ἢ ἐκ πνεύματος ἁγίου εἰκὸς ἦν εἰδέναι τὸν παῦλον. *Isti erant Magi Pharaonis. quomodo autem scit nomina eorum, cùm Scriptura non dicat? Respondemus eum scire ex traditione non scripta, aut à sancto Spiritu didicisse.* Origenes tract. 35. in Matth. ait, nomina illa Magorum non inueniri in Scripturis publicis, sed in secreto quodam libro, qui inscribitur, *Liber Iannis, & Iambris.* Ad eorum sepulcrum inaccessum penetrauit Macarius apud Palladium in Lausiaca. S. Ambrosius ad epist. 2. ad Timoth. Iannem & Mambrem fratres fuisse ait. Plinius lib. 30. cap. 1. vocat eos Iamne & Iotape. & Iudæos fuisse ait. Eusebius lib. 9. cap. 3. de Præparat. Euang. ex Eumenio Philosopho Pythagoræo hæc habet, ἰαννῆς, καὶ ἰαμβρῆς αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, τῶν συμφορῶν ἃς ὁ μουσαῖος ἐπῆγε τῇ αἰγύπτῳ τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν

A ἀπηλύσαι ἀφθησαν δυνατοί. *Iannes, & Iambres Aegyptij sacrorum scribæ viri cum paucis magiæ periti calamitates vehementissimas, quas Moses Aegypto induxit, posse soluere visi sunt.* Palladius in vita S. Macarij ait, eos in quadam solitudine hortos, & sepulcrum extruxisse, vbi mortui deliciarentur, qui horti à Dæmonibus obsiderentur; Macarium autem vana Dæmonum terriculamenta soluisse. Veros serpentes, ac naturales fuisse, in quos virgæ Magorum mutatæ sint, S. Augustin. lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. & in lib. 80. quæst. asseuerat, Iosephus negat. Moses, inquit, virgam in terram mittit, iubétque vt in serpentem mutetur. illa paruit, καὶ τὰς τῶν αἰγυπτίων βακτηρίας, οἳ δράκοντες ἐδόκουν, περιϊοῦσα κατήσθιεν, *& virgas Aegyptiorum, quæ videbantur esse serpentes, circumueniens deuorauit.* Philo Iudæus lib. 1. de vita Mosis; σοφισταὶ δ' ἔσονται καὶ μάγοι παρετύγχανον, οὐδ' ἡμεῖς τῶν τοιούτων ἀμελετήτως ἔχομεν. εἶθ' ἑκάστου βακτηρίαν ἣν εἶχε ῥίψαντος

B δρακόντων πλῆθος ἦν, &c. *Sophistæ, & Magi, qui aderant, dixerunt, neque nos harum rerum imperiti sumus. Deinde singulis virgas iacientibus, multitudo serpentum fuit, quæ à dracone Moysis deuorata est.* τὸ ὕποπτον διήλεγξεν ἡ μεγαλουργηθεῖσα ὄψις, ὡς μηκέτι νομίζειν, ἀνθρώπων σοφίσματα, καὶ τέχνας εἶναι πεπλασμένας πρὸς ἀπάτην. *Spectaculum id mirabile suspicionem discussit, vt nemo iam putaret, quod à Mose factum erat, hominum esse præstigias, & artes fictas ad decipiendum.* Putat igitur Philo, ea quæ facta erant à Magis, præstigias fuisse, quibus homines deciperentur. Tertullianus lib. de anima; Possunt Dæmones phantasmata præstare, & corpora fingere, quibus exteriores oculos circumueniant. Corpora enim videbantur Pharaoni, & Ægyptiis magicarum virgarum dracones; sed Mosis veritas mendacium eorum deuorauit. Ita & Iustinus quæst. 26. ad Orthodox. S. Ambrosius in 2. ad Timoth. cap. 3. commentitiam Magorum æmulationem vocat; S. Hieronymus artis magicæ præstigias. Omnino veri serpentes fuere, in quos virgæ Magorum versæ sunt, quia cap. 8. Exodi Magi dicuntur non defecisse, nisi in

C cyniphibus producendis. Tum Scriptura vocat simpliciter serpentes, qui si veri non fuissent, Moses præstigias indicasset. Dæmones autem potuerunt virgas è conspectu subducere, & pro virgis veros serpentes substituere. Serpentes Magorum à Moysis serpente vorari non potuerunt, nisi veri serpentes fuissent. Fieri autem non potuit, quæcunque tandem agentia adhiberentur, vt subitò virgæ in dracones grandes mutarentur, quia diuersæ formæ diuersas materiæ præparationes exigunt, & quo formæ sunt nobiliores, eo plures & operosiores præparationes deposcunt; nec potest posterior forma induci, nisi prioribus inductis. S. Chrysostom. homil. 46. in Act. συνεχώρησέν τι ὁ θεὸς τοῖς μάγοις, ἵνα μὴ μάγος ὑπολειφθῇ μωϋσῆς. εἴασεν αὐτοὺς διδάξαι πάντας μέχρι πόσου μαγεία φαντάσαι δύναται, περαιτέρω οὐκ ἠπάτησαν. *Permisit Deus Magis aliquid, ne Magus haberetur Moses, passus eos docere omnes quousque magia simulare posset, vltrà autem non deceperunt.* Cedrenus de Manethone, ὃς τοιοῦτος ἄκρος γέγο-

D νε τῇ μαγικῇ ἀπάτῃ, ὥστε ἀεὶ ἔσκωπτε προδήλως τὸν ἀπολλώνιον, ὡς μὴ ἀκριβῆ τὴν κατ' αὐτὰς φιλοσοφικὴν ἐμπειρίαν ἐσχηκότα. ἔδει γὰρ αὐτόν, φησί, ὥσπερ ἐγὼ, μόνῳ λόγῳ ποιεῖν ἃ περ ἐθέλει, καὶ μὴ ἀποτελέσμασι ἐπιτελεῖν τὰ αὐτοῦ πραττόμενα, *qui tam peritus magicarum præstigiarum fuit, vt Apollonium semper risui haberet, vt qui non exactè magicas artes sciret. Oporteret enim ipsum, aiebat, vt ego, solo verbo facere quæ vult, & non operum effectionibus ad ea vti.* ibidem vocat φαντασιώδη τέρατα, καὶ σατανικὰ ἔργα, *portenta fantastica, & Satanica opera.* Iustin. q. 26. ad Orthod. τὰ ὑπὸ τῶν ἐπαοιδῶν γινόμενα κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐγίνοντο τῶν δαιμόνων τῶν φανταζόντων τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων τὸ μὴ ὄφιν ὁρᾶν ὡς τὸν ὄφιν, καὶ τὸ μὴ αἷμα ὡς αἷμα, καὶ τοὺς μὴ βατράχους ὡς βατράχους. *Quæ fiebant à Magis, fiebant secundùm energiam Dæmonum, qui decipiebant oculos spectantium, vt serpentem videre se putarent eum qui verè serpens non erat, & sanguinem qui sanguis non erat, & ranas quæ non erant ranæ.*

E

CAP. XIII.

MVLTI nostro sæculo viri, multæ fœminæ Dæmonibus infessæ visæ, de quibus quæsiere Medici, an aliquod morbi genus esset, quod naturæ vi non fieret, sed à Deo, aut Dæmone immitteretur. Quod videtur voluisse Hippocrates in prognosticis, cùm ait; ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτων τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν: *& si quid diuinum in morbis habetur, illius quoque prouidentiam ediscere oportebit,* vbi Galenus; ἔνιοι μὲν γὰρ οἴονται διὰ θεῶν τινὰ ὀργὴν γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις νοσήματα. φαίνεται γοῦν ὁ ἱπποκράτης εἰς θεοὺς ποτὲ ἀναφέρων αἰτίαν νοσήματος. *Nonnulli putant morbis homines tentari ob iram Deorum. Videtur Hippocrates morborum causas nonnunquam in Deos conferre. deinde ait, quosdam repertos esse, qui dies decretorios in quibus morbi solui solent, ad Deos referrent, quia causa ignoratur. Ipse per* θεῖόν τι, *aëris ambientis conditionem intelligit,*

telligit, vnde morbi volgiuagi oriuntur. parum commodè. Licèt enim morbi illi epidemici, qui vulgò fæuiunt, ex cæli motu, præsertim Lunæ, puteutur pendere, non tamen ob id Hippocrates in morbis diuinum quid esse voluit, quia causæ neque ignotæ sunt, neque artem fugiunt, neque admiratione dignæ sunt. Præterea si diuina dicenda essent, quæ à cælo pendent, omne opus naturæ diuinum esset, cùm inferiora à superioribus pendeant, vt docet Aristoteles lib. 1. Meteot. cap. 2. Sed à vero Galenus discessit, qui nihil apud homines diuinum, & immortale esse existimarit, sed omnia naturæ vi fieri.

CAP. XIV.

QVÆRVNT Peripatetici, an præter animam ratione præditam aliquid sit in homine dignius elementis? Aristotel. lib. 2. de partibus animal. scribit, omnem animæ virtutem corpus aliud participare diuinius, quàm sint elementa, qui calor vocetur, & spiritus, quique in semine contentus faciat, vt fœcunda sint semina, cuius natura non sit ignis, sed proportione respondeat elemento stellarum, differat autem nobilitate, & ignobilitate, pro vt animæ inter se differunt. Omnino ita statuendum est, ea quæ sunt propter aliud, non propter se, minus digna esse, quàm ea quorum causa sunt. Cùm igitur elementa sint, vt mixta ex iis fiant, & inter mixta corpus hominis principem locum teneat, elementa dignitate corpori hominis concedere non est dubitandum. Elementorum autem mixtio varia variè corpora brutorum, hominúmque afficit. Leones ob nimium calorem, capræ ob nimium frigus perpetua febre laborant. Aristoteles proble. sect. 30. c. 1. ad causas naturales reuocat ea quæ in homine supra hominis naturam sunt. Διὰ τί πάντες ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες, ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, ἢ πολιτικὴν, ἢ ποίησιν, ἢ τέχνας φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες; *Cur homines qui ingenio claruerunt, vel in studiis philosophiæ, vel in Republica administranda, vel in carmine scribendo, vel in artibus exercendis, melancholici omnes fuisse videntur, ita vt vitiis atra bilis infestarentur?* Quod inter Heroas de Hetcule fertur, à quo motbum comitialem sacrum, & Herculeum dictunt esse volunt. Puerotum item motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcerum, quæ mortem interdum antecedit. Id enim plerisque ex atra bile accidit. Cuiusmodi ante obitum Lysandro Laconi contigisse ferunt, & quæ de Aiace, & Bellerophonte narrantur, quotum alter à mente discessit, alter deuia, & sola loca sequebatur. Vnde & illud Homeri.

> Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
> Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
> Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.
> *Sed hic postquam omnibus Diis odio erat,*
> *Certè per campum Aleium solus errabat,*
> *Animum suum edens, & hominum vestigia vitans.*

Quin etiam plerosque alios ex Heroum numero eodem morbo laborasse compertum est. Nouissimè Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios complures viros insignes hoc animi, corporisque habitu fuisse nouimus, & plerosque Poëtas. Calor igitur atræ bilis efficit, cùm sedi mentis propior ac vicinior est, vt plerique mente moueantur, aut instinctu lymphatico inseruescant; vnde Sibyllæ, Bacchides, & Romæ Marcij extitere, & cæteri omnes qui à Deo pati dicuntur, cùm id non à Deo, sed naturali temperie accidat. Ita & Maracus Syracusanus Poëta, cùm mente alienaretur præstantior se ipso erat. Vnde & Medici vulgò, quæ nos altiori causæ ascribimus, affectioni corporis ascribunt. Cùm enim caducorum caduca sint principia, & æternorum æterna, substantiis illis immortalibus nullum opus caducum ascribi potest, nisi caduci alicuius ministerio. Licèt autem plerique omnes Medici nihil vel à veneficis Dæmonum ope sine herbis, & venenis in hominum perniciem patrari posse putent, & naturalibus causis omnes morborum iniurias assignent, res ipsa tamen eos falsi coarguit. Scribunt enim in Germania nudiustertius iuuenibus quibusdam virilia derepentè emarcuisse, qui cùm id maleficio accidisse comperissent, in veneficam manus iniiciunt, & ab ea tormentis, ac suppliciis extorquent, vt maleficio soluti, viri esse inciperent. In Cypri Salamine non ita pridem cùm nauis appulisset commeatus emendi gratiâ, referunt iuuenem è naui egressum à muliercula quadam oua emisse, quæ cùm in littore comedisset, post paulò linguæ, vocisque ei vsum interceptum, cùm asini formam induisset. quare cùm nauem inscendere vellet à sociis naualibus pro asino repulsus

A sus est. Is cùm nauis è portu soluisset, ad mulierem rediit, à qua maleficio obstrictus erat, apud quam triennium ruri mansit, de die quasi asinus onera baiulans, & fœnum, paleásque esitans, de nocte eum muliereula mutus virum agebat, & libidini eius seruiebat. Fortè cùm in oppidum à muliereula deductus esset, & ante sacram ædem transiret, visus est à mercatoribus Genuensibus asinus cruribus posterioribus flexis, anterioribus sublatis, sanctissimum Christi corpus, quod id temporis inter mysteria attollebatur, adorare. Quo perspecto, Genuenses rati mulierem asinum ducentem maleficam esse, Præfecto vrbis rem denuntiant, cuius iussu mulier apprehensa, & maleficium confessa spe veniæ iuuenem in integrum restituit, qui confestim in patriam iter arripuit; maleficæ facinus flammis expiatum est. Cæterùm quod Medici aiunt ab immortali substantia mortalem, aut corporeum aliquem effectum non sequi, fugit eos ratio, ab immortali enim, & æterno, B vt loquitur Apuleius, motore motus primi corporis fit, si audiendus est Aristoteles; ab hoc autem reliqui motus oriuntur finiti, & inter se contrarij, & intellectus agens in homine immortalis ex caducis fantasmatibus caducam & temporariam parit scientiam, nec ob id infringitur illud axioma, æternorum æterna principia esse, corruptibilium & caducorum temporaria. In omnibus enim caducis immortale quid, & à corruptione liberum inest, tum ratione materiæ, tum ratione formæ, cuius gratia principia corruptionis expertia sunt; at quatenus caduca sunt, itidem eorum principia sunt caduca, nec ob id, si res ipsas intueris, in rebus æternis mutatio est, sed tantùm ratione nostri. Verumenimuerò quæri potest, quarum rerum ministerio Dæmones agant, vt eiusmodi effectus producant. Sic habendum est, Dæmones intelligentias quasdam esse in hæc inferiora relegatas, quæ qua-C tenus speculatiuæ sunt, & theoreticæ, nullius effectus corporei causa sunt: intellectus enim speculatiuus ad opus non dirigitur, sed solùm circa verum & falsum occupatur. Quatenus autem intelligentiæ practicæ, & ποιητικαί, seu effectiuæ sunt, & vim mouendi habent, quæ alia est ab intellectu, & voluntate, principium sunt multorum operum, quæ supra naturam fieri vulgò dicuntur, cùm tamen Dæmones, cùm intra ordinem naturæ contineantur, nihil supra naturam efficere possint. Illi tamen non egent instrumentis corporeis, vt in corpora se insinuent, & ea moueant, transferant, componant, diuidant arbitratu suo. Quemadmodum autem artifices motu certo instrumentorum vtuntur, vt opera sua efficiant, ita & Dæmones agentia naturalia patientibus admouent, vt opera procedant. Nulla autem vis est agendi in verbis, & characteribus, quibus Magos instruunt, ac muniunt; sed iis tantùm veluti signis allici, aut cogi Dæmones videntur, ob pactum cum ho-D minibus contractum. Idem censendum est de quibusdam syderum obseruationibus, & temporum momentis. Non enim in cælo vniuersali agente, quod lumine, & motu, tenebris, & immobilitate hanc molem calefacit, fouet, refrigerat, vis inest particularis, vt hæc sola, non alia contingat, & afficiat. Quod & in morbis videre est. qui enim ob cæli statum morbi fiunt, populos & totas prouincias insiliunt; qui autem sparsim, & variè paucos infestant, in malè affectos, & compositos grassantur. Obseruant autem Magi quorumdam syderum exortus, aut figuras astronomicas, vt signa temporis à Dæmone ad agendum pacti. Nec minus animi sui falluntur, qui res meliùs procedere, si eas sub hoc, aut illo signo auspicati fuerint, existimant. Credentibus Dæmones sæpe imponunt, & ipsi faciunt quod eventurum denuntiant, vt in augurum disciplina patuit. Plinius monet, neque diras aues, neque vlla auspicia pertinere ad eos qui quamque rem ingredientes ea se obseruare nega-E uerint, imò & magnarum rerum fata, & ostenta verbis permutari. Cùm enim in Tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanum inuenissent Romani, missis ob id à Senatu legatis, Hetruriæ celeberrimus vates præclarum id fortunatúmque cernens, in suam gentem transferre tentauit. Nam in solo designata ante se templi imagine, legatos interrogabat. Hoc ergo dicitis Romani; Hic templum Iouis Opt. Max. futurum est. Hic caput inuenimus. Constantissima Annalium affirmatione transiturum fuisset fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis legati Romani respondissent; Non planè hic, sed Romæ inuentum caput dicimus. Magi autem maleficiorum instrumentis, non vt causis, sed vt signis vt plurimùm vtuntur maleficij. Cereæ quippe imagines quid aliud repræsentant quàm eos quibus inferenda maleficia sunt? experimento enim compertum est, morbos, & fœditates eos perpeti, quales imaginibus designatæ erant. Et quibus pustulæ toto corpore obortæ sunt, reperta sunt semina milij, aut leguminum, pustulis quibus inquinabantur similia, linteis inclusa. Vt enim verba secundùm placitum imponentium significantia sunt: sic & characte

characteres, & imagines, & res ipsæ assumi possunt quæ secundùm placitum significent. A Si enim signis quæ adhibentur, vires ad agendum à natura insitæ essent, vt in magnete vis trahendi ferri, efficerent per se, nulla superstitione adhibita. Iam verò Magi siguis illis non fine prophanis ac superstitiosis ritibus vtuntur, ad quæ ex composito Dæmones in ipsis hominum defixorum corporibus mira patrant. Pisis superioribus annis inter sacras virgines quædam à Dæmone infessa cùm abiurationes, & exorcismi fierent, clauos ferreos, ossa, lapides, globos laneos, carbones vomitu eiecit. In culcita autem ea parte, qua thorax incumbebat, globi multi ex plumis reperti sunt affabrè formati, diuersis figuris, sed plurimi rosarum instar, perpetuis plumarum tenuissimarum ordinibus, nunc filo implicit, nunc solo glutine. Alia genera reperta sunt in ceruicali, quo caput residebat. Si ergo hæc nihil efficiunt, cur Dæmones vtuntur? Vidi ego Pontimussi in Lotharingia anno 1590. fœminam maleficio contractam, quæ clauos ferreos, cutellos, lapides euomuerit. B Francisca quædam paupertina mulier venefica, quæ maleficium patrarat, cùm maleficium soluisset, sententia Iudicum igni addicta est. Sed ita existimo ea omnia quæ intra corpus conduntur, instrumenta esse quibus homines maleficio contactos vexant: quæ extra corpus posita sunt, signa tantùm sunt, aut imaginationem tantùm afficiunt, quæ à rebus externis moueri potest, non intercedente sensu, vt docet Aristoteles lib. de diuinatione per insomnia; vnde recta fit quorumdam somniorum iudicatio de rebus remotissimis, in quibus humana prudentia nihil præstat. His igitur Dæmones aliquando hominum mentes perturbant variis imaginibus mouentes. ideo eiusmodi maleficiorum instrumenta crebrò in cubili reperiuntur, maximè qua cor, aut cerebrum spectat.

C

CAP. XV.

QVæRI potest, an Dæmones, qui sensu carent, & solo intellectu vigent, res nostras sentiant? intellectus enim non versatur circa singularia. Præterea Angeli ex eorum genere, & ordine sunt, quorum substantia actus est, non potentia; quare aliundè species non asciscunt, aut admittunt, sed seipsos spectant: aut si aliunde hauriunt, fortè à superioris ordinis Angelis illustrantur. Cùm igitur neque intellectu, neque sensu Dæmones nostra percipiant, nullum erit eorum cum hominibus commercium. An Dæmones, quatenus magnitudini assistunt, necesse est operationes quasdam coniunctim efficere, cuiusmodi sunt in corpore hominis animi motus, vt amare, odisse? Nam & intelligentiæ orbium cælestium amore indito orbes mouent. Inest & Dæ- D monibus intellectus practicus, & effectiuus, quia versantur circa ea quæ transmutari possunt. Intelligentiis verò cælestium corporum intellectus practicus non fuit necessarius, quia perpetua eorum, & constans est operatio, ad quam præstandam intellectus speculatiuus sufficit, æuiternus existens, & immutabilis. Quoniam verò practicus intellectus discursu vtitur ab vniuersalibus in singularia quæ sunt agenda, ob id notiones rum vniuersalium, tum singularium inesse Dæmonibus oportet, non minus quàm hominibus. Cùm autem vniuersalia omnia in singularibus sint, non enim dantur separata; necesse est vniuersalia intelligentem phantasmata speculari. Ex quibus patet, phantasiam Dæmonibus inesse oportere: sic enim iis erit tum singularium, tum vniuersalium cognitio, & tandem discursus. Sed si phantasia sine se[illegible] in esse nequit, neque sensus sine instrumentis corporeis, an Dæmones corporeos esse dicemus? Meliùs igitur S. Thomas existimat, Dæ- E mones à rebus singularibus species non accipere, alioqui corpus ageret in animum; sed in eorum, sicut & in Angelorum essentiis rerum omnium naturalium, atque adeò earum, quæ à casu, aut libera voluntate profectæ ad eos pertinent, statim vt conditi sunt, à Deo insitas esse species, quas intuentes, singularia quæque intelligant. Alij species illas vniuersas esse volunt, quas Deus cùm res eueniunt, ad singularia definiat. ita & Angelos inter se colloqui, & res nostras intelligere. Certè Dæmones res hominum ex eo scire apparet, quod olim Delphis, Dodonæ, apud Trophonium, & in cæteris oraculis ad interrogata disertè respondebant; Æsculapius, & Serapis remedia morborum dictabant, quæ an ex suis illis speciebus elicerent, & ad minima quæque respondere possent, quærant Theologi. Nonnulli sine sensu, aut corporeis instrumentis imaginationem in Dæmonibus esse volunt; quam Aristoteles lib. de diuinatione à rebus externis sine sensu moueri posse ait. Sicut enim homines aliquando secundùm quietem vident ea ad quæ, & ob locorum distantiam,

A tiam, & alia impedimenta neque sensus corporei, neque vlla humana prudentia pertinere potest; sic Dæmoni omnia quæ fiunt, & facta sunt, patent. De futuris autem, quorum nulla adhuc institutio est, alia est ratio; non enim ab eo quod nondum est, moueri quidquam potest. Organis igitur corporeis, quibus homines, & cætera animantia ad singularia percipienda vtuntur, Dæmones non egent, quia nullo impediente corporeo vmbraculo perspicaciùs absque instrumētis singula percipiunt virtute imaginationis. Videtur igitur imaginatio proximè accedere ad naturam intellectus; quare & veteres Philosophi omnem sensum interiorem νοῦν, & mentem appellabant.

CAP. XVI.

B DVBITANT Philosophi, an deprehendi possint maleficio contacti, plumbo, vel rosis? Aliqui plumbum liquefactum in aquam fundunt, & vas aquæ attollunt supra partem affectam, & verba quædam superstitiosa obmurmurant, asseruntque ostendi in plumbo concrescente maleficium, plumbo hanc vim à Saturno inditam esse asseuerantes. Credat Iudæus Apella. Alij negant maleficio contactos rosarum perferre odorem. id opinor ab Apuleij Milesia hauserunt. Odore sulphuris, & thuris Dæmones commoueri fabulantur. Sed quęri potest, quomodo Dæmones hominum animos, & corpora mouere possint? An si calorem, aut frigus afferre volunt, ex naturalibus agentibus tenuiores succos eliciunt operi opportunos? An quemadmodum Chimici factitant, qui aquam, aërem, ignem ex corporibus admoto igne eliciunt; ita & Dæmones spiritus è materia eliciunt, qui agant in corpora hominum, & animos? spiritus enim facilè permeat, & breuissimo tem-
C pore agit, quod in aëre pestilenti videre est, serpentum venenis, & morborum contage. Ita Medici aqua vtuntur ardenti, quæ medicamētorum vires efficacissimè attrahat. Quæri item potest, quomodo Dæmones hominum corpora obsidere possint? An cùm Dæmon in corpus illabitur, spiritus aliquis extrinsecus intromissus cum eo, aut in ipsomet corpore genitus arbitratu Dæmonis motus, mouet organa quædam præter voluntatem obsessi? Ita & Cerriti, ac fanatici eloquuntur, quæ Dæmones suggerunt, & cùm nunquam didicerint, Græcè, Hebraicè, Syriacè loquuntur, aut alios motus præstant, vt in conuulsionibus, palpitationibus, & aliis agitationibus contingit, cùm præter obsessi voluntatem moueantur. Sed cùm legio Dęmonum corpus obsidet, in qua parte moratur? non enim in spiritu animato plures animæ esse possunt, quamuis plures sint eius potentiæ. Si Dæmon ad cor illapsus fuerit, vbi est sedes animæ, hominem interire necesse est, cùm à minimis
D quibusque vehementer lædatur. An latitant plerunque circa articulos, aut in spatiis inanibus quæ intra cutim sunt, aut in lingua, aut in ventre, vnde ἐγγαστρίμυθοι, aut in pudendis? An vexant neruos quos petunt, aut cerebrum, aut partes sentientes, vt ventriculum, & alia huiusmodi?

CAP. XVII.

MEDICI quærunt, an conquiri possint, & vtiliter admoueri humana remedia aduersus maleficia? Dioscorides Scyllam in limine domus suspensam maleficia auerruncare ait; Antonius Musa Betonicam; Plinius Cyclamini radicem, vbi sata fuerit, nihil nocere mali medicamenti posse scribit. Moly radicem laudat Homerus, alij Mithridariū, Scor-
E dium, Centaurium, Hyperion. Apud Dioscoridem Rhamnus effossa in coitu Lunæ, & gestata veneficia pellit. Item Artemisia manu contenta. Pentadactylon carpendum Solis ortu Luna crescente ad fascinationes, & dæmonia. Item Bupthalmum admotum augente Luna. Pæonia legitur flagrantissima æstate sub Canis ortum antequam Sol compareat, deinde suspenditur. Quercus maritima senescente Luna rosaceo admixta, si vultum inunxeris. Chrysanthemum si eruas è terra ante Solis ortum, & è collo suspendas, aut corpori alliges. Ruta pueris illigata tuetur eos. Sclarea, fœniculum, Balsamum, Alchermes, Theriaca, Mithridatiū. Hęc Ethnici frustra pro certis remediis vsurpant. Quęri potest, quomodo Dæmones oculis imponant, vt ea se videre putent quæ non vident? An speciem quā volunt oculo videntis inserere possunt? vt videatur foris esse quod intus est; quod contingit iis qui suffusionem patiuntur, & quibus propter vapores à ventriculo ad oculos tendentes visa suffusis similia apparent. Ita & phreneticis auditus, gustus, & reliqui sensus cùm ex-

terni,tum interni decipiuntur, cùm nihil foris sit quod eos afficiat. Deinde potest intromitti à te visa species deprauata, vt in speculis inflexis, & aquis commotis videre est. Distorquentur enim imagines in varias formas, & figuras, aut aliis interpositis corporibus alia occultantur, vt visus nequeat rem obiectam eo modo quo est, percipere. quod Dæmon nullo negotio facit, vel aliis corporibus aliunde translatis,vel aëro circumposito corpore, vel medio quoquo modo immutato. Quæ igitur omnibus, aut pluribus apparent, mutationem extrinsecus factam ostendunt in re: quæ autem vni tantùm, in oculo videntis, non foris esse necesse est id quod cernitur. Quod accidit iis qui in cucurbitula vitrea furta commissa videre se putant, cùm cæteri qui adsunt nihil videant. Non dubito Dæmonem alienas species oculis inserere posse, aut res obiectas corpore aëreo vestire, vt aliena specie videantur. Quod in Lycanthropia pluribus ostendemus.

CAP. XVIII.

QVÆRI potest, an intelligentiæ creatæ substantiam aliquam efficere possint, aut qualitatem? Respondemus, non posse: quia omnis substantia aut creatur, aut per eductionem formæ substantialis de materiæ potestate educitur, aut in homine fit per solam substantialem coniunctionem formæ cum materia. Sed substantias creare Angeli nequeunt, quia vt aliquid è nihilo fiat, infinita virtute opus est. Quare Angelus Angelum sibi similem efficere nequit,cùm Angelus adeò perfectus sit,vt non possit nisi per creationem fieri. Ita nec cælum, quamuis sit elementis perfectius, aliud cælum sibi simile producere potest; anima rationalis aliam animam rationis compotem generare nequit, quia nimis perfecta est. Sed neque Angelus educere formam è materiæ potestate, aut corporum alterationem efficere potest, quia hæ duæ actiones adeò inter se natura nexæ sunt, vt forma substantialis educi de materia nequeat, nisi præeat alteratio;quia cùm Angelus non sit conflatus ex materia, & forma, non potest educere formam de potentia materiæ. Cùm enim forma educitur, non fit per se primò forma, sed compositum, quia agens suo effectui vel formaliter, vel eminenter simile esse debet. Si ergo effectus ex materia, & forma conflatus est, causa vel formaliter composita esse, vel eminenter totum compositum continere debet: at Angelus eminenter totum compositum non continet, cùm non possit creare materiam. Secundò, quia intelligentiæ nec ob infinitam virtutem, nec propter modum quo sunt, habent proportionem, vt è materia formam educant, quia formæ corporum non sunt, sed omnino à materia auulsæ, & modus quo sunt longissimè à corporibus summotus est. Tertiò, non est cur intelligentiæ contineant eminenter formas corporalium rerum, quia solùm sunt species quædam, perfectioris quidem naturæ, sed tamen finitæ. Vt autem species eminenter aliam speciem contineat, non est satis vt sit perfectior illa; neque enim species hominis, quæ specie leonis perfectior est, eam eminenter continet: neque est cur ea virtus eminens Angelis tribuatur. At cæli quanquam materia differunt à rebus inferioribus, tamen quatenus corporei sunt, & è materia, & forma conflati, aliquo modo eiusdem ordinis sunt cum cæteris corporibus; vnde cum illis quantitate, motu, situ, & luce conueniunt,quæ sunt species accidentium Ideo magis consentaneum est, vt cæli per suas formas eminenter inferiorum corporum formas contineant. Lege Aristotelem lib. 7. Metaphys. à textu 22. vsque ad textum 32. aduersus Platonem, vbi docet, ideam separatam, vel intelligentiam non posse sine medio transmutare materiam; sed tantùm per motum, & lumen cæli, quia idea separata est prorsus immobilis, cùm materia careat, nec diuidi possit. Quod autem diuidi nequit, est per se immutabile, lib.6. Physic. Ergo si idea separata sine medio ageret aliquid, semper ageret idem, quia idem eodem modo manens semper idem agit. Quod autem est principium generationis, & corruptionis rerum, necesse est, vt variis modis materiam immutet, & vt in se aliquo modo mutari,atque aliter se habere possit. Ratio hæc Aristotelis non videtur efficax; quia quanquam intelligentiæ physico motu non moueantur, tamen spiritali mouentur, & mouent, qui sufficit vt iam in vno,iam in alio loco agant.Deinde principium illud,idē eodē modo se habēs semper facit idem, verum est in agente naturali si non impeditur;falsum in agente libero. Tandem idem agens pro varia patientis dispositione varia facere potest. Durandus Angelos formam è materiæ potestate educere non posse putat, quia in causis materialibus ad educendas è materia formas virtus sufficit. Itaque cùm Deus nihil frustra faciat, eam virtu

A virtutem intelligentiis non attribuit. Aliàs dici posset, quamcunque intelligentiam ad nutum suum quamcumque rem, & formam è materia producere posse, anima hominis excepta, quam creari necesse est. quia nihil est causæ cur Angelus formam vnam faciliùs quàm aliã educeret, cùm ordine res omnes quæ generari possunt superet. At est absurdũ, Angelos arbitratu suo res quasque producere posse. Quare S. Thomas ait, ad ordinem vniuersi pertinere, vt infima à supremis non immutentur nisi per media, quod fit ab Angelis applicando agentia patientibus, quem ordinem ipsi immutare nequeant. Angeli animam hominis cum corpore coniungere non possunt, alioqui hominem ab inferis excitare possent; quod vtcumque solius Dei est.

B

CAP. XIX.

Quomodo Angeli corpora moueant.

NON satis conuenit inter Philosophos, quomodo Dæmones corpora moueant, & incredibili celeritate per aërem abripiant. Cùm enim corpora moueantur impulsione, tractione, vectione, vertigine, vt docet Aristoteles lib. 7. Physic. Dæmones nullo ex his motu corpora transferre, & rapere posse videntur. Non vertigine, quanquam cœlestes orbes Angeli vertigine circumagunt, & animalium motus membris efficitur ad articulos circuli partem describentibus, lib. de com. animal. motu. Nec enim corpora omnia quæ à Dæmone transferuntur, articulos habent, & quæ habent, non vtuntur iis, neque circumaguntur, sed potiùs vehi, & asportari à Dæmone videntur. At quicquid C vehitur, mouetur ad motum vehentis, vt in iis quæ naui vehuntur, apparet. Necesse igitur esset, aut Dæmonem per se moueri, aut aliud corpus, in quo res quæque asportaretur. Sed substantiæ corpore carentes, cuiusmodi sunt Dæmones, motu locali moueri nequeunt, cùm sola corpora per se moueantur, vnde sequitur, Dæmonem in corporibus asportandis neque vectione, neque vertigine vti. Superest igitur, vt aut impulsione, aut tractione moueat, ad quos motus ipsa vertigo reuocatur. In vertigine enim alia pars impellitur, alia trahitur. At non impellit, aut trahit nisi id quod mouetur. quod enim impellit, è loco trudit id quod impellitur, dum eius locum occupat, quia duo corpora in eodem loco esse nequeunt, vt ex dilatatione liquidò constat, cùm in loco angusto ignis generatur. Quod autem trahit, ne vacuum detur, id quod trahitur affixum habet, licèt trahenti obnitatur. quare in omni motu necesse est vt affixorum corporũ alterum cedat. Si quid D ergo primùm à Dæmone mouetur, non per impulsionem, aut tractionem mouetur; sequeretur enim Dæmonem corpus esse, & moueri. At si motum omnem Dæmoni demas, vt neque moueri, neque mouere possit, necesse est vt cætera omnia tollantur, quæ sine motu non fiunt. Quod si demus Dæmones habere corpora aërea, quod Platonici volunt, naturæ suæ consentanea, sicuti Aristoteles animam spiritum sibi consitum habere putat, ideóque tanquam animalia huc illuc vagari, & corpora quælibet asportare posse, ante omnia pugnabit ea sententia cum Aristotele lib. 3. de anima tex. 61. asserente, nihil quod progrediatur cùm sensum tactus habeat, simplici corpore constare. Deinde absurdum est, contineri posse spiritum, seu corpus illud aëreum, quin diffundatur in ambientem, cùm in animalibus necesse fuerit spiritus concludi vasculis robustissimis, è quibus si fortè euanuerint, E vires animalis collabi necesse est. Dicimus igitur Dæmones substantias corpore carentes, quæ loco non moueantur, & proximè per suppositum ac substantiam suam sine aliquo intersectò præstò sint illis corporibus quæ proximè mouent. Ita intelligentia cælum mouens proximè per suppositum præstò adest ei orbi quem mouet. Ita Angeli per suppositum præstò sunt iis corporibus quæ assumunt, & in quibus apparent, cùm habeant veram præsentiam, secundùm quam coniunguntur rebus in quas agunt, maximè cùm præsentia per se prior sit operatione, à qua non pendent, cùm præsentes esse rebus possint, licèt in eas nihil agant. Mouent autem Dæmones per intellectum & voluntatem, non vt proximè elicientes motum, sed vt dirigentes & applicantes potentiam exsequentem, quam oportet cum patiente coniungi. Potentia igitur mouens agit re ipsa in corpus quod mouet actione transeunte. Dæmones ipsi cùm indiuisibiles sint, motum localem experiri nequeunt, licèt in pluribus locis simul præsentes esse possint, vt eadem imago pluribus speculis, & eadem res aspectabilis pluribus oculis.

Sed

Sed an grauia, leuia, cælum ipsum ab Angelis præter naturam mouentur? an secundùm naturam Dæmones corpora mouent? Respondemus, motum qui fit à Dæmone, quamuis fortè præter naturam fuerit corpori graui, aut leui, non præter naturam esse corpori, vt corpus est, cui assistit. Etsi enim natura corporea, qua corpus est, nullam inclinationem habeat ad motum, seu à medio, seu ad medium, seu circa medium, non tamen est immobilis; moueri enim potest quocunque modo, arbitratu Dæmonis, perinde ac spiritus animalis nutu animæ huc illuc fertur, vt has, vel illas partes moueat. Corpus autem primum maximè promptum ad quemcunque motum iure optimo aër fuerit, aut huiusmodi aliqua substantia spirabilis; quare Dæmones nomine *spiritus* appellantur: aptus est enim aër in loco proprio, & grauis esse, & leuis, vt commodissimus sit ad quemcunque motum præstandum, vt apparet in proiectis. 3. cæli tex. 28. Si igitur aliquando vi ventorum, aut turbinis eleuari videmus pondera grauissima, cur non liceat Dæmoni hoc modo corpora transferre? & tanto velociùs, quanto eius natura nobilior est virtute corporea, & cui minus obsistat corporum grauitas: cùm in omnibus corporibus insit trina illa dimensio, cui assistit intelligentia tanquam eius domina. Cùm igitur voluntati Dæmonis obediat corpus quodcunque, non mirum si multa ex hoc principio fiant dictu incredibilia. Nam quemadmodum ars motu instrumentorum formas in materia inducit; sic Dæmones motu varia componere, & efformare possunt. Vbi alteratione opus est, nec ars, nec Dæmon perficere quicquam possunt sine agente naturali. Ars enim medendi non alterat corpora ægrotantium, sed vires medicamentorum, quibus vt instrumentis vtitur Medicus. Dæmones quoque etsi mouere possint solo nutu, alterare tamen nequeunt corpora sine rerum naturalium ministerio: non enim inest illis qualitas vlla qua tangere, aut tangi possint. Habent autem vim mouentem, quam pro libidine ad corpora mobilia admouere possunt, præter intellectum & voluntatem, vt ex cæli motu apparet.

CAP. XX.

De voce Magi.

ARNOBII lib. 1. verba sunt; Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina, & remotas furatus est disciplinas. Ergóne illa quæ gesta sunt, Dæmonum fuere præstigiæ, & magicarum artium ludi? qui sine vlla vi carminum, sine herbarum & graminum succis, sine vlla aliqua obseruatione sacrorum, libaminum, temporum, &c. *Magi* vox hodie infamis, honori Persis fuit, quæ Philosophum, vel, vt vult Apuleius, sacerdotem significet. Philo Iudæus lib. περὶ τῶν ἐν εἰδ. τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν, ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανωτέραις φαντασίαις αὐγάζεται, σεμνὴν, καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι, οὐκ ἰδιῶται, ἀλλὰ βασιλεῖς διαπονοῦσι. *Magiam veram, quæ scientia est speculatrix, vt naturæ opera visis clarioribus contempletur, venerabilem artem, & expetendam, non priuati, sed Reges exercent.* Apuleius in Apolog. Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos. ritè callere leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum, magia est, vt 1. Alcib. Plato, θεῶν θεραπεία. ὁ σοφώτατος μαγείαν διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. *Sapientissimus omnium Regem docet magiam Zoroastri Oromasi, qui Deorum cultus est.* Magus Apuleio est qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia quæ velit incredibilia, quadam vi contaminum polleat. Libanius declam. 43. ἐπίστασθαι τοὺς θεοὺς, καὶ τἀκείνων ἀπόρρητα, καὶ τίσι χαίρουσι, καὶ τίσιν ἕλκονται, καὶ τί λαβόντες αὐτοὶ δοῖεν ἄν. *Scire Deos, & eorum arcana, & quibus gaudent, quibus trahuntur, & quid capientes reddant.* S. Hieronymus in Daniel. cap. 11. Magos esse ait Philosophos Chaldæorum. Ad artis huius scientiam Reges quoque, & Principes eius gentis omnia faciunt. Paulo aliter S. Basil. homil. de Natiuit. ἔθνος περσικὸν οἱ μάγοι μαντείαις, καὶ ἐπαοιδαῖς, καὶ φυσικαῖς τισὶν ἀντιπαθείαις προσέχοντες, καὶ περὶ τὴν τήρησιν μετεωρίων ἐσχολακότες. *Magi Persica gens est dedita diuinationibus, cantaminibus, & naturalibus quibusdam virtutibus, & antipathiis, quæ in signis cælestibus obseruandis studium ponit.* Sozomenus lib. 2. cap. 9. ἐλύπει τοῦτο τοὺς μάγους, οἳ τὴν περσῶν θρησκείαν, ὥσπερ τι φῦλον, ἱερατικὸν κατὰ διαδοχὴν γένους ἐξ ἀρχῆθεν ἐπιτροπεύουσι. cap. 10. ὁ μάγας ἀρχιμάγος. *Hoc graue erat Magis, qui Persarum religionis ritus, vt genus quoddam sacerdotale per successionem ab antiquo procurant.* Habuisse eos ait Magam archimagum, & magistrum. Strabo lib. 1. de Magis, ἀρετὰ δὲ προσδόξαντα τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τοῦ οὐρανοῦ δρόμον, μάντεις τε, καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδεικνύντα βασιλέας,

λίας, τοὺς τ' ἱερέας τῶν αἰγυπτίων, καὶ χαλδαίους, καὶ μάγους σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πάλαι ἡμῶν. *Atreum qui contrarium conuersioni cæli motum Solis ostendit; & vates, ac extispices renuntiatos esse Reges, & Sacerdotes Aegyptiorum, & Chaldaos, & Magos sapientia præstantes ab antiquis Imperio, & honore donatos.* Psellus libro 1. de Dæmonibus magiam exactiorem quandam naturæ cognitionem esse docet. Omnino magia veteribus fuit, quæ postea philosophia dicta est, quæque vel artificiosa, vel naturalis est. Artificiosa, qualis Architæ Tarentini, qui columbam ligneam volantem dedit. Leoni Imperatori fuere auiculæ ligneæ cantillantes. apud Zonaram in Iustiniano præstigiator fuit, cuius canis mira patrabat. Eò referri possunt omnia quæ arte hominis ingeniosè fiunt. Ea tamen disciplina iam olim malè audiit. Apud Apuleium in Apolog. Magia occulta non minus quàm terra, & horribilis, plerumque noctibus vigilata & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata. Iustinus lib. 36. Iosephum magicas artes solerti ingenio percepisse scribit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit. Planos S. Augustin. hom. 26. interpretatur impostores. vet. gloss. πλάνους, *seductores*. Tertul. lib. 3. in Marcion. hominem quem planum in signis existimabant. S. Iustinus in Dial. cum Tryphone, μάγον, καὶ λαοπλάνον vocat. Euagrius γόητα lib. 5. Histor. cap. 18. ἀνατόλιός τις ἐπὶ θυσίαις ἁλὼ, καὶ πρὸς εὐθύνας κληθεὶς ἐφωράθη ἐξάγιστος, καὶ γόης. *Anatolius quidam deprehensus est nefaria sacra faciens, & vocatus ad rationes, detestabilis, & Magus compertus est.* Clemens lib. 4. recognit. Magiam, inquit, nefariam Dæmon docuit Gigantes, à quibus Chamus eruditus, à Chamo Ægyptij, Chaldæi, & Persæ. Chamus docuit filium suum Mesraim, à quo Ægyptiorum Babylon exstructa. Mesraim ipse Zoroastres appellatus est, quasi viuens astrum, cùm de cælo ictus esset. Plures autem Zoroastri fuere. Primus Chaldæus magiæ inuentor Mesraim appellatus est. Alter Bactrianus cum Nino bellum gessit. Tertius Armenij filius, Erus nuncupatus, vt scribit Clemens Alexandrinus, vel, vt Plato, filius Orimasi. Arnobius quatuor Zoroastros commemorat. Primum Chaldæum, secundũ Bactrianum, tertium Pamphilium, qui Erus dictus, quartum Armenium Ostanis filium, quintum Suidas Persomedum, sextum Plinius Proconnesium. Sed de Magis & planis optimè Philo lib. de specialib. legibus; εἰσὶ δὲ ἕτεροι πονηρότατοι χερσὶ, καὶ τέχναις, καὶ γνώμαις ἐναγεῖς, οἱ μάγοι, καὶ φαρμακευταὶ, σχολὴν καὶ ἀναχώρησιν ἐνδιδόντες πρὸς κηλήσεις ἐπιθέσεις, καὶ τέχνας, καὶ μηχανὰς πολυτρόπους ἀνευρίσκοντες ἐπὶ τὰς τῶν πλησίον συμφοραῖς. ὅθεν κελεύει φαρμακευτὰς, καὶ φαρμακίδας μηδεμίαν ἡμέραν βιοῦν, ἀλλ' ἅμα τῷ ἁλῶναι τεθνάναι. *Sunt alij pessimi manibus, & animo execrabiles, Magi, & venefici, operam & studium ponentes in pestiferis, & lethalibus inceptis, & artes, & machinas varias inuenientes, vt proximis calamitates creent. vnde & Moses vetat venenarios & venerarias viuere vel vnum diem, sed vt primùm deprehensi sint, occidi iubet.* Orpheus lib. de lapidibus conqueritur quod homines sapientiæ studiosi Magi appellentur;

—— ἐπωνυμίαν λαοὶ τεύξουσι μάγοιο.

Si quis natura arcana rimatur, ei populi Magi cognomentum indunt. Vnde colligas, non veterem illum Orpheum esse, qui de lapidibus scripserit, sed recentiorem aliquem, cuius ætate *Magi* vox in deterius accepta sit. Magia certè naturalis in laude semper fuit. Tobias patri cæcitatem felle piscis discussit. eam vim Calionymo pisci tribuit Galenus lib. 1. synop. medicam. Oppian. lib. 3. Cyneget. Tympani ex lupi pelle sonus tympanum agni pelle tensum rumpit. Paui caro non putrescit, apud S. Augustinum lib. 21. de Ciuit. cap. 4. 5. & cætera naturæ effecta magiam naturalem commendant. Ita Salomon Magus fuit, quem Iosephus ait, καθ' ἕκαστον εἶδος δένδρου παραβολὴν εἰπεῖν, καὶ περὶ κτηνῶν, καὶ τῶν τ' ἐπιγείων ἁπάντων ζώων, καὶ τῶν νηκτῶν, καὶ τῶν ἀερίων, *cuilibet speciei plantarum, & lignorum suam parabolam adhibuisse, item pecorum, & animalium omnium terrestrium, natatilium, volatilium.* ἐπωδάς τε συνταξάμενος αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, *carmina composuit, quibus leuat morbos, & modos exorcismorum, quibus cedentes Dæmones ita fugantur, vt non redeant.* καὶ αὕτη παρ' ἡμῖν ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει, *& id genus medicinæ plurimum apud nos pollet.* Lib. 8. cap. 2. Gregorius Monachus, μαγείαν, γοητείαν, φαρμακείαν μήδοι μὲν ἐφεῦρον, καὶ πέρσαι. διαφέρουσι δὲ πρὸς ἀλλήλας, ἡ μὲν γὰρ μαγεία ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς σύστασιν, ἡ δὲ γοητεία κακοποιῶν. *Magiam, Goëtiam, Pharmaciam, & venenariam Medi, & Persæ repererunt. Sed hoc differunt, quòd Magia veneficos Dæmones euocat, vt boni aliquid efficiat; Goëtia malos ad maleficium.* Calisthenes, quisquis ille est, in vita Alexandri Magni, Nectenabo, seu Nectabin Ægypto profugum apud Olympiadem ita loquentem facit, πολυσχιδής ἐστιν ἡ τῆς σκέψεως αἵρεσις, ὦ βασίλισσα. εἰσὶ γὰρ οἰροσκόποι, σημειολύται, ἐξαστριμυθοι, ὀρνεομάντεις, γενεθλιαλόγοι, οἱ καλούμενοι μάγοι, οἷς τὰ μαντεῖα ὑπόσχηται. *Multiplex est huius considerationis*

ſecta, ô Regina. Alij ſunt horoſcopi, portentorum, ac ſignorum interpretes, extiſpices, arioli, ventriloqui, genethliaci, Magi dicti, quibus vaticinia ſubſternuntur. Lactantius lib. 5. cap. 20. veuenarius precatur vt fallat. Guirmundo dicitur impanator lib. de Sacrament. Philoni venenarius, φαρμακὸς, φαρμακευτὴς, Ciceroni Planus. Langobardorum leges maſquas vocant, quaſi perſonatas Remigius lib. de Dæmonolatria cap. 18. ſortiarios vocat. Heſychius, ἐπηλυσία ἐπῳδὴ φαρμακίων, *epeluſia carmen veneficorum.* ἐλαιὸς φαρμακὸς παρὰ ῥοδίοις, *Eleus Rhodiis venenarius.* Horat. epod. 6. ſaganam.

At expedita ſagana
Spargens Auernales aquas.

Statius lib. 4. Thebaid. ſimulatricem.

Aetheo ſimulatrix littore Circe.

Sparrianus in Adrian. ſimulationem pro magicis artibus poſuit. Hæc per ſimulationem facta. Dio in Adriano, μαγγανείαις μέν ποι, καὶ γοητείαις ἐκενοῦτο ποτὲ τοῦ ὑγροῦ, πάλιν δὲ αὐτοῦ διὰ ταχέος ἐπίμπλατο, *præſtigiis magicis Adriano humor, qui abundabat, exhauriebatur, & ſubitò alio humore noxio replebatur.* Striges item dictæ maleficæ mulieres, quas volaticas fingebant. Græci cas auertebant his verbis, στρὶγγ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν τὰν στρὶγγ' ἀπὸ λαῶ. Plinius Strigas in Græcorum imprecationibus, & diris haberi ait. Dicuntur & præcantrices, præcantores. Plutarchus lib. de oraculor. defect. Pythonas vocari ait ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos.* Deuter. cap. 18. *Ne Pythones conſulat, & diuinos, ne quærat à mortuis veritatem.* Iidem Euryclei, & εὐρυκλεῖς dicti, à quodam Eurycle Athenienſi, qui primus ventriloquus fuir. De Eurycle Heſychius, εὐρυκλῆς ὁ ἐγγαστρίμυθος. ἦν δὲ γένος μάντεων, οὓς ὁμωνύμως εὐρυκλεῖς ἔλεγον. In veteribus gloſſis *cindator*, γοής. Plutarchus lib. de defectu oraculor. μογίδης, μάντεις dicuntur vates. Heſychius, ὀρθιάζειν, μαντεύεσθαι, *vaticinari.* Ennius, *verare.*

Satis vates verant in ætate agunda.

Σημειολόγοι, τερατομάντεις, *arioli* Suidæ, Pacuuio *ſuperſtitioſi*, Feſto *veratrix, piatrix, verare*, προφητεύειν, vnde & *veratrum*, quia mentem ad vera videnda expurgat. Feſtus. Piatrix dicitur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alij ſagam, alij expiatricem vocant, προφῆτιδα. Heſychio βαμβακεύτριαι, μαγγανεύτριαι, γόητες, θεσσάλαι, φαρμακίδες, *malefica, ſortilega* dicuntur. S. Epiphanius hæreſi 34. παίγνια μάγων. Arnobius, magicarum artium ludos. τὴν τῶν λεγομένων μάγων πανουργίαν, *Magorum nequitiam*, S. Epiphanius. Plinius magicam artem inreſtabilem, irritam, inanem vocat. Q. Curtius lib. 7. magiam vaniſſimi cuiuſque ludibrium. Lactanrius lib. 4. cap. 15. magicas præſtigias, quæ nihil veri, ac ſolidi oſtentant. S. Hieronymus in Daniel. lib. 1. cap. 2 dæmoniacas artes, atque præſtigias Magorum. in Hierem. cap. 27. maleficorum, & veneficorum fantaſmata. Alij κυβείαν, quaſi *talorum ludum*, ob magicas præſtigias Capitolinus in M. Antonino *vanum* pro *Mago* poſuit. De Magis, & corum ſacris Euſebius lib. 2. de Conſtantino; Licinnius θεοπρόπους, καὶ μάντεις αἰγυπτίων, φαρμακεῖς, καὶ γόητας, θύτας τε καὶ προφήτας, ὧν ἡγεῖτο θεῶν περὶ ἑαυτὸν ἐποιεῖτο. οἰωνοσκοπεῖτο δὲ διὰ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως σημαίνεσθαι αὐτῷ τὰ αἴσια. καὶ θύται τὰ αἴσια τὴν τῶν σπλάγχνων ἀναπτύσσοντες κίνησιν ἐδήλουν. *Licinnius aduocabat ſibi vates, Sacerdotes Aegyptiorum, venenarios, Magos, ſacrificulos, prophetas eorum, quos habebat Deos, & augurabatur, vt ſibi per auium volatum fauſta ſignificarentur. Et Sacerdotes oſtendebant proſpera extorum motu portendi.* Socrates lib. 3. cap. 1. Valentinianus Maximum Philoſophum ὡς μαγγανείας ποιοῦντα ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσε. cap. 2. Alexandriæ euerſo templo Mithræ, crania hominum reperta, ὅτι τῆς διὰ σπλάγχνων μαντείας ἐχρῶντο, καὶ μαγικὰς ἐτέλουν θυσίας καταμαγγανεύοντες τὰς ψυχάς. *Valentinianus maior Maximum Philoſophum, vt magicas artes facientem occidi iuſſit. Alexandria euerſo templo Mithra, hominum caluæ repertæ quos immolarant, cùm exta inſpicerent, & magicis ſacrificiis vterentur, animos hominum præſtigiis irretientes.* cap. 13. φιλόσοφοι τοῦ ἰουλιανοῦ τελετάς τινας συνίσταζαν, ὡς καὶ σπλαγχνοσκοπουμένους παῖδας καταθύειν ἀφθόρους ἄρρενας, καὶ θηλείας, καὶ τῶν σαρκῶν ἀπογεύεσθαι. *Philoſophi Iuliani cerimonias quaſdam inſtituerunt, vt extis inſpiciendis pueros incorruptos, & puellas mactarent, & carnes deguſtarent.* Theodoritus lib. 3. cap. 3. Iulianus Apoſtara, cùm Conſtantius in Magnentium iuiſſet, τὴν ἑλλάδα περινοστῶν μάντεις ἐπεζήτει, καὶ χρησμολόγους εἰ τεύξεται τοῦ ποθουμένου μαθεῖν ἱμειρόμενος. περιτυγχάνει δὲ ἀνθρώπῳ ταῦτα προλέγειν ὑπισχνουμένῳ, ὃς τοῦτον εἰς εἰδωλικὸν σηκὸν ἀγαγὼν, καὶ εἴσω γενέσθαι τῶν ἀδύτων παρασκευάσας τοὺς ἀπατεῶνας ἐκάλεσε δαίμονας. ἐκείνων δὲ μετὰ συνήθους φαντασίας ἐπιφανέντων ἠνάγκασε τοῦτον τὸ δέος ἐπιθεῖναι τῷ μετώπῳ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον. *Idem Iulianus, cùm Conſtantius in Magnentium expeditionem duxiſſet, Græciam peragrans inquirebat vates, & fatidicos, cupiens ſcire an voti compos futurus eſſet. Incidit autem in hominem harum rerum peritum, à quo introductus in tem-*

plum

plum idolorum, cùm in adyta penetrasset, Dæmones planos euocauit, qui cùm terribili, vt solent, forma paruissent, metu coactus frontem cruce signauit. cap. 26. Caris Iulianus εἰς τὸν σηκὸν δαιμόνων εἰσελθὼν τὴν νίκην τὴν κατὰ περσῶν διὰ τοῦ ἥπατος ἐζήτει. εἶδον γυναῖκα ἐκ τῶν τριχῶν αἰωρουμένην ἐκτεταμένας ἔχουσαν τὰς χεῖρας, ἧς ἀνακείρας ὁ ἀλιτήριος τὴν γαστέρα τὴν νίκην τὴν κατὰ περσῶν διὰ τοῦ ἥπατος ἔγνω. *Idem Caris ingressus in templum de victoria Persarum exta consulebat. Qui eò ingressi sunt, viderunt fœminam capillis suspensam, extensis manibus, cuius impius ille exciso vtero, victoriam de Persis ex iecoris fibris cognouit.* Castrum erat inter Persidem & Indiam, cognomento Thondadeero, in quo thesaurus ingens, ait Theodorus Anagnost. lib. 2. δαίμονες δὲ τὸν τόπον οἰκοῦντες τοῦ ζητεῖν μὲν Κωάδην ἐκώλυον, πᾶσαν τὴν μαγείαν ἐπιδειξαμένων τῶν μάγων αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἰσχυσάντων. ὁ δὲ ἐπίσκοπος χριστιανῶν τῶν ἐν πέρσαις σύναξιν ἐπὶ τούτῳ τελέσας, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβὼν, καὶ μεταδοὺς τοῖς σὺν αὐτῷ χριστιανοῖς τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ διώξας τοὺς δαίμονας τῷ κωάδῃ τὸ κάστρον ἀπόνως παρέδωκε. *Cùm Cabades thesaurum inquireret, Dæmones locum incolentes eum aditu prohibebant. Magi cùm nihil tentatis omnibus artibus perficerent, Episcopus Christianorum, qui erant in Perside, sacra synaxi eodem loci facta, sacris mysteriis ipse communicat, & Christianis communionem præbet, tum signo crucis Dæmones fugat, & sine labore castri potestatem Cabadi facit.* Chalcedon. Concil. act. 10. pag. 356. de Iba Episcopo. καὶ ἔχει παρακατέχων τὸν χάρτην τῶν γοητευτικῶν ἐπικλήσεων ὁ ἴβας, ὀφείλων τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας τὸ ἀπηγορευμένον προσενέγκειν κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν νόμων. *Ibas Episcopus habet apud se chartam magicarum inuocationum, quam tenebatur ex legum præcepto prouinciæ præfecto vt vetitam exhibere.* Origenes lib. 2. in Cels. videtur admittere, magicis artibus miracula quædam patrari posse: sic enim ille. Quod si semel admittimus, manifestè existente in rebus arte magica, quæ per maleficos homines genios malos, curiosis carminibus delinitos, eliciat ad patranda miracula. Item; vt sciamus, quænam vel ab incantatore fiant ministerio Dæmonum, vel ab anima pura, sanctáque, afflata diuino Spiritu. Idem magicas artes sacris literis improbari ait homil. 13. in Num. Magicam artem esse Scriptura designat, sed ea vti prohibet. Nam & Dæmones Scriptura esse designat, sed coli eos, & exorari vetat. Rectè ergo etiam magia vti prohibet, quia Magorum ministri etiam Angeli sunt refugæ, & spiritus maligni, & dæmonia immunda. Nullus enim sanctorum spirituum obtemperat Mago. Non potest inuocare Magus Michaëlem, non Raphaëlem, non Gabrielem, multo minus inuocare potest Deum omnipotentem, nec Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum. Magi sunt qui inuocant Beelzebub principem dæmoniorum. Idem lib. 3. de princip. cap. 3. certas quasdam spiritales virtutes esse ait, quæ cæterarum gentium sortitæ sunt principatum, & propter hoc principes huius mundi appellentur. Sunt aliæ quædam virtutes spiritales mundi huius certa quædam operantes, quæ ipsæ sibi pro arbitrij sui libertate vt agerent, elegerunt, ex quibus sunt isti principes, qui operantur sapientiam huius mundi, verbi causa, vt sit propria quædam energia, ac virtus quæ inspiret poëticam, alia quæ geometriam, & alia alias artes & disciplinas. Quàm autem seuerè in eos qui magicis artibus dediti essent animaduerteretur, ostendit Anastasius Bibliothecarius in Sergio Papa. Paschalis ab officio Archidiaconatus depositus est pro aliquibus incantationibus, & lucis quos colebat, vel sortibus, quas cum aliis inspectoribus tractabat. Sed & Magas à barbaris gentibus pulsas, & exagitatas ostendit Paulus Diaconus lib. 12. Filmer Rex Gotthorum reperit in populo suo quasdam Magas mulieres, quas Gotthico sermone Alyrumnas vocant, quas exilio mulctauit. Has syluestres homines, quos nonnulli Faunos phicarios vocant, per desertum vagantes cùm vidissent, & earum complexibus vsi essent, Hunnorum genus ferocissimum ediderunt. quod fuit primùm inter paludes Mœotidas minutum, tetrum, atque exile, qui maribus ferro genas secant. Ætate Regis Theodorici damnatos Magos indicat Cassiodorus lib. 4. epist. 22. Abscedat ritus de medio iam prophanus, conticescat pœnale murmur animarum. versari non licet in magicis artibus temporibus Christianis, &c. Comperimus Basilium, atque Prætextatum artis sinistræ iam diu contagione pollutos, &c. Item epist. 23. Basilium, atque Prætextatum magicis artibus inuolutos. In Edicto Theodorici cap. 108. Malarum artium conscij, id est, malefici nudati bonis omnibus, quæ habere possunt, honesti perpetuo damnentur exilio, humiliores capite puniendi sunt S. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 4. Eo tempore quo malefici sunt in hac vrbe deprehensi, Basilius qui in magicis operibus primus fuit, in monachico habitu Valeriam fugiens petiit, &c. Contigit vt in monasterio virginum vna febricitare inciperet, magnísque stridoribus clamare; modò moritura sum, nisi Basilius monachus veniat. Basilius cella pulsus frequenter se cellam Equitij magicis artibus in aëra suspendisse

diſſe dixit, nec tamen eum quidquam lædere potuiſſe, qui non poſt longum tempus in hac Romana vrbe igne crematus eſt. Idem lib. 11. epiſt. 56. indictione 6. & lib. 12. epiſt. 13. indict. 7. Maleficos in Sicilia grauiter inſectatur, & Cypriano Diacono mandat maleficos inquiri, atque puniri, nec deſiſtere, etiamſi reperiret ſæcularem poteſtatem aduerſari, quia Exodi 22. ſcriptum eſt; *Maleficos non patieris viuere.* Maleficos autem Dæmones immiſiſſe in eos quibus malè cuperent, oſtendit Photius in Bibliotheca pag. 567. de Maximino quodam, *ὃς πολλῶν τῶν φασμάτων ἐγίνετο θεατὴς ἄλλοις οὐχ ὁρωμένων. ἱκανὸς δ' ἦν καὶ δαίμονας ἐπιπέμπειν φθοροεργοὺς, καὶ ἄλλοθεν ἐπιπεμπομένους ἀναστέλλειν, qui multorum viſorum erat ſpectator, doctus Dæmones noxios immittere, & aliunde immiſſos cohibere.* Idem pag. 13. τελεστὴν, καὶ τελεστικὸν poſuit pro Mago. *τῷ μέν τοι Ἀπολλωνίῳ οὐδὲν ὅλως φησὶ τετελεσθῆναι, οἷα ὁ μυθώδης αὐτοῦ χαρίζεται λόγος. Apollonium ait nihil magicis ritibus effeciſſe, quod de eo fabulantur. οὐ μὴν γε ὡς εἴη τελεστὴς εἴ τινα διετέλεσαν τῶν ἐνίοις διαθρυλλουμένων ὑπ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι τελεσμάτων. φιλοσοφίᾳ δὲ καὶ βίου καθαρότητι, καὶ ἀπὸ αὐτὸς ἔφησεν ἐκεῖνον εἰσάγει διαπεπρᾶχθαι. Licèt autem eos effectus effecerit, qui vulgò celebrantur, non tamen erat Magus. Philoſophia autem & vitæ puritate ea miracula patrauit.* pag. 112. *Λιβάνιον ἄκρον εἶναι τελεστικὸν, καὶ δύνασθαι αὐτὸν χωρὶς ὁπλιτῶν κατὰ βαρβάρων ἐνεργεῖν, Libanium ſummum eſſe Magum, & poſſe ſine armatis aduerſus Barbaros operari.* Theagogias vocant quibus Dæmones eliciuntur. Arnobius lib. 5. Modum eliciendi Iouem Numa edoctus. Liuius lib. 1. Numa Camœnis eum lucum ſacrauit, quod earum ſibi concilia cum coniuge ſua Egeria eſſent. Lactantius lib. 2. cap. 16. Magi, & ij quos verè maleficos vulgò appellant, cùm artes ſuas exſecrabiles exercent, veris ſuis nominibus Dæmones cient, illis cælestibus quæ in literis ſacris leguntur. Nicetas Gregorij Scholiaſtes in orat. 42. tres Theagogiæ ſpecies commemorat, *αὐτοπτικὴν, ἐποπτικὴν, καὶ ἐνθεαστικὴν*, & ex Proclo hæc affert. Si quis animæ intelligentia, & ſplendore fluentum illud perſpicit, vt natura eſt, autoptes dicitur, qui per ſe ſpectat, ſpectator. Si quis imaginario animæ vehiculo res diuinas cogitatione informet, epoptes, & ſpectator vocatur. At ſi nec mente, nec cogitatione ſpeculetur, ſed oculis ſolis diuinas quaſdam viſiones per aërem delatas inſpiciat, is *ἐνθεαστὴς* dici poteſt. Nam corporeum quoque lumen diuinis rebus ſubſtratum eſſe affirmant, quod alij naturæ bonitate ſtatim arripiunt, vt Plotinus: alij ad lumen Lunæ fortè mentis emotionem ſentiunt; Ægyptij tarto oculos oblinentes, vel thuris liquore, vel bdellio, Aſſyrij teſſeris quibuſdam, infandiſque nominibus, myſticiſque literis in Sacerdotalibus bracteis ſeipſos ſanctificantes, ſubſtratum illud incorporeis copiis lumen perſpexerunt. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 20. Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ad conſultationes, & pacta quædam ſignificationum cum Dæmonibus placita, & fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, ligaturæ omnes, atque remedia, quæ Medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantionibus, ſiue in quibuſdam notis, quos characteres vocant, ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendendis, atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas, ſicut ſunt inaures in ſummo aurium ſingularum, aut de ſtruthionum oſſibus anſulæ in digitis, aut cùm tibi dicitur ſingultienti, vt dextera manu ſiniſtrum pollicem teneas. His adiunguntur millia inaniſſimarum obſeruationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit; atque illud quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitiæ, minus moleſtum eſt, quàm quod innocentem puerum percutiunt, ſi pariter ambulantibus intercurrerit. Plerumque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit, ferire audeant. Hinc ſunt etiam illa, limen calcare cùm ante domum ſuam tranſit; redire ad lectum, ſi quis dum ſe calcear, ſternutauerit; redire domum, ſi procedens offenderit, cùm veſtis à ſoricibus roditur. Cato cuidam qui ſibi à ſoricibus eroſas caligas dixerat, reſpondit, non illud eſſe monſtrum; ſed verè monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices à caligis roderentur. A Dæmonibus autem homines magicas artes didiciſſe docet Iuſtinus Apolog. ad Senatum; *οἱ δὲ ἄγγελοι γυναικῶν μίξεσι ἡττήθησαν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες, καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν, τὰ μὲν διὰ μαγικῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων, καὶ θυμιαμάτων, καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι, καὶ εἰς ἀνθρώπους μοιχείας, ἀκολασίας, καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπειραν. Angeli*, inquit, *conſuetudine mulierum illecti, & victi ſunt, è quibus filios procrearunt, qui Dæmones dicti, hominum genus ſuo ſeruitio manciparunt, tum per magicas artes, tum per ſuffitus, ſacrificia, libationes, quibus egent cupiditatum affectibus ſeruientes, & hominibus adulteria, libidines, & omnem impietatem inſtillarunt.* Apolog. 2. δαίμονές ποτε μὲν δι' ὀνει-

ρων

A ρων ἐπιφανείας, περὶ ἣ αἱ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας. *Dæmones per visa somniorum, & magicas fraudes omnes sibi subiiciunt.* Iustinus hîc aliquantum à vero abludit; in eo tamen audiendus est, quod à Dæmonibus magicas præstigias repertas ait, quas ideo Patres in Conciliis damnant. Concil. Nicæn. sub Syluestro ex canonibus 80. Arabicis, can. 20. Nemo conuersetur cum maleficis & diuinis, qui eos interrogauerit, corúmve dicta approbauerit, in domúmque eorum intrauerit, aut in suam eos receperit, & eorum cibis ac potionibus vsus fuerit laicus, excommunicetur. Synod. Carthag. IV. Auguriis, vel incantationibus seruientem à conuentu Ecclesiæ separandum. cap. 89. Gregor. Nyssen. epist. ad S. Letoium. οἱ πρὸς γόητας ἀπιόντας, ἢ μάντεις, ἢ τοὺς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα, ἢ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους τῇ τῶν δαιμόνων συμμαχίᾳ προσέδραμον ἐπ' ἀθετήσει τῆς πίστεως. *Qui ad Magos eunt, aut vates, aut eos qui pollicentur se februa quadam, & auerruncationes ope Dæmonum effecturos, confugiunt ad*

B *opem Dæmonum in contumeliam fidei.* ex Synodo Constantinop. sub Mena act. I. οἷα δὲ καὶ ἃ περὶ τὰς ἐν δάφνῃ πηγὰς πρᾶξαι τετόλμηκε, μαγείαις τε χρώμενος αὐτόθι, καὶ θυμιάμασι μυσαροῖς θεραπεύων τοὺς δαίμονας. *Qualia sunt autem illa quæ ad fontes in luco Daphnes Antiochiæ facere non dubitauit, magicis artibus vtens, & suffitibus execrandis propitians Dæmones.* In septima Synodo pro imaginibus φαρμακόμαντις vocatur sortilegus, venenarius. Synod. Eliber. can. 6. Si quis verò maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impertiendam esse illi communionem. Damaso adscribunt hæc verba; vt Episcopi omnibus viribus elaborent, vt perniciosam, & à Diabolo inuentam sortilegam, & maleficam artem penitus ex parochiis suis eradicent. vbi agit de Diana, & Herodiade. Tolet. Concil. XVI. cap. 2. vt veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra

C fontium, vel arborum, auguratores, quoque, seu præcantores. Concil. Roman. sub Greg. II. anno Christi 721. Si quis ariolos, aruspices, incantatores obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anathema sit. can. 12. In Concilio quod dux Tassilo apud Dingoluingam celebrauit. De pugna duorũ quod vẽda hinc vocatur, vt priùs insortiantur, quàm parati sunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidientur. In octoginta canonibus Concil. variorum ab Hadriano I. Papa collectis leges; Qui ad sortilegos Magósque euerterint, ad accusationem, vel testimonium non admittantur. tom. 3. Concil. pag. 204. Quanquam autem à Patribus magicæ præstigiæ damnantur, fatentur tamen ipsi, opera quorundam Magorum in speciem vtilia fuisse, & diu durasse. Iustinus quæst. ad Orth. 24. πῶς τὰ ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύναται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς, καὶ ἀνέμων φορὰς, καὶ μυιῶν, καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ὁρῶμεν, κωλύουσι. ἐν ἅπασι τοῖς ἀποτελέσμασιν ἐδεήθη τῆς τῶν

D ἐπιτηδείων ὑλῶν παραλήψεως συνεργούσης αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν τελουμένων ἐκπλήρωσιν. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν Χριστὸς κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ αὐθεντίαν ποιῶν τὰ θαύματα οὐδαμῶς ἐδεήθη ὕλης, ἀλλὰ τοῖς προστάγμασι τε, καὶ προσέρησιν αὐτοῦ ἠκολούθει, καὶ ἀκολουθοῦσι τὰ πράγματα. *Quomodo Apollonij effecta inter res creatas vim habent? Etenim impetum maris, ventorum turbines, murium & ferarum incursus, vt videmus, sistunt.* Respõdet. *In omnibus eius effectis oportuit res adhiberi, quæ per se ad efficiendũ vim haberent. Christus autem Seruator noster auctoritate diuina miracula patrans nulla materia adiutrice opus habuit, sed ad iussa eius effecta sequebantur.* Iam audiatur Tertullianus, qui Magos multa miracula circulatoriis præstigiis ludere ait. Plinius cap. 2. lib. 28. Magos, & venenarios coniungit. Tertul. lib. de pudicitia; Sciunt venenarij, sciunt Magi. Plautus in Rudente superstitiosum vocat.

Quid si ista superstitiosa, aut ariola est?

Firmicus lib. 5. Astron. cap. 5. magicas operationes. Adhelmus de laud. Virg. Magorum

E & hierophantarum phantasmata. Tertul. de anima cap. 57. magicas fallacias, & præstigias in Apolog. c. 2 1. phantasmata magica. Plin. l. 30. c. 1. magicas vanitates. Minutius Felix eos ludere dixit. Magi quoque non tantùm sciunt Dæmonas, sed etiam quicquid miraculi ludunt, per Dæmonas faciunt. Illis aspirantibus, & infundentibus præstigias edunt, vel quæ non sunt videri, vel quæ sunt, non videri. Plinius lib. 35. cap. 15. Lusit & Anaxilaus sulphure, candens in calice nouo, prunáque subdita circumferens, exardescentis repercussu pallorem dirum velut defunctorum offundente conuiuis. Fuere qui de pectore loquerentur. Hippocr. lib. 5. Epidem. καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεφθέγγετο, ὥσπερ οἱ ἐγγαστρίμυθοι, *de pectore loquebatur, vt ventriloqui.* vbi Galenus; ἐγγαστρίμυθοι οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, *ventriloqui loquuntur infracto ore, videntúrque ex ventre loqui.* ἐγγαστριμάντεις, στερνομάντεις. Pollux στερνόμαντιν τὸν ἐγγαστρίμυθον, eum qui de pectore loquatur, eundem facit cum ventriloquo. Aristophanis Scholiast. in Fucis; οὗτος ὁ ἐγγαστρίμυθος ἀληθῆ μαντευόμενος διὰ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος. *Hic ventriloquus vera vaticinans ob Dæmonem quo obsessus erat.* Plutarch.

A suadéntque vt tacitum cum Dæmone pactum contrahant, vnde grauioribus paulatim assuescant, & ad maiora deueniant. Consistunt autem pacta in eo primùm, vt discipulus aliquid labefactet eorum quæ ad cultum diuinum pertinent, præcipuè Sacramenta, tacito quidem modo, vt cùm sacris verbis, aut in celebratione diuinorum verba aliqua vana, aut prophana iubent intermisceri, aut gestus, aut abscondi corpora quædam, vbi sacra administrantur, quibus vtantur in suis maleficiis. Expressim autem, cùm nihili pendere diuinos ritus suadent. Ex parte autem Dæmonis promittentis quod plurimùm à discipulo desideratur, vt si amore irretitus sit, finem amoris optatum: si in paupertate agat, diuitias: si morbo aliquo vexetur, sanitatem, & similia. Hæc igitur Dæmon aliquando interprete, ac conciliatrice aliqua sagana procurat, aliquando per se ipsum alloquens cùm hominis vultum induerit. Magis autem seducuntur mulieres, & quia faciliùs flectuntur
B illecebris, & quia iudicio minus valent. Viri quoque effeminati, aut dissoluti, & quicunque ingenio minus pollent, potissimùm magicis vanitatibus irretiri solent. Nullum est autem obsequium, quod à Dæmone hominibus sibi deditis non præstetur. Sed exempla in Italia quidem rara sunt, extant tamen nonnulla: at in Germania, & Britannia frequentissima, ac multo magis in insulis ad Aquilonem spectantibus. Referunt enim vbique obuios Dæmones, qui ad omnem famulatum inseruiant: vt etiam alicubi eorum opera metalla è terræ visceribus eruantur. Efficiunt autem hæc aliquando cùm se aspectabiles non præbeant, aliquando personam assumentes famuli, aut alterius cuiuspiam. Idcirco & maleficæ mulieres frequentissimæ ad Septentrionem repetiuntur, & viri magicis artibus addicti: quorum extirpandorum gratia iam olim ab Innocentio VIII. Pontifice Maximo
C Theologi inquisitores duo in Germania constituti sunt; quorum alter breui tempore supra quadraginta maleficos igni addixit, alter supra quinquaginta: ex quorum publicis in iudicio confessionibus plurima eorum quæ hic scribuntur, desumpta sunt. Solemnis autem modus sacrilegæ confessionis in duobus consistit: quorum vnum est, vt qui iam initiati fuere, ducti ab aliquo ex professis in publicum locum, in quem certis diebus conuenire solent, præsente Dæmone, qui hirci formam induerit, ac stipulante, Christianam fidem eiurent: Dæmoni autem sacramento dicant, recepturi ab eo quicquid petierint. Alterum verò, vt magisterulo, quem vocant, promittant animæ & corporis dominium: quod aut eodem tempore præstant, aut in futurum, postquam agnouerint eos toto corde confirmatos in scelerata professione. Quibus peractis iam ad nefandissimos ritus accedunt: nam iubent infantes rapi, cerimoniis quibusdam prophanis immolari: postea decoqui,
D donec tota caro in succum contabescat; & de solidiori materia vnguentum parari, quo perunctos transformari, & per aërem ferri posse: reliquum liquorem in vtre seruari, cuius potu cerimoniis quibusdam adhibitis conscios totius portentosæ artis reddi. Tanta autem auiditas, vel potiùs rabies innascitur humanæ carnis, vt è sepulcris, cùm alia non sunt ad manus, cadauera eruant, & proprios quoque filios deuorent. Ex hoc genere Cyclopas, & Læstrigonas fuisse in Italia, & Sicilia memoriæ proditum est, qui humana carne vescerentur. Author huius immanitatis Ostanes traditur, qui ex Perside Xerxem comitatus in bello, quod is Græciæ intulit, magicen in Thraciâ traduxit, ac veluti semina portentosæ artis tota Græcia sparsit, obiter infectis quacunque pergeret hominum animis. Sed multo antè Zoroastres in Perside inuentor eius traditur. Secundus quoque Ostanes Alexandri Magni temporibus authoritatem addidit. Dæmones autem pollicentur iis qui nefarios illos ritus obseruauerint, blandissima, & maxima quæque maleficiis inferendis, aut
E soluendis, aut vaticinando, prout cuique libuerit, terrore iniiciendo satellitibus, qui eos apprehendere tentauerint. Cùm verò apprehensi fuerint, nullo tormenti genere veritatem ab iis extorqueri posse, cùm nullo doloris sensu affici queant, & flectere Iudices, ac Præsides ad misericordiam, possint, si contigerit priores aspicere, quàm aspici. Quidam etiam condemnati, igne cremari nequiuerunt, donec maleficij instrumentum deprehenderetur, quod aliquando conditum gestant, vel intra cutim consutum. Experimento autem compertum est, maleficos apud Iudices lacrymas fundere non posse, quocunque tandem tormento afficiantur. Sed qui ea, quæ recensuimus, confessi sunt, aut priùs pœnitentia ducti reuersi sunt ad fidem Catholicam, qui scilicet non ex animo sceleratæ sectæ nomina dedissent, aut remediis contra vim taciturnitatis coacti sunt veritatem fateri. Repertum enim est aut in veste, aut inter pilos corporis, vel etiam in pudendis absconditum id quod eos reddit taciturnos. Quotquot autem hoc modo victi sunt, omnes veritatè patefa

patefacta, obſtinati ſumma ſupplicia perpeſſi ſunt, ac plerique eorum vltrò mortem ſibi in carcere conſciuerunt.

CAP. XXI.

ARNOBIVS clandeſtinas artes, remotas diſciplinas, ſecretarum artium ritus pro magicis artibus vſurpat. lib. 2. Quid illi ſibi volunt ſecretarum artium ritus, quibus affamini neſcio quas poteſtates? Iulius Firmicus lib. 2. cap. 9. abſconſas, & illicitas artes. c. 12. ſecretarum ac magicarum artium ſcientes. S. Epiphan. hær. 30. *μαγγανείας, μαγείας, περιεργείας, præſtigias, curioſitates.* Act. 19. *περίεργοι, Magi, qui curioſas artes ſectantur.* Ariſtænetus lib. 2. *τὸ περίεργον εἶναί τις ἐδόκει: Magus aliquis eſſe videbatur.* Tertullian. lib. de anima cap. 57. fallaciam vocat ſpiritus nequam ſub perſonis defunctorum deliteſcentis. Lactantius lib. 2. cap. 17. Dæmones Magi, & ij quos verè maleficos vulgus appellat, cùm artes ſuas execrabiles exercent, veris nominibus ſuis cient. Hi porrò inceſti, ac vagi ſpiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus infundant, ferunt, ac miſcent falſa cum veris. Curioſos dictos Magos oſtendit Horat. lib. epod.

An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipſe noſti curioſus?

Herodian. lib. 4. *περιεργότερος γὰρ ὤν, οὐ μόνον τὰ ἀνθρώπων πάντα εἰδέναι ἤθελεν, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα, καὶ δαιμόνια πολυπραγμονεῖν.* Plato in Apologia; Socrates *περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς, καὶ τὰ ἐπουράνια.* In Act. Apoſt. cap. 19. *ἱκανοὶ δὲ τὰ περίεργα πραξάντων. Multi ex iis qui curioſas artes exercuerant.* Dio lib. 57. Magos ait externos necatos, ciues in exilium miſſos à Tiberio, qui deſtitiſſent impunitatem conſecutos. S. Auguſtin. lib. 10. Confeſſ. curioſas viſiones. Secretas autem artes vocat, quia ob metum legum in occulto exercerentur, maximè de nocte, in ſcrobibus defoſſis, ac barathris. *τὰ γὰρ τοιαῦτα οἱ κακοδαίμονες βόθροις ἀναθύουσι, καὶ χθονίοις θεοῖς, talia ſacra infelices homines in terra ſcrobibus faciunt, & terreſtribus Diis ſacrificant,* ait Apollonius apud Philoſtratum lib. 8. *γόητες φεύγουσι μὲν ἱερὰ θεῶν, ἐχθρὰ γὰρ τοῖς περὶ τὴν τέχνην. νύκτα δὲ καὶ πᾶν ὅτι ἀφεγγὲς αὐτῶν προβαλλόμενοι, οὐ συγχωροῦσι τοῖς ἀνοήτοις οὐδὲ ὀφθαλμοὺς ἔχειν, οὐδὲ τὰ ὦτα. Incantatores fugiunt templa Deorum, quæ ſunt eiuſmodi artibus inimica. Noctem enim, & loca obſcura ſectantes, non ſinunt fatuos oculorum, atque aurium vti iudicio.* Plinius lib. 30. cap. 2. artem magicam inteſtabilem, irritam, inanem eſſe ait, habentem quaſdam veritatis vmbras, ſed in his veneficas artes pollere, non magicas. Locuſtam ex Galliis matronam veneficam Nero exhibuit ad ſe, propter venena conficienda, quoniam magnæ famæ erat, & in familiaritate habuit, vt etiam eum doceret venena miſcere; vnde ait Turnus in Satyra;

Ex quo Cæſareas ſoboles homicida Locuſta
Occidit, curáque veneni eſt nota Neroni.

vt ſcribit Scholiaſtes Iuuen. Remotæ igitur diſciplinæ, quia legibus vetitæ. Philo Iud. lib. de ſpecia. leg. *οὐκ ἐᾷ τὰς φαρμακευτῶν εἰς ὕστερον ἀναβάλλεσθαι δίκας, παραχρῆμα τὰς τιμωρίας ἀναπράττειν κελεύσας. Moſes non patitur pœnas venenariorum in longum differri, ſed ex tempore iubet exigi.* Senatus Romæ, narrante Plutarcho, *τὴν Μάρθαν ἀπήλαυνε γυναῖκα Σύραν μαντεύεσθαι λεγομένην, Martham quandam Syram mulierculam exegerat diuinaculam, quam tamen poſtea Marius lectica in exercitu circumferebat, & ex eius præſcripto ſacrificia quædam faciebat. ἐν φορείῳ κατακειμένην σεμνῶς περιῆγεν, καὶ θυσίας ἔθυεν ἐκείνης κελευούσης.* Plinius lib. 29. cap. 3. de ouo loquens quod Druidæ ex anguium ſaliuis, ſpumiſque colligunt; Tantæ, inquit, vanitatis eſt, vt habentem id in lite in ſinu equitem Romanum è Voconiis à D. Claudio Principe interemptum, non ob aliud ſciam. Auguſtus & Tiberius diuinaculos vrbe expulere, Domitianus necromanticos, & mathematicos, Caracalla capitis eos condemnauit, qui herbas è collo ſuſpendebant, ait Spartianus. Ammianus lib. 19. de Conſtantij temporibus; Si qui remedia quartanæ, vel doloris alterius collo geſtaret, ſiue per monumentum tranſiſſe veſpere maleuolorum argueretur indiciis, vt veneficus pronuntiatus reus capitis interibat. S. Chryſoſt. homil. 8. ad Coloſſen. *ἐνόσησε τὸ παιδίον, οὐκ ἐποίησε περίαπτα, μαρτύριον αὐτῷ λογίζεται. Filiolus erat æger, non ſuſpendit amuleta, id eſt imputatur in martyrium.* Dicuntur *περίαπτα, περιάμματα, ἐξαρτήματα,* quæ ferè cum magicorum verborum ſuſurro adhibentur. Quæ omnia vetita lege Dei Leuit. 19. *Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Non declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini.* cap. 20. *Anima quæ declinauerit ad Magos, & ariolos, interficiam illam.* Deutet. 18. lib. 4.

Reg.

A Reg. cap. 1. lib. 2. Paralip. cap. 33. *Manasses obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat, habebat secum Magos, & incantatores.* Act. 19. *Multi ex his qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Apronianus morti Hilarium, qui filium Magis in disciplinam dederat, authore Ammiano lib. 26. Sozomenus lib. 6. cap. 35. scribit, Philosophos, & Magos, qui vetitis artibus de Valentis successore inquisierant, ab Imperatore necatos. Bassianus confiscatus est, quia Magos consuluerat, an vxor mare prægnans esset, ait Ammianus lib. 29. Lollianus in exilium pulsus, quia librum magiæ exscripserat, narrante Nicephoro lib. 10. Histor. Eccles. Nicetas lib. 4. scribit, præstigiatori oculos erutos. Duodecim Tabulis, qui fruges excantassit, qui malum carmen incantassit, necari iubetur. Seruius ad hæc verba Virgil.

Atque satas alio vidi traducere messes.

B legem XII. Tabularum fuisse scribit; *Neue alienam segetem pellexeris.* Vide Plinium lib. 28. cap. 2. ψυχομαίτεις, ψυχαγωγοὶ, ψυχοπομποὶ, quia iniurij sunt in vita functos deportantur, aut morte mulctantur si qui sunt viliores. leg. 3. D. de sepulcro viol. leg. qui sepulcrum. C. eod. leg. multi. C. de malef. & mathemat. Leo constit. 65. capite mulctat eos qui magicis artibus, vel amore homines incendunt, vel fruges carminibus procurant. *εἴτις δὴ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης, τὴν ἐσχάτην εἰσπραχθήσεται ποινήν. Si quis deprehensus sit eiusmodi faciens præstigias, siue per speciem curãdi corporis, siue auertendæ à frugibus iniuriæ, vltimo supplicio afficiatur.* Caius Cornel. Hispallus Prætor peregrinus edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe, & Italia iussit anno vrbis D. C X I I I I. M. Popilio Lænate, Cn. Calpurnio Coss. lenibus atque ineptis ingeniis fallaci syderum interpretatione quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes,

C vt prodit Valer. Max. l. 1. Dio lib. 49. anno D. C C X X I. M. Agrippa Ædilis *τοὺς ἀστρολόγους, καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν, Astrologos, & Magos vrbe exegit.* In fragmentis Iurisconsultorum Pythoëi. Vlpian. lib. 7. de offic. Proconf. Præterca interdicta est Mathematicorum callida impostura, & obstinacitate persuasio. Nec hodie primùm interdici eis placuit, sed vetus hæc prohibitio est. Denique exstat Senatusconsultum Pomponio & Rufo Coss. factum, quo cauetur, vt Mathematicis, Chaldæis, ariolis, & cæteris, qui similem quæstum fecerunt, aqua & igni interdicatur, omniàque bona eorum publicenrur. Sæpissimè denique interdictum est, ferè ab omnibus Principibus, ne quis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret, & variè puniti sunt hi, qui id exercuerunt, pro mensura scilicet consultationis. Nam qui de Principis salute inquirerent, capite puniti sunt, vel qua alia grauiote pœ-

D na adfecti. Apul. Apolog. 1. Magia ista res est legibus delegata iam inde antiquitus, XII. Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus, quàm tetra, & horribilis, plerunque noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata, cui non modò seruorum, sed etiam liberorum pauci adhibentur. S. Augustin. lib. 8. de Ciuit. cap. 19. Cur enim ista plectuntur tam grauiter seueritate legum, si opera sunt numinum colendorum? Origen. homil. 13. in Num. Rectè Scriptura magia vti prohibet, quia Magorum ministri Angeli sunt refugæ, & spiritus maligni, & dæmonia immunda. Aquila Magos vertit *κρυφιαστὰς*, id est, *occultorum patratores,* L X X. Interpretes *σοφιστὰς, φαρμακοὺς, præstigiatores.* Festus; Tribus 35. aut priuilegia irrogare, aut de capite ciuis statuere, nisi maximo comitiatu, vetant XII. Tabularum leges, prætetquàm in veneficos, quíque malum carmen incantarint, quia ipsi indemnati iure oc-

E ciduntur. Plin. lib. 28. cap. 2. venefici indemnati occiduntur. Iosephus lib. 2. cap. 13. *τερατουργίας* vocat. Paulus lib. 5. Sentent. tit. 23. libri magici comburi iubentur. Vlpian. lib. 7. de offic. Proconf. Non scientia magicæ artis, sed professio prohibita est. Paulus Sentent. lib. 5. Non tantùm diuinatione quis, sed ipsa scientia, eiúsque libris meliùs fecerit abstinere Lucianus in Asino; *οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ φάρμακα δεινὰ ἐπιστάμενον, καὶ κακόν τι πολύμορφον ἠξίουν αὐθὺς ἔνδον πυρί με ἀποθανεῖν. Alij vt Magum, & maleficum rogabant vt statim igne necarer.* Paulus lib. 5. Sent. tit. 21. Vaticinatores qui se Deo plenos assimulant, idcirco ciuitate pelli placuit. Qui de salute Principis, vel summa Reip. Mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores cõsulit, cũ eo qui respondet, capite punitur. Si serui de salute dominorum consuluerint, cruce afficiuntur, consulti si responsa dederint, in metallum damnantur. C. Theodos. lib. 9. tit. 16. leg. 4. Nemo aruspicem consulat, aut Mathematicum, nemo ariolum. Augurum, & vatum praua confessio conticescat. Chaldæi, & Magi, & cæteri, quos maleficos, &c. Festus in fragmento; Vetant leges sacratæ, vetant XII. Tabularum leges priuatis hominibus irro-

Vu gari.

gati. Veneficos quinque & 30. tribus omnino non condemnât, quia ipsi indicta causa occi- A
duntur. Plato l. 11. de leg. ἐὰν μάντις, ἢ τερατοσκόπος καταδήσειν, ἢ ἐπαγωγαῖς τισὶν ἐπῳδαῖς βλάπτειν, τεθνάτω. *Si vates, aut prodigiorum interpres deuinctionibus, aut incantationibus illicibus læserit, capitale esto.* Libros magiæ vrere moris fuit, nec in hæreditate diuidere. leg. cætera. D. famil. hercisc. leg. legatos. D. de improb. legat. Imperator prohibet discere aut docere magicas disciplinas. leg. 4. C. de malef. Si quis aliquid fecerit, quo leues animi superstitione terreantur, D. Marcus in insulam relegandum hunc rescripsit. D. de pœnis leg. sacculariij. D. de extraordin. criminib. Magi cremantur viui. leg. 5. & 8 C. de malef. Qui vocat Magum in domum suam, deportatur in insulam, qui consulit Magos, gladio feriendus est, ibid. Elibert. Concil. cap. 6. Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria scelus perficere non potuit, in morte communione corporis Christi priuetur. Plin. magicis artibus nihil boni, malive præstari posse putat, si veneficia non veniant ad partes. lib. B
30. cap. 2. Immensum, & indubitatum exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero. Non enim ad eam discendam Neroni defuit vel ingenium, vel diligentia, vel qualibet facultas, vel studium, cùm eius discendæ auidissimus esset. quinetiam ad eam docendam Tiridates Armeniorum Rex nobilissimos Magos secum ducens venit ad eum, eósque magicis eum initiauit; sed is Regnum quidem à Nerone accepit, magiam autem, quæ nulla est, docere eum non potuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis vmbras, sed in his veneficas artes pollere, non magicas. Nouel. Iustinian. 22. Mulier à viro diuertere potest, qui μαγγανείαις, & ἀγυρτείαις σχολάζει, *incantationibus studet.* Paulus lib. 5. Sentent. ad leg. Cornel. de sicar. & venef. Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestiis obiici, aut cruci suffigi. Ipsi autem Magi viui exuruntur. leg. Nullus de malef. & math. vide Nouel. Leonis 65. τὴν C
μαγγανείᾳ χρωμένους capite mulctat. Incantatores capite plectuntur. leg. nullus Aruspex. C. de malef. Synod. IV. cap. 60. Qui se vatibus tradiderunt, vel illis qui centuriones dicuntur, vt discant quod sibi reuelari volunt, sexennio excommunicantur, & ij qui fortunam, fatum, genealogiam, aut similem verborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur, & qui nubes fugare dicuntur & imprecatores, & amuletarij, & vates. Centuriones esse aiunt, qui se aliis consulere mentiuntur, vrsorum altores in capite, & toto feræ corpore cingula suspendunt, & pilos attondentes vnà cum cingulis quasi prœbra quædam, & ad morbos remedia superstitiosè tradunt.

CAP. XXII. D

De adytis Aegyptiorum.

ARNOBIVS; Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina, & remoras furatus est disciplinas. Eusebius lib. 2. Præparat. Euangel. adyta Ægyptiorum commemorat pag. 39. καὶ μὴν ἄδυτα αἰγυπτίων, ἢ τυῤῥηνῶν νεκυομαντείαις σκοτῇ κατακεκρύφθων. μανικὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπων ἀπίστων σοφίσματα, ἢ πλάνης ἀκράτου κυβεύματα. *Certè adyta Aegyptiorum, & Thyrrhenorum necromantiæ caligine damnentur. furiosæ omnino fraudes sunt hominum infidelium, & erroris meri ludibria.* Clemens Alexandrinus lib. 1. stromat. ὁ πυθαγόρας περιτμηθεὶς, ἵνα δὴ ἢ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, τὴν μυστικὴν παρ' αἰγυπτίων ἐκμάθῃ φιλοσοφίαν. δημοσίᾳ ἐφιλοσόφησαν βραχμᾶνές τε σύμπαντες, ἢ ὀδρύσαι, ἢ γέται, ἢ αἰγύπτιοι, χαλδαῖοι τε, ἢ ἄραβες οἱ εὐδαίμονες. *Pythagoras circumcisus est, vt in adyta ingressus mysticam ab Aegyptiis disceret philosophiam. Publicè philosophati sunt Brachmanes omnes, & Odrysæ, & Getæ, & Aegyptij, & Chaldæi, & Arabes felices.* Celsus apud Origenem lib. 6. contra Cels. E
Ægyptios, Chaldæos, Magos eodem loco & numero ponit, eósque diuini aliquid habuisse censet. ἐνθεώτατα λέγει ἔθνη χαλδαίους, ἀφ' ὧν ἡ ἀπατηλὸς γενεθλιαλογία νενέμηται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἢ μάγους τοῖς ἐνθεωτάτοις καταλέγει ἔθνεσι, ἀφ' ὧν ἡ παρώνυμος ἔθνους αὐτῶν μαγεία, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἐπὶ διαφθορᾷ, ἢ ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων αὐτῇ ἐπιδεδήμηκε. νυνὶ δὲ ἔδοξε κέλσῳ ἐνθεώτατον εἶπεῖν ἢ τὸ αἰγυπτίων ἔθνος. *Celsus diuinam gentem vocat Chaldæos, à quibus orta est deceptrix Genethlialogia quæ homines perdit; sed & Magos numerat inter gentes maximè diuinas, à quibus magia & rem, & nomen reperit, quæ in exitium vtentium per varias gentes sparsa est. Nunc etiam visum est Celso Aegyptiorum genus maximè diuinum vocare.* Chaldæorum meminit S. Hieronymus ad cap. 11. Danielis; Quos, inquit, nos ariolos, cæteri ἐπαοιδοὺς interpretati sunt, id est, incantatores, qui

ver

verbis rem peragunt. Malefici sunt qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpe contingunt corpora mortuorum, Chaldæi, Genethliaci, Mathematici. Magiam appellat S. Augustinus lib. 10. de Ciuit. cap. 9. Non incantationibus, inquit, & carminibus nefariæ curiositatis antè compositis, quam vel magiam, vel detestabiliori nomine Goëtiam, vel honorabiliori Theurgiam vocant, &c. Illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellat. S. Clemens lib. 8. constit. Apost. aliis nominibus eos signat cap. 32. βλὰξ μάγος, ἐπαοιδὸς, ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπωδὸς, λώταξ ὀχλαγωγὸς, περίαμμα ποιῶν, περικαθαίρων, συμβολοδείκτης δοκιμαζέσθωσαν, *mollis Magus, incantator, astrologus, vates, præcentor, tibicen præstigiator, circulator, amuletarius, februator, verator, coniector probentur.* Sed de Ægyptiis disertè Iustinus quæst. ad Orthodoxos. 25. τίμια δὲ ἦν τότε παρ' αἰγυπτίοις μαθήματα τὰ ἱερογλυφικὰ καλούμενα τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις οὐ τοῖς τυχοῦσι, ἀλλὰ τοῖς ἐγκρίτοις παραδιδόμενα, ἀστρονομία δὲ καὶ ἀστρολογία παρ' αὐτοῖς τότε χυδαῖά τε, καὶ πεζὰ, καὶ ἀγοραῖα μαθήματα ἐλέγοντο. *Id temporis hieroglyphicæ scientiæ in pretio erant apud Aegyptios, quæ in adytis tradebantur lectissimis quibusque, non hominibus de triuio, Astrologia verò abiecta, circumforanea & vulgaris apud eos erat.* S. Clemens epist. ad Iacobum, εἰς αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις, καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι. *Ibo in Aegyptum, & adytorum sacerdotibus, & prophetis me intimum in amicitia faciam.* Non tantùm autem adyta Ægyptiorum celebrata, verùm & eorumdem libri magici, de quibus Lucianus in Philopseude; *Domus infestabatur à Dæmone, ego autem acceptis libris quos plures ex Aegypto de talibus rebus habeo, veni domum, & quàm maximè horrendo carmine Dæmonem exegi.* ἐγὼ δὲ τὰς βίβλους λαβὼν, εἰσὶ δέ μοι αἰγύπτιοι μάλα πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων, ἧκον εἰς οἰκίαν, καὶ προσχεσάμενος τὴν φρικωδεστάτην ἐπίρρησιν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, *vocem imitatus Aegyptiam.* Celsus apud Orig. Christum ob inopiam in Ægypto labore sumptum suum exercuisse, & operas ait locasse; vbi cùm potestates quasdam expertus esset, quibus gloriantur Ægytij, rediit in Iudæam magnificè de se sentiens, ob eas virtutes, quarum auxilio se Deum pronuntiauit. καὶ ὅτι οὗτος διὰ πενίαν εἰς αἴγυπτον μισθαρνήσας, κἀκεῖ δυνάμεών τινων πειραθεὶς, ἐφ' αἷς αἰγύπτιοι σεμνύνονται, ἐπανῆλθεν ἐν ταῖς δυνάμεσι μέγα φρονῶν, καὶ δι' αὐτὰς θεὸν αὐτὸν ἀνηγόρευσεν. Eusebius lib. 4. Præpar. καί τι καὶ χαιρήμων ὁ ἱερογραμματεὺς γράφει, ὡς καὶ τὰ παρ' αἰγυπτίοις θρυλλούμενα, καὶ αὐτά φησι, καὶ τὰ τοιαῦτα βιαστικώτατα. *Chæremon sacrorum scriba prodit apud Aegyptios vulgò iactari res eiusmodi efficacissimas, & maximè violentas.* Nectabis, qui & Nectenabo Rex Ægypti, insignis Magus fuit, de quo Georgius Monach. ὦχος αἴγυπτον ἀπώλεσεν βασιλεύοντος τοῦ νεκτεναβὼ τοῦ ποιήσαντος λεκανομαντείαν. ὁ δὲ ἔφυγεν εἰς μακεδονίαν, καὶ διὰ μαγγανείας ὀλυμπιάδι μιγνύμενος ἔτεκε τὸν ἀλέξανδρον. *Ochus Rex Persarum Aegyptum vastauit Rege Nectabi, qui diuinationem ex pelue factitabat. hic fugit in Macedoniam, & magicis artibus consuetudine vsus Olympiadis, genuit Alexandrum.* Callisthenes in vita Alexandri; νεκτεναβὼ ὅτε τῆς βασιλικῆς τιμῆς ἐξέπεσε, ἐκ τῆς ὀλυμπιάδος τὸν ἀλέξανδρον μαγγανείαις ἐγέννησε. εἴ ποτε τούτῳ δύναμις ἐπέβη τῶν πολεμίων, στρατόπεδα οὐκ ἠυτρέπιζε, ἀλλὰ θεὶς λεκάνην, ἐποίει λεκανομαντείαν. *Nectabis quo tempore excidit Regno, ex Olympiade magica fraude Alexandrum genuit. Si quando exercitus hostium in Aegyptum incubuerat, copias non cogebat, nec aciem instruebat, sed posita pelue Dæmonum ope vincere studebat.* Athanasius lib. de carne Christi apud Indos, Ægyptios, & Chaldæos magiam viguisse ait. Theodoret. lib. 5. aduersus Græcos; περὶ δὲ αἰγυπτίων περιττὸν οἶμαι λέγειν. καὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν φιλοσόφων οἱ πρῶτοι κρείττους εἶναι τούτους ἔφασαν τῶν ὀνομαστοτάτων παρ' ἕλλησι. ἐπαινοῦσι δὲ αἰγυπτίους ὡς σοφωτάτους. πολλὰς γάρ τοι ἕλληνες καὶ παρὰ τούτων ἔμαθον ἐπιστήμας. *Superuacaneum,* inquit, *puto de Aegyptiis dicere. Principes enim Philosophi apud Græcos fatentur Aegyptios Græcis omnibus esse sapientiores. Laudant Aegyptios vt sapientissimos; multas enim ab iis Græci accepere disciplinas;* vt apud Platonem initio Timæi ostendit Philosophus Ægyptius. Aristoteles lib. 2. de cælo cap. 12. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων λέγουσι οἱ πάλαι τετηρηκότες ἐκ πλείστων ἐτῶν αἰγύπτιοι. *Itidem & de ceteris stellis Aegyptij dicunt, qui plurimis iam antè annis hoc obseruauerunt.* παρ' ὧν πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων, *à quibus multa fide digna de singulis stellis accepimus.* Aristides 1. Rhetor. eos planos & fallaces esse ait, quorum ars de futuris quæcunque vel polliceatur consulentibus, vel minetur, ea modis, locis, ac mensuris non definiat; in vniuersum autem diuitias, inopiam, dolorem, gratiam pronuntiet; ipsa autem singula nominatim ac disertè non exsequatur: sed alia ex magnitudine eorum quæ apparent colligat, nonnulla ex instituto, & moribus singulorum, quædam ex similibus, nonnulla ex dissimillimis, vbique verò cogitationem aduocet, quòd hæc sola videatur coniicere, quamquam non in vniuersum. τῶν αἰγυπτίων τις οὐκ οἶδε τῶν ἐντετυχηκότων, ὡς ἄγε αὖ ἢ φοβήσῃ περὶ τοῦ μέλλοντος, ἢ ὑπόσχηται, τόν γε τρόπον, καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὸ μέτρον οὐκ ἔχει διορίσασθαι, ἀλλ' ἢ πλοῦτον, ἢ πενίαν, ἢ λύπην, ἢ χαρὰν, ἢ θάνατον, ἢ τὰ τοιαῦτα λέγει; αὐτὴ δὲ ἕκαστα οὐ συνείληφεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τὸ μέγεθος

τῶν φαινομένων, τὰ δὲ πρὸς τὰ νόμιμα εἰκάζει τὰ ἑκάστων. τὰ δὲ πρὸς τὰ ὅμοια. ἔστι δὲ ἃ καὶ πλεῖστον ἀλλήλων κεχωρισμένα, πανταχοῦ δὲ τὴν ἐπίνοιαν παρακαλεῖ. Author quæstion. ad Antiochum apud S. Athanasium putat viros pios à Magis, & veneficis lædi non posse. ἆρα ἰσχύει φάρμακον ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον; δίκαιον μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ προσεγγίσαι αὐτῷ, ἁμαρτωλὸν δὲ ναὶ τοῦ θεοῦ συγχωροῦντος. Idem ait fugari Dæmones si quis dicat è sexagesimoseptimo Psalmo hunc versiculum; ἀναστήτω ὁ θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.*

CAP. XXIII.

De Angelis.

ARNOBIVS; Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina, & remotas furatus est potestates. Angeli dicuntur Genij, seu Dæmones boni, & mali. Apud Christianos Angeli propriè boni; Dæmones mali. De Angelis Gregorius Nazianzenus, ἄγγελοι ἀγλαήεντες, ἀειδέες, οἳ ῥα θόωκον ἀμφὶ μέγαν βεβαῶτες, ἐπεὶ νόες εἰσὶν ἐλαφροὶ, πῦρ, καὶ πνεύματα θεῖα. εἷς πόθος ἀμφὶ ἄνακτα μέγαν θεόν. *Angeli lucentes, inaspectabiles, qui circa magnam Dei sedem eunt, quia mentes sunt agiles, ignis, & spiritus diuini, quibus vnum desiderium est, vt Regi magno Deo seruiant.* Hos Eusebius aduersus Hieroclem hominum congressus non dedignari ait, quia par est ægrotis Medicum adhiberi, præceptorémque disciplina sua imbutis præstò esse discipulis. Homo igitur prudens votis exposcat, de cælo adiutorem sibi aliquem, columénque adesse, à quo de cælesti felicitate doceri possit. εὔξαιτο δ' ἄν τινα ξυνεργὸν ἄνωθέν ποθεν ἐκ τῶν κατ' οὐρανὸν διατριβῶν ἐλθεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖσε διδάσκαλον αὐτῷ φανῆναι σωτηρίας. νοσοῦντι μὲν τὸν ἰατρὸν ἐπιφοιτᾶν θέμις, καὶ τὸν διδάσκαλον εἰσαγομένοις τοῖς μαθήμασι ξυμφέρεσθαι, καὶ τὸν ἄνω που, καὶ ἐν ὕψει ξυγκαθιέναι τοῖς ταπεινοῖς. ὁ θεὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ἔστιν ὅτε τὸν μάλιστα προσεχῶς εἰς τὴν τῶν ἐπὶ τῇ γῇ δὲ σωτηρίαν τε, καὶ ἀντίληψιν ἐκπέμπων. *Deus Angelum quempiam de maximè sibi adiunctis ad eorum, qui in terra agunt, salutem quandoque, vsumque demittit.* Dionysius lib. cælestis Hierarch. Angelos appellari ait, quia illustratio diuina in eos primùm transfunditur, & per eos illustrationes, quæ supra naturam hominis sunt, ad nos transmittuntur. ἄγγελοι λέγονται, διὰ τὸ πρώτως εἰς αὐτοὺς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἔλλαμψιν, καὶ δι' αὐτῶν διαπορθμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορίας. Angelos certè literæ sacræ sæpe Deos appellant, vt Psalm. 8. *Minuisti eum paulò minus ab Angelis, mielohim.* Quæ verba D. Paulus Epist. ad Hebr. cap. 2. de Angelis accipit. Dij enim dicuntur ob potentiam, qua cætera omnia longè superant. Idcircò dicti throni, ἄρχοντες, ἀρχαὶ, κυριότητες, ἐξουσίαι, δυνάμεις, *principatus, dominationes, potestates, virtutes.* Ethnici existimabant Angelos Christianis esse quasi minores Deos. Origenes lib. 5. in Cels. ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ἀγγέλους φαμὲν λειτουργικὰ ὄντας πνεύματα, καὶ εἰς διακονίας ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἀναβαίνειν μὲν προσάγοντας τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐντεύξεις, ἐν τοῖς καθαρωτάτοις τοῦ κόσμου χωρίοις, ἢ καὶ τοῖς τούτων καθαρωτέροις ὑπερουρανίοις· καταβαίνειν δ' αὖ ἐκεῖθεν φέροντας ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τῶν ἀπὸ θεοῦ τι αὐτοῖς διακονεῖν τοῖς εὐεργετουμένοις προστασσομένων. τούτους δὲ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, (libenter deleam illud, διὰ τὸ) καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτε ὀνομαζομένους γραφαῖς. *Inuenimus eos diuinos esse, & Deos interdum in sacris literis nuncupatos.* ita malo. ἀλλ' οὐχ ὥστε προστάσσεσθαι ἡμῖν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ θεοῦ σέβειν, καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ. πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου λόγου, καὶ θεοῦ, &c. *Confitemur*, inquit, *Angelos administros esse spiritus, in ministerium missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Ascendere enim vt offerant hominum obsecrationes, in purissimo mundi loco cælesti, & si quid supra cælum est purius. Descendere autem ex eo loco, vt ferant pro merito cuiusque, aliquid eorum quæ iubentur à Deo iis ministrare, ac largiri, qui beneficio afficiuntur. Cùm autem didicerimus eos à ministerio Angelos appellare, eosdem diuinos, & Deos in sacris literis nuncupari reperimus; non tamen ita vt præcipiatur nobis colere, & adorare pro Deo eos qui nobis ministrant. Omnem enim orationem, precationem, obsecrationem, gratiarum actionem ad Deum, qui est supra omnia, referre debemus per Verbum eius, qui Deus est, & viuus Pontifex supra omnes Angelos. Gratias etiam agemus ipsi Verbo, interpellabimus, vota, & preces ei offeremus, modo intelligamus quomodo hæc accipiantur, vel abusiuè, vel propriè. Angelos enim inuocare absque ipsorum de iis cognitione, cuius homo capax non est, non videtur rationi consentaneum.* Inde est quod cùm S. Ioannes procumbere vellet ad genua Angeli, vetuit ille, & dixit; *Vide ne feceris.* Neque enim cultus, qui Deo debetur, rebus creatis est tribuendus. Alius tamen & hominibus, & Angelis cul-

tus

A cus tribui poteſt, ob poteſtatem, aut ſanctitatem, ſine iniuria Dei. Neque enim iniurioſus fuit in Deum Iacob cùm procidens fratrem Eſau adorauit; aut Daniel cùm Nabuchodonoſorum; Nabuchodonoſorus cùm Danielem; neque nos cùm ante Reges in genua procidimus, cùm eos precamur, aliquid de cultu Dei detrahimus: cùm D. Paulus Romanos rogat, vt Deum pro ſe orent, non in Deum iniurioſus eſt. Neque enim iis defert cultum, qui Deo, propter eminentem, & immenſam maieſtatem, quæ cum rebus creatis communicari non poteſt, ſingulariter, & propriè debitus eſt; ſed defert honorem quemdam ciuilem, aut religioſum, ſi pietaris, ac virturis nomine aliquis honoratur. D. Paulus cap. 1. Epiſt. ad Hebr. ex Pſalm. 103. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Epiphanius pag. 199. τὰ γὰρ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους τεταγμένα εἰσί. κινούμενοι οἱ ἄγγελοι

B κινοῦσι τὰ ἔθνη εἰς ὁρμὴν ἐκδικίας. *Gentibus, ac populis Angeli præfecti ſunt. moti Angeli mouent gentes ad impetum vltionis.* Chryſoſtomus, τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάσσουσι ἄγγελοι, τοὺς δὲ φαύλους σκοτεινοί. *Sanctos cuſtodiunt Angeli lucem ferentes, malos tenebricoſi.* Syneſ. hymno 4.

> Ἕταρον δίδου ξυνάονον ἄναξ,
> Ἅγιον ἁγίας ἄγγελον ἀλκᾶς,
> Φίλον, ἱεροδότην, φύλακα ψυχῆς,
> Φύλακα ζωῆς, εὐχᾶς φρουρόν.
> Πνεῦμα δὲ σώζη καθαρὸν λώβας.
> Καὶ θυμοχαρεῖς δαίμονες εὐχὰν φυγέτωσαν ἐμάν·
> Ἀγαθοὶ δὲ ὁπόσοι μάκαρες νοεροῦ πρόπολοι γενέτου,
> Κατέχουσι βάθη, ἄκρα τε κόσμου,
>
> C
>
> Ἴλεω πρὸς ἡμῶν πατρὸς, ἵλεω δὲ λιτὰς
> Ἀνάγοιεν ἐμάς. ———
> *Da ſocium comitem, ô Rex,*
> *Sanctum ſancti roboris nuncium,*
> *Amicum, beneficum, cuſtodem animæ,*
> *Cuſtodem vitæ, & precum ac votorum.*
> *Animum ſeruet purum ab iniuria, & labe.*
> *Dæmones tenebricola meas preces fugiant.*
> *Quotquot autem beati, boni Angeli, miniſtri genitoris, qui mente ſola cernitur,*
> *Tenent ſumma, & ima mundi,*
>
> D
>
> *Placidi audiant Patrem, placidi preces meas*
> *Surſum ferant.* ———

Hierocles ad Pythagoræ aurea carmina, heroas illuſtres interpretatur Angelos, vt declarantes, & nunciantes nobis regulas ad bene viuendum. ἥρωας ἀγαυοὺς ἀγγέλους, ὡς ἐκφαίνοντας, καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωίαν κανόνας. Legendus eſt Hierocles pag 41. 42. & Dionyſius Areopag toto libro cæleſt. Hierarch. Æneſius Platonicus lib. de anima. ἀγγέλων τε, καὶ δαιμόνων πλήρης ὁ ἀήρ, πλήρης δὲ καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν πάντα, καὶ ὡς ἔφη τις παρ' ἡμῖν σοφῶν, κενὸν οὐδὲν, οὐδὲ ὅσον ἀθέρα, καὶ τρίχα βάλλειν, ὥστε κἂν ἐθελήσειεν εἰς μυρία ἔτη τὸν βίον ἀνθρώποις ἐπεκτείνειν, οὐκ ἂν οἶμαι τῇ τῶν ἀγγέλων, καὶ δαιμόνων πολυπληθείᾳ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ γένοιντο ἰσάριθμοι. *Angelis, & Dæmonibus plenus eſt aër, plena terra, mare, & omnia quæ ſub terra ſunt, & vt aliquis ſapientum apud nos dixit, vacuum nihil eſt, neque quantum ſtipulæ, aceris, aut pili*

E *iactus ſit, ita vt licet Deus velit hominibus vitam ad infinitos annos propagare, non putem fieri poſſe, vt animæ hominum, Angelorum, & Dæmonum numerum æquent.* Æneſius aut Angelos, & Dæmonas corporeos arbitratur, aut naturæ ſpiritalis vim, ac ingenium parum agnoſcit. Neque enim res corporis concretione ſolutæ loco circumſcribuntur, neque in loco ſunt corporeo; ſed in loco tantùm eſſe dicuntur, quatenus in eo agunt, aut corpora mouent. Vis certè eorum, & efficientia loco definitur, quia ſimul, & eodem tempore vbique agere non poſſunt, verùm in pluribus tantùm locis, ad quos eorum efficacitas pertinere poteſt. Minutius Felix; Oſthanes & verum Deum merita maieſtate proſequitur, & Angelos, id eſt, miniſtros, & nuncios Dei, ſed veri, eiúſque venerationi nouit aſſiſtere, vt & nutu ipſo, & vultu Domini terriri contremiſcant. Idem etiam Dæmonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos. Quid Plato, qui inuenire Deum negotium credidit, nónne & Angelos ſine negotio narrat, & Dæmonas? Oraculum Apollinis;

> Γνῶθι πρὸ ὑμῶν, θείας πρὸ κόσμου γενῆς

 ἄφθαρ[illegible]

Ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ὑμῶν χρείαν. A

Apud Æneam Gazæum in Theophrasti dialogo ita legitur.

Ἐκτίσθη πρὸ ὑμῶν, θείας τε κόσμου γονῆς
Ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ὑμετέρας χρείας.

Spiritus immortales ad vestros vsus creati sunt ante vos, & ante mundum à Deo conditum. Metaphrastes in S. Michaële Archangelo iucundam habet narrationem. ὅτε γὰρ οἱ λεγόμενοι Ἀργοναῦται κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν Ἑλλήνων ἀνέπλευσαν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν (dele καὶ) τοῦ καθελκυσμοῦ κατὰ (non καὶ) τὴν αὐτὴν χώραν, ἐπολεμήθησαν δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀμύκου τοῦ ἐν τῇ χώρᾳ βασιλεύοντος, καὶ φοβηθέντες τοῦ ἀνδρὸς τὴν δύναμιν, κατέφυγον ἐν κόλπῳ τινὶ κατάλσει, δασυτάτῳ πάνυ, καὶ ἀγρίῳ, καὶ ἐθεάσαντο ὀπτασίαν, καὶ δύναμίν τινα, ὡς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταπτᾶσαν αὐτοῖς ἀνδρὸς φοβεροῦ, ἔχοντος τοῖς B ὤμοις πτέρυγας ὥσπερ ἀετοῦ, ὅστις ἐχρημάτισεν αὐτοῖς τὴν κατὰ τοῦ Ἀμύκου νίκην, καὶ εὐχαριστοῦντες ἐκύλισαν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ὅπου τὴν ὀπτασίαν, καὶ τὴν δύναμιν ἑωράκασι, ἱερὸν στήσαντες ἐκεῖσε ὁμοίωμα τῆς παρ' αὐτῶν θεαθείσης δυνάμεως, καλέσαντες τὸν τόπον, ἤτοι τὸ ἱερὸν, σωσθένιον, ὅτι ἐκεῖ φυγόντες ἐσώθησαν. τοῦτο τὸ ἐκτύπωμα ἰδὼν μετὰ τὸ βασιλεῦσαι τοῦ Βυζαντίου ὁ θεοσυνεργητὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, εἶπε τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο τὸ ἐκτύπωμα ἀγγέλου ἐστὶ τοῦ τιμωμένου παρὰ τοῦ δόγματος τῶν χριστιανῶν. καὶ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ κτίσματι, καὶ εὐξάμενος τῇ νυκτὶ ἤκουσεν ὡς ἐν ὁράματι φωνῆς μεγάλης λεγούσης αὐτῷ. ἐγώ εἰμι Μιχαὴλ ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου σαβαώθ, καὶ ἐγερθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐκόσμησε τὸν τόπον ποιήσας κατ' ἀνατολὰς θυσιαστήριον ἐπονομάσας τὸν τόπον, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, φιλοτίμως ἑορτάζων τὴν ἐτήσιον σύναξιν. ναὸς τοῦ θείου ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, τοῦ ἐν ἀνάπλῳ. *Quando*, inquit, *Argonautæ, Græcia florente, longinqua nauigatione ad eum locum, qui dicitur Anaplus, redierunt, vt portum inirent, in eo tractu bello lacessiti sunt ab Amyco Rege, & metuentes hominis robur, in sinum quendam nemorosum, densum, & agrestem refugerunt, vbi visum eis obiectum est, & virtus quædam de cælo delapsa hominis* C *terrifici, qui alas aquilæ in humeris gereret. Is velut ex oraculo prædixit eis Amycum debellatum iri, cui gratiam reponentes, eo loci vbi visum viderant, sacrum simulacrum virtutis illius statuerunt, & locum Sosthenem vocarunt, quia eò confugientes seruati erant. Hoc simulacro viso Constantinus virtute Dei Augustus cùm Imperij domicilium Bizantij fixisset, suos monuit, simulacrum hoc Angeli esse, qui Christianis in cultu, & honore est. Et attonitus facie loci & fani, precibus se dedit, & de nocte quasi per visum vocem humana maiorem audiuit dicentem; Ego sum Michaël princeps militiæ Domini exercituum. cùm euigilasset Imperator, ornauit locum, & ad orientem altare exstruxit, fanúmque nomine Diui Michaëlis honestauit, vbi quotannis populi conuentus haberetur. Templum Archangeli Michaelis in Anaplo indigetatur.* Danielis cap. 10. Gabriel patronus, ac præses Iudæorum disceptat aduersus Persarum patronum, vbi Theodoretus ait Angelos singulos singulis hominibus esse attributos, Archangelos singulos singulis prouinciis. Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 3. & 6. scri- D bit 72. esse prouincias quibus 72. Archangeli præsint. Theodoretus in aporis; Si igitur, inquit, hic Angelus his præesse, ille illis iussus est, vnusquisque autem hominum sub tutela vnius alicuius Angeli est, eos substantiam habere circumscriptam loco certum est. Si igitur hoc verum est, vt est, loco indigent. Solus enim Deus, vt qui circumscriptus non sit, in loco non est. Si autem id quod loco circumscriptum est, in tempore est, quî fieri potest, vt Angeli ante cæli ac terræ conditum fuerint? Si enim quod ferat deest, vbi erit quod fertur? Non autem inter se colloquuntur aliter quàm cogitando. Et quod alius cogitauerit, eius quasi typus, & character in altero expressus reperitur, quasi alter alterius cogitata repræsentet cogitando. Non satis acutè philosophatur Theodoretus. Nec enim ex eo quod Angeli prouinciis singulis, & hominibus singulis præsint, sequitur eos esse loco circumscriptos. Nam & in cælo beato æuo fruuntur, & hic apud nos agunt, & res nostras di- E rigunt. Non enim aliter in loco sunt, quàm in loco agendo. Nulla est inter corporeum, & spiritale proportio; vnde sequitur Angelum spiritalem loco corporeo circumscribi non posse. Colloquia autem eorum fiunt, cùm superior ad inferiorem, inferior ad superiorem se conuertit. Illo enim puncto quo se alter ad alterum libero voluntatis motu cõuertit, Deus in Angelo ad quem fit conuersio, definit species, ac determinat, quibus alterius voluntas percipiatur. Nec enim conuersio inferioris habet eam vim, vt speciem in substantia superioris imprimat; sed cùm in eorum essentia rerum omnium formæ vniuersales, aut singulares impressæ à Deo sint, ab eodem, cùm res exigit, ad hoc, vel illud vniuersales illæ definiuntur. Illustrati potest inferior à superiori, non superior ab inferiori. Sed Theodoretum loquentem audiamus. εἰ τοίνυν ὁ μὲν ἄγγελος τούτων, ὁ δὲ ἐκείνων ἄρχειν ἐτάχθη, ἕκαστος δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τὴν ἑνὸς ἀγγέλου φροντίδα τελεῖ, εὔδηλον ὡς περιγεγραμμένην ἔχουσι τὴν οὐσίαν. εἰ δὲ τοῦτο

γενῶ

γονῶ ἀληθὲς, ὥσπερ καὶ ἀληθὲς, τοῦτο ἄρα προσδέονται. μόνον γὰρ τὸ θεῖον ὡς ἀπερίγραφον οὐκ ἐν τόπῳ. εἰ δὲ τὸ περιγεγραμμένον ἐν τόπῳ, καὶ ἐν χρόνῳ ἐστὶ, πῶς οἷόν τε προϋπάρχειν οὐρανοῦ καὶ γῆς τοὺς ἀγγέλους; εἰ γὰρ ὄντος οὐ φερόντος, πῶς ἔνεστι τὸ φερόμενον εἶναι; ὁμιλοῦσι δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ ἐστὶν αὐτοῖς διάλογος τὰ ἀλλήλων νοήματα. καὶ ἐὰν αὖ θάτερος νοεῖ, τοῦτο ὁ τύπος παρὰ τῷ ἑτέρῳ δέχεται, ὥσπερ ἀντιφανταζομένων ἑκάστων τὰ ἑκάστου νοήματα. Idem; De eo quod Angeli ascendebant, & descendebant in scala Iacob, in cuius vertice Deus stabat, ἐδήλουν (inquit) οἱ ἄγγελοι τὴν θείαν διακονίαν. ὁ θεὸς γὰρ πάντα πρυτανεύει διακόνοις χρώμενος τοῖς ἀγγέλοις, *indicabant Angeli diuinum ministerium. Deus enim omnia dispensat, & regit administris Angelis usus:* Choniates libro de animo docet, Angelos non ratiocinari, sed simplici mentis obtutu in sua ipsorum essentia res puncto temporis intelligere. Nec enim corpora species, & formas in Angelorum substantia imprimunt, quia corpora in res spiritales non agunt, nec ipsi Angeli è corporibus species eliciunt, sed innatas habent, & à Deo impressas rerum omnium naturalium formas. οὐδὲ τὸν φυσικὸν λόγον διὰ τῆς καθ᾽ ὁμοίωσιν κινήσεως προβιβάζουσι εἰς ἐνέργειαν, ἐπεὶ καὶ ὑψηλότερον ἔχουσι τὸ θεοειδὲς, καὶ τὸ θεοείκελον, οὐδὲ καθ᾽ ἡμᾶς προοδεύονται ἐξ ἀτελοῦς εἰς τὸ τέλειον, κατὰ τὴν ἐνδοθεῖσαν τῇ ψυχῇ δύναμιν πρὸς τὸν λόγον τῆς ὁμοιώσεως. *Neque naturalem*, inquit, *rationem perducunt in actum per motionem ad simile, quoniam sublimior eis Dei similitudo data est, neque ut nos ex imperfecto ad perfectius procedunt, secundum eam, quae hominis animae data est, virtutem ad rationem similitudinis.* Cùm autem Deus aliquid Angelis noui aperit, ac reuelat, nouas in eorum substantia formas imprimit, è quibus ea cognoscant quae aperiuntur. Chrysost. de Assumptione Domini; καθάπερ βασιλεὺς τὰ στρατόπεδα κελεύει ἐν ἑκάσταις καθέζεσθαι πόλεσι, μή ποτε βαρβαρικὸς πόλεμος ἐπαναστὰς καταδράμῃ τὰς πόλεις, οὕτω δὴ καὶ ὁ θεὸς, ἐπειδὴ καὶ δαίμονές εἰσιν ἐν τῷ ἀέρι τούτῳ βάρβαροι, καὶ ἄγριοι, καὶ πολέμους ἐγείροντες ἀεὶ, καὶ τῆς εἰρήνης ἐχθροὶ, ἀντικατέστησεν αὐτοῖς τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων, ἵνα φαινόμενοι μόνον αὐτοὺς καταστέλλωσι, ἵνα τὴν εἰρήνην ἡμῖν ἀεὶ πρυτανεύωσι. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἄγγελοι εἰρήνης εἰσὶ, ἄκουσον ἐν ταῖς εὐχαῖς ἀεὶ λεγόντων τῶν διακόνων, τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσασθε. εἰ γὰρ ἅπας ὁ ἀὴρ ἀγγέλων ἐμπέπλησται, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἐκκλησία. εἰ δὲ ἡ ἐκκλησία, πολλῷ μᾶλλον ἡ παροῦσα ἡμέρα, ὅτε ὁ δεσπότης αὐτῶν ἀναλαμβάνεται. ὅτι γὰρ ἅπας ἀὴρ ἀγγέλοις ἐμπέπλησται, ἄκουσον τί φησιν ὁ παῦλος, ἐντρέπων τὰς γυναῖκας, ὥστε ἔχειν καλύμματα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. *Quemadmodum imperator*, inquit, *in singulis ciuitatibus praesidia militum disponit, ne Barbarorum incursu diripiantur; ita & Deus opposuit Angelorum copias barbaris illis Daemonibus qui aërem obsident, &c. Et ut discas Angelos esse pacificos, audi apud Ecclesiam dicentes Diaconos in precatione*; petite à Deo Angelum pacis. *Si enim omnis aër Angelis repletur, multo magis Ecclesia. Si autem Ecclesia, multo magis hodierna dies, quando Angelorum Dominus in caelum assumitur. Quod enim uniuersus aër Angelis plenus est, disce ex Paulo, qui hortatur mulieres ut capita velent propter Angelos.* Clemens lib. 8. consti. Apost. fol. 143. pag. 1. σὲ προσκυνοῦσι ἀνάριθμοι στρατιαὶ ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, δυνάμεων, στρατιῶν αἰωνίων, τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα σεραφὶμ fol. 139. pag. 1. χερουβὶμ, σεραφὶμ, αἰῶνας, στρατιὰς, δυνάμεις, ἐξουσίας, ἀρχὰς, θρόνους, ἀρχαγγέλους, ἀγγέλους. Vide Dionysium Areopag. in Hierarchia caelesti. *Te adorant innumeri exercitus Angelorum, Archangelorum*, &c. *& Seraphim sex alis praediti.* Epiphan. de sepultura corporis Christi. μυριάς μυριάδας ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἐξουσιῶν, θρόνων, ἑξαπτερύγων, ἀπτερύγων, πολυομμάτων, ἀομμάτων, οὐρανίων ταγμάτων, ἅτε δὴ ὡς οἰκεῖον δεσπότην, καὶ βασιλέα τιμῶσι. *Decies mille myriadas Angelorũ, Archangelorum, potestatũ, thronorum, eorum qui sex alas habent, qui alis carent, qui pluribus oculis instructi sunt, eorũ qui nullis, caelestium ordinũ, qui omnes Christum agnoscunt, & colunt, ut Dominum & Regem.* Sex alas iis tribuit ex c. 6. Esai. alis carere ait, & oculis, quia spiritales naturae alis, & oculis corporeis carẽt. Chrys. hom. 1 de Iob. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξουσιῶν εἰσὶ φανεροὶ στρατιῶται, ἄλλοι δὲ ῥυπαροὶ καὶ ταπεινοὶ, πρὸς τὰς τιμωρίας ἀφωρισμένοι, οὕτω πρὸς τὰς λειτουργίας ἀγαθὰς, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίας ἄγγελοι ἅγιοι ἀποστέλλονται, πρὸς δὲ κατὰ τῶν ἀνόμων ἀνθρώπων τιμωρίας οἱ δαίμονες ἐπιτρέπονται. *Sicut in exercitu, aut Republica, sunt alij honorati viri, alij sordidi, & carnifices, qui reos securi percutiunt; ita & inter Angelos alij sordidi sunt, malefici, tortores, qui poenas hominibus à Deo indictas infligant, alij honorati, & benefici.* καὶ ὅπως ἄκουε. ὅτε τῶν ἁγίων ἀγγέλων μέμνηται παῦλός φησι, οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα; ὅθεν δῆλον ὅτι οἱ μὲν ἅγιοι ἄγγελοι ὑπηρετοῦσι τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ, οἱ δὲ πικροὶ δαίμονες τῇ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρίᾳ. *Quomodo id fiat audi. Ubi S. Paulus sanctorum Angelorum meminit, ait; An non omnes sunt administratorij spiritus? unde clarum est, bonos Angelos seruire hominum saluti, acerbos Daemones suppliciis, quibus peccatores vexantur.* Ad illa verba Dauidis, *immissiones per Angelos malos.* εἰ τοίνυν δαίμονές εἰσι καὶ ἀφηνιάζουσι τῇ προθέσει, ἀλλὰ ὑπὸ τὸν ζυγὸν κεῖνται τῆς δουλείας, καὶ κελεύονται ὡς δήμιοι πράξαι τὰ προστεταγμένα. οὐκ εἶδες καὶ τοὺς παρ᾽ ἡμῖν ἄρχοντας, ὅταν μὲν μετὰ τιμῆς τινὰ καλῶσι, πῶς ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, κούρσωρας καλουμένους ῥωμαϊστὶ, ὅταν δὲ μετ᾽ ἀτιμίας τινὰς ἕλκωσιν, ἑτέρους ἐκπέμπουσι στρατιώ-

tas. Dæmones igitur licèt habenas consultò excußerint, sub seruitij tamen iugo iacent, & iubentur vt carnifices facere imperata. Non animaduertisti Magistratus, & Principes apud nos, cùm honorificè aliquẽ vocãt, quomodo cursores mittant; cùm ad dedecus aliquem trahunt, alios mittunt milites. Aristoteles Angelos, & intelligentias agnouit lib. 12. Metaphys. cap. 8. ex eo quod nullum corpus in loco suo situm per se moueatur; at corpora cœlestia in suo loco sita mouentur. Igitur cùm à seipsis non moueantur, ab alio moueri necesse est. mouentur itaque ab intelligentiis. Vnde doceuit tot esse substantias natura immortales, sempiternas, per se immobiles, magnitudine carentes, quot sunt sphæræ cælestes quæ mouentur. τοσαύτας οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι, τήν τε φύσιν ἀιδίους, καὶ ἀκινήτους καθ᾽ ἑαυτάς, καὶ ἄνευ μεγέθους, ὅσον ἐστὶ τὸ πλῆθος τῶν σφαιρῶν. Rabbi Moses singulis globis cælestibus tribuit animam quæ sit eorum forma, & motrix. Motricem animam agnosco, formam esse nego. Alij moueri quoque cælum vi formæ suæ volubilis, ac perfectæ. Democritus casu. Meliùs sentiunt qui ab Angelis superiora corpora moueri docent, inferiora à superioribus corporibus, vt Aristotel. lib. 8. Physic. cap. 6. Iob. cap. 9. *Sub quo curuantur qui portant orbem.* Vnde & virtutes cælorum dicuntur Matt. 21. Quia si vi formæ mouerentur, quies eorum esset contra naturam. Deinde nisi mouerentur ab Angelis, nullus esset nexus quo corpora & spiritus in hoc vniuerso sese iungerentur. Theodoretus notat in aporis, ante Abrahamum nemini Deum per Angelos quid vellet enuntiasse. μέχρι τῆς ἀβραὰμ τελευτῆς οὐδεὶς τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων δι᾽ ἀγγέλων ὁ τῶν ὅλων διελέχθη θεός. Moses Angelorum non antè meminerat, quàm vbi de Agare, & Ismaële egit. ἐπὶ τῆς ἄγαρ πρώτης ἀγγέλων μνήμην ἐποιήσατο μωσῆς.

CAP. XXIV.

De Dæmonibus.

ARNOBIVS; Angelorum potentium nomina, & remotas furatus est potestates. Arnobius Angelos potentes vocat Dæmones, quorum nomina cientur à Magis, quos plerique veterum corporatos esse putarunt, narrante Psello lib. de operat. Dæmon. καὶ βασίλειος δὲ ὁ θεῖος οὐ δαίμοσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀχράντοις ἀγγέλοις ἐπιθεῖναι σώματα διατείνεται, οἷά τινα πνεύματα λεπτά, καὶ ἀερώδη, καὶ ἄχραντα. *Quin & diuinus ille Basilius non Dæmonibus solis, verùm & intemeratis Angelis corpora inesse contendit, quasi tenues quosdam, aëreos, defæcatósque spiritus.* Hoc vult Psellus patum ex vero, cùm fide Catholica firmite[illegible]eneamus, ipsis mundi nascentis exordiis duo substantiarum genera ab omnipotenti Deo creata esse, quarum alia corporea, ex materia, & forma conflata sit, alia spiritalis è materia concreta non sit. Nec Pselli ratio valet dicentis τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων σωματώδη λέγειν. ὃ δὲ λεπτομερές ἐστι, καὶ τὴν ὄψιν διαφεύγει οὐ μόνον οἱ καθ᾽ ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἐκτὸς ἀξιοῦσι λέγειν, *crassiora corpora veteres propriè corporea dixisse. Quod autem perexiguum est, & pertenue, nec sub aspectum cadit, nec tactius exponitur, id incorporeum non solùm Religionis nostra, verùm etiam externæ superstitionis antistites appellandum censent.* Tum verò quid sibi velit Psellus non satis capio, cùm ait; καὶ τὸ μὲν ἀγγελικὸν σῶμα πάντῃ πᾶσιν ἐστὶν ἄυλον, διὸ καὶ διὰ πάντα ἐστὶ στερεοῦ διαδῦνον, καὶ δῦον, καὶ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐν ἀπαθέστερον, &c. *Et Angelicum quidem corpus omni prorsus materia vacat; quo fit etiam vt per omne solidum penetrare, ac permeare posit, ipsóque solari radio minus afficiatur. Dæmonum verò corpora etiam sub tactum cadunt.* Mera mapalia Cadunt sub tactum, si ascititio, & factitio aliquo aëreo corpore sese vestiunt. Idem Dæmonum sex genera statuit, quorum primum lelurion vocat, id est, διάπυρον, *igneum*, quod in superiori aëre versetur, proxime elementum ignis: alterum aërium in inferiori aëre, qui nos circumfundit: tertium τὸ χθόνιον, *terrestre*: quartum τὸ ὑδραῖόν τε, καὶ ἐνάλιον, *aqueum, & marinum*: quintum τὸ ὑποχθόνιον, *subterraneum*: vltimum τὸ μισοφαὲς, καὶ δυσαίσθητον, *lucifugum, vixque sensu præditum.* Cæterùm omnia hæc Dæmonum genera Dei & hominum odio flagrare. Psellus ait, τῶν περὶ σελήνης τόπων, ὡς ἱερῷ τι βέβηλον ἀπεληλάσθαι δαιμόνων πᾶν, *ex Luna adiacentibus locis tanquam ex sacro prophanum quidpiam expulsum esse omne Dæmonum genus.* Quidam tamen Dæmones Lunares, & Solares agnoscunt. Lunares σεληνιακοὺς, καὶ ἔκφρονας, *cerritos, fanaticos, & dementes* reddunt. vnde apud Nonnum lib. 44. Dionysia. Luna ipsa μανίης μεδέει, καὶ λύσσαν ἀγείρει, *vesania dominatur, & rabiem ac furorem cumulat.* Solares Dæmones in oculos ius habent, quos μετέχειν τοῦ φωτὸς ἡλιακοῦ, *luminis solaris participes esse* Ægyptij affirmant, vt Porphyrius docet libris de abstinendo ab animatis. Idem Dæmonas aerios πορθμεύοντας τὰ παρ᾽ ἀνθρώπων θεοῖς, καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, *qui deferunt*

ferunt res hominum ad Deos, & quæ Deorum sunt ad homines. Dæmones terrestres nonnulli homines esse volunt, aërios heroas, æquoreos, & aquaticos nymphas. Theocriti Scholiastes, ὑδραίους, καὶ ἐναλίους δαίμονας νύμφας, τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι δαιμόνια, *Dæmones forma feminea.* Hierocles ad Pythagoram, ἡ τοῦ καταχθονίου δαίμονος πρόσρησις οὐδενὶ ἄλλῳ προσήκει ἢ τῷ φύσει μὲν ὄντι ἀνθρώπῳ, σχέσει δὲ γενομένῳ δαίμονι. *Terrestris Dæmonis appellatio nulli alij conuenit, quàm ei qui natura homo sit, habitu Dæmon.* Omnino, quicquid Ægyptij, & Platonici balbutiant, Dæmones omnes siue in aëre, in terra, in specubus, in fodinis, siue sub terra agant, vnius sunt generis, natura incorporei, qui corpora factitia sibi sponte, qualia volunt, asciscunt, siue sint ij quos veteres succubos, incubos, inuos appellarunt, siue quas Nymphas Oreadas, Dryadas, Naidas, Nereidas dixerunt. Subterraneos Dæmones Zoroastres canes appellat, ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι οὔ ποτε ἀληθὲς σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνῦντες: *ex sinu terræ exsiliunt canes terrestres, qui nunquam verum signum mortali homini ostendunt.* Proclus in Hesiodum, εἰκότως εἰς τὸν ὑποχθόνιον τόπον καταδύντες, ἐν ᾧ τὸ ἄτακτον συνώσεται τοῦ κόσμου, καὶ τὸ θηριοφανὲς τῶν δαιμόνων γένος, οὓς κύνας εἴωθε τὰ λόγια καλεῖν: *meritò in locum subterraneum subeuntes, in quo id quod mundi turbidum est detruditur, & ferina specie Dæmonum genus, quos canes oracula vocant.* S. Athanasius in vita S. Antonij; ὁ μὲν οὖν ἐχθρὸς μετὰ τῶν ἑαυτοῦ κυνῶν τοσαύτας ἔχει τὰς πανουργίας. *Diabolus inimicus cum suis canibus tot habet fraudes.* Quò respexit Poëta:

—— Stygiásque canes sub luce serena
Destituam. ——

Ibidem Proclus rationem aperit qua nos Dæmones pessimè afficiunt, οὐ κατάρχοντες ἡμῶν, ἀλλ' εἰς ὑπόμνησιν ἄγοντες. τῷ γὰρ ἐν ἡμῖν φανταστικῷ συνεγγίζοντες πνεύματι πνεύματα καὶ αὐτοί γε ὄντες, τῶν παθῶν, καὶ τῶν ἡδονῶν ἐνηχοῦσι λόγους, *non quod nobis dominentur, sed quod nos instigent, & commonefaciant. Cùm enim ipsi spiritus sint fantasticum, seu imaginatiuum, quo præditi sumus, spiritum subeuntes, nescio quos affectuum, voluptatúmque sermones insusurrant,* οὐ φωνὰς ἀφιέντες τὰς μὲν πληγῶν, καὶ ψόφων, ἀλλὰ ψόφον τινὰ παρ' ἑαυτῶν ἐνιέντες λόγους, *non quod voces aërem ferientes & sonoras emittant, sed susurros quosdam quibus verba sua suggerunt.* Meliùs Theodorus Carum Episcopus; οὐχ οὕτως λεγόμενον κύριον ἡμῶν γεγονέναι τὸν διάβολον, ὡς βίᾳ κρατοῦντα, ἀλλ' ὅτι ἀσθενήσαντες διὰ τὰς ἁμαρτίας, λοιπὸν ὡς νοσεροὶ, καὶ εὐχείρωτοι τῷ διαβόλῳ γεγόναμεν ῥᾳδίως, καὶ εὐχερῶς εἰς τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ ἡδονὰς ἐναγόμενοι. *Non ita dicimus Diabolum dominari nobis quasi per vim imperet, sed quia peccatis debilitati, deinde vt ægroti facilè à Diabolo superamur, & in eius peccata, & voluptates inducimur.* Aristoteles lib. de spiratione, τὰ μὲν τῶν ζώων ἐκ γῆς πλεῖον συνέστηκε, τὰ δὲ ἐξ ὕδατος, τὰ δὲ ἐξ ἀέρος, τὰ δὲ ἐκ πυρός. ἕκαστα δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἔχει τὴν τάξιν αὐτῶν. *Animalium alia ex terra multa coniuncta sunt, quædam ex aqua, nonnulla ex aëre, plura ex igne. In suis quæque locis ordinem habens.* Quæ ex igne coaluisse ait, veteres Philosophi Dæmonas vocarunt. Porphyr. lib. 3. ἀποχῆς. οὐ κακῶς δέ τινες κἂν τὸν τόπον πεπείρανται πολλὰ δεικνύναι μᾶλλον ἡμῶν ἐμφρονέστερα ὧν εἴληχεν. ὡς γὰρ τὰ κατὰ τὸν αἰθέρα εἰκότως ἐστὶ λογικά, οὕτω φασὶ τὰ μετ' ἐκεῖνον εὐθέως τὸ πλησιάζειν εἰκότως ὑπαῖα τὰ ἐν ἀέρι, εἶτα τὰ ἔνυδρα διαφέρειν. *Non malè aliqui ostendere conantur, multa animalia ex locis quæ sortita sunt nobis sapientiora esse. Vt enim ea quæ in æthere habitant, ratione prædita sunt, ita dicunt, ea quæ in aëre, quiætheri proximus est, & in aqua viuunt, differre.* Philo Iudæus lib. de Gigantib. οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν. ψυχαὶ δ' εἰσὶ κατὰ τὸν ἀέρα πετόμεναι. ἀνάγκη γὰρ ὅλον δι' ὅλων τὸν κόσμον ἐψυχῶσθαι τῶν πρώτων καὶ στοιχειωδῶν μερῶν ἑκάστου τὰ οἰκεῖα, καὶ πρόσφορα ζῶα περιέχοντος. γῆς μὲν τὰ χερσαῖα, θαλάττης δὲ καὶ ποταμῶν τὰ ἔνυδρα, πυρὸς δὲ τὰ πυρίγονα. λόγος δὲ ἔχει ταῦτα κατὰ Μακεδονίαν μάλιστα γίνεσθαι. οὐρανοῦ δὲ τοὺς ἀστέρας. ἔστιν οὖν ἀναγκαῖον καὶ τὸν ἀέρα ζώων πεπληρῶσθαι. *Quos alij Philosophi Dæmonas, Moyses Angelos solet vocare. Ij autem animæ sunt in aëre volantes. Necesse est enim, vt vniuersum hoc per omnes partes animantium sit, quæ singulæ animalia habeant naturæ suæ accommodata. Terra quidem terrestria, mare & fluuij aquatilia, ignis pyrigona, quæ in Macedonia plerisque locis reperiri aiunt, cælum astra. Necesse igitur est, vt aër animalibus plenus sit.* Aristoteles lib. 3. de generat. animal. scribit, τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη, *quadam ratione omnia anima plena esse.* Origenes lib. 8. aduersus Celsum ostendit, Dæmonum appellationem semper in deterius accipi, vt significet malos genios. Ibidem; Celsus καλεῖ ἓξ καὶ τριάκοντα ὀνόματα βαρβαρικῶν δαιμόνων, οὓς μόνοι αἰγυπτίων μάγοι καλοῦντες, οὐκ οἶδα ὅπως ἐπαγγέλλονται ἡμῖν τὰ κρείττονα· δαίμονας λαχόντας ἡμῶν τὰ σώματα, καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιστατεῖν ἀποφαινόμενος μέρους τοῦ σώματος ἡμῶν, δαιμόνων καλουμένων, καὶ ἰωμένων τὰ τῶν μερῶν παθήματα, &c. *Vocat 36. nomina barbaricorum Dæmonum, quos soli Aegyptiorum Magi inuocantes, non noui quomodo nobis meliora polliceantur. Idem ostendit Dæmonas nostra corpora sortitos, & vnumquemque præesse vni parti nostri corporis, qui inuocati sanent earum partium morbos. eos Dæmonas propria lingua nominant, Chnumen,*

Chnachu

Chnachumen, Cnat, Sicat, Bin, Eru, Erebin, Remanor, Recanoor. Dicunt plerosque circumterraneos Dæmones genituræ, cruori, nidori, melodiis, deuinctos, affixósque nihil amplius posse quàm sanare corpora, & ventura hominibus prædicere. Is qui curiosus est circa Dæmonum nomina, virtutes, actiones, incantationes, herbas Dæmonibus peculiares, gemmásque & sculpturas referentes, formas Dæmonum siue symbolicas, siue quascunque alias. Celsus eodem lib. τὸ περιεργαζόμενον δαιμόνων ὀνόματα, καὶ δυνάμεις, καὶ πράξεις, καὶ ἐπῳδὰς, καὶ βοτάνας οἰκείας δαίμοσι, καὶ λίθους, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γλυφὰς καταλλήλως τῶν παραδεδομένας, εἴ τε συμβολικῶς, εἴ τε οἵαις ποτὲ μορφαῖς δαιμόνων. Inter Dæmones quosdam asini crure apparere docet Psellus, qui dicti sint ὀνοσκελεῖς. S. Athanas. in vita S. Antonij; qui vidit bestiam pube tenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in asinam finiebatur. Erat Dæmon ὀνοσκελής. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte sua pingens, hoc tantùm ait, &c. Dæmones enim varias species oculis obiicere possunt, loqui per statuas, arbores, & feras, & alia eiusmodi patrare. Quod docet Andreas Cæsareæ Episcopus sub Theodosio iuniore ad cap. 37. Apocalyp. Narrat, inquit, Apollonius Dæmones incantationum, & præstigiarum vi per imagines, & statuas, per arbores rursum, & aquas, per alia huiusmodi sæpe loquutos. Arbitror & per mortuorum cadauera loqui posse. Nam & Simon Magus in B. Petri Apostolorum coryphæi, multorúmque Romanorum præsentia mortuum hactenus exsuscitauit, quatenus sese mouere palàm videretur, etsi interim Apostolus imposturam, hoc est, virtutem, qua falsò eum excitauerat, aperuit, & vim qua mortui verè resurgunt publicè declarauit. Prudētius in Vincentio Martyre ingenium Dæmonum pulchrè describit.

Adsunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum,
Vestræ & salutis aucupes,
Vagi, impotentes, sordidi,
Qui vos latenter incitos
In omne compellunt scelus.

S. Augustin lib. de var. quæst. cap. 79. Quando videntur Magi imperare, per sublimiorum nomina inferiores terrent. Lactant. lib. 2. cap. 14. Magorum quoque ars omnis ac potentia Dæmonum aspirationibus constat, à quibus inuocati visus hominum præstigiis obcæcantibus fallunt. Magi Dæmonum nomina in libris scribebant. Origen. lib. 6. contra Cels. ἑωρακέναι φησὶ παρά τισι πρεσβυτέροις τῆς ἡμετέρας δόξης τυγχάνουσι βιβλία βάρβαρα, δαιμόνων ὀνόματα ἔχοντα, καὶ τερατείας. *Celsus ait se vidisse apud quosdam presbyteros nostræ religionis libros continentes barbara Dæmonum nomina, & præstigias*; quod negat Origenes. Subiungit Psellus; Vt enim Sole lucente aër varios colores, & formas assumit, atque in corpora eorum capacia transmittit, vt in speculis videre est; sic etiam dæmonia figuras, & colores, & quascunque voluerint formas assumentia, eas in animalem spiritum nostrum traiiciunt, consilia suggerunt, formas subindicant, voluptatum memoriam refricant, & affectuum simulacra subinde nobis tam vigilantibus, quàm dormientibus excitant, imò etiam membra ventri subiecta titillationibus, & illecebris demulcent, atque in vesanos, & exsecrandos amores succendunt; tum maximè si calores humidos nobis à natura insitos administros habeant. τὰ ἐν ἡμῖν ὑπογάστρια γαργαλισμοῖς ἐρεθίζοντες, εἰς ἐμμανεῖς, καὶ παρανόμους ἔρωτας ὑποθήγουσι. Ibidem ait, in oppido Elasone quendam à Dæmone obsessum futura prædixisse. ἀνήρ τις ἐνεργούμενος δαίμονι τὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα χρησμολογῶν ἀπεφοίβαζεν. *Vir quidam nescio quo infessus Dæmone cùm pleraque vaticina furens ederet.* Dixit autem se diabolicas artes ab errone quodam Afro didicisse. Is me, inquiens, noctu in montem abduxit, herbámque quandam degustare iussit, mihique mox in os inspuens, & oculos collyriis circumliniens, multitudinem Dæmonum videndam exhibuit, ex quibus quendam veluti coruum inuolantem, & mihi per os in præcordia penetrantem sensi. Iam ex ea die futura prædicere mihi contigit de quibuscunque rebus, & quotiescunque agitanti me Dæmoni collibuerit. ἐξ ὧν οἷον κόρακός τινος ἰδεῖν ὁμοίου ἐπιπτάντος, καὶ διὰ στόματος ὑποδύντος ἔνδον. Idem scribit, Dæmones qui in humidis locis viuunt, & molliorem habitum, victúmque amant, in aues & fæminas sese transformare, quas Græci Naidas, Nereidas, & Dryadas vocant. Quotquot in locis aridis, seu tesquis inhospitis versantur, eis subarida quoque corpora esse, cuiusmodi onosceles asininis cruribus, & in viros, canes, leones se transformare. ὅσοι μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς βιοῦσι, καὶ τὴν μαλθακωτέραν στέργουσιν ἀγωγὴν, ὄρνισί τε καὶ γυναιξὶ ἐμφερεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦσι. Idem negat, Dæmonum aliquos esse fæminei sexus; quod tamen Magi quidam credidere. Sic enim in veteri codice scripto leges,

A ges; ἐπυθόμην δὲ ἐγὼ τοῦ δαίμονος εἰ ἐισὶ θήλεα δαιμόνια, τοῦ δέ μοι φήσαντος εἶναι, ἰδεῖν ἐθελόμην ἰδεῖν, καὶ ἀπελθὼν ἐλέγχειν ἐμπροσθεν μὲ τὴν ὀνοσκελοῦ μορφὴν ἔχουσαν περικαλῆ, καὶ δέρμα γυναικὸς ἔχουσαν, κινουμένη δὲ ἡμιόνου. *Interrogaui Dæmonem, an aliqui Dæmones fæminei sexus essent, illo affirmante, videre volui, & is egressus in conspectu meo posuit onoscelen speciosam, cute fœmina bene colorata vestitam, crure asini fultam.* Idem ait, Dæmonas verba minautia anuum timere, καὶ ῥᾶστα χαρεῖσθαι τοῖς περιττώμασι, λέγω δὴ σιέλοις, καὶ ὄνυξι, καὶ θριξὶ τοῦ τε μιαροῦ τε γοήτων γένους: *facilè ab impuro illos incantatorum genere excrementis cicurari, putà saliuis, vnguibus, & capillis.* Quin etiam plumbo, cera, tenui filo Dæmones reuincti execrandis illis abiurationibus tragicas affectiones excitant. καὶ μολίβδῳ, καὶ κηρῷ, καὶ λεπτῇ προσδεθέντα μίτῳ διὰ τῶν ἀθεμίτων ἀφορκισμῶν πάθη τραγικὰ καλλιεργάζονται. Idem ait, Dæmonas gladiorum mucrones expauescere, καὶ τοῦτ' εἰδότες οἱ τῶν ἀποτροπιασμῶν τεχνάζομενοι, βελόνας, ἢ μαχαίρας, ἢ αὖ μὴ προσπελάζειν ἐθέλωσι κατ' ὀρθὰς ἱστῶσι,

B *id scientes Dæmonum auerruncatores, quocunque eos accedere velle præsentiscunt, ibi acus, aut gladios cuspidibus erectis infigunt.* Idem ait, Dæmonas solam habere πρόγνωσιν συμβολικὴν, *prænotionem coniecturalem*, non ἐπιστημονικὴν, *scientiæ efficientem*, non αἰτιώδη, καὶ νοερὰν, *causalem, & intellectualem.* Hoc teneto, spiritus à corporibus nihil sibi timere.

CAP. XXV.

De ministerio Dæmon.

C ARNOBIVS; Ergóne illa quæ gesta sunt, Dæmonum fuere præstigiæ? Magos Angelis, & Dæmonibus vti administris ad magicas artes docet S. Augustinus lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 19. cap. 21. Angelos esse Dæmones nuntios, & interpretes, quos Magi verborum, & herbarum quarumdam vi cogere posse ad responsa sibi persuaserant. Lucanus lib. 7.

Quis labor hic superis, cantus, herbasque sequendi,
Spernendique timor, cuius commercia pacti
Obstrictos habuere Deos? parere necesse est?
An iuuat? ignota tantum pietate merentur?
An tacitis valuere minis? Hoc iuris in omnes
Est illis superos? An habens hæc carmina certum
Imperiosa Deum? qui mundum cogere, quicquid
Cogitur ipse potest? ————

D Deum illum maiorem Dæmogorgona Luctarius esse putat, cuius dicto nomine reliqui ad omnia cogebantur. Statius lib. 4. Thebaid.

Illum sed triplicis mundi quem scire nefastum est.

Orpheus;

τόφρα δὲ κικλήσκειν μακάρων ἄρρητον ἑκάστου
οὔνομα. ————
Tunc nominare nomen ineffabile quodque beatorum.

Vereor vt audiendus sit Psellus lib. de operat. Dæm. πάντα τὰ δαιμόνια φῦλα θρασέας, καὶ δειλίας ἔμπλεα εἶναι, πλέον δὲ δὴ τῶν ἄλλων τὰ πρόσυλα. *Omnia Dæmonum genera audacia, & timoris plena esse, sed omnium maximè, Dæmones materiæ obstrictos.* Aëtios enim quibus plurimum so-

E lertiæ est, si quis increpuerit, increpantem discernere norunt, nec alius ab eorum vexatione liber esse potest, nisi qui sanctitate vitæ Deum colat, tremendúmque Dei verbi nomen diuina potentia fretus accinat. Dæmones autem materiæ obstricti, veriti ne in abyssos, & loca subterranea relegentur sibique ab Angelis eò amandantibus timentes, quoties interminatur aliquis se eos in illa loca relegaturum, καὶ τὰς τῶν εἰς τὸν τεταγμένων ἀγγέλων ἐπιλέγει κλήσεις, *& nomina recenset Angelorum quibus ea partes demandatæ sunt*, timent, & valdè turbantur. Præ stoliditate enim discernere non possunt cum qui minetur. Sed & si anicula, aut vetulus aliquis inhonorus, & vietus eiusmodi comminationes effutierit, timent, & abeunt, quasi qui comminantur comminationes suas exsequi, & implere possint. Exemplum de Angelis est qui aliis castigandis impositi sunt lib. 1. Enoch. ἀποκριθεὶς ῥαφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν ἀζαὴλ χερσὶ, καὶ ποσὶ, συμπόδισον αὐτὸν, καὶ ἔμβαλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος, καὶ ἄνοιξον τὴν ἔρημον τὴν οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ δουδαὴλ, καὶ ἐκεῖ πορευθεὶς βάλε αὐτὸν, καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς, καὶ

καὶ λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκησάτω ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμαζον, καὶ φῶς μὴ θεωρείτω. *Vade Raphaël, & ligato Exaël manibus, & pedibus, compedibus eum adstringe, & inijce in tenebras, & aperi solitudinem quæ est in deserto Dodoël, & eò profectus mitte eum, & impone ei* (lego ἐπίθες) *lapides acutos, & asperos, & cooperito eum caligine, & illic habitet in æuum, & eius visum occlude, & ne lumen videat.* In testamento Salomonis dicuntur δυνάμεις καταργοῦσαι δύναμιν ἐκείνου, καὶ ἐκείνου δαίμονος, *virtutes quæ infringunt potestatem huius, vel illius Dæmonis.* Porphyrius apud Theodoret. serm. 3. in Græcos. διὰ μὲν τι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐπιτελεῖται. τούτους γὰρ μάλιστα τὴν τούτων προεστῶσαν τιμῶσιν οἱ τὰ κακὰ διαπραττόμενοι. πλήρεις γάρ εἰσι πάσης φαντασίας, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ, διὰ τῆς τερατουργίας, καὶ διὰ τοῦ φίλτρα, καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζειν οἱ κακοδαίμονες. *Omne negotium per contrarios spiritus perficitur. qui enim mala præstigijs & magicis artibus præstant, hi maximè honorant potestatem quæ præest. Pleni sunt enim omni fantasia, & ad decipiendum apti, patrandis miraculis, & philtris præparandis, mali isti Dæmones.* Certum est Dæmonum alios alijs superiores esse, & Magos nobiliores ac peritiores vti Dæmonibus nobilioribus, qui inferiores expellant, & coerceant. Augustinus lib. 9. cap. 9. de Ciuit. Porphyr. lib. 2. ἀποχῆς. πᾶσα ἀκολασία, καὶ πλούτων ἐλπὶς, καὶ δόξης διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον. βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος, οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται. *Omnis intemperantia, & spes diuitiarum, ac gloriæ, & maximè deceptio fit per hos Dæmones. mendacium enim his proprium est. Volunt enim esse Dij, & potestas quæ ipsis præest, videri Deus esse maximus. Hi gaudent libatione, & nidore, quibus rebus adipantur.* Hoc postremum ineptè. Dion. Laertius scribit εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα, κατ' ἀπόρροιαν ὑπὸ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι, *aërem plenum esse idolis, quæ per defluxum ab exhalatione se in oculos insinuent.* S. Antonius apud S. Athanas. πολὺς δαιμόνων ἐστὶν ὄχλος ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ἀέρι, καὶ μακρὰν οὐκ ἐστὶν ἀφ' ἡμῶν. *Magna turba Dæmonum est in hoc nostro aëre non longè à nobis.* Alcinous cap. 5. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς, καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι, ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζώου κρείττονος θνητῆς φύσεως. *Sunt autem & alij Dæmones, quos Deos genitos vocare libet, in singulis elementis, alij visibiles, alij inuisibiles, in æthere, igne, aëre, & aqua, vt nulla mundi pars anima careat, aut vita quæ mortali potior sit.* Sunt hæc deliria Platonicorum. Trithemius in lib. quæst. ad Maximilian. Cæsar. quæst. 5. quærit, in quo genere animalium, aut spirituum reponendi sint Pygmæi, & Gnomi, Nymphæ, vel Vndenæ, quæ Naides, Sylui, Syluani, Melusinæ, Vulcani, Salamandræ sint. Risum mihi mouet Zozimus Panopolites, qui δαιμόνων γένος εἶναι φησὶ ὃ χρῆται γυναιξὶ, *Dæmonum genus esse ait, qui fœminis abutantur*, vnde Gigantes nati, à quibus χημεία, *ars chemica* orta. Eos Angelos vocant ἐγρηγόρους, *vigiles*, apud Cedrenum pag. 7. 11. 52. de quibus in libro apocrypho Enoch, qui è Gigantibus natos esse Naphelim ait, quorum filij Eliud, è quibus φαρμακοὺς ἐδίδαξε φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια. Mera mapalia. Iudæorum figmenta sunt. Librorum tamen Enoch meminit S. Augustin. lib. de Ciuit. 15. cap. 23. Clemens Protrept. pag. 17. μάγοι δὲ ἤδη ἀσεβείας τῆς σφῶν αὐτῶν ὑπηρέτας δαίμονας αὐχοῦσι, ἱκέτας αὐτοὺς ἑαυτοῖς καταγραψάμενοι, τοὺς κατηναγκασμένους δούλους ταῖς ἐπαοιδαῖς πεποιηκότες. *Magi gloriantur Dæmonas administros esse suæ impietatis, supplices sibi eos describentes, & seruos carminibus suis esse cogentes.* Quare apud Eusebium lib. 5. Præparat. pag. 114. Porphyrius se turbari fatetur, quod Dæmones, qui vt potentiores inuocantur, vt imbecilliores parere cogantur, & seruos suos iusti, & æqui cultores esse cùm velint, ipsi iussi iniusta facere sustineant. Ei enim qui à Venere purus non sit vocanti non paruerint. Ipsi autem seruos suos, imò & quoslibet ad Venerem illegitimam non dubitant incendere, vt scribit idem author epistola ad Anebo Ægyptium. πάνυ δέ με θράττει πῶς ὡς κρείττους παρακαλούμενοι, ἐπιτάττονται ὡς χείρους, καὶ δίκαιον εἶναι ἀξιοῦντες τὸν θεράποντα, τὰ ἄδικα αὐτοὶ κελευσθέντες δρᾶν ὑπομένουσι, &c. Pythagoras Rhodius Dæmones non lætari aiebat, cùm vi sacrificiorum euocantur, sed necessitate quadam trahi, qua sequi coguntur vocantem, alij magis, alij minus. Quidam vbi consueuerint se præsentes præbere, quasi ex consuetudine faciliùs adsunt, maximè boni natura Angeli. Alij etsi præstò esse consueuerint, damnum aliquod afferre cupiunt; maximè si quis incuriosiùs in hoc munere versari videatur. ὅτι οὐχ ἥδονται οἱ κληιζόμενοι ἐπὶ ταῖς θυσίαις θεοὶ, ἀνάγκη δέ τινι ἀκολουθίας συρόμενοι παραγίνονται. Cui rei fidem faciunt oracula.

> Τίπτε μ' ἀεὶ θέοντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χατίζων
> Θειοδάμοις Ἑκάτην με θεὰν ἐκάλεσσας ἀνάγκαις;
> *Cur me ab æthere semper currente, & quare sic egens*

Hecaten

A *Hecatêm necessitate Deorum domitrice huc euocasti?* Alius ait;

Κλῦθί μου οὐκ ἐθέλοντος, ἐπεί μ' ἀπέδησας ἀνάγκῃ.

Audi me nolentem, quia me illigasti necessitate.

πνεῦμα γὰρ τὸ κατιὸν, καὶ ἀπόῤῥοια ἐκ τῆς ἐπουρανίου δυνάμεως εἰς ὀργανικὸν σῶμα, καὶ ἔμψυχον εἰσελθοῦσα, βάσει χρωμένη τῇ ψυχῇ, διὰ τοῦ σώματος ὡς ὀργάνου φωνὴν ἀποδίδωσι. *Spiritus subiens, & defluxus ex cælesti virtute in corpus organicum animatum ingressus, vtensque anima quasi fundamento, per corpus vt instrumentum vocem edit.* Dæmones autem vocati, & per vim ab homine detineri se ægrè ferentes, solui postulant.

Λύετε λοιπὸν ἄνακτα, βροτὸς θεὸν οὐκ ἔτι χωρεῖ.

Dimitte deinceps Regem, homo diutius Deum detinere non potest.

B Item;

Λύσατέ μοι στεφάνους, καὶ μου πόδας ὕδατι λευκῷ

ῥάνατε, καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καί γε μόλοιμι.

Χειρὸς δεξιτερῆς δάφνης κλάδον ἄρατε χερσὶ,

Ψήχετε ὀφθαλμοὺς διδύμους, ῥινάς τε προσώπου,

Ἄρατε φῶτα γαίηθεν ἀναστήσαντες ἑταῖροι.

Soluite mihi (ait Dæmon) *coronas, & mihi pedes alba aqua*

Abluite, & lineas delete, & abibo.

Abiicite è manibus ramum lauri, quem dextra manu geritis,

Fricate oculos geminos, & nares,

Tollite hominem è terra suscitantes socij.

C Lineas, ait Porphyrius, deleri iubet, vt abeat, quibus detinebatur. πῶς ἂν εἶεν θεοὶ, μαγγανείαις ταῖς διὰ τοιῶνδε σχημάτων, καὶ γραμμῶν, καὶ τύπων, στεφάνοις τε, καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς ἄνθεσι, καί πουν ἄλλοις ἀσήμοις, καὶ βαρβάροις ἤχοις τε, καὶ φωναῖς κηλούμενοι, καὶ τοῖς τυχοῦσι ἀνθρώποις χειρούμενοι, καὶ ὥσπερεὶ δεσμοῖς καταδεδεμένοι; *Quomodo Dij sint ij, qui astricti tenentur præstigiis talium figurarum, linearum, characterum, coronis, & floribus è terra, & aliis quibusdam obscuris, & barbaris sonis, & vocibus nihil significantibus demulceri se patientes, & hominibus nihili parentes, quasi vinculis mancipati sint?* ait Eusebius lib. 5. Præparat. Iis qui lentiginem habent non obsequuntur numina, nec cerni se patiuntur, ait Plinius lib. 30. cap. 2.

Παῦε δὴ περίφρον ὀάρων, ἀνάπαυε δὲ φῶτα,

Θάμνων ἐκλύων πολιὸν τύπον, ἠδ' ἀπὸ γυίων

Νηλείην ὀθόνην χερσὶν στιβαραῖς ἀπαείρας.

Desine (ait Dæmon) *callide magicum murmur, & hominem quiescere fine,*

D *Virgultorum dissoluens canum characterem, atque à membris*

Sanum amiculum lineum manibus fortiter exuens, & tollens.

Vulgò malè τάμνων legitur. Vbi admoneo, Dæmonem nullo ritu, nullo carmine, aut murmure, nullo amictus genere cogi posse à Mago, vt inuitus præstò sit, sed cùm pactus sit tacitè, aut disertè, ac expressim, adfuturum se, quoties certi ritus adhiberentur, vt homines decipiat, promissis stare; neque enim res corporeæ spiritum deuincire possunt, aut homines aliquid iuris in Dæmones habent: sed ipsi sponte si quid habent fidei, obstringunt, interdum fidem pulchrè liberant, interdum mentiuntur, & fallunt. Quod docet Porphyrius; ἀκήλητον γὰρ, καὶ ἀβίαστον, καὶ ἀκαταναγκαστον τὸ ἀπαθές. μάταιαι γοῦν αἱ λεγόμεναι ἀνάγκαι θεῶν. *Dæmon cùm pati nequeat, neque demulceri, neque cogi, aut necessitate compelli potest. Vana igitur sunt necessitates quibus Dij compelluntur.* Subiungit Porphyrius, ἀπὸ ἐμψύχων μὲν ἀποχῆς κελεύουσι δεῖν

E καθαροὺς εἶναι τοὺς ὑποφήτας, ἵνα μὴ τοῖς ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀτμοῖς χραίνονται. αὐτοὶ δὲ ἀτμοῖς θυσιῶν τοῖς ἀπὸ ζώων μάλιστα δελεάζονται, καὶ νεκροῦ μὲν ἄθιγῆ δεῖν εἶναι τὸν ἐπόπτην, διὰ νεκρῶν δὲ τὰ πολλὰ ζώων αἱ θεαγωγίαι ἐκτελοῦνται. *Et prophetas, ac famulos suos abstinere iubent animatis, ne polluantur vaporibus corporum; ipsi autem nidoribus sacrificiorum animantium maximè inescantur, & Epoptam suum, ac sacerdotem abstinere contactu cadaueris iubent, ipsi per animalia mortua Dij euocari se volunt.* Maximè autem absurdum est, hominem nihili, cuilibet obnoxium, mentiri se minas intentantem terrere non tantùm Dæmonem, aut animam mortui hominis, sed ipsum Regem Solem, & Lunam, aut cælitum aliquem, vt vera dicere cogantur. Dicere enim, quod Magus solet, nisi Dæmones paruerint, cœlũ se quassaturum, & arcana Isidis enuntiaturum, & quod in abysso est opertum, ac tacendum ostensurum, & turrim insanam excitaturum, & membra Osiridis cum Typhone sparsurum, quis furoris excessus est, cùm ea minetur se facturum, quæ neque scit, neque potest? Dæmones ipsi τοὺς καταδέσμους κατ' ἀλλήλων ἐξηγερθήκασι, de-

uinctiones alij aduersus alios enuntiarunt. Porphyrius libro de oraculis. Non tantùm Dæmones hominibus indicarunt sua studia, & instituta, τὴν πολιτείαν αὐτῶν, verùm & quibus gaudeant, & capiantur, atque adeò cogantur; quæ sacrificia adhibenda sint, qui dies vitandi, quæ figura, & quanta simulacrorum; quibus formis appareant, quibus in locis versentur. Minutius Felix in Octauio; Spiritus sunt insynceri, vagi, à cælesti vigore terrenis labibus, & cupiditatibus degrauati. Isti igitur spiritus posteaquàm simplicitatem substantiæ suæ, onusti, & immersi vitiis perdiderunt, ad solatium calamitatis suæ non desinunt perditi iam, perdere, & deprauati, errorem prauitatis infundere, & alienati à Deo, inductis prauis religionibus à Deo segregare. Eos spiritus Dæmonas esse Poëtæ sciunt, Philosophi disserunt, Socrates nouit, qui ad nutum & arbitrium assidentis sibi Dæmonis, vel declinabat negotia, vel petebat, &c. Plato Dæmonas vult esse substantiam inter mortalem, immortalémque, id est, inter corpus & spiritum mediam, terreni ponderis, & cælestis leuitatis admixtione concretam, ex qua manare in nos cupidinem amoris, & dicit informari, & labi pectoribus humanis, & sensum mouere, & affectus fingere, & ardorem cupiditatis immittere. Isti igitur impuri spiritus Dæmones sub statuis, & imaginibus consecrati delitescunt, & afflatu suo auctoritatem quasi præsentis numinis consequuntur. Dum inspirantur interim vatibus, dum fanis immorantur, dum nonnunquam extorum fibras animant, auium volatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt falsis pluribus inuoluta. nam & falluntur & fallunt, &c. Clemens lib. 3. stromat. ἀμέλει διὰ φροντίδος ἐστὶ καὶ τοῖς μάγοις, οἴνου τε ὁμοῦ, καὶ ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι. λατρεύουσι δὲ ἀγγέλοις, καὶ δαίμοσι. *Nimirum cura est Magis, vt Venere, vino, esu animantium abstineant, & Angelos, ac Dæmonas colant.* Iustinus Apolog. 2. Simonem quendam commemorat, qui sub Claudio Cæsare ministerio Dæmonum virtutes magicas operabatur. διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικάς. Clemens Alex. lib. 6. stromat. Nonnulli aiunt pestes, grandines, procellas, cæteráſque eiusmodi labes, non è sola materia quæ malè affecta sit, nasci; sed & ira, & odio Dæmonum maleficorum. Addunt Magos apud Cleonas seruare de cælo, nubibúsque ad grandinem, & hyemem compositis, auertere minas irati numinis carminibus & suffitibus. φυλάττοντας τὰ μετέωρα τῶν χαλαζοβολήσειν μελλόντων νεφῶν, παρατρέπειν ᾠδαῖς, καὶ θυμιάμασι. Tertul. Apologet. Si Magi phantasmata edunt, si Dæmones eis assistunt. Æneſius lib. de anima. ὁ γοῦν πυθαγόρας ὁ ῥόδιος μέλλων ψυχομαντείαν παραδιδόναι, τίνες οἱ καλούμενοι τὸ πρῶτον ἐπεζήτει, θεοὶ οἱ δαίμονες, ἢ τούτων ἀπόῤῥοιαι. τέλος περὶ τοῦ δαίμονος ἀπόῤῥοιαν εἶναι τὸ φάσμα. *Pythagoras Rhodius psychomanteam traditurus, primùm quærit, qui vocentur, Diine an Dæmones, an eorum defluxus. Demum eò progreditur, vt id quod videtur dicat Dæmonis esse defluxum.* Galenus lib. 6. simplicium ait, Pamphilum quendam scripsisse ἐπῳδὰς τῶν βοτανῶν, καὶ δαιμόνων ἱερὰς βοτάνας, *excantationes herbarum, & sacras Dæmonum herbas.* Theurgia dicta est Dæmonum inuocatio magica, quæ falsam animis purgationem pollicetur, ait B. Augustinus lib. 10. Ciuit. cap. 10. Quæ purgatio fit simplici fide, atque fiducia pietatis, non goëtea, aut Dæmonis inuocatione, vt ibidem Augustinus capite 27. Iustinus Apolog. 2. necromanteas, seu necyomanteas, puerorum incorruptorum inspectiones, ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, humanarum animarum euocationes, oneropompos qui dicuntur à Magis, & paredros commemorat, ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ, καὶ πάρεδροι. Eorundem meminit Euseb. lib. 4. Histor. Eccleſ. cap. 7. εἰς φανερὸν τὰς μαγείας ἐκδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μετεωρολογοῦντες σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιέργειαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπόμποις τε, καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι. *Rogabant eum vt magicas artes in publicum ederet, oppidò triumphantes in iis, quæ curiosis istis artibus ab illis fierent, philtris, oneropompis, & paredris quibusdam Dæmonibus.* Dæmones oneropompi, *somnia mittentes*, paredri, *assessores*, quos Carpocrates induxerat. Per hos eosdem Dæmones, vt Plato in Sympoſio autumat, cuncta denuntiata, & Magorum varia miracula, omnésque præsagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero prædicti, eurant singuli eorum prouidè, vt est cuique tributa prouincia, vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis, cæterísque adeò per quæ futura dignoscimus. Quæ cuncta cælestium voluntate, & numine, & authoritate, sed Dæmonum obsequio, & opera, atque cura fiunt, vt Apuleius lib. de Deo Socrat. Georgius Monach. in Chron. ἡ μὲν γὰρ μαγεία ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς σύστασιν, ὥσπερ τὰ τοῦ ἀπολλωνίου τοῦ τυανέως θεσπίσματα δι' ἀγαθῶν γεγόνασι. γοητεία ἐπίκλησίς ἐστι τῶν κακοποιῶν δαιμόνων, ὅθεν καὶ γοητεία κέκληται, ἀπὸ τῶν γοερῶν, καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τῶν τάφων γινομένων. φαρμακεία δέ ἐστι

διά

A διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον ἢ δόθη τινὶ διὰ στόματος. *Magia est inuocatio Dæmonum beneficorum, vt boni aliquid fiat, vt oracula Apollonij Thyanei per bonos Angelos facta. Goëtea est inuocatio maleficorum Dæmonum, dicta à nænia & lesso lamentabili, seu ialemo ad tumulos. Veneficium, cum mortifero quodam preparatu ad amorem conciliandum aliquid alicui propinatur.* Callisthenes in Alexandri vita; Nectenabo θεὶς λεκάνην ἐποίει λεκανομαντείαν, καὶ θεὶς ὕδωρ πηγαῖον εἰς τὴν λεκάνην ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ἐκ κηροῦ πλοιάρια, καὶ ἀνθρωπάρια κήρινα. ἐτίθει δὲ εἰς τὴν λεκάνην, καὶ στολὴν ἐνέδυ προφήτου, κατέχων τῇ χειρὶ ῥάβδον ἐβένου, καὶ στὰς ἐπεκαλεῖτο σὺν ἐπουρανίους θεοὺς ταῖς ἐπῳδαῖς, καὶ ἀέρια πνεύματα, καὶ σὺν καταχθονίους δαίμονας, καὶ τῇ ἐπῳδῇ ἔμπνοα ἐγίγνετο τὰ ἀνθρωπάρια τῇ λεκάνῃ, καὶ οὕτω ἐβαπτίζοντο. εὐθέως δὲ βαπτιζομένων αὐτῶν τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ πλοῖα, καὶ τὰ πολέμια τῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἀπώλλοντο. *Nectabus posita pelue faciebat diuinationem ex pelue, & posita aqua ex fonte iugi in peluem manibus impleuit nauigiola è cera, & homunculos è cera. Eáque posuit in pelue, & stolam induit*

B *propheta, tenens manu virgam ebeni, & stans inuocabat Deos cælites carminibus, & spiritus aërios, & Dæmones terrestres, & homunculi excantatione eius animabantur in pelue, & lauabantur. Statim autem vt loti erant, nauigiola in mari, & hostium exercitus peribat.* Iustinus, siue quis alius auctor est quæst. orthodoxar. quæst. 81. docet, Dæmones fascinare oculos hominum, vt ea videre se putent, quæ non vident. οἷς δὲ ὁ Χριστὸς ἔτι ἄπιστος, ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦσιν αὐτοὶ οἱ δαίμονες τὴν πλάνην, καὶ τὰ φαντάσματα, οἷς ἐγγαστρίμυθοι κέχρηνται πρὸς τὸ λαλεῖν, καὶ πράττειν τὰς μαντείας, λόγια, καὶ ἔργα, οὐκ ἔστιν ἀληθινὰ σώματα, ἀλλὰ φαντάζουσιν οἱ δαίμονες τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων, ὡς σώματα ὁρᾶν τὰ μὴ σώματα. *Quibus Christus adhuc ignotus est, in illis Dæmones errorem efficiunt, & phantasmata, quibus ventriloqui vtuntur ad loquendum, & diuinandum, oracula, & opera, non sunt vera corpora, sed Dæmones imponunt oculis, vt cernere se putent corpora quæ nulla sunt.* Porphyrius libro de electorum philo-

C phia. διὰ μὲν γε τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐπιτελεῖται. τούτους γὰρ μάλιστα, καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπραττόμενοι. πλήρεις γάρ εἰσι πάσης φαντασίας, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας. διὰ τούτων φίλτρα, καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες. πᾶσα γὰρ ἀκολασία, καὶ πλούτων ἐλπὶς, καὶ δόξης, διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον. βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις, δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν, καὶ σωματικὸν πιαίνεται. *Per contrarios, & maleficos Dæmones omnis incantatio perficitur. Maleficos enim Dæmones, & eorum præsidem ac principem ij qui per incantationes mala perpetrant, maximè honorant. Pleni enim sunt omnis generis imaginibus, & idonei vt decipiant per miracula patrata. Horum ope infelices amatoria præparant, ac philtra. Omnis enim diuitiarum ac gloriæ spes, & libido omnis, fit per hos Dæmones, & maximè deceptio. mendacium enim proprium est ipsis. Volunt esse Dij, & ea potestas quæ ipsis præest, Deus maximus haberi vult. Dæmones isti sunt qui libationibus, & ni-*

D *dore sacrificiorum gaudent, quibus rebus adipantur.* Ænesius libro de anima scribit fuisse apud Chaldæos, Ægyptios, & Græcos iam olim planos, qui ritus prophanos instituerint, & animas mortuorum euocaturos se pollicerentur, & incantationibus ducerent, ac traherent eas quò vellent. Si Homeri animam euocare vellent, Gallo gallinaceo sacrificantes, & characteres subscribentes dicebant eam euocari, & ostendi. καὶ μὲν παρὰ χαλδαίοις, καὶ αἰγυπτίοις, καὶ ἕλλησιν ἐγένοντο οἱ τὰς τελετὰς ἐγείροντες, καὶ γοητείαν τῶν πάλαι τελευτησάντων ψυχὰς ἐπαγγελλόμενοι, καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς ἄγειν τε, καὶ ἕλκειν ὅπως ἂν ἐθέλωσι. εἰ τὴν ὁμήρου ψυχὴν ἐθέλουσι καλεῖν, ἀλεκτρυόνι θύοντες, καὶ χαρακτῆρας ὑπογράφοντες λέγουσι προσκαλεῖσθαι, καὶ δεικνύναι (fortè δεικνῦσθαι.) An hæc tibi satis esse videntur de Angelis potentibus? an plura quæris de ingenio Dæmonum, & natura? Hæc insuper, si lubet, habe, ad nauseam vsque. Dæmones quasi δαήμονες dicuntur, id est, *scientes*, eo loco habiti, vt apud Pollucem lib. 1. τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον, καὶ τὸ δαιμόνιον, *Deus & Dæ-*

E *mon eidem vsui sint.* Theognis:

> Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσι.
>
> *Deus pecunias das etiam homini pessimo.*

Plutarchus lib. de orac. defect. dubitat, an Zoroastres, an Orpheus, an Ægyptij, an Phryges primi Dæmonas posuerint, qui sint mediæ cuiusdam naturæ inter Deos, & homines. Ibidem existimat Dæmones mortales esse, & ἐννακισχίλια ἔτη, καὶ ἑπτακόσια, καὶ εἴκοσι τὸν τῶν δαιμόνων ζωῆς, *& viuere nouem millia annorum, & septingentos viginti annos.* Plato in Cratylo, Philo, Iosephus Dæmones inuos, incubos, succubos esse docent, qui fæminas adamarint, & cum iis concubuerint. Meliùs dici potuit, qui semen quod à dormientibus per somnium eiicitur, excipiant, asseruent, & in vuluas fæminarum immittere possint. Tertul. lib. de Idololat. cap. 9. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores fæminarum. Iosephus lib. 1. origin. S. Iustin. Martyr Apolog. vtraque, Athenagoras in Apolog. Clemens Alex. lib. 3. & 5. stromat. Lactant. lib. 2. cap. 15. S. Cyprian. lib. de discot. & hab. virg. Euseb.

Xx 2 lib 5.

lib. 5. Præparat. Gregor. Nyſſenus lib. de nat. hom. Dæmones ex ſe gignere, & ſobolem tollere poſſe ſcribunt. Peſſimè. Meliùs Seneca in Hercule furente; A

Mortale cælo non poteſt iungi genus.

Plato in Sympoſ. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, *homini Deus non miſcetur.* Apul. lib. de Deo Socratis; Nullus Deus miſcetur hominibus. S. Chryſoſtomus homil. 22. in Geneſ. negat Dæmones cum mulieribus coire poſſe. Vide S. Auguſtin. lib. 15. de Ciuit. cap. 23. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 22. Pan iuus, ἐφιάλτης Paniſciæ. Hoc tenendum, cùm Dæmones ſentientis, & nutrientis facultatis ſint expertes, de ſe mittere ſemen non poſſe. Arnobius lib. 5 Plutarchus in Numa, ex hominis ſemine ab incubo mulierem parere poſſe oſtendunt. Ineptus eſt Pſellus, qui Dæmones eſſe ἐμπαθεῖς, *paſsioni obnoxios*, ait, ὥσπερ καὶ σπερμαίνειν τούτων ἐνίους, καὶ σκώληκας ἀπογεννᾶσθαι τοῖς σπέρμασι, *ita vt eorum quidam ſemen emittant, & in ſemine vermes generentur.* Meliùs Baſilius Epiſcopus Seleuciæ ſerm. 2. de Noë, πῶς γὰρ ἄσαρκος φύσις ἀγγέλων ἐπιθυμίᾳ τῶν σωμάτων ἡλίσκετο; ἀόρατος φύσις τροφῆς ἀνενδεής, οὐκ εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ μεμερισμένη. φύσις ἄσαρκος οὐ συμπλέκεται σώμασι. *Quomodo natura Angelorum incorporea amore corporũ caperetur? natura eſt inuiſibilis non indiga cibi, non in marẽ, & fæminã diuiſa. Natura carne carens non commiſcetur cũ corporibus.* S. Cyprian. Nequiſſimi ſpiritus ſub ſtatuis ac imaginibus conſecratis deliteſcunt. Hi afflatu ſuo vatum pectora inſpirant, extorum fibras animant, auium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt, falſa veris ſemper inuoluunt. Diogenes Laërtius Magos Ægyptiis antiquiores ex Ariſtotele prodit. Ἀριστοτέλης μάγους καὶ πρεσβυτέρους εἶναι τῶν αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, &c. καὶ τὰ ὄντα τῇ αὐτῶν ἐπικλήσει διαμένειν. *Ariſtoteles Magos Aegyptiis antiquiores, & duo ſecundùm eos principia eſſe, malum Dæmonem & bonum. Alterum ex his Iouem, & Oromaſdem, alterum Plutonem, & Arimanium dici, quod Hermippus quoque in primo de Magis ait, atque Eudoxus in periodo, qui & reuicturos homines iuxta ſententiam Magorum dicit, immortaléſque futuros, & vniuerſa illorum precibus conſiſtere.* Athenagoras in legatione pro Chriſtianis ad Marcum Philoſophum, & Commodum Auguſtos. θαλῆς πρῶτος διαιρεῖ εἰς θεόν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας. ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ἄγει (ἡγεῖται melius) δαίμονας δὲ οὐσίας νοεῖ ψυχικάς, καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας. *Thales primus diuiſit in Deum, in Dæmonas, in Heroas. Sed Deum putat* (aut λέγει) *mentem mundi, Dæmonas mentes & eſſentias ſpiritales, Heroas animas hominum ſeparatas, bonos Dæmones, bonas animas eſſe, malos malas.* Athenagoras verò ait, Angelos à Deo creatos εἰς πρόνοιαν ἐπὶ μέρους, *vt rebus particularibus conſulerent,* cũ Deus ſibi παντελικήν, καὶ γενικὴν *prouidentiam vniuerſi generalem* reſeruaſſet. Et ex illis Angelis quoſdam bona ſequutos eſſe, alios ſponte ad mala deflexiſſe, qui ex filiabus hominum Gigantes ſuſceperint. αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ οἱ περὶ τὸν κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι δαίμονες. *Animæ Gigantum Dæmones ſunt qui circa mundum vagantur.* Plutarch. lib. de orac. defect. τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. *Dæmones medij ſunt inter Deos & homines.* Quidam, ait Apul. lib. de Deo Socratis, volunt diuinas quaſdam medias poteſtates eſſe, inter ſummum æthera, & infimas terras, in iſto interſitas aëris ſepatio, per quas & deſideria noſtra, & merita ad Deos commeant. Hos Græco nomine Dæmonas nuncupant, inter mortales, cælicoláſque, vectores hinc precum, inde donorum, qui vltrò citróque portant hinc petitiones, inde ſuppetias, ceu quidam vtrinque interpretes, & ſalutigeri. Dæmonas & Heroas Arnobius eoſdem facit lib. 1. & Deos aërios, ac Heroas lib. 3. appellat; Græci δαίμονας ἐγχωρίους, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους promiſcuè vſurpant. Plato quidem lib. 4. de legib. tres Deorum ordines ponit, Deos, Dæmones, & Heroës. In Epinomide inter Deos quoſdam ſtatuit Dæmonibus aëriis minores, hominibus maiores, quos ἡμιθέους vocat, eóſque Heroës eſſe ait. In Cratylo Semideos eſſe vult genitos altero parente Deo, altero mortali. Labeo Semideum Heroibus anteposuit. Auguſtin. lib. 2. cap. 14. de Ciuitate. Platonem Labeo inter Semideos commemorandum putauit, ſicut Herculem, ſicut Romulum: Semideos autem Heroibus anteponit. Heſiodus Heroas, & Semideos facit eoſdem.

Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι. ——
Heroum diuum genus, qui vocantur
Semidei. ——

Sibylla Dæmonas, eorum qui vixerunt ſimulacra vocat.

Δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,
ὧν κρήτη καύχημα τάφους ἡ δύσμορος ἴσχει.

Damonas

A *Dæmonas anima carentes, simulacra mortuorum,*
Quorum Creta infelix tumulos superbos habet.

Idque ob tumulos Saturni, & Iouis. Pythagoras piorum animas Deos effici.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερος ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.
Quod si relicto corpore ad cælum liber veneris,
Eris immortalis, Deus interitus expers.

Martianus Capella lib. 2. Illi quos ignitæ substantiæ, flammantísque suspicimus, ab ipso æthere, sphæræque superioris ambitu, vsque solarem circulum demeantes, ipsi dicuntur Dij, & cælites aliàs perhibentur, causarúmque latentium arcana componunt. Sunt enim puriores, nec admodum eos mortalium curarum vota sollicitant, ἀπαθεῖςque perhiben-B tur. Illis Iouem regnare certissimum est. At intra Solis meatum vsque Lunarem globum secundæ beatitudinis numina, subparísque potentiæ, per quæ tamen vaticinia, somniáque, ac prodigia componuntur, &c. Hos omnes Græci Dæmonas dicunt, ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι, Latini medioxumos vocitarunt, &c. Dehinc à Lunari circulo vsque in terram quicquid interpatet, interstitij proprij partitione discernitur, & ab orbe Lunari intersusa medietas dispatatur; sed superior portio eos, sicut conspicis, claudit, quos ἡμιθέους, quósque Latinè Semones aut Semideos conuenit memorare. Hi animas cælestes gerunt, sacrásque mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreantur, &c. A medietate verò aëris vsque in montium, terræque confinia Hemithei, Heróesque versantur, qui ex eo quod Eram, terram veteres dixerunt, Heroës nuncupati, ibíque manes, &c. Manes igitur hic tam boni, quàm truces sunt constituti, quos ἀγαθοὺς, καὶ κακοὺς δαίμο-C νας memorat Graia discretio. Ex his videre est quanta sit apud prophanos auctores super Diis, ac Dæmonibus opinionum varietas, ac discrepantia. Sacræ literæ Dæmonas, ac Dæmonia vocant malos & infelices genios, qui per superbiam, & contumaciam cælo exciderunt, cùm sint spiritus ab omni materiæ concretione seiuncti, quorum alij ad inferos amandati sunt, alij ad hominum tentamenta per orbem temerè vagantur, de quibus oraculum in hæc verba.

Δαίμονες οἳ φοιτῶσι περὶ χθόνα, καὶ περὶ πόντον,
Ἀκάματοι, δάμνανται ὑπὸ μάστιγι θεοῖο.
Dæmones qui vagantur circa terram, & maria,
Indefessi, flagello Dei domantur.

D Item,

Μικρὰ δὲ θεοῦ μοῖρα ἄγγελοι ἡμεῖς.
Nos Angeli parua Dei portio sumus.

Hesiodus de bonis geniis.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
Illi quidem magni Iouis consilio sunt Dæmones
Boni, in terra versantes, hominum custodes mortalium.

Procopius ad Esaiam pag. 139. οἱ δαίμονες τὰ πάθη θεραπεύειν, καὶ προλέγειν ἰσχύουσι. τὸ μὲν διὰ τὸ διορατικώτεροι εἶναι τῶν ὑλικωτέρων ἰδιωμάτων, οἷον βοτανῶν ποιότητος, καὶ κατ' ἀλλήλους προσαγωγῆς. τὸ δὲ τὸ πρώτους ὁρᾶν τὰ γενόμενα, καὶ ὡς ἐσόμενα δῆθεν προβάλλεσθαι. ἀπὸ γῆς δὲ φωνεῖν τοὺς ἐγγαστριμύθους φησίν. οὐδὲν γὰρ οὐράνιον φθέγγονται, οὓς καὶ ματαιολόγους, καὶ φωνοῦντας ἐκ κοιλίας, οὓς ὀνομάζουσι πύθωνας.
E *Dæmones morbos sanare, & prædicere possunt; tum quia perspicaciùs insitas naturæ proprietates, vt plantarum vires, earúmque vsus idoneos vident; tum quia quæ geruntur primi intuentur, reliquísque tanquam futura proponunt. De terra Pythonicos loqui ait, quia nihil caleste effantur. Hos etiam vaniloquos & ventriloquos vocant Pythonas.* Apud Philostratum l. 6 1. de vita Apollonij: πτελέα προσεῖπε τὸν σοφὸν Ἀπολλώνιον. ἡ φωνὴ δὲ ἦν ἔναρθρός τε, καὶ θῆλυς. *Alloquuta est vlmus sapientem Apollonium. vox autem erat articulata, & fæminina, quasi Dryadis cuiusdam.* Apud Porphyrium lib. περὶ ἀποχ. ἐμψύχ. Platonici de Diis ita sentiunt. Primus quidem Deus incorporeus, impartilis, & immobilis, ἀμέριστος, καὶ ἀκίνητος, & in nullo existens, οὔτ' ἐνδεδεμένος εἰς ἑαυτόν, neque in seipsum illigatus: nulla re indiget extrinseca, & aduentitia, vt & neque anima mundi, habens ex natura sua vim triplicem, & insitam (ἔχουσα μὲν τὸ τριχῆ διάστατον) mobilitatem qua per se ipsam moueatur. Ita nata vt honestè moueri, & mouere mundi corpus rationibus optimis eligat. Corpus autem vniuersi huius in seipsam recipit, & complectitur, licèt ipsa per se incorpo-

rea, & ab omni vi patiendi libera. Dij aspectabiles stellæ sunt, & planetæ, inaspectabiles, Dæmones. Apollo, Iupiter. Possunt lædere, & commodare. Quotquot igitur animæ è materia ortæ maximas gubernant partes locorum quæ sunt sub Luna, innixæ (ἐπερειδόμεναι, lego) spiritui quem possident, & cum ratione regunt, boni sunt Dæmones, qui omnia in bonum, & commodum eorum quæ veniunt in lucem procurant (καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν εἰς φῶς ἐρχομένων πάντα πραγματεύονται, ita lego) siue quibusdam præsint animantibus, siue fructibus, siue imbribus, ventis mediocribus, serenitati, artibus, Musicæ, Medicinæ. In hoc numero ij ponendi qui nuntiant res hominum Diis, & Deorum iussa hominibus. ἐν δὲ τούτοις ἀριθμητέον καὶ τοὺς ἀγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς, καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις. Quotquot autem animæ non dominantur coniuncto spiritui, sed vt plurimum à spiritu superantur (ὡς κρατοῦνται, deleo illud, ὡς) hanc ipsam ob causam abripiuntur valde, quando spiritum iracundiæ, & cupiditatis impetum arripuerint, Dæmones mali sunt, non illi quidem amicti corpore solido, neque vna omnes forma, sed pluribus, & diuersis, quas subinde mutant. Spiritus quâ corporeus est, pati & corrumpi potest. Quâ autem ab anima sic illigatur, vt species animæ, & forma diutiùs permaneat, non ideo est immortalis. Etenim ex eo semper aliquid defluere, & ali consentaneum est, ἀπορρεῖν αὐτοῦ τι συνεχῶς εἰκός ἐστι, καὶ τρέφεσθαι. Moderate quidem bonorum Dæmonum spiritus agunt & ex proportione, vt & eorum quæ videntur corpora. Spiritus malorum Dæmonum proportione carent, & immoderati sunt, vt qui plus æquo (ὡς πλείονα, lego) terrestris loci tribuant ei quod passiuum, & corruptioni obnoxium habent. Quare nihil mali est, quod facere non aggrediantur: violento enim & fallaci sunt ingenio, perturbationibúsque acerrimis agitantur. Medelæ autem, αἱ δὲ ἀκέσεις, καὶ αἱ κατορθώσεις, & bonæ operationes bonorum Dæmonum tardiores sunt. Omne quippe bonum tranquillum, facile, & æquabile, ordine progreditur. Malefici Dæmones causæ sunt pestium, sterilitatum, terræ motuum, siccitatum, & persuadent nobis horum causas eos esse, qui contraria efficiunt, id est, fertilitates. Malefici volunt haberi pro Diis, & potestas quæ illis præest, Deus maximus videri vult. Hermes Dæmonarchen vocat eum qui maleficis imperat, vt Lactantius lib. 2. cap. 15. Apuleius lib. de Deo Socrat. Plato omnem naturam rerum trifariam diuisit, censuitque summos Deos, summum, medium, & infimum. Nam perinde vt maiestas postulabat, Diis immortalibus cælum dicauit, &c. Quos Deos Plato existimat veros, incorporales, animales, sine vllo neque fine, neque exordio, sed prorsus, ac retrò æuiternos, à corporis contagione sua quidem natura remotos, ingenio ad summam beatitudinem porrecto, nullius extrarij boni participatione, sed ex bono, & ad omnia competentia prono nutu, facili, simplici, & absoluto, quorum patentem, qui omnium rerum dominator, atque auctor est, solum ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendíve, nulla vice ad alicuius rei mutua obstrictum, &cæt. Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiua, & corpore aëria, tempore æuiterna. lib. de dogmate Socratis Deorum trinas numerat species, Deum summum, cælicolas, & Deos medioxumos. M. Tullius castum, & putum hominis animum Dæmonem esse ait lib. 1. de Diuinat. Sic castus animus, purúsque vigilantis, & ad astrorum, & ad auium, reliquorúmque signorum, & ad extorum veritatem est paratior. Hoc nimirum est illud quod de Socrate accepimus, quódque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam quod dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe reuocanti. Socrates in Theage Platonis ait; ἔστι γάρ μοι ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον δαιμόνιον. σημεῖον τοῦτο δέ ἐστι, φωνή, ἣ ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε. *Est enim mihi à puero dæmonium, cuius signum est, vox, quæ cùm fuerit, moratur, & auocat ab eo quod facere institueram, nunquam incitat vt agam.* Dæmonium Socratis sternutationem fuisse quidam autumant. Eusebius lib. 5. Præparat. τὴν πᾶσαν θεολογίαν εἰς εἴδη πλείονα καταστῆσαι, *omnem de Diis fictionem in plura genera incidere* ait. Primi Dij ab astris θεοὶ dicti, ἀπὸ τοῦ θεῖν, id est, *à currendo*, aut ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, καὶ θεωρεῖν, *quia in causa sunt cur videantur ea quæ videntur.* Secundum genus est Heroum, qui olim homines de hominibus bene meriti sunt, vt Hercules, Dionysius, &c. Tertium genus fuit μυθικὸν, *fabulosum*, quod allegoricè ad res naturæ accommodant. Denique proprios affectus diuinitate donarunt, amorem, Venerem, &c. Idem lib. 4. Græci primum Deum esse aiunt qui sit supra omnia, primus, omnium Deus, pater, & Rex. Post quem genus secundum esse Deorum, tertium Dæmonum, quartum Heroum. Quæ omnia meliorem formam participantia partim agant, partim agantur, vocentúrque lumina participatione luminis. Malum autem præesse peiori sub

A ri substantiæ, idque esse maleficorum Dæmonum genus, quæ vocatur caligo, & ad mala plurimum potest, vt Deus summus ad bona. οἱ ἕλληνες πρῶτον θεὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι, καὶ πάντων θεὸν, πατέρα τε καὶ βασιλέα, &c. Charondas defunctorum animas Dæmones esse sanxit. Eius lex apud Stobæum tit. 42. χρὴ τῶν τελευτώντων ἕκαστον τιμᾷν μὴ δακρύοις, ὡς ἀχαριστίας οὔσης πρὸς δαίμονας χθονίους, λύπης ὑπὲρ τὸ μέτρον γινομένης. *Vnumquemque eorum qui diem suum obierunt, honorare oportet, sed sine lacrymis, quod ingrati sit animi vitium erga Dæmones terrestres, si dolor modum excedit.* Plutarchus in Solone oraculum Apollinis in hæc verba refert.

> Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
> Ἵλασο, οὓς κόλποις ἀσωπὸς ἀμφικαλύπτει,
> Οἱ φθίμενοι δέρκονται εἰς ἥλιον δύνοντα.

Placato sacrificiis Heroas domesticos regionis præsides, quos Asopus sinu circumtegit, qui anticipantes B *vident ad Solis occasum.* Idem lib. de oracul. defect. ἡσίοδος θεοὺς, εἶτα δαίμονας, εἶτα ἥρωας, τὸ δὲ ἐπὶ πᾶσι ἀνθρώπους. ἐξ ὧν ἔοικε ποιεῖν τὴν μεταβολὴν, τοῦ μὲν χρυσοῦ γένους εἰς δαίμονας πολλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς, τῶν δὲ ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων. *Hesiodus Deos, deinde Dæmones, tum Heroas, post omnes ponit homines. Ex quibus videtur mutationem quandam efficere, aureo quidem genere in Dæmones multos, & bonos, Semideis in Heroas descriptis.* Hesiodus:

> Τρὶς γὰρ μυρίοι εἰσὶ ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
> Δαίμονες ἀθάνατοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων.

Triginta millia sunt Dæmonum in alma terra immortalium, qui custodes sunt hominum articulatè loquentium. Orpheus Dæmonas cælestes, aërios, in aquis morantes, terrestres, subterraneos, per ignis elementum meantes esse ait,

> Δαίμονας οὐρανίους, καὶ ἠερίους, καὶ ἐνύδρους,
C
> Καὶ χθονίους, καὶ ὑποχθονίους, ἠδὲ πυριφοίτους.

Plato libro de anima mundi, Dæmonas ponit παλαμναίους, χθονίους, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπίνων, *infestos, terrestres, humanarum rerum inspectores.* Pythagoras;

> Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας.
> *Cole Dæmonas qui in terra versantur.*

Plutarchus lib. de oraculorum defect. Dæmones malos, φαύλους esse ait: & lib. de Iside, Platonem θεοῖς ἀγαθοῖς τὰ δεξιὰ, καὶ περιττὰ, τὰ δὲ ἀντίφωνα τούτων δαίμοσιν ἀποδιδόναι, *Diis bonis dextera, & imparia tribuisse, contraria Dæmonibus.* Empedocles Dæmones puniri scribit si peccauerint, ἐὰν πλημμελήσωσι.

> Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος, πόντον δὲ διώκει,
> Πόντος δὲ χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δὲ ἐς αὐγὰς
D
> Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δὲ αἰθέρος ἔμβαλε δίναις,
> Ἄλλος δὲ ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

Robur enim æthereum, & impetus eos in mare per sequitur, mare exspuit in solum terræ, terra ad splendorē Solis indefessi, Sol in spiras & gyros ætheris, alius autem ex alio eos recipit, & omnes oderunt, donec castigati regionem, & ordinem naturæ consentaneum sortiantur. De Dæmonibus legatur Eusebius lib. 5. Præparat. Euangel. & Plotinus, Iamblicus & alij Platonici. Iustinus Martyr pag. 34. & 43. libri formis Commelini excussi. Augustinus lib. 8. de Ciuitate cap. 14. & sequentibus, & cap. 21. vbi Dæmones ait nuntios, & interpretes esse. lib. 9. cap. 2. quærit, an Dæmones aliqui boni sint. cap. 8. Deos dici cælestes, Dæmones aërios. cap. 11. Platonem existimare animas hominum post mortem fieri Dæmones. Clemens lib. 6. stromat. οἱ ἔμπειροι τοῦ λόγου κατὰ τὰς ἱδρύσεις, ἐν πολλοῖς τῶν ἱερῶν, καὶ σχεδὸν πᾶσι τὰς θήκας τῶν κατοιχομένων ἐνιδρύσαντο, δαίμονας μὲν E τὰς τούτων ψυχὰς καλοῦντες, θρησκεύεσθαι δὲ πρὸς ἀνθρώπων διδάσκοντες, ὡς ἂν ἐξουσίαν λαβούσας διὰ καθαρότητα τοῦ βίου εἰς τὴν ἀνθρώπων λειτουργίαν τὸν περίγειον περιπολεῖν τόπον. *Qui rationis periti erant collocandi fani, in multis ac penè omnibus templis sepulchra mortuorum, & loculos statuerunt, eorúmque animas Dæmones vocarunt, & ab omnibus coli docuerunt, quasi animæ ob vitæ integritatem consequutæ essent potestatem, vt circa terram versarentur, hominibus ministratura.* Hierocles ad Pythagoræ aurea carmina, Angelos & Heroas sub genere Dæmonum comprehendit, vt quantum ad cælestes spectat, dicantur Angeli, quantum ad terricolas, Heroës, quantum ad medios, Dæmones; aliàs docet, omnes illos Angelos, Dæmones, & Heroës nuncupari; sed ex sententia Pythagoræ Heroës Dæmones dici Deorum filios. Augustinus lib. 7. de Ciuit. cap 6. Inter Lunæ verò gyrum, & nimborum, ac ventorum cacumina aëreas esse animas, sed eas animo, non oculis cerni, & vocari Heroas, & lares, & genios. Dio prodit, Cæsari vt Heroi ludos quinquennales (πενταετηρίδα) esse decretos. lib. 56. In funere Augusti imagines

 Iulij

Iulij Cæsaris non esse prælatas, quia in numerum Heroum erat ascriptus; ὅτι εἰς τῶν ἥρωας ἐγγέγραπτο. Iustinus in Parænerico. καὶ τούτους τῶν ἥρωας ἐπέγνωτε τοὺς περὶ λαοῖς φόνον ἐργαζομένους. ita lege. *Et hos Heroas cognouistis, qui olim populorum strages fecerunt.* Orpheus auctore Tzetze Heroas ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, *à virtute* vocitari ostendit.

> *Μητέρα δ' ἡρώων ἀρετὴν ἀπάνευθε κλύοντες.*
>
> *Matrem Heroum virtutem seorsim audientes.*

Alij Heroas ab aëre, quia αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγαθῶν διαζυγεῖσαι σωμάτων τὸν ἀέρα περιπολοῦσι, *animæ bonorum solutæ corporibus circum aerem commeant.* Quidam ἀπὸ τοῦ ἐράσεως, καὶ μίξεως τῶν θεῶν, *ab amore, & consuetudine cum Dijs.* Seruius ad Virgil. 6. Æneid.

> *Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros.*
>
> *Nulli certa domus. lucis habitamus opacis,*
>
> *Riparúmque toros, & prata recentia riuis*
>
> *Incolimus.* ———

Quia in his, inquit, locis coluntur animæ Heroum. Item; post quorum (corporum) dissolutionem vagantur pro vitæ merito, in circulis coluntur, item in fontibus. Quare Poëta;

> *Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras.*

Idem ad hæc verba lib. 6. Æneid.

> *Dis geniti potuere.* ———

Quia corporibus se infundebant potestates supernæ, vnde Heroës procreabantur. Ad lib. 8. Sciendum secundùm Hesiodi Theogoniam, primò Deos genitos, inde Hemitheos, pòst Heroas, inde homines innocentes, postremò sceleratos. Idem ad Eclog. 4. Heroas quidam à terra dictos volunt, quod terra ἔρα dicta sit, vnde initio nati homines, qui nomen à matre traxerunt. Ad Eclog. 5. Quia Heroum animæ habitant vel in fontibus, vel in nemoribus. Athanasius lib. de carne Christi. Olim vbique Bœotica, Lycia, Ægyptiaca oracula frequentata, Dæmonésque inani specie homines terrebant, insessis aliubi fontibus, aliubi fluuiis, aut arboribus, atque ita præstigiis fatuos agebant. Eodem loco habitæ Heroides, seu Heroissæ, vel Heroinæ, quo Heroës. Apollonius Argonaut.

> *Ἡρώσσαι λιβύης τιμήοροι, αἵ ποτ' ἀθήνην,*
>
> *Ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,*
>
> *Ἀντόμεναι τρίτωνος ἐπ' ὕδασι χυτλώσαντο.*

Heroissæ Libyæ inspectrices, quæ occurrentes olim Mineruam in Tritonis aquis lauerunt, cùm ex capite patris insignis exsiluit. Has vocarunt ἠοίας. Pausanias, ὁ τὰ ἔπη συνθεὶς, ἃς μεγάλας ἠοίας καλοῦσι. *Qui scripsit carmina, quas vocant magnas eœas.* Erant Heroa per Græciam frequentia Vlyssi, Tantalo, Acrisio, & aliis, vt docet Pausan. in Lario quoque, apud Plin. lib. 19. de Heroo Sestico. Heroës violenti habiti sunt: quare si quis propter Heroum fanum transiret, silentio id fieri, & reuerenter oportuit; ne irasceretur Heros, vt Philostratus lib. 4 de vita Apollonij, qui rogatus πῶς θεοὶ θεραπεύοιεν, εἶπεν, ὡς δεσπόται, πῶς ἥρωες, ὡς πατέρες, *quomodo colendi Dij? respondit, vt Domini, Heroës, vt patres.* Certè quos vulgò Heroas appellant, plerique Deos penates, ac domesticos certarum vrbium dixerunt. Athenagoras Apolog. pro Christianis. ὁ μὲν ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει, καὶ τὴν Ἑλένην ἀδράστειαν ἐπιστάμενος προσκυνεῖ. *Iliensis Hectorem Deum dicit, & Helenam Adrasteam sciens adorat. Laco Agamemnonem Iouem, & Philonoën Tyndarei filiam, & Tennen Vialem veneratur,* σέβει. *Atheniensis Erechteo Neptuno facit, & Agraulo.* Scholiastes Pindari ode 1. Olymp. διατιμῆς ἦγον ἀθηναῖοι τὸν αἴαντα, &c. *Honori fuit Atheniensibus Aiax, à quo non modò* φυλὴν, *tribum Aiantidem appellarunt, verùm & ei puluinar,* κλίνην, *cum armorum ornatura,* μετὰ πανοπλίας *instruxerunt.* Ænesius lib. de anima. τὸν γοῦν μενέλεων, καὶ λήδας τὴν ἑλένην μετὰ τοῦ ἀλεξάνδρου, μετὰ τοῦ δηιφόβου ἐν θεράπναις τῆς λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμοῦντες μετ' ἐκείνων ᾄδουσι, θυσίαις τε, καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. καὶ ὁ πρωτεὺς θεὸς εἶναι τοῖς αἰγυπτίοις νομίζεται, καὶ ἡ ἑλένη τῶν ἱερῶν αὐτοῦ κοινωνεῖ, ἣν ξένην ἀφροδίτην ὀνομάζουσι οἱ τελούμενοι. *Menelaum, & Helenam Ledæ cum Alexandro celebrant, & Deiphobo in Therapnis Laconicæ Diis adnumerantes, eósque sacrificiis, & donariis colentes. Protheus Aegyptiis Deus esse dicitur, & Helena sacrificiorum cum eo est particeps, quam initiati hospitem Venerem vocant.* Veteres Heroas appellarunt, minorum gentium, siue minores Deos. Xenophon lib. 2. expedit. Cyri. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο προσευξάμενοι θεοῖς, καὶ ἥρωσι τοῖς τὴν περσίδα γῆν κατέχουσιν ἱλέως καὶ εὐμενῶς δέχεσθαι αὐτούς. *Postquam autem ipsis aquila dextra præibat precati Deos, & Heroas Persidis præsides, vt propitij eos reciperent.* Latini Deos minores, siue illi sint Genij, siue Heroës famulos vocant. Virgilius lib.

A lib. 5. Æneid.

Incertus Geniúmne loci, famulúmne parentis
Esse putet. ——

Silius Ital. lib. 13.

Numen erat iam cerua loci, famulámque Dianæ
Credebant, ac thura Deûm de more dabantur.

Valerius Flaccus lib. 3.

—————*placidi quas protinus angues*
Vmbrarum famuli linguis rapuere trisulcis.

Ita & Silius serpentem, quem Marus quidam violarat, Nympharum famulum vocat, quia Dij cum suis famulis cuique loco imponebantur. Iidem vocantur Anculi. Festus; Ancillæ B dictæ, quod antiqui *anculare* dicebant *ministrare*: ex quo Dij quoque ac Deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Aculæ. Maximus Tyrius serm. 26. τὸ δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνοικειοῦσαι.

Sed vt de Geniis plenè, cumulatéque agamus, Festus Genium Deum esse ait, qui vim obtineret rerum omnium generandarum. Aufustius; Genius est Deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea Genius meus nominatur, quia me genuit. Censorin. lib. de die natali; Genius est Deus, cuius in tutela, vt quisque natus est, viuit. Hic siue quod vt genamur curat, siue quod vnà genitur nobiscum, siue etiam quod nos genitos suscipit, ac tuetur, certè Genius appellatur. Euripides in Ioue θεὰς γενέτας, *Deos genitores* vocat, quibus in puerorum natalibus faciebant. Charisius lib. 1. definit Genium esse cuiusque fortunam. Martian. Capella lib. 2. Sed quoniam vnicuique superiorum Deo- C rum singuli quique deseruiunt, ex illorum arbitrio, istorúmque comitatu, & generalis omnium præsul, & specialis singulis mortalibus Genius admouetur, quem etiam præstitem, quod præsit omnibus gerendis, vocauerunt. Nam & populi Genio, cùm generalis poscitur, supplicant; & vnusquisque gubernatori proprio dependit obsequium. Ideóque Genius dicitur cùm quis hominum genitus fuerit, mox eidem hic tutelator, fidissimúsque germanus, animos omnium, mentésque custodit. Et quoniam cogitationis arcana superæ annuntiat potestati, etiam Angelus poterit nuncupari. Apuleius lib. de Deo Socratis. Genius est animus sui cuiusque, quanquam sit immortalis, tamen cum homine quodammodo gignitur. δαίμων, cuius animus perfectus est, lemur dicitur animus stipendiis vitæ solutus; è lemuribus qui felix est dicitur lar; qui vagatur per terram infelix, larua; cùm incertum est, laruáne sit, an lemur, Deorum manium nomine appellatur. Lactantius lib. D 2. cap. 15. Genios putat esse Angelos, quos post diluuium Deus dederit custodes hominibus, qui Angeli à Diabolo corrupti sunt. Adhærent enim singulis hominibus, & omnes ostiatim domos occupant, ac sibi Geniorum nomen assumunt. Sic enim Latino sermone Dæmonas interpretantur. Hos in suis penetralibus consecrant, his quotidie merum profundunt, & scientes Dæmones venerantur. Ammian. lib. 21. scribit, Genium salutis tutelæ Constantio Imp. appositum paulo ante mortem eum deseruisse. Censorin. Genio, quia ita nobis est obseruator assiduus appositus, vt ne puncto quidem temporis longiùs abscedat, ideo illi quotidie sacrificabant, non quidem facta hostia, sed mero suso, quia iuxta Varronem in Genij festo, qui erat natali die, manum à cæde, & sanguine abstinebant, ne die qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Mirari mihi venit in mentem magni Lactantij lapsum, qui bonos Angelos custodes hominibus à Deo datos, à Diabolo corruptos existi- E ment, cùm certum sit, Angelos qui puncto illo conditionis suæ ad Deum se conuerterint, & in eius amore defixit fuerint, ab eo nulla vnquam ratiône abduci potuisse, quia status ille beatitatis immutabilis est Genius igitur Deus est, cuius in tutela, vt quisque natus est, viuit, ait Censor. c. 3. est naturæ humanæ Deus. Horat. lib. 2. epist. 2.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ. ——

Ammian. lib 21. Ferunt enim Theologi in lucem editis hominibus cunctis salua firmitate fatali huiusmodi quædam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis visa, quos multiplices auxere virtutes, &c. Theocriti Schol. idyl. 2. δαίμων ἀνδρὶ παρίσταται εὐθὺς γενομένῳ. Plinius lib. 2. Hist. natur. Cùm singuli ex semetipsis totidem Deos faciant, Genios, Iunonésque adoptant sibi. Ergo viris non Genij tantùm, sed etiam Iunones. Seruius ad id Virgil. 6. Æneid.

Quisque

Quisque suos patimur manes. A

Cùm nascimur, duos Genios sortimur; vnus est qui hortatur ad bona, alter qui deprauat ad mala, quibus assistentibus post mortem aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem, per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Orpheus ἐν εὐχῇ.

Δαίμονα τ' ἠγάθεον, καὶ δαίμονα πήμονα θνητῶν.

Dæmonem diuinum, & Dæmonem infestum hominibus.

De bono Menander.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ τῷ γινομένῳ

Ἅπαντός ἐστι μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Omni homini nato Dæmon

Est præsul totius vitæ. B

Augustin. lib. 7. cap. 13. de Ciuit. Genius vim habet omnium rerum gignendarum. Genij autem aut publici fuere, aut priuati; publici regionum, ciuitatum, locorum. Arnobius lib. 1. ciuitatum Genios vocat. Tertul. lib. de pallio c. 4. & lib. de Idololat. Si quis Genius loci ingemebat. Virgil. 7. Æneid.

Incertus Geniúmne loci, famulúmne parentis

Esse putet. ———

Festus Genium esse vniuscuiusque loci Deum. Prudentius lib. 2. in Symmach.

Quamquam, cur Genium Romæ mihi fingitis vnum,

Cùm portis, domibus, thermis, stabulis soleatis

Assignare suos Genios, pérque omnia membra

Vrbis, pérque locos Geniorum millia multa C

Fingere, ne propria vacet angulus vllus ab vmbra?

Dio lib. 50. ἐν τῷ τοῦ ναοῦ τοῦ γενίου τοῦ δήμου, *in fano Genij populi.* Genios ciuitatum à conditoribus sub terram defodi moris fuit, ne ab hostibus raperentur, quod eorum cura, & prouidentia singulas ciuitates contineri putarent. Symmachus lib. de restit. vet. Deorum cul. Suus enim cuique mos, suus cuique ritus est. varios custodes vrbibus, & cultus mens diuina distribuit. Vt animæ nascentibus, ita populis fatales Genij diuiduntur. Spoleti sub mœnibus oppidi lamina repetta, cum hac inscriptione, IANO PORTVNNO, ATQVE MARTI E. S. In veteri lapide, MARTI, ET GENIO TALLIATIVM, AD PERPETVAM TVTELAM ÆDIS, TALLIATIBVS DEDIT. Genij non ædium tantùm, & familiarum, sed vrbium, horreorum, cohortium, & aliarum rerum. lares Genij quidem, sed domibus tantùm, & vrbibus, & viis præpositi. Genij horreorum fuerunt. In vet. inscrip. GENIO CONSERVATORI HORREORVM GALBIANORVM. Itẽ, GENIO NVMINIS FONTIS. Item, GENIO CENTVRIÆ ARAM. Item, PRO SALVTE, ET VICTORIA AVGVSTORVM, DEO MAGNO GENIO COLONIÆ PVBLICANORVM. Genios quidam Italis fuisse putant, qui Græcis ἥρωες οἱ κατέχοντες τὴν πόλιν, *Heroës vrbis præsides.* Demosth. δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ τῶν ἀθηναίων, ἐξαρέσαντας τοῖς θεοῖς, καὶ ἥρωσι τοῖς κατέχουσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν τῶν ἀθηναίων. *Ideo visum est Senatui, & populo Atheniensium, vt precati Deos, & Heroas, qui vrbem, & regionem Atheniensium obtinent.* Seneca epist. 110. Vnicuique nostrûm pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe Deos. Ita tamen hoc seponas volo, vt memineris, maiores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse. Singulis enim & Genium, vt Iunonem dederunt. Nonnulli duos Genios in iis tantùm ædibus quæ essent maritæ, colendos putauerunt. Antiochiæ quidem Genij templum gradile dictum est, ait Ammian. Macell. lib. 23. Viri natalem suum Genio acceptum ferebant, fœminæ Iunoni, de quibus exaudiendus Virgil.

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Tibullus lib. 3. eleg. 7.

Etsi pérque suos fallax iurauit ocellos,

Iunonémque suam, pérque suam Venerem.

Iurabant enim fœminæ per suam Iunonem, viri per suum Genium, vt est apud Petron. in Satyrico. Tibul. eleg. 5. lib. 4.

——— *Per te, dulcissima furta,*

Pérque tuos oculos, per Geniúmque rogo.

Per

A Per Genium fœminæ rogat Tibullus. Horat. lib. 1. epist.

Quod te per Genium, dextrámque, Deósque penates,
Obsecro, & obtestor. ———

Propertius lib. 4.

Exuitur, Geniúmque meum prostratus adorat.

Fuit & Genius maritalis. Iuuenal. satyr. 6.

——— *atque sacri Genium contemnere lecti.*

Arnobius lib. 2. Maritorum Genios aduocatis. vnde & genialis lectus, qui sternitur in honorem Genij per nuptias. Quintilian. Declam. 1. Præstatur grande secretum Genio loci (vbi sponsus, & sponsa cubant.) Terent. Phorm.

B *Memini relinqui me Deo irato meo*, id est, Genio.

Stat. Syl. lib. 1.

Non ferro, aut arte laborat,
Sed Genio. ———

Genium Domitiani intelligit. vet. gloss. *Genius*, στοιχεῖον, τύχη, *elementum, fortuna. genialis*, ἐπιστημονικός, γαμήλιος, εὐφραντικός. Laberius Genium generis nostri parentem vocat. Ælian. lib. 1. cap. 20. ἀγαθὸν δαίμονα, quem Romani Genium. M. Antoninus Philosophus lib. 5. Genium δαίμονα ὃν ἑκάστῳ προστάτην, καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκε, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ, *Dæmonem quem cuique præsidem, & ducem Deus dedit, ramentum, & quasi particulam sui ipsius.* Vet. inscrip. IOVI OPT. M. ET GENIO LOCI. Dionys. Halicar. lib. 8. θεοὺς κτησίους vocat καὶ ὑμεῖς, ὦ θεὸς κτήσιος, καὶ ἑστία πατρῴα, καὶ δαίμονες οἱ κατέχοντες τοῦτον τὸν τόπον χαίρετε. Arrianus in discept. Epict. lib. 1. cap. 14. ἡγεμόνα ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου δαίμονα, καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ. *Du-*
C *cem cuique præbuit vniuscuiusque Genium, eique vt eum custodiret, attribuit.* In tabula Cebetis; οὗτος δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον, καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν δεῖ αὐτοὺς βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλωσιν ἐν τῷ βίῳ. *Hic*, inquit, *Genius vocatur. Imperat autem iis qui perigrinantur, quid eos præstare deceat, vt in vitam ingrediantur, ostenditque, quam eos viam insistere oporteat, si volunt in vita salui esse.* Persij Scholiastes saty. 1. genuinum esse ait dentem sub genis, à Genio qui cum homine nascitur, & interit. Callimachus hymno 6. Bonum Genium δαίμονα δεξιὸν, malum ἕτερον, Pindarus vocat, *Genium dextrum, genium alterum*, ode. 3. Pyth. Polemon. in Physiognomic. δαίμονα οὐκ ἀγαθὸν. Theocrit. idyl. 4. σκληρὸν, *durum.* Græci *Genium* τύχην, *genialia* τύχα. Laërt. lib. 1. Magis fuere δύο ἀρχαὶ, ἀγαθὸς δαίμων, καὶ κακὸς, *duo principia, bonus Genius, & malus.* Festus Geniales Deos aquam, terram, ignem,
D aërem esse putat. Ea enim sunt semina rerum, quæ Græci στοιχεῖα *elementa*, σπέρματα *semina*, φῦθλα, *satus* vocant. Duodecim quoque signa, Lunam, & Solem inter Deos geniales computabant, ait Festus. Dij geniales dicuntur φύθλιοι. Ammian. Marcel. lib. 20. Genium publicum formari certo habitu ostendit his verbis; vt formari Genius publicus solet. Omnibus penè rebus, ipsis etiam libris Genium tribuebant. Martial. lib. 6. epig. 60.

Victurus Genium debet habere liber.

Genius autem priuatus colebatur mero profuso, vt ex Lactantio probatum est, item libo, sertis, vnguentis. Tibul. lib. 2. eleg. 2.

Ipse suos adsit Genius visurus honores,
Cui decorent sanctas mollia serta comas.
Illius puro destillent tempora nardo,
E *Atque satur libo sit, madeátque mero.*

Idem,

Magne Geni cape thura libens. ———

Plaut. Capt.

Genio suo vbi quando sacrificat,
Ad rem diuinam quibus opus est,
Samiis vasis vtitur, ne ipse Genius surripiat.

Vet glossæ, κακοδαίμων ἄνθρωπος, *malugeniatus, maluginosus*, κακεντρεχής. Horat.

Cras Genium mero curabis,
Et porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

Porco curatur Genius, sed non die natali, vt ex Censorino docuimus: aut curare Genium est, genio indulgere. Nefas fuit Genium sanguine placare, qui vitæ auctor esset. Horat.

Horat. lib. 1. epist. 1. A

Floribus, & vino memorem Genium breuis æui.

Atte Poët.

——vinóque diurno

Placari Genius festis impunè diebus.

Calphurnius Genium à Lare distinguit, qui omnino alius fuit, quanquam & Genij præstites, & Lares præstites ab Ouidio vocantur. Bucol. 5.

——Geniúmque loci, Faunúmque, Larémque

Salso farre voca.——

Genius tamen publicus maioribus hostiis mactabatur. Liuius lib. 1. Genio maiores hostiæ indictæ. Vterque, publicus, & priuatus, specie serpentis pingebatur; vnde & serpentium amplexus auspicatus fuit. Pers. saty. 1. B

Pinge duos angues, pueri sacer est locus, extrà

Meiite.——

Lib. 5. Æneid. Æneas dubitat de angue, qui ex cenotaphio patris exsilierat, Genius sit loci, an famulus parentis. Plutarch. in Erotico. In Ægypto videbant vicinos duos inter se altercantes, cùm serpens in viam prorepsisset, ambobus quidem bonum Genium vocantibus; ἑκάτερος δὲ ἔχειν ἀξιοῦντος ὡς ἴδιον, *vtroque ambiente, vt eum proprium haberet.* Valerius Flaccus lib. 3.

Libauítque dapes, placidi quas protinus angues

Vmbrarum famuli linguis rapuere trisulcis.

Lamprid. in Heliogab. Ægyptios dracunculos Romæ habuit, quos illi agathodæmonas vocant. Philo Bybliensis apud Eusebium de dracone; οὐ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βίᾳ τινὶ πληγῇ τοῦτο τὸ ζῶον. Φοίνικες δὲ αὐτὸ ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσιν, ὁμοίως δὲ καὶ αἰγύπτιοι κνὴφ ἐπονομάζουσι, &c. *Non enim moritur draco propria morte, nisi violento ictu feriatur. Phœnices eum bonum Dæmonem vocant, ita & Aegyptij Cneph. quare & diuinum animal habitum.* Diogenes Laërtius scribit, Heraclidem dracone vsum, vt diuinitatis famam colligeret. Interdum genij pcti pueruli forma cum alis. In ver. inscrip. IN ARA SEPVLCRI MARMOREA STANT DVO GENII MVTVÒ SE AMPLECTENTES. MAS NVDVS, ET ALATVS: FÆMINEVS STOLA LONGA, SVBTILIQVE. Legendus Maximus Tyrius serm. 26. & Plutarchus in Agi, vbi narrat, Cleomenis mortui caput Genium anguis specie circumplexum esse, qui θεῶν παῖς dictus sit, & Heroum ei factum. τοῦτο καθιδόντες τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνοικειοῦσιν. *Hoc animaduertentes draconem Heroibus dicarunt, quia* τὰ ἀνθρώπινα σώματα τοῦ περὶ τὸν μυελὸν ἰχῶρος συῤῥέοντά τινα, καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς λαβόντα ὄφεις ἀναδίδωσι, *humana corpora serpentes generant, cùm tabum, & sanies circa medullas confluxerit, & in sese constiterit.* Seruius ad librum quintum Æneid. Nullus locus sine Genio est, qui per anguem plerunque ostenditur. De Genio publico serpentis specie Propert. lib. 4. eleg. 8. De dracone Iunoni sacro Lauinij, de quo & Ælianus lib. 10. de animalib. cap. 16. C D

Lanuuium annosi vetus est tutela draconis.

In nummis Luc. Procilij est Iuno draconem calcans Lauinij. Ea Iuno Sospita dicta. Isidorus lib. 12. origin. cap. 4. Angues apud veteres pro geniis locorum erant. Seruius ad librum 1. georgic. genium dicebant antiqui naturalem Deum vniuscuiusque loci, quem Heroa ἐπιχώριον græci vocitant. Clemens in Protrept. ἔστι μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους τιμὴν ἐπιδρεπομένους. *Inuenire licet per vrbes Dæmonas indigetes, qui honorem decerpunt.* Philostratus lib. 1. de Sophistis. στενάξατε οἱ κατὰ γῆν ἥρωες, *lugete Genij terræ illius.* Heliodorus lib. 10. Æthiop. Histor. vocat θεοὺς ἐνορίους, *Deos finium*, Æschylus in Agamemn. ἐγχωρίους θεοὺς, *Deos locorum*, vt & Scholiast. Apollonij ad librum 2. τοὺς ἐπιδημοῦντας ἔθος ἦν ἐν ἀλλοδαπῇ θύειν τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς, καὶ ἥρωσι. *Moris fuit, vt ij qui peregrinarentur apud exteras gentes, Diis locorum, & Heroibus sacrificarent.* Phalaris epist. ad Himeræos. ὅσοι ἔχουσι τὴν ἱμεραίαν γῆν θεοὶ, καὶ ἥρωες, *quotquot tenent terram Himeræorum Dij, & Heroes.* Genius tamen loci vnus tantùm fuit, plures Dij regionum. Ouidius epist. Cydip. E

Protinus egressi, superis quibus insula sacra est,

Flaua salutatis thura, merúmque damus.

Symmachus lib. ad Theodos. Varios custodes vrbibus mens diuina distribuit, vt animæ nascentibus, ita populis fatales genij diuiduntur, de quibus exaudiendus Petronius.

Peritura Troia perdidit primum Deos,

Contráque

A *Contráque Troas Troia inuocant sacra.*

Ideo Romani apud Liuium lib. 1. cùm obsiderent Veios, solemni prece Deos præstites euocarunt. vide Macrobium lib. 3. Satur. cap. 9. Statius lib. 4. Syluar.

—— castæ Genius, tuteláque mensæ.

Is Genius mensæ dicebatur, cuius simulacrum in mensa statuebant. Arnob. lib. 2. Sacras mensas facitis salinorum apposita, & simulacris Deorum. Genios vrbium & nationum esse ostendit Polybius lib. 7. in iuramento Hannibalis, quod ἐναντίον διὸς, καὶ ἥρας, καὶ ἀπόλλωνος, ἐναντίον δαίμονος καρχηδονίων conceptum est. Rutilius in Itinerario.

Relligiosa patet peregrina Curia laudi,
Nec putat externos, quod decet esse suos.
Ordinis imperio, collegarúmque fruuntur,
B *Et partem Genij quem venerantur, habent.*

Ipsi etiam conuentus Genium suum habuerunt. Vetus inscriptio, GENIO CONVENTVS ASTVRICENSIS. Vetus lapis Viennæ, I. O. M. IVNONI GENIO LOCI HVIVS Q. CAECILIVS SECVNDVS LEG. C. SERENI PROCOS. GALLIAE TRANSALPINAE V. S. L. M. Alius lapis, FORTVNAE CONSECRATVM, GENIÓQVE HVIVS LOCI, HONORATI IVNII TIBERINACI TRIB. MIL. LEG. X. C. PP. T. CLAVD. VALENTINVS CORNICVLARIVS EX VOTO AQVIL. ET ÆMIL. COS. Alius lapis, C. MARCIVS C. FIL. SERE. SALVIANVS HORBA GENIO CENTVRIAE COHORTIS X. PR. ET MARI. BASSI. IN QVA MILITAVIT ANNIS XIX. VOTO SV-
C SCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PR. NON. IANVAR. Q. FABIO CAPVLINO, M. APRO COSS. ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT. Laberius dixit; Genius generis nostri parens. Ammian. lib. 21. & putabatur Genius quidam tutelæ salutis appositus. A Genio nata illa dicendi genera, *genialiter viuere, genio indulgere.* Plaut. in Persa;

Genio meo multa bona faciam.

In Bacchidib.

Malè volente Genio natus.

Dio lib. 47. vultures Genij pop. R. templum insedisse scribit, quod ominosum fuit. Tertullianus Genios Dæmonas esse ait in Apolog. & cap. 32. Sed & iuramus, sicut non per Genios Cæsarum; ita per salutem eorum quæ est augustior omnibus Geniis. Nescitis Ge-
D nios Dæmonas dici, & inde diminutiua voce dæmonia, &c. Cæterùm Dæmonas, id est, Genios, adiurare consueuimus, vt illos de hominibus exigamus. Aduenæ Genium loci salutabant. Virgil. lib. 7. Æneid.

—— Geniúmque loci, primámque Deorum
Tellurem, Nymphásque, & adhuc ignota precatur
Flumina. ——

Genium serpentis specie cultum esse ostendit. Statius lib. 5. Theba.

Terrigena erigitur serpens, tractúque soluto
Immanem sese vehit, ac post terga relinquit.
—— Inachio sanctum dixere parenti
E *Agricolæ, cui cura loci, & syluestribus aris*
Pauper honos. ——

Gratius lib. de venat.

Te primum Vulcane loci, pacémque precamur
Incola sancte tuam. ——

Ea veterum opinio fuit, vt existimarint Genium hominis cuiusque animum corpore solutum statim ad iudicium rapere, vt eius testimonio Iudex sententiam ferat. Plato in Phædone. Apuleius lib. de Deo Socrat. Ex hac, inquit, sublimiore Dæmonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes, & custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, omnium non modò actorum testes, verùm etiam cogitatorum: ac vbi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare illicò, & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere, si qua commentia-

tur, redarguere, si qua vera dicat, asseuerare. Consulendus B. Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 9. Arnobius lib. 2. Quid illi sibi volunt secretarum artium titus, quibus affamini nescio quas potestates, vt sint vobis placidæ, neque ad sedes remeantibus patrias obstacula impeditionis apponant? Postremum hoc addo, motis fuisse, vt Genium venerantes frontem attingerent, authore Seruio ad hæc lib. 3. Æneid. A

Dixerat, & genua amplexus. ——

Ver. gloss. Genius, τύχη ἑκάστου ἀνθρώπου, *fortuna cuiusque hominis*. Subiungerem aliquid de Genio Bruti, qui ante obitum terrifica forma propè astitit, & malum eius Genium se esse professus est. De Genio item Imperatorum, de quo Symmachus lib. 10. epist. 47. Testor custodem numinis vestri Deum. Ammian. Marcell. lib. 21. Constantio Imperatori apparuisse Genium tutelæ salutis appositum, qui eum reliquerit mundo citiùs digressurum. lib. 20. & 25. Genium quendam fuisse obseruatorem Iuliani Principis, qui tristis ipsum reliquerit sub vitæ finem. Sueton. in Caligul. multos scribit ad metalla condemnatos à Caligula, quod nunquam per Genium suum deierassent. Tertul. Apologet. cap. 28. Citiùs per omnes Deos, quàm per vnum Genium Principis peierabant. Minutius in Octauio. Sic eorum (Principium) numen vocant, ad imagines supplicant, Genium, id est, Dæmonem eorum implorant, & eis est tutius per Iouis Genium peierare, quàm Regis. Claudian. epist. ad Serenam. B

Quid non proficient scribentis voce Serenæ
Vel Genius Regni, vel pietatis amor?

CAP. XXVII. C

De nominibus Angelorum.

SED redeamus ad Arnobium, & iterum expendamus Angelorum potentium nomina. Potentes Angelos vocat, quia multa supra vires, & penè supra fidem hominum patrarent, quemadmodum Saluianus Circen maleficam potentem dixit lib. 5. quæ transferre homines in bestias diecbatur. Nomina autem illa non tantùm Angelorum fuere, verùm & summi Angelorum Principis, Domini Sabaoth, Dei Abraham, & multa nomina barbara, incondita, nihil significantia, vt vi verborum, quæ vulgo inaudita essent, miracula patrare crederentur. B. Cyrillus de adorata. Dominum Sabaoth nominat, qui agros excantat. Arnobius, nominum terribilium fremores. Anastasius quæst. in Scripturas. Sed nescio quomodo quidam in hoc falluntur, illud dicentes, quod Dominum Sabaoth nominant agros excantantem. Lucianus in Necticis, πρὸς μάγος ἅμα βαρβαρικά τινα, ἢ ἄσημα ὀνόματα, ἢ πολυσύλλαβα. *Apud Magos simul barbarica quædam, & nihil significantia nomina, pluribus syllabis constantia.* Clemens lib. 5. stromat. pag 237. ὁ Βράγχος μιλησίους καθαίρων ἀπὸ λοιμοῦ, ἢ τὸ πλῆθος δάφνης κλάδοις ἐπιῤῥαίνων ἐπέψαλλεν, βεδὺ, ζὰψ, χθὼν, πλῆκτρον, σφὶγξ, κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμὸ, δρὼψ. *Branchus Milesios purgans à peste, & plebem laurea virga aspergens accinebat, bedy, aer, zaps, mare, plectrum, Sol, sphinx, æther, cnaxsbi*, νόσους κναίειν, *morbos tristificare* (fortè κάειν, *vrere*) *chthuptes, flegmo, drops.* δρὼψ ὁ λόγος δραστήριος ἐκφωτίζων τὸν ἄνθρωπον, *drops sermo efficax illustrans hominem*; σφίγγα τὴν τοῦ κόσμου ἁρμονίαν, *sphinga mundi concentum.* Magi easdem voces barbaras sæpe inculcabant, & idem murmur frequenter insusurrabant, vt efficacius esset Aristides orat. de concord. Rhod. χρὴ οὖν ἐπῳδὰς μιμήσασθαι, οἱ τὰς αὐτὰς φωνὰς φθεγγόμενοι πολλάκις, οὕτως ἀνύτειν δοκοῦσι. *Oportet imitari Magos, qui easdem voces frequentando, ita se aliquid perfecturos putant.* Euseb. lib. 4. Præparat. ex Porphyr. τί δὲ καὶ τὰ ἄσημα βούλεται ὀνόματα, καὶ τῶν ἀσήμων τὰ βάρβαρα πρὸ τῶν ἑκάστῳ οἰκείων; εἰ γὰρ πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀφορᾷ ὁ ἀκούων, αὐτάρκης ἡ αὐτὴ ἔννοια δηλῶσαι κἂν ὁποιονοῦν ὑπάρχῃ τοὔνομα, &c. *Quid autem sibi volunt nomina nihil significantia & eorum quæ nihil significant barbara, præ iis quæ cuique propria sunt? Si enim id quod audit, respicit ad id quod significatur, eadē notio sufficit vt quiduis significet. Nō enim is qui vocabatur Aegyptius, erat genere. Et licet Aegyptius, non vtebatur Aegyptia, sed ne humana quidem voce. Aut enim omnia ista fraudes erant incantatorū, & prætextus per affectus hominibus proprios qui Deo tribuuntur.* ἢ γὰρ γοήτων ἦν πάντα τεχνάσματα ταῦτα, καὶ προκαλύμματα διὰ τῶν ἐπιφημιζομένων τῷ θείῳ τῶν περὶ ἡμᾶς γινομένων παθῶν, *aut ignoramus habere nos contrarias notiones de Deo, quàm res habebat.* Iustinus, siue quis alius author quæst. ad Orthod. οἷς γὰρ ἐκέχρηντο οἱ ἐπαοιδοὶ ὀνόμασι πρὸς τὰ προκείμενα αὐτοῖς ἔργα, ταῦτα ἀναγκαίως παρ' αὐτῶν ἐμάνθανον. κατὰ γὰρ τὸν τρόπον τῆς θεραπείας, οὕτως καὶ τὴν προσηγορίαν τῆς D E

κλήσεως

A κλήσεως αὐτῶν ὠνόμαζον, βεελζεβοὺλ, βελιὰλ. *Quibus enim vtebantur Magi nominibus, ad opera ipsis proposita, illa necessario ab ipsis Dæmonibus discebant. Secundum enim modum ministery, ita & appellationem eorum indigetabant Beelsebub, Belial.* Prudentius lib. 2. in Symmach.

> *At prudens orator ait fataliter vrbem*
> *Sortitam, quonam Genio proprium exigat æuum*
> *Cunctis nam populis, seu mœnibus inditur, inquit,*
> *Aut fatum, aut Genius, nostrarum more animarum,*
> *Quæ sub disparili subeunt noua corpora sorte.*

Vide Dionem Chrysost. orat. 25. pag. 281. Chæremon sacrorum scriba hæc habet. αὗται δὲ αἱ εὐχαὶ τίνα ἔχουσι λόγον, τὸν ἐξ ἰλύος ἀναφανέντα λέγουσαι, καὶ ἐπὶ τῷ λωτῷ καθήμενον, καὶ ἐπὶ πλοίου ναυτιλλόμενον, καὶ καθ' ὥραν τὰς μορφὰς ἀμείβοντα, καὶ κατὰ ζώδιον μετασχηματιζόμενον; οὕτω γάρ φασι αὐτοπτεῖ-
B σθαι, &c. *Preces Magorum qua ratione nituntur, cùm inuocant eum qui ex limo extitit, & qui in loto sedet, & in naue nauigat, & in horas mutat formas, & in paruum animal transfiguratur? Sic enim aiunt eum oculis visum esse, ignorantes quod proprium suæ fantasiæ affectum illi accommodant.* Lucianus in Philopseude Magos ait verbis vti polysyllabis, & trisyllabis. ἐπῳδὴ ἦν τρισύλλαβος, *carmen erat tribus syllabis constans.* Inuocabant & Deum Abraham. Origen. lib. 1. in Celsf. ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἐπαδόντων δαίμονας, χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν τῷ, ὁ θεὸς ἀβραάμ. *Sed & multi eorum qui excantant Dæmonas, vtuntur in suo murmure his verbis, Deus Abraham.* lib. 4. σαφὲς δὲ ὅτι καὶ γενεαλογοῦνται ἰουδαῖοι ἀπὸ τῶν τριῶν πατέρων, τοῦ ἀβραὰμ, καὶ τοῦ ἰσαὰκ, καὶ τοῦ ἰακώβ, ὧν τοσοῦτον δύναται τὰ ὀνόματα συναπτόμενα τῇ τοῦ θεοῦ προσηγορίᾳ, ὡς οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους χρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαῖς, καὶ ἐν τῷ κατεπᾴδειν δαίμονας, τῷ, ὁ θεὸς ἀβραὰμ, ὁ θεὸς ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς ἰακὼβ, ἀλλὰ γὰρ σχεδὸν καὶ πάντας
C τοὺς τὰ τῶν ἐπῳδῶν, καὶ μαγειῶν πραγματευομένους. *Scitum est Iudæis genus esse à tribus parentibus, Abraham, Isaac, & Iacob, quorũ nomina tantum possunt adiuncta nomini Dei, vt non modo qui genere Iudæi sunt, in precationibus ad Deum, & excantationibus Dæmonum, verùm & omnes penè qui magicas artes, & incantationes factitant, Deum Abraham, Isaac, & Iacob appellent.* Idem in cap. 15. Iosue homil. 20. quædam carmina, seu præcantationes nominibus quibusdam appellatis fiunt. Quintil. declamat. 10. Magum, cuius horrido murmure, imperiosisque verbis Dij superi, manésque torquentur, noxium sepulcro circumdatur carmen, tunc horrentibus verbis vrna præcluditur. Qui simul ore squallido barbarum murmur intonuit, mox in ipsam dicitur incubuisse pronus vrnam, & inter ossa & inter cineres verba clusisse. declamar. 15. Facinus quod dicitur inquietare superos, sydera diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus. Eunapius in Maximo: χόνδρον καθαρίσας
D λιβανωτοῦ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὅν τινα δὴ περὶ ὕμνον περαίνων, *granum purgans thuris, & secũ ipse hymnũ quendã admurmurãs.* De Magis Origenes l. 1. in Celsum, qui ἔργα χριστοῦ κοινοποιεῖ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων τὰ σεμνὰ μαθήματα, καὶ δαίμονας ἀπὸ ἀνθρώπων ἐξελαυνόντων, καὶ νόσους ἀποφυσώντων, καὶ ψυχὰς ἡρώων ἀνακαλούντων, δεῖπνά τε πολυτελῆ, καὶ τραπέζας, καὶ πέμματα, καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων, καὶ ὡς ζῶα κινούντων οὐκ ἀληθῶς ὄντα ζῶα, ἀλλὰ μέχρι φαντασίας φαινόμενα τοιαῦτα. lib. 2. εἰδ' ἅπαξ παραδεξόμεθα ἀκόλουθον εἶναι τῷ ὑποστῆναι εἶναι, μαγείαν, καὶ γοητείαν ἐνεργουμένην ὑπὸ πονηρῶν δαιμόνων καταθηλήσεσι περιέργοις θελγομένων, ἢ ἀνθρώποις γόησιν ὑπακουόντων. Deuteron. cap. 13. ἐὰν δὲ ἀναστῇ ἐν σοὶ προφήτης ἢ ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον, καὶ δώσει σημεῖον, ἢ τέρας, &c. lib. 4. γενεαλογοῦνται ἰουδαῖοι ἀπὸ τῶν τριῶν πατέρων, τοῦ ἀβραὰμ, καὶ τοῦ ἰσαὰκ, καὶ τοῦ ἰακὼβ, ὧν τοσοῦτον δύναται τὰ ὀνόματα συναπτόμενα τῇ τοῦ θεοῦ προσηγορίᾳ, ὡς οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους χρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαῖς, καὶ ἐν τῷ κατεπᾴδειν δαίμονας,
E τῷ, ὁ θεὸς ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς ἰακὼβ, ἀλλὰ γὰρ σχεδὸν καὶ πάντας τοὺς τὰ τῶν ἐπῳδῶν, καὶ μαγειῶν πραγματευομένους. εὑρίσκεται γὰρ ἐν τοῖς μαγικοῖς συγγράμμασι πολλαχοῦ ἡ τοιαύτη τοῦ θεοῦ ἐπίκλησις, καὶ παράληψις τοῦ θεοῦ ὀνόματος, ὡς οἰκείου τοῖς ἀνδράσιν τούτοις εἰς τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων. ταῦτ' οὖν δοκεῖ μοι ὑπὸ ἰουδαίων, καὶ χριστιανῶν προσαγόμενα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἱερούς τινας ἄνδρας γεγονέναι τὸν ἀβραὰμ, καὶ τὸν ἰσαὰκ, καὶ τὸν ἰακὼβ τοὺς πατέρας τοῦ ἰουδαίων ἔθνους μὴ πάντη μὲν ἠγνοηκέναι ὁ κέλσος, οὐ μὴν σαφῶς ἐκτεθεῖσθαι, ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο ἀπαντῆσαι πρὸς τὸν λόγον. πυνθανόμεθα γὰρ ἁπάντων τῶν χρωμένων τὰς τοιαύτας τοῦ θεοῦ ἐπικλήσεσιν· εἴπατε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, τίς ὁ ἀβραὰμ, καὶ πηλίκος ὁ ἰσαὰκ, καὶ ποίας δυνάμεως γεγόνει ὁ ἰακὼβ, ὡς τὴν θεοῦ προσηγορίαν ἁρμοζομένην αὐτῶν τῷ ὀνόματι, τηλικαῦτα ποιεῖν δυνάμεις; Item, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ὁ θεὸς τῶν ἑβραίων, καὶ ὁ θεὸς ὁ καταποντώσας ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ τὸν αἰγυπτίων βασιλέα, καὶ τοὺς αἰγυπτίους, πολλάκις ὀνομάζεται παραλαμβανόμενος κατὰ δαιμόνων. *Celsus Christi miracula comparat cum iis quæ patrabantur ab Aegyptiis in compitis, & medio foro, vt obolis aliquot plebeculam emungerent, siue Dæmones exigerent hominum corporibus, siue morbos exsufflarent, siue animas Herouin vocarent, siue epulas, mensas, bellaria, & obsonia quæ non erant, sub oculos spectantium subiicerent, siue animantia mouerent, quæ reuera nulla erant, sed speciem tantùm exhibebant. Si enim semel*

nuel admiserimus consentaneum esse, vt sit aliquod fundamentum, magiam & præstigias fieri ministerio Dæmonum, qui curiosis illectamentis (fortè καταχλήσεσι, *inuocationibus*) *demulcentur, & præstigiatoribus audientes se præbent.* Item, *si surrexerit in te propheta, aut somniator, & dederit signum, aut miraculum*, &c. *Iudæi originem trahunt ab Abraham, Isaac, & Iacob, quorum nomina tantum possunt coniuncta cum Dei nomine, vt non tantùm Iudæi vtantur in precibus ad Deum, & in excantandis Dæmonibus, appellationibus istis, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, verùm & alij omnes qui excantationes, & magicas artes factitant. In scriptis enim magicis sæpe inueniuntur eiusmodi Dei inuocatio, & assumptio nominis Dei, quod sit commodum & vtile eiusmodi hominibus aduersus Dæmones. Hæc igitur quæ à Iudæis, & Christianis adducuntur, vt ostendant sanctos quosdam viros fuisse Abrahamum, Isaacum, & Iacobum Patres gentis Iudæorum, mihi videtur Celsus non penitus ignorasse, nec penitus exposuisse, quoniã non potuit ad quæsita respõdere. Interrogemus enim omnes qui vtũtur istis Dei inuocationibus. Dicite nobis, ô isti, quis fuit Abraham, quantus Isaac, cuius virtutis Iacob, vt Dei appellatio cum eorum nominibus coniuncta tantas efficiat virtutes?* Itẽ, *verùm & Deus Israël, & Deus Hebræorum, & Deus qui mersit Regẽ Aegyptiorum in mari rubro, & Aegyptios, crebrò aduersus Dæmones nominatur.* Sub finẽ lib. 6. De virtute nominum idem Origenes lib. 5. in Cels. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἔχουσαι αἱ ἐν ἀνθρώποις διάλεκτοι, ὡς δῆλον τοῖς ἐφιστάνειν δυναμένοις φύσει ἐπῳδῶν, οἰκειουμένων κατὰ τὰς διαφόρους διαλέκτους, καὶ τὰς διαφόρους φθόγγους τῶν ὀνομάτων τοῖς πατράσι τῶν διαλέκτων· περὶ ὧν ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐπ᾽ ὀλίγον διειλήφαμεν λέγοντες, ὅτι καὶ μεταλαμβανόμενα εἰς ἄλλην διάλεκτον τὰ πεφυκότα δύνασθαι ἐν τῇ δεῖνι διαλέκτῳ, οὐκέτι ἀνύει τι, ὡς ἤνυεν ἐν ταῖς οἰκείαις φωναῖς. ἤδη δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων τὸ τοιοῦτον εὑρίσκεται· τὸν γὰρ ἀπὸ γενέσεως ἑλλάδι διαλέκτῳ καλούμενον τὸν δεῖνα, οὐκ ἂν μεταλαβόντες εἰς διάλεκτον αἰγυπτίων, ἢ ῥωμαίων, ἤ τινος ἄλλης, ποιήσαιμεν παθεῖν, ἢ δρᾶσαι, ἅπερ πάθοι, ἢ δρᾶσαι ἂν καλούμενος τῇ πρώτῃ θέσει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸν ἐξ ἀρχῆς ῥωμαίων κληθέντα φωνῇ εἰ μεταλάβοιμεν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα διάλεκτον, ποιήσαιμεν ἄν, ὅπερ ποιεῖν ἐπαγγέλλεται ἡ ἐπῳδὴ, τηροῦσα τὸ κατονομασθὲν αὐτῷ πρῶτον ὄνομα. εἰ δὲ ταῦτα περὶ ἀνθρωπίνων ὀνομάτων λεγόμενα ἐστὶν ἀληθῆ, τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῶν δι᾽ ἣν δή ποτε αἰτίαν ἀναφερομένων ἐπὶ τὸ θεῖον ὄνομα· μεταλαμβάνεται γὰρ, φέρ᾽ εἰπεῖν, εἰς ἑλλάδα φωνὴν ἀπὸ τοῦ ἀβραὰμ ὀνόματος, καὶ σημαίνεταί τι ἀπὸ τοῦ ἰσαὰκ προσηγορίας, καὶ δηλοῦταί τι ἀπὸ τοῦ ἰακὼβ φωνῆς. καὶ ἐὰν μὲν ὁ καλῶν, ἢ ὁ ὁρκῶν ὀνομάζῃ θεὸν ἀβραὰμ, καὶ θεὸν ἰσαὰκ, καὶ θεὸν ἰακὼβ, τάδε τινὰ ποιήσαι ἄν, ἤτοι διὰ τὴν τούτων φύσιν, ἢ καὶ δύναμιν αὐτῶν, καὶ δαιμόνων νικωμένων, καὶ ὑποταττομένων τῷ λέγοντι ταῦτα. ἐὰν δὲ λέγῃ, ὁ θεὸς πατρὸς ἐκλεκτοῦ τῆς ἠχοῦς, καὶ ὁ θεὸς τοῦ γέλωτος, καὶ ὁ θεὸς τοῦ πτερνιστοῦ, οὕτως οὐδὲν ποιεῖ τὸ ὀνομαζόμενον, ὡς οὐδ᾽ ἄλλο τι τῶν μηδεμίαν δύναμιν ἐχόντων. οὕτω δὲ κἂν μὲν μεταλάβωμεν τὸ ἰσραὴλ ὄνομα εἰς ἑλλάδα, ἢ ἄλλην διάλεκτον, οὐδὲν ποιήσομεν, ἐὰν δὲ τηρήσωμεν αὐτὸ προσάπτοντες οἷς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ συμπλέκειν αὐτὸ ᾠήθησαν τότε γένοιτ᾽ ἄν τι κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν τοιῶνδε ἐπικλήσεων, ἐκ τῆς τοιᾶσδε φωνῆς. τὸ δ᾽ ὅμοιον ἐροῦμεν καὶ περὶ τῆς σαβαὼθ φωνῆς, πολλαχοῦ τῶν ἐπῳδῶν παραλαμβανομένης, ὅτι εἰ μεταλαμβάνομεν τὸ ὄνομα εἰς τὸ, κύριος τῶν δυνάμεων, ἢ κύριος στρατιῶν, ἢ παντοκράτωρ (διαφόρως γὰρ αὐτὸ ἐξεδέξαντο οἱ ἑρμηνεύοντες αὐτὸ) οὐδὲν ποιήσομεν· τηροῦντες δ᾽ αὐτὸ ἐν τοῖς ἰδίοις φθόγγοις, ποιήσομέν τι, ὥς φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. τὸ δὲ ὅμοιον ἐροῦμεν καὶ περὶ τοῦ ἀδωναΐ. εἴπερ οὖν οὔτε τὸ σαβαὼθ, οὔτε τὸ ἀδωναΐ, μεταλαμβανόμενα εἰς ἃ δοκεῖ σημαίνειν ἐν ἑλλάδι φωνῇ, ἀνύει τι, πόσῳ πλέον οὐδὲν ἂν ποιήσαι, οὐδὲ δυνηθείη παρὰ τοῖς μηδὲν διαφέρειν οἰομένοις διὰ ὕψιστον καλεῖν, ἢ ζῆνα, ἢ ἀδωναῖον, ἢ σαβαώθ; Idem lib. 6. οἱ ὀφιανοὶ ἀπὸ μαγείας ἔλαβον τὸν ἰαλδαβαὼθ καὶ τὸν ἀσταφαῖον καὶ τὸν ὡραῖον. εἶτα πρὸς τοὺς χρωμένους μαγείᾳ τινὶ καὶ γοητείᾳ, καὶ καλοῦντας ὀνόματα βαρβαρικὰ δαιμόνων τινῶν. Id est, *non enim hominum dialecti ab hominibus ortæ sunt, vt norunt ij, qui excantationum naturæ insistunt, quæ cuique propria, & peculiaris est secundùm diuersas dialectos, & diuersos nominum sonos apud dialectorum pàtres: de quibus suprà aliquid attigimus dicentes, ea quæ in propria dialecto vim habent, si in aliam vertantur, non esse efficacia. Id ipsum reperitur in hominibus. Eum enim qui Græcè hoc, vel illo nomine vocetur, si Græcum nomen Aegyptia dialecto, vel Romana enuntiaris, idem effecturum, aut passurum non esse, quod facturus, aut passurus esset, si Græco nomine vocatus esset. Itidem & si Romanum nomen in Græcanicum verteris, excantatio effectu suo priuabitur. Quod si hæc in hominum nominibus vera sunt, quid sentiendum de nominibus quæ ad Deum qualibet de causa referuntur? Age enim, nomina Abraham, Isaac, & Iacob aliquid significant, quod Græco nomine exprimi posit. Si tamen is qui inuocationibus, & exorcismis vtitur Deum Abraham, Isaac, & Iacob nominauerit, quod vult efficiet, propter nominum eorum naturam, & virtutem quibus Dæmones superati cedunt. Si quis autem dixerit, Deus Patris electi multitudinis sonantis* (fortè, τῆς οἰκουμένης, *terræ habitabilis*) *Deus risus, Deus supplantatoris, nihil efficiet, nec eiusmodi appellationes vires habebunt. Ita etsi verterimus nomen Israël in Græcam, aut Romanam dialectum, frustra erimus. Si nomina Hebraica retinuerimus, & illis adiunxerimus quæ periti artis docent, tunc inuocatio effectum sortietur. Idem dicemus de voce Sabaoth, quæ sæpe in cantaminibus vsurpatur. Si enim Græcè vocem hanc reddamus, dicamúsque, Dominus virtutum, aut exercituum, aut omnipotens* (*varia enim est huius vocabuli interpretatio*) *cantamen*

A *men in irritum cadet, quod efficax erit si Hebraicè efferatur, vt periti aiunt. Idem & de voce Adonai statuendum. Quod si hæ voces in aliud idioma eiusdem significationis translatæ, inficientes & inualidæ sunt, quanto magis ij nihil efficient qui nihil interesse putant inter hæc vocabula, Iouem altissimum, & Adonai Sabaoth?* Idem lib. 6. scribit, *Ophianos hæreticos à Magis accepisse voces, Ialdabaoth, Astaphæi, & Orai, &c. Deinde ad eos qui vtuntur præstigiis, & vsurpant nomina barbara Dæmonum dicendum.* Idem lib. 1. in Cels. τὸ δὲ ἀβραὰμ τὸ ὄνομα οὐ μωϋσῆς ἀναγράφει μόνος, οἰκειῶν αὐτὸν θεῷ, ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὶ τῶν ἐπαδόντων δαίμονας χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν, τῷ, ὁ θεὸς ἀβραάμ. ποιοῦντες μὲν διὰ τὸ ὄνομα, καὶ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον τοῦ θεοῦ οἰκειότητα, διὸ παραλαμβάνουσι τὴν θεὸς ἀβραὰμ λέξιν, οὐκ ἐπιστάμενοι δὲ τίς ἐστιν ὁ ἀβραάμ· τὰ δ' αὐτὰ λεκτέον καὶ περὶ τοῦ ἰσαάκ, καὶ περὶ τοῦ ἰακώβ, καὶ περὶ τοῦ ἰσραήλ, ἅτινα ὁμολογουμένως ἑβραῖα ὄντα ὀνόματα πολλαχοῦ τοῖς αἰγυπτίοις ἐπαγγελλομένοις ἐνέργειάν τινα ἐντέτακται μαθήμασι.

B Item, πότερον, ὡς οἴεται ἀριστοτέλης, θέσει εἰσὶ τὰ ὀνόματα, ἢ ὡς νομίζουσιν οἱ ἀπὸ στοᾶς φύσει, μιμουμένων τῶν πρώτων φωνῶν τὰ πράγματα, καθ' ὧν τὰ ὀνόματα; καθὸ καὶ στοιχεῖά τινα ἐτυμολογίας εἰσάγουσιν· εἴπερ δυνηθείημεν ἐν προηγουμένῳ λόγῳ παραστῆσαι φύσιν ὀνομάτων ἐνεργῶν, ὧν τισι χρῶνται αἰγυπτίων οἱ σοφοί, ἢ τῶν παρὰ πέρσαις μάγων οἱ λόγιοι, ἢ τῶν παρ' ἰνδοῖς φιλοσοφούντων βραχμᾶνες, ἢ σαμαναῖοι, καὶ κατασκευάσαι οἷοί τε γενοίμεθα, ὅτι καὶ ἡ καλουμένη μαγεία οὐ πρᾶγμά ἐστιν ἀσύστατον πάντῃ, ἀλλ' ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ἀποδεικνύουσι, συνεστὸς μὲν, λόγους δ' ἔχει σφόδρα ὀλίγοις γινωσκομένους. τότ' ἐροῦμεν ὅτι τὸ μὲν σαβαὼθ ὄνομα, καὶ τὸ ἀδωναΐ, καὶ ἄλλα παρ' ἑβραίοις μετὰ πολλῆς σεμνολογίας παραδιδόμενα, οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων, καὶ γενητῶν κεῖται πραγμάτων, ἀλλ' ἐπί τινος θεολογίας ἀπορρήτου, ἀναφερομένης εἰς τὸν ὅλων δημιουργόν. διὸ καὶ δύναται ταῦτα τὰ ὀνόματα λεγόμενα μετά τινος τοῦ συνυφοῦς αὐτοῖς εἱρμοῦ. ἄλλα δὲ κατ' αἰγυπτίαν φερόμενα φωνὴν ἐπί τινων δαιμόνων τῶν τάδε μόνα δυναμένων, καὶ ἄλλα κατὰ τὴν περσῶν διάλεκτον ἐπὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων, καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν εἰς χρείας τινὰς παραλαμβάνεσθαι. οἱ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἐπῳδῶν δεινοὶ ἱστοροῦσι, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐπῳδὴν εἰπόντα μὲν τῇ οἰκείᾳ διαλέκτῳ ἐστὶν ἐνεργῆσαι ὅσα ἐπαγγέλλεται ἡ ἐπῳδή. μεταβαλόντα δὲ εἰς

C ἄλλην οἱανδηποτοῦν φωνὴν ἐστὶν ἰδεῖν ἄτονον, καὶ οὐδὲν δυναμένην. οὕτως οὐ τὰ σημαινόμενα κατὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' αἱ τῶν φωνῶν ποιότητες καὶ ἰδιότητες ἔχουσί τι δυνατὸν ἐν αὐταῖς πρὸς τάδε τινά, ἢ τάδε. *Nomen Abrahæ non Moyses solus scribit, sed & multi eorũ qui Dæmonas excantãt, Deũ Abrahæ nominant, & nomine eius citato sibi sanctũ Dei familiarem faciunt, cùm nesciant quis ille sit Abraham. Idẽ dicendũ de nominibus Isaac, Iacob, Israël quæ Hebraica cùm sint, in Aegyptiorũ, qui effectũ aliquẽ pollicẽtur, disciplinis sparsa sunt.* Item; *Vtrùm nomina, vt vult Aristoteles, ex impositione hominũ fluunt, an vt Stoici autumant, prima rerum nomina res imitata sunt? quare & elementa quadam etymologiæ introducunt. Si igitur poterimus exhibere naturam nominum efficacium, quibus sapientes Aegypti vtuntur, aut Persidis eruditi Magi, aut Brachmanes, ac Samanæi Indiæ Philosophi, & ostenderimus, magiam non esse rem inanem, sed, vt artis periti autumant, solidam, quæ rationes habeat plerisque ignotas, tunc dicemus nomina Sabaoth, Adonai, &*

D *alia quæ ab Hebræis magnificis verbis traduntur, non in rebus quadrantaris, & natis, ac corruptibilibus posita esse, sed abscondita quadam Theologia referri ad vniuersi huius conditorem. Ideo efficacia sunt ista nomina, si cum solemni quadam serie dicuntur. Alia efferuntur Aegyptia lingua super quibusdam Dæmonibus, alia Persica super aliis Dæmonibus, & ita in quaque dialecto peculiaria quædam vocabula ad certos vsus assumuntur. Qui excantandi scientes sunt, asserunt idem cantamen propria dialecto insusurratum, effecturum quod pollicetur; alia dialecto si vsus fueris, inefficax erit. Ita non quæ significantur secundùm res ipsas, sed qualitates vocum, & proprietates habent aliquid efficax in seipsis ad hoc, & illud.* Obiiciebat Celsus, ὅτι χριστὸς ἐν αἰγύπτῳ δυνάμεών τινων πειραθεὶς ἐφ' αἷς αἰγύπτιοι σεμνύνονται, ἐπανῆλθεν ἐν ταῖς δυνάμεσι μέγα φρονῶν, καὶ δι' αὐτὰς θεὸν αὐτὸν ἀνηγόρευσε, &c. ἔτι μάγοι δαίμοσι ὁμιλοῦντες, καὶ τούτους ἐφ' ἃ μεμαθήκασι, καὶ βούλονται καλοῦντες, ποιοῦσι μὲν τὸ τοιοῦτον ὅσον οὐδὲν θειότερον καὶ ἰσχυρότερον τῶν δαιμόνων, καὶ τῶν καλούντων αὐτοὺς ἐπῳδῶν ἐπιφαίνεται, ἢ λέγεται. *Christum cùm fecisset periculum potesta-*

E *tum quibus gloriantur Aegyptij, rediisse in Iudæam magnificè de se ob virtutes illas sentientem, propter quas se ipsum Deum renuntiarit, &c. Magi colloquentes cum Dæmonibus eos ad quæ volunt, & didicerunt, traducunt, & tantum præstant quantum ipsi Dæmones possunt, & cantamen quo vtuntur.* Nugatur Origenes, nec enim in nominibus aut characteribus quicquam per se virium est, nisi pactum cum Dæmone intercedat. Negat tamen Origenes homilia 13. in Num. cap. 22. Magos vel Michaelem, vel Deum inuocare. Non potest inuocare Magus Michaëlem, non Raphaëlem, aut Gabrielem, multo minus inuocare potest omnipotentem Deum, nec Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, nec Sanctum Spiritum. Constat esse quosdam Dæmones malos, qui inuocati à Magis adsunt eis ad malum, non ad bonum. Ars magica nescit benedicere, quia nec Dæmones sciunt benefacere. cap. 21. Numer. *Venerunt seniores Moab, & diuinacula in manibus eorum*, id est, tripodas vel cortinas, quæ quasi ad hoc ipsum consecrata moueri ab iis & contrectari solent. Idem homil. 20. in Iesu Naue. Si enim creditum est à Gentibus, quod quædam carmina quas præcantationes ap-

 pellant,

pellant, quibus istud artis est, insusurrantes nominibus quibusdam compellaris, quæ ne A illi quidem qui inuocant norunt, ex solo vocis sonu vel sopiantur serpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abstrusi. Sæpe etiam in corporibus humanis tumores sola voce reprimere dicuntur. Item; sicut enim apud infideles contrariæ virtutes audientes illa, vel illa nomina in carminibus, vel præcantationibus adsunt, & exhibent famulatum, & dant operam in hoc ad quod inuocari se ex hoc, vel illo nomine senserint.

CAP. XXVIII.

De Faunis.

ARNOBIVS lib. 1. qui Faunos, qui Fatuas, ciuitatúmque Genios, qui Pausos re- B uerentur. Fauni fuere in Italia, quod Magi in Perside, Bardi in Gallia, qui Saturnio carmine fata fari soliti erant. Dionys. Halicarn. lib. 1. τὴν βασιλείαν τῶν ἀβοριγίνων παρειληφὼς Φαῦνος ἄρης, ὡς φασίν, ἀπόγονος, ἀνὴρ δραστήριος καὶ συνετός, ὃν ὡς ἐπιχωρίων τινὰ δαιμόνων ῥωμαῖοι θυσίαις καὶ ᾠδαῖς γεραίρουσι. *Regnum Aboriginum Faunus sortitus est Martis nepos, quem Romani vt vnum ex Diis indigetibus sacrificiis, & carminibus honorant.* Cicero lib. 2. de nat. Deor. Faunorum sæpe voces exauditas ait. Ennius;

——scripsere alij rem
Versibus, quos olim Fauni, vatésque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.——

Varro lib. 6. de ling. Lat. Fauni Dij Latinorum, ita vt Faunus, & Fauni sint in versibus C quos vocant Saturnios. Eos in syluestribus locis traditum est fari, à quo Faunos dictos. Suidas; Φαῦνος υἱὸς πίκε τοῦ καὶ διὸς ἐν ἰταλίᾳ ἐκαλεῖτο, μέταλλα ἐφεῦρε χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ σιδήρου, καὶ τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, &c. *Faunus filius Pici, qui Iouis filius fuit, quem Mercurium vocant, inuenit metalla auri, argenti, & ferri, & docuit Hesperios quomodo ea laborarentur, vnde & πλουτοδότης, opum dator vocatur.* Eius oracula commemorat Virgil. 7. Æneid.

—— Oracula Fauni
Fatidici genitoris adit.——

Cedrenus Faunum eundem facit Hermæ Iouis filio prudentissimo repertori auri. λογικώτατος, ὃς καὶ τοῦ χρυσοῦ φύσιν ἐξεῦρεν ἐν ἀνθρώποις. Seruius; Faunus Larini pater, cuius vxor Fatua, & Fauna Iustinus lib. 43. Fatua Fauni vxor assiduè diuino spiritu impleta futura D prædicebat. Fauni pinguntur φαλακροί, καὶ σιλλοί, *calui, frontem cruenti, & splendentes*, id est, rubenti facie, vt vult Seruius. Martianus lib. 2. Ipsam quoque terram quæ hominibus inuia est, refercaiunt longæuorum choris, qui habitant syluas, nemora, lucos, fontes, ac fluuios, appellantúrque Panes, Fauni, Fones, Satyri, Syluani, Nymphæ, Fatui, Fatuæque, vel Fantuæ, vel etiam Fanæ, à quibus fana dicta, quod soleant diuinare. Hi omnes post prolixum æuum moriuntur vt homines, sed tamen & præsciendi, & incursandi, & nocendi habent præsentissimam potestatem, Isidorus in glossis. Fones Dij syluatici. Festus; Picus Rex pico aue vtebatur ob augurium, à quo sic dictus. Is Regem Fatuum, Faunum alij quem vocant, & Fatuam procreauit. Faunus dicitur & Fatuelis, quia fata fatur. vnde & fatuari dicuntur qui inspirantur. Plin. lib. 22. cap. 2. Syluanos, Faunósque, & Deorum genera syluis, ac sua nomina tanquam è cælo attributa credimus. Ouid. lib. 1. E Metamorphos.

—— Rusticolæ syluarum numina Fauni.

Lucret. lib. 4.

Hæc loca capripedes Satyros, Nymphásque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur,
Quorum noctiuago strepitu, ludóque iocanti
Affirmant vulgò taciturna silentia rumpi.

Fauno ædes fuit in Auentino. Sozomen. lib. 8. Histor. cap. 6. ὀνοσκελεῖς vocat, ὀνοσκελίδας, Latini capripedes, sacræ literæ pilosos, *hairim*, quorum tripudia in Atlante monte commemorat Plinius lib. 5. cap. 1. Dionys. lib. 6. origin. Ab Esaia dicuntur Sirenes, Onocentauri, pilosi, Lamiæ, talpæ, vespertiliones, cap. 2. & 13. & 34. Satyri, Satyrisci, Panes, Panisci, Syluani, Sylleni, Ephialtæ, Hyphialtæ, Inui, succubi, incubi. Themison. lib. 2. epist.

A epist. πνιγαλίωνα, πνίγμονα vocat Ephialten, Cœlius Aurelianus Incubonem, morbus est. Seruius Faunum ἀπὸ τῆς φωνῆς dici vult, *à fando*, quod voce, non signis futura ostenderet. Porphyrio ad hæc Horatij;

Faune Nympharum fugientum amator.

Faunum existimatum ait maleficum, ac pestilentem Deum. Lactantius lib. 1. Ante Pompilium Faunus in Lario, qui & Saturno auo nefaria sacra instituit, & Picum patrem inter Deos honorauit, & sororem suam Faunam, eandémque coniugem saerauit, quam Caius Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Romæ in insula Tiberina Fauni ædes fuit. Ouid. in Fast.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni,
Hic vbi discretas insula rumpit aquas.

B Probus tradit, Faunum ædificia, lucósque numinibus consecrasse, & ab eo fana dicta.

CAP. XXIX.

De Laribus.

LARES Mercurij, & Laræ filij, Lalaram Ouidius 2. Fast. vocat, Larundam Ausonius in Monosyllabis. Macrob. lib. 1. Satur. Maniam Deam matrem Larium esse ait, Lactantius lib. 1. cap. 20. Mutam Deam. Dionys. Lares vocat τῶν κατ' οἰκίαν ἥρωας. vet. glos. Larunda δαιμόνων μήτηρ. Lares familiares, ἥρωες κατοικίδιοι. Cato de re rustica lib. 1. cap. 2. C Paterfamilias vbi ad villam venit, vbi Larem familiarem salutauit. Varro lib. 4. de ling. Larina. In Auentino via noua qua ascendebant ad Rumiam, & sacellum Larum. vet. glos. λάρηλες, πραίστιλες, οἷς κύων παρέστηκεν, αὐτοὶ ἢ κυνῶν διφθέραις ἀμπέχονται. *Lares præstites, quibus assistebat canis, ipsi canum pellibus amiciuntur.* Plutarch. in Romaic. cap. 51. λάρες ἐριννυώδεις τινές εἰσι, καὶ ποίνιμοι δαίμονες, ἐπίσκοποι βίου. *Lares furiosi, & noxij Dij, vita obseruatores.* Dij Lares colebantur sæpe in foro, interdum in cubiculo, vel in aliqua parte atrij, vt in compluuio, vel post fores domorum. Vet. inscrip. FORTVNÆ REDVCI, LARI VIALI, ROMÆ ÆTERNÆ, Q. AXIVS ÆLIAN. S. Hieronym. in Esai. cap. 57. vt post fores domorum idola ponerent, quos domesticos appellant Lares. Domus Genij, Dij familiares, & domestici, πατρῷοι θεοί. Quæque domus suos proprios Lares, ac Genios habuit. Auson.

Nec Genius domuum, Larunda progenitus Lar.

D Alij priuati, & familiares, qui parcellarij, alij publici, & communes vrbis custodes, qui præstites, & patrij Dij. Ouid. lib. 5. Fastor.

Præstitibus Maiæ Laribus videre Kalendæ,
Aram constitui, paruáque signa Deûm.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quod præstant oculis omnia tuta suis.
Stant quoque pro nobis, & præsunt mœnibus vrbis,
Et sunt præsentes, auxiliúmque ferunt.
Et canis ante pedes saxo fabricatus eodem
Stabat, quæ standi cum Lare causa fuit?
Seruat vterque domum, domino quoque fidus vterque,
Compita grata Deo, compita grata cani.
E *Exagitant & Lar, & turba Dianiæ fures,*
Peruigilántque Lares, peruigilántque canes.

Præstites ergo compitales viarum custodes. Per initia duo tantùm pingebantur, pòst cùm hæ statuæ interiissent, pro duobus illis coli cœperunt in vicis singulis tres Lares, duo quidem illi priores, & tertius Augusti Genius.

Bina gemellarum quærebam signa Deorum,
Viribus annosa facta caduca mora.
Mille Lares, Geniúmque ducis, qui tradidit illos,
Vrbs habet, & vici numina trina colunt.

Lib. 2. Fast.

—— Geminósque parit qui compita seruant,
Et vigilant nostra semper in æde Lares.

Compitalium Larum ara ſtatuitur in Circo maximo. Tertul. lib. de ſpectac. compiti potentes eos vocat, compitales. Sueton. in Auguſt. cap. 31. Compitales Lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus, & æſtiuis. Nec vrbana tantùm compita Lares habebant, ſed omnes etiam publicæ viæ. Arnob. lib. 3. quos arbitratur vulgus vicorum, atque itinerum Deos eſſe, ex eo quod Græci vicos cognominant λαύρας. Hi dicuntur in Catalectis ſemitales Dij, in vet. inſcript. Dij vij, Plauto in Mercatore viales. A Prænestinis digitij dicti, quia viam digito indicarent. Arnobius ex Nigidio ſcribit, nonnullos cenſuiſſe, Idæos Dactylos eſſe. vet. gloſſ. κουρῆτες οἱ περὶ τ παιᾶνα, Corybantes indigetes. Arnobius, indigetes Samothracios. Quiſque domi ſuum Lararium habuit, vt Lamprid. ſcribit in Alex. Seuero. Sueton. in Domitia. Puer qui curæ Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens. Petron. in porticu grande armarium in cuius ædicula erant Lares argentei poſiti. Sueton. in Auguſtin. in compluuium Deorum Penatium tranſtulit. Colebantur tamen in foco. Plaut.

Hæc imponentur in foco noſtro Lari.

Val Max. lib. 2. aquam calidam iis à foco petens, genibus nixus Lares familiares orauit. Iuuenal. ſatyr. 9.

O noſtri, paruíque Lares, quos thure minuto,
Aut farre, & tenui ſolo exorare corona.

Feſtus; Donaticæ coronæ dictæ, quod his victores in ludis donabantur, quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt, ſuper modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cùm Lares ornantur. Iuuen. ſatyr. 12.

——— Graciles vbi parua coronas
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera,
Et cadat ante Lares Gallita victima ſacra.

Satyr. 13.

——Et Laribus criſtam promittere Galli.

Martial. lib. 7 epig. 26.

Pingueſcant madidi læto nidore Penates.

Prudent. lib. 1. in Symmach.

—— De farre molæ ſaxa illita ceris
Viderat, vnguentóque Lares humeſcere nigros.
Mox humeris poſitus nutricis triuit & ipſe
Impreſſis ſilicem labris. ——

Plaut. in Aulular.

Nunc thuſculum emi, & haſce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco noſtro Lari.

Tibul. eleg. 11. lib. 1.

His placatus erat, ſeu quis libauerat vuam,
Seu dederat ſanctæ ſpicea ſerta comæ.
Hoſtiáque è plena ruſtica porcus hara.
Hunc pura cum veſte ſequar, myrtóque caniſtra
Vincta feram, myrto vinctus & ipſe caput.

Calpurn. Bucol. 2.

Nos quoque pomiferi Laribus conſueuimus horti
Mittere primitias. ————

Horat. ode 23. lib. 3.

Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, auidáque porca.
Paruos coronantem marino
Flore Deos, fragilíque myrto.

Cornutus ad Perſium; Lares toga, cinctu Gabino cingebantur, obuoluti toga ſupra humerum ſiniſtrum, & ſub dextro. Canina pelle induuntur. Lars potentem ſignificat, vnde Lar Tolumnius apud Liuium, & Lares Düpotes Varroni. Tzetzes Chil. 6. cap. 39. λάρτας πορσίνας, nomen dignitatis eſt. Cicero lib. 2. de legibus. Ea quæ à maioribus prodita eſt, cùm dominis, tum famulis poſita in fundi, villæque conſpectu religio Larum. Capitol. in Anton. Philoſ. qui magiſtrorum ſtatuas ſemper in Larario habuit. Lamprid. in Alxand.

qui

A qui manè in Laratio suo, si eum vxore cubuisset, rem diuinam faciebat. Ante Lares lucerna posita. vet. inscriptio, SIGNVM LIBERI PATRIS PANTHEI CVM SVIS PARERGIS, ET CVPIDINES DVO CVM SVIS LYCHNVCHIS, ET LVCERNA LARVM. Laribus publicis sacrum instituit Augustus Imp. ex stipe quam populus ei contulit Kal. Ianuariis absenti. Lares grundules Nonius fuisse ait ad honorem porcæ quæ 30. capitum foetus enixa est. Larem domesticum reduces salutabant. Cato cap. 11. de re rust. vbi Larem domesticum salutat. Symmach. lib. 5. epist. 4. Larem patrium salutauit. Seneca in Agamem. Claudian. lib. 1. de laudibus. Stilic. Terent. Phorm. actu 2. scen. 2. Columel. lib. 11. cap. 1. Consuescátque rusticos circa Larem domi, focúmque familiarem semper epulari. Seruius lib. 6. Æneid. ad hæc;

Sedibus hunc refer ante suis. ——

B Apud maiores omnes in suis ædibus sepeliebantur, vnde etiam vmbras larnas vocamus. Nam Dij Penates alij sunt. Item, veteres omnes homines in suis domibus sepeliebant; vnde ortum est vt Lares colerentur in domibus. Tertul. in Apolog. Domesticos quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis, pignerando, venditando, demutando, aliquando in caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Mineruа, vt quisque contritus, atque contusus est, &c. Interdum manes, & lares pro iisdem accipiuntur, & lectorum præsides dicuntur. Silius lib. 2.

——*seu prodita tecta*

Expulsi fugiant manes. ——

Vnde compitalibus effigies viriles & muliebres ex lana suspendebantur Laribus vt Diis inferis, vt ait Festus in voce, *pilæ*, & viriles. & de Mania Dea Macrob. lib. 1. cap. 7. Sil. C libro 15.

——*Infernis habitantia numina lucis*,

Et supplex patrios compellat nomine manes,

Larum superstitio ex eo orta, quod olim domi quisque suos sepeliebat, eósque vt Deos domesticos colebat. Plaut. in Mercat.

Dij penates meum parentum, familiaque Lar Pater,

Vobis mando meum parentum rem bene vt tutemini,

Ego mihi alios Penates persequar, alium Larem.

Arnob. lib. 3. Nigidius modò tectorum, domuúmque custodes, modò Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iouis æribus aliquando vagitum. Indigetes Samothracios, quos quinque iudicant Græci, Idæos Dactylos nuncupari. Varro similiter hæsitans nūc esse illos D manes, & ideo Maniam matrem esse cognominatam Larum, nunc aërios cursus Deos, & Heroas pronuntiat appellari. Nunc antiquorum sententias sequens laruas esse dicit Lares quasi quosdam Genios defunctorum animas mortuorum. Athenis Anthesterione mense, qui partem Martij & Februarij obtinebat, animas exire ad superos putabant. Hesych. μιαραὶ ἡμέραι τοῦ ἀνθεστηριῶνος μηνὸς ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. *Dies abominabiles mense Anthesterione*, &c. Athenæus lib 8. Apolloniatæ mense Anthesterione τὰ νόμιμα ἐπιτελεῖν τοῖς τετελευτηκόσι. Lege Ouid. lib. 2. Fastor. Lari Cato villicam lib. de re rust. certis diebus corona in foco iubet facere. Tibul.

Redderet antiquo menstrua thura Lari.

Iuuen. satyr. 12.

—— *Laribúsque paternis*

E *Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.*

Plaut. in Aulular.

Ego sum Lar familiaris ex hac familia, &c.

Huic filia vna est, ea mihi cottidie

Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat,

Dat mihi coronas. ——

Familiari ergo Lari facere licebat quotidie, vialibus bis in anno, præstitibus Kal. Maij. Domestici grundules dicti Arnob. lib. 1. à porci grunnitu qui eis mactabatur. Horat.

—— *Immolet æquis*

Hic porcum Laribus. ——

Propert. de vialibus & compitalibus.

Parua saginati lustrabant compita porci.

Festus ponit & Lares hostilios, à quibus hostes arceantur. Lemures boni, & propitij iidem A sunt Laribus. Lemures auersi, & noxij alij sunt à Laribus. Apul. lib. de Deo Socratis; Lar dicitur familiaris, qui ex lemuribus posterorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet. Lares effingebantur duo iuuenes succincti pelle canina, astante cane; Plutarch. in problemat. quibus suspendebant mundum muliebrem apud Nonium, in strophium & reticula, suspendit Laribus marinas mulles pilas, reticula, ac strophia, marinas vocat lanam succidam. Glossar. Græcolat. πῖλιον, marinum Pilæ pro numero seruorum qui in familia, & effigies viriles, muliebrésque pro numero liberorum domesticorum, vt Festus. Properr. lib. 4.

Matris & ante Deos libera sumpta toga est.

Pers. satyr. 5.

Bullàque succinctis Laribus donata pependit. B

Serui quando pileo donabanrur catenas eis suspendebant. Horat. lib. 1. satyr. 5.

——Donasset iam ne catenam
Ex voto Laribus.——

Ouid. lib. 2. Fastor.

Et vigilant nostra semper in æde Lares.

Arnob. lib. 3. Tectorum, domuúmque custodes. Dionys. Halicar. lib. 4. origin. Larem vocat οἰκίαν ἥρωα. Vet. inscrip. LARIBVS PRO SALVTE ET INCOLVMITATE DOMVS Q. SERTORII. Diomedes lib. 1. Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ quæ triginta pepererat porcos. Vide Nonium in *grundules*. Penares iidem dicti. Isidor. lib. 8. origin. cap. vlt. Penates omnes Deos quos domi colebant; & Penates dicti quod essent in penetralibus, id est, in secretis. C Lares lignei plerunque erant. Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Neu pudeat prisco vos esse à stipite factos.
Tunc melius tenuere fidem; cùm paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat,
Postque comes purum filia parua fauum.

Larium ædes Romæ via sacra fuit, auctore Solino. Quidam & in campo Martio ab Æmilio Rugillo Prætore dicatam alteram statuunt. P. Victor Romæ vicum Larium ruralium fuisse scribit. Plin. Et iamtunc coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum, priuatorúmque. Liuius lib. 40. Lares permarinos commemorat. cap. 52. Idem dedicauit ædem Larium permarinorum in campo, de Marco Æmilio Censore loquens. D

CAP. XXX.

De Penatibus.

PENATES dicti Lares à penu, vt vult Cicero lib. nat. Deor. vel quod penitus insideant. Vide quæ suprà ex Martiano Capella lib. 2. & Apuleio lib. de Deo Socratis posuimus. Dicti & Penetrales, quia extra domum nulli Penates, sed Lares viales sunt, & compitales publici, & priuati. Romæ diuersæ ædes Laribus, & Penatibus, vt Solinus docet cap. 2. Penates sanctiores habiti, & à Troianis accepti, Lares ex maiorum funeribus delecti. Sueton. in Caligul. Lares à quibusdam familiares in publicum abiecti. Tertul. in E Apologet. cap. 13. Domesticos Deos quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis, pignerando, vendendo, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, vt quisque contritus, atque contusus est, dum diu colitur, &c. Publicos æquè publico iure fœdatis, quos in hastario vectigales habetis. Dionys. Halicar. lib. 1. scribit, à Dardano Troianos sacra simulacra magnorum Deorum accepisse, qui Dij sint Samothraces, πατρῷοι, γενέθλιοι, κτήσιοι, ἑρκεῖοι, μύχιοι Græcis, caducea ærea, & ferrea, & Troianū fictile vas. Xenoph. Cyrus ἐθύσατο ἱερὰ πατρῷα, καὶ Διὶ πατρῴῳ. Virgil. 8. Æneid.

Cum patribus populóque Penatibus & magnis Dijs.

Festus; Iupiter Herceus dicitur Deus penetralis. Virgil. 9. Æneid.

Assaracique Larem, & canæ penetralia Vestæ.

Dionys. Halicar. pag. 41. lib. 7. κηρύκια σιδηρᾶ, καὶ χαλκᾶ, καὶ κέραμον τρωϊκὸν τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐν Λαουινίῳ κείμενα ἱερά. Varro; Penates, & Dij magni iidem sunt; nam & in basi scribitur, magnis

A magnis Diis. Seruius; Magni Dij, Iupiter, Minerua, Mercurius, qui Romæ colebantur, Penates Laurolauinij. In Græcia θεαὶ μεγάλαι Ceres, & κόρη. Pausan. pag. 253. θεοὶ μεγάλοι Clitorij, & Dioscuri. Diouysius lib. 1. pag. 42. Templum Romæ non procul foro, vbi δέ-νας, id est, *Penates*, εἰσὶ δὲ νεανίαι δύο καθήμενοι δόρατα διειληφότες. Arnob. lib. 3. Nigidius Penates Deos Neptunum esse, & Apollinem prodidit, qui muris Ilium auxerunt. lib 6. Penatium quatuor esse genera, & esse Iouis ex his alios, alios Neptuni, inferiorum tertios, mortalium hominum quartos. Lycophron de Ænea.

> Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι,
> Πατρῷα ἀγάλματα ἐγκατοικιεῖ θεῶν,
> Σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβεύσει)
> Πέπλοις γεραίρων.

B *Cùm ædificarit templum Myndiæ Pallenidi Mineruæ, simulacra patrita Deorum collocabit, cum sene patre honorans peplos.* Macrob. lib. 3. cap. 4. Nigidius Apollinem, & Neptunum Deos Penates esse putat. Virgil. lib. 5. Æneid.

> *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.*

Deos Penates esse per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus, &c. Samothracas Deos, eosdémque Penates θεοὺς μεγάλους, χρηστούς, δυνατούς. Virgil.

> *Cum sociis, natóque, Penatibus, & magnis Diis.*
> *Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.*
> ——— *patriique Penates.*

Dionys. Halicar. lib. 1. delubrum Penatum prope forum Romanum fuisse ait, in quo Tro-

C ianorum Deorum imagines erant positæ, cum inscriptione, Denates, id est, Penates. Plutarchus in Camil. duo dolia esse ait non ita magna ibi reposita, vnum apertum, & vacuum, alterum plenum, & obsignatum, solísque sacris virginibus ea conspicere licitum. Igitur vt Lares alij publici, alij priuati, sic & Penates alij publici, qui magni Dij, & Dij patrij, alij priuati, vnicuique vitæ, spiritus, animæ, & corporis auctores. Deos Penates quidam κτησίους, μειλιχίους, ἐφεσίους vocant. Arnobius ex Varrone, Penates qui introrsus, atque in intimis penetralibus cœli Dij sunt. Macrobius ædem Deorum Penatium in ea parte Palatini montis fuisse ait, quæ Boream spectans Velia dicitur. Liuius lib. 5. Ædes Deorum Penatium in Velia de cælo tacta est. Seruius Penates esse ait omnes Deos qui domi coluntur; vnde & pro domibus ipsis ponuntur.

IVLII CÆSARIS BVLENGERI IVLIODVNENSIS, DOCTORIS THEOLOGI,

ADVERSVS MAGOS.

LIBER II.

CAPVT PRIMVM.

De Carmine magico.

ARNOBIVS; Qui fine vlla vi carminum, consimile aliquid Christo fecerit. Carmen breue dictum est, verbis certis conceptum, quod disci, & recitari potest cum cantu, & sine cantu. Cicero lib. 2. de legib. XXII. Tabulas vocat carmen necessarium. Pro Murena, formulas Iurisconsultorum, carmina. Liuius lib. 1. legem horrendi carminis. Idem precationis formulam certis verbis conceptam, sacrum carmen. Qui tamen, inquit, initiati erant, & ex carmine sacro praeeunte verba sacerdote, precationem fecerant. Cato lib. de re militari, carmen de moribus. Accipitur & pro cantu. Ouid. 10. Metamorph. A

——Ter omen
Funereus bubo ferali carmine dixit.

Virgil. lib. 4. Æneid. B

Soláque culminibus ferali carmine bubo.

Sæpe pro magico cantamine. Propertius lib. 2. eleg. 16.

Deficiunt torti magico sub carmine rhombi.

Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Ter cane, ter dictis despue carminibus.

Apuleius in Apologia cantamen vocat. Sin verò, inquit, more vulgari eum isti propriè Magum existimant, qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia quæ velit incredibilia, quadam vi cantaminum polleat. Propert.

O vtinam magicæ nossem cantamina Musæ.

Prudentius in Apotheosi vocat murmur occultum.

Nil agit occultum murmur, nihil Thessala prosunt
Carmina, turbatos reuocat nulla hostia manes. C

S. Ambrosius in Examer. lib. 4. cap. 8. carminum potestatem, & necessitatem appellat. Abdias lib. de vita Apostol. carminum potentiam. Origen. homil. 13. ad cap. 22. Numer. carmina noxia. Plinius lib. 22. cap. 2. incantamenta carminum. S. Hieronym. in Esa. cap. 4. stridorem Magorum. Prudent. in hymnis, magicum cantamen, & magicum murmur. Columel. lib. 10. cantus magicos. Ouid. lib. 2. Fastor. magicum carmen. Tit. de sicariis, lex, magicos susurros. D. Apuleius Milef. 1. magico susurramine amnes reuerti. Achilles Stat. lib. 2. τὸ τῆς ἐπῳδῆς ψιθύρισμα. Iamblichus, μελίσματα ἄνευ λέξεως, *cantus sine dictione.* Arnob. fremorem verborum. Tibullus, stridorem magicum. Græci, ψιθύρους, ψιθυρισμούς. Institut. tit. de Iudic. publ. susurros magicos. S. Hieronym. in cap. 8. Esa. in morem Magorum strident incantationibus. Ouid. lib. 14. Metamorph. lib. 14.

Ter nouies carmen magico demurmurat ore.

Apul. Mil. 1. Omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata. Arnob. lib. 1. Ipsi faciant, & cum suis ritibus faciant, quicquid malefici graminis nutricant terrarũ sinus, quicquid virium continet fremor ille verborum, atque adiunctæ carminum necessitates. S. Ambros. lib. 4. cap. 8. Examer. Magus ferale licèt carmen immurmuret, hebetatur in Christi

A Chriſti nomine. Sidon. in Paneg. ad Anthem.

Pontificum de more ſenex arcana peregit
Murmura. ——

Nihil virium eſſe in fremore illo terribilium nominum docet Galen. lib. 6. de pharmac. Theophraſt. lib. 9. de Hiſtor. plaot. Plin. lib. 28. cap. 2. Quia verba voluntate, & inſtituto hominum ad ſignificandum, non ad agendum efficacia ſunt. Contrà ſentit Ælius lib. 8. Trallian. lib. 9 cap. 4 Peſſimè. Arnobius lib. 4. nomioum terribilium fremores vocat, quia, vt Euſebius docet lib. 4. de Præparat. pag. 118. vtebantur nominibus barbaris, *ἀσήμοις, καὶ τῶν ἀσήμων βαρβάροις, nihil ſignificantibus.* Lucian. in Necricis, *βαρβαρικὰ ὀνόματα, ἄσημα, καὶ πολυσύλλαβα.* Quintilian. Declamat. 10. Cuius horrido murmure, imperioſiſque verbis Dij ſuperi, manéſque torquentur. Noxium ſepulcro circumdatur carmen, rum horrentibus B verbis vrna præcluditur. Item; qui ſimul ore ſquallido barbarum murmur intonuit. Declamat. 15. Dicitur inquietare ſuperos, ſydera ditis agitare carmioibus. Eunapius in Maximo hymnum vocat, *χόνδρον καθαρείσης λιβανωτοῦ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὅντινα δή ποτε ὕμνον ἐπάδων, grano thuris expurgato, cùm intra ſe quendam hymnum admurmuraret.* alibi dixit ὑποτονθορύζων. Lucanus lib. 6.

Impia tot populis, tot ſurdas gentibus aures
Cælicolum, dira conuertunt carmina gentis.
Vna per æthereos exit vox illa receſſus,
Verbáque ad inuitum perfert, cogentia numen,
Quod non cura poli, cælique volubilis vnquam
Auocat, infandum tetigit cùm ſydera murmur.

C Ea verba per ſe non agunt, ſed ex pacto, vel tacito, vel expreſſo ad ea verba Dæmon agit. Cæſar carmine ter repetito vt ſemel cecidit, itinerum ſecuritatem aucupabatur, ait Plinius lib. 28. cap. 1. Vis audire verba Deos cogentia lib. 4. Thebaid. Statij?

Atque hic Tireſias nondum aduenſantibus vmbris
Teſtor, ait, Diuos quibus hunc ſacrauimus ignem,
Læuáque conuulſa dedimus carcheſia terra,
Iam nequeo tolerare moram. Caſſúſne ſacerdos
Audior? an rabido iubeat ſi Theſſala cantu
Ibitis, & Scythicis quoties medicata pruinis
Colchis ages, trepido pallebunt tartara motu?
D *Spernite ne, moneo, & nobis ſaeuire facultas.*
Scimus enim, & quicquid dici, noſcíque timetis,
Et turbare Hecaten, ni te Thymbrae vererer,
Et triplicis mundi ſummum quem ſcire nefaſtum.

Vbi Luctarius Demorgona ſignificari vult.

Claudian. lib. 1. in Ruffin.

—— *Noui quâ gens Chaldæa vocatis*
Imperet arte Diis. ——

Iamblichus lib. de myſteriis, ex Porphyrio ſcribit, ſacerdotes conſueuiſſe violentis quibuſdam minis aduerſum Deos vti; niſi vos ita feceritis, cælos confringam, occulta Iſidis patefaciam, arcanum in abyſſo reconditum vulgabo, ſiſtam barim, id eſt, nauem quandam E apud Ægyptios ſacram, membra Oſiridis Typhoni diſpergam. Lucanus lib. 7.

Quis labor hic ſuperis cantus, herbáſque ſequendi
Spernendique timor? ——

Vide ſuprà, vbi de Geniis, & Dæmonibus agimus. Minantur Magi dominis ſuis, quos ex pacto morigeros habent, & fremore terribilium nominum cogere ſe ad obſequium putant. In ea hæreſi fuit Ouid. lib. 9. Metamorph.

Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet.

lib. 7. de Medea draconem conſopiente.

Verbáque ter dixit placidos facientia ſomnos.

Lucanus lib. 6. in eodem errore fuit.

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni
Excantata perit. ——

Chio in epiſt. ad Matridem ἐπιλήσμονά τινα ἐπαοιδὴν, *excantationem quæ omnium rerum obliuionem inducat*, eſſe ait. Prudentius in Apotheoſi Zoroaſtreos ſuſurros vocat. lib. 3. Georg. Virgil.

Miſcuerúntque herbas, & non innoxia verba

Seneca in Medea;

Addit venenis verba non iſtis minus metuenda.

Verba metuenda non ſunt, Seneca, ſed pactum cum Dæmone ictum, quo adminiſtro omnia fiunt. S. Auguſtin. lib. 2. de doct. Chriſt. Huiuſmodi artes noxiæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & Dæmonum, quaſi pacta infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituta ſunt. Porphyr. lib. 2. περὶ ἀποχῆς. διὰ τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐκτελεῖται, &c. *Per contrarios Dæmones omnes præſtigiæ perficiuntur. Hos enim præcipuè, & præſidentem ipſis honorant ij qui magicis artibus mala patrant. Omni enim fantaſia pleni ſunt iſti, & ad decipiendum per fallacias portentoſas apti,* διὰ τερατουργίας. *Per hos philtra, & erotica, ſeu amatoria præparant infelices homines.* Minutius in Octau. ab impuris ſpiritibus cupidinem amoris dicit informari, & illabi pectoribus humanis, & ſenſum mouere, & affectus fingere, & ardorem cupiditatis infundere. Somnos inquietant irrepentes etiam corporibus occultè, vt ſpiritus tenues, & morbos fingunt, terrent mentes, membra diſtorquent. Hi ſunt & furentes quos in publicum videtis excurrere, vates & ipſi abſque templo ſic inſaniunt, ſic bacchantur, ſic rotantur. Lactantius lib. 1. cap. 14. Inſinuant ſe corporibus hominum, & occultè in viſceribus operti morbos ciẽnt, ſomniis animos terrent, furoribus quatiunt, vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. Tertul. in Apologet. Lædunt primò, dehinc remedia præcipiunt, ad miraculum noua, ſiue contraria, poſt quæ deſinunt lædere, & curaſſe creduntur. Minutius in Octau. Vt remiſſis quæ conſtrinxerant curaſſe videantur. Veteres tamen plerique verba per ſe vim habere exiſtimarunt. Virgil.

——baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Peſſimè. Verba ſignificant, non agunt, ſed per ea Dæmon agit. Lactant. lib. 2. cap. 14. 16. Magorum ars omnis, & potentia Dæmonum aſpirationibus conſtat. S. Cyprianus lib. de Idolor. varier. cap. 16. A Dæmonibus Magis eſt ad pernicioſa, & ludicra potentatus. Etiamſi Magi ſola voce ſine vllis ritibus vtantur, nulla tamen in voce, aut verbis virtus eſt, ſed in pacto, quod cum Dæmonibus intercedit. Manetho Magus ſemper Apollonium Thyaneum *obtundebat, vt qui non exactam philoſophiæ ſcientiam haberet. Debuit enim ille, inquiebat, ſolo verbo miranda patrare, vt ego, nec permittere quæ faceret certis operum effectionibus*, ἐκεῖνος, ὡς μὴ ἀκριβῆ τὴν κατ' αὐτὸν φιλοσοφικὴν ἐμπειρίαν ἐσχηκότα· ἔδει γὰρ αὐτὸν, ἔφη, ὥσπερ ἐγὼ, λόγῳ μόνον ποιεῖν ἅπερ ἐβούλετο, καὶ μὴ ἀποτελέσμασι ἀπονέμειν τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα, ait ex Euſebio Cedrenus. Philoſtratus tamen ex eo Apollinij φύσιν θείαν, καὶ κρείττονα ἀνθρωπίνης, *naturam diuinam, & ſupra hominem* fuiſſe probat, quod ſine ritibus, aut ſacrificiis è conſpectu Domitiani, & tribunalis in tenues auras euanuerit, & vinculis expeditus Puteolos, vbi ſuis condixerat, euolarit. Apud eundem Apollonius multa ſolo verbo patrauit. Cæteri magico ſuſurramine, vt plurimum, vſi. Lucianus in Philopſeude; Ægyptius, cùm in diuerſorium aliquod veniſſemus, λαβὼν τὸν μοχλὸν τῆς θύρας, ἢ τὸ κόρηθρον, ἢ καὶ τὸ ὕπερον, *ſumpto vecte ianuæ, aut ſcopis, aut piſtillo*, veſtibus implicans, ἐπειπὼν τινα ἐπῳδὴν ἐποίει βαδίζειν, *cùm carmen occentaſſet, efficiebat vt ambularet*, vtque aliis omnibus homo videretur, qui aquam hauriret, cœnam inſtrueret & nobis miniſtraret. deinde alius carmen canens ea priſtinæ formæ reſtituebat. Lucan. lib. 6. ſub finem,

Tunc vox letheos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, confudit murmura primùm
Diſſona, & humanæ multum diſcordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemitúſque luporum,
Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur,
Quod ſtrident, vlulántque feræ, quod ſibilat anguis
Exprimit, & planctus illiſæ cautibus vndæ,
Syluarúmque ſonum, fractæque tonitrua nubis,
Tot rerum vox vna fuit, mox cætera cantu
Explicat Aemonio, penetrátque in Tartara lingua.

Miror vnde figmentum id Lucano in mentem venerit, quod abſurdum, nouum, & ridiculum

A culum est. Idem de Ericthone.

Illa Magis, magicisque Deis incognita verba
Tentabat, carménque nouos fingebat in vsus.
Pollutos cantu, dirisque venefica succis
Conspersos vetuit transmittere bella Philippos.

Valer. Flac. lib. 6. Argon.

Illius ad fremitus, sparsósque per auia succos
Sydera fixa pauent. ———
Carmina nunc totos soluit, figitque per artus
Aesonidæ, & totum septeno murmure fertur
Per clypeum, atque viro grauiorem reddidit hastam.
B *Iámque manus Colchis, crinémque intenderat astris,*
Carmina barbarico fundens pede, téque ciebat
Somne pater. ———

lib. 7.

——— *cantúque trilingui*
Ipsam flammiferos cogam compescere tauros.

Trilinguem cantum Heeates vocat, quæ sit triceps.

CAP. II.

C

De Cantu.

CANERE, excantare, præcinere, cantamina, carmina veteres pro murmure verborum magico ad mira patranda posuere, quod citharæ, & tibiæ cantu ad morbos pellendos, & motus animi sedandos periti artifices vterentur. Athenæus lib. 16. de Musica. ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ. *Theophrastus scribit lib. de enthusiasmo, & furore morbos plerosque musica sanari.* Apollonius in historiis mirabilibus; ἄξια δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα Θεοφράστῳ ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμῶν. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος τὴν μουσικὴν πολλὰ τῶν περὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων παθῶν ἰατρεύειν, καθάπερ λειποθυμίαν, φόβους, καὶ τὰς ἐπὶ μακρὸν γιγνομένας τῆς διανοίας ἐκστάσεις. ἰᾶται γάρ, φησιν, ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα, καὶ ἐπιληψίαν. *Digna sunt consideratione quæ scripsit Theophrastus de enthusiasmis. Ait enim, musica multos animi, & corporis morbos sanari, vt animi deliquium, timores, & externationes mentis quæ sensim accidunt. Tibiæ cantus sanat, in-*
D *quit, morbum ischiacum, & epilepsiam.* Idem paulo post ostendit, ætate sua Thebanos cantum tibiæ ad morborum medelam adhibuisse. quare Galenus dixit καταυλεῖν τοῦ τόπου, *super loco affecto tibia canere.* Cœlius Aurelianus; Philistionis, inquit, frater scribit, quendam fistulatorem loca dolentia decantasse. Hermogenes περὶ ἰδεῶν, Timotheum prodit Alexandrum ad arma, & iram tibiæ cantu incitasse. & Lacones πρὸς τὸν ἐμβατήριον τοῦ αὐλοῦ ῥυθμὸν κατὰ πολεμίων ἐχώρουν, *ibant in hostes ad embaterium, impressioni faciendæ tibiæ modum.* Pythagoræi εἴποτε κινηθεῖεν αὐτοῖς τὰ πάθη, ἤ τινας ἑτέρους ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους θεάσαιντο, διὰ τῶν ἐν αὐλοῖς τε καὶ κιθάραις ῥυθμῶν μετάγειν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον τὴν ψυχήν, *si quando affectus sentirent in se grauiùs moueri, aut alios viderent illis vehementiùs concitatos, cantu tibiæ, & citharæ traducebant animam eorum ad leniora.* Apud Iamblichum *Pythagoras astrorum situm suscipiens media nocte, cùm animaduertisset iuuenem*
E *cum tibicina, & lampade comessantem, & fœminæ cuiusdam domum incendere properantem ob zelotypiam, eius furorem inhibuit, cùm iussisset tibicina, vt modum mutaret, & spondæum qui grauis, & compositus est, caneret,* μέσων νυκτῶν ἀστρονομούμενος νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητρίδι κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ γυναικός τινος, τοῦ τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι προσιόντα διὰ ζηλοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν ἐπί τι καταστηματικώτερον μέλος τὸ καλούμενον σπονδεῖον. ita locum illum lego. *Empedocles cùm quidam ensem distringeret contra eum, qui patrem suum occiderat, cithara compositum quendam cantum canens, quam fortè manu tenebat, inhibuit iuuenis animum rythmo illo mitiganti,* σπασαμένου τινὸς ἤδη κατὰ τοῦ πλησίον τὸ ξίφος, ὅς ἐδόκει τὸν πατέρα τοῦ θυμουμένου ἀνῃρηκέναι, ἀνακρουσάμενος τι καταστηματικὸν τῇ κιθάρᾳ μέλος, ἣν ἔτυχε μετὰ χειρὸς ἔχων, διεκώλυσε τὸν φόνον γενέσθαι χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλακωτέρῳ ῥυθμῷ.

CAP. III.

De herbis magicis.

ARNOBIVS; Qui fine vlla vi carminum, fine herbarum, & graminum fuccis, confimile aliquid Chrifto fecerit. In verbis nihil virium effe nifi ad fignificandum oftendimus; in herbis vim naturalem effe, qua fæpe Magi abutantur, dubium non eft, quanquam & plerifque fuperftitiosè, & ad fpeciem tantùm vtuntur. Ex herbæ nocte filenti lectæ ad Lunam, fiue ea corniculans, fiue diuidua, fiue gibbera, aut orbiculata effet, quo tempore falcibus ahenis gramina metebant, Lunámque de cælo dereptam in herbas defpuere cogebant. Virgil. lib. 4. Æneid. B

Falcibus & Meffæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

Ouid. in Hypfipyle,

Diráque cantata pabula falce metit.

Virgil.

Verbenáfque adolet pingues, & mafcula thura.

Herbas autem fæpe læua, nonnunquam dextra fecabant, aut Diis inferis libabant. Seneca in Medea actu 4.

Et trifte læua complicans facrum manu.

Sophocles in Rizotomis de Medea. C

Ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσα,
Ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
Χαλκέοισι κάδοις δέχεται,
Αἱ δὲ καλύπτραις κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
Ἃς ἥ δε βοῶσα, ἀλαλαζομένη, γυμνὴ,
Χαλκέοισι ἤμα δρεπάνοις.

Illa auertens oculos à manu,
Excipit cadis æneis fuccum lacteum,
Qui ftillabat è fectione,
Ciftæ autem radices fectas integumentis occuluit,
Quas illa clamans, incitata, nudata, D
Falcibus fecabat æneis.

Variæ autem herbæ fuere Magis vtiles. Plinius lib. 24. cap. 17. Magos aglaophoti herba vti fcribit, cùm Deos euocare velint. Ea marmaritis dicitur, quia in marmoribus Arabiæ nafcitur. Theangelide pota Magi diuinant. Ea Babylone, Sufis Perfidis & in Libano Syriæ nafcitur. Anacampferotis herbæ tactu redeunt amores vel cum odio depofiti. Multa alia Plinius à Ctefia, & aliis mendaciorum concinnatoribus mutuatus, quæ vt abfurda damnantur in collectione Canonum Orientalium S. Martini Damienfis. Non liceat in collectione quæ medicinales funt aliquas obferuationes, aut incantationes attendere, nifi tantùm cum fymbolo diuino. Can. 74. Non liceat mulieres aliquam vanitatem in fuis lanificiis obferuare. Proclus lib. de facrificio, & magia, vim herbarum, lapidum, animantium ab aftris arceffit. Alia, inquit, ad reuolutiones Solis conreuoluuntur, vt plantæ quædam, alia E figuram folarium radiorum quodammodo imitantur, vt palma, dactylus, alia igneam Solis naturam, vt laurus, &c. Quocirca facerdotij veteris auctores à rebus apparentibus fuperiorum virium cultum adinuenerunt, dum alia mifcerent, alia purificarent. Mifcebant autem plura inuicem, quia videbant fimplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen fingulatim, fufficientem ad numinis illius aduocationem. Quamobrem ipfa multorum commiftione attrahebant fupernos influxus: atque quod ipfi componendo vnũ ex multis conficiebant, affimilabant ipfi vni, quod eft fuper multa, conftituebántque ftatuas ex materiis multis permiftas: odores quoque compofitos colligentes arte in vnum diuina fymbola, reddentéfque vnum tale, quale diuinum exiftit fecundùm effentiam, comprehendens videlicet vires quamplurimas. Quorum quidem diuifio vnamquamque debilitauit, miftio verò reftituit in exemplaris ideam. Nonnunquam verò herba vna, vel lapis vnus, ad diuinum fufficit opus. Sufficit enim Cnebifon, id eft, carduus, ad fubitam numinis

A minis alicuius apparitionem, ad custodiam verò laurus Riccinum, id est genus virgulti spinosum, cepa, squilla, corallus, adamas, iaspis; sed ad præsagium cor talpæ, ad purificationem verò sulphur, & aqua marina. Ergo Sacerdotes per mutuam rerum cognationem compassionémque conducebant in vnum, per repugnantiam expellebant, purificantes, cùm oportebat, sulphure, atque asphalto, id est, bitumine, aqua aspergentes marina. Purificat enim sulphur quidem propter odoris acumen: aqua verò marina propter igneam portionem; & animalia Diis in Deorum cultu congrua adhibebant, cæteráque similiter. Quamobrem ab iis, atque similibus recipientes primùm potentias Dæmonum, cognouerunt videlicet eas esse proximas rebus, actionibúsque naturalibus: atque per hæc naturalia, quibus propinquant in præsentiam conuocarunt. Deinde à Dæmonibus ad ipsas Deorum vires, actionésque processerunt, partim quidem docentibus Dæmonibus addiscentes, B patrim verò industria propria interpretantes conuenientia symbola, in propriam Deorum intelligentiam ascendentes, ac denique posthabitis naturalibus rebus, actionibúsque, ac magna ex parte Dæmonibus, in Deorum se consortium receperunt; ait Proclus cap. vlt. de anim. & Dæmon. In sacrificiis autem illis nefarius plerumque humanæ victimæ mactatæ Auctor vitæ S. Athanas. Alexandriæ ἀνακαθαιρομένου δὲ ποτε τόπου τῷ μίθρᾳ ἀνειμένου, εὑρίσκεται τὸ ἄδυτον εἰς μυχὰ γῆς ἐν ᾧ τὰ τῶν ἑλλήνων μυστήρια κέκρυπτο. τὰ δὲ ἦν ἄρα κρανία γυμνὰ τῶν σαρκῶν, τὰ μὲν ἀνδρῶν, τὰ δὲ παίδων, ὡς μῦθος εἶχε τῷ μίθρᾳ σφαγέντων, ὅτε τῇ διὰ σπλάγχνων μαντείᾳ ἐχρῶντο ἕλληνες, καὶ ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ ταῖς κατὰ ψυχῶν μαγγανείαις ἐχρῶντο. *Cùm quidam locus repurgaretur Mithræ sacer, adytum quoddam repertum est in abdito sinu terræ, in quo Græcorum mysteria latebant. Ista autem erant crania nuda carnibus virorum, & puerorum, quos fama erat Mithræ immolatos esse,* C *quo tempore Græci vaticinationibus per exta, & sectionibus, & animarum euocationibus vtebantur.* Sed ad herbas magicas redeamus, omissis istis trucibus. Plutarchus lib. de fluuiis miras herbarum virtutes commemorat. Scribit enim ad ostia Hydaspis fluuij reperiri herbam Heliotropio non absimilem, cuius tritæ succo inuncti immodicos æstus facilè ferant. εὑρίσκεται δὲ αὐτῷ παρὰ τὰς καλουμένας πύλας βοτάνη παρόμοιος ἡλιοτροπίῳ. ταύτην λεαίνοντες, τῷ χυλῷ τοῖς καύμασι ἀλείφονται). Idem in fluuio Hebro scribit, in Pangæo nasci herbam cognomento citharam, quæ ex sanguine Orphei à Threissis occisi orta sit. τῶν δὲ διονυσίων τελουμένων αὐτὴ κιθάρας ἀναδίδωσι ἦχον. οἱ δὲ ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι, καὶ θύρσους, ὕμνους ᾄδουσι. *Cùm Dionysia fiunt ipsa herba citharæ sonum edit. Indigenæ pelles hinnuleorum induti, gerentes thyrsos, canunt hymnos.* Selago herba est similis herbæ Sabinæ. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, qua sinistra exuitur, velut à furante, candida veste vestito, puréque lotis nudis pedibus, sacro D facto, priusquàm legatur, pane, vinóque. fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum. Iidem Samolum herbam sinistra manu legi à ieiunis contra morbos suum, boúmque, nec respicere legentem, nec alibi quàm in canali deponere, ibique conterere potuis, vt prodit Plin. lib. 25. cap. 11. Apul. de herb. virib. cap. 9. Herbam mentastrum tolle mundus, in linteolo mundo habeto, & precetis septem stellas, id est, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Iouem, Venerem, Saturnum, & sub puluino pone, vt tibi per quietem ostendant in cuius stellæ tutela sis. ἐν τῷ ποταμῷ φάσιδι γεννᾶται ῥάβδος ὀνομαζομένη λευκόφυλλος. εὑρίσκεται δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον πρὸς πανισμὸν ἔνθεον, αὐτοῦ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος. *In Phaside fluuio nascitur virga cognomento Leucophyllos. Reperitur in mysteriis Hecates albescente die ad Panismum fanaticum, ineunte vere.* Hanc zelotypi viri metunt & iaciunt circum genialem, & virginalem lectum, & ita nuptias ab adulte- E rio integras seruant. Si quis vino immodico intemperans in eum locum venerit, resipiscit, & statim confitetur ea quæ vel iam malè fecit, vel facere decreuerat, vt scribit Ctesippus lib. 2. Scythicor. qui adsunt, comprehendunt eum, & ἐμβεβυρσωμένον, *corio inclusum* iaciunt in ostium orbiculatum impiorum, quod puteo simile est. cadauer vermibus scatens post triginta dies in Mæoti existit. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druidæ visco sacratius. Petitur sexta Luna, quæ principia mensium, annorúmque his facit, omnia sanantem appellantes. Quanquam autem herbæ virtutem aliquam habent, non tamen earum vi Dæmones à Magis eliciuntur, sed tantùm quasi signis. S. August. lib. 21. cap. 6. Illiciuntur Dæmones ad habitandum per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, quæ cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum. Vtuntur tamen Dæmones virtute herbarum ad naturales effectus. Lucanus libro 6.

 Thessala

Thessala quinetiam tellus, herbásque nocentes
Rupibus ingenuit, sensuráque saxa cauentes
Arcanum ferale Magos. Ibi plurima surgunt
Vim factura Diis, & terris hospita Colchis
Legit in Aemoniis quas non aduexerat herbas.

Horat. satyr. 8. lib. 7.

—— Has nullo prendere possum,
Nec prohibere modo, simul ac vaga Luna decorum
Protulit os, quin ossa legant, herbásque nocentes
His in Esquiliis. ——

Herbas Medeæ vocat Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

Loca numerat Seneca vbi herbæ maleficæ legerentur, in Medea;

Aut quos sub axe frigido succos legunt
Lucis Sueui nobiles Hercinis,
Quodcunque tellus vere nidifico creat,
Aut rigida iam tum cùm bruma discussit decus
Nemorum, & niuali cuncta constrinxit gelu,
Quodcunque gramen flore mortifero viret,
Dirúsve tortis succus in radicibus
Causas nocendi gignit, attrectat manu.
Aemonius illas contulit pestes Athos,
Hac Pindus ingens, illa Pangai iugis
Teneram cruenta falce deposuit comam.
Hæc passa ferrum est dum parat Phœbus diem,
Illius alta nocte succisus frutex,

Lucan. lib. 6.

At huius vngue secta cantato seges.
—— Infando saturatas carmine frondes,
Et quibus os dirum nascentibus inspuit, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni.

Valer. Flac. lib. 6. Argon.

—— Titania iámque
Gramina, Perseïásque sinu depromere vestes
Cœperat. ——

Herbæ igitur aliæ ferro, aliæ falce ænea, quædam vngue carpebantur, nonnullæ vellebantur. Horat. epod. ode 5.

Iubet sepulcris caprificos erutas,
Iubet cupressus funebres,
Herbásque quas Iolchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax,
Flammis aduri Colchicis.

Aduersus veneficia Moly herbam valere putant, de qua Ouid. lib. 14. Metamorph.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album
Moly vocant. ——

Homer. Odyss. κ.

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. χαλεπὸν δὲ ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσιν. σοι φάρμακον ἐσθλὸν ὀπάσω.

Tibi dabo remedium bonum, ait Mercurius Vlyssi. Radice nigrum erat, flos similis lacti, Moly Dij vocant, ægrè illud homines effoderint. Florem hunc è sanguine Picolai Gigantis exortum aiunt, quem Apollo Circes insulam euertere cupientem occidit. Vox *Moly* Cappadocũ est, rutam agrestem, ἄγριον πήγανον esse volunt. Plinius lib. 25. cap. 10. Contra hæc omnia, magicásque artes erit primùm illud Homericum Moly, deinde Mithridation, & Scordotis, & Centaurium. cap 4. est radice rotunda, nigráque, magnitudine cepæ, folio scyllæ. lib. 24. cap. 27. Gelorophilida quoque herbam memorant, quæ si bibatur cum myrrha, & vino, varias

obuer

A obuersari species, ridendique finem non fieri. Ad Pactolum γεννᾶται βοτάνη πορφυρανθεμος καλουμένη χρυσόπολις. πρὸς αὐτὴν γὰρ αἱ ἀστυγείτονες πόλεις τὸν ἀκέραιον χρυσὸν δοκιμάζουσι· ἅμα γὰρ αὐτὸν χωνεύουσι, ἅπτουσι τὴν βοτάνην, καὶ ἐὰν μὲν ἀνόθευτος ὁ χρυσὸς ᾖ, τὰ φύλλα χρυσοῦται, vt scribit Chrysermus lib. 3. de fluuiis. Tzetzes χρυσόπολιν vocat, qua aurum exploratur, quod si purum putum est, foliis color hæret. Ad Myenum montem in Ætolia γεννᾶται δ' ἐν τούτῳ ἄνθος, ὁ μητρυιᾶς ὀνομασθείσης μαραίνεται, vt tradit Dercyllus lib. 3. de montibus. Ad fluuium Marsyã nascitur herba, Tibia cognomento, quam si quis ad ventum commouerit, musicũ melos audiet, vt prodit Dercyllus lib. 1. Satyricon. Ad Scamandrum fluuium nascitur herba Sistros dicta, παραπλήσιος ἐρεβίνθῳ, quam qui manu tenent, οὔτε φαντασίαν, οὔτε θεὸν ὀφθέντα φοβοῦνται, narrante Demostrato lib. 2. de fluuiis. Ad Tanaim in colle, cui Crius cognomentum est,
B Frixa herba nascitur, quæ vox μισοπόνηρον significat, rutæ similis, quam primogeniti manu tenentes nihil vnquam iniuriæ à nouercis patientur. ὅταν δέ τινι μητρυιᾶς ἐπιβουλὴ γίνηται, φλόγας ἀναδίδωσι, *cùm nouerca priuignis insidiantur, ea herba flammas eiicit*, vt scribit Agathon Samius lib. 2. Scythic. Ad Eurotam nascitur herba, Charision cognomento, ἣν γυναῖκες ἔαρος ἀρχομένου τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται, *quam fœmina primo vere ex collo suspendentes, à viris extrema linea amantur*, narrante Cleanthe lib. 1. de montib. Ad Inachum fluuium nascitur herba Cyara dicta, rutæ similis, cùm sine periculo ἐκτρῶσαι, *abortum facere* voluerint, vino madidam vmbilico apponunt, vt Timotheus in Argolicis. Ibidem nascitur herba, Lunæ cognomento, cuius spuma pastores initio æstatis oblinunt pedes, & à serpentibus non læduntur, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν ἀδικοῦνται. In Achaia mons est cognomento Coccugius, in quo φύεται δένδρον παλίνουρος καλούμενον, ἐφ' ᾧ ἄν τι καθίσῃ τῶν ἀλόγων ζώων ὡς ὑπὸ ἰξοῦ κατέχεται, πάρεξ κόκκυγος, τούτου γὰρ φείδεται, *nascitur lignum Palinuri cognomento,*
C *in quo bruta omnia animantia quæ consederint, quasi visco retinentur, excepto Coccyge*, vt scribit Ctesipho n l. 1. de arboribus. Argis in colle Ceraunio nascitur radix similis rutę, Adrastea dicta, quã mulier gustarit, in rabiem, & furias abit, vt narrat Plesimachus lib. 2. νόστων. Seneca in Medea;

Postquam euocauit omne serpentum genus,
Congerit in vnum frugis infaustæ mala,
Quæcunque generat inuius saxis Eryx,
Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei,
Pharetraque pugnax Medus, aut Parthus leuis,
Et queis sagittas diuites Arabes linunt.

Propert. lib. 1. eleg. 12.

D *—— Num me Deus obruit, an quæ*
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Ex herba Promethea factum μισθρον, id est, *veneficium, vt aliquis alium oderit.* Valerius Flac. lib. 7. Argon.

—— Promethea florem de sanguine fibra
Caucaseum, tonitru nutritaque gramina promit.

Ouid. lib. 7. Metamorph.

—— plantas partim radice reuellit,
Partim succidit curuamine falcis acutæ.

Herbas Medeæ vocat Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas,
E *Sola feros Hecates perdomuisse canes.*

In Alpheo fluuio nascitur herba, Kencritis cognomento, meliceto assimilis, ἣν ἰατροὶ καθεψοῦντες ὕδατι διδόασι τοῖς ἀπηλλοτριωμένας ἔχουσι τὰς φρένας, καὶ ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῆς μανίας, *quam Medici ex aqua coctam bibendam dant amentibus, & furore eos absoluunt*, vt narrat Ctesias lib. 1 de fluminibus. In Euphtate nascitur herba, Exalla nuncupata, quæ vox *calidum* significat. ταύτην οἱ ταρταρίζοντες ὅταν ἐπὶ τὸ στῆθος θῶσι ἀπαλλάττονται παραχρῆμα τῆς ἐπισημασίας. *Qui quartana laborant si eam in pectus imposuerint, statim febre liberantur*, auctore Chrysermo Corinthio lib. 13. de fluuiis. Ad Caicum Mysiæ fluuium φύεται βοτάνη φάρμακος καλουμένη, ἣν οἱ ἰατροὶ τοῖς αἱμορροοῦσι τιθέασι, καὶ τὰς φλέβας μεταλαβοῦσι τὴν ἔκχυσιν, prodente Timagora lib. 1. de fluminib. Seneca actu 2. Her. Oetæi;

Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala
Sub rupe Pindus. ——

Ouid.

Ouid. lib. 1. Amor. A

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Apul. Mil. 2. apposita rer herbula ad os, & pectus orientem spectans Magus excitauit. Virgil. Ecloga 8.

Has herbas, atque hac Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.

Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?

Magi aiunt Æthiopide herba amnes, ac stagna siccari, coniectu, tactu clausa omnia aperiri, Achæmenide coniecta in aciem hostium trepidare agmina, & terga vertere. Latacem dari solitam à Persarum Rege Legatis, vt quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent, ait Plinius lib. 26. cap. 4. Circa herbam, quam nostri verbenacam vocant, Magi mirè insaniunt, hac perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi, ait idem lib. 25. cap. 9. Plantæ genus aut virgulti Dioscorides lib. 5. & Galenus lib. 2. Antid. esse volunt, vnde toxicum fiat. Synesius lib. de somniis Cressam herbam à Magis vsurpari ait, ἵνα ἡ τῶν τῆς προγνώσεως τελέων δαπανηραί. δεῖ συγκομίσαι κρῆσσαν βοτάνην. *Nonnullæ cerimonia sacrorum, quæ fiunt ad vaticinia, sumptus postulant. Herba Cressa conterenda est*, καὶ πτερὸν αἰγύπτιον, καὶ ὀστέον ἰβηρικὸν, *& ala Aegyptia, & ossa Iberica.* Apuleius lib. de virtut. herbar. cap. 7. Si quis deuotatus, defixúsque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolnas. Herbæ pedis leonis frutices numero septem sine radicibus decoque cum aqua Luna decrescente, lauato eum, & teipsum, qui facis ante limen extra domum prima nocte, & herbam incende Aristolochiam, & suffumigato eum, & redito ad domum, & ne post vos respiciat. resoluistis eum. Idem; Herbæ plantaginis radix in collo suspensa capitis dolorem mirificè tollit: item alligata ad scorpionis ictum mirè prodesse creditur. cap. 9. Herba Batrachion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro, Luna decrescente, cùm erit signum Tauri, vel Scorpionis parte prima, mox sanabitur. cap. 10. Herbam Artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem: fugat & dæmonia in domo posita, & prohibet mala medicamenta, & auertit oculos malorum hominum. Si radix Artemisiæ leptaphylli super limen ædificij suspensa fuerit, domui illi nemo nocebit. Audis aniles fabulas, & superstitiosum Medicum rides. Non multo saniora sunt, quæ apud Plutarchum leges lib. de fluminib. In Caledone monte Ætoliæ ἡ μύωψ βοτάνη γεννᾶται, ἣν ἐάν τις εἰς ὕδωρ βαλὼν νίψηται τὸ πρόσωπον ἀποβάλλει τὴν ὅρασιν, ἀρέσας δὲ ἐξιλασάμενος ἀναλαμβάνεται τὸ φῶς, *herba Myops nascitur, qua si quis in aquam iniecta lauet vultum, excæcabitur; si Dianam placauerit, visum recuperabit.* In Acheloo fluuio Ætoliæ Zaclus herba nascitur, lanæ similis, quam tritam si in vinum inieceris, fiet aqua. In Araxe amne Araxa herba oritur, quæ attactu virginis, sanguine fluens marcescit, ideò μισοπάρθενος dicta. Claudian. lib. 1. in Ruffin. D

——— noui qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte Diis, nec me latuere fluentes
Arboribus succi, funestarúmque potestas
Herbarum, quidquid lethali germine pollens
Caucasus, & Scythiæ vernantia gramina rupes,
Quásque legit Medea ferox, & callida Circe. E

Apud Callisthenem de reb. Alexandri, *Nectenabo capit herbam ex solitudine, quam efficacem sciebat ad mouenda somnia, & ex ea succum exprimens fecit imagunculam è cera muliebrem, eique nomen inscripsit Olympiadis, & accensa lucerna ex herba Dæmonas exsecrationibus ad eam rem idoneos inuocabat, vt Olympias sibi videretur Hammonis complexibus frui*, καταλαμβάνει βοτάνην ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ἣν ἠπίστατο πρὸς ὀνειροπολίαν, καὶ ταύτην χυμώσας ἔπλασε κήρινον θηλυκόσωμον, καὶ ἐπιγράφει αὐτῷ τὸ ὄνομα τῆς ὀλυμπιάδος, καὶ ἅψας λύχνον ἀπὸ τῆς βοτάνης ἐπικαλεῖται ὅρκοις σὺν πρὸς τοῦτο πεποιημένοις δαίμονας, ὥστε φαντασιοῦσθαι τὴν ὀλυμπιάδα, καὶ θεωρεῖν περιπλεκόμενον αὐτῇ τὸν θεὸν ἄμμωνα. Ouid. lib. 7. Metamorphos. de Iasone, & Medea,

——— accepit cantatas protinus herbas.

De dracone,

Hunc postquam sparsit lethæi gramine succi,

Quaque

A *Quæque Magos tellus pollentibus inſtruis herbis.*

Plinius lib. 30. cap. 2. Adoleſcentibus nobis viſus Appion Grammaticæ artis prodidit Cynocephalium herbam, quæ in Aegypto vocaretur Oſirites, diuinam non in viuos modò, ſed etiam in mortuos habere potentiam, eáque ſe euocare vmbras ad percontandum Homerum, &c. Ouid. lib. 9. Metamorph.

Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet.

Virgil. *Bacchare frontem cingite.*

Theophraſtus lib. 9 de plant. cap. 21. τὸ πόλιον κατ' ἡσίοδον, καὶ μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον, χρήσιμον εἶναι. διὸ καὶ ὀρύττουσι αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι, &c. *Aiunt Polium ad omnem rem*
B *ſeriam vtile eſſe. quamobrem id noctu effodiunt tabernaculo ſtracto, & ad famam, & bonam exiſtimationem valere putant. Item aiunt Antirrhizum nominis celebritatem facere. Hic lappæ ſimilis eſt, radice minima, fructu ſimili naribus vituli, hoc perunctos gratiam, gloriámque conſequi. Et qui Elichryſi, ſeu Aureliæ flore coronatur, ſi vnguentum ex auro ignem minimè paſſo inſpergat.* Hæc talia vocat ἀνηθέστερα, καὶ ἀπιθανώτερα, *inepta, & incredibilia.* Galenus lib. 6. ſimpl. medicam. prodit, Andream, & Pamphilum ſcripſiſſe ἐπῳδὰς, καὶ μεταμορφώσεις τῶν βοτανῶν, καὶ δαιμόνων ἱερὰς βοτάνας, *excantationes, & transformationes herbarum, & de ſacris Dæmonum herbis.* Auctor anonymus m. ſ. herbam eſſe ait, quæ iucundum hominis ſermonem hominibus, feris, & Dæmonibus reddat, ὁμόλαλον οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις, καὶ δαίμοσι. Aliam, quæ μαντικὴν, καὶ πρόγνωσιν, *diuinationem* tribuat. Apuleius cap. 15. de virtut. herbar. Si quis ad mulierem non poterit affectari obligatus, herbæ Satyrij radicem terat, &c. Idem cap. 18. Polygonon herbam die
C Iouis Luna decreſcente ad quartanas legendam ait. cap. 19. Si infans contriſtatus fuerit, herba Ariſtolochia eum ſuffumigabis, hilarem facies, & conualeſcet infans fugato dæmonio. Alia pleraque huiuſmodi apud eumdem, & alios veteres Medicos ridicula, & anilia deliramenta leges, quæ non nauci feceris, ſi ſapis.

CAP. IV.

De lapillis magicis.

LAPILLOS in magicis adhibitos ex Orpheo libro de lapidibus cognoſces. S. Auguſtin. lib. 21. Ciuit. cap. 6. Dæmones illici ait diuerſis creaturis, non vt animalia
D cibis, ſed vt ſpiritus ſignis, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum. Ananchiti lapide apud Plinium in necromantia euocantur imagines Deorum. Atizoë neceſſaria Magis Regem conſtituentibus, vt Heliotropium porracei coloris, quem gerentem admixta herba eiuſdem nominis conſpici negant. Gloſſopetra linguæ ſimilis humanæ lenocinanti neceſſaria creditur. Carduus apud Proclum ſufficit ad ſubitam numinis alicuius apparitionem. Plin. lib. 37. cap. 10. Achatis ſuffitu tempeſtates in Perſis ait auerti, flumina ſiſti. Ea, quæ vnius coloris eſt, inuicta eſt athletis. Alectorias magnitudine fabæ in ventriculis gallinaceorum reperitur, qua Milo Crotonienſis inuictus fuit. Androdiamantem Magi tradunt impetus hominum, & iracundias domare. Antipathes contra effaſcinationes auxiliari Magi volunt. Lege Plinium, ſi vacat tibi ad nugas. Neuriten lapidem qui gerit, à Diis exauditur, facit virum vxori amabilem. Orpheus,

E ——— γυναῖκ' ἔχοντες
Ἄνθρωποι θυέων τε, καὶ ἐράων αἴουσιν ἐρωτίδας.

Achaten qui manu gerit, litem obtinet; quare Orpheus conſuluit Aiaci, vt litigans de armis Hectoris cum ferret, νίκης ἐπαρήγονα χερσὶ κομίζειν. Idem efficit, vt famuli, & clientes amentur à patronis,

Δόλων ἔκτορι κεχαρισμένος ἔπλετ' ἑταῖρος.
Dolon achaten gerens carus fuit Hectori.

Nidor eius igni admoti allicit ſerpentes, ἀολλέας ἐκπροθμολόντας χηραμόθεν. Sunt Orphei næniæ, quas, ſi cui lubet, conſulat. Apuleius Mileſ. 2. Maga eſt primi nominis, & omnis carminis ſepulcralis magiſtra, quæ ſurculis, & lapillis, & id genus friuolis inhalatis, omnem iſtam lucem mundi ſyderalis imis tartaris, & in vetuſtum chaos ſubmergere nouit. Petron. térque lapillos conijcere iuſſit. Philoſtrat. lib. 7. προσιόντες τοῖς σοφισταῖς τούτοις οἱ κίσιν τε αὐτοῖς φέρειν δῶσουσι, καὶ λίθους, τοὺς μὲν ἐκ τῆς γῆς ἀπορρήτων, τοὺς δὲ ἐκ σελήνης. *Accedentes ad Sophiſtas, & planos,*

planos, qui dabunt illis ferendum cestum, & lapillos alios ex operto terræ, alios ex Luna. In Hydaspe fluuio γίνεται λίθος λύχνις, ὃς σελήνης αὐξομένης εὑρίσκεται πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν, *nascitur Lychnis lapis, qui augente Luna inuenitur ad tibiarum concentum,* vt Plutarchus lib. de fluuiis. In Pactolo Aruraphylax lapis nascitur, quem Lydi ante fores thesauri sui ponunt & intactum seruant. ὁσάκις γὰρ ἄνω φῶρες ἐπέλθωσι σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσι ὁ λίθος, &c. *quoties enim fures ingruunt, lapis tubæ cantum edit, illi præcipites fugiunt, quasi hostes insequantur,* vt Chrysermus scribit lib. 3. de fluuiis. In Mæandro Sophron lapis nascitur, ὃν ἐὰν βάλῃς τινὸς εἰς κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται, καὶ φονεύει τινὰ τῶν συγγενῶν, ἐξιλασαμένος δὲ τὴν μητέρα τῶν θεῶν ἀπαλλάσσεται τοῦ πάθους, *quem si cuius in sinum ieceris, in furias abit, & aliquem ex cognatis occidit, sed placata matre Deûm resipiscit,* vt scribit Demaratus lib. 3. de fluuiis. In Sipylo nascitur lapis cylindro similis, quem filij patrum amantes in templo matris Deûm locant, & nunquam pietatem violant, vt scribit Agatharchides Samius lib. 4. de lapidib. Sed nugarum me tædet.

CAP. V.

De liciis, vittis, & filis laneis.

LICIA, vittæ, fila lanea in magicis sacris adhibebantur. Virgil.

—— *& molli cinge hæc altaria vitta.*

Valerius in Citi,

> *Terque nouena ligat triplici diuersa colore*
> *Fila, ter in gremium circum, inquit, despue virgo.*

Lælius apud Apuleium in Apolog. tænias inter philtra, & deuinctiones numerat. Propert. lib. 3. eleg. 5.

> *Et strigis inuentæ per busta iacentia plumæ,*
> *Cinctáque funesto lanea vitta viro.*

Clemens Alexandrinus, ταινίας ἐρίῳ, καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένας, *tænias lana, & purpura distinctas.* Petronius, licium variis filis intortum. Artemidorus in Onirocrit. cap. 79. scribit, coronas, quæ lana confectæ sint, veneficia significare, quia lana frequens in magicis deuinctionibus. οἱ δὲ τῶν ἐρίων πεποιημένοι διὰ τὸ ποικίλον, φαρμακείας, καὶ καταδέσμους σημαίνουσι. *Coronæ lana factæ ob colorum, & texturæ varietatem, veneficia, & deuinctiones significant.* Licia illa vel terna, vel nouena iungebantur, vel etiam ter nouena. Virgil.

> *Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore*
> *Licia circumdo.* ——

Superstitiosum est, quod Plin. lib. 28. cap. 4. ait; Inguinibus medentur aliqui licium telæ detractum alligantes, nouenis, septenisque nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina alligantes licio. Synesius, ἐπῳδὰς οἶδα καὶ καταδέσμους, καὶ καταναγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν τὴν γαλάτειαν. *Incantationes noui, & deuinctiones, & necessitates, quibus non verisimile est obsistere posse Galateam.* Nemesian. Ecl. 4.

> *Hæc eadem nobis quæ versicoloria fila,*
> *Et mille ignotas Mycale circumtulit artes.*

Tibul. lib. 1.

> *Ipsa Venus magico religatum brachia nodo*
> *Perdocuit, multis non sine verberibus.*

Erant καταδέσμοι, & deuinctiones, quibus impedirent, aut expedirent amoribus. Ouid. lib. 1. Amor.

> *Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo*
> *Licia.* ——

Petronius; Illa de sinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicémque vinxit meam, mox turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontémque repurgauit meam. Ter me iussit exspuere, térque lapillos conijcere in sinum. Virgil.

> *Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.*

Amari enim simulacrum ligabant conceptis verbis. Glycas 1. part. Exclamat Dæmon apud Hilarionem. Exire me cogis, & subter limen ligatus teneor. Tunc senex ait, grandis fortitudo tua, qui licio, & lamina strictus teneris. Theocrit. Idyl. 2.

> Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ.

Corona

A *Coronato poculum ligneum purpureo lanæ flore.*
Prop. lib. 4.

Térque focos circum laneus orbis eat.

Lanis enim auctoritatem veteres dedere, Romani etiam religioſam habuere, vt Plin. lib. 28. cap. 2. Laneum orbem vinculum eſſe arbitror laneum, quo in orbem ara ſuperſtitioſè terno cinctu ambiebatur. Scaliger putat caniſtrum eſſe, in quo mola ſalſa circum aram circumferebatur. Beroaldus laneam coronam lemniſcatam intelligit. Vterque inuita Minerua. Lucan. lib. 6.

Traxerunt torti magica vertigine fili.

B

CAP. VI.

De magicis deuotionibus, & deuinctionibus.

AD licia, & fila pertinent magicæ deuinctiones, quibus vel amore deuinciebantur, vel ligabantur, ne conſueſcerent cum fæminis, vel equi, fluuij, vis ignis, & aliæ res deuinctæ erant, & ligatæ. Deuotiones, interdum deuotati, defixi dicuntur, qui ligati ſunt magicis artibus. Tibull. lib. 1. eleg. 8.

—— magico religatum brachia nodo.

Valerius in Ciri,

Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo
Regis Iolchiacis animum defigere votis.

C Apuleius cap. 15. lib. de virtut. herbar. Si quis ad mulierem non poterit affectari obligatus. & cap. 7. Si quis deuotatus, defixúſque fuerit in ſuis nuptiis, ſic eum reſoluas. Strab. Salmacidam aquam τῶν πινόντας μαλακίζεσθαι, *quæ b bentes emaſculabat, ne Venerem experiri poſſent.* Potuere naturæ vi hæ aquæ id efficere. Ouid. in Hypſip.

Deuouet abſentes, ſimulacráque cerea fingit.

Cic. in Paradox. Decius filium deuotauit. Apul. Mileſ. 1. Deuotionibus ſepulcralibus in ſcrobem peractis. Deuotores, deuotrices ſaganæ. Ouid. in Ibin,

Illum ego deuoueo, quem mens intelligit. ——
Viuite deuoto fæmina, virq́; thoro.

Liuius & Macrobius, carmina deuotoria, quibus homines vrbéſque deuouentur. Apul. lib. 9. diras deuotiones in eum deprecata. Deuinctiones autem Plato καταδέσεις
D vocat lib. 11. de legib. ἄλλη φαρμακεία, μαγγανείαις τέ τισι, καὶ ἐπῳδαῖς, καὶ καταδέσεσι λεγομέναις πείθει. *Alia perſuadet eos qui ardent lædere veneficiis, præſtigiis, excantationibus, & deuinctionibus.* Tertullian. lib. de ſpectac. magicas deuinctiones vocat. Balſamon; Præſtigiatores, inquit, magicis excantationibus feras alligant, vel ad hominum commodum, aut incommodum quædam faciunt, morbos, deliria, amores, inimicitias inducentes. Eò pertinet quod lib. 1. ſcribit Arnobius, Magos in curriculis equos debilitare ſolitos. S. Epiphan. hæreſ. 30. μαγγείαις γάρ τισι, καὶ περιεργείαις τὸ πῦρ καταδῆσαι ἐπεχείρησαν, *magicis ſuperſtitionibus ignem ligare laborarunt.* Coniuges vſu thori legitimo prohibebant. Herodot lib. 2. ſub finem, Amaſis ne cum vxore Laodice conſueſceret, deuinctus eſt, cui Rex dixit, ὦ γύναι κατά με ἐφάρμαξας. S. Auguſtin. tract. 17. in Ioan. Incantatores ait ligatis iſtis nomen Dei inſerere, vt maleficia ſua contegant. Cedrenus tradit, Apollonium magicis ſigillis, & characteribus
E τὸν ποταμὸν στοιχειῶσαι, *fluuium ligaſſe.* Gregor. Nazianz. στοιχειώμενοι φόβῳ, *timore deuincti.* Sophronius in Prato ſpiritali nauem magicis artibus ligatam, δεδεμένην, ſcribit. Ouidius,

Quid vetat & neruos magicas torpere per artes?

Apud Petronium ille alter ad Venerem impotens veneficio ſe contactum ait. Quæ ſtriges comederunt neruos tuos, aut quod purgamentum nocte calcaſti in triuio, aut cadauer? Ligabant & ventos, cùm Eteſiæ vehementiùs ſpirarent, & fructus læderent. κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι περὶ τῶν λόφους, καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα, apud Suidam. *Empedocles cùm iuſſiſſet aſinos corio nudari, & vtres ex iis fieri, eos extendit circa iuga collium, vt ventos conciperet.* Cùm ventus ſiluiſſet, κωλυσάνεμος dictus eſt. Apollonius. lib. 3. Argonaut.

Ἄστρα τε καὶ μήνης ἱερὰς ἐπέδησε κελεύθους.
Aſtra, & vias ſacras Lunæ conſtrinxit.

Lucan.

Ceſſauere vices rerum, dilatáque longè   *Hæſit*

Hæsit nocte dies, legi non paruit æther. A

Cedrenus in Claudio; Apollonius Philosophus Pythagoreus stœcheomaticus, id est, qui magicis characteribus, ac sigillis mira præstabat, Byzantij παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων ἐποιχείωσεν ὄφεις μὴ, καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, *ab incolis rogatus, sigillis suis, & characteribus effecit, ne scorpij, aut serpentes ferirent,* culices ne eò accederent, equi ne ferocirent, néve illi vel mutuò, vel in alios animantes rabie sæuirent. Lycum quoque amnem deuinxit sigillis suis, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμαίνεσθαι, *ne suis exundationibus Byzantio noceret.* Ouid. lib. 7. Metamorph. de Medea.

Verbáque ter dixit placidos facientia somnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt.

Tertul. lib. de spectaculis, magicis deuinctionibus homicidium fieri ait. Seneca in Hercule Oetæo act. 1. B

——Artibus magicis ferè
Coniugia nuptæ precibus admissis ligant,
Vernare iussi frigore in medio nemus,
Missúmque fulmen stare.——

Propert. lib. 1. eleg. 12. se deuinctum magica arte conquetitur, ne cum amica rem patraret.

Inuidiæ fuimus. Quis me Deus obruit, aut quæ
Lecta Prometheis separat herba iugis?

Honorius, cui filia Stiliconis nupserat, ligatus est, ne cum ea, quia tenerior, concumberet. Theodoricus Rex Galliarum vxoris consuetudine veneficio prohibitus est, qui tamen cum pellicibus solebat. Tit. extrà, de frigid. & malefic. Ad aliud matrimonium transire possunt qui toros tres annos maleficio deuincti fuerint. Aduersus huiusmodi deuinctiones remedia quædam superstitiosa adhibentur, quę damnantur ab August. lib. 2. de doct. Christ. cap. 26. 29. Aliud genus deuotionis fuit quo Decij se deuouere, quorum alter bello Italico, alter Gallico pro Rep. se deuouit, vt Seruius ad lib. 10. Æneid. Florus lib. 1. cap. 17. Lactant. lib. 3. cap. 5. Plin. lib. 22. cap. 5. Minurius in Octauio; Testis ludorum offenso Ioue de somnio plebeij hominis iteratio, & Deciorum deuotio rara testis est. Ditis deuouere, detestari. Horat. C

Dira detestatio
Nulla expiatur victima.

Capitolin. in Maxim. Maximinum cum filio Diis inferis deuouemus. Plinius, diris deuotionibus defigi nemo non metuit. Dionys. Halicar. lib. 2. ἔθος Ῥωμαίοις ὅσους ἐβούλοντο νηποινὶ τεθνάναι τὰ τούτων σώματα θεῶν ὅτῳ δήποτε, μάλιστα δὲ τοῖς καταχθονίοις κατονομάζειν. ὃ καὶ τότε ὁ Ῥωμύλος ἐποίησεν. *Mos Romanis, vt quos impunè occidi posse velint, eorum corpora alicui Deo, maximè inferis Diis deuoueant. Quod tunc fecit Romulus.* Areius Tribunus plebis Crassum in Parthos mouentem foculo posito deuouit, ait Appianus. Apud Festum dicitur; Diis manibus sacer esto Suidas in voce *Eumolpidæ*, ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπίδαι καὶ κήρυκες, *ei imprecati sunt Eumolpidæ, & præcones.* D

CAP. VII.

De equorum ligatura & deuinctione.

ARNOBIVS lib. 1. aut in curriculis equos debilitare. In Circo magicis artibus equi debilitari soliti erant, quod significat S. Hieron. in Hilarione his verbis. Hic itaque ait æmulo suo habenti maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret. Ammian. lib. 18. Ad aurigam confugit audentem omnia, cúmque, vt veneficum, curar vrgeri. Amphion dedit veneficium Pelopi, quo Oenomai equos tarderet. Cassiodor. lib. 3. epist. 51. frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum, inter quos magnum præconium videtur, ad talia crimina peruenire. Necesse est enim ad peruersitatem magicarum referri, quando victoria equorum meritis non potest applicari. In Græcot. Martyrol. de Hilarione, qui πληρῶσαι κελεύει τὸ ποτήριον ὕδατος, ἐν ᾧ πίνειν αὐτῷ συνηθὲς, ἐστράκινον δὲ ἦν, καὶ εἰς χεῖρας τῷ ἰταλικῷ ἐνθεῖναι. τοῦτο λαβὼν ἐκεῖνος, ὁμοῦ τοὺς τε ἵππους, καὶ τὸν ἱππῶνα, καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς μετὰ τῶν ἁρμάτων σὺν ἡνιόχους ἐναπερίζει καθαρῶς ἐν τῷ ὕδατι. διεδεμένοι δὲ πάντες ἦσαν γοητείᾳ τῶν ἐναντίων. τοῦτο ἰδὼν, καὶ θεῷ χάριν ὁμολογήσας E

A *γήσας καὶ ἱλαρίων, αὐτίκα μὲν ἐς τὸν οἶκον ἐπανήκει. λαβὼν δὲ ἐκείνου τοῦ ὕδατος οὗ ἐν τῷ ποτηρίῳ ἵππους πεπεδημένους ἴδε διαρρανεῖ πάντας. εἶτα καὶ τῷ σεβασμίῳ τοῦ σταυροῦ τύπῳ ἐπισφραγίζει, καὶ ἀπ' ἐκείνου μεταβαίνει μὲν ἐπὶ τὸν ἰταλικὸν ἡ νίκη. Hilarion impleri iubet poculum aqua in quo potare ipſe ſolitus, erat autem teſtaceum, & in manus aurigæ Italici tradi. Hoc ille accepto videt in aqua perſpicuè ſimul & equos, & equile, & ipſos cum curribus aurigas. Omnes deuincti erant præſtigiis aduerſariorum. Hoc viſo, gratiis Deo, & Hilarioni actis, ſtatim domum reuertitur. Cùm autem aquæ aliquantum accepiſſet ex eo poculo in quo viderat ligatos equos, omnes aſpergit, deinde & venerando crucis ſigno ſignat, & ex eo victoria in Italicum tranſiit.* Aliptæ ipſi in arte Gymnaſtica veritas artes tractabant; ideo Vopiſcus in Saturnino coniungit eos cum Mathematicis. Hæc autem omnia iam olim damnata eſſe docetur in collect. orien. canon. S. Martini Dumienſis, can. 60. Non liceat Clericos incantatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt colligatio animarum. Siquis hæc fecerit, de Eccleſia B proiiciatur. In epiſt. Bonifac. ad Zachariam Papam, dicunt ſe vidiſſe Romæ mulieres pagano ritu phylacteria, & ligaturas, & in brachiis, & in cruribus ligatas habere, & publicè venales aliis offerre. S. Auguſt. ſerm. de temp. 241. Nam qui prædictis malis, id eſt, caragis, & diuinis, vel aruſpicibus, vel phylacteriis, vel aliis quibuſlibet auguriis crediderit.

CAP. VIII.

De ſacris & libaminibus.

C ARNOBIVS ſine vlla obſeruatione ſacrorum, libaminum. Sacra vel erant cruenta morte animantium quæ immolabantur, vel incruenta, thure, vino, lacte, & cæteris eiuſdem generis. Fiebant autem vel ad altaria, vel ad aras, vel ad ſcrobem Diis inferis. Altarium meminit Virgil. Ecloga 8.

Effer aquam, & molli cinge hac altaria vitta.

Aras commemorat Lucan. lib. 6.

—— Ille ſupernis
Deteſtanda Diis ſæuorum arcana Magorum
Nouerat, & triſtes ſacris feralibus aras.

Varro apud Seruium Ecloga 5. Diis ſuperis altaria, terreſtribus aras, inferis focos dicari ait. Ibidem Seruius; Nouimus aras Diis eſſe ſuperis, & inferis conſecraras. Feſtus; Alta-D ria ab altitudine dicta ſunt, quod antiqui Diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant, Diis infernalibus in effoſſa terra. Apuleius in Apolog. Arula poſita, & lucerna puerum concidiſſe. Valerius in Ciri;

Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo,
Regis Iolchiacu animum defigere votis.

Val. Flac. lib. 6. Argonaut.

—— Nocturnis qua nulla potentior aris.

Seneca in Oedip. focos vocat. Vnde apparet in magicis ſacris etiam altaribus vſos. Virgil. lib. 4. Æneid.

Stant aræ circum, & crines effuſa ſacerdos
Tercentum tonat ore Deos. ——

E lib. 6. nocturnas aras vocat. Tacit. lib. 6. Magorum ſacra Liuiæ obiectabantur. lib. 12. Agrippina Statilio Tauro magicas ſuperſtitiones obiectabat. Sacrificia autem Diis inferis ita fiebant, vt in ſcrobem hoſtiarum ſanguis funderetur. Homerus Odyſſ. 12.

—— τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
Ἐς βόθρον, ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές. ——
Oues capiens ceruices cecidi
In ſcrobem, fluebat autem ſanguis ater

Orpheus in Argonaut.

—— ἰδ' ἔντομα θύματ' ἔρεζον,
Σκύμνους παμμέλανας σκυλάκων τριοσσὰς ἱερεύσας,
Ὕδατι μὶξ δ' ὠμὰς χολάδας χεόμην περὶ βόθρον,
Ὀρφνινα δ' ἱστάμενος φάρη, καὶ ἀπεχθέα χαλκὸν

Κρειῶν ἐλλιστάμην, αἱ δ' ὀτραλέως ἐπάκουσαν
Τισιφόνη τε, καὶ ἀλήκτω. ——
Atque ſacrificia profecta feci,
Catulos nigros tres canum ſacrificans,
Cruda autem viſcera mixta aqua fudi ſuper foſſam
Nigris veſtibus indutus, & ferrum odioſum
Quatiens precatus ſum, ſtatim autem me audierunt
Tiſiphone & Alecto. ——

A

Silius lib. 13.

—— *Mox vmbris conſueta piacula nigras*
Sub lucem pecudes, recluſaque ab dere terra
Manantem iugulis ſpirantium cæde cruorem.

B

Virgil. lib. 6. Æneid.

—— *Ipſe atri velleris agnam*
Aeneas matri Eumenidum, magnaque ſorori
Enſe ferit, ſterilémque tibi Proſerpina vaccam.
Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſupérque oleum fundens ardentibus extis.

Homer.

—— *ἑκάτη στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη*
ῥέξειν ἐν μεγάροισι. ——
Hecatæ vaccam ſterilem optimam
Immolare domi. ——

C

Orpheus in funere Cyzici;

—— *ἰδ' ἔντομα πορσυνόντες*
Παμμέλανα ἐν βόθροις καθεκίαζον. ——

ἔντομα vocat inferorum victimas, quæ Latinis profecta, cæſa & porrecta dicta.

Atque proſicias prabentes
Nigras in ſcrobem miſerunt.

Valer. in Ciri;

Inde Ioui geminat magno frigidula ſacra,
Sacra nec Idais ſenibus, nec cognita Gracis.

D

Virg. lib. 4. Æneid.

Sacra Ioui Stygio quæ ritè incepta paraui
Perficere eſt animus. ——

Piſces iſtis ſacris exulabant. Apule. in Apolog. Nec Vlyſſes ſcrobem piſculento medicauit. Auctor anonymus Argonaut. nocturna ſacra vocat,

Τῷ δ' εἰ κ' ἐπινυχίοισι ἀρακοτομίαν θυέεσσι
Δαίειν μυνομένων, ἑὸν δέμας ἱκμαίνοντο.

Illi Deram unigenitam Hecaten precantes nocturnis ſacris, ſuum corpus rore aſpergebant. Quia cùm Diis inferis facerent, non totum corpus abluebant, ſed rore aſpergebant. Virgil. lib. 6. Æneid.

Spargens rore leui, & ramo frondentis oliuæ.

lib. 4. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

E

Horat. epod. 5.

Spargens Auernales aquas.

Apud Apollonium tamen lib. 3. Argon.

Ἀκαμάτοιο ῥοῇσι λοεσσάμενος ποταμοῖο,
Οἶος ἄνευ θ' ἄλλων ἐνὶ φάρεσι κυανέοισι.

Lotus fluento fluuij iugis ſolus ſeorſim ab aliis in veſte nigra. Seneca in Oedip.

Irrigat ſanguis focos,
Solidáſque pecudes vrit.

In ſacris enim illis holocauſtum fiebat. Virgil.

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Ouid. lib. 7. Metamorph.

—— *patulas*

A *——patulas perfundit sanguine fossas.*

Apud Eusebium lib. 4. Præparat. Euang. Dæmon ipse Porphyrium docet ritum sacrorum,

Τῶν χθονίων διάνεμε τριχῆ θυσίας ἐναρίζων,
Νερτερίων κατάθαπτε, καὶ εἰς βόθρον αἷμα ἴαλλε,
Χεῦε μέλι νύμφαις. ——

Terrestrium Deorum diuide trifariam hostias cædens, inferorum victimas sepelito, & in foueam sanguinem mitte, funde mella Nymphis; Silius lib. 13. de Autonoe saga.

——ferróque cauare refossam
Ocyùs vrget humum, atque arcanum murmur anhelans
Oraine mactari pecudes iubet.——

lib. 8.

B *Nigro forte Ioui cui tertia Regna laborant,*
Atque atri socia thalami noua sacra parabam.

CAP. IX.

De libationibus.

LIBATIONES fiebant lacte, melle, vino, aqua, oleo, interdum & sanguine, aut aliis rebus. Virgil. 6. Æneid.

Quattuor hic primùm nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontique inuergit vina sacerdos,
C *Et summas carpens media inter cornua setas*
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten.——

Inuergere dixit, quia cùm Diis inferis facerent, manù prona & deorsum versa vinum inuergebant; si superis, manu resupinata. Orpheus in Achate;

Κἀσπείσαι ἐπιπασπεῖσαι λευκὸν γάλα, καὶ μέθυ ἡδὺ,
Καὶ λίπα τ', ἠδὲ ἐρατόν τε μελίσσης αὔθιμον ὕδωρ.

Et illis Diis libare niueum lac, & dulce vinum, & oleum, & amabilem apium suauem cibum. Virgil. lib. 3. Æneid.

——& munera libo
Intemerata focis.——

D Pausan. in Heliacis, Hercules cùm à muscis infestaretur, sacrificans ἀπομυίῳ Διὶ, *Ioui muscas abigenti*, molestia liberatus est. Apud Apuleium aqua libatur. Milef. 3. Tunc decantatis spirantibus fibris libat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, libat & mulsa; sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cum multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Apud Festum Arferia aqua inferis libatur. Primæ libationes olim ὑδροσπονδα, & νηφάλια dicta sobria, quia sola aqua libabatur, vt docet Porphyr. lib. ἀποχῆς. Deinde fuere μελίσπονδα, cùm melle libaretur, tum ἐλαιόσπονδα, oleo. Orpheus χύτλα vocat olei aspergminem. χύτλον propriè ὑδρέλαιον, *oleum aqua fluens* esse volunt. Denique οἰνόσπονδα, vino libatum est, vt ait Porphyrius. Virgil. Ecl. 5.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui.

E Tandem etiam sanguis libatus. lib. 5. Æneid.

Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro.

lib. 2.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras.——

Et quia mel in sacris mortuorum fundebant, μελίγματα placationes Orpheo dicuntur, & μέλισσαι mortuorum animæ, μειλίχιοι θεοὶ manes, μελιτώδης Theocrito inferorum Dea. Stat. lib. 4. Theba.

Principio Largos noúies tellure cauata
Inclinat Bacchi latices, & munera verni
Lactis, & Actæos imbres, suadúmque cruorem.

Silius lib. 13. A

Inde tibi Alecto, tibi nunquam læta Megæra
Corpora lanigerûm procumbunt lecta bidentum,
Fundunt mella ſuper, Bacchique & lactis honorem.

Homer.

Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ.
Primùm melle lacti admixto, deinde dulci vino.

Didymus *μελίκρητον τὸ μετὰ μέλιτος γάλα, lac cum melle* interpretatur. Optimè. Alij aquam cum melle, minus bene. Homer.

Βόθρον ὄρυξα ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χεόμην πᾶσι νεκύεσσι. B
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.
Τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι, λιτῇσι τε ἔθνεα νεκρῶν
Ἐλλισάμην. ——
Fodi ſcrobem cubitalem hinc inde,
Et circum eam libationes fudimus, ac inferias omnibus mortuis,
Primùm melle lacti mixto, poſtea vino,
Tertiò aqua, mox farinam albam aſperſi.
Poſtquam Deos manes votis, & precibus propitiaui.

Euripides inferias deſcribit,

Μελίκρατον ἄρας, γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην. C
Sumpto melle, lacte, & vini flore.

Apollonius Rhodius lib. 3. Argon.

Ἐπὶ δὲ μιγάδας χέε λοιβὰς
Βριμὼ κικλήσκων.
Affundebat mixtas libationes
Proſerpinam inuocans.

Orpheus in funere Cyzici;

Αὐτὰρ ἐγώ γε ψυχὴν ἱλασάμην σπένδων μειλίγματα χύτλων
Ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτων ἀπὸ νασμῶν
Λοιβαῖς συμπροχέων. ——
Sed ego animam placaui libans inferias D
Aqua, lacte, & è mellitis fluentis
Libationes mittens.

Stat. lib. 4 Theb.

—— Alias auertere greſſu
Lacte quater ſparſas, mæſtóque excedere luco.

Heliodor. lib. 7. Æth. *ἡ φαρμακὶς μέλιτος ἐπέχει τῷ βόθρῳ καὶ γάλακτος. venefica lactis aliquid infudit in ſcrobem, & mellis.* Apollon. lib. 3. Argon.

—— περσηΐδα μειλίσσοιο
Λεῖβων ἐκ δέπαος σιμβλήϊα ἔργα μελισσῶν.

Places Proſerpinam libans ex poculo opera apum ex aluearibus. lib. 7. Metamorph.

Verba ſimul fundit. —— E
Alteráque inuergens tepidi carcheſia lactis,
Tum ſuper inuergens liquidi charcheſia Bacchi.

Seneca in Oedip.

Et niueum inſuper
Lactis liquorem fundit, & Bacchum manu
Læua, canitque rurſus.

Prudent. in Apotheoſi,

—— maius.
Neſcio quod numen noſtris, interuenit aris,
Quam ſufferre queant ſpumantia cymbia lacte,
Cæſarum ſanguis pecudum, verbena, corona,

Accitas

A *Accitas video longè dispergier umbras.*

lib. 6. Epigr. Græc. libationem vocat.

> Καὶ σταγόνα σπονδῖτιν ἀεὶ θυέεσσι ὀπηδὸν
> Τῆς κύλικος βωμῷ πυθμέσι κλειομένην.

Stillam libationum comitem sacrorum in fundo pateræ clausam ad aras. Nonnus lib. 4. Dionys.

> ——ὑδάτων χύσιν ὄφρα καθήρῃ
> Μαντιπόλους ἑο χεῖρας, ἐπιστείσῃ δὲ θυηλαῖς
> Ἁγνὸν ὕδωρ. οὔπω γὰρ ἐν οἰνοφύτοισιν ἀλωαῖς
> Καρπός.

* *Fusionem aquæ petit, vt purget manus suas fatidicas; nondum enim fructus erat in vineis viniferis.*

B

CAP. X.

De Tauropoliis magicis.

INTER sacra magica fuere Tauropolia, de quibus sæpe mentio fit in vet. inscriptionibus. Athenæus lib. 6. πλὴν ὅτι μαγεύομεναι, καὶ μαγεύουσαι ταυροπολικά, τριοδοί τινες αὗται πρὸς ἀλήθειαν ἐγένοντο. *Magicas artes in se, atque aliis exercentes, vt fit in sacris Tauropoliis, reuera mulieres è triuio factæ sunt.* Fæminæ quæ sacra Tauropolia procurabant, ταυροπόλοι dictæ. In iis multa obscæna, vt & in sacris Cotytus, fiebant. In veteribus inscript. Tauropolij frequens mentio, quod Dianæ Tauropolo, quæ in Taurica Chersoneso colebatur, C sacrum fuit. Sed veteris inscriptionis verba, vbi Tauropolium commemoratur, infrà recitabo.

CAP. XI.

De Necyomantia, & Sciomantia.

NECYOMANTIÆ duo genera sunt, Sciomantia, & Necromantia. Sciomantia veteribus dicta magica excantatio, qua scrobe facta, & in eam nigrarum pecudum sanguine fuso, sæpe homine mactato, vmbræ mortuorum, & animæ ad res futuras præsentiendas excitantur. Necromantia verò, cùm mortuorum cadauera excitata respondere D ad interrogata coguntur. Vtrobique Dæmon vicem vmbræ sustinet, & respondet. quanquam Deo faciente, non Pythonissæ istius aniculæ præstigiis, anima Samuelis ipsa excitata responsum dedit, vt docetur Ecclesiastici cap. 48. Lucan. lib. 6. Deos cogi carminibus dixit.

> *Verbáque ad inuitum perfert cogentia numen,*
> *Quod non cura poli, cælíque volubilis vnquam*
> *Auocat, infandum tetigit cùm sydera murmur.*
> *Tunc Babylon Persæa licèt, secretáque Memphis*
> *Omne vetustorum soluat penetrale Magorum,*
> *Abducit superos alienis Thessalus aris.*

Seruius ad lib. 6. Æneid. Secundùm Lucanum in Necyomantia ad leuandum cadauer sanguis est necessarius, vt,

E *Pectora tunc primùm feruenti sanguine supplet.*

In Sciomantia, quia vmbræ tantùm est euocatio, sufficit interitus, vnde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. Isidorus libro 8. origin. cap. 9. Necromantici sunt quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui diuinare, ad quos suscitandos cadaueri sanguis adiicitur. Nam amare Dæmones sanguinem dicunt. Ideóque cùm Necromantia fit, cruor aqua miscetur, vt calore sanguinis faciliùs prouocentur. Vide Maxim. Tyrium orat. quid sit dæmonium Socratis. Statium lib. 4. Thebaid. vbi Laius à Tiresia euocatur. lib. 2. recognit. Clemen. Simon Magus animam pueri euocat; apud Philostratum Apollonius manes Achillis. Euseb. lib. 2. Præparat. p. 39. τυράννων νεκυομαντείας commemorat. Plin. Ananchitin herbam esse ait, qua in Necromantia dicunt imagines Deorum euocari. Carduus credebatur sufficere ad subitam numinis alicuius apparitionem, ait Proclus Necromantiæ tribuendum est, quod scribit Apuleius Milesf. 3. Tunc decantatis spirantibus fibris, libat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino,

nunc melle montano, libat & mulsa; sic illos capillos in mutuos nexus abditos, atque nodatos cum multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpiabili magicæ disciplinæ potestate, & cæca numinum coactorum violentia illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum, & sentiunt, & audiunt, & ambulant. Item; Iam scies dominæ meæ miranda secreta, quibus obaudiunt manes, turbantur sydera, coguntur numina, seruiunt elementa. Lucianus de Necyomantia; *βόθρον τε ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. Scrobem effodimus, & oues iugulamus, & sanguinem circa scrobem libauimus.* Prudent. in Apotheos.

> *Fortè litans Hecaten placabat sanguine multo.*
> *Pontificum festis ferienda securibus illic*
> *Agmina vaccarum steterant, vitulásque reuincta*
> *Fronte coronatas vmbrabat torta cupressus,*
> *Iámque insertato reserabat viscera cultro*
> *Vittatus de more senex, &c. ——*
> *Accitas video longè dispergier vmbras,*
> *Territa Persephone vertit vestigia retrò,*
> *Extinctis facibus, fracto(non tracto)fugitiua flagello.*
> *Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt*
> *Carmina, turbatos retinet nulla hostia manes.*

Idem;

> *Murmure nam magicos tenues excire fauillas,*
> *Atque sepulcrales ritè incantare fauillas.*

Silius lib. 1.

> *——Supplet infernis Hannibal aris,*
> *Arcanum Stygia libat cum vate cruorem.*

Fiebant eæ deuotiones ad scrobem sanguine vndantem, quo degustato animæ respondebant. Mucronis stricti, ac fulgentis metu aliæ fugabantur, ne sanguinem bibereur. Simulant enim Dæmones gladij mucrones timere se, vt ait Psellus. quare Tiresias apud Homerum lib. 12. Odyss. dicit Vlyssi.

> Ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ φάσγανον ὀξύ,
> Αἵματος ὄφρα πίω. ——
> *Sed recedito à scrobe, & amoue ensem acutum,*
> *Vt sanguinem bibam. ——*

Apul. Milesf. 1. deuotionibus sepulcralibus in scrobem petactis. Silius Ital. lib. 13. de Scipione, qui patris, ac patrui manes affari cupiebat proxime Caietam;

> *Ergo excire parat manes, animásque suorum,*
> *Alloquióque virûm tantos mulcere dolores,*
> *Hortatur vicina palus, vbi signat Auerni*
> *Squallentem introitum stagnans Acherusius humor.*

Homerus,

> Ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
> Βόθρον ὄρυξα ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα,
> Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χεόμην πᾶσι νεκύεσσι,
> Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ,
> Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.
> *Ego autem ensem acutum stringens à femore*
> *Scrobem fodi hinc inde ferè cubitalem,*
> *Ad quam libamina omnibus mortuis fudimus,*
> *Primùm ex melle & lacte, deinde ex dulci vino,*
> *Tum aqua, & aspersi candidam farinam.*
> Τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι, λιτῇσί τ' ἔθνεα νεκρῶν
> Ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
> Ἐς βόθρον, ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές, αἱ δ' ἀγέροντο
> Ψυχαὶ ὑπὲξ ἐρέβευς νεκύων κατατεθνειώτων.
> *Postquam Deos manes votis & precibus*
> *Propitiaui, pecudes iugulaui in scrobem,*

Fluebat

A *Fluebat in eam ater sanguis,*
Animæ autem mortuorum ex Herebo congregabantur.

Silius lib. 3. Argonaut.

——Accedentia cerno
Tartara, & ante oculos aßistere tertia Regna.
Ecce ruunt variæ species, & quicquid ab imo
Natum hominum, exstinctúmque chao est, iam cuncta videbat.

Apollon. lib. 3. Argon.

Βόθρον ὀρύξασθαι περιηγέα, τῷ δ' ἐνὶ θῆλυν
Ἀρνειὸν σφάζειν, καὶ ἀδαίετον ὠμοθετῆσαι,
Αὐτοῦ πυρκαϊὴν εὖ νήσας ἐπὶ βόθρῳ
B Μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο.

Effodito scrobem orbiculatam, & in ea mactato hædum, & integrum crudum impone rogo ad scrobem bene aceruato, & placato vnigenitam Hecaten Persei filiam libans mella ex carchesiis; vbi Deam placaueris recede à rogo, néve strepitus pedum, aut canum conuerti te retrò faciat, ὅρσηοι μεταστρεφθῆναι ὀπίσσω, *quominus singula perficias.* Quod dixit ἀδαίετον ὠμοθετῆσαι, Seneca, *solidas pecudes vrere*, Virgilius, *solida taurorum viscera flammis imponere* dixit. Nefaria illa sacra, quibus animæ euocantur, à Valeriano, Iuliano, Licinio, Maxentio, & aliis Imperatoribus vsurpata sunt. Do Iuliano Cedrenus in Ioniano. οὗτος ἐν Ἀντιοχείᾳ πολλὰς κιβωτοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις εὗρε κεφαλῶν ἀνδρῶν πεπληρωμένας, πολλὰ δὲ φρέατα νεκρῶν σωμάτων ἀνθρωπίνων πλήρη. καὶ γὰρ μυρίας μὲν γυναῖκας κατὰ γαστρὸς ἐχούσας ἀνέτεμεν ὁ Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς αὐτῶν ἐμβρύοις ἡπατοσκοπῶν, καὶ παιδία δὲ πολλὰ κατασφάτ-
C των ὑπὸ τὰ εἴδωλα κατώρυττεν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἵππους λευκοὺς, καὶ πυῤῥοὺς, καὶ ζώων εἴδη πολλὰ, τῷ τε ἡλίῳ, καὶ πυρὶ, καὶ τοῖς ἀνέμοις, καὶ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς δαιμονίοις ἔθυεν. ὅθεν οὐδὲν ἄπιστον καὶ ταφέντα τοῦτον τῆς γῆς ἀναῤῥιπτεῖσθαι. *Iouianus Antiochiæ multas cistas in Regia inuenit capitibus humanis plenas, multos puteos cadaueribus hominum refertos. Etenim infinitas mulieres prægnantes excidit, vt in earum fœtibus exta inspiceret, & multos infantes mactatos sub idolis suis defodit ac condidit. Verũ & equos albos, & rutilos, & plura alia animantiũ genera Soli, igni, ventis, & omnibus suis dæmonibus immolauit. quare non incredibile est Iulianum sepultũ à terra eiectũ esse.* Vocat eum εἰδωλιανὸν pro Iuliano, nec necyomantiæ mẽtionẽ facit, sed extispicinæ. Certũ tamen est, vt alibi docui, Iulianum necyomantiam fecisse, & ad eam biothanatis vsum. Eusebius l. 8. Histor. c 14. de Maxentio Romæ; ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς, ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε μαγικαῖς ἐπινοίαις, τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λέοντάς τε κατασφάττοντος, καί τινας ἀῤῥητοποιίας ἐπὶ δαιμόνων
D προκλήσει, καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνεσκευασμένου. De Maximino in Oriẽte; γοήτων τε γὰρ, καὶ μάγων αἱ πρῶται τῶν ἀνωτάτω παρ' αὐτῷ τιμῆς ἠξιοῦντο. μαντειῶν γοῦν δίχα, καὶ χρησμῶν, οὐδὲ μέχρις ὄνυχος ὡς εἰπεῖν τολμᾶν τι κινεῖν οἷός τε ἦν. De infanticidiis per Magos lib. 7. c. 10. de Valeriano August. loquens; Magus, inquit, αὐτῷ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν, καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν, καὶ σπλάγχνα νεογνὰ διαιρεῖν. lib. 9. cap. 3. Θεότεκνος ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ εἴδωλόν τι Διὸς Φιλίου μαγγανείαις τισὶ, καὶ γοητείαις ἱδρύει, τελετάς τε ἀνάγνους αὐτῷ, καὶ μυήσεις ἀκαλλιερήτους, ἐξαγιστάς τε καθαρμοὺς ἐπινοήσας. Sub finem lib. 9. Licinius φωρὰν τῶν γοήτων ποιησάμενος, σὺν τοῦ νεοπαγοῦς ξοάνου προφήτας, καὶ ἱερέας, βασάνοις ᾐκίζετο. Zonaras de Magnentio; καὶ γοητείαις ἐχρήσατο, γυνὴ γάρ τις μάγος παρθένον αὐτῷ σφαγιάσαι, καὶ οἴνῳ τὸ ταύτης αἷμα προσμίξαι, καὶ δοῦναι τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ ἀπογεύσασθαι, ἐπὶ τούτοις ἐκείνης ἐπῳδάς τινας εἰπούσης, καὶ δαιμόνων ἐπικαλεσαμένης ἐπικουρίαν. *Malorum Tyranno coronis & fastigium fuit, quod ad magicas præstigias animum appulit*
E *Maxentius, cùm fæminas prægnantes medias secaret, aut infantium exta scrutaretur, leones mactaret, & nefaria sacra Dæmonibus euocandis ad bellum auertendum faceret. Apud Maximinum Magi celebres primo loco habebantur. Sine diuinatione, & oraculis ne digitum quidem, aut vnguem exerere audebat. Valeriano Magus quidam nobilis sacrificia nefaria præscribebat, vt miseros infantes iugularet, vt filios parentum infelicium mactaret, & exta infantium diuideret. Theotecnus Antiochiæ idolum quoddam Iouis amicitiæ præsidis præstigiis quibusdam erigit, & impios ritus, & initiationes execrandas, & expiationes detestandas excogitat. Licinius cùm inuestigasset Magos, prophetas, & sacerdotes simulacri nuper positi, durißimè accepit. Magnentius magicis præstigiis vsus est. Mulier quædam maga virginem quandam immolare, & sanguinem eius vino mixtum militibus propinare suasit, cùm insuper illa præcantationes quasdam accineret, & Dæmonum opem inuocaret.* Paulus Diaconus lib. 11. Histor. Miscel. de Maxentio. Magicæ quoque artis industriam summis studiis excolebat, ad quæ ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidæ, & adhibitæ mediæ scindebantur, rapiebantur, & paruuli infantes, eorúmque exta visceribus reuulsa perscru-

tabantur. Iugulabantur & leones, & nefandis quibusdam commentis, ac præ- A
caminibus dæmonica arte compositis bella per hæc dicebatur arcere. Magicis illis sacris non tantùm bruta, sed etiam homines mactabantur. Pilargirus ad librum 2. Geor. Busiris Ægypti Rex omnibus annis Ioui hospites immolabat. Nam per octo annos Ægypto laboranre Pygmalion Cyprius finem futurum nō ait nisi sanguine hospitis litatum fuisset. Primus autem Thyestes alienigena immolatus originem sacrificio dedit. Vide Apollodor. lib. 2. Bibliothecæ. Minutius in Octau. Vos enim video procreatos filios feris, & auibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere. Tauris Ponticis, & Ægyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare, & Mercurio Gallos humanas victimas cædere. Romani Græcos & Græcam, Gallos & Gallam, sacrificio viuentes obruere. hodiéque ab ipsis Latiaris Iupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum B
est, mali & noxij hominis sanguine saginatur. Tertul. in Apolog. Maior ætas apud Gallos Mercurio prosecatur. Cicero pro Fonteio; Galli humanis hostiis Deorum aras funestant. Liuius lib. 22. Ex fatalibus libris Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario sub terra viui dimissi sunt, in locum saxo consaeptum ibi antè hostiis humanis minimè Romano sacro imbutum. Athanasius contra Gentes; καὶ οἱ πάλαι δὲ ῥωμαῖοι τὸν καλούμενον λατιάριον δία δι' ἀνθρωποθυσίαις ἐθρήσκευον. Tertull. in Gnost. cap. 7. & Latio in hodiernum Ioui media in vrbe humanus sanguis ingustatur. Vide Porphyr. lib. 2. περὶ ἀποχῆς. Sed de scrobibus & magicis ad eas deuotionibus veteres Poëtas audiamus. Seneca in Oedip.

Præstitit noctem locus.
Tunc fossa tellus, & super rapti rogis
Iaciuntur ignes, ipse funesto integit C
Vates amictu corpus.
Vocat inde manes, téque qui manes regis,
Carménque magicum voluit, & rabido minax
Decantat ore, quicquid aut placat leues,
Aut cogit vmbras, irrigat sanguis focos,
Solidásque pecudes vrit.

Lucian. in Philopseude, δαίμονας ἀνάγων, καὶ νεκροὺς ὅλους ἀνακαλῶν, καὶ τὴν ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παριστὰς, καὶ τὴν σελήνην καθαιρῶν, *dæmones educens, & mortuos integros euocans, & Hecaten ipsam manifestam sistens & Lunam detrahens.* Vmbras ex aquis magicis elicuere. Popert. lib. 4. el. 1.

Aut si quis motas cornicis senserit alas
Vmbra neque hæc magicis mortua prodit aquis. D

Chaldæi si animam Homeri euocare vellent sacrificantes gallinaceo, & characteres exprimentes eam euocabant. Æneſius l. de anima. Chaldæi εἰ τὴν ὁμήρου ψυχὴν ἐθέλοιεν καλεῖν ἀλεκτρυόνι θύοντες, καὶ χαρακτῆρας ὑπογράφοντες λέγουσι προσκαλεῖσθαι. Funestum amictum vatis fuisse ait Apollonius lib. 3. Argon.

—— ἐνὶ φάρεσι κυανέοισι.

Orpheus,

—— ὄρφνινα δ' ἑσσάμενος φάρη. ——

Silius de scrobe,

—— *Ferróque cauare refossam*
Ocyùs vrget humum, atque arcanum murmur anhelans E
Ordine mactari pecudes. ——

Orpheus,

Χώρῳ ἐπὶ πλακόεντι βόθρον τρίστοιχον ὄρυξα,
φιτροὺς τ' ἀρκεύθοιο, καὶ ἀζαλέης ἀπὸ κέδρου
ὦκα φέρων, λάιγγα πυρὴν ἔμπροσθε βόθροιο,
Αὐτίκα δ' ὕλα πλάσματα ὑπὸ πέπλους ἐποιούμην.

In tampo plano fodi triplicem scrobem
Truncos iuniperi, & aridæ cedri
Citò ferens feci pyram ante scrobem,
Statim autem mitta simulacra sub veste feci.

Nigræ pecudes, nigræ vestes erant. Orpheus ἔντομα παμμέλανα vocat. *victimas nigras.* Virgil.

Duc nigras pecudes ea prima piacula sunto.

Silius,

A Silius,

Mox umbris, inquit, consueta piacula, nigras
Sub lucem pecudes. ———
——— *Contende tueri,*
Eductúmque tene vagina interritus ensem.
Quæcunque ante anima tendunt potare cruorem
Disjice. ———

Statius lib. 4. Thebaid.

——— *Alias auertere gressus*
Lacte quater sparsas, mæstóque excedere luco.

Homerus sanguine poto Agamemnonem cognouisse Vlyssem ait,

B *Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν.*

Qui animas eliciebant dicti ψυχαγωγοί. Hesychius, ψυχαγωγὸς ἀπατεών, ὁ ἀνάγων τὰς ψυχὰς ἐξ ἅδου, καὶ ὁ κατάγων τὰς ψυχὰς εἰς ἅδου. *Psychagogus impostor, qui educit animas ex Orco, & ad Orcum deducit.* Lucianus ait in Menippo, Magos ἐπῳδαῖς, καὶ τελεταῖς τισὶ ἀνοίγειν τε τοῦ ἅδου τὰς πύλας, καὶ κατάγειν ὃν ἂν βούλωνται ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν, *carminibus, & ritibus aperire portas Orci, & deducere tutò ad Orcum quem voluerint, & rursum reuocare.* Statius eas scrobes ita factas ait, vt nouies terra excauaretur.

Principio largos nouies tellure cauata
Inclinat Bacchi latices. ———

Adhibebantur & herbæ ad scrobem. Propert. lib. 4. eleg. 5.

Quippe & Collinas ad fossam mouerit herbas.

C Extra Portam Collinam, seu Exquilinam fuere puticuli, & eiecta cadauera; ideo Magi sæpe ira Esquiliis ad eas scrobes magicum murmur detonabant. Ouid. lib. 7. Metamorph.

Quos vbi placauit, precibúsque & murmure longo.

Lucanus lib. 6. Sextum Pompeium Pompeij filium damnat qui magicas artes factitarit.

Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllæis exul grassatus in vndis
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

Incusat eum, quod non oracula, non auguria, non sydera, non exta consuluerit, sed magica sacra fecerit.

Non tripodas Deli, non Pythia consulit antra,
Nec quæsisse libet primis quid frugibus altrix
D *Ore Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra*
Fata queat, quis prodat aues, quis sydera cæli
Seruet, & Assyria scrutetur sydera cura.
——— *Ille supernis*
Detestanda Deis sæuorum arcana Magorum
Nouerat, & tristes sacris feralibus aras,
Vmbrarum, Ditísque fidem. Vanum, sæuúmque furorem
Adiuuat ipse locus, vicináque mœnia castris
Aemonidum, ficti quas nulla licentia monstri
Transierat, quarum quicquid non creditur ars est.

Horat. satyr. 8. lib. 1.

E ——— *Scalpere terram*
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt, cruor in fossam confusus, vt inde
Manes elicerent animas responsa daturas.

Sueton. cap. 34. in Nerone; Facto per Magos sacro Nero euocare manes matris, & exorare tentauit. Lucianus in Necyomantia, de Mithrobarzane Chaldæo. παρεσκεύαστο δ' αὐτῷ καὶ σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα. *Præparauerat nauiculam, victimas, & mel lacte mixtum. traiecto fluuio* ἀφικνούμεθα ἐς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον. βόθρον τε ὀρυξάμεθα, &c. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων, οὐκ ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δὲ ὡς οἷός τε ἦν ἀνακραγών, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ ποινάς, καὶ ἐριννύας, καὶ νυχίαν ἑκάτην, καὶ ἐπαινὴν περσεφόνειαν παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα, καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα, &c. *venimus in locum quendam desertum, & Sole carentem. Fodimus fossam, & pecudum circum eam sanguinem libauimus, Inter hæc Magus*

gus facem accensam gerens, non iam summissa voce, sed contenta, quantum poterat, clamans Dæmones A *simul omnes inuocabat, & Pœnas, & Furias, & nocturnam Hecaten, & exsecrandam Proserpinam, admiscens barbarica quædam, & obscura, & multisyllaba nomina. Statim omnia illa contremuere, & vi carminum ipsum solum perruptum est.*

Ecce autem primi sub lumina Solis, & ortus
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Syluarum, visæque canes vlulare per vmbram
Aduentante Dea.——

ait Poëta. εὐθὺς οὖν πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τοὔδαφος ἀνερρήγνυτο, καὶ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου, &c. ἔδδεισε δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων ἀϊδωνεὺς, *& à longè auditus Cerberi latratus. Iam apparebat palus, & Pyrphlegeton, & Plutonis regia.* Ibidem ritus exponit quibus à Mago ad hæc sacra præparatus sit. πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσι ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξάμενος ἔλουε κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων. *Primum quidem vnde triginta dies vnà* B *cum Luna incipiens lauabat me deducens ad Euphratem mane ad Solem orientem, carmen prolixum admurmurans, quod non audiebam,* ἐπιτροχόν τι καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγγετο, *incitatum aliquid, sine lapsu loquebatur. Videbatur quosdam inuocare Dæmonas.* Post cantamen τρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας, *ter mihi in faciem spuens, redibat, neminem obuium intuens. & cibus nobis glandes, castaneæ, potus lac melle mixtum, & aqua Choaspis, cubile sub dio in nudo gramine. Post* περὶ μέσας νύκτας, *media nocte abductum me ad Tigrim fluuium* ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε, δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας, *expiauit, detersit, circumtulit, face, & scilla simul carmen illud submurmurans.* εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας καὶ περιελθὼν, *inde totum me incantans, & circumiens ne læderer à spectris. Ipse* μαγικὴν τὴν ἐσθῆτα στολὴν τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν μηδικῇ, *magicam vestem induit, Medicæ assimilem.* S. Clemens epist. ad Iacobum, καὶ μάγον εὑρὼν πείσω ψυχῆς ἀναπομπὴν τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν ἐργάσασθαι: τοῖς ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορευθεῖσι νόμοις ἀντιπράξας: *& cùm Magum inuenero, per-* C *suadebo ei vt animas vocet, & necromantiam legibus vetitam faciat.* ψυχομαντεῖα, ψυχαγώγια, ψυχοπομπεῖα sunt ostia Ditis, ad quæ sepulcrale carmen accinebatur, vt Thesprotus, Tarentum, Auernum, Cimmerij, Heraclea, & in occiduo Galliæ littore apud Claudianum in Ruffin. Deum sacra illa auersari ait S. Clemēs epist. ad Iacob. ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον ἐπὶ τοῖς σκύλλουσι τὰς ψυχὰς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐκείνων διάλυσιν. *Deum enim odisse eos qui animas euocēt postquam corpore solutæ sint.* Lucanus lib. 6. *Necromantiam Erichtus graphicè pingit.*

Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit, & inserto laqueis feralibus vnco.
Haud procul à Ditis cæcis depressa cauernis
In præceps subsedit humus, quam pallida pronis D
Vrget sylua comis, & nullo vertice cælum
Suspiciens, Phœbo non peruia taxus opacat.
Marcentes intus tenebræ, pallénsque sub antris
Longa nocte situs. ——
Pectora tunc primum feruenti sanguine supplet
Vulneribus laxata nouis, taboq; medullas
Abluit, & virus largè Lunare ministrat.
Huc quidquid fœtu genuit natura sinistro
Miscetur, non spuma canum quibus vnda timori est,
Viscera non lyncis, non duræ nodus hyænæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla, E
Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In mediis echeneis aquis, oculique draconum,
Quæq; sonant fœta tepefacta sub alite saxa, &c.
Tunc vox lethæos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, &c.——
Hæc vbi facta, caput, spumantiáque ora leuauit,
Protinus astrictus caluit cruor, &c.——

Cicero in Vatinium: Cùm inaudita, ac nefaria sacra susceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis manes mactare soleas. Plin. lib. vlt. cap. 11. Anancitide in Hydromantia dicunt euocari imagines Deorum, Synochitide vmbras inferorum euocatas

teneri.

tencti. Tertul. in Apologet. Magi fantaſmata edunt, etiam defunctorum inclamant animas, pueros in oraculum eloquij eliciunt, multa miracula circulatoriis præſtigiis ludunt. Idem lib. de anima; Magos animas elicere explorandis occultis per catabolicos, paredros, & Pythonicos ſpiritus. Catabolicos vocat qui fanaticos ſpumantes ad terram affligerent, & vaticinari cogerent. Suidas in voce ψυχαγωγεῖ, Ariſtophanis in Auibus hæc verba citat,

Πρὸς δὲ τοῖς σκιάποσι λίμνη τίς ἐστ' οὗ ψυχαγωγεῖ Σωκράτης.

Palus eſt apud Sciapodas vbi Socrates animas euocat.

Sciapodes ſunt qui pede quaſi vmbella ſibi vmbram faciunt, ne à Sole torreantur. Magi, ait Suidas, eunt eò vbi mortui ſunt ij quorum animæ euocantur. Ouem nigram ſumunt, quam altero cornu apprehendunt, aut primoribus, vel poſticis pedibus circumducunt, illa ſequitur trahentem, nec reluctatur. Cùm ventum eſt eò vbi mortuus decumbit, ouis ſponte ad eum locum ſe ſternit, deinde oue amota, & occultata, cum multis ſacrificiis, & carminibus locum circumeunt, & audiunt dicentes, & quærunt cauſas propter quas iraſcuntur. Ipſe Antoninus Rom. Imperator animas euocauit. ἀφικνοῦνται, ἔνθα τεθνᾶσι οἱ ψυχαγωγούμενοι, πρόβατον μέλαν παραλαβόντες, εἶτα τοῦ κέρατος τοῦ ἑτέρου λαβόμενοι, ἀκούουσι λεγόντων. Necromantiæ luculentum exemplum eſt apud Heliodor. in Æthiop. lib. 6. πρῶτα μὲν βόθρον ὀρύξασα τῆς σεληναίας ἀνισχούσης, &c. *Anus Luna tunc primùm orta ſcrobem fodit, poſtea rogum ex vtraque parte ſuccendit, & medium inter vtrumque cadauer filij collocans, & craterem fictilem ex quodam tripode, qui iuxta aderat, promens, mel in foſſam infundebat, rurſus ex altero lac, ex tertio tanquam libationem faciebat; denique piſtam farina maſſam ad viri ſpeciem lauro, & fœniculo coronatam in foſſam iniecit, tum gladio ſublato, vt furore percita, & multa ad Lunam* βαρβάροις τε, καὶ ξενίζουσι τὴν ἀκοὴν ὀνόμασι καταδιξαμένη, *barbaris, & inauditis nominibus precata brachium incidit, & lauri ſurculo ſanguine abſterſo rogum conſperſit, dein ad filij cadauer inclinata, & quædam ad aurem illi accinens excitauit, & ſubitò vi carminum coëgit. Interrogabat autem an frater eius ſuperſtes rediturus eſſet, ille nihil reſpondit, ſed annuit tantùm. Illa conuertit corpus vt ſupinum iaceret, & multa ad aures admurmurans, & tranſiliens gladio armata nunc ad rogum, nunc ad foſſam excitauit rurſus, & erectum loqui coëgit. Ego, inquit, tibi parcebam, mater, & delinquentem te grauiter in naturam humanam ferebam. Iam audi quæ indicare tibi verebar, neque filius tuus incolumis redibit, neque non gladio eis paucos dies occumbet.* Publica iam literatura eſt quæ animas etiam iuſta ætate ſopitas euocaturam ſe ab inferorum incolatu pollicetur, ait Tertul. lib. de anima cap. 57. Quid ergo dicemus magiam? Quod omnes penè, fallaciam. Dæmones magiæ effectores, ſecundæ ſcilicet idololatriæ, in qua ſe perinde mortuos fingunt Dæmones, &c. Inuocantur quidem ἄωροι, & biothanati, quod credibile videatur, eas potiſſimùm animas ad vim, & iniuriam facere, quas per vim, & iniuriam ſæuus & immaturus finis extorſit; ſed Dæmones operantur ſub obtentu earum. Plinius lib. 30. cap. 2. Adoleſcentibus nobis viſus Appion Grammaticæ artis prodidit Cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Oſitites, diuinam non in viuos modò, ſed etiam in mortuos habere potentiam, eáque ſe euocare vmbras ad percunctandum Homerum. Vide Clement. Alex. in Protrept. Lactant. lib. 2. cap. 17. S. Auguſtin. lib. 7. de Ciuitate cap. vlt. Numa, inquit, hydromantiam facere compulſus eſt, vt in aqua videret imagines Deorum, vel potiùs ludificationes Dæmonum, &c. Quod genus diuinationis idem Varro à Perſis allatum ait, vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibet ſciſcitari, & necyomantiam Græcè dicit vocari, quæ ſiue hydromantia, ſiue necromantia dicatur, id ipſum eſt vbi videntur mortui diuinare. Fallitur S. Auguſtinus, qui putat necyomantiam hydromantiæ eandem eſſe. Theodoret. lib. 10. in Græcos νεκυίαν vocat. σιγᾷ καὶ ἡ τῶν χαλδαίων, καὶ τυρρηνῶν νεκυία. Strabo lib. 16. παρὰ δὲ τοῖς πέρσαις οἱ μάγοι οἱ νεκυομάντεις, καὶ λεκανομάντεις, καὶ ὑδρομάντεις. Apud Glycam parte 4. Santaharenus quidam Baſilio Imperatori Conſtantinum filium mortuum equitantem in ſylua oſtendit, qui ex complexu patris ſtatim euanuit. Olim varia loca fuerat, vbi à defunctis reſponſa petebantur. Homer. lib. 11. Cymmerium oraculum ad Auernum Campaniæ lacum celebrat, vbi Vlyſſes Tireſiæ animam exciuit,

Ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε.

Claudian. in Ruffinum,

—— quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum mouiſſe ſilentum.

Virgilius lib. 6. Æneid. Silius lib. 13. Homerum ſecuti ſunt Lucanus in Theſſalia necyomantiam factam ait. Orpheus Theſprotium in Epiro celebre fecit, vbi manes cantu permulſit. Phigaria ciuitas Arcadiæ habuit Necromantes, de quibus occulta quærebant. leg.

ex

ex Senatusconsul. ad leg. Corneliam de sicariis Modestinus damnat magica sacrificia. Ex A Senatusconsulto, inquit, eius legis pœna damnari iubentur, qui mala sacrificia fecerit, habuerit.

CAP. XII.

De vmbris & animabus.

ANIMAS è sepulcris elici posse Saül, & cum Saüle veteres omnes credidere, vt ex historia sacra constat. Magi tamen non animas, sed Dæmones ex pacto eliciunt, vt suprà ostendimus. Lactant. lib. 7. cap. 13. quæ profectò non auderent de interitu animarum Mago aliquo præsente differere, qui sciret certis carminibus cieri ab inferis animas, & adesse, & præbere se humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere, omnino putat animas à Magis cieri. Longè meliùs Tertul. lib. de anima cap. 57. Sic & in illa specie magiæ, quæ iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur, & conspectui exhibere, non alia fallaciæ vis est, operatior planè, quia & fantasma præstatur, & corpus adfingitur, nec magnum Dæmoni exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excœcare perfacile est. Ecce hodie eiusdem Simonis hæreticos tanta præsumptio artis extollit, vt etiam Prophetarum animas ab inferis mouere se spondeant. Nam & Nasamonas propria oracula apud parentum sepulcra mansitando captare, & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare, vt Nicander affirmat. Lucian. in Philopseude, τὰς τῶν βιαίως ἀποθανόντων μόνας ψυχὰς πλανᾶσθαι, οἷον εἴ τις ἀπήγξατο, ἢ ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν, ἢ ἀνεσκολοπίσθη, ἢ ἄλλῳ γε τῷ τρόπῳ τοιούτῳ ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ βίου. τὰς δὲ τῶν κατὰ μοῖραν ἀποθανόντων οὐκέτι. *Animas solas eorum qui per vim mortui sunt errare, & vagari, vt si quis strangulatus, aut capite truncatus, aut in crucem actus est, eorum animas qui sua morte mortui sunt non vagari.* Quos Tertullianus vocat biaiothanatos, Lampridius in Heliogabalo biothanatos appellat. Et prædictum ei erat à sacerdotibus Syris biothanatum se futurum. Firmicus in Astronom. mortem biothanatam dixit. In martyrologiis dicitur & βιοθανής. Tertul. lib. de anima cap. 57. Inuocantur quidem ἄωροι, & βιαιοθάνατοι, quod credibile videatur, eas potissimùm animas ad vim, & iniuriam facere, quas per vim, & iniuriam sæuus & immaturus finis extorsit; sed Dæmones operantur sub obtentu earum. Porphyrius eiecta cadauera maleficiis aptiora esse putat, quod ab iis animæ, quandiu insepulta sunt, non absistant, lib. ἀποχῆς. αἱ τῶν ἀτάφων ψυχαὶ προσεδρεύουσι τοῖς σώμασι, αἷς καὶ οἱ γόητες καταχρῶνται πρὸς αὐτῶν ὑπηρεσίαν βιαζόμενοι τῇ τοῦ σώματος, ἢ μέρους τοῦ σώματος κατοχῇ. *Animæ insepultorum non abscedunt à corporibus, quibus Magi abutuntur ad vsus suos vim illis detento corpore, aut corporis parte afferentes.* Imò & sine artibus magicis animas corpore cassas hominibus obuersari putarunt. Virgil. lib. 2. Æneid.

> *In somnis ecce ante oculos mæstissimus Hector*
> *Visus adesse mihi, largósque effundere fletus.*

Horat. od. 5. epod.

> *Nocturnus occurram furor,*
> *Petámque vultus vmbra curuis vnguibus,*
> *Quæ vis Deorum est manium.*

Ouid. in Ibin.

> *Insequar & vultus ossea forma tuos.*
> *Et tendam gelidas vltor in ora manus.*

Virgil.

> *Et cùm frigida mors anima seduxerit artus,*
> *Omnibus vmbra locis adero.* ——

Plato in Phædone animam, quæ polluta, impuráque ex corpore excesserit, morte obita circa monumenta reuolui tradit. Apul. in Apolog. Omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta. Olympiodor in Phædon. Platon. ἐπὶ τῶν φιλοσωμάτων ψυχῶν χωρίζεται μὲν τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, οὐ μὴν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἀλλὰ σχετικῶς ἔτι συνήπται αὐτῷ, κατὰ τὴν ἡμιόχετον σχέσιν, ἐξ ὧν καὶ τὰ σκιώδη φαντάσματα περὶ τοὺς τάφους ἐνειλεῖται. *Quod attinet ad eas animas quæ corpora amant, corpus ab anima separatur, non item anima à corpore, cui per habitum, & affectum coniuncta est, vnde vmbrosa spectra circa tumulos volutantur.* Apuleius in

A in Apolog. At tibi Deus iſte ſemper obuias ſpecies mortuorum, quicquid vmbrarum eſt vſquam, quicquid lemurum, quicquid manium, quicquid laruarum, oculis tuis oggerat. Vide Plin. lib. 7.epiſt. 27. S. Chryſoſt. ſet. 29. in Matth. Virgil.

Infelix ſimulacrum, atque ipſius vmbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago.

Laruæ ſunt noxiæ inferorum vmbræ. Plaut. in Amphit.

Nam hæc quidem adepol Laruarum plena ſunt.

Feſtus; Manes ab Auguribus inuocabantur, quod per eos omnia manare credebant, eóſque Deos ſuperos, atque inferos dicebant. Virgilius.

Quiſque ſuos patimur manes.

B Seruius Genios intelligit. Cato apud Feſtum; Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo qui ſupra nos eſt. Forma enim eius eſt, vt ex iis qui intrauere cognoſcere potui, adſimilis illi. Eius inferiorem partem veluti conſecratam Diis manibus clauſam omni tempore, niſi iis diebus (poſtridie Volcanalia, & ante diem ſextum Idus Nouem.) qui ſuprà ſcripti ſunt maiores cenſuerunt. Mundum Ceteris intelligit. Varro apud Macrob. Mundus cùm patet, Deorum triſtium, atque inferum quaſi ianua patet. Lemures dictæ hominum poſt mortem vagantes vmbræ, quaſi Remures, à Remo, cuius occiſi vmbras frater Romulus placare cùm vellet, Lemuria inſtituit. Porphyrio ad hæc Horat. *Nocturnos Lemures*; inferorum vmbras, & manes eſſe vult. Ouidius;

Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum.
Ritus erit veteris nocturna Lemuria ſacri,
Inferias tacitis manibus illa dabunt.

C Feſtus; Manias quas nutrices minitantur pueris paruulis, eſſe Laruas, id eſt, manes, quóſque ab inferis ad ſuperos emanare credebant. Nonius; Laruæ nocturnæ ſunt, & terrificationes imaginum, & beſtiarum. Apuleius de dæmonio Socrat. Manes animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genij dicuntur, corpori renuntiantes Lemures, cùm domos incurſionibus infeſtarent, Laruæ appellabantur; ſi æqui & fauentes eſſent, Lares familiares. S. Auguſtin. lib. 9. de Ciuit. cap. 11. Dicit quidem & animas hominum Dæmones eſſe, & ex hominibus fieri Lares, ſi meriti boni ſunt, Lemures ſeu Laruas, ſi mali; manes autem Deos dici, cùm incertum eſt bonorum eos, ſeu malorum eſſe meritorum. Laruas dicit eſſe noxios Dæmones ex hominibus factos. Labeo libros ſcripſit de Diis animalibus, in quibus ait eſſe quædam ſacra, quibus animæ humanæ vertantur in Deos, qui

D appellantur animales, quod de animalibus fiant, vt Seruius. Perſ. ſat. 5.

Tunc nigri Lemures, ouóque pericula rupto.

Plutarch. φρικώδη τεράστια εἴδωλα, σκιώδη φαντάσματα. Idem ſympoſ. 9. quæſt. 10. ὁ ἢ ἀλίβας, ἢ ὁ σκελετὸς ἐπὶ τοῖς νεκροῖς γέγονε λοιδορουμένης τὰ ὀνόματα τ̃ ξηρότητος.

Ad hæc libet quædam de manib. addere. Iſidor. lib. 8.origin. Manes Deos dicunt mortuorum, quorum poteſtatem inter Lunam & terram aſſerunt, à quibus & mane dictum exiſtimant, quos putant ab aëre, qui manus, id eſt, rarus eſt, manes dictos, ſiue quia latè manant per auras, ſiue quia immites ſunt hominibus, contrario nomine hoc appellatum. Apuleius namque ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici manes, hoc eſt, mites ac modeſtos, cùm ſint terribiles & immanes. Feſtus manos bonos eſſe ait, vt inferi Dii manes pro Diis bonis dicantur à ſuppliciter eos venerantibus, propter metum mortis. Mane dictum primum di-

E ei tempus, quod bonum manum dicebant. Martianus Capella lib. 2. A medietate aëris vſque in montium terræque confinia Hemithei, Heroëſque verſantur, ibíque manes, id eſt, præſides humano corpori attributi, qui parentium ſeminibus manauerunt. Denique hæc omnis aëris à Luna diffuſio ſub Plutonis poteſtate conſiſtit, qui etiam Summanus dicitur, quaſi ſummus manium. Verùm illi manes, quoniam corporibus eo tempore tribuuntur, quo fuit prima conceptio, etiam poſt vitam hiſdem corporibus delectantur, atque eum his manentes appellantur Lemures, qui ſi vitæ prioris adiuti fuerint honeſtate, in Lares domorum, vrbiúmque vertuntur; ſi autem deprauantur ex corpore, Laruæ perhibentur, ac maniæ. Manes igitur hic tam boni quàm truces ſunt conſtituti, quos ἀγαθοὺς, ἢ κακοὺς δαίμονας memorat Graia diſcretio. Manes ponuntur & pro animabus mortuorum. Statius lib. 4. Theb.

Manibus aggeritur, quantum bibit arida tellus.

Propert. lib. 4.

Sunt aliquid manes, lethum non omnia finit,
Luridaque euictos effugit vmbra Deos.
Nocte vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras.

Apul lib. de Deo Socrat. vt species Dæmonum sit animus humanus exutus & liber, stipendiis vitæ corpore suo abiuratis. Hunc vetere lingua Latina reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. Qui verò propter aduersa vitæ merita nullis bonis sedibus in terra vagatione, seu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterùm noxium malis, hunc plerique laruam perhibent. Cùm verò incertum est, quæ cuique eorum sortitio euenerit, vtrùm lar sit, an larua, nomine manium Deûm nuncupant. Silius lib. 1.

Tunc magico volitant cantu per inania manes
Exciti. ———

Animæ mortuorum dicuntur à Græcis μέλισσαι, quia mel in sacris mortuorum fundebant, & μελίγματα. Porphyrius lib. de Nympharum antro, νύμφαις τῶν ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν ἡδονῆς οὔσας ἐργατικάς. *Nymphis animabus, quas propriè veteres vocarunt apes, quia voluptatem afferant.* Quò respexit Sophocles.

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεται τ' ἄλλῃ.
Murmurat animarum examen, & abit aliò.

Quintilianus de apibus loquens declamat. 15. Extinctæ, inquit, vnius horæ momento tot animæ animum meum mouent. Apes animas vocat. Seruius putat ad lib. 4. Æneid. hominem constare vmbra, corpore, & anima: animam cælum petere, corpus in terram deficere, vmbram, seu simulacrum descendere ad inferos. Homerus σκιάς, & εἴδωλα καμόντων vmbras vocat, animum Herculis in cælo reponit, vmbram eius ad inferos. Virgilius tenues sine corpore vitas appellat. Item,

——— *vmbrásque, animásque silentes,*
———*simulacráque luce carentum.*

Lucretius,

——— *esse Acherusia templa,*
Quò neque permanent animæ, neque corpora nostra,
Sed quædam simulacra modis pallentia miris.

lib. 7. Æneid.

Nocte videt simulacra modis volitantia miris.

lib. 4.

Et nunc magna sub me i terras ibit imago,
Morte obita quales fama est volitare figuras.

Cn. Matt. Iliad. 13.

An maneat specie simulacrum in morte silentum. (i. speciei.)

Homerus Odyss. 12.

βίην Ἡρακληείην εἴδωλον, ———
——— αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
τέρπεται ἐν θαλίαις. ———

Lucretio vmbra dicitur *superi spoliatus luminis aër.* Vlpianus agnoscit ostentum quoddam, φάσμα τερατῶδες. leg. ostentum. D. de verbor. obligat. Theurgi non vmbras, & simulacra, non animas Theurgicis suis sacris, & Psychagogicis, sed Dæmones eliciebant. Proclus tamen suam illam Psychagogiam ita commendat, quasi Dij ipsi, non Dæmones à Theurgis euocentur. Quare ex Plotino, & Proclo Nicetas ad orat. 42. Gregor. Nazianz. tres ψυχαγωγίας, *animarum euocationis* species esse ait, αὐτοπτικὴν, ἐποπτικὴν, & ἐνθεαστικήν. Autoptice dicitur, quæ animæ intelligentia Deum, vt in se est, perspicit, ait Proclus, ipse euocator, & spectator αὐτόπτης dicitur. Epoptice, cùm imaginario animæ vehiculo res diuinas cogitatione informamus, epoptæ vocamur. Entheastice, cùm nec mente, nec imaginatione, sed oculis solis diuinas quasdam visiones per aërem delatas inspicimus. Ita Theurgiæ doctores Plotinus, Porphyrius, Iamblichus differunt. Ægyptij, vel tarro, quod genus vnguenti, vel rhuris liquore, vel bdellio oculos oblinentes, Deos se videre aiunt. Assyrij tesseris quibusdam, infandisque nominibus, mysticisque literis in sacerdotalibus bracteis seipsos sanctificantes Deos viderunt. Sed vt ad animas redeamus, Simon Magus

A Magus pueri, quem occiderat, animam imaguneula quadam incluserat, vt ea ad res magicas abuteretur. Clemens in epist. ad Iacobum, ὅτι παιδὸς ψυχὴν τοῦ ἰδίου σώματος χωρίσας, ἀπορρήτοις ὅρκοις ποιεῖ συνεργὸν πρὸς τὴν τῶν αὐτῷ δοκούντων φαντασίαν, τὸν παῖδα διαγράψας ἐπὶ εἰκόνος ἐν τινι ἐνδοτέρῳ οἴκῳ καθ᾽ ὃν αὐτὸς ὑπνοῖ, ἀνατεθειμένην ἔχει. σὺ μὲν ὡς ἀνθρωπείου σώματος χωρίσας αὐτὴν (ψυχὴν) καὶ προσομιλήσας καὶ ἐπιτάξας. Respondet Simon, οὐχὶ ἡ τοῦ τεθνεῶτος ψυχὴ ὑπουργεῖ, ἀλλὰ δαίμων τις ὑποκρινόμενος εἶναι ψυχή. Dixit Acylas, εἴτε ψυχή, εἴτε δαίμων ἐστὶ τὸ ὁρκιζόμενον, τί δὴ καὶ φοβούμενον ὑπακούει σου ὅρκοις. Respondet Simon, κόλασιν προσδοκῶσα οἶδε μέλλων παθεῖν. Et hoc ad rationem animæ pertinet, quod prodit Hesychius Milesius, δεξιὸς τοῦ περινοητικοῦ φασὶ τὴν ψυχὴν ἐξιέναι ὅτε ἐβούλετο, καὶ ἐπανιέναι πάλιν. *Aristeæ Proconnesij animam dicunt, quoties vellet, è corpore egressam, & rursum in corpus regressam.* Æneas Gazæus in Theophrast. *Aristeam aiunt Proconnesium* εἰσελθόντα παρά τι κναφεῖα, *ingressum in domum fullonis in Proconneso ibi mortuum esse,* καὶ ἀφανισθέντα Κυζικηνοῖς φανερῶς διαλεχθῆναι, *& cùm euanuisset ex oculis,* B *palàm colloquutum cum Cyzicenis, & ducentis quadraginta pòst annis in Italia Mesapontinis visum esse, & iussisse, vt se sacrificiis honorarent,* κελεύειν ἑαυτὸν θυσίαις τιμᾶν. omninò Dæmon fuit, non Aristeas. Apollon. in Histor. mirab. Aristeam Proconnesium narrat, *in quadam fullonis domo,* ἐν τινι κναφείῳ τελευτήσαντα, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ πολλῶν θεωρηθῆναι γράμματα διδάσκοντα, *mortuum, eadem die & hora in Sicilia visum literas docentem.* Tzetz. Chil. 2. Histor. 50. Plinius lib. 7. cap. 52. Max. Tyrius serm. 22. & 28. Suidas scribit, animam Epimenidis ex eius corpore, quando vellet, exire solitam, & quamdiu vellet, & redire. Cùm mortuus esset, longo pòst tempore pellis eius reperta literis compuncta ὡς ἐξίοι ἡ ψυχὴ ὁπόσον ἤθελε καιρόν, καὶ πάλιν εἰσῄει ἐν τῷ σώματι. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ πόρρω χρόνων τὸ δέρμα εὑρεθῆναι γράμμασι κατάστικτον. fuit Dæmonis figmentum & lusus.
C

CAP. XIII.

De thure, sulphure, suffitu, lauro, balsamo, verbena, & farina.

IN magicis sacris, vt color religionis quæreretur, multæ res, varij ritus adhibiti. Expiabantur sulphure ante preces. Valerius in Ciri,

> *At nutrix patula componens sulphura testa,*
> *Narcissum, casiámque herbas incendit olentes,*
> *Térque nouena ligat triplici diuersa colore,*
> *Licia.* ———

D Iuuenalis,

> ——— *Cuperem lustrari, si qua darentur*
> *Sulphura cum tædis, aut si foret humida laurus.*

Eclog. 4. Nemesianus,

> *Ter vittis, ter fronde sacra, ter thure vaporo*
> *Lustrauit, cineréfque auersa effudit in amnem,*
> *Incendens viuo crepitantes sulphure lauros.*

Odores vocat Arabicos Ammian. lib. 29. in medio domus emaculatæ odoribus Arabicis. Apul. Apolog. 1. Ille enumerat vittas molles, & verbenas pingues, & thura mascula, & licia discolora, præterea laurum fragilem, ceram liquabilem. Virgil. Ecl. 8.

E
> *Effer aquam, & molli cinge hac altaria vitta,*
> *Verbenásque adole pingues, & mascula thura.*
> *Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.*

Plinius lib. 24. cap. 27. Gelotophilida quoque herbam memorant, quæ si bibatur cum myrrha, & vino, varias obuersari species, ridendíque finem non fieri Lucan. lib. 6. de sagana:

> ——— *funereas aris imponere flammas*
> *Gaudet, & accenso rapuit quæ thura sepulcro.*

Tribus digitis thura Diis inferebant. Aristoph. in Vespis,

> Τοὺς τρεῖς συνέχων τῶν δακτύλων ἀνίσταται,
> ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιθεὶς νουμηνίᾳ.
> *Tres dactylos continens surgit,*
> *Quasi Kalendis thus inferre Diis velit.*

Ouidius lib. 2. Fastor.

Et digitis tria thura tribus sub limine ponit. A

De verbenis & balsamo Prudentius in Apotheos.

- Matus ——

Numen nescio quod nostris interuenit aris,
Quàm sufferre queant spumantia cymbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, verbena, corona.
Nónne vides vt thuribulis frigentibus ignis
Marceat, vt canis pigrescat pruna fauillis?
Ecce Palatinus pateram retinere minister
Non valet, elisa destillant balsama dextra,
Flamen & ipse suas miratur vertice laurus
Cedere, & incertum frustratur victima ferrum. B
Accitas video longè dispergier vmbras.

Verbenas vocabant herbas ex arce, id est, ex loco ab Auguribus sacrato lectas, quæ & sagmina dictæ apud Liui. lib. 1. Seruius verbenas virgulta religioni apta, aut rorem marinum esse vult. Donatus; Verbenæ quasi herbenæ, redimicula ararum. Terent. in Andria,

Ex ara hinc sume verbenas tibi.

Horat.

Hic viuum mihi cæspitem,
Hic verbenas pueri ponite, thuráque.

lib. 4. od. 11.

Ara castis vincta verbenis. C

Virgil. lib. 12. Æneid.

& verbenas tempora vincti.

Seruius; Verbena herba sumpta de Capitolij loco sacro. herbæ sacratæ myrtus, laurus, olea. Plin. lib. 15. cap. 29. propriè ἱεριστερεὼν, & trygonium. lib. 25. cap. 9. verbenacam, & hierobotanam vocat. Eustat. ἱεριστερεὼν φυτὸν ἐπιτήδειον εἰς καθαρμὸν μιασμάτων. *Planta ad expiationes apta Aristereon.* Plin. lib. 22. cap. 2. Sagmina in remediis publicis, verbenæ in sacris & legationibus, gramen est ex arce cum sua terra euulsum. Pro thure veteres vsi rore marino, vel herba Sabina. Virgil. in Culice,

—— & rores non auta thura marini,
Herbáque thuris opes priscis imitata Sabina.
—— Illi Panchaia thura D
Floribus agrestes herbæ vernantibus adsunt.

Lactant. lib. 5. cap. 19. thura tribus digitis in focum iactare soliti. S. Hieronym. dixit, thura duobus digitis in bustum aræ indere. Eunapius in Maximo; χόνδρον καθαρείσας λιβανωτοῦ, &c. *grano thuris expurgato cum intra se quendam hymnum admurmuraret.* Theocrit. Idyl. 2. de lauro.

——Πᾷ μοι ταὶ δάφναι; φέρε δ' αὖ τὰ φίλτρα;
Vbi sunt laurus? vbi amatoria?

Apul. in Apolog. posse animum humanum, seu carminum auocamento, seu odorum delinimento sopotari. Heliodor. lib. 6. Æthiop. scribit, sagam pistam farinæ, massam ad viri speciem lauro & fœniculo coronatam in fossam iniecisse. εἶτα πέμμα σταίτινον εἰς ἀνδρὸς μίμημα πεπλασμένον δάφνῃ, καὶ μαράθρῳ καταστέψασα εἰς τὸν βόθρον ἐνέβαλε. Adhibebant & farinam in istis sacris. Homer. E

Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χεόμην πᾶσι νεκύεσσι,
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.

Circa scrobem libamina libauimus mortuis melle, lacte, vino, aqua, & aspersi candidam farinam. Theocrit. Idyl. 2.

Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε.
Farina hæc primùm tabescit, sed superasperge.

Farinam adustam in ventum spargebant. Virgil.

Sparge molam. ——
Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti,
Tránsque caput iace. ——
Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

Ouid.

A Ouid.

Vt mares oleas, tadámque, herbámque Sabinam,
Et crepet in mediis laurus adusta focis.

Tibull. lib. 1.

Et me lustrauit tadis. ——

CAP. XIV.

De ſputo.

B SPVTVM frequens in tebus magicis fuit, ſiue vt mala auerruncarentur, ſiue vt bona conciliarentur. Valerius in Ciri,

—— *Ter in gremium circum, inquit, deſpue virgo,*
Deſpue ter virgo, numero Deus impare gaudet.

Tibul. eleg. 2. lib. 2.

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.

Lucianus in Menippo; Ter mihi in faciem inſpuens deducit rurſus, neminem qui obuius eſſet reſpiciens. Apul. Apolog. In cubiculo deſpuunrur caduci comitiales. Plin. lib. 10. cap. 22. Simulque comitialem propter morbum deſpui ſuetum. Scholiaſt. Theocr. ad Idyl. 2. & 6. τὸ νέμεσιν ἐκτρεπόμενοι εἰς κόλπον ἐπτύον, *deprecantes inuidiam, & faſcinum in ſinum inſpuebant.* Plin. lib. 28. cap. 4. veniam quoque à Diis ſpei alicuius petimus in ſinum ſpuendo. Mos in-C cipientes furunculos ieiuna ſaliua ter præſignare. Lucian. in Nauig. ἀπερμάζεις γε, καὶ ἐς τὸν κόλπον οὐ πτύεις. *Laſciuis, & in ſinum non ſpuis.* Bruta ipſa animantia faſcinum ſputo auerruncant, ſi fides Æliano lib. 1. var. hiſtor. cap. 15. τῶν νεοττῶν περιστερῶν γενομένων, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον. *Pullis columbarum teneris mas in os inſpuit, vt faſcinum auerruncet.* Callimach.

—— τί κόλποισι ἐπιπτύουσι γυναῖκες;
Quid in ſinum exſpuunt fæminæ?

Propert.

Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſaliuas.

Marcel. lib. de medicamitib. Varulis remedium tale facies, anulos digitis eximes, & digitis tribus oculum circumtenebis, & ter deſpues. Idem; Cùm hæc dixeris, tribus digitis terram tanges, idque ter. Apollon. lib. 4. Argon.

D Ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος,
Τρὶς δ' ἀπέλειξε φόνου, τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἔπτυσ' ὀδόντων.

Iaſon mortui extremas corporis partes abſcidit, & ex eius collo ſuſpendit, térque ſanguinem linxit, ter piaculum expuit ex ore. Theophraſt. in charact. de δεισ. δαιμαινόμενον τ' ἰδὼν, ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. *Si viderit furentem, aut comitialem, horrore perfuſus in ſinum exſpuit.* Theocrit. Idyl. 6.

—— —— γραίαις παρείη,
Ἥτις ἐπιφθύζουσα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.

Adſit anus, quæ inſpuens mala arceat. Seneca conſolat. ad Marciam, tanquam dirum omen reſpuat. Perſ. ſatyr. 2.

—— *frontémque, atque vda labella*
Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis
E *Expiat, vrentes oculos inhibere perita.*

Plin. lib. 28. cap. 4. Si dormiens ſpectetur infans à nutrice terna adſpui. Petron. ter me iuſſit exſpuere, turbatúmque ſputo puluerem medio digito ſuſtulit. Plin. lib. 28. cap. 4. Torporem ſedari quocunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum exſpuat, aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tangatur. Iuuenalis Schol. ad id,

Conſpuitúrque ſinus. ——

Propter faſcinum verborum ter ſibi in ſinũ ſpuunt, & videntur faſcinum arcere. Theocrit,

Ὡς μὴ βασκανθῶ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον,
Ne faſcinarer ter in meum ſinum inſpui.

Plin. lib. 28. cap. 4. Si quem pœniteat ictus eminus comminúſve illati, & ſtatim exſpuat mediam in manum qua percuſſit, leuatur illicò percuſſus à pœna. Paapis Dercyllidem ſecutus; *Ille magica arte malum hoc attulit, vt de die moreretur, de nocte reuiuiſceret. Ipſis autem aduen-*

tantibus idem malum imposuit, cùm in earum faciem inspuisset. πάθος ἐκεῖνος τέχνη μαγικῇ ἐπέθηκε, A θύουσιν μὲν ἡμέρας, ἀναβιώσκειν δὲ νυκτός. ἐπιγινομένοις δὲ τὸ πάθος αὐτοῖς ἐνέθηκεν, ἐμπτύσας αὐταῖς κατὰ τὴν πρόσωπον. Psel. lib. de Dæmonib. δαιμόνια ῥᾷστα χειροῦται τοῖς περιττώμασι, λέγω, ἢ σιέλοις, καὶ ὄνυξι. *Dæmones facilè cicurantur excrementis, putà saliuis, & vnguibus.*

CAP. XV.

De numero ternario, & septenario.

TERNARIUS numerus in sacris magicis religioni fuit, vt & septenarius. Valer. in Ciri,

Despue ter virgo, numero Deus impare gaudet. B

Ouid. lib. 10. Metamorph.

——Ter omen

Funereus bubo ferali carmine dixit.

Persius,

Hac sanctè vt poscas, Tiberino flumine mergis

Mane caput bis, térque, & noctem flumine purgas.

lib. 14. Metamorph. Ouid. de Circe,

Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.

De septenario Apollon. lib. 3.

Ἑπτὰ μὲν ἀενάοισι λοεσσαμένη ὑδάτεσσι,

Ἑπτάκι δὲ Βριμὼ κουροτρόφον ἐγκαλέσασα. C

Lota septem iugibus aquis; septies Brimonem Proserpinam puerorum altricem inuocans. Virgil.

Terna tibi hæc circum triplici diuersa colore.

Propert.

Térque focos circum laneus orbis eat.

Ouid. lib. 7. Metamorph.

Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinem

Irrorauit aquis.——

Plin. lib. 28. cap. 1. Iulius Cæsar carmine ter repetito, vt semel vehiculo cecidit, itinerum securitatem aucupatus est.

CAP. XVI. D

De philtris, amatoriis, & misetris.

NULLUM magici sacri genus frequentius fuit, quàm ad amorem. Lucan. lib. 6.

Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit

Non fatis adductus amor, flammisque seueri

Illicitis arsere senes. Nec noxia tantùm

Pocula proficiunt, aut cùm turgentia succo

Frontis amatura subducunt pignora fœtæ.

Psellus Dæmonas, quos alij vocant paredros, & oniropompos, πνεύματα πορνείας, *spiritus fornicationis*, scribit γαργαλισμοῖς ἐρεθίζειν τὴν γαστέρα, *titillationibus irritare libidinem.* Per eos E Magi amore animos inflammare possunt. Apud S. Athanasium in vita Sancti Antonij, Dæmon ait; ἐγὼ τὰ εἰς γαργαλισμοὺς κατὰ τῶν νέων ἀνεδεξάμην, καὶ πνεῦμα πορνείας κέκλημαι. *Ego recepi in me quæ ad titillandos iuuenes faciunt, & spiritus fornicationis dicor.* Philtra Magi vocant soteria ἀγάπης, *amicitiæ.* Auctor anonymus m. s. οἱ τῆς ἀγάπης σωτῆρες παραστήσατέ μοι τὴν ἐρωμένην, καὶ εὐθέως παραστήσουσι αὐτὴν κρούουσαν τὴν θύραν, καὶ λέγουσαν, ἄνοιξον. *Amoris seruatores sistite mihi amatam, & continuò eam sistent pulsantem ianuam, & dicentem, aperito.* Porphyrio ad od. 17. epod.

Inultus vt tu riseris Cotytia

Vulgata sacrum liberi Cupidinis.

legit *Cotytia*, scribitque, sacra inferna esse ad amorem, quæ vocantur Stygialia. Alij meliùs Cotyto Deam impudicitiæ esse volunt. Iuuen. satyr. 2.

Talia Cecropia coluerunt orgia tæda,

Cecropiam

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyto.

Ea sacta illiciendo amori facta. Epiphan. hæresi 30. Ebionit. *ἀπάγουσι γὰρ τὸν ἄθλιον παῖδα μετὰ δύσιν ἡλίου ἐν τοῖς πλησιαιτέροις τύμβοις, πολυάνδρια δέ ἐστιν οὕτως ἐν τῇ πατρίδι καλούμενα, σπήλαια ἐν πέτραις ὀρυκτὰ καὶ κατεσκευασμένα*, &c. *Abducunt infelicem puerum post Solis occasum ad tumulos propinquos, polyandria vocant specus in saxis defossos. Qui cum eo erant Magi puerum accipientes, excantationes quasdam, & obtestationes, & operationes impietatis plenas in ipsum faciebant, nomine mulieris appellato.* Non est illud absimile apud Horat. ode 5. epod.

Abacta nulla Veja conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quò posset, infossus puer
Longo die bis, terue mutatæ dapis.
Inemori spectaculo.

Lucian. in Philopseude; *ἔρωτας ἐπιπέμπων, δαίμονας ἀνάγων*, &c. *Amores immittens, Dæmonas educens.* S. Gregor. Nazianz. in S. Cypriano; Is Dæmoni mercedem puellæ quam deperibat perductæ pollicitus est, sacrificia, libationes, vt eum demereretur per sanguinem, & nidorem, *μισθὸν τῆς προσαγωγῆς θυσίας τε καὶ σπονδὰς, καὶ τὴν δι' αἱμάτων, καὶ κνίσσην εἰκείωσιν.* Æneid. 4.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas.

Plin. l. 28. c. 4. sagittas corpore eductas, si terrã non attigerint, subiectas cubãtibus amatoriũ esse. Gorgonię philtra vocantur à Gorgonibus, quas scorta fuisse volunt, quę homines quos illexissent, perderẽt. Victor in Iuliano; Eusebiã dilexit per amentias, & gorgonias vexantem famã. Philo Iudeus l. de special. leg. *ἔστι δέ τις μαγεία ἢ παράκομμα ταύτης κυριώτατα φάναι, κακοτεχνία, ἣν μηναγύρται, καὶ βωμολόχοι μετίασι, καὶ γυναικῶν, καὶ ἀνδραπόδων τὰ φαυλότατα περιμάττειν, καὶ καθαίρειν καὶ ἐπαγγελλόμενα, καὶ στέργοντας μὲν εἰς ἀνήκεστον τὴν ἔχθραν, μισοῦντας δὲ εἰς ὑπερβάλλουσαν εὔνοιαν ἄξειν ὑπισχνούμενα φίλτροις, καὶ ἐπῳδαῖς*, &c. *Est quoddam magiæ genus adulterinum, & à vera sapientia alienum, vt propriè loquar, ars fraudulenta, quam præstigiatores & scurræ factitant, qui circumferre, purgare, lustrare pollicentur, & se spondent amicos ad odium immedicabile traducturos, inimicos ad amicitiæ excessum philtris, & excantationibus quibusdam. Deinde eos qui sunt simplici, & minimè mala indole decipiunt, & inescant, donec in maximas calamitates eos demergant, quibus familiæ plures, & cognationes puncto temporis perierunt.* Tibull. lib. 1.

—— Hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
Et me lustrauit tædis, & nocte serena
Concidit ad magicos hostia pulla Deos.
Non vt totus abesset amor, sed mutuus esset
Orabam. ————

Ad amorem conciliandum vtebantur rebus quæ occulta quadam naturæ vi ad eam rem plurimum possunt, cuiusmodi sunt cantharides, hippomanes, & tuberæ, quæ potiùs venena mala, vt Iurisconsulti loquuntur, quàm philtra vocari debent. Georgius Monachus, *Φαρμακεία λέγεται ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον τι δόθῃ τινὶ διὰ στόματος. Veneficium dicitur cùm per aliquam præparationem lethiferam aliquid per os alicui ad amorem datur.* Adhibuerunt ad amorem & licia, & vittas, de quibus suprà diximus. Sed & vnguium resegmina, & capillorum studiosè conquirebant, S. Epiphan. hæresi 30. Ebionit. *δεήσει τι τοῦ ἀνδρὸς ἔχειν, ἱμάτιον, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγα τῶν τριχῶν. Oportebit aliquid habere viri illius, aut pallium, aut crepidas, aut è capillis aliquid.* Id ipsum habet Lucian. in dialog meretr. Apul. Milesf. 2. cadauerum præsegmina, è bustis, & sepulcris reliquiæ. Milesf. 3. veneficia Thessala, vnguium resegmina, & capillorum adhibet. Et sputum adhibitum ostendimus. Magi autem ad philtra non tantùm vsi tæniis, vnguibus, sputis, verùm & Dæmonibus paredris, oniropompis, catabolicis, Pythonicis. Paredros assessores, & familiares vocant; oniropompos, qui per somnia ad amorem alliciant; Pythonicos, qui vaticinentur; catabolicos, qui ad terram affligant. Sed & potiones ad amorem adhibitæ. Quintilian. Declamat 14. Si mehercule repentè nobis contingerent opes, iterum nos in sui caritatem alia potione reuocasset. Horat. epod. od. 5.

Exsucta vbi medulla, & aridum iecur
Amoris esset poculum.

Arnobius Cinnum commemorat, quam Homerus *κυκεῶνα* vocat, de qua Suidas in voce *κυκεών. πόμα ἐκ διαφόρων μιγμάτων κιρνάμενον.* Nonius, Cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectæ. Sed potio illa propriè ad amorem non faciebat. Horat. epod. ode vlt.

Deſiderique temperare poculum.

Sueton. in Calig. cap. 50. Creditur potionatus à Cæſonia vxore, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verterit. Horat. epod. ode 5.

Non vſitatis Vare potionibus ad me recurres.

Apud Plutarch. Cornelius Nepos ſcribit, Luculum à mente diſceſſiſſe, non ſenio, ſed pharmacis à liberto Calliſthene corruptum. *τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν, ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν. Pharmaca data eſſe, vt magis ab eo Calliſthenes amaretur, cùm eam vim habere putarentur.* Qui eiuſmodi philtris deuinciuntur, dicuntur defigi. Valer. in Ciri,

Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo
Regis Iolchiacis animum defigere votis.

Herba Promethea ſoluit amores, de qua Valer. Flac. lib. 7.

——Prometheæ florem de ſanguine fibra
Caucaſeum, tonitru nutritáque gramina promit,
Quæ ſacer ille niues inter, triſtéſque pruinas
Durat, editque cruor, cùm viſcere vultur adeſo
Tollitur è ſcopulis, roſtróque irrorat aperto.

Vide Apollon. lib. 3. Argon. & Scholiaſtem. Sed & imagines cereas, & ſimulacra ad amorem adhibebant. Virgil. Ecl. 8.

——Terque hæc altaria circum
Effigiem duco.——
Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno eodemq́; igni, ſic noſtro Daphnis amore.

Theocrit. Idyl. 2.

Ὡς τοῦτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.
Vt hanc ceram ego cum Deo liquefacio.
Sic Delphis Mindius continuò amore liqueſcat.

Plato lib. 11. de Legib. *ἄν ποτε ἄρα ἴδωσί που κήρινα μιμήματα πεπλασμένα εἴτε ἐπὶ θύραις, εἴτ' ἐπὶ τριόδοις, εἴτ' ἐπὶ μνήμασι: ſi quando viderint cerea ſimulacra ficta in ianuis, aut triuiis, aut ſepulcris.*

Horat. ſatyr. 8. lib. 1.

——Scalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt, cruor in foſſam confuſus, vt inde
Manes elicerent animas reſponſa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea, maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea ſuppliciter ſtabat, ſeruilibus vtque
Iam peritura modis. Hecaten vocat altera.——

Ouid. lib. 3. Amor. eleg. 6.

Num mea Thæſſalico defixit nomina cera?

Vtebantur iſtis imagunculis non tantùm ad amorem, ſed ad perniciem cùm eas acubus compungerent. Idem in epiſt. Hypſipyl.

Deuouet abſentes, ſimulacráque cerea fingit,
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.

Nicetas in Manuele Comneno de Aarone Mago. *ἁλίσκεται μαγείαις προσανέχων, καὶ προὔκειτο χελώνης ἔκφορον μίμημα ἔνδον ἔχον τὸ χέλυος ἀνθρωπόμορφον εἴκασμα πεπεδημένον ἄμφω τὼ πόδε, καὶ τὸ στέρνον ἐληλαμένον ἥλῳ διαμπερές. Deprehenſus eſt in magico opere, & propoſitum erat teſtudinis ſimulacrum intus continens effigiem hominis vtrumque pedem deuinctam, & pectus clauo tranſactam.* Heliodorus lib. 7. Æthiop. *ἡ φαρμακὶς μέλιτος ἐπέχει τῷ βόθρῳ, καὶ γάλακτος, εἶτα πέμμα σταίτινον εἰς ἀνδρὸς μίμημα πεπλασμένον, &c. Venefica lactis aliquid infudit in ſcrobem, & mellis, deinde libum ad hominis ſpeciem factum ex adipe & ſeuo, cùm animam filij elicere vellet.* Lamprid. in Heliogabalo ait, M. Antoninum per Chaldæos id egiſſe, vt Marcomanni populo Romano ſemper deuoti

A deuoti eſſent, idque factis carminibus,& conſecratione. Id erat amatorij ſacri genus Calliſthen. de reb. Alex. m. ſ. *Nectenabo capit herbam ex ſolitudine, quam efficacem ſciebat ad mouenda ſomnia, & ex ea ſuccum exprimens* ἔπλασε κήρινον θηλυκότυπον, *fecit imagunculam ceream muliebrem, eique inſcripſit nomen Olympiadis*, &c. Saliſberienſis lib. 1. cap. 11. Vultiuolos eſſe ait, qui ad affectus hominum immurandos in molliori mareria, cera, vel forrè limo, eorum quos peruertere nituntur effigies exprimunt. Sub Ludouico Hutino Galliarum Rege Enguerrani, qui reus majeſtatis erar, vxor Pauioro quodam Mago adminiſtro ſimulacrum cereum finxit, quod leui igni admoueret, vt eo paulatim liqueſcenre contabeſceret is qui ſimulacro petebatur. Horat. epod. 17.

Doctam mouere cereas imagines.

Feſtus; Ipſullices lamellæ neceſſariæ ſacris magicis ſpecie virûm, & mulierum. Virgil.
B lib. 4. Æneid.

Effigiémque thoro locat haud ignara futuri.

Laius Philoſophus ætate Anriochi, cùm peſtis Antiochiæ graſſaretur, *exſculpto in lapide Charontis vultu, & in vrbe poſito ſimulacro, morbum procul ab Antiochenis amouit. Apollonius ciconias exſculpens in marmore, eas à Byzantio longè ſummouit*, ξέσας ἐν πέτρᾳ πρόσωπον τοῦ Χάρωνος, θεὶς τε πόλει τὴν νόσον ἐξωστράκιζε μάκραν Ἀντιοχέων τελεστὴς καὶ μυστικὸς, καὶ τερατοεργάτης, *initiator, myſticus & miraculorum patrator.* ὁ Ἀπολλώνιος πελαργοὺς ἐγγλύψας μαρμαρίνους πελαργοὺς ἐκ Βυζαντίου ἐξήλαζε μακρόθεν. Zonaras in Romano Lacapeno. Quidam Imperatori nunriat, ſtatuam in ſummo fornice Xerolophi ad occaſum poſitam in Simeonis Bulgari formam conuerſam eſſe, καὶ εἰ τὴν ταύτης ἀποτέμοι τὴν κεφαλὴν, ἕψεται τῇ ἐκτομῇ τοῦ Συμεὼν ἡ φθορά, *cuius caput ſi quis*
C *exciderit, Simeonis interitum conſequuturum*, quod exitus probauir. Multa in Circo Conſtanrinopol. ſimulacra fuere à Magis poſita, in primis verò fortuna vrbis pedem in naui habens, quam ſi labefactari,& computreſcere paterentur, nullæ naues portum appellebant, ſed vento reflante repellebanrur, vt Anaſtaſij Auguſti æuo annonæ penuria ſumma fuerit, donec nauis refecta eſt, ait Zonar. in Anaſt. Dicoro. Procopius ſcribit, Neapoli fuiſſe imaginem Theodorici Gotthorum Regis, ἐκ ψηφίδων μικρῶν μὲν ἰσάγαν, χροίαις δὲ βεβαμμένων ἁπάσαις συγκειμένην εἰκόνα, *ex lapillis puſillis, ſed omni coloris varietate tinctis compoſitam*, cuius caput Theodorico moriente ſponte deciderir, Athalarici obitu venrer diffluxerir, Amalaſuntæ morte pudenda contabuerint, cùm Romæ Beliſarius obſideretur, à feminibus ad pedes cætera omnia collapſa ſint. Glycas lib. 4. omnia ſimulacra Circi Conſtanrinopol. magica fuiſſe ſcribir. Marmorei bouis caput effoſſum è rerra, & in calcis fornacem coniectum eſt. Ex eo
D peſtis ſemper in boues graſſara eſt in Imperio Conſtantinopolitano.

Sed vt ad philtra redeamus, ea vecordiam iniiciunt. Nouel. Leonis 65. βούλεται μὲν τῶν ἐπᾳδόντων γοητείαν, ὅτι τὸ σῶφρον τοῦ νοῦ ἀφαιρουμένη ἀναβακχεύει τοὺς λογισμοὺς πρὸς οἴστρους, καὶ μανίας ἐρωτικάς. *Vult enim improbari magicas artes, quod ex animis temperantiam euellentes, affectus ad inſanias amatorias exſtimulent.* Cùm amoris vecordiam iniiciunr ſortilegi, dicuntur defigere. leg. 4. C. de malef. & marhemat. Cuiacius lib. 27. obſeruat. cap. 17. ex Baſilicis hæc citat; τὸν ἐπιδεξάμενον γοητείαν ἕλκουσαν εἰς ἔρωτα τοὺς σώφρονας, *eum qui magicas artes exercet, vt temperantes ad amorem trahat.* Interpretatio Græca, ἡ ἐκείνων εἴδησις τιμωρητέα, καὶ τοῖς αὐστηροτέροις ἀξίως νόμοις ἐκδικητέα, οἵ τινες μαγικαῖς περιβεβλημένοι τέχναις, ἢ κατὰ τῆς ὡρίας ἄνων μηχανησάμενοι, ἢ τοὺς σώφρονας λογισμοὺς πρὸς ὀδύνην ἐπικάμψαντες φανεροῦνται. *Eorum ſcientia punienda, & legibus ſeuerioribus perſequenda, qui magicis artibus inſtructi deprehendentur aliquid molitis eſſe contra fertilitatem agrorum*
E (lego, ἀφορίας ἀγρῶν) *aut temperantes mores ad dolorem flexiſſe* (legerem πρὸς ἔρωτας ἐπικάμψαντες.) Lex Caroli Magni lib. 6. cap. 32. phylacteria, falſas inſcaphiones, aur ligaturas pro febribus vocat, verátque. Paulus Iuriſc. lib. 5. tit. 23. qui ſacra impia, nocturnáve, vt quem obcantarent, interficerent, obligarent, defigerent. Vetus Scholaſt. Horatij; Ita te defigam nouis, & inſoliris maleficus, vr mentem nunquam recipias. Veteres gloſſæ, *defixiones*, νεκυομαντεῖαι. Ouidius,

Sagáque Phœnicea defixit nomina cera.

Tacitus lib. 14. Mox Numantina prior vxor eius accuſata iniecifſe carminibus, & veneficiis vecordiam mariro. lib. 12. Cæterùm obiecta ſunt, quod coniugium Principis deuotionibus petiuiſſet, id eſt, matrimonium ambiuſſet. Lipſius coniugium coniugem inrerpretarur parum ex vero. Theocritus, & Virgil. in philrris vtuntur lauro, lana, poculo, farina, ſale, Iynge aue, quam moracillam eſſe aiunt, lacerta viridi, hippomane, & aliis pleriſque. Scholiaſtes Theocriti ad Idyl. 2. *Iynx*, inquir, *Veneris auis eſt, qua adminiſtra venefica vtuntur ad*

magicas

magicas artes. Ariſtoteles eam autem maiorem pinna, & cinade eſſe ait, quæ & cinædos, & cinædion, & σεισοπυγὶς, & Kinclus dicitur, à Latinis motacilla, ſeu nates mouens. Callimachus ait, Iyngem filiam eſſe Echus, quæ Iouem excantauerit, vt ſecum concumberet. quare à Iunone in auiculam mutata eſt, quæ vim amatoriam habere dicitur. ἴυγξ ὄρνεον ἀφροδίτης, ὃ αἱ φαρμακίδες συνεργὸν ἔχουσι πρὸς τὰς μαγείας. ἀριστοτέλης μεῖζον πίννης αὐτὸ λέγει, ἢ κινάδος, ἡ παρὰ ῥωμαίοις σεισοπυγὶς καλουμένη, διὰ τὸ πανταχοῦ στρέφειν, καὶ λιγύζειν τὴν πυγήν. καλλίμαχος τὴν ἴυγκα φησὶ ἠχοῦς θυγατέρα φαρμακεύειν τὸν δία, ὅπως αὐτῇ μιχθῇ. ὅθεν ὑπὸ ἥρας εἰς ὀρνίθιον αὐτὴν μεταβαλεῖν, καὶ συνεργεῖν τοῖς φαρμακείαις. ἴυγξ σεισοπυγὶς ἐν τῇ φύσει ἔχει ἐρωτικήν τινα πειθώ. Idem; *Hippomanes Theocritus ait eſſe plantam, alij pullos equorum recèns natos habere aiunt carunculam in fronte viſcoſam minorem carica, quam equæ ſtatim vorant, & lingunt, quo facto pullos ſuos amant, alioqui non eos amant. Crateuas hippomanes plantam eſſe ait, cuius fructus ſit vt cucumeris agreſtis, nigrius verò folium, vt papaueris, quod ſpinoſum eſt.* ἱππομανὲς θεόκριτός φησι φυτὸν εἶναι, ἄλλοι δὲ τοὺς ἀποτικτομένους πώλους ἔχειν τι σαρκίον φυόμενον ἐπὶ τοῦ μετώπου γλοιῶδες ἔλαττον ἰσχάδος, ὃ ἀποτρώγουσι, καὶ ἀπολείχουσι εὐθὺς αἱ ἵπποι, καὶ εἰ τοῦτο ποιήσουσι φιλοστοργοῦσι τὰ ἔκγονα, εἰ δὲ μὴ ἀπεχθαίρουσι, καὶ οὐ προσίενται. κρατεύας φησὶν ἱππομανὲς τὸ φυτὸν ἔχειν καρπὸν ὡς σικύου ἀγρίου, μελαίτερον δὲ τὸ φύλλον, ὥσπερ μήκωνος ἀκανθῶδες. Idem ad hæc verba,

> *Σαύραν τοι τρίψασα ποτὸν κακὸν αὔριον οἰσῶ.*

χλωροσαύρα ἀποκτανθεῖσα, καὶ ξηρανθεῖσα, καὶ συντριβεῖσα σὺν ἀλφίτῳ δίδοται. καὶ τοῦτο τῶν φίλτρων ἐστὶν ἕν. *Lacertam tibi terens eras malam potionem afferam. Viridis lacerta*, inquit, *occiſa, & ſiccata, & trita cum farina datur, quod vnum è poculis amatoriis eſt.* De farinis quæ adolentur idem ait, ἄλφιτα θυόμενα θυλήματα ἔλεγον, &c. *farinas dicebant thylemata, quæ mixta eſſent cum vino, & oleo ad ſacrificium.* Theocrit. Idyl. 2.

> *Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε.*

Farinæ quas primò igni infundimus abſumuntur, infunde & reliqua, ſceleſta Theſtyli, δειλαία, *quò tibi mens abiit?* In magicis multa alia præter farinas adhibebantur, in primis ſal. Lucianus in Meretriciis; ἡ γραῦς λαμβάνει δραχμὴν, καὶ ἄρτον, καὶ ὀβολοὺς ἑπτὰ μετὰ τῶν ἀλῶν, καὶ θύον, καὶ δᾷδα. *Anus accipit drachmam, panem, & obolos ſeptem cum face, ſale, cedro.* κρηπῖδας τοῦ ἀνδρὸς κρεμάσασα ἐκ πεττάλου, ὑποθυμιᾷ τῷ θύῳ, πάττουσα καὶ τῶν ἀλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ. *Crepidas viri cùm ſuſpenderis è palo, cedro odorata ſuffi, aſpergens & aliquid ſalis.* Theocrit.

> *Πάσσ' ἅλα, καὶ λέγε ταῦτα, τὰ δάφνιδος ὀστία πάσσω.*

Aſperge ſalem, & dic hæc verba, Daphnidis oſſa ſpargo. ἐπιλέγει δὲ ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ ἐκείνου, καὶ τὸ σὸν, *commemorabat amborum nomina, & viri, & tuum.* Ea ſimulario dicta. Virgil.

> *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

Quaſi diceret, ſparge aquam, & poſtea exclama, Auernales aquas ſpargo.

> *Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.*

Id eſt, ſparge far toſtum cum ſale. Doctiſſimus Heinſius ad Theocritum acutè notat, ſimulationem voce factam; quia, vt ait Seruius ad lib. 4. Æneid. in ſacris quæ exhiberi non poterant, ſimulabantur, & erant pro veris. Farinæ propriè dicebantur πασσόμενα, καὶ αἱ παιπάλαι. Ariſtophan. in Nubib.

> *Καταπαττόμενος γὰρ παιπάλη γενήσομαι.*

Theocrit.

> *Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω.*

Vt ego hanc ceram cum Dea Hecate liquefacio. Hæc enim cera dicebatur κηρὸς τῆς θεᾶς, κηρὸς τῆς ἑκάτης, vt Euſebius lib. 5. Præparat. Theocrit.

> *Νῦν μὰν τοῖς φίλτροις καταθύσομαι.*

Nunc eum philtris defigam. Virgil. lib. 4. Æneid. amatoria ſacra deſcribit,

> *Stant aræ circùm, & crines effuſa ſacerdos*
> *Ter centum tonat ore Deos, Erebúmque, chaóſque,*
> *Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.*
> *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni,*
> *Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis*
> *Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni,*
> *Quæritur & naſcentis equi, &c.——*
> *Ipſa mola, manibúſque piis altaria iuxta*
> *Vnum exuta pedem vinclis, & veſte recincta.*

In Pharmaceutria.

> *Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,*

A *Necte Amarylli modò : & Veneris, dic, vincula necto.*
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando; debent hæc pignora Daphnim.

Solebant enim si quid vestium, aut pilorum amati haberent, vel suspendere è palo, vel in limine terra obtegere, quæ ei vim afferrent. Petron. Illa de sinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicémque vinxit meam, mox turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontémque repugnantis signauit. Hoc peracto carmine, ter me iussit exspuere, rérque lapillos conicere in sinum, quos ipsa præcantatos purpura inuoluerat.

Πᾷ μοι ταὶ δάφναι; φέρε Θέστυλι, πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,
B Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν ὄντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα.
Vbi mihi laurus? affer Thestyli, vbi sunt philtra?
Coronato poculum puniceo flore ouis,
Vt virum mihi charum, & grauem sacris deuinciam.
Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι. ἀλλὰ σελάνα
Φαῖνε καλόν. τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχα δαίμων,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνὰ τ' ἠρία, καὶ μέλαν αἷμα.
Nunc eum magicis sacris excantabo. Sed ô Luna
Luce bellè. tibi enim summissa voce accinam Dea,
Et terrestri Hecatæ, quam & canes metuunt
C *Venientem per monumenta mortuorum, & nigrum sanguinem*
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν, ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω, χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα,
Ἐξαπίνας ἅφθη. —— .
Delphis me dolore affecit, ego autem hanc laurum
Vro in Daphnide, & vt illa crepat valde inflammata,
Et subitò conflagrauit, sic ille nostro amore flagret.
Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτης
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισι.
Et vt hic turbo æneus voluitur,
D *Sic ille voluatur ad nostras fores à Venere.*
Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ.
Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὤ 'γω νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
Hanc fimbriam de veste amisit Delphis,
Quam nunc vulsam in sæuum ignem conicio.
Σαύραν τοι τρίψασα ποτὸν κακὸν αὔριον οἰσῶ.
Lacertam tibi terens potum malum cras feram.
—— τὰ θρόνα ταῦτα ὑπόμαξον,
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον. ——
Καὶ λέγε ἐπιφθύσδοισα, τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

E Hoc Idyllium imitatus est Lucianus dial. meretricum 4. πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι, καὶ ἐρασμίας ποιοῦσαι, εἰ καὶ πάνυ μισουμένη γυνὴ τυγχάνοι. *Multa Thessalæ excantantes, & facientes amare fœminas, quæ antè odio fuerant.* δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν. κρηπῖδας κρεμάσασα ἐκ παττάλου ὑποθυμιᾷ τῷ θείῳ πάττουσα, καὶ τῶν ἁλῶν, &c. εἶτα ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσασα ῥόμβον ἐπιστρέφει ἐπῳδήν τινα λέγουσα ἐπιτρόχῳ τῇ γλώσσῃ βαρβαρικά, καὶ φρικώδη τὰ ὀνόματα. *Oportebit aliquid habere viri, verbi causa, pallium, crepidas, aliquot capitis pilos. Crepidas cùm suspenderit è palo, suffit cedro, aspergens salem. Deinde turbinem è sinu extrahens voluit, canens carmen lingua volubili barbarica nomina, & terribilia.* Ea veneficia gorgonias vocari diximus, quarum meminit Quintilianus declamat. 5. Hinc gorgoniæ meretricibus, vt illæ etiam pauperes ament, vt faciles contingant. Hinc amatorium, vt illas diuites ament. Ostendimus suprà, Iyngem, quam alij motacillam, alij frutillam esse volunt, ad amores adhibitam; item Remoram, & Sippen. Aristot. lib. 2. de histor. animal. cap. 14. ἔστι δὲ ἰχθύδιόν τι τῶν πετραίων ὃ καλοῦσί τινες ἐχενηΐδα, καὶ χρῶνται τινες αὐτῷ πρὸς δίκας, καὶ φίλτρα. lib. 9. cap. 17.

ἡ σίππη

ἢ σίπων λέγε) φαρμακεία εἶναι, διὰ τὸ πολύιδρις εἶναι. *Piſciculus eſt ſaxatilis echeneis, quo vtuntur aliqui ad iudicia, & amorem. Sæpe dicitur eſſe venefica, quia multiſcia eſt.* Plinius lib: 32. cap. 5. Ranæ rubetæ oſſiculo, quod ſit in dextro latere, amorem inhiberi; quod verò ſit in ſiniſtro latere, amorem concitari, Venerem adalligatum ſtimulare. lib. 32. cap. 10. Venerem inhibet echeneis, & hippopotami frontis è ſiniſtra parte pellis in linteolo adalligata, félque Torpedinis viuæ genitalibus illitum, concitant cochlearum fluuiatilium carnes ſale adſeruatæ, & in potu ex vino datæ. Vide pag. 689. verſ. 55. Idem lib. 9. cap. 25. Echeneis, quia naues moratur, amatoriis veneficiis infamis eſt, & iudiciorum, ac litium mora. D. de pœnis. leg. 38. qui abortionis, aut amatorum poculum dant, etſi dolo non faciant, ramen quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegentur. leg. 3. D. ad leg. Cornel. Venenum tam id quod ad ſanandum, quàm id quod ad occidendum paratum eſt, continet. Sed & id quod amatorium appellatur. Alio Senatuſconſulto effectum eſt, vt pigmentarij, ſi cui temerè cicutam, ſalamandram, aconitum, piruocampas, bubroſtim, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſa dederint cantharidas, pœna teneantur huius legis. l. 4. C. de maleficiis. Eorum eſt ſcientia punienda, qui magicis accincti artibus pudicos animos ad libidinem deflexiſſe deregentur. Vide S. Gregorium lib. 1. dialog. cap. 4. S. Hieronymus lib. 3. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. ſcribit, quoſdam Dæmones amoribus, & amatoriis canticis deſeruire. ad cap. 3. Nahum, maleficia vim habere, vt amemus quæ odiſſe deberemus, & deteſtemur quæ nos amare decuit. Caſſianus collat. 7. cap. 32. incentores libidinum, atque luxuriæ quoſdam eſſe ſpiritus. In epiſt. Hierem. αἱ δὲ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται θυμιῶσαι τὰ πίτυρα. ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ τὴν πλησίον ὀνειδίζει, ὅτι οὐκ ἠξίωται ὥσπερ καὶ αὐτή, οὔτε τὸ σχοινίον αὐτῆς διερράγη. *Mulieres circumponentes funiculos in viis ſedent ſuffumigantes furfures. Cùm autem vna aliqua ex illis tracta ab aliquo viatore dormierit cum eo, vicinam ſuam irridet, quia non ſit honorata, vt ipſa fuit, neque funiculus eius diſruptus fuerit.* Herodotus lib. 1. ad templum Veneris ſedent, nodis, corolliſque tempora reuinctæ mulieres Babyloniæ. σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται. *Diuerticula vndique funiculis diſtenta aditum præbent ad mulieres, per quæ peregrini tranſeuntes eliguntur.* ὅσαι μὲν νυν εἴδεός τε ἐπαμμέναι εἰσί, καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάττονται, ὅσαι δ' ἄμορφοι αὐτέων εἰσί, χρόνον πολλὸν προσμένουσι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. *Quotquot ſpecioſæ ſunt, & proceræ, breui ſolutæ lege domum redeunt. Quotquot autem deformes ſunt, diu ad templum deſident, cùm non poſſint cum peregrino coire, vt legem impleant.* Apud Theocrirum Idyl. 2. νυν θύσω τὰ πίτυρα. Scholiaſtes, περικαύσω, *nunc adolebo furfures.* & lib. Baruch in epiſtola Hierem. γυναῖκες θυμιῶσαι πίτυρα, *mulieres incendentes furfures.* Quidam πίτυρα eſſe volunt oſſa oliuarum. Heſychius πίτυρα interpretatur τὰ τῶν σίτων, ἢ κριθῶν φλοῖα, *cortices tritici, aut hordei, ſeu furfures.* Athenæus lib. 2. πίτυρον pro quodam vili oliuarum genere coloris furfuracei poni ait. De hippomane ſuprà diximus. Hoc addo ex Tibul. lib. 2.

> *Virus quod cupidæ ſtillat ab inguine equæ.*

Iuuenal.

> *—— vt auunculus ille Neronis,*
> *Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli*
> *Infudit. ——*

Vt amore ſoluerentur, Nemeſianus luſtrari ſolitos ait.

> *Quid prodeſt quòd me peregrini mater Amynta*
> *Ter vittis, ter fronde ſacra, ter thure vaporo*
> *Luſtrauit, cineréſque auerſa effudit in amnem,*
> *Incendens viuo crepitantes ſulphure lauros,*
> *Cùm ſic in Meroën totis miſer ignibus arſi?*

Adhibita & aquæ maris aſperſio. Propert. lib. 3.

> *Quod mihi non patrij poterant auertere amici,*
> *Eluere aut vaſto Theſſala Maga mari.*

Lucian. in Pſeudoman. γόης τῆς μαγείας, καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἔρωσι, καὶ κακῶν ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ θησαυρῶν διαδοχάς. *Præſtigiator ex iis qui magiam, & diuinas incantationes pollicentur, tum illectamenta ad conciliandum in amoribus gratiam, malorum immiſſiones in hoſtes, rationem eruendi theſauros, hæreditatum ſucceſſiones.* Eunapius in Ædeſio ſcribit, puellam quam Magus Philometor in amorem induxerat, à Maximo Mago ſolutam.

Herbam

A Herbam Prometheam apud Propertium soluere amores ostendimus. Plinius lib. 28. cap. 32. 39. Inspersus corpori puluis, in quo se mula volutauerit, vel hirci vrina pota, vel rubeta rana in corio pecoris recentis alligata soluit amores. Suidas scribit, M. Antoninum Philosophum gladiatorem, quem deperibat Faustina vxor, occidisse, & illam incedere inter caput & collum iussisse. Alij sanguine gladiatoris potam resipuisse scribunt. Capitolin. in M. Antonino, Faustinam cùm gladiatores transire vidisset, vnius ex his amore succensam, cùm longa ægritudine laboraret, viro de amore confessam. Chaldæi consuluerunt, vt occiso gladiatore, sanguine illius sese Faustina sublauaret, atque ita cum viro concumberet. Suprà ex Philone Iudæo, & Virgilio ostendimus, Magos odia iniicere, amores soluere. μισητρον κατὰ τῆς Φοιβίδος τηρήσασαν τὸ ἴχνος ἐπὰν ἀπολίπῃ, ἀμαυρώσασαν, ἐπιβῆναι μὲν τῷ ἀριστερῷ ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιὸν, δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν, καὶ λέγειν, ἐπιβέβηκά σοι, καὶ

B ὑπεράνω εἰμί. *Odium aduersus Phœbidem, obserues aliquãdo, vbi Phœbis vestigium pedis impressum reliquerit, illúdque deleas, & dextero tuo pede sinistri eius pedis, & sinistro dextri vestigium calces, dicásque, calcaui te, & superior sum*, ait Lucian. in Etæric. 3. Quintil. declam. 14. in poculum odij ait congestum esse omnium animalium furorem, omnium serpentium tabiem. Scholiast Theocrit. Idyl. 2. notat, viros amatores Solem inuocare, fœminas Lunam, quia nox taciturna est: ad amoris autem furta opus est silentio, & nocte. Πίνδαρός φησιν ὅτι τῶν ἐρώντων οἱ μὲν ἄνδρες εὔχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες σελήνην, ἐπειδὴ σιγηλή ἐστιν ἡ νύξ. διὰ δὲ τοὺς κλεπτομένους ἔρωτας σιγῆς καὶ νυκτός. Μένανδρος, ὦ νύξ, σοὶ γὰρ δεῖ πλεῖστον ἀφροδίτης. *Menander dicit, ô nox, plurimum enim Venus te eget*. Origen. lib. 7. in Celsum, καὶ ἐκ τῶν καλούντων τοὺς δαίμονας ἐπὶ τοῖς ὀνομαζομένοις φίλτροις, ἢ μισήτροις, *ex iis qui inuocant Dæmones ad amorem, aut odium*. S. Hieronym. in Hilarione, & Glycas 1. par. Dæmonem eiectum aiunt, quem Magus in virginem immi-

C serat. Perducta à parentibus virgo ad monasterium seni traditur, vlulante statim, & confitente Dæmone: vim sustinui, inuitus abductus sum. quàm bene Memphi homines eludebam! ô cruces, ô tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & subter limen ligatus teneor; non exeo, nisi me adolescens qui tenet, dimiserit. Tunc senex ait grandis fortitudo tua, qui licio, & lamina strictus teneris. Symmach. epist. 19. lib. 7. Quis Colchus, vel Thessalus cantu, aut manu has offensiones leuasset? Spartianus de Iuliano Didio per Magos pleraque fecit, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, & carmina prophana incantauerunt. Propert. eleg. 5. lib. 4.

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,
Concordique toro pessima semper auis.
D *Penelopen quoque neglecto rumore mariti,*
Nubere lasciuo cogeret Antinoo.
Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum,
Et volucris nidis esse nouerca suis.

Stesichorus scribit, Medeam infecto pharmaco fecisse, vt omnes fœminæ Lemni graui odore viris contemptui essent. Propert.

En agedum dominæ mentem conuertite nostræ,
Et facite vt nostro palleat ore magis.

Philtra, philotesia, amatoria, lynges commemorat Apuleius in Apologia,

Philtra omnia vndique eruunt,
Antiphates illud quæritur,
E *Trochiscili, vngues, tæniæ,*
Radiculæ, herbæ, surculi,
Aureæ illices bichordilæ,
Hinnientium dulcedines.

Antiphatem plantam, aut gemmam esse volunt, quæ ad amorem vim habeat. Plinius Antipates suprà vocauit. Trochiscili sunt minutæ rotæ, ad quas Iynges alligabantur. Pindari Scholiastes Pyth. od. 4. λαμβάνουσαι αἱ φαρμακίδες τὴν ἴυγγα, δεσμεύουσιν ἐν τροχῷ τινὸς, ὃν περιστρέφουσιν ἅμα ἐπᾴδουσαι. οἱ δέ φασιν ὅτι τὰ ἔντερα αὐτῆς ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῷ τροχῷ. *Sagæ accipiunt Iyngem, & ex rota ligant, quàm voluunt simul incantantes. Alij dicunt quòd eius intestina trahentes ad rotam alligant*. Quidam legunt *trochilisci*, quòd trochilus, & trochiliscus auis sit, παρὰ τὸ τρέχειν, *à currendo* dicta. Hesychius, ἴυγξ ὀρνεόν τι ᾧ χρῶνται αἱ φαρμακίδες, *auis qua veneficæ vtuntur Iynx*. Latini motacillam vocant ab assiduo motu caudæ; Galeno κίναιδος

 dicitur.

dicitur. Eamdem auem ſtrutillam, torquillam, verticillam vocant, *σεισοπυγίδα.* quare A vulgò Iynges pro æſtu amoris ponuntur. Ariſtænet. lib. 2. epiſt. Amans, inquit, dolore percitus τ̃ φιλτροποιὸν ἱκέτευε ἀνακινῆσαι τὰς ἴυγγας, *Magum qui philtra adornabat precabatur, vt iterum commoueret Iyngas.* Theoc. Idyl. 2. ἴυγξ ἕλκετε, *Iynx trahe.* Apud Sophoclem Hippodamia.

> Τοίαν δ' ἐν ὄψει ἴυγγα θηρατηρίαν
> Ἔρωτος ἀστραπὴν τὴν ὀμμάτων ἔχει.

Talem in vultu Iyngem venatricem amoris habet fulgur oculorum. Oppian. lib. 4. alieut. de Cephalis.

> Πάντη δ' πόθων ἴυγγες ἄγουσι θελξιφρόνες.

Quouis eos agunt æſtu amoris incenſos. Pro aureis illicibus Scaliger legit *auriplices bitortilas*, & magica ſimulacra intelligit. Caſaubonus, *alterplices bicoloreas*, id eſt, duplices, vt Feſtus interpretatur. Alij legunt *atriplices*, quod genus herbæ miræ efficaciæ, quam Græci *χρυσολάχανον* vocant. Per hinnientium dulcedines, hippomanes intellige. Iuuenal. ſatyr. 6. B

> *Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit*
> *Philtra, quibus mentem valeat vexare mariti.*

Theocrit. Idyl. 2. turbinem admouet.

> Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε.
> Ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος. ——

Farina hæc primùm igni tabeſcit. Vt voluitur hic turbo. Horat. epod. 17.

> *Citúmque retrò, retrò solue turbinem.*

Farinam aduſtam in ventum ſparſiſſe oſtendimus. Virgil.

> *Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti,*
> *Tránſque caput iace.* ——

Tacitus ait, fœminas viris vecordiam eiuſmodi artibus inijcere. Suprà hippomanes adhi- C bitum eſſe monuimus, quas hinnientium dulcedines Apuleius vocat. Virgil. 4. Æneid.

> *Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,*
> *Et matri præreptus amor.*

lib. 4. Geor.

> *Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt*
> *Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus.*

Lucan. lib. 7.

> —— *Nec noxia tantùm*
> *Pocula proficiunt, aut cùm turgentia ſucco,*
> *Frontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ.* D

Plinius diſertiùs rem aperit lib. 8. cap. 42. Et ſanè equis amoris innaſci veneficium hippomanes appellatum in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod ſtatim edito partu deuorat, aut partum ad vbera non admitit, ſi quis præceptum habeat. lib. 28. cap. 11. Hippomanes tantas in veneficio vires habet, vt affuſum æris mixturæ in effigiem equæ Olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Taraxippum eſſe voluat. Philtra commemorantur in vet. inſcript. *Qui me volent valete matronæ, matréſque familias, vixi, & vltra vitam nihil credidi, me ventri alumna addixi, quos potui pellexi philtru, & aſtu, viro humato non vidua fui, nec maritæ nomen adepta, quæſo ne inuidete.* S. Hieronymus in Hilarione de iuuene qui virginis pudicitiam tentauit; Igitur doctus ab Æſculapij vatibus venit præſumptum animo ſtuprũ geſtiens, & ſubter limen domus puellæ tormenta quædam verborum, & portentoſas figuras ſculptas in æris Cyprij lamina defodit, illicò inſanire virgo, & E amictu capitis abiecto rotare crinem, ſtridere dentibus, inclamare nomen adoleſcentis. Carnem illam quæ in pullorum equinorum capite naſcitur, Ariſtoteles *χορίον* vocat, Scholiaſtes Iuuenal. pileum, ad hæc verba,

> *Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli*
> *Infudit.* ——

Mox ſcilicet nati pulli equini, cui in fronte pileum, vt pellicula ereptum præſtat amorem: ita & pellicula, qua infantium naſcentium capita obteguntur, ad eloquentiam facere viſa. Lamprid. in Diadumeno; & ſolent pueri pileo inſigniti naturali, quod obſtetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt, ſiquidem cauſidici hoc iuuari dicuntur. Balſamon ad can. 61. Synodi Trul. πρῶτός τις ἢ ὅσιος περὶ τικτόντων τινῶν κατηγορηθεὶς εὑρέθη ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογνοῦς παιδὸς. καὶ εἶπε τοῦτο δεδωκέναι παρά τινος γυναικὸς εἰς ἀποτρόπαιον, καὶ ἐπιτιμισμὸν

μισμὸν τῶν ἐπιχειρούντων κατ' αὐτοῦ λέγειν, διὸ καὶ καθοσιώσει ὑπέπεσεν. *Protus quidam Osij filius de talibus accusatus deprehensus in ipso crimine habens in sinu pileum, seu integumentum infantis recèns nati, quod sibi datum esse dixit à quadam muliere ad os occludendum eis qui aduersus se dicere conarentur, quare anathemate percussus est.* Legi potest, εἰς ἀπότροπον. De hippomane quid sit, in dubio esse diximus. Theocritus Idyl. 2. scribit plantam esse,

> Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι, τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
> Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα. ——

Hippomanes planta est in Arcadia, qua furore amoris equæ per montes agunt. Solinus cap. 57. Hippomanes è fronte equi reuulsum, fuluo colore esse, caricis simile. Iuuenal. satyr. 6.

> *Tanti partus equæ, quanti vna venefica constat.*

Propert. lib. 4. eleg. 5.

> *——Et in me*
> *Hippomanes fœtæ semina legit equæ.*

Ouid. 2. de Arte amandi,

> *Dátque quod à teneri fronte reuellit equi.*

Lege Aristotelem lib. 6. histor. animal. cap. 22. φαρμακίδες ἱππομανὲς ζητοῦσι, καὶ συλλέγουσι. ὅταν τέκῃ ἡ ἵππος τὸ χορίον διδοῦς καθαίρει, καὶ ἀποκαθαίρει τοῦ πώλου ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τοῦ μετώπου. Magiæ igitur artes rebus amatoriis sæpe adhibitæ. Seneca in Hercule Oetæo, actu 2.

> *Artibus magicis ferè*
> *Coniugia nuptæ precibus admistis ligant.*

Lucan. lib. 6.

> *—— quos non concordia mixti*
> *Alligat vlla thori, blandaque potentia formæ,*
> *Traxerunt torti magica formidine fili.*

Virgil.

> *Coniugis vt magicis sanos auertere sensus*
> *Experiar sacris. ——*

Plutarch. lib. γαμικ. παραγγ. αἱ φίλτρα τινὰ, καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμεναι τοῖς ἀνδράσι, ἐμπλήκτοις, καὶ ἀνοήτοις, καὶ διεφθαρμένοις συμβιοῦσι. *Mulieres quæ philtra, & præstigias viris parant, viuunt cum vecordibus, stolidis, & corruptis.* Lucianus in Demonacte, μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλεται. *Quodam dicente se Magum esse, & habere cantamina fortia, quibus omnes persuaderet, vt præberent sibi quæcunque vellet.* Antiochus, & Caligula philtris in furorem versi, vt & Lucullus. Philtra ipsi etiam prophani improbarunt. Ouid. lib. de Remed.

> *Nec data profuerint pallentia philtra puellis,*
> *Philtra nocent animis, vímque furoris habent.*

Eusebius in Chronico Lucretium philtris dementatum esse ait. Aristot. in magn. moral. lib. 1. cap. 17. γυναῖκα φίλτρον τινὶ δοῦναι πιεῖν, εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ἀπὸ τοῦ φίλτρου, *dicunt mulierem cuidam philtrum dedisse qui ex eo mortuus sit.* Demosth. contra Aristogit. Athenienses morte mulctasse ait Temniam sagam, quod philtris amores conciliaret. leg. nemo aruspic. C. de malefic. qui philtris dementant, damnantur ad metallum. Lucianus in Philopseude amatorium sacrum describit in hæc verba; ὁ δὲ αὐξομένην τηρήσας τὴν σελήνην, τότε γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ τοιαῦτα τελεσιουργεῖται, βόθρον τε ὀρυξάμενος ἐν αἰθρίῳ τινὶ τῆς οἰκίας περὶ μέσας νύκτας ἀνεκάλεσεν ἡμῖν πρῶτον μὲν τὸν Ἀλεξικλέα τὸν πατέρα τοῦ Γλαυκίου πρὸ ἑπτὰ μηνῶν τεθνεῶτα. μετὰ δὲ τὴν Ἑκάτην ἀνήγαγεν, ἐπαγομένην τὸν Κέρβερον, καὶ τὴν σελήνην κατέσπασε πολύμορφόν τι θέαμα, καὶ ἄλλοτε ἀλλοῖόν τι φανταζόμενον, &c. τέλος δὲ ὁ Ὑπερβόρεος ἐκ πηλοῦ ἐρώτιόν τι ἀναπλάσας, ἄπιθι ἔφη, καὶ ἄγε Χρυσίδα, καὶ ὁ μὲν πηλὸς ἐξέπτατο, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη Χρυσίς. *Ille Luna augente, quod fieri solet in magicis, effossa scrobe sub dio in ædibus media de nocte euocauit primum Anaxiclem patrem Glauciæ, qui septem antè mensibus obierat. Postea exciuit Hecaten, &c. spectaculum multiforme, quod aliàs aliud apparet. Demum Hyperboreus è luto Cupidinem fingens, abito, inquit, & ad me vocato Chrysidem, & luteus ille Cupido auolauit, paulo pòst adfuit Chrysis feriens fores.* Marcus Antonius philtris ad amorem Cleopatræ illectus est, ait Plutarch. in Antonio, Ἀντώνιον οὐκ ὄντα τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν, ἀλλ' ὑπὸ φαρμάκων τινῶν ἢ γοητείας παραπαίοντα πρὸς ἐκείνην ἀεὶ, *Antonium non sui potentem, sed veneficiis & præstigiis quibusdam semper ad Cleopatram spectantem.* Irenæus lib. 1. cap. 9. Marcum hæreticum philtris vsum prodit; Gregor. Nazianzenus Iustinam à Cypriano Mago frustratentatam. Epiphanius lib. 1. cap. 2. in hæresi Ebionit. aliud de puella exemplum refert.

S. Gregorius lib. 1. Dial. cap. 4. de pseudomonacho, & iuuencula moniali. S. Basilius iuuenem in integrum restituit, qui se Dæmoni addixerat, vt puellæ amorem sibi conciliaret. Nicetas sub finem lib. 4. ὁ σκληρὸς ἐπιγάμου παρθένου ἤρα, καὶ ἐπείρα λαμπρῶς. παρορώμενος δὲ ὑπὸ τῆς κόρης, καὶ ἀδοξούμενος, στέλλει ταύτῃ διά τινος προαγωγοῦ γυναικὸς μῆλον περσικόν. *Sclerus amore puellæ nubilis captus erat, eámque manifestè sollicitabat. Cùm sperneretur à puella, per lenam mittit ad eam malum persicum, quo puella in sinum recepto, amore & libidine insaniens ab illo corrumpitur. quod puellæ affines indignati, puellæ aspectum ei subtraxerunt. Sclerus* διά τινων ἀρρήτων μαγγανειῶν, *præstigiis quibusdam illudebat hominum oculis.* S. Hieronymus ad cap. 3. Nahum, maleficia quædam vim habere ait, vt amemus, quæ odisse deberemus, & detestemur, quæ nos amare decuit. Idem lib. 3. in Epist. ad Ephesios, quosdam Dæmones ait amoribus & amatoriis canticis deseruire. Hesychius Miles. ἀστερίτην λίθον ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀνάπτεσθαι, ποιεῖν δὲ πρὸς φίλτρα. Plinius lib. 37. cap. 9. Zoroastrem miras laudes asteritis in magicis artibus cecinisse ait Synesius in epist. αὐτὴν ἀποφαίνω σοι πολλαῖς ἴυγξι γινομένην ἀγωγιμὴν, καὶ δεήσεταί σου καὶ ἀντιβολήσει. *Ostendam eam ad te hac multis illicibus adductum iri, & te precibus ac suppliciis ambiet.* Ea dicuntur χαριτήσια, *gratiam & amorem conciliantia*, quæ per paredros, & onitopompos Dæmonas fiebant. Irenæus lib. 1. cap. 24. Eusebius lib. 4. cap. 7. Historiæ Ecclesi. ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μόνον οὐχὶ σεμνυνόμενοι τῆς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπομποῖς τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι, καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις ἀγωγαῖς. *Magnificè de se sentientes ob ea quæ magicis artibus præstãt per philtra, Dæmonas oniropompos, qui somnia immitterent, & assessores, qui assectarentur, & vexarent eos qui ad amorem trahendi essent, & ob alias eius generis pelliciendi rationes.* Ita Iudæus Magus apud Epiphanium ad amorem per oniropompos, & paredros Dæmonas puellam Christianam pellicere frustra conatus est, cùm illa signo crucis se tueretur. Et in vita Basilij alia quædam puella per eosdem Dæmonas ad amorem iuuenis pertracta est. Idem frustra tentauit Cyprianus, vnde ex Mago factus est Christianus. Iu Ægyptum ibant ad Æsculapij vates, vt philtra acciperent. Hieronymus in Hilarione; Quidam amore puellæ captus Memphim pergit ad Magos. Post annum doctus ab Æsculapij vatibus redit. Iren. lib. 1. cap. 9. Marcus Magus & amatoria, & adlectantia efficit, vt & corporibus ipsarum contumeliam irroget. Paredros & oniropompos commemorat Iustinus Martyr Apolog. 2. νεκυομαντεῖαι, καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ, καὶ πάρεδροι, πειθέτωσαν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς. *Necyomantia, & integrorum puerorum visiones, & qui Magis dicuntur oniropompi, & paredri, persuadeant animæ immortalitatem.* In epist. Styliani Episcopi Neocæsareæ ad Stephanum Papam in octaua Synodo pag. 426. νικήτας κοιτωνίτης τὰ κατασκευασθέντα παρὰ τοῦ γόητος σανταβαρηνοῦ μαγικὰ ὕδατά τε καὶ βρώματα τῷ Βασιλεῖ Βασιλείῳ παραθεὶς, πεποίηκε φίλον αὐτῷ τὸν μεμισημένον Φώτιον. & Nicetas in vita Photij, ὁ σανταβαρηνὸς ἀνὴρ γόης, καὶ πανουργίᾳ διαφέρων φίλτροις, καὶ φαρμακείαις τὸν Βασιλέα καταγοητεύσας, τὴν πρὸς τὸν Φώτιον ἐκείνου δυσμένειαν εἰς εὔνοιαν τε μετέβαλε, καὶ οἰκείωσιν. Id est, *Nicetas cubicularius magicas deuinctiones à præcantatore Santabareno paratas, aquas scilicet, & cibos Basilio Imperatori apponens, Photium quem priùs oderat, ei conciliauit.* Item, *Santabarenus præstigiator veteratoriis artibus pollens, philtris & veneficiis Regem excantans, odium quo Photium prosequebatur, in amorem mutauit.* S. Chrysostomus homil. 24. in Epist. ad Rom pag. 271. πολλαὶ γὰρ ὧσι ἐπιχάριτες γίνεσθαι, καὶ ἐπῳδαὶς, καὶ σπονδὰς, καὶ φίλτρα, καὶ μυρία ἕτερα μηχανῶνται. Item, καὶ φαρμακείας λοιπὸν κινοῦνται οὐκ ἐπὶ τὴν νηδὺν πορνευομένην, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἠδικημένην γυναῖκα, καὶ δαιμόνων κλήσεις, καὶ νεκυομαντείας. *Multæ vt amentur, excantationes, libamenta, philtra, & alia pleraque machinantur.* Item, *veneficia mouentur non in vterum adulteratum, sed in fœminam iniuria affectam, & inuocationes Dæmonum, & necyomantiæ.* Fuere mulieres quæ ad amorem sibi conciliandum menstruum suum sanguinem cibo, vel potui viri admiscerent, viri semen suum bibendum fœminis propinarunt. Concil. Tolet. 1. can. 17. De illa fœmina quæ menstruum suum sanguinem immiscenit cibo, vel potui, & dedit viro suo vt comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, puniantur vt Magi, & arioli, quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, & qoi auguria attendunt, & diuinationes obseruant, decem annis pœniteant, si res magna est. Ex Synodo Agath. apud Iuonem lib. 8. Perquirendum est, si aliqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum immutare se posse dicat, vt de odio in amorem, vel de amore in odium conuertat, vt bona hominum aut damnet, aut subripiat; & si est, quæ se dicat cum Dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse. Ex

Concil.

A Concil. Regiaticino ſub Lothario anno Chriſti 850. Quia peſtiferas adhuc ſtirpes, & reliquias artis magicæ in tantum vigere ad nos perlatum eſt, vt quædam maleficæ illicitum amorem aliorum mentibus, aliis verò odiũ immittere dicantur; quædam etiam ita venenatæ ſunt, vt quoſdam peremiſſe multo populi rumore deferantur, in ipſo tantùm exitu reconcilientur. De Apuleio in Apolog. Pudentilla ſperata eius mulier vidua conquerebatur; *ἀπουλεῖος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ᾽ αὐτοῦ μεμάγευμαι. Apuleius Magus eſt, ipſa ſum ab eo incantata.* Plinius prodit, Catoni vitio datum quod cantharides in Cypro publicè vendiderit, quæ erant in ſupellectile Ptolemæi. Origenes lib. 7. in Celſ. *δηλοῦται δὲ τὰ περὶ τῶν δαίμονας καὶ ἐκ τῶν καλούντων δαίμονας ἐπὶ τοῖς ὀνομαζομένοις φίλτροις, ἢ μισήτροις, ἢ ἐπὶ κωλύσεσι πράξεων, ἅπερ ποιοῦσιν οἱ δι᾽ ἐπῳδῶν, καὶ μαγγανειῶν μεμαθηκότες καλεῖν, καὶ ἐπάγειν δαίμονας ἐφ᾽ ἃ βούλονται. Quæ de Dæmonibus dicuntur clara fiunt vel ex iis qui Dæmonas ad amorem, aut odium, aut actiones impediendas inuocant*, &c. In ſacris amatoriis ſimulata ſæpe pro veris accepiſſe ſuprà oſtendimus. Seruius

B ad hæc verba;

Sanguine placaſtis ventos, &c. ——

Cùm de animalibus, inquit, quæ difficilè inueniuntur, ſacrificandum eſt, de pane, vel cera fiunt; hinc illud,

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Sic & in templo Iſidis ſparſa aqua de Nilo eſſe dicebatur. Inde etiam apud Feſtum ceruaria ouis, quæ pro cerua immolabatur. Inde tauros, verbenáſque in commentario ſacrorum ficta farinacea. Apud Pauſaniam in ſacro Herculis, cùm aries non eſſet, pomo feſtucas ſuppoſuere pro pedibus arietis, duas ad latus pomi feſtucas infixere pro cornibus, & ſimulatione ſacris ſolita, Hercules, inquiunt, Promache mactus hoc pomo ariete eſto. De S.

C Cypriano, quod ſuprà poſuimus, Photius in Bibliotheca pag. 215. ſcribit, iuuenem quendam amore Iuſtinæ virginis captum *προσεληλυθέναι κυπριανῷ μάγον τέχνην ἠσκηκότι, ὃς πάσας μεθόδους μαγικῆς τέχνης κινήσας, τούς τε βιαιοτάτους, καὶ χαλεπωτάτους τῶν δαιμόνων ἐπὶ τὴν παρθένον νενικημένους τῷ σταυροῦ τῷ τύπῳ ἀναμαθὼν τὰς μαγικὰς ἁπάσας βίβλους κατέκαυσε*, &c. *veniſſe ad Cyprianum magicas artes factitantem, qui cùm vias omnes magicæ artis mouiſſet, & maximè violentos ac difficiles Dæmonas qui miſſi erant aduerſus virginem, ſigno Crucis ſuperatos didiciſſet, omnes libros magicos vſſit, & Chriſtianus factus eſt.* Idem pag. 254. Panem ſcribit piſcem eſſe *κητώδη, belluoſum*, ſimilem Pani ſyluarum Deo, in quo aſterites lapis reperitur, *ὃς ποιεῖ καὶ πρὸς φίλτρον, qui facit ad amoris conciliationem*, vt ſuprà oſtendimus. Libet hic attexere narrationem rei quæ non ita pridem in Italia contigit In Hetruriæ oppido Samgeminianenſi iuuenis adeò perditè veneficam amabat, vt vxore, quæ liberali forma, & honeſtis natalibus erat, liberíſque derelictis, eum ma-

D lefica vitam traduceret. Vxor de maleficio monita in ædes veneficæ conceſſit, & perquiſito clàm maleficio, bufonem olla incluſum conſutis oculis ſub lecto inuenit, quo aſportato, & ſolutis eius oculis, poſtea igne cremato, confeſtim vir ſuorum recordatus, tanquam è graui ac diuturno ſomno euigilans, ad vxorem, & liberos reuerſus eſt. Alibi reperta ſunt ſub limine, vel in angulis capita ſerpentium, & pelles, quibus venenariæ ad odium conciliandum vtuntur. Ad amorem menſtruum ſanguinem propinare ſuprà oſtendimus. Comes quidam Argentinenſis cùm vxorem duxiſſet, magicis deuinctionibus obſtrictus tres totos annos vxoris conſuetudine vti non potuit. Admonitus maleficij, repetit ollam in puteo in qua veneficia ſeruabantur. Brixiæ nuper cùm iuuenis vxorem duceret, puella cui antea fidem coniugij dederat, malum ſponſæ omnibus audientibus ominata eſt. Poſt paulo iuueni membra cuncta ita collapſa ſunt, vt ea commouere non poſſet, quo morbo con-

E tabuit. Iuuenis alius cùm maleficæ noctem negaſſet, illa doloris impatiens non impunè laturum comminata eſt. Sequenti die morbo lethali correptus, & exitio datus eſt.

CAP. XVII.

De Magorum effectis portentoſis.

MAGNAM in magicis iſtis næniis vim eſſe veteres putarunt, vt nihil tam arduum eſſet, quod à Magis non præſtaretur. Petron.

Quicquid in orbe vides, paret mihi, florida tellus
Cum volo ſiccatis areſcit languida ſuccis,
Cùm volo fundit opes, ſcopuliſque, atque arida ſaxa

Niliacas iaculantur aquas, mihi pontus inertes
Summittit fluctus, Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes, mihi flumina parent,
Hircanaeque tigres, & iussi stare leones.
Quid leuiora loquor? Luna descendit imago
Carminibus deducta meis, trepidúsque furentes
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe,
Tantum dicta valent. Taurorum flamma quiescit
Virgineis exstincta sacris, Phœbeaque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.
Proteus esse solet quicquid lubet. His ego callens
Artibus Idæos frutices in gurgite sistam,
Et rursum fluuios in summo vertice ponam.

A B

Dionys. Halicar. lib. 2. p. 128. Ad preces Æmiliæ Vestalis cùm iniecisset carbasinæ stolæ, qua erat induta, laciniam in aram, è frigido cinere, ac ne scintillam quidem retinente, multa per carbasum emicuit flamma. Tuccia falso probri suspecta vt innocentiam probatet, cribro aquam è Tiberi circumtulit. Quod vtrumque an magicis artibus tribuendum sit, alij quærant. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?
Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
Cantus & iratæ detinet anguis iter.
Cantus & è curru Lunam deducere tentat,
Et faceret si non æra repulsa sonent.

C

Anus apud Senecam in Hercule Octæo,

Turbidum explicui mare,
Et sicca tellus fontibus patuit nouis,
Habuere motum saxa, discussi fores,
Vmbræ stetistis, & mea iussi prece
Manes loquuntur, sonuit infernus canis.
Mare, terra, cælum, & Tartarus seruit mihi.
Nox media Solem vidit, & noctem dies.

Claudian lib. 1. in Ruffin.

D

Ire vagas quercus, & fulmina stare coëgi,
Versáque non prono curuaui flumina lapsu.

Ouidius in epist. Hypsip.

Illa refrenat aquas, obliquáque flumina sistit.

Lucan. lib. 6.

——ventis cessantibus æquor
Intumuit, rursus vetitum transire procellas,
Conticuit turbante Noto.——

Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 6.

Carmine læsa Ceres tenues vanescit in herbas,
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantatáque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

E

Ouid. in Hypsi.

Illa etiam syluas, viuáque saxa mouet.

lib. 14. Metamorph.

Exsiluere loco, dictu mirabile, sylua,
Ingemuítque solum, vicináque palluit arbor,
Sparsáque sanguineis rubuerunt pabula guttis,
Et lapides visi mugitus edere raucos.

Apul. Milef. 1. Parce in fœminam diuinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain tandem, inquam potens illa, & regina caupona quid mulieris est? Saga, inquit, & diuinipotens, cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, ma-

nes

A nes ſublunare, Deos infirmare, ſydera extinguere, tartarum ipſum illuminare. Lucan. lib. 6.

—— ſubmiſſo vertice montes
Explicuere ſolum ——

Tibul.

Cùm libet hæc triſti depellit nubila cœlo,
Cùm libet æſtiuo prouocat orbe niues.

Ouid. lib. 1. Amor.

Cùm voluit toto glomerantur nubila cœlo,
Cùm voluit puro fulget ab orbe dies.

Lucian. in Philopſeu μάγον διὰ τοῦ ἀέρος φερόμενον ἡμέρας οὔσης, καὶ ἐπ' ὕδατος βαδίζοντα, καὶ διὰ πυρὸς διεξιόντα, καὶ σχολῇ καὶ βάδην. *Magum per aerem volantem media die, & in aqua ambulantem, &* B *per ignem lentè, & pedetentim tranſeuntem.* Lucan. lib. 6. de Ericthone,

Viuentes animas, & adhuc ſua membra regentes,
Infodit buſto. fatis debentibus annos
Mors inuita ſubit, peruerſa funera pompa
Rettulit à tumulis, fugère cadauera lethum.

Apuleius Mileſ. 3. Item ſcies dominæ meæ miranda ſecreta, quibus obaudiunt manes, turbantur ſydera, coguntur numina, ſeruiunt elementa. Tunc decantatis ſpirantibus fibris, &c. illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cum multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpiabili magicæ diſciplinæ poteſtate, & cæca numinum coactorum violentia, illa corpora quorum fumabant ſtridentes capilli, C ſpiritum mutuantur humanum, & ſentiunt, & audiunt, & ambulant, Auctor Argon. ἀεθλων,

Τὴν δ' ἑκάτη περίαλλα θεὰ δάε τεχνήσασθαι
Φάρμαχ' ὅσ' ἤπειρός τε φύει, καὶ νήχυτον ὕδωρ,
Τοῖσι καὶ ἀκαμάτοιο πυρὸς μείλισσεν ἀυτμήν,
Καὶ ποταμοὺς ἵστησιν ἄφαρ κελάδεινα ῥέοντας.

Hanc Hecate ſupra alias Dea docuit medicamenta componere, quæ terra, & mare parturit, quibus & impetum maris indefeſſi mitiget, & fluuios rapidè fluentes ſiſtat. Seneca in Herc. Oetæo,

Artibus magicis ferè
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant,
Vernare iuſſi frigore in medio nemus,
Miſſumque fulmen ſtare, concuſſi fretum
Ceſſante vento.

D Tradunt Heraclidem fœminam ſuſcitaſſe quæ ſeptem dies exanimis iacuerat. Plinius lib. 7. Huc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis, ſeptem diebus fœminæ exanimis ad vitam reuocatæ. Diogenes Laërtius lib. 1. prodit Heraclidem librum ſcripſiſſe περὶ τῆς ἄπνου. Galenus lib. 6. περὶ πεπονθότων τόπων. λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἑνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα. *Dicitur ſine pulſu, & ſpiritu illa mulier fuiſſe, vna re tantùm à mortuis differens quod paulum calidi in pectore reſideret.* Sed quì potuit ſeptem dies tenui illo calore foueri, & viuere, cùm neque cibi aliquid, neque potionis ſumpſerit? An apoplexiam fuiſſe dixeris? an Heraclides magicis artibus eam ab inferis excitauit? quod Magos poſſe Lucanus ſuprà oſtendit his verbis,

—— peruerſa funera pompa
Rettulit à tumulis, fugère cadauera lethum.

E Ouidius lib. 14. Metamorph. de Carmente Pici vxore,

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi,
Vnde canens dicta eſt ſyluas, & ſaxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, volucréſque feras retinere ſolebat;

Idem de Circe,

Illa nocens ſpargit virus, ſuccóſque veneni,
Exſiluere loco, dictu mirabile, ſyluæ.

Idem in Hypſipyle,

Illa reluctantem curſu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.

Nemeſian. ecl. 4.

Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor. A

Claudian. lib. 1. in Ruffin.

——Noui quo Thessala cantu
Eripiat Lunare iubar, quid signa sagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte Diis, nec me latuere fluentes
Arboribus succi, funestarúmque potestas
Herbarum, quicquid lethali germine pollens
Caucasus, & Scythia vernant in gramina rupes,
Quásque legit Medea ferox, & callida Circe.

Sabell. lib. 3. Ennead. 2. Baianus Bulgariæ Rex, quoties vellet, lupi, aut alterius animantis formam induebat, séque hominum oculis derepentè subducebat. Ollerus osse incantato quasi nauigio vastissima maria transmittebat, vt Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. Erricus Rex Gotthorum quocunque verteret pileum, inde ventum secundum eliciebat, aiunt Saxo lib. 3. Danic. Histor. Ioannes Magn. lib. 17. Histor. Gotth. Apud Suid. ἰουλιανὸς χαλδαῖος ἐπὶ μάρκου ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως, δίψῃ ποτὲ καμνόντων τῶν ῥωμαίων ἐξαίφνης ἐποίησε νέφη τε ἀγειρθῆναι ζοφώδη, καὶ ὄμβρον ἀφεῖναι λάβρον, ἅμα βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις. *Iulianus Chaldæus sub Marco Antonino Principe, Romanis siti laborantibus subitò nubes tenebricosas coëgit, & imbrem vehementem eliciuit, cum tonitru, & fulguribus.* Claudianus in Ruffin. lib. 1. B

Sæpius horrendos manes, sacrísque citaui
Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi
Carminibus victura meis, multósque canendo, C
Quamuis Parcarum restarent fila, peremi,
Ire vagas quercus, & flumina stare coëgi,
Versáque non prono curuaui flumina lapsu
In fontes reditura suos. Neu vana locutum
Me fortasse putes, mutatos cerne penates.
Dixerat, & niuea, mirum, cœpere columnæ
Ditari, subitóque trabes lucere metallo.

Seneca in Hercule Octæo,

Mare, terra, cælum, Tartarus seruit mihi,
Nox media Solem vidit, & noctem dies, D
Nihílque leges ad meos cantus tenet.

Eunapius lib. de vita Philosoph. scribit, Sopatrum Philosophum affectum vltimo supplicio, quod accusaretur carmine magico ventos vinxisse, ne annona Byzantium inueheretur. Herodot. lib. 3. ventos à Magis sedatos scribit ætate Xerxis. Plin. lib. 28. cap. 2. S. August. lib. 8. de Ciuit. cap. 19. leg. multi. C. de malef. asserunt, Magos ope Dæmonum ventos, pluuias, procellas excitare posse. Philostr. in vita Apollon. pag. 118. scribit, apud Indos Philosophos duo dolia esse, quorum alterum pluuias, alterum serenum dispẽset. Diodorus Sicul. τελχῖνες γόητες παρῆγον ὅποι βούλοιντο τὰ νέφη, καὶ ὄμβρους, καὶ χαλάζας, ἀλλάττειν τὰς ἰδίας μορφάς. *Telchines Magi nubes, imbres, & grandines quò vellent traducebant, & proprias formas arbitratu suo mutabant.* Eusebius in Hieroclem, omnia quæ ab Apollonio patrata sunt, Dæmonum ope patrata ostendit, αὐτὸ ἦν τὸ παῦσαι τὸν λοιμὸν ὁποῖον εἴληχε τὸ δρᾶμα, ὅτι φάσμα, καὶ οὐδὲν πλέον ἦν πεδεδηλωκ), &c. *Satis ostensum puto quo in actu fabula reponenda sit compressa ab illo pestis Ephesiorum, cùm nihil aliud quàm Dæmonis præstigium sit. Sed enim cur Achillis vmbra relictis beatorum insulis ad proprium tumulum diuersari maluerit non intelligo, nisi verè & hæc impuri Dæmonis vmbra censenda sit. Item Dæmon fuit, qui ab incontinente adolescente depulsus est. Dæmon fuit Lamia illa Empusa quæ Menippum insano amore torquebat, qui potentiori Dæmoni concessit. Eodem pacto adolescentem rabidi canis morsu mente alienatum curauit, eandémque ipsum Dæmone malo infessum.* Ætate Iustiniani canis Constantinopolim adductus est, narrante Zonara, qui cùm multi suos annulos temerè confudissent, suum cuique reddebat: pauperes, diuites, maritos, meretrices certò indicabat, & vestem apprehendebat. Dæmon fuit. Apul. Milef. 1. Eadem amatoris sui vxorem, quod in eam dicaculè probrum dixerat, iam in sarcina prægnationis, obsepto vtero, & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnauit, & vt cuncti numerant, octo annorum onere misella illa velut elephantum paritura distenditur. Ita & Pausanias venefi- E

cas

A cas à Iunone immiſſas ait, vt parturienti Alcmenæ impedimento eſſent, quæ deceptæ fuerunt ab Hiſtoride filia Tireſiæ. Narrationem dabo tibi iucundam ex Georgio Monacho. Simon Magus ob fores ſuas canem ianitorem appoſuerat, à quo in ipſo aditu multi lacerati. S. Petrus cùm domum Magi ſubire vellet, imperat cani vt Simoni aduentum ſuum nuntiet. Paret ille, & humana voce nuntiat. Simonis iuſſu canis Petrum monet, vt ædes ſubeat. Deinde B. Petrus taurum quem Simon inſuſurrando interemerat, in pedes reſtituit. Apollonius Thyaneus cùm Roma Byzantium veniſſet, ἐφυγάδευσε τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων, καὶ σκορπίων ἀπὸ τῆς πόλεως, *ex vrbe innumeros angues, & ſcorpios fugauit.* Cùm Antiocheni à culicibus & ſcorpiis infeſtarentur, ποιήσας χαλκοῦν σκόρπιον ἡλώσας αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μικρὸν ἐπιθήσας ἐπάνω κίονα, προσέταξε καλάμους βαστάζειν τὸν λαόν, καὶ περιερχομένους ἐν τῇ πόλει κράζειν σὺν καλάμους ἐπισείοντας, ἀκώνωπα τῇ πόλει, *fecit Apollonius ſcorpium ex ære, quem cùm clauis in terram defixiſ-*
B *ſet, & columellam impoſuiſſet, iuſſit populum portare calamos, & circumeuntes in vrbe commouentes calamos clamare, quies à culicibus huic vrbi.* Pauſanias in Arcadicis, Ariſtæus docuit incolas Cycladum certis ritibus eteſias æſtiuo tempore elicere. Magos pluuias elicere, tempeſtates ciere, docet Xiphilin. in Marco Antonino. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, ἀρνοῦφίν τινα μάγον αἰγύπτιον συνόντα τῷ μάρκῳ, ἄλλους τε τινὰς δαίμονας, καὶ τὸν ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι᾽ αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. *Etenim fama eſt Arnuphim Magum Aegyptium Marco contubernalem, & alios Dæmonas, & Mercurium aërium quàm maximè quibuſdam præſtigiis euocaſſe, & eorum ope imbrem elicuiſſe.* Dardanus Magus alienos tritici aceruos in ſua horrea magicis artibus traducebat, vnde Dardanarios dictos volunt. Paſes apud Suidam epulas inſtruit quæ oculos, non ventrem paſcunt. πάντων ἀνθρώπων ἐν μαγείᾳ διενεγκὼν, ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι, καὶ διακονουμένους τινάς. εἶχε δὲ καὶ ἡμιωβόλιον ἐκ μνᾶς αὐτῷ πεποιημένον, ὃ διαδιδόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῖς πιπράσκουσι παρ᾽ ὧν ἤθελεν ὠνήσασθαι εἰ ἠβούλετο, πάλιν παρ᾽ αὐτῷ ηὑρίσκετο. *Om-*
C *nes magicis artibus ſuperabat, vt cantaminibus ſuis cœnas dapſiles oculis exhiberet, & famulos miniſtrantes. habuit & ſemiobolum, quem è mina fecerat, qui datus venditoribus, à quibus aliquid emeret, rurſus apud eum reperiebatur.* Plinius lib. 28. cap. 2. Veſtales ſuis creditæ precationibus mancipia fugitiua nondum vrbe egreſſa ſiſtere Suidas ſcribit, Epheſium quendam, qui Epheſias literas talo illigarat, triginta palæſtritas viciſſe, literis ademptis ſuccubuiſſe. ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι, ἃς καὶ κροῖσον ἐπὶ τῆς πυρᾶς εἰπεῖν, καὶ ἐν ὀλυμπίᾳ μιλησίου, καὶ ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ ἐφέσια γράμματα, φανεροῦ δὲ γενομένου, καὶ λυθέντων αὐτῷ τριάκοντα, τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν ἐφέσιον. *Epheſiæ literæ incantationes quædã difficiles, quas Crœſum in pyra dixiſſe ferũt, & ludis Olympicis cùm Mileſius, & Epheſius luctarẽtur, & Mileſius luctari non poſſet, quia Epheſius litteras Epheſias talo illigatas haberet, cùm res innotuiſ-*
D *ſet, victorẽ à quo triginta victi fuerant, detractis literis ſuccubuiſſe.* Heſychius literas Epheſias fuiſſe ait, ἄσκι, κατάσκι, λὶξ, τετρὰξ, δαμναμενεὺς, αἴσιον, δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἄσκι σκότος, τὸ δὲ κατάσκι φῶς, τὸ δὲ λὶξ αὐτὸς, δαμναμενεὺς δὲ ἥλιος, αἴσιον δὲ ἀληθές. Clemens Alexandrinus eas literas paulo aliter recitat. Diogenianus, ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἅσπερ οἱ φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντί. *Epheſiæ literæ incantationes quædam erant, quas recitantes victores in omnibus erant.* Zonaras in Conſtantino Magno, ζαμβρῆς παρὰ ἰουδαίοις ἀνὴρ γόης βοῦν ἐνεχθῆναι ἠξίου, διὰ τούτου λέγων μέλλειν ἐνδείξασθαι τὴν δύναμιν τοῦ οἰκείου θεοῦ. προσηνέχθη ὁ βοῦς, πεπλησίακεν αὐτῷ, ὑποψιθυρίσας τι εἰς τὸ οὖς, κακωθεὶς μέγα τι, καὶ γοερὸν μυκησάμενος, καὶ τρόμῳ συνδινηθεὶς καταπέπτωκε, καὶ νενέκρωται. εἰ οὖν τὸν παρ᾽ ἐμοῦ συνεκρωθέντα ταῦρον, ὁ σίλβεστρος εἶπε, ζωώσω αὐτὸς τῇ τοῦ χριστοῦ ἐπικλήσει, οὐκ ἄν τι μεῖζον δόξω ποιεῖν, καὶ μεγάλην ἀποδείξω τὴν δύναμιν τοῦ χριστοῦ; &c. *Zambres ſpectante Conſtantino Magus bouem produci iubet, oſtenſurum ſe dicens in eo Dei quem colit virtutem. Productus eſt bos, cui cùm aliquid in aurem in-*
E *ſuſurraſſet, ille triſte mugiens, & tremore rotatus concidit mortuus. Tum Syluester; ſi taurum à te interemptum inuocato Chriſti nomine ſuſcitaro, annon maius aliquid præſtitero, & magnam Chriſti virtutem probauero? Iudæus Imperatoris ſalutem iurauit, ſi taurum ſuſcitaret, crediturum ſe in Chriſtum. Syluester intentis in cælum oculis Dominum inuocans, ſtánſque proximè taurum contenta voce dixit: Si Chriſtus quem annuntio, verus Deus eſt, excitare taure, & ſta in pedes. Exſiliit ſtatim taurus in pedes & reuixit.*
Apollonius lib. 3. Argon.

> Ἡ δὲ τέως γλαφυρῆς ἐξείλετο φωριαμοῖο
> φάρμακον, ὅρρά τε φασὶ προμήθειον καλέεσθαι.

Illa tunc ex arca pulcra prompſit pharmacum Prometheum, quo inunctus ferro inuiolabilis eſt, & igni.

> Πρωτοφυὲς τόγ᾽ ἀνέσχε καταστάζοντος ἔραζε
> Αἰετοῦ ὠμηστέω κνήμοις ἐνὶ καυκασίοισι,
> Αἱματόεντ᾽ ἰχῶρα προμηθῆος μογεροῖο.

Terra

Terra illud primò natum extulit crudeli aquila in humum stillante in valle Caucasea, ichorem, & tabum sanguineum miseri Promethei, cuius flos ad instar cubiti desuper colore croceo similis caule gemino procerus, ipsáque in terra carni recèns incisæ similis erat radix, &c. Celsus apud Origenem lib. 6. mirificè extollit lustrationes, carmina solutoria, voces auertuncatrices, sonitus, figuras diuinas rerum sensilium, numerorum, lapidum, plantarum, radicum, & omnis generis amuleta, τί με δεῖ καταλέγειν ὅσοι καθαρμοὺς ἐδίδαξαν, ἢ λυτηρίους ᾠδάς, ἢ ἀποπομπαίους φωνάς, ἢ κτύπους, ἢ δαιμονίους σχηματισμοὺς αἰσθητῶν, ἢ ἀριθμῶν, ἢ λίθων, ἢ φυτῶν, ἢ ῥιζῶν, καὶ ὅλως παντοδαπῶν χρημάτων παντοῖα ἀλεξιφάρμακα; Quemadmodum autem Apollonius magicis artibus culices Byzantio exegit, ita & Eleatæ muscas ludis Olympicis. Antiphanes,

> Ἀεὶ δ᾽ ὥσπερ ὀλυμπιάσι φασὶ τὰς μυίας ποιεῖν,
> Βοῦν τις ἄκλητις προκαταπνίγειν πανταχοῦ.

Semper autem quod Olympiis faciunt muscis, bouem conuiuis inuocatis vbique antè prosecare. Plinius lib. 19. c. 6. Nullum animal minus docile existimatur, minorísve intellectus. Eo mirabilius est Olympiæ sacro certamine nubes earum immolato tauro quem myiodem vocant extra territorium id abire. Elei morem tenent ab Hercule institutum, qui Iouem ἀπόμυιον colere instituit, ἐλαύνοντα τ᾽ ἠλείας ὀλυμπίας τὰς μυίας, *exigentem Olympia muscas*, vt scribit Pausanias in Eliacis Alius fuit Iupiter myiagrus apud Plin l. 10. c. 28. Valer. Flac. lib. 6. Argon. de Medea.

> ——*nocturnis qua nulla potentior aris.*
> *Illius ad fremitus, sparsósque per auia succos*
> *Sydera fixa pauent, ipsa & stupet orbita Solis,*
> *Mutat agros, fluuiúmque vias, suus alligat igni*
> *Cuncta sopor.*——
> *Non aliam tauris videt, & nascentibus armis*
> *Quippe parem, neque quæ medio stet in agmine flamma*
> *Nullum mente nefas, nullos horrescere visus.*

Apul. Manil. lib. 1.

> ——*Acheronta mouere,*
> *In noctémque dies, in lucem vertere noctes*

Ouid. eleg. 6. lib. 3. Trist.

> *Carmine læsa Ceres steriles vanescit in herbas,*
> *Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.*
> *Ilicibus glandes, cantatáque vitibus vua*
> *Decidit, & nullo poma mouente fluunt.*

Lucan. lib. 6.

> *Mens hausti nulla sanie polluta veneni*
> *Excantata perit, quos non concordia misti*
> *Alligat vlla thori, blandæque potentia formæ,*
> *Traxerunt torti magica vertigine fili.*
> *Torpuit & præceps audito carmine mundus,*
> *Axibus & rapidis impulsos Iuppiter vrgens*
> *Miratur non ire polos, nunc omnia complent*
> *Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,*
> *Et tonat ignaro cælum Ioue, vocibus iisdem*
> *Humentes latè nebulas, nimbósque solutis*
> *Excussere comis, ventis cessantibus æquor*
> *Intumuit.*——

Vide versu 470. & deinceps.

CAP. XVIII.

De ranis, strigibus, ossibus.

MAGI res diras, & obscœnas prophanis suis sacris adhibent, ranas rubetas, striges, ossa, & alia huiusmodi, de quibus Horat. od. 5. epod.

> *Iubet sepulcris caprificos erutas,*
> *Iubet cupressus funebres,*

Et

A *Et vncta turpis oua ranæ sanguine,*
Plumámque nocturnæ strigis,
Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis,
Flammis aduri Colchicis.

Ranæ nocentissimæ, quæ palustrem vitam terra commutarunt, & in vepribus rubísque agunt, vnde & rubetæ dictæ, Græci φρῦνος vocant, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Plin. lib. 32. cap. 5. amorem concitare ait. Iuuenal. satyr. 1.

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet sitiente rubetam.

Virgil.

Inuentúsque cauis bufo. Rubetam intelligit.

B Iuuen. satyr. 6.

Hippomanes, carnémque loquar, coctúmque venenum,
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ.

Satyr. 3.

—— Ranarum viscera nunquam
Inspexi. ——

Propert. lib. 3. eleg. 3.

—— turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et strigis inuenta per saxa iacentia plumæ.

De strigibus idem lib. 4.

C *Consuluítque striges nostro de sanguine, & in me*
Hippomanes fœta femina legit equæ.

Ouid. lib. 7. Metamorph.

Et strigis infames ipsis cum carnibus alas.

Lucan. lib. 1.

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.

Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.

Hanc ego nocturnas viuam volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anilo tegi.
—— oculis quoque pupula duplex
Fulminat, & geminum lumen ab orbe venit.

Græci ὄρνιν ἀνώνυμον, νυκτιφοῖτιν, νυκτιβόαν, νυκτικόρακα vocant. Ouid. lib. 6. Fastor.

D *Est illis strigibus nomen; sed nominis huius*
Caussa, quod horrenda stridere nocte solent.

Græcis στρὶγξ dicitur, κερχνὶς, & κέρχνης Aristophani, à κέρχω, & κερχάω, *strepo, strido.* Plin. lib. 11 cap. 39. quæ propriè sit hæc auis, constare negat. Isidor. Hæc auis vulgò Amma dicitur, ab amando paruulos; vnde & lac præbere dicitur nascentibus. Ouidius.

—— Striges seu carmine fiunt,
Næniáue in volucres Marsa figurat anus.

Ea auis in maledictis & execrationibus fuit, & vt Plinius ait, striges in diris & imprecationibus habentur. Græci eas his verbis depellebant.

Στρίγγ᾽ ἀποπέμπειν, νυκτιβόαν τὰν στρίγγ᾽ ἀπὸ λαῶ,
ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἐλαύνειν.

E *Strigem auerte, nocte clamantem, auem inauspicatam agitato ad naues citas.* Seneca in Medea,

Mortifera carpsit gramina, ac serpentium
Saniem exprimit, miscétque & obscœnas aues,
Mæstíque cor bubonis, & raucæ strigis
Exsecta viua viscera.
Addit venenis verba non istis minus
Metuenda, sonuit ecce vesano gradu,
Canitque, mundus vocibus primis tremit.

Statius lib. 3. Thebaid.

Monstra volant, diræ strident in nube volucres,
Nocturnaque gemunt striges, & feralia bubo
Damna canens. ——

Strigem

Strigem quidam caprimulgum esse volunt, αἰγοθήλαν, pedibus in altum versis volantem. A Q. Serenus.

Præterea si fortè premit strix atra puellos
Virosa immulgens exertis vbera labris.

Describuntur ab Ouidio lib. 6. Fast.

Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinis,
Canicies pennis, vnguibus hamus inest.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.

De ossibus Tibul. lib. 1. eleg. 2. B

Hæc cantu finditque solum, manésque sepulcris
Elicit, & tepido deuorat ossa rogo.

Ouidius,

Raptáque de tepidis colligit ossa rogis.

Propertius,

Et lecta exsectis anguibus ossa trahunt.

Lucanus,

—— Ardentiaque ossa
E mediis rapit illa rogis. ——
—— Morsúsque luporum
Exspectat siccis raptura è faucibus artus. C

Apud Apul. extorta ferarum dentibus caluaria philtro apta est. Sueton. Prandente Vespasiano canis extrarius è triuio manum humanam intulit, mensæque subiecit, Imperij augurio.

CAP. XIX.

De vnguibus, capillis, membris hominum, & sepulcris.

VSÆ sunt & saganæ vnguibus, capillis, membris hominum, & aliis huiusmodi ad veneficia, maximè ad amorem. Apuleius Milesf. 2. Sed oppidò formido cæcas, & ineuitabiles latebras magicæ disciplinæ. Nam ne mortuorum quidem sepulcra tuta dicuntur. Sed è bustis, & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur, & cantatrices anculæ in ipso momento choragij funeris perpeti celeritate alienam sepulturam anteuortunt. Plin. lib. 28. Magi resegmina ex pedibus, manibúsque cera permixta tertianæ febri mederi dicunt. Idem iubet resegmina vnguium ad cauos formicarum abiici, eámque, quæ prima cœpit trahere, correptam subnecti collo, & ita febrem discuti. Idem ait, Magos omnia esse persecutos vsque ad resegmina vnguium. Lucan. lib. 6. D

—— Desæuit in artus,
Immersítque manus oculis, gaudétque gelatos
Effodisse orbes, & sicca pallida rodit
Excrementa manus. (id est, vngues.) E

Plaut. in Aulular.

Quando illi pridem tonsor vngues dempserat,
Collegit, omnia abstulit præsegmina.

Attemon ait, caluaria interfecti aquam fontanam si quis propinet, comitialibus morbis mederi. Quidam ex caluaria suspendiosi hominis cataporia fecerunt contra canis rabidi morsus leg. 8. C. de repud. Mulier à viro diuertere potest, quem veneficum, aut sepulcrorum dissolutorem inuenerit. Ouid. in Hypsipile de Medea,

Per tumulos errat sparsis discincta capillis,
Raptáque de tepidis colligit ossa rogis.

Sagæ enim frequentes erant ad sepulcra propter sorodæmonas, & manium laruas, & Hecaten. Imò vt ossa, & aliquas partes cadauerum exscinderent, quibus ad magicas præstigias

A præſtigias abutebantur. Theocrit.

Ἐρχομένας νεκύων ἀνὰ τ' ἠρία, καὶ μέλαν αἷμα.

Quæ veniunt per mortuorum ſepulcra, & nigrum ſanguinem. Ammian. lib. 19. Nam ſi quis remedia quartanæ, vel doloris alterius collo geſtaret, ſiue per monumentum tranſiſſe veſpere maleuolorum argueretur indiciis, vt veneficus, ſepulcrorúmque terrores, & errantium ibidem animarum ludibria colligens, reus. Apuleius Mileſ. 3. Ac me capillos eius qui iam cæde cultrorum deſecti humi iacebant, clanculò præcepit ferre. Hic nares & digiti, illic carnoſi claui pendentium, alibi trucidatorum ſeruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. Ideo mortuorum cadauera cuſtodiebantur, ne à Magis truncarentur, apud Apuleium Mileſ. 2. Petronius, poſitúmque in hypogæo corpus Græco more cuſtodire. Papinianus in Pandectis; Titio centum relicta ſunt ita, vt à monumento meo non recedat.

B Heſychius, *τυμβάδας ἔλεγον τὰς φαρμακίδας, ἀπὸ τοῦ περὶ τοὺς τύμβους διατρίβειν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀκρωτηριάζειν, veneficas dicebant ſepulcrales, quia circa ſepulcra verſarentur, & ſumma corporis mortui detruncarent.* Porphyr. lib. περὶ ἀποχῆς. αἱ τῶν ἀτάφων ψυχαὶ παραμένουσι τοῖς σώμασι, αἷς οἱ γόητες καταχρῶνται πρὸς αὐτῶν ὑπηρεσίαν, βιαζόμενοι τῇ τοῦ σώματος, ἢ μέρους τοῦ σώματος κατοχῇ. *Animæ inſepultorum non abſcedunt à corporibus, quibus Magi abutuntur ad ſuum miniſterium, vim illis detento corpore, aut corporis parte afferentes.* Lucan. lib. 6.

Illi namque nefas vrbis ſubmittere tecto,
Aut Laribus ferale caput, deſertáque buſta
Incolit, & tumulos expulſis obtinet vmbris.
—— laqueum, nodóſque recentes
Ore ſuo rupit, pendentia corpora carpſit,
C *Abraſitque cruces. ——*

Horat. epod. 17.

Nec in ſepulcris pauperum prudens anus,
Nouendiales diſſipare pulueres,
Vt Exquilini Pontifex venefici.

Apul. Mileſ. 2. Ignoras Theſſaliæ te conſiſtere, vbi ſagæ mulieres ora mortuorum paſſim demorſicant, eáque ſunt illis artis magicæ ſupplementa. Deterrimæ verſipelles in quoduis animal ore conuerſo latenter obrepunt. Nam & aues, & rurſum canes, & mures, imò etiam muſcas induunt, tunc diris cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt. Ideo Magi ad ſepulcra frequentes erant, quod vetus opinio fuerit, manes, vmbras, animas defunctorum à ſepulcris
D non abſcedere, amore, & conſuetudine corporum deuinctas. Macrob lib. 1. in ſomn. Scipionis. Hinc anima, quam in ſe pronam corporis vſus effecit, atque in pecudem quodam modo reformauit ex homine, & abſolutionem corporis perhorreſcit, & cùm neceſſe eſt, non niſi cum gemitu fugit indignata ſub vmbras. Sed nec poſt mortem facilè corpus relinquit, ſed ſuum oberrat cadauer. Ouid. lib. 1. Faſtor.

Vix equidem credo, buſtis exiſſe feruntur,
Et tacitas queſti tempore noctis aui.

Inde animam ſepulcro condere dicebant. Ouid. lib. 5. Faſt.

Romulus & tumulo fraternas condidit vmbras.

Virgilius,

—— animámque ſepulcro
Condimus. ——

E Imperat. Theodoſ. & Valentin. in lib. legum nouel. tit. 5. Dicunt animas amare ſedem corporum relictorum, & neſcio qua ſorte rationis occultæ ſepulcri honore lætari. Iamblichus lib. de Ægypt. myſter. ſegmento cap. 32. ſcribit, ſubdolum quoddam genus Dæmonum ſimulare animas defunctorum, Deos & Genios, cùm ſint cacodæmones. Philoſtratus lib. 3. Apollon. prodit, Dæmonem qui puerum inſedetat, dixiſſe, animam ſe eſſe hominis in bello mortui. S. Chryſoſt. homil. 29. in Matth. τί δή ποτε δὲ καὶ τοῖς τάφοις ἐμφιλοχωροῦσι; ὀλέθριον δόγμα τοῖς πολλοῖς ἐνθεῖναι βουλόμενοι, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀπελθόντων δαίμονες γίνονται. πολλοὶ τῶν γοήτων καὶ παῖδας ἀποσφάττουσι, ὥστε αὐτοῖς μετὰ ταῦτα συμπράττειν τὴν ψυχὴν ἔχειν. αὐτοὶ οἱ δαιμονῶντες βοῶσι, ὅτι ψυχὴ τοῦ δεῖνος ἐγώ. οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ τετελευτηκότος ἐστὶν ἡ βοῶσα, ἀλλ' ὁ δαίμων ὑποκρινόμενος. *Cur Dæmones ad ſepulcra frequentes ſunt? quia volunt pernicioſam opinionem vulgo inſerere, morientium animas Dæmones fieri. Quare & Magi pueros iugulant, vt animam eorum ſibi poſtea in ſeruitutem habeant. Ipſi obſeſſi clamant, ego ſum huius, vel illius anima. Ipſe Dæmon eſt, qui clamat,*

qui se simulat animam esse. Pausan. in Eliac. ait, Eurynomum Dæmonem esse qui mortuorum carnes exedat, vt vix nuda ossa supersint. Chrysost. hom. 35. prodit, nisi corpora mortuorum putrescerent, multos eis templa exstructuros, *καὶ πάσας δαίμονας φθέγξεσθαι δι' αὐτῶν, ὅπου γε καὶ νῦν οἱ τὰς νεκυομαντείας πλημμελοῦντες πολλὰ τούτων ἀτοπώτερα ἐπιχειροῦσι, & persuasuros Dæmonas loqui per eos, cùm & hodiéque necromantici multa his absurdiora tentent.* Matth. 8. Marci 5. Luc. 8. *ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι. ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνήμασι. Occurrerunt ei duo ceriti exeuntes ex monumentis. Occurrit ex sepulcris homo immundo spiritu obsessus, qui habitabat in sepulcris.* Sed & qui lycanthropia laborant in sepulcretis frequentes sunt. Paulus Æginetа lib. 3. cap. 16. *οἱ τῇ λυκανθρωπίᾳ κατεχόμενοι νυκτὸς ἐξίασι τὰ πάντα λύκους μιμούμενοι, καὶ μέχρις ἡμέρας περὶ τὰ μνήματα διατρίβουσι. γινώσκειν δὲ χρὴ εἶδος μελαγχολίας εἶναι τὴν λυκανθρωπίαν.* cap. 14. *τῶν μελαγχολώντων τινὲς δοκοῦσιν ὑπό τινων μειζόνων ἐφορᾶσθαι δυνάμεων, καὶ προλέγειν τὰ ἐσόμενα καθάπερ ἐνθεάζοντες. Lycanthropia laborantes exeunt nocte imitati lupos in omnibus, & vsque ad diem ad sepulcra versantur. genus est melancholia. Quidam melancholici videntur à maioribus potestatibus aspici, & prædicere futura; quare & vulgò ἐνθεαστικοὺς, fanaticos vocant.* Statius lib. 4. Thebaid.

—— Si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus vrnas
Erigere, & mistos cælique, Erebique sub vnum
Funestare Deos libet, aut exsanguia ferro
Ora sequi. ——

S. Epiphan hæresi 30. Ebionitar. *δεήσει τι τοῦ ἀνδρὸς ἔχειν, ἢ ἱμάτιον, ἢ κρηπῖδα, ἢ ὀλίγα τῶν τριχῶν. Oportebit aliquid viri habere, aut pallium, aut crepidum, aut tantillum capillorum.* Milef. 2. & 3. Venefica Thessala vnguium & capillorum resegmina, cadauerum præsegmina, reliquias è bustis & sepulcris adhibet. Ibidem; Instruxit, inquit, feralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infelicium manium durantibus caluis, defletorum sepultorum. Salisbet. lib. 8. cap. 20. Antiochiæ quoque arcas in Palatio plurimas humanis capitibus plenas inuenerunt, & diuersis puteis innumera corpora mortuorum. Lucan. lib. 6.

—— Si nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano, si pectore plena
Sæpe dedi, & laui calido profecta cerebro,
Si quis qui vestris caput, extáque lancibus infans
Imposuit, victurus erat. ——
Fumantes iuuenum cineres, ardentiáque ossa
E medijs rapit illa rogis, ipsámque parentes
Quam tenuere facem, nigróque volantia fumo
Feralis fragmenta thori, vestésque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas.
——percussáque viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso Sole medullas.

Imò & infantes ex vtero matrum extractos lacerabant. Psell. de Dæmonib. *τὰς κόρας ἐνασελγαίνουσι, ὁποίη ἂν ἕκαστος, κἂν ἀδελφῇ, κἂν ἰδίᾳ θυγατρὶ ξυντύχῃ. οἴονται γὰρ κἂν τούτῳ χαρίζεσθαι τοῖς δαίμοσι, καὶ δὴ τῇ μετὰ τὸν τόκον τρίτῃ τὰ δύστηνα τῶν μητρῴων ἀποσπῶντες βρέφη, καὶ ξυρῷ τὰ τούτων σαρκία περιαμύττοντες, τὸ ῥυισκόμενον αἷμα φιάλαις ἀπολαμβάνουσι,*&c. *Magi cum puellis lasciuiunt, quæcunque per tenebras occurrerit, siue soror, siue filia fuerit. Putant enim in eo se gratificari Dæmonibus, & tertia post partum die infelices fœtus è matrum sinu auellentes, & nouacula carnes eorum prosecantes, excipiunt sanguinem pateris, bibúntque, & carnes degustant.* Lucanus,

Vulnere si ventris, non qua natura vocabat
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.

Ita Gnostici, Carpocratiani, Pepusiani, Magi omnes, pueri occisi sanguine initiati sunt, vt scribunt S. Epiphan. hæresi 27. & 48. S. Augustin. in catalogo hæres. Qui titus à Simone Mago ortus est, vt Clemens Rom. de rebus gestis S. Petri. Apud Ammian. Marcellinum viuæ mulieris prægnans vterus exsectus est, vt res futuræ præsentirentur. Lucanus,

Illa genæ florem primæuo corpore vulsit,
Illa comam læua morienti abscidit ephebo

Sæpe

A

Sæpe etiam charis cognato in funere dira
Thessalis incubuit membris, atque oscula figens
Truncauitque caput, compressáque dentibus ora
Laxauit, siccóque hærentem gutture linguam
Præmordens gelidis infudit murmura labris.

S. Epiphan. in hæresi Ebionitar. ἀπάγουσι τὸ ἄθλιον παῖδα ἐν τοῖς πλησιαίτερον τύμβοις, πολυανδρια δὲ ἐστιν. *Magi abducunt puerum infelicem ad vicina sepulcreta, quæ polyandria vocant.*

CAP. XX.

B

De abortu.

OSTENDIMVS interdum à Magis matrum vteros exsectos, vt extraheretur embryon. Minutius in Octau. Sunt quæ in ipsis visceribus originem futuri hominis exstinguant. Ea dicuntur φάρμακα ἀμβλωθρίδια. Hesych. ἀμβλωθρίδια τὰ ἐξημβλωμένα ἔμβρυα, *per abortum eiecti vtero partus.* Pollux lib. 2. cap. 2. ἀτόκιον φάρμακον, *veneficium ne mulier pariat*, ὠκυτόκιον, *vt celeriter pariat.* lib. 4. cap. 25. & Suidas, αὐτὸ τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθορεῖν, *ipsum venenum quod facit aboriri, & partus abortiuus.* Athenagor. pro Christian. τὰς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας ἀνδροφονεῖν τε, καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ θεῷ. *Quæ vtuntur medicamentis ab abortum homicidas esse, & Deo rationem reddituras.* S. August. serm. de temp. 111. Nulla mulier potationes ad aborrum accipiat, nec filios aut conceptos, aut iam natos occidat. Sed nec alias diabolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier autem

C quæcunque fecerit per quod iam non possit concipere, quotiescunque parere potetat, tantorum homicidiorum se esse ream cognoscat. Paul. lib. 5. Sentent. cap. 23. Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Qui sacra impia obcantarint, defixerint, fecerint, faciendáve curauerint, cruci suffiguntur, aut bestiis obiiciuntur. Qui hominem immolauerint, vel ex eius sanguine litauerint, fanum, templúmve polluerint, bestiis obiiciuntur. Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit. Magi viui exuruntur. Libros magicæ artis apud se neminem habere licet, & si penes quoscunque reperti sint, bonis ademptis, ambustísque iis publicè, in insulam deportantur. Non tantùm huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. S. Augustin. lib. 1. ad Valer. de nuptiis,

D & concupisc. Eò vsque peruenit hæc libido crudelis, vt etiam sterilitatis venena procuret, aut conceptos fœtus intra viscera exstinguat. Clemens lib. 7. cap. 3. Apostolic. constitut. οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς. Concilio Vvormaciensi cap. 35. mulieres quæ ante temporis plenitudinem conceptos vtero infantes voluntate excutiunt, vt homicidæ iudicandæ sunt. Iosephus lib. 2. contra Appion. ὁ νόμος καὶ γυναιξὶν ἀπεῖπεν μήτε ἀμφιβάλλειν ποτὲ ἔν τινι τῶν αὐτῆς, μήτε διαφθείρειν, ἀλλὰ μηχανῆται περιστείχειν αὐτῷ. τεκνοκτόνος γὰρ ἂν εἴη ψυχὴν ἀφανίζουσα, καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. *Lex mulieribus interdixit vel ambigere de aliquo suorum filiorum, vel aliquem necare, sed omni modo filio suo adhærere & consulere. Nam parricida esset si animam è medio tolleret, & genus minueret.* Tertul. cap. 9. Apologet. Nobis verò homicidio semel interdicto etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissoluere non licet. Homicidij, festinatio est prohibere nasci. Nec refert natam quis eripiat animam, an

E nascentem disturbet. Homo est, & qui est futurus, & fructus omnis iam in semine est. Zeno Veronensis ser. 1. de auaritia. Amica sub fallacia manus innoxias animas securè conficit, ebibita veneni tempestas noua odij rabie antequam nascatur, matris iam non in vtero, sed sepulcro incognitum pecus occidit, quod legitimam nec mortem potuit sentire, nec vitam. Concil. Ilerdens. in Hispania anno Christi 524. Hi verò qui conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, post septem annorum curricula communio tribuatur. Synod. Sexta can 91. τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδούσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλομεν. *Mulieres quæ dant medicamenta ad abortum, & quæ recipiunt venena fœtus in vtero necantia subiicimus pœnæ homicidij.* Pharmacum amblorhridium dicitur apud Suidam quod abortū facit. Synod. Ancyrana c. 40. περὶ τῶν γυναικῶν ἐκπορνευουσῶν φθόρια ποιούντων, ὁ μὲν πρότερος χρόνος μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν. can. 44 οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, τρία ἔτη ὑποπιπτέτωσαν.

De mulieribus quæ student fœtum in vtero necare, veteres Patres eas ad exitum vsque vitæ communione submoueri oportere putarunt. Item, *qui vaticinantur, & consuetudinem Ethnicorum secuti inducunt aliquos domum vt veneficia inueniant, aut expiationes, tres annos communione abstineant, & maneant in ea quæ dicitur hypoptesis, vbi pœnitentes in genua procumbant.* S. Chrysost. homil. 24. in Epist. ad Rom. pag. 271. τί σπείρεις ἔνθα ἡ ἄρουρα σπουδάζει διαφθεῖραι τὸν καρπόν; ἔνθα πολλὰ τὰ ἀτόκια; ἔνθα πρὸ τῆς γενέσεως φόνος; καὶ γὰρ καὶ τὴν πόρνην οὐκ ἀφεῖς μεῖναι πόρνην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδροφόνον ποιεῖς. οὐ γὰρ τεχθέντα ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τεχθῆναι κωλύει. καὶ τὸ ταμιεῖον τῆς γενέσεως, ταμιεῖον ποιεῖς σφαγῆς, καὶ τὴν πρὸς παιδοποιίαν δοθεῖσαν γυναῖκα πρὸς φόνον παρασκευάζεις, ἵνα ἀεὶ τοῖς ἐρασταῖς δεκτικὴ ᾖ. *Quid seminas in eo loco vbi terra studet fructum extinguere? vbi multi abortus? vbi ante natalem cædes fit? Nam & meretricem facis, & homicidam mulierem; non enim partum occidit, sed impedit, quominus partus in lucem edatur. Et conditorium generationis facis locum ac promptuarium homicidij, & mulierem quæ data tibi est ad filios tollendos, ad cædem faciendam paras, vt semper amatoribus vsui sit.* In collect. canonum. Orient. S. Martini Dumiensis c. 77. Mulier quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certè vt non concipiat elaborat, siue ex adulterio, siue ex legitimo coniugio, decem annis pœnitentiam agat. Cedrenus de Eudoxia Arcadij vxore scribit, cùm partu solui non posset, & fœtus in vtero mortuus quatuor iam dies restitisset, ἀνθρώπου τινὸς ἐπιθέντος αὐτῇ γραμμάτιον γεγοητευμένον εὐθέως ἐξήμβλωσε, καὶ σὺν ἀποβολῇ τοῦ ἐμβρύου συναπέῤῥηξε καὶ τὴν ἑαυτῆς ψυχήν, *vir quidam ei scriptum magicum imposuit, quo statim aborta cum eiecto fœtu animam efflauit.*

C A P. X X I.

De Luna detracta carminibus.

LVNAM carminibus de cœlo detrahi cùm deficeret, vulgò creditum est. Plato in Gorgia, ὅπως μὴ πεισόμεθα ὅπερ φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας θετταλικάς, &c. *ne nobis eueniat quod aiunt mulieribus Thessalis contingere, Lunam detrahentibus, quas oculis & pedibus priuari fama fuit.* Suidas, αἱ τὴν σελήνην καθέλκουσαι λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν ποδῶν στερίσκεσθαι. Vnde vetus verbum; hanc in te Lunam trahis, id est, iumento ipse tuo tibi malum creas. Athenienses, omnium gentium maximè superstitiosi, Periclem grandi pecunia mulctarunt, quod in defectione Lunæ portu soluisset. Plutarchus in Pericle, τὸν μὲν ἥλιον ἐκλιπεῖν συνέβη, ἐκπλαγῆναι δὲ πάντας, ὡς πρὸς μέγα σημεῖον, καὶ τοῦτον ἀφελέσθαι στρατηγίαν, καὶ ζημιῶσαι χρήμασι. Sosiphanes in Meleagro, μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα θετταλὶς κόρη ψευδὴς σελήνης αἰθέρος καταιβάτις. *Qualibet puella Thessala magicis carminibus falsò Lunam de cælo detrahere creditur.* Cleomedes, τὰς δὲ τὰς ἐκλείψεις ἡλίου, καὶ σελήνης, καθαιρέσεις ἐκάλουν θεῶν. τὸ παλαιὸν ᾤοντο αἱ φαρμακίδες τὴν σελήνην καθαιρεῖν. *Quidam defectiones Lunæ detractiones Deorum vocabant. Olim veneficæ putabantur Lunam deducere.* Propertius lib. 2.

> *Et iam Luna negat toties descendere cælo.*

Horat. epod. vlt.

> *Per atque libros carminum valentium*
> *Refixa cælo deuocare sydera.*

Lucan. lib. 6.

> *Et patitur tantos cantu depressa labores,*
> *Donec suppositas propior despumet in herbas.*

Horat. epod. 5.

> *Quæ sydera excantata voce Thessala,*
> *Lunámque cælo deripit.*

Tibul. lib. 1. eleg. 2.

> *Cantus & è curru Lunam deducere tentat,*
> *Et faceret si non æra repulsa sonent.*

Vt enim laboranti Lunæ succurrerent tinnitus ære ciebant. Propert. lib. 4. eleg. 5.

> *Audax contacta leges imponere Lunæ,*
> *Et sua nocturno fallere terga lupo.*

Idem eleg. 1.

> *At vos deducta quibus est fallacia Luna,*
> *Et labor in magicis sacra piare focis.*

Valeant

A Valeant, qui Pellaeiam legunt, & sibi somnia fingant. Lunam autem cœlo detractam in herbas magicas despumare cogebant. Statius lib. 2. Thebaid.

——— Hæc circum spumis Lunaribus vngit
Callidus, atque hilari perfundit cuncta veneno.

Valer. Flac. lib. 6. Argon.

Quamuis Atracio Lunam spumare veneno
Sciret, & Aemoniis agitaret cantibus vmbras.

lib. 7.

Et quæ sanguinea Luna destrinxit ab ira.

Petron.

Quid leniora loquar? Luna descendit imago
B *Carminibus deducta meis, trepidúsque furentes*
Flectere Phœbus equos reuoluto flectitur orbe.

lib. 7. Metamorph.

Te quoque Luna traho, quamuis Temesæa labores
Aera tuos minuant, currus quoque carmine nostro
Pallent, ac pallet nostris aurora venenis.

Alij Lunam laborantem carminibus rubere aiunt. Horat. satyr. 8. lib. 1.

——— Lunámque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulcra.

Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 5.

C *Quale rosa fulgent inter sua lilia mista,*
Aut vbi cantatis Luna laborat equis.

Statius lib. 1. Thebaid.

——— qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte color. ———

Strabo, Attaeia vrbs Thessaliæ ab Attace condita. Æreo crepitaculo labor eius subleuabatur. Manil. lib. 1.

Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis,
Quæ cùm mersa nigris per noctem deficit vmbris,
Seráque in extremis quatiuntur gentibus æra.

Plinius lib. 2. Hist. nat. Deliquio Solis & Lunæ veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu dissono auxiliante. Manil.

D *——— Simul icta per omnes*
Deficeret pariter. ———

Martial.

Cùm secta magico Luna vapulat rhombo.

Lucan. lib. 6.

Tabóque medullas
Abluit, & viras largè Lunare ministrat.

S. Ambrós. homil. 81. Circa vesperam tanta vociferatio populi extitit, vt irreligiositas eius penetraret ad cælum. Dixerunt mihi, quod laboranti Lunæ ista vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuarent. Ouid. de medicam. faciei.

Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra,
E *Nunquam Luna suis excutietur equis.*

Tacit. lib. 1. Milites æris sono, tubarum, cornuúmque concentu strepere, vt Luna splendidior fieret. Statius lib. 6.

Sic cadit attonitus, quoties auellitur astris
Solis opaca soror, procul auxiliantia gentes
Aera crepant, frustráque timent. at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Plutarch. lib. de præcep. connub. Aglooniceen ait Agetoris Thessali filiam defectuum Lunæ gnaram, aliis mulieribus persuasisse tenere se artem qua Lunam deduceret. Scholiast. Apoll. lib. 3. Argon. τὸ παλαιὸν αἱ φαρμακίδες ᾤοντο τὴν σελήνην, καὶ τὸν ἥλιον καθαιρεῖν. διὸ καὶ μέχρι τῶν Δημοκρίτου χρόνων πολλοὶ τὰς ἐκλείψεις καθαιρέσεις ἐκάλουν. *Olim venefica putabantur Lunam, & Solem deducere. Ideo & vsque ad tempus Democratis plerique defectiones Lunæ vocabant detractiones.*

 Plutarch.

Plutarch. in Paulo Æmil. τῶν δὲ Ῥωμαίων, ὥσπερ ἔθος ἐστί, χαλκοῦ τε πατάγοις ἀνακαλουμένων τὸ φῶς τῆς σελήνης ἐκλιπούσης, καὶ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς, καὶ δᾳσὶν ἀνεχόντων πρὸς τὸν οὐρανόν. *Romanis de more æris tinnitu reuocantibus lumen Lunæ deficientis, & ignes multos tædis, ac facibus attollentibus ad cælum.* Liuius lib. 44. vlulatus Macedonum, donec Luna quæ defecerat, lucem recepisset. Fulgentius in Astronomicis,

Non illam, vt populi credunt, nigrantibus antris
Infernas vlulans mulier prædira sub vmbras
Detrahit altinago è speculo, nec carmine victa,
Vel rore in Stygias præceps delabitur vndas,
Vincibilémque petit clangorem. ——

Sed de Lunæ spuma iucundum est quod narrat Plutarch. lib. de fluuiis. Iuno, inquit, pœnas ab Hercule exigere cupiens Lunam accepit adiutricem. ἡ δὲ ἐπῳδαῖς χρησαμένη μάγοις, ἀφροῦ κίστην ἐπλήρωσεν, ἐξ ἧς γεννηθέντα λέοντα μέγιστον. *Luna vsa magico cantamine, spuma cistam impleuit, vnde maximus leo natus.* Lucan. lib. 6.

—— *An habent hæc carmina certum*
Imperiosa Deum, qui mundum cogere, quicquid
Cogitur, ipse potest? Illis & sydera primùm
Præcipiti deducta polo, Phœbéque serena
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terrenisque ignibus arsit,
Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretque suas flammis cælestibus vmbras.
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.
Addidit exceptas Luna de nocte pruinas.

Scholiast. Apollon. lib. 4. Argonaut. ἀγλαονίκη ἡγεμόνος θυγάτηρ, ἔμπειρος οὖσα τῆς ἀστρολογίας, καὶ εἰδυῖα τὰς ἐκλείψεις τῆς σελήνης, ὁπότε μέλλοιεν γίνεσθαι, ἔφασκε τὴν θεὸν καθαιρεῖν, καὶ παραχρῆμα περιέπιπτε συμφοραῖς τῶν οἰκείων τινὰ ἀποβαλοῦσα, ὅθεν παροιμία ἐπὶ τῶν συμφοραῖς κεχρημένων, ὅτι τὴν σελήνην καθαιρεῖ. *Aglaonice filia Hegemonis, astrologia sciens, & docta deliquia Lunæ, quoties futura erant, dicebat se Deam detrahere, & statim incidit in calamitates, aliquo ex domesticis suis mortuo, vnde prouerbium de iis qui malum sibi accersunt, Lunam in se attrahit.* Veteres autem ad Lunæ defectum mortuorum animas placare soliti erant, quos in tenebris laborare rati æris tinnitu adiuuabant. Plutarchus in libro de facie quæ in orbe Lunæ existit. θερμότατα ἐπάγει τὴν κίνησιν, ὅπως ταχὺ διαπερᾷ τὸν σκιώδη τόπον, ὑπεκφέρουσα ψυχὰς τῶν ἀγαθῶν σπευδούσας, καὶ βοώσας. οὐκέτι γὰρ ἐξακούουσι ἐν σκιᾷ γενόμεναι τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας. *Incitatissimè motum inducit Luna, vbi celeriter locum tenebricosum transmittit, abripiens animas bonorum properantes, & clamantes. Non enim in tenebris agentes cæli concentum audiunt.* ἅμα δὲ καὶ κάτωθεν αἱ κολαζομένων ψυχαὶ τηνικαῦτα διὰ τῆς σκιᾶς ὀδυρόμεναι, καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται. διὰ τοῦτο καὶ κροτεῖν ἐν ταῖς ἐκλείψεσι εἰώθασι οἱ πλεῖστοι χαλκώματα, καὶ ψόφον ποιεῖν, καὶ πάταγον ἐπὶ τὰς ψυχάς. *Simul autem & deorsum animæ eorum qui cruciantur tunc in tenebris lugentes, & vlulantes proferuntur, & emergunt. Ideo plerique solent in defectionibus Lunæ æra pulsare, & tinnitum facere, vt iuuent animas.*

CAP. XXII.

Puros & castos magicis sacris operantes esse.

PVROS, castos, & tenui victu procuratos eos esse oportuisse qui magica sacra obituri essent, docet Lucianus in Menippo, Apuleius Milesf. 11. Ouid. lib. 7. Metamorph. Tibul.

—— *puréque lauari*
Te memini, & puro secubuisse thoro.

Plin. lib. 24. cap. 11. Selago legitur sine ferro, dextra manu, per tunicam qua sinistra exuitur, velut à furante candida veste vestito, puréque lotis nudis pedibus, sacro facto priusquàm legatur. Sed de eiusmodi lotionibus alio loco agemus. Interdum ieiuni fuere. Ibidem Plinius: Samolum herbam sinistra manu legi à ieiunis ad morbos suum, boúmque Druidæ prodidere. Apollonius lib. 3. Argonaut.

Ἀκαμά

A

Ἀκεμάτῳ ῥείῃσι λοεσσάμενος ποταμοῖο,
Οἶος ἄνευθ᾽ ἄλλων ἐνὶ φάρεσι κυανέοισι.

Lotus iugi fluuio, ſolus ſeorſim ab aliis in veſte nigra effodito ſcrobē. Ouid. 7. Metamorph. de Medea,

Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora
Soluit, & in dura ſummiſſo poplite terra,
Nox, ait. ——

Eoſdem à Venere caſtos eſſe oportuit. Idem de Medea,

—— *Refugitque viriles*
Contactus, ſtatuitque aras è caſpite binas.

Porphyrius apud Euſebium lib. 5. Præparationis ait, Dæmonem non parere ei qui à Vene-
B re purus non ſit. Ipſi tamen quoſcunque non dubitant ad Venerem illegitimam exſtimulare. pag. 114. καὶ καθαρῷ μὲν μὴ ὄντι ἐξ ἀφροδισίων, οὐκ ἂν καλοῦντι ὑπακούσειεν. αὐτοὶ δ᾽ ἄγουσιν εἰς παράνομα ἀφροδίσια οὓς τυχόντας οὐκ ὀκνοῦσι. Clemens lib. 3. ſtromat. διὰ φροντίδος ἐστὶ καὶ τοῖς μάγοις οἴνου τε ὁμοῦ, καὶ ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι. *Curant Magi vt à vino, & animatis, & Venere abſtineant.* Apuleius lib. de virtut. herbar. cap. 90. Herbam mentaſtrum tolle mundus, in linteolo mundo habeto, & preceris ſeptem ſtellas, & ſub puluino pone, vt tibi per quietem oſtendant in cuius ſtellæ tutela ſis. Lucianus in Menippo, πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσι ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξαμένος ἔλουε κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην. *Primùm me vndetriginta dies ſimul cum Luna incipiens lauit deductum ab Euphratem*, καὶ σιτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα, καὶ μελίκρατον, καὶ τὸ τοῦ Χοάσπου ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας, *& cibus nobis glandes, potus lac cum melle, & Choaſpis aqua, lectus ſub dio in herba.* Apuleius Mileſ. 11. Et priùs ſueto lauacro traditum præfatus
C domini veniam puriſſimè circumrorans abluit. Ibidem ieiunia imperata leges. Plinius lib. 12. cap. 14. Minæos qui thura legant in Arabia ſacros vocari, nec vllo congreſſu fæminarum, funerúmque, cùm incidant eas arbores, aut merant, pollui. Romæ quindecim viri cùm libros Sibyllinos euoluerent, puri, caſti, ſancti eſſe iubebantur, vt Vopiſcus in Aurelian. Ouidius abeſſe ſacris eum iubet,

Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

CAP. XXIII.

De ære in magicis ſacris.

D Æ E R I S vſus in herbis ſecandis, in ſpectris fugandis, in Lunæ laboribus ſubleuandis fuit. Macrob. lib. 5. cap. 19. Omnino autem ad rem diuinam pleraque ænea adhiberi ſolita, multa indicio ſunt, & in his maximè ſacris quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere morbos volebant. Carminius ſcribit, priùs & Thuſcos æneo vomere vti, cùm conderentur vrbes, ſolitos, & in traiectitiis eorum ſacris, & in Sabinis ex ære cultros, quibus ſacerdotes tonderentur. Ouid. lib. 7. Metamorph.

—— *plantas partim radice reuellit,*
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.

Virgil.

Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ. ——

E Manes tinnitu fugari ait Ouidius lib. 5. Faſtor.

Rurſus aquam tangit, Temeſæáque concrepat æra,
Et rogat vt tectis exeat vmbra ſuis.

Alexander Aphrodiſ. lib. 2. problem. 43. in defectione Lunæ æra crepare ait, vt Dæmones fugentur. Sophron. in Mimis; θύουσι Ῥέᾳ, καὶ Ἑκάτῃ κύνας, ὅτι κύων βαΰζας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθείς. *Canes immolant Rheæ, & Hecatæ, quia canis latrans ſoluit ſpectra, vt & æs pulſatum.* Theocr. Scholiaſt. Idyl. 2. τὸν χαλκὸν ἐπήχουν ἐν ταῖς ἐκλείψεσι τῆς σελήνης, καὶ ἐν τοῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνόμιζον καθαρὸς εἶναι, καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. διόπερ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο. ὁ τοῦ χαλκοῦ ἦχος οἰκεῖος τοῖς κατοιχομένοις. φησὶν Ἀπολλόδωρος Ἀθήνησι τὸν ἱεροφάντην τῆς κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ καλούμενον ἠχεῖον, καὶ παρὰ Λάκωσι βασιλέως ἀποθανόντος εἰώθασι κρούειν λέβητα. *Aes pulſabant in defectionibus Lunæ, & in obitu ſuorum, quia putabatur æs purum eſſe, & piacula ac inquinamenta pellere. Ideo vtebantur eo ad omnem ſanctificationem, & purgationem. Aeris ſo-*

nitus dicatus mortuis. Apollodorus ait Athenis Hierophantem cùm Hecate inuocatur pulsare crepitaculum A
æreum, & apud Lacones mortuo Rege solent pulsare lebetem.

CAP. XXIV.

De rhombo.

RHOMBVM in magicis sacris rotari solitum, ad quem carmina canerentur, sæpe iam ostendimus. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.

Scit bene quid gramen, quid torta concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Lucan. lib. 6. B

Traxerunt torti magica vertigine fili.

Martial.

Cùm secta magico Luna vapulat rhombo.

Propert. lib. 2. eleg. 16.

Deficiunt torti magico sub carmine rhombi.

Horat. epod. 17.

Citúmque retrò, retrò volue turbinem.

Scholiast. Theocrit. Idyl. 2. ῥόμβον ἀττικοὶ κόρυμβον καλοῦσιν, ὅς ἐστι φύσει τρίγωνος. χάλκεος τροχός ἐστι. *Rhombum Attici vocant corymbum, qui natura triangularis est. Turbo æneus est.* Theocrit. Idyl. 2.

ὡς δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβος. —— C

Vt voluitur hic turbo. Pindari Scholiast. ad od. 4. Pyth. αἱ φαρμακίδες τὴν ἴυγγα δεσμεύουσι ἐκ τροχοῦ τινὸς, ὃν περιδομβοῦσιν ἅμα ἐπάδουσαι. *Sagana frutillam ligant ex rota, seu turbine, quem rotant canentes.* Theocrit.

χ᾽ ὡς δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ ἀφροδίτης
ὡς κεῖνος δινοῖτο ποθ᾽ ἁμετέρῃσι θύρῃσι.
Vt æreus iste rhombus voluitur, ex Venere
Sic ille ad nostràs fores volutetur.

Latini turbinem non ex ære, sed ex tortis filis faciunt. Propert. lib. 4. eleg. 5.

Staminea rhombi ducitur ille rota.

Martial. lib. 9. epigr. 30.

Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo, D
Quæ sciet hos, illos vendere lena toros.

CAP. XXV.

De magica scrobe.

MVLTIS suprà locis hunc locum attigimus, diximúsque Diis inferis scrobem effodi, focos & ἐσχάρας fieri. Ouid. lib. 7. Metamorph. de Medea;

—— statuitque aras è cæspite binas,
Dexteriore Hecates, at læua parte iuuentæ.
Has vbi verbenis, syluáque incinxit agresti,
Haud procul egesta scrobibus tellure duobus E
Sacra facit, cultrósque in guttura velleris atri
Coniicit, & patulas perfundit sanguine fossas.

Fossa ea vel ense fiebat, vt apud Homerum, vel ligone, vel vnguibus. Horat. satyr. 8. lib. 1.

—— Scalpere terram
Vnguibus, & pullam dicellere mordicus agnam.

Epod. 5. de Veja,

Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quò posset infossus puer.

Apuleius Milef. 1. Deuotionibus sepulcralibus in scrobem procuraris. Lucian. in Menippo, τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον κατεσπείσαμεν, *sanguinem circa scrobem effudimus.* Vide quæ suprà diximus

de

A de magicis sacris. Luctatius ad lib. 4. Theb.

—— Ara profunda
Erigitur Cereri. ——

Tria sunt in sacrificiis loca per quæ piationem facimus. Scrobiculo facto inferis, aris terrestribus sacrificamus, cælitibus extructis focis; vnde etiam nominata sunt altaria, ad quæ sacrificantes manus porrigimus in altum. Scrobem inferis, aras terrestribus, focos cælitibus fieri ait. Alij tamen focos Diis inferis, vt suprà ostendimus. Ouid. lib. 4. Metamorph.

—— focos totidem de cæspite ponit.

Auson. in Ephemr.

foculúmque viui cæspitis
Vanis relinquo altaribus.

B *Foci*, ἐσχάραι. *Altarium*, ἐπιβώμιον, vet. glos. C. Theod. l. 2. titul. de Pagan. sacrific. Redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cæspitibus. Arist. 2. Iericho. γενόμενον δὲ κατ' ἐκεῖνο ἤδη ἔξω τῆς πόλεως ἱερὰ δρᾶσαι ἐπιβόθρια. ἔδει δὲ καὶ ἄρα βόθρους ὀρύξαντα ἐπ' αὐτῶν δρᾶσαι τὰ ἱερὰ οἷς ποιεῖ καὶ ἔδει θεῶν. ἔπειτα ἀναστρέψαντα λαβόντα κέρματα διαβαίνειν τε τὸν ποταμὸν, καὶ ἀπορρίπτειν. *Conscensis bigis ad fluuium, qui vrbem secat, accederem, ac secundùm eum progressus donec extra oppidum venissemus, epibothria sacra in scrobibus ad id factis, quibus oportebat Diis facerem. Deinde reuersus minutiis sumptis fluuium transirem, & illas proiicerem.*

CAP. XXVI.

C

De Mercurio & Venere in magicis sacris.

NON solùm Luna, & Hecate, verùm & Mercurius, & Venus in Magicis sacris inuocabantur. De Hecate Silius Ital. lib. 8.

Nigro fortè Ioui, cui tertia Regna laborant,
Atque atri socia thalami noua sacra parabam.

De Mercurio, & Venere Apul. Apol. Ad Magorum cerimonias aduocatur Mercurius carminum vector, & illex animi Venus (quia maximè ad amorem sacra magica fiunt) & Luna noctium conscia, & manium potens Triuia. Prudentius lib. 1. in Symmach. de Mercurio,

Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ
Traditur exstinctas sumpta moderamine virga
In lucem reuocasse animas. ——

D

CAP. XXVII.

De tempore sacrorum.

ARNOB. lib. 1. fine vlla aliqua obseruatione sacrorum, libaminum, temporum. Varia tempora fuere, quibus Magi nefaria sua sacra facerent, sed de nocte maximè, & sub exortum Solis. Ouid. lib. 7. Metamorph. plenam captari ait.

—— Postquam plenissima fulsit,
Et solida terras spectauit imagine Luna,
E *Egreditur tectis. ——*

Valerius Flac. Lunam gibberantem. lib. 7. Argon

—— quæ lampade Phœbes.
Sub decima iuga sæta metit. ——

S. Epiphan. hæres. 30. οὔπω πολλὴ ἑσπέρα ἦν, ἀλλὰ ὡς πρὸς αὐτὴν τοῦ ἡλίου δυομένου, ἔτι δυναμένους ὀφθαλμοὺς ἀμαυρῶς ἰδεῖν. ἔνθα τὸ ἄθροισμα οἱ φθειρόμενοι μετὰ τοῦ νεωτέρου ἐν τοῖς μνήμασι μαγγανείας ἕνεκα ἐποιοῦντο. *Nondum adulta vespera erat, sed sub ipsum occasum Solis, cùm oculi adhuc subobscurè cernunt. Tunc perditi homines ad busta conuentum habent cum iuniore, vt præstigias facerent.* Statius noctem simpliciter obseruat. lib. 3. Theb.

Thessalis haud aliter bello gauisa recenti
Multifida attollens antiqua lumina cedro,
Nocte subit campos, versatque in sanguine functum.

Vulgus

Vulgus, & explorat manes. ——

Noctem serenam Tibul. lib. 1. eleg. 2.

—— Et nocte serena

Concidit ad magicos hostia pulla Deos.

Lucanus noctem tenebris densam. lib. 6.

—— Si nimbus, & atra

Sydera subducunt nubes, tunc Thessala nudis

Egreditur bustis, nocturnáque fulgura captat.

S. Augustin. lib. de spiritu cap. 28. Quædam mulierculæ Dæmonum illusionibus, & phantasmatibus seductæ profitentur se nocturnis horis cum Diana, vel cum Herodiade, & Minerua, & innumera mulierum multitudine equitare, quia Deos de nocte terras inuisere putabant. Statius lib. 1. Sylu.

Nocte sub arcana glaucos indutus amictus,

Cum superis terrena placent. ——

Pleríque olim putarunt quarta noctis hora rem magicam patrari debere. Prima enim noctis hora Dæmones laudantes Deum nemini noxios esse. Secunda hora Magos agere in dracones, & ignem per sigilla, & characteres. Quarta Dæmones vagari per monumenta, & ideo magicis sacris operandum. Octaua effectus elementorum, & plantarum esse omnis generis. Vetus auctor anonymus, ἐν πρώτῃ τῆς νυκτὸς ὥρᾳ δαίμονες αἰνοῦντες θεὸν, οὔτε ἀδικοῦσιν, οὔτε κολάζουσιν. ἐν δευτέρᾳ ὀφείλει στοιχεῖον ἀποτελέσματα εἰς δράκοντας, καὶ πῦρ. ἐν τετάρτῃ διέρχονται δαίμονες ἐν τοῖς μνήμασι, ἐν ᾗ ὀφείλει ἐνεργεῖν ἐπὶ μαγικῷ, καὶ γοητικῷ παντὸς πράγματος. ἐν ὀγδόῃ ἀποτέλεσμα στοιχείων καὶ παντοίων φυτῶν. Apud Philostrat. Apollonius lib. 8. γόητες φεύγουσι μὲν ἱερὰ θεῶν, ἐχθρὰ γὰρ τοῖς περὶ τὴν τέχνην. νύκτα δὲ καὶ πᾶν ὅτι ἀφεγγὲς αὐτῶν προβαλλόμενοι. *Magi fugiunt templa Deorum, quæ illis sunt inimica. noctem, & caliginem sibi obtendunt.* Interdum ea sacra media nocte facta. Apollon. lib. 3. Argonaut. de Medea,

Δὴ τότε μέσσην νύκτα διαμμοιρηδὰ φυλάξας.

Tunc mediã noctẽ obseruans. Interdũ de die locus tenebricosus pro nocte fuit. Seneca in Oedipo,

Præstitit noctem locus, tunc fossa tellus.

Interdum sub lucem albescente die. Silius Ital. lib. 13.

Mox vmbris, inquit, consueta piacula nigras

Sub lucem pecudes. ——

Sophocles in Coloneo,

Χοὰς χέασθαι στὰς πρὸς πρώτην ἕω.

Inferias inferre stantem ad primam auroram.

lib. 12. Æneid.

Illi ad surgentem conuersi lumina Solem

Dant fruges manibus salsas. ——

lib. 6.

Ecce autem primi sub lumina Solis, & ortus,

Sub pedibus mugire solum. ——

Apul. Milef. 3. Apposita ter herbula ad os, & pectus, orientem spectans eum Magus excitauit. Scholiastes Sophocl. καὶ γὰρ τὰς ἐκθύσεις πρὸς ἥλιον ἐποιοῦντο, *expiationes ad Solem conuersi faciebant.* Sophocl. in Elect.

Τοιαῦτα τοῦ παρόντος ἡνίχ' ἡλίῳ

Δείκνυσι τοὔναρ ἔκλυον ἐξηγουμένου.

Hoc mihi quidam indicauit qui præsens audiuit, cùm ipsa Soli narrauit somnium. Cratinus in Chirone, ἄγε δὴ πρὸς αὐτὴν ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵσω, καὶ λάμβανε χεροῖν σχῖνον μεγάλην. *Age aduersus ipsam auroram ante omnia stato, & manibus cape lentiscum magnam.* De nocte tamen propriè magica sacra fiebant. Auctor anonym. Argon. ἔνθ' ἐννύχια, & ἐννυχία vocat.

Τὼ δ' εἰ κ' ἐννυχίοισι δρασσομένω θυέεσσι δαΐραν.

Illi Hecaten deprecantes nocturnis sacris.

Statius lib. 9. Thebaid.

—— Dianáque conscia miscet

Murmura secretis quæ Colchidos ipsa sub antris

Nocte docet. ——

Heliodorus lib. 7. Æthiop. νυκτεγερσίους ἐναγισμοὺς appellat, *nocturna sacra.* νυκτεγερσίους γάρ τινας ἐναγισμοὺς

A ἐναγισμοὺς ἐπιτελέσαι μοι πέδηκεν. ἄρτι γὰρ τῆς σεληναίας ἀνισχούσης, καὶ φωτὶ λαμπρῷ πάντα καταυγαζούσης, τρίτη γὰρ μετὰ πανσέληνον ἐτύγχανεν. *Quædam nocturna ſacra facere mihi animus eſt. Recens autem Luna exorta, & luce clara omnia illuſtrante, tertia enim erat poſt plenilunium.* Omnino quia clandeſtina ſacra erant, & Prætorem, diémque timebant, de nocte, & in arcano fiebant. Ouidius lib. 7. Metamorph.

Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficeréntque orbem. ——
Fértque vagos media per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. ——
Sydera ſola micant. ——

B

CAP. XXVIII.

De Colchicis, & Theſſalis venenis.

COLCHICA, & Theſſalica venena vim, & nomen à Medea accepiſſe dicuntur, quæ in Colchis nata ciſtam venenorum in Theſſalia effudit. Statius lib. 4. Thebaid.

—— *An rabido iubeat ſi Theſſala cantu*
Ibitis, & Scythicis quoties medicata pruinis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?

Horat. epod. 17.

Cales venenis officina Colchicis.

C Idem epod. 5.

Quæ ſydera excantata voce Theſſala.

epod. 17. *Marſa nænia.* epod. 5. *Marſæ voces.* ode 13. lib. 12

Ille venena Colchica.

od. 27. lib. 1.

Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus venenis. ——

Vocem Theſſalam idem dixit. Lucan. lib. 6.

Theſſala quin etiam tellus, herbáſque nocentes
Rupibus ingenuit. ——
—— *Ibi plurima ſurgunt*
D *Vim factura Diis, & terris hoſpita Colchis*
Legit in Æmoniis quas non aduexerat herbas.

Seneca actu 2. in Herc. Oetæo,

Quas Pontus herbas generat, aut quas Theſſala
Sub rupe Pindus. ——

Apul. Mileſ. 2. Ignoras te Theſſaliæ conſiſtere, vbi ſagæ mulieres ora mortuorum paſſim demorſicant? Claudian. lib. 1. in Ruffin.

—— *Noui quo Theſſala cantu*
Eripiat Lunare iubar. ——

Suidas fabulatur Theſſaliam veneni feracem, quia Medea fugiens, ἐξέβαλε κίστην φαρμάκων, καὶ ἀνέφυσαν, *effudit ciſtam venenis plenam in eo tractu, quæ pullularunt.* Contrà Lucanus ait, E Medeam in Theſſalia reperiſſe herbas Colchidis herbis potentiores. Prudent. in Apotheoſi.

—— *Nil Theſſala proſunt*
Carmina, turbatos reuocat nulla hoſtia manes.

CAP. XXIX.

De Lycanthropia.

LYCANTHROPIAM Medici morbum eſſe, nonnulli verè à Magis homines in bruta mutari putant; quod præfractè negamus, cùm Dæmon, qui naturæ legibus teneatur, naturæ leges mutare, & oſſa hominis contrahere, producere, extenuare, molem augere non poſſit. Apuleius tamen Mileſ. 2. Deterrimæ verſipelles in quoduis animal ore conuerſò latenter obrepunt. Nam & aues, & rurſum canes, & mures, imò verò etiam

muſcas

muscas induunt. In Decret. Canon. 26. quæst. 5. Opinio fuit mulieres transformari magicis artibus in mustelas, mures, feles, easque certis diebus equitare super bestiolas, & cum Dianâ, siue Herodiade silentio noctis loca multa peragrare. Apud Apul. Milef. 2. saga in mustelam vertitur. Sabell. lib. 3. Ennead. 2. Baianus Bulgariæ Rex quoties vellet lupi, aut alterius animantis formam induebat, séque hominum oculis derepentè subducebat. Apud Clementem in epist. ad Iacob. Simon Magus ait, ἐγὼ μύρον τι κατασκευάσω, ἵνα δειπνήσας, καὶ ἀλειψάμενος τὴν ἐμὴν πᾶσι δόξῃ ἔχειν μορφήν. *Ego vnguentum quoddam apparabo, vt à cœna cùm inunctus fuerit meum os gerere omnibus videatur.* Achelous triplicem formam induere solitus. Sophocl. Thrachiniis.

> Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λέγω,
> Ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
> Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
> Δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
> Βούκρανος. ——

Procus mihi erat fluuius Achelous, qui me in tribus formis petebat à patre, veniens manifestus taurus, aliàs draco sinnosus, aliàs forma hominis corniger. Lucian. in Asino, μάγος γάρ ἐστι δεινὴ, καὶ μαχλὰς, καὶ πολλοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῶα. *Maga est perita, & lascina, & multos mutauit in bruta.* γυνὴ ἀποδυσαμένη γυμνὴ τῷ λύχνῳ προσελθοῦσα, καὶ χόνδρους δύο λαβοῦσα, τὸν μὲν λιβανωτὸν τῷ πυρὶ τοῦ λύχνου ἐπέθηκε, καὶ στᾶσα πολλὰ τὸν λύχνον κατελάλησε. κυβώτιον ἁδρὸν ἀνοίξασα πάνυ πολλὰς ἔχον πυξίδας, ἐξ ἐλαίου λαβοῦσα χρίεται ὅλη ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω, καὶ ἄφνω τὰ πτερὰ ἐκφύεται αὐτῇ, καὶ ῥὶν κερατίνη, καὶ γρυπὴ ἐγένετο. *Mulier exuens se vestibus nuda ad lucernam accessit, & acceptis duobus granis, igni lucernæ thus imposuit, & stans multa ad lucernam admurmurauit. Cùm autem arcam grandiusculam aperuisset, in qua multæ pyxides erant, oleo tota ab imis vnguibus inungitur, & statim ei plumæ adnascuntur, & rostro corneo, & naso adunco fuit.* Apul. lib. 3. Iam primùm omnibus laciniis se deuestit Pamphile, & arcula quadam inclusa pyxides plusculas inde depromit, de quis vnius operculo remoto, atque indidem egesta vnguedine, diúque palmulis suis astricta, ab imis vnguibus se totam adusque summos capillos perlinit, multúmque cum lucerna secretò collocuta membra tremulo succussu quatit, quis leuiter fluctuantibus promicant molles plumulæ, crescunt & fortes pinnulæ, duratur nasus incuruus, coguntur vngues adunci, fit bubo Pamphile. Paulus Ægineta lib. 3. cap. 16. Aëtius lib. 6. cap. 10. insaniam lupinam, λυκάωνα, λυκανθρωπίαν vocant. Propert. lib. 4. eleg. 5.

> *Et sua nocturno fallere terga lupo.*

Virgil.

> *His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis,*
> *Atque satas aliò vidi traducere messes.*
> *Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.*

Cedrenus scribit, Simonem Magum διπρόσωπον γίνεσθαι, *duos vultus gerere solitum.* Auctor quæst. ad Antioch. apud Athanas. εἰ φάρμακος ἠδύνατο ἐξ ἀνθρώπου ζῶον ἀποτελέσαι, &c. *Si Magus ex homine brutum facere posset, idem posset ex bruto hominem facere.* ἀλλ' ὥσπερ οἱ λεγόμενοι ἐν φαντασίᾳ πλανῶσι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνθρώπων. quæst. 124. Horat. lib. epod.

> *Setosa duris exuère pellibus*
> *Laboriosi remiges Vlyssei*
> *Volente Circe membra.*

Ouid. lib. 6. Fastor.

> ——*striges seu carmine fiunt,*
> *Næniáve in volucres Marsa figurat anus.*

Lucian. in Asino, δεῖξόν μοι μαγγανεύουσαν, ἢ μεταμορφουμένην τὴν δέσποιναν. *Ostende mihi heram tuam magicis præstigiis reformatam.* Apul. Milef. 2. & 3. Omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata, & lapides quos offenderem de homine duratos, & aues quas audirem indidem plumatas, &c. Lucian. θεάσασθαι τι παράδοξον, ἢ πετόμενον ἄνθρωπον, ἢ λιθούμενον. *Cupiebam spectare aliquid admirandum, vel hominem volantem, vel lapide duratum.* S. August. lib. 18. de Ciuit. cap. 16. Nam & Diomedem fecerunt Deum, eiúsque socios in volucres fuisse conuersos. Plin. lib. 10. cap. 44. Virgil. 11. Æneid.

> *Et socij amissi petierunt æthera pennis,*
> *Fluminibúsque vagantur aues.* ——

S. August. lib. 18. de Ciuit. cap. 17. Arcades sorte ducti, transnabant quoddam stagnum, atque

A atque ibi conuertebantur in lupos, & ſi carne non veſcerentur humana, turſus poſt nouem annos eodem renatato ſtagno reformabantur in homines. Plin lib. 8. cap. 22. Homines in lupos verti, ruſúſque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus. Pompon. Mela lib. 2. cap. 1. Neuriis in Scythia Europæa ſtatum ſingulis tempus eſt, quo, ſi velint, in lupos, iterúmque in eos qui fuêre mutentur. Iſidorus lib. 8. orig. cap. 9. Legitur & de ſacrificio quod Arcades Deo ſuo Lycæo immolabant, ex quo quicunque ſumerent, in beſtiarum formas mutarentur. S. Auguſt. lib. 18. cap. 18. de Ciuit. Nec ſanè Dæmones naturas creant, ſed ſpecie tenus quæ à Deo vero ſunt creata, commutant, vt videantur eſſe quod non ſunt. Non itaque ſolum animum, ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim Dæmonum arte, vel poteſtate in membra, vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe conuerti. Vide 26. quæſt. 8. Can. Epiſcopi. Si nequit anima hominis in feræ corpus immigrare illud informatura, quî poterit cum corpore anima immutari, quæ à Dæmone B corrumpi non poteſt? Conſule S. Clement. lib. 1. & 7. recogni. Nicephorum lib. 2. cap 27. Apuleius Mileſ. 1. Amatorem ſuum quod in aliam temeraſſet, vnico verbo mutauit in feram caſtorem. Cauponem quoque vicinum, atque ob id æmulum deformauit in ranam.

CAP. X'X X.

Decipi oculos.

IN eiuſmodi præſtigiis oculi decipiuntur, quibus falſæ rerum imagines obiiciuntur. Iuſtin quæſt. orth. 81. τὰ φαντάσματα εἰς ἐγγαστρίμυθοι κέχρηνται πρὸς τὸ λαλεῖν μαντείας λόγια, οὐκ ἐστὶν ἀληθινὰ σώματα, ἀλλὰ φαντάζουσιν οἱ δαίμονες τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων ὡς σώματα ὁρᾶν τὰ μὴ σώματα. Poteſt Dæmon C ſpeciem feræ cuiuſuis in oculos noſtros immittere, quæ rem exhibeat, ac repræſentet abſentem; poteſt aëreo corpore, cuiuſcunque feræ forma, hominem veſtire; poteſt oculis imponere, & mendaci ſpecie res veras imitari. Nicetas ſub finem lib. 4 ſcribit, Sicidetem Magum præſtigiis effeciſſe, vt mercator figlina omnia vaſa ſua frangeret putans ea ſerpentes eſſe. Plato lib. 2. de Rep. γόητα, καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἐν ἄλλαις ἰδέαις, *incantatorem qui quaſi ex inſidiis aliàs alia forma ſpectetur.* Apud Philoſtratum Brachmanes è terra menſas cibis refertas eliciunt. Paſes apud Suidam epulas inſtruit, quæ oculos, non ventrem paſcunt. οὗτος πάντων ἀνθρώπων ἐν μαγείᾳ διηνέγκεν, ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι, &c. *Omnes magicis artibus ſuperabat, vt cantaminibus ſuis cœnas dapſiles oculis exhiberet, & famulos miniſtrantes. Habuit & ſemiobolum, quem è mina fecerat, qui datus D venditoribus à quibus aliquid emeret, accipientem deſereret, ad dantem rediret.* S. Auguſtinus lib 18. c. 18. de Ciuit. docet, Dæmonem ſenſibus noſtris vſque adeò illudere, vt pater Præſtantij ſe in equum mutatum eſſe putauerit, & pro equo ab omnibus habitus ſit. Ita & S. Macarius agnouit fœminam, quæ ſpecie bruti animantis tecta ab aliis pro bruto animante habebatur. Palladius in Hiſtor. Lauſiaca pag. 39 ſcribit, Ægyptium quendam amore captum mulieris pudicę, egiſſe cum Mago, vt eam ſibi conciliaret. λαβὼν ὁ γόης τὸ ἱκανὸν παρ' αὐτοῦ ἐξείργασε τὴν ἑαυτοῦ γοητείαν, καὶ μαγγανείαις, καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτῆς ἐκστῆσαι τὸν νοῦν, εἰς τὸ τούτῳ συνθέσθαι παρασκευάζει αὐτὴν ὡς φορβάδα φανῆναι τοῖς αὐτὴν θεωμένοις. (ego φορβάδα.) *Accepto pretio Magus apud ſe omni arte magica vſus, cùm mulieris animum externare non poſſet, eam equa armentalis ſpecie induit, vt omnes eam equam eſſe iudicarent.* S. Macarius præſtigias ſoluit. Plutarch. in Numa ſcribit, cum cœnæ opiparæ apparatum exhibuiſſe cùm nihil domi obſoniorum eſſet. Pauſan. lib. 6. Pythagoram femur aureum oſtentaſſe, carmine aquilam curaſſe, cum qua frequenter col-E loquebatur, eodem temporis puncto Metaponti, & in Olympia ſe ſpectandam præbuiſſe. Iuſtin. quæſt. orthod. 52. ait, Pythoniſſam κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δαίμονος τοῦ τὰς ὄψεις φαντάσαντος τῶν ὁρώντων τὸν οὐκ ὄντα Σαμουήλ, *pro Samuele Dæmonem ſubieciſſe eum qui non erat verè Samuel, quia oculis ſpectantium imponebat.* Georgius Monachus ſcribit, Dæmonem forma canis ad fores Simonis Magi excubaſſe. Philoſtratus, mendicum à quo lues & peſtis proſeminabatur, iuſſu Apollonij lapidibus obrutum, qui cùm remoti eſſent, canis obtritus mole lapidum repertus eſt. Georgius Monachus de Simone Mago, qui ἐκ λίθων ἄρτους ἐποίει. αὐτὸς δράκων ἐγίνετο, καὶ εἰς χρυσὸν μετέβαλλετο. ἐν δείπνοις εἴδωλα παντοδαπῶν εἰδώλων παρέστα, *è lapidibus panes faciebat. Ipſe draco fiebat, & in aurum mutabatur. In conuiuiis ſimulacra omnium ſpecierum exhibebat.* ὡς ἤθελε εἰς ἑτέρας μορφὰς ἀνθρώπων, καὶ ἀλόγων μετεσχηματίζετο. ζητούμενος ὑπὸ τοῦ καίσαρος ὡς πλάνος, τὴν μορφὴν αὐτοῦ περιέθη τῷ Φαύστῳ μαθητῇ τοῦ πέτρου, ὃς Φαύστῳ περιεῖραν πάρεξε τὴν μορφὴν

παίτων ἡμῶν θεωρούντων. Quos volebat Simon Magus in alias formas hominum, aut brutorum tranſformabat. Cùm quæreretur à Cæſare vt impoſtor, forma ſua Fauſtum Petri diſcipulũ veſtiuit, qui Fauſto priorem formam reſtituit nobis omnibus videntibus, ait S. Clemens. Apud Philoſtratum Brachmanes pharmaco electrino deliburi, lorique in orbem conſtitere terram ſcipionibus ſuccuſſantes. Ea verò ad huiuſmodi ictus in gibbum reſiliens Brachmanas altitudine duum cubitum in aërem extulit, qui penſiles in aëre aliquandiu viſi, de Solis orbe ignem arbitratu ſuo ſumentes, tripodes quatuor per ſe mobiles in medium proceſſere. Pincernæ ærei quatuor pocula miniſtrarunt, terra vltrò ad accubitum gramina ſubſtituit. Tripodes duo vinum, duo aquam fundebant, gelidam vnus, calidam alter. Ex quibus ærei pincernæ vinum conuiuis, aquámque ſumebant, & calices actos in gyrum quaſi vorticoſo flumine impellebant. Impoſuerunt illi oculis Apollonij, vt videre ſibi videretur quæ non videbat. Vt enim docet Seruius ad hæc Virgil.

> ——*tremere omnia viſa repentè,*
> *Limináque, laurúſque Dei.*——

ex ſententia Stoicorum & Academicorum, quæ contra naturam fiunt, non fiunt, ſed fieri videntur. Tertul. lib. de anima cap 57. Sic & in illa ſpecie magiæ, quæ iam quieſcentes animas euellere ab inferis creditur, & conſpectui exhibere, non alia fallaciæ vis eſt, operatior planè, quia & phantaſma præſtatur, & corpus affingitur; nec magnum Dæmoni exteriores oculos circumſcribere, cui interiorem mentis aciem excæcare perfacile eſt. Claudian. in Ruffinum lib. 1.

> *Verſaque non prono curuauit flumina lapſu*
> *In fontes reditura ſuos. Neu vana locutum*
> *Me fortaſſe putes, mutatos cerne penates.*
> *Dixerat, & niuea, mirum, cœpere columnæ*
> *Ditari, ſubitóque trabes lucere metallo.*

Magi vt viſa ſibi, vel aliis ſpectanda præberent, oculos vnguento aliquo illinebant. Pſellus l. de Dæmonibus ἐγχρίσματα vocat. Auctor anonymus m.ſ. *ἐγχρίσματα εἰς ὁρᾶν δαιμόνων, καὶ ἁρμάτων πλῆθος, vnctio vt videatur Dæmonum, & curruum multitudo.* Verùm & linimenta faucibus adhibita priuſquàm exclamaretur ſymbolum, *θαῤῥεῖτε μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου, ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία: confidite myſtæ Deo nobis ſeruato, erit enim nobis ex laboribus ſalus,* vt ſcribit Iulius Firmic. lib. de errore prophanar. religion. Theurgi docebant oculis hominum nubem ineſſe quæ Deorum aſpectum inhiberet. lib. 1. Æneid. Virgil.

> ——*Namque omnem quæ nunc obducta tuenti*
> *Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum*
> *Caligat, nubem eripiam.*——

CAP. XXXI.

Magi alij aliis ſunt ſcientiores.

APOLLONIVS apoteleſmata Magorum inferioris ordinis irrita plerunque fecit, quod Dæmonem potentiorem in miniſterio haberet, cui cederent inferiores. S Auguſtin. lib. 8. & 9. de Ciuit. Dei docet, vt inter Dæmones, ſic inter Magos alios aliis eſſe ſcientiores, ac efficaciores Idem l. var. quæſt. c. 79. Magi quãdo videntur imperare Dęmonibus, per ſublimiorum nomina inferiores terrent. Euſebius aduerſus Philoſtratum, *μείζονι τάχ' ἴσως ἐξελήλακε δαίμονι, maiori Dæmone inferiorem eiecit.* Horat. ode 5. epod.

> *Ah ah, ſolutus ambulat venefica*
> *Scientioris carmine.*

CAP. XXXII.

De virga Magorum.

MERCVRIVM Prudentius magica virga vſum ait, de qua Virgil. lib. 4. Æneid.

> *Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco*

Pallentes

A *Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit.*

Magica virga fuit qua Circe ſocios Vlyſſis in ſues conuertit, qua Minerua Vlyſſem in ſenem mendicum. Homer. Odyſſ. 14.

—— ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη,
Κάρψε μὲν οἱ χρόα καλὸν. ——

Minerua eum virga tetigit, & corpus ſpecioſum tabefecit. Magi Ægyptij virgas in ſerpentes mutarunt. Nectabis apud Calliſthenem virgam manu tenet. Termes ille oleaginus, cuius meminit Valerius, aut ſi quis alius illius poëmatis auctor eſt, in Ciri, fuit pro aſpergillo.

Pergit Amythao ſpargens altaria thallo,
Regis Iolchiacis animum defigere votis.

B Prudentius lib. 1. in Symmach. de Mercurio,

Necnon Theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ
Traditur exſtinctas ſumpta moderamine virgæ
In lucem reuocare animas. ——

Philoſtrat. lib. 3. cap. 4. ſcribit, Brachmanas baculum gerere quo mira patrent. Ouid. lib. 4. Metamorph. de Circe,

Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.

CAP. XXXIII.

De venenariis.

C QVi veneficium ſuſpectabant, veneficio ſe contactos eſſe aiebant, vt Petronius loquitur in Satyrico. Liuia apud Tacitum vt Druſum virum tolleret, ſoluta aluo, Medici conſcientiam adhibet, qui pinnam veneno illitam faucibus demittit. Idem de morte Britannici; Venenum ita Britannici cunctos artus peruaſerat, vt vox pariter, & ſpiritus eius raperentur. Idem de Tigrane; Contra fas Deorum, moréſque maiorum impuris medicaminibus arma violauit. Virgil.

—— *miſcent aconita nouercæ.*

Item,

Miſcuerúntque herbas & non innoxia verba.

l. 3. ad leg. Cornel. de ſicariis. Tenetur lege Cornelia de ſicariis; qui malum venenum D necandi hominis cauſa fecerit. Lactant. lib. 1. cupiditate in venenum & ferrum ruente. Tacit. lib. 5. Annal. A Seiano in tres venenum ſpargi non poterat, egregia cuſtodum fide, & pudicitia Liuiæ impenetrabili. Cicero 2. in Catilin. ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. Lucian. in Amorib. ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περὶ φόνου, ἢ πυρκαϊᾶς, ἢ νὴ Δία, φαρμάκων ἀγωνιζόμενος, *vt in Areopago de cæde, aut incendio, aut veneficio accuſatus.* Macrobius lib 7. Saturn. Si aconitum ipſum cum vino tritum potui datum ſit, haurientem nulla curatio à morte defendit. Quod idem Plutarchus lib. 3. Sympoſiac. oſtendit; συγκραθὲν αὐτὸ τὸ φάρμακον ἀνίατόν ἐστι, καὶ καθάπαξ ἀποκτείνει τοὺς πίνοντας. *Mixtum aconitum vino immedicabile eſt, & ſemel occidit bibentes.* Idem aſſerunt de cicuta vino mixta, cùm tamen vinum cicutæ potæ medeatur. Caſſander Antipatri filius aquam Stygis fontis in Arcadia miſcuit Alexandro, quam in vn-E gula aſini deportarat. Apud Heliodorum lib. 8. Æthiop. hiſtor. Cybele vt guſtauit venenum, quod Charicleæ miſcuerat, ſubitò concidit. καὶ ὕπτιος τὸ πᾶν ἐκπέπτωκε. Roſimundo Langobarda in balneo viro venenum temperauit. Nero boleto Claudium ſuſtulit, & boletum Deos facere dixit. Tacitus Locuſtam venenariam inter inſtrumenta Imperij fuiſſe ait. Plinius lib. 22. fungi familias nuper interemêre, & conuiuia tota. Pigmentarij ſi pityocampas, aut bupreſtes dederint, vendiderint, capital eſto. Imilcho Carthaginenſis cùm Numidæ in ſuburbiis graſſarentur, in vino mandragoram miſcuit, & profluuium ſanguinis illis attulit, quo debiles facilè cæſi ſunt. Ita & Cæſar piratas à quibus captus erat, mandragora conſopitos oppreſſit, D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 3. qui venenum necandi hominis cauſa fecerit, vendiderit, habuerit, capite mulctatur. Item, qui in publicum mala medicamenta vendidit Arnobius lib. 2. Aduerſus ictus colubrarum protegimus nos laminis, Pſyllis, Marſis vendentibus. Miſitheo Gordiani iunioris ſocero data potio quæ profluuium ventris intenderet. Cicero pro Cluentio; Qui venenum malum fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit, qui venenum malum fecit, fecerit, omnes viri, mulieres, liberi, ſerui in

iudicium vocantur. Apud Herodotum Parisatis alteram cultelli partem infecit veneno, alteram integram reliquit, sciditque, & partem comedit, partem ei dedit quam veneno sublatam cupiebat. A

CAP. XXXIV.

De veneficiis, & maleficiis.

ARNOBIVS; Quis enim hoc nesciat, aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem, aut familiarium dirumpere caritates, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare, aut vxoribus, & liberis alienis, siue illi mares sint, siue fœminei generis, inconcessi amoris flammas immittere, non propria vi, sed eorum quos inuocant potestate? Rarò Magi de hominibus bene merentur, sæpe pestem ac perniciem conciliant. Philo lib. de specialibus leg. δυσίατα γὰρ ἤδη καὶ παντελῶς ἀθεράπευτα τὰ ἐκ τῶν φαρμακειῶν ἀρρωστήματα. χαλεπώτερα μὲν τι σκμβαίνειν φιλεῖ τῶν ἐν τοῖς σώμασι, καὶ περὶ τὰς ψυχὰς πάθη τῶν ἐπιβουλευομένων, &c. *Morbi ex veneficiis vix ac ne vix quidem sanantur. Grauiores sunt morbi qui animi statum euertunt quàm qui corporis, vt externata mens, intolerabilis furor, vesania, quibus maximum homini à Deo donum malè affecta mens salute desperata parti animi ratione carenti cedit, & hominis forma corporea manente, homo in brutum animal transit.* leg. 6 C. de maleficiis. Malefici vitam fontium magicis artibus labefactare dicuntur. Basil. Seleuc. lib. 2. de S. Thecl. cap. 28. τῆς καλλίςης ἐν τι τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς γυναικῶν ἐλωβᾶτο ἐπηλυγείοις φαρμάκοις τὴν μορφὴν, χαρίεν δὲ ἔχειν πρόσωπον, &c. *Callistæ fœminæ honestissimæ scenicum quoddam prostibulum formam deturparat, & vultum antea speciosum deformarat. Illa precibus S. Theclæ pristinam à Deo formam recepit.* Lupi barba veneficium est. Horat. satyr. 8. lib. 1. B C

> *Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ*
> *Abdiderint furtim terris, & imagine cerea*
> *Largior arserit ignis.*———

Dens lupi caninus dexterior inter veneficia reponitur, apud Plin. lib. 11. cap. 37. Rostrum tamen lupi inueteratum veneficiis resistit, ideóque villarum portis præfigitur. lib. 28. cap. 10. Venenum, vt & pharmacum, in bonam & malam partem accipitur, vt suprà ex Iurisconsulto docuimus. Venenatij malè sonant, vt & toxicum, quod plantæ genus esse, aut virgulti similis arbusto thuris Dioscorides lib. 5. & Galen. lib. 2. Antidot. putant. Lucan. lib. vlt. D

> *Non tam veloci corrumpunt pocula letho,*
> *Stipite quæ diro virgas mentita Sabæas*
> *Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.*

Alij toxicum dici volunt à sagittis hydræ sanguine tinctis. Paulus Ægineta, quod Barbari sagittas suas veneno inficiunt. Pomponius Sabinus ad Virgil. Toxicum quasi taxicum, à taxo pestifera arbore. Festus ceruarium venenum vocat, quo sagittæ conficiendis ceruis inficiuntur. Aconitum venenum præsentissimum est. Virgil.

> ——— *miscent aconita nouercæ.*

Dicitur παρδαλιαγχὲς, quod pantheræ eo gustato statim moriantur. ab ἀκόνη aconitum, quia in caute nascitur. lib. 7. Metamorph. Ouid.

> *Quæ quia nascuntur dura viuacia caute*
> *Mortales aconita vocant.* ——— E

Ex spuma Cerberi ab Hercule protracti natum vult Seruius ad hæc lib. 2. Georgic.

> ——— *nec miseros fallunt aconita legentes.*

Ouid. lib. 14. metamorph. de Circe,

> *Illa nocens spargit virus, succósque veneni.*

Claudian. lib. 1. in Ruffin.

> ——— *nec me latuere fluentes*
> *Arboribus succi, funestarúmque potestas*
> *Herbarum, quicquid lethali germine pollens*
> *Caucasus, &c.* ———

Philo de specialibus leg. φαρμάκοις δὲ θανασίμοις μυρίους ὅσους τὴν ἐπιβουλὴν οὐ προαισθανομένους ἐδωδίμοις ποτὸν ἀναμίξας, καὶ συνανακερασάμενος διέφθειρεν. *Lethiferis venenis innumeros quibus insidiæ ignotæ*

A *ignota erant, cùm cibus admiscuisset, è medio sustulit.* ἤδη γοῦν πολυάνθρωπα συσσίτια καθ' ἑταιρείαν τ' συνεληλυθότων ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἅλας, ἢ τὴν αὐτὴν τράπεζαν, ἐν σπονδαῖς ἀσπονδα ἔπαθεν. *Iam igitur conuiuia hominibus frequentia, cùm amici multi ad eundem salem, & mensam conuenissent, in fide sancienda infida passa sunt, derepentè labefactata, & mortem cum epulis commutarunt,* ἢ θάνατον ἀντ' εὐωχίας ὑπηλλάξατο. Iuuenal. satyr. 6.

> *Hippomanes, carnémque loquar, coctúmque venenum,*
> *At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ.*

Claudius apud Senec. In Colocynthio si boleto Deus factus est. Virgil. lib. 2. Georgic.

> *Media fert tristes succos, tardúmque saporem*
> *Felicis mali, quo non præsentius vllum,*
> *Pocula si quando sæua infecere nouercæ,*
B *Miscuerúntque herbas & non innoxia verba.*

lib. 3.

> *Hippomanes quod sæpe malæ legere nouercæ,*
> *Miscuerúntque herbas.* ——

leg. 6. C. de malef. Multi magicis artibus vsi elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Iuuenal. satyr. 6.

> —— *Minus ergo nocens erit Agrippinæ*
> *Boletus, si quidem vnius præcordia pressit*
> *Ille senis.* ——
C *Hæc poscit ferrum, atque ignes, hæc potio torquet,*
> *Hæc lacerat mistos equitum cum sanguine patres.*
> *Tanti partus equæ, quanti vna venefica constat.*
> *Liuida materno feruent adipata veneno.*

Vide Tacit. lib. 12. Diligitur artifex talium vocabulo Locusta nuper veneficij damnata, & diu inter instrumenta Regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus. Infusum delectabili cibo boletorum venenum. Xenoph. Medicus pinnam rapido veneno illitam faucibus eius demisisse dicitur. lib. 13. Britannico frigida in aqua affunditur venenum, quod ita cunctos eius artus peruasit, vt vox pariter, & spiritus eius raperentur. lib. 4. vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. De Tiberio, & Druso. Veneficia dicta condimenta, pharmaca. lib. 2. & 3. Infamem veneficiis Martinam. famosam veneficiis Martinam Veneficia in Principem, & deuotiones Claudiæ Pulcræ obiectabat. Veneficij quæstio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto D scelere orta est. Quæ cùm viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent, vnius ancillæ indicio protractæ, vt Liu. lib. 8. Val. Max. lib. 2. cap. 5. Lucanus lib. 6. quæ inter venena maximè dira sunt, numerat.

> *Huc quicquid fœtu genuit natura sinistro*
> *Miscetur, non spuma canum quibus vnda timori est,*
> *Viscera non lyncis, non diræ nodus hyænæ*
> *Defuit, & cerui pasti serpente medulla.*
> *Non puppim retinens Euro tendente rudentes*
> *In mediis echeneis aquis, oculique draconum,*
> *Quæque sonant fœta tepefacta sub alite saxa*
E *Non Arabum volucer serpens, innatáque rubris*
> *Æquoribus custos pretiosa vipera conchæ,*
> *Aut viuentis adhuc Libyci membrana Cerastæ,*
> *Aut cinis Eoa positi Phœnicis in ara.*

Psellus lib. de Dæmonib. Magos ait adhibere δέρμα περιστερᾶς, τρίχας χοίρου, ζώου λυσσῶντος ἀφρὸν, *corium columbæ, pilos porci, animalis rabie furentis spumam.* Nicander aconitum vocat χολόεν, σχεδίως τε δυσαλθές, *bile aspersum, vix sanabile,* ὃ δὴ ἀχερουσίοις ὄχθαις φύεται, *quod ripa Acherontis producunt.*

> Τὴν μὲν τε κλείουσι μυοκτόνον, ἢ γὰρ ἀνιγρὰς
> Παντοίων ὕθλους λιχμηρὰς ἤρκεσεν.
> Οἱ δέ τε παρδαλιαγχὲς. ——

Vocant eam muricidam, quod mures liguritores imbecillos omnino interimit. Alij Perdalianches.

> Δεύτερα αἰγλήεντος ἐπιφράζευ πόσιν ἐχθρὰν,
> Κιρναμένην ὀλοοῦ ψιμμυθίου, ἥ τε γάλακτι
> Πάντοθεν ἀφρίζοντι νέην εἰδήνατο χροιήν.

A

Secundò potionem inimicam mixtam splendenti exitiosa cerussa considera, quæ vndique lacti spumanti iuueni è colore similis est. Vide apud eum & venena, & remedia l. 1. & 2. Lepus marinus, quo Titus à Domitiano sublatus dicitur, pastinacæ stimulus, quo Vlysses mortuus, inter dira venena sunt, aduersus quæ remedia vide apud Plin. lib. 25. cap. 10. S. Hieronym. lib. 2. epist. 15. scribit, venena non dari nisi melle circumlita Plin. lib. 18. cap. 1. Venenum ferro nocentius. Caius l. 4. ad leg. XII. Tabul. venenum malum vocat. Idem D. de verb. signif. l. Qui venenum dicit, adiicere debet vtrùm malum, an bonum. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine continetur, quod adhibitum naturam eius cui adhibitum est, mutat. Virgil. lib. 2. Georg.

B

> *Alba nec Assyrio mutetur lana veneno.*

lib. 5. ad leg. Cornel. de sicar. Qui venenum malum necandi hominis fecerit. Ibidem venenum aliquod bonum esse dicitur. Cic. pro Cluentio; qui venenum malum fecit, feceritve. De Locusta Iuuen. satyr. 1.

> *Instituitque rudes melior Locusta propinquas*

Turnus in sat.

> *Ex quo Cæsareas soboles horrenda Locusta*
> *Occidit.* ———

Ex Ponto, & Ephyra Græciæ venena ἀνδροφόνα, vt lib. 1. Odyss. Homer. Odyss. 2.

> Ηὲ καὶ ἐς Ἐφύραν ἐθέλει πίειραν ἄρουραν
> Ἐλθεῖν, ὄφρ᾽ ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ᾽ ἐνείκῃ.
> *Aut si velit in Ephyram ire pinguem terram,*
> *Vt inde afferat lethalia venena.*

C

lib. 12.

> Πρεσβυτέραν θυγατέρα εἶχεν Αὐγείαο,
> Ἣ τόσα φάρμακα ᾔδειν ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.
> *Qui duxerat maximam natu filiam Augiæ,*
> *Quæ tot venena norat quot parit tellus.*

Antidotum Hesychius ἀντίτιμον φάρμακον, ἀντιπαθὲς, ὅσ᾽ ὁ πιὼν οὐ βλάπτεται ὑπό τινος, *quod qui bibit veneno lædi non potest.* Fab. Declam. 13. venenum habere, emere, nosse leges vetant. Conqueritur Plinius lib. 25. cap. 10. quod homines sibi ipsis venena faciant. Lactant. cap. 13. lib. de ira Dei; Viperam ferunt exustam, in cineresque dilapsam mederi eiusdem bestiæ morsui. Veteres in annulis venena gestabant, vt Annibal, & Demosthenes apud Plutarch. Liuius, Massinissa fido ex seruis vno accito, sub cuius custodia Regio more ad incerta fortunæ venenum erat. Auctor ad Herennium lib. 2. Si tumore, & liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno sublatum esse. Vide Dionem in Tiberio de Drusi cadauere liuentibus notis sparso. Festus, indemnati occiduntur venefici, & Plin. lib. 28. cap 2. Venenarius apud Rhodios ἰλαιὲς, φαρμακὸς, ait Hesychius. Romæ interdum quæstio veneficij decreta, apud Liuium lib. 8. cap. 18. Sequuti indicem, & coquentes quasdam medicamenta, & recondita alia inuenerunt. Epoto medicamento suamet ipsæ fraude omnes interierunt, cùm ea medicamenta salubria esse contenderent. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum. lib. 40. cap. 37. Fraudis quoque humanæ insinuauerat suspicio animis, & veneficij quæstio ex Senatusconsulto decreta, suspecta Coss. erat mors maximè. lib. 30. cap. 13. Massinissa venenum mistum in poculo ferre ad Sophonissam iubet. lib. 27. Vibius cum 27. Senatoribus venenum sumpsit. Impletæ cibis, vinóque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. lib. 40. cap. 24. veneni poculum Demetrio Philippi Regis filio datum. cap. 4. Theoxena venenum diluit, ferrúmque promit: tum ad filios; capite ferrum, aut haurite poculum, si segnior mors iuuat. lib. 42. cap. 17. Perseum per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum, ac veneficiorum cernebant. Perseus dixit se daturum venenum, quod nec in dando, nec datum vllo signo deprehendi posset. Ibidem ostendit, parare venenum, rem difficilem, & periculi plenam esse. Pœna necandi veneno Atheniensibus frequens fuit. Diodor. lib. 18. Διὰ δὲ τοῦ κωνείου πόσεως κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τὸν βίον καταλύσαντες ἐρρίφησαν ἄταφοι πάντες. *Phocio, & eius socij cicuta potu patrio more extincti, omnes insepulti extra fines eiecti sunt Atticæ.* Euphrati Philosopho,

D

E

A ſopho, vt cicutam publica Athenienſium pœna inuiſam biberet, conceſſit Adrianus, vt Xiphilin. in Adriano. Legibus Romanis Præſides reis liberam veneno ſe necandi facultatem permittere non poſſunt. leg. aut damnum. §. 1. D. de pœnis. Non ergo audiendus Plinius lib. 2. cap. 63. Naturam, inquit, noſtri miſertam venena inſtituiſſe credi poteſt, ne in tædio vitæ, diræ famis lenta mors nos conſumeret tabe, &c. Ita eſt, miſerta genuit id cuius facillimo hauſtu, illibato corpore, & cum toto ſanguine extingueremur, nullo labore. Apage mihi iſtam miſericordiam. Contra naturam facit, qui ſibi exitium, & interitum procurat.

B

CAP. XXXV.

De maleficiis.

MALEFICIVM, & veneficium eamdem penè vim habent. Maleficium tamen longiùs patet, quia ſine veneficio eſſe poteſt, veneficium ſine maleficio non poteſt. Maleficium autem propriè eſſe volunt magiæ ſpeciem, qua quis ope Dæmonis alteri damnum adfert. leg. 4. C. de malefic. S. Hieronymus in cap. 11. Daniel. maleficos eſſe vult, qui ſanguine vtuntur, & victimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum, incantatores, ἐπαοιδὺς, qui verbis rem peragunt. Eorum eſt ſcientia punienda, qui magicis accincti artibus, aut contra ſalutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegentur. Veneficia in maleficio contineri oſtendit lex 1. ibid. plus eſt hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio. leg. 5. Chaldæi, ac C Magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat. leg. 6. Multi magicis artibus vſi elementa turbare, vitam inſontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quiſque ſuos conficiat malis artibus inimicos. leg. 7. Si quis Magus, vel magicis carminibus adſuetus, qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatur. leg. 9. Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit, illicò ad publicum pertrahat. Ibidem manifeſtum reum maleficæ artis appellat. Maleficium eſt apud Apulc. Mileſ. 1. Eadem amatoris ſui vxorem, quod in eam dicaculè probrum dixerat, iam in ſarcina prægnationis obſepto vtero, & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnauit. Ita & Pauſanias veneficas à Iunone immiſſas ait, vt parturienti Alcmenæ vterum obſtruerent, quæ deceptæ ſunt ab Hiſtoride filia Tireſiæ. Apollon. lib. 4. Argonaut.

D

Ἔνθα δ' ἀοιδῇσι μειλίσσετο, θέλγε δὲ κῆρας,
θυμοβόρους Ἀίδαο θοὰς κύνας. ἐχθοδοποῖσι,
ὄμμασι χαλκείοιο Τάλω ἐμέγηρεν ὀπωπὰς, &c.

Ibi cantaminibus mitigabatur, & Parcas animum vorantes, Ditis celeres canes molliebat Medea. Infeſtiſque oculis ferrei Talois oculos faſcinauit, & funeſtam ſuper eum iracundiam diſtrinxit. Emiſit autem ſimulacra nocentia vehementi bile æſtuans. O Iupiter, magna mihi admiratio mentem ſubit, ſi non morbis tantùm, & ictibus peſtis nobis creatur, ſed à longè etiam lædimur. Medea enim à longè Talois ferrei talum affixit, vt conſiſtere in poſterum, aut progredi non potuerit. καὶ δή τις ἀπόπροθεν ἄμμε χαλέπτει. Apollod. lib. 2. de Diis, συνέβη δὲ καὶ τὸν στρατὸν ἐν ναυπάκτῳ συμφορᾷ περιπεσεῖν. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων, καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμιζον μάγον εἶναι ἐπὶ λύμῃ. *Contigit exercitum apud Naupactum cladem accipere, & calamitate premi. Apparuit enim eis vates oracula fundens, & diuino E ſpiritu percitus, quem putarunt Magum eſſe ad perniciem.* Concil. Lateran. ſub Innocentio II. Ars mortifera balliſtariorum, & ſagittariorum vetatur, qui cæcis ictibus occidebant. Balſamon alicubi ſcribit, Magos incantationibus feras alligare, ad hominum commodum, aut incommodum quædam facere, morbos, deliria, amores inducere. Idem aſſerit Philo lib. de ſpecialib. legib. Baſilius Seleuc. Epiſc. lib. 1. de Thecla, μάγος ἄνθρωπος καινουργῆσαί τι, καὶ παραδοξοποιῆσαι βουληθεὶς, ἐπ' ἀνδροφονίας τε, καὶ ζωοκτονίας, καὶ ἄλλας τοιαύτας μιαρουργίας πρότερον ἵεται, &c. *Magus dum noui, atque inuſitati quidpiam molitur, priùs ad humanas hoſtias, animaliúmque mactationes, & alias id genus impuritates confugit, alioqui ſine ritus huiuſmodi deteſtabilis ope nihil vnquam rerum iſtarum inſolentium, atque inſuetarum effecerit.* ἔγνω πάντως καὶ τὰ κατὰ τὴν γοητείαν Ἀπολλωνίου τέχνης τὰ μιαρὰ, καὶ δυσαγῆ ἀποτελέσματα, θεαγωγίας τε τινὰς, καὶ ψυχαγωγίας, καὶ δαιμόνων ἐπικλήσεις, καὶ λανθανούσας ἀνοσιουργίας. *Cognouerat ſceleratas, maleficáſque Apollonij artes, ſimul etiam execrandos, neſariósque effectus intellexerat, quaſdam Deorum euocationes, animarum*

eductiones, Dæmonum inuocationes, clandestináſque, ac ſceleratas ſuperſtitiones, vt in India à Gymnoſophiſtis impurus, ac impius habitus ſit, οὐκ εὐαγὴς, οὐδ᾽ ὅσιος, πολὺ δ᾽ οὖ καὶ τὴν γοητείαν μιασμάτων ἔχων, nimia magicarum præſtigiarum fœditate laborans. Quis nunc Iulianos, Oſtanas, Simones percenſeat? Theagogiam ſciuit Numa, id eſt, vt Arnob. loquitur lib. 5. modum eliciendi Iouem. Lactant. lib. 2. cap. 16. Magi, & ij quos verè maleficos vulgus appellat, cùm artes ſuas execrabiles exercent, veris ſuis nominibus Dæmones cient, illis cæleſtibus quæ in literis ſanctis leguntur. Maleficia in greges, & armenta graſſari poſſe vulgò ſcitum eſt, & exempla frequentia proſtant. Qui enim ea perpetrarunt, inter cætera confeſſi ſunt, aliquando ſolo viſu, vel tactu, aliquando defoſſis ſub limine præſepis, aut ouilis veneficiis, aut vbi aquarum ducuntur, ope Dæmonis maleficium ſe intuliſſe. Quidam manceps equorum cùm ſibi plures equos periſſe veneficæ maleficio cerneret, eius nomen ad iudices detulit, quæ nihil feciſſe aliud quàm foueam confeſſa eſt, in quam Dæmon ignora quædam iniecerit. Aliæ modum extinguendi lactis nutricibus patefecerunt. Cùm enim præſtò ſibi eſſet aliqua portio lactis, ſuper id verba quædam admurmurare ſe dixerunt. Vt autem lac procurarent, noctibus quibuſdam, quarum eſt cultus ſolemnior, in angulis domus collocare vrceum, quem inter crura tenentes mulgere in eum ex cultro, aut alio ferramento parieti infixo, nomine eius animalis, cui lac exuberare cuperent. Ita ope Dæmonis lac adeſſe. Frugibus autem, & arboribus nocent aut ſolo afflatu, aut grandine, aut procellis, & fulminibus. In agro Conſtantienſi cùm ſegetes, ac vineæ grandine attritæ eſſent, maleficæ captæ ſua opera id contigiſſe dixerunt. Quarum vna confeſſa ſibi à Dæmone familiari imperatum, vt aquæ modicum extra vrbem ferret, quia pluuias concitare vellet. Tuliſſe igitur quamprimùm aquam ad condictum, & ibi reperiſſe Dæmonem ſub arbore ſtantem, qui præceperit effodi ſcrobiculam, & digitum intromitti, verbis quibuſdam prolatis. quo facto confeſtim aquam in ſublime cum Dæmone elatam fuiſſe, & grandinem cum procella delapſam. Quidam in agro Dæmonem inuocabat, rogabátque, vt deſignatum à ſe fulmine percuteret, cui pòſt in biuio pullum nigrum immolabat, & in aërem proiiciebat, quo Dæmon arrepto fulmen iaculabatur. Omnium pernicioſiſſimum eſt maleficium, quo efficiunt, vt iacula à ſe proiecta infigantur quibus voluerint, etiamſi in abſcondito latuerint, dummodo fuerint antea viſi. Tot autem in ſingulos dies hoc maleficio necare poſſunt, quot ictus ab initio direxerint, cùm execrabiles ritus ſuos perficerent. Idem catapultis, ac tubis ferreis, ac æreis, qui puluere ſulphureo exploduntur, perficiunt. Alij certis characteribus, aut imaginibus inuulnerabiles ſe præſtant. Aliis promittit Dæmon quam imaginis Chriſto, vel Sanctis dicatæ partem contriuerint, eamdem in eorum corpore inuiolabilem effecturum. Piſis in eo loco vbi Neronis ædificia extitere, qui locus hodie ſacris Virginibus dicatus eſt, anno 1570. fodere Magi aliquot cœpere in eo loco vbi ingens pinus erat, vt theſauros reperirent. Sed à Dæmonibus adeò infeſtati ſunt, vt à cœpto deſtiterint. Quo tempore multæ ex puellis deuotæ virginitatis à Dæmone obſeſſæ ſunt. Qui autem theſauros, furta, res amiſſas hac arte inueſtigant, alij cryſtallo, quidam vngue vtuntur, in quibus euocato Dæmone puerum impuberem aduocant, qui inſpiciat, audiátque loquentem. Mulieri cuidam contigiſſe teſtantur, vt per multos annos abortum fecerit, fœtu ſepties in vtero commoriente, quo tempore idem abortus accidit armentis, & gregibus fœtis, ac incientibus. Maleficus comprehenſus in tormentis confeſſus eſt, ſub limine ſe ſerpentem condidiſſe, qui lapſu temporis in puluerem abierat. Puluis cùm igni traditus eſſet, domus maleficio ſoluta eſt. Mulier quædam nobilis cùm vterum gereret, admonita eſt ab obſtetrice, ne villa ſua pedem efferret, quòd malefica quædam in pago eſſet, quæ ſolo tactu abortum inferret. Illa ſpreto conſilio ad epulas proceſſit, quæ pleriſque matronis inſtructæ erant. Ad ſedentem, & confabulantem acceſſit per ſpeciem colloquij mulier quædam, quæ manibus ventri admotis fœtum commouit. Domum deinde reueſa eiecit fœtum in fruſta comminutum. Baſileæ cùm quidam muliereulam rixoſam paulò inclementiùs appellaſſet, illa indignata minas adiecit homini non impune futurum. Cui nocte proximè inſequuta puſtula in collo nata eſt, quæ affrictu gliſcens per vniuerſum corpus ſparſa eſt, cùm lepræ fœditate vultus, collúmque inquinatum eſſet. Mulier deinde tormentis ſubdita de maleficio confeſſa, eſt, ſe Dæmoni ſuo id muneris iniunxiſſe, qui amplius quàm illa vellet præſtiterit. Alia malefica cùm per carnificem in ſublime attolleretur, vt viua vidénſque in ardentem lignorum ſtruem mitteretur, dixit ei; mercedem huius officij feres, & cum dicto in eius oculos exſufflauit, qui confeſtim

horri

A horribili lepræ deformitate percussus pòst paulò contabuit. Alia morbo comitiali iuuenem labefecit, cùm oua sub mortui cadauere vnum aut alterum diem sepulta in cibum ei dedisset. Ispruchi, quæ Germaniæ ciuitas est, cùm matrona quædam honesto loco nata, mulierculæ veneficas artes exprobraret, illa vltionem interminata est. Cùm tres dies abiissent, matrona vexata torminibus, cùm viscera omnia pungerentur, & caput quasi prunis admotis incalesceret, mox pustulæ toto corpore frequentes obortæ essent albæ, & sanie plenæ, maleficium suspicata reperit super ostium repositum linteum, in quo inclusa erant grana pustulis albentia, semina quoque leguminum, & serpentum, aliorúmque animalium ossa, quibus crematis illicò in pristinum restituta est. Altera in eadem vrbe post maleficæ cuiusdam minas correpta est doloribus ventris acutissimis, quasi duo gladij aduersi vtrique lateri infixi essent. Cùm igitur diu noctúque cruciaretur, reperta est sub B limine cerea imago, cui duæ acus vtrimque infixæ erant, quibus incendio traditis dolor conquieuit. Fuere & Magi sagittarij, seu balistarij dicti, qui ope Dæmonis certo ictu longè dissitos traiicerent. lib. 5. Decretal. tit. de sagitt. Maleficus erat Balaam, vt docet Gregor. Nyss. lib. de vita Mosis, *τῷ Βαλαὰμ ἡ τέχνη μὲν ἦν οἰωνιστική, δαιμόνων δὲ τῇ συνεργίᾳ χαλεπὸς ἦν ἐπάγων τοῖς ἀνθρώποις περιεργοτέρᾳ τινὶ δυνάμει τὰ ἀνήκεστα. Balaamo ars erat auguralis, sed ope Dæmonum erat grauis inducens in homines mala immedicabilia curiosis artibus.* Inter maleficia numerari veneficia suprà ostendimus, qualia fuere Liuiæ, quæ Caium, & Lucium Cæsares, Marcellum, & ipsum Augustum veneno sustulit; Tiberij, qui Germanicum; Seiani, qui Drusum; Neronis, qui Claudium, & Britannicum; Domitiani, qui Titum fratrem necauit. Basilius cubicularius Ioannem Tmiszíscem apud Zonaram pag. 172. *ὃς δηλητήριον κερασάμενος φάρμακον, οὐ δραστήριον, οὐδ' ὠκύμορον, ἀλλὰ χρόνιον δὲ καὶ χρόνῳ κατεργαζόμενον τὸν πεπωκότα, καὶ* C *ὑπελθὼν δώροις τὸν οἰνοχοεῖν εἰωθότα τῷ βασιλεῖ, ἐγχεῖ τοῦτο τοῦ κεραννυμένου τῇ κύλικι, ὃ ποθὲν κατὰ βραχὺ τὴν τοῦ πότου ἰσχὺν δύναμιν, καὶ διέφθειρε τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ἕως συνήλασε καὶ εἰς μόρον τὸν αὐτοκράτορα. Qui cùm noxium venenum miscuisset, non properum, sed lenta conficiens tabe bibentem, corrupto muneribus pocillatore, in poculum Principis illud infudit, quod haustum paulatim robur eius perdidit, & denique interemit.* Euagrius lib. 3. cap. 41. *Τίτον δὲ βασιλεύσαντα οὐ Δομιτιανὸς φαρμάκοις ἀδελφὸν ὄντα γε αὐτοῦ ἀνεῖλεν; Titum Principem annon Domitianus frater occidit?* Tzetzes leporem marinum fuisse ait, quo Domitianus vsus est. *Τίτος θνήσκει βεβρωκὼς λαγὼν τὸν θαλάσσιον.*

CAP. XXXVI.

De voce vmbrarum quæ euocantur.

D

VMBRAS, vel potiùs Dæmones qui à Magis eliciuntur, stridere potiùs, quàm loqui aiunt, certè exiliter loqui Vergil. lib. 6. Æneid ostendit.

——pars tollere vocem
Exiguam, inceptus clamor frustratur hiantes.

Lucan. lib. 6.

——ne membris Sole perustis,
Auribus incertum feralis strideat vmbra.

Ideo saganæ corpus recèns occisum calido sanguine replebant, vt disertiùs, & fortiùs loqueretur, vt Lucan. ibidem ait. Homerus de vmbris lib. 12. Odyss.

E

Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
Τρίζουσαι ποτέονται.——

Illa vt noctua in sinu antri diuini stridentes volant. Procopius ad Esaiam pag. 357. *λεπτὰ λέγοντες, καθάπερ ἐπὶ νεκρομαντείας οἱ δαίμονες ψυχὰς τὰς καλουμένας ὑποκρινόμενοι, tenuiter loquentes, vt Dæmones qui animas imitantur, quæ per necromantiam cientur.* Horat. satyr. 8. lib. 1.

——quo pacto alterna loquentes
Vmbra cum sagana resonarent triste, & acutum.

Apud Æthiopes iussu Vespesionis, qui Gymnosophistarum antistes erat, vlmus Apollonium clara voce, & distincta, sed tenui, & fœminea salutauit, narrante Philostrato lib. 6. c. 5.

CAP.

CAP. XXXVII.

De laminis plumbeis, characteribus.

Laminas, & characteres à Magis adhibitos, omnes conſentiunt. Tacit. lib. 2. Et reperiebantur ſolo, ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemiuſti cineres, ac tabe obliti, quis creditur animas numinibus inferis ſacrari. Dio ἐλασμὸς μολιβδίνας ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντας, *laminas plumbeas* vocat *exſecrationes quaſdam cum nomine Germanici habentes.* S. Hieronymus in Hilar. portentoſas figuras ſculptas in æris Cyprij lamina defodit. Baſil. in Pſal. 33. νοσεῖ τὸ παιδίον, καὶ σὺ τὸν ἀοιδὸν περισκοπεῖς, ἢ τὸν τοὺς περιέργους χαρακτῆρας τῶν ἀναιτίων νηπίων περιθέντα. *Aegrotat infans, & tu ſpectas Magum, qui curioſos characteres collo innocentium circumponat.* Euſeb. lib. 5. Præparat. παύεο δὴ περίφρων ὀάρων, ἀνάπαυε δὲ φῶτα, θάμνων ἐκλύων πέδιον τύπον, ἠδ' ἀπὸ γυίων τηλεῖαν ὀθόνην χερσὶν στιβαραῖς ἀπαείρας. *Deſine, ô aſtute, magici carminis, & hominem quieſcere ſine, virgultorum ſoluens canum characterem, atque à membris amiculum lineum manibus validis exuens, & tollens, vt abeam.* Alloquitur Dæmon Magum qui lineis amictus erat. Æneſius de anima; Chaldæi Homeri animam elicere cupientes, ἀλεκτρυόνα θύοντες, καὶ χαρακτῆρας ὑπογράφοντες, *gallinaceum immolant, & characteres deſcribunt.* Euſeb. l. 5. Præparat. pag. 120. Dæmonem dicentem inducit,

> Λύσατέ μοι στεφάνους, καὶ μοῦ πόδας ὕδατι λευκῷ
> Ῥάνατε, καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καί γε μόλοιμι.
> Χειρὸς δεξιτερῆς δάφνης κλάδον ἄρατε, χερσὶ
> Ψήχετε ὀφθαλμοὺς διδύμους, ῥινάς τε πρόσωπα,
> Ἄρατε φῶτα γαίηθεν ἀναστήσαντες ἑταῖροι.
> *Soluite mihi coronas, & pedes meos limpida aqua*
> *Lauate, & lineas delete, & abibo.*
> *Manu dextra laureum ramum tollite,*
> *Manu palpate, & mulcete oculos ambos, & nares,*
> *Leuate à terra hominem excitantes amici.*

οὐ μόνον ὅτι φιλεῖ χαρακτῆρες δεδήλωκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτοῖς περιγράφονται, καὶ εἰσὶν ἐν ἱερῷ χωρίῳ τῇ ὑποκειμένῃ εἰκόνι. *Non tantùm Hecate oſtendit amare ſe characteres, verùm & Dæmones illis circumſcribi, & eſſe in ſubiecta imagine velut in ſacro loco.* ἱερὰ γῆ ἡ εἰκόνα φέρουσα θεοῦ, ἧς ἀρθείσης λύεται ὁ κρατῶν ἐπὶ γῆς τὸ θεῖον. *Sacra terra eſt quæ fert imaginem Dei, qua ſublata, ſoluitur id quod tenebat Deum.* malo τὸ κρατοῦν. Concil. Antiſiodor. anno 590. cap. 4. Non licet ad ſortilegos, vel auguria reſpicere, nec ad characteres, nec ad ſortes quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno, aut pane faciunt. Orig. l. 3. in lib. Iob. Amici Iob aſſederunt illi, nõ quærentes, neque maleficia, neque auguria, neque diuinationes, neque phylacteria, neque lamellas, neque incãtationes damnatas. Statim phylacteria alligant, illicò maleficiis intendunt, aut in charta ſcribũt, aut in ſtanno, aut in plumbo, & alligant ei qui aliquem dolorem ſuſtinuerit. Si panis, qui eſt corporis vita, collo appenſus nihil adiuuat, quomodo adiuuent phylacteria, vel laminæ inanimatæ? quomodo adiuuent maleficia, occurſus, vocationes, reuocationes, quæ ſunt Dæmonum ſeruitutes? Infelix namque eſt qui in ſtatua inanimata ſperat, infelicior verò qui in phylacteriis mortuis ſperat. Apul. Mil. 3. ignorabiliter laminis literatis. Feſt. Ipſullices lamellæ neceſſariæ ſacris magicis ſpecie virûm & mulierum. Illæ laminæ characteribus quibuſdam exarabantur; vnde Magi qui eos exararent, & inſculperent, ſtœchcomatici dicti. Cedrenus in Claudio ſcribit, Apollonium Byzantij στοιχειῶσαι ὄφεις, καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, *characteribus & ſigillis deuinxiſſe ſerpentes, & ſcorpios ne percuterent.* Pſellus lib. de Dæmonib. δαιμόνια ῥᾷστα χειροῦται παρὰ τοῦ μιαροῦ τῶν γοήτων γένους μολύβδῳ, καὶ κηρῷ, καὶ λεπτῇ προσδεθέντα μίτῳ διὰ τῶν ἀθεμίτων ἀφορκισμῶν πάθη τραγικὰ κατεργάζονται. *Dæmones facilè cicurantur à deteſtando Magorum genere plumbo, cera, & tenui licio alligati per coniurationes infandas mala tragica faciunt.* Quidam in annulo plumbeo ſigilla ponunt, & characteres, vt obediant omnes ſubterranei ſpiritus, & ceram Deæ vocant, apud Euſeb. lib. 5. Præparat. pag. 11. τὰς γραμμὰς παρακελεύεται ἀπαλείφειν, ἵνα ἀπέλθῃ. ταύτας γὰρ κρατεῖν, καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα τῆς ἐνδύσεως, διὰ τὸ φέρειν εἰκονίσματα τῶν κεκλημένων θεῶν. *Lineas iubet deleri, vt abeat. Has enim ſe retinere, & aliam figuram veſtitus, quia fert ſimulacra Deorum qui vocantur.* S. Hieronymus in Hilarione ſcribit, Dæmonem licio & lamina ſtrictum teneri ſubter limen puellæ. *Cera illa trium colorum fuit ex albo,*

A *ex albo, nigro, & rubeo, habens formam Hecatæ ferentis flagellum, lampadem, & ensem, circa quam circumplicatus draco, & astra marina sunt affixa.* Euseb. lib. 5. Præparat. *κηρὸς τριχρώμου ἐκ λευκοῦ, καὶ μέλανος, καὶ ἐρυθροῦ συνεστώς, ἔχων τύπον ἑκάτης φερούσης μάστιγα, καὶ λαμπάδα, καὶ ξίφος, περὶ ἣν εἱλίχθω δράκων, ἐφ᾽ ἧς ἢ ἀστέρες οἱ θαλάττιοι πεπατταλευμένοι. Pan ais, in igne ceram varij coloris ponentes, quæ sit alba, nigra, & ignis lucidus carbonis ardentis, vt terreantur canes infernæ, in qua sit forma terribilis Hecates, cui sit lampas in manu, & ensis vltor, & draco capite diro circumfusus, nexibus Coren Hecaten tenens,* &c. Ex eodem de cereis imaginibus suprà abundè diximus. De characteribus apud eundem lib. 5. Præparat.

Τίς βροτὸς οὐ πεπόθηκε χαρακτῆρας ὀπάσασθαι
Χρυσοῦ, καὶ χαλκοῦ, καὶ ἀργύρου αἰγλήεντος;

Quis non cupiat præbere characteres auri, æris, argenti fulgentis? Ostendunt, ait Eusebius, Dæ-
B mones non modò se characteres amare, sed etiam se illis circumscribi, & quasi in loco sacro contineri subiecta imagine.

CAP. XXXVIII.

Dæmon doctum virum efficere potest.

DÆMON memoriam firmare, organa corporis, quibus animus operationes suas perfectiùs explicare possit, disponere, impedimenta tollere potest. Ita & Æthalidæ memoria corroborata. Diogenes Laërt. in Pythagor. *ὡς εἴη ποτὲ γεγονὼς αἰθαλίδης, καὶ ἑρμοῦ υἱὸς νομισθείη, αἰτήσασθαι ζῶντα, καὶ τελευτῶντα μνήμην ἔχειν τῶν συμβαινόντων. ἐν μὲν οὖν τῇ ζωῇ πάντων διαμνημονεῦσαι,* &c. scribit, *Pythagoram fuisse Aethalidem, qui Mercurij filius habitus sit, à quo petierit, vt viuus & mortuus memor esset omnium quæ contingerent. In vita igitur omnium memorem fuisse.* Suidas de Appollonio, *διαμνημονευτικὸς ἦν εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τὸ μνημονικὸν ἑκατοντούτης γενόμενος ἔρρωτο ὑπὲρ τὸν σιμωνίδην. Erat felici memoria, si quis alius, & supra Simonidem, cùm centum annos natus esset, ea valebat.* Ætate Iuliani desertoris Chrysantij Sardiani Magi filius, omnium artium rudis, solo aspectu Solis aduersus Christianos oracula fundebat, narrante Eunapio. Sosipatra ab incubis Dæmonibus didicit omnium Poëtarum scripta, cùm literas nesciret, eadem quæ vbicumque terrarum gererentur, palàm enunciabat, ait Eunapius in Ædesio. Pausanias in Corinthiacis scribit, anum Acherontiam hymnos Pindari à Dæmone edoctam, à Dæmone Amphiaraum vatem effectum, Thynicum Poëtam, vt scribit Plato.

D

CAP. XXXIX.

De sacris absolutoriis.

SACRA absolutoria dicta, quibus vel amore, vel periculo, vel morbo absoluebantur. Resoluere dixit Horatius ode 28. lib. 1.

Téque piacula nulla resoluent.

Soluere Tibullus lib. 1. eleg. 2.

——Hæc eadem se dixit amores
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

E In sacris absolutoriis saganæ erant discinctis vestibus, nodo liberæ, nudæ pedes. Ouid. lib. 7. Metamorph. de Medea Æsonem senio absoluente,

Egreditur tectis vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudis humeris, infusa capillos.

Item in iis sacris acclamari solitum, auctore Fest. Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto. lib. 4. Æneid.

—— Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluuiis, & vertere sydera retrò,
Nocturnósque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Item,

Irem,

Quæ mihi reddat eum, aut eo me soluat amantem.

Horat. satyr. 8. lib. 1.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, paßóque capillo,
Cum sagana maiore vlulantem. ——

Succinctam pallam vocat, non quia nodo astricta esset in sacris resolutoriis, sed quia esset laciniosa vestis. Ea debuit sustolli, ne gressum impediret. Seneca in Medea,

Tibi more gentis vinculo soluens pedem,
Secreta nudo nemora lustraui pede.

Seruius ad lib. 4. Æneid. admonet, in sactis resolutoriis nihil solere esse religatum. Fiebant, ait Festus, sacra resolutoria ab auspicibus, & ad Iunonis Lucinæ sacta non licet accedere, nisi solutis nodis. Nodos in deuinctionibus, & ligamenta adhibita esse suprà ostendimus.

CAP. XL.

De leuamentis, thesauris, & beneficiis per Magos.

MAGOS ostendimus & esse, & dici maleficos; videamus an aliqui possint esse benefici, qui de hominibus bene mereantur. Lucian. in Pseudomante scribit, Magos polliceri κακῶν ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ θησαυρῶν ἀνατεμπάς, καὶ κλήρων διαδοχάς, *malorum immißiones in hostes, & thesaurorum adminicula, & hæreditatum succeßiones.* Glycas pat. 4. Annal. & Cedren. in Anastasio scribunt, Chabadem Regem Persarum, cùm accepisset in confinio Indiæ & Persidis esse thesaurum opulentum in arce Tzudarensi, eò cum exercitu profectum Magos adhibuisse, quos Dæmones repulerint: mox ab Episcopo qui diuina mysteria eodem loco peregerat, fugatis Dæmonibus thesaurum repertum. μεταξὺ ἰνδῶν καὶ περσῶν κάστρον ἐστὶν ὀνομαζόμενον τζουδάρ, ἐν ᾧ πολλὰ χρήματα καὶ μαργαρῖται, καὶ λίθοι τίμιοι ἀπόκειμένοι ἦσαν, καὶ ὑπὸ δαιμόνων ἐφυλάττοντο, &c. ἐπίσκοπος συνάξιν ἐπιτελέσας, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβὼν περιέλθων τῷ τόπῳ τοὺς δαίμονας ἐξεδίωξε. pag. 297. S. Leo ser. 7. de Natiuit. Diabolus habet multos ex iis quos tenaciùs obligauit, aptos suis artibus. Per istos remedia ægritudinum, indicia futurorum, placationes Dæmonum, & depulsiones promittuntur vmbrarum. Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Nec tamen huic credet coniux tuus, vt mihi verax
Pollicita est magico saga ministerio.
Hanc ego de cælo ducentem sydera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.

Plato in Eutydemo, ἡ τῶν ἐπῳδῶν τέχνη, ἐχέων τε, καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε, καὶ νόσων κήλησίς ἐστι. *Ars excantationum mitigat angues, phalangia, scorpios, & alia animantia, ipsos etiam morbos sedat.* Zamolxidis incantationes fuere, quæ homines ex insipientibus sapientes, ex intemperantibus temperantes efficerent. Iulian. August. in epist. ὥσπερ οἱ τὰς ζαμόλξιδος ἐπῳδὰς θρυλλοῦντες ἀπέφηναν ἄνδρα ἔμφρονα καὶ σώφρονα. Apollonius Byzantij ab incolis rogatus effecit ne scorpij, aut serpentes ferirent, culices ne eò accederent, equi ne ferocirent, néve raberent. Lycum amnem, ne Byzantium eluuione mergeret, deuinxit, ait Cedren. in Claudio. Antiochiæ fecit ne culices vlli essent, Tzetzes Chil. 1. cap. 60. ἀντιοχεία μὲν ἐποίει, καὶ μὴν καὶ βυζαντίῳ μὴ παρενοχλεῖν κώνωπας. Plinius lib. 7. cap. 3. prodit, Asclepiadem celeberrimum sub Pompeio Medicum è funere mortuum hominem retulisse, & seruasse, quod & Philostratus ab Apolline factum commemorat. Meta mapalia. non mortui erant, sed lethargo, aut epilepsi deuincti.

CAP. XLI.

De remediis, & amuletis.

AMVLETA, probra, ἀλεξιφάρμακα, περίαπτα, περιερτήματα, περιάμματα propriè dicta, quæ ex collo suspensa morbos auerterent. Quanquam & alia remedia fuere, quæ occulto

A occulto murmure perficerentur. Philostratus lib. 4. cap. 16. Cùm puellam feretro impositam sponsus lugens sequeretur, Apollonius funeri occurrens; deponite feretrum, inquit, ipse puellam tangens, *καί τι καὶ ἀφανῶς ἐπειπὼν ἀφύπνιζε τὴν κόρην τοῦ δοκοῦντος θανάτου*, *atque aliquid illi secretò admurmurans, ab ea quæ videbatur morte reuocauit.* Laius Philosophus, narrante Tzetze Chiliad. 1. cùm pestis Antiochiæ grassaretur exsculpto in lapide Charontis vultu, & in vrbe posito simulacro, luem sedauit, *ξέσας ἐν πέτρᾳ πρόσωπον τοῦ χάρωνος*. Apollonius ciconiam exsculpens in marmore, ciconias fontes, & puteos iniectis serpentibus vitiantes Byzantio expulit. Idem pestilitatem, Dæmone qui specie mendici grassabantur lapidibus obruto, sedauit. *τίς δῆτ' οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ μέγα τὴν τοῦ θαυματοποιοῦ γελάσεται παραδοξοποιΐαν*; ait Eusebius aduersus Hierocl. *Quis non irrideat præstigiatoris artem, qui Dæmonis ope miracula patrabat?* Diodorus Siculus lib. 5. ait fæminas ab Hercule Idæo Dactylo, vt à Mago, *περιάμματα ποιεῖν*,
B *amuleta facere* didicisse. Iosephus scribit, ex naue Noë quæ in montibus Armeniæ sedit, fragmenta suspendi vt amuleta. Plin. lib. 28. cap. 4. Inter amuleta est, editæ quinquies vrinæ inspuere. Caracalla capitis eos condemnauit qui herbas è collo suspenderent. S. Chrysostom. de infirmitate, *ὅταν νόσῳ περιπέσῃς χαλεπῇ, καὶ πολλοὶ παρακαλῶνται ἐπῳδαῖς, ἢ περιάμμασι παραμυθήσασθαι τὸ κακόν, σὺ δὲ διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον οὐ βούλῃ τι ὑπομεῖναι τῶν τοιούτων, μάρτυς εἶ.* *Cùm in grauem morbum incideris, & multi adfuerint vt excantationibus, aut amuletis malum leuent, tu autem Dei timore ductus eorum nihil sustinere volueris, martyr es.* Patres Ecclesiæ veteris agnoscunt, Magos aliquot magicis artibus homines iuuisse. De Apollonio apud Cedrenum Anastasius Theopoleos Episcopus ait; *Apollonij hodiéque in quibusdam locis ἐνεργοῦσι τὰ ἀποτελέσματα ἱστάμενα, opera perseuerant, & efficacia sunt, alia quadrupedibus, ac volucribus damnosis auertendis, alia εἰς ἐποχὴν ῥευμάτων ποταμοῦ ἀτάκτως φερομένων, ad inordinatos amnium cursus inhibendos; neque eo tantùm vi-*
C *uo Dæmones per ipsum tot ac talia egerunt, sed ipso etiam mortuo ad monumentum eius perseuerarunt, & miracula quædam Dæmones in nomine eius fecerunt, ad homines circumueniendos, καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα εἰργάσαντο οἱ δαίμονες δι' αὐτοῦ*, &c. Medici veteres vsi sunt amuletis, & verbis ad morbos sanandos. Plinius lib. 28. cap. 4. In quartanis fragmentum claui à cruce inuolutum lana collo subnectat. Macrob. in somn. Scipion. cap. 3. Cantus corporum quoque morbis medetur. Nam hinc est quod ægris remedia præstantes præcinere dicuntur. Tibul lib. 1. eleg. 5.

> *Ille ego, cùm tristi morbo defessa iaceres,*
> *Te dicor votis eripuisse meis.*
> *Ipséque ter circum lustraui sulphure puro,*
> *Carmine cùm magico præcinuisset anus.*

D Apud Strabonem magi *τὰς ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες*, *cantamina sua faciunt diu fasciculum virgarum myricæ manu tenentes.* Apuleius in Apolog. Veteres quidem Medici etiam carmina remedia vulnerum norant. Ammian. lib. 15. Anile incantamentum, quod medicinæ quoque admittit auctoritas, ad leniendum dolorem adhibere. Pindar. Pyth. ode 3. Æsculapius, inquit, *τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων*, *alios mollibus carminibus curans.* Plato in Charmide, *ἐπᾳστέον πρὸ τοῦ φαρμάκου δόσεως. οὐδὲν ἔτι σοι ἔδει οὔτε τῶν Ζαμόλξιδος, οὔτε τῶν Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορέου ἐπῳδῶν.* *Incantandum est ante remedium exhibendum. nihil tibi opus Zamolxidis, aut Abaridis Hyperborei cantaminibus.* S. Augustin. tract. 7. in Ioan. vocat remedia ad morbos, & cantus. Malch. in Pyth. *παιώνια*. Iamblichus *ἐπῳδὰς πρὸς τὰ ἀρρωστήματα*, *cantus ad morbos*, *μέλη πρὸς νόσους σωμάτων*, Psellus *ἐπῳδάς, καὶ καθαρμούς*. Ta-
E tian. contra Græcos, *οὐ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι*, *non sanant Dæmones, sed fraude homines capiunt. Et bene Iustinus admirabilis Dæmones latronibus similes esse docuit, si quidem vt illi viuos aliquos capere solent, deinde pactâ mercede familiaribus eos restituere; sic etiam qui à vobis existimantur Dij, quorumdam hominum membris se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire iubent, & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleuerunt, ab ægris auolant, & morbum suo dolo productum circumscribentes, pristinæ valetudini homines reddunt, ἀποστάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράψαντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσι.* Lucian in Philopseud. *οἴεσθε ἐπῳδαῖς τινὰ τὰ τοιαῦτα παύεσθαι, ἢ τοῖς ἔξωθεν περιαρτήμασι, τοῦ κακοῦ ἔνδον διατρίβοντος. Existimatis incantationibus quibusdam eiusmodi mala sedari, aut amuletis extrinsecus adhibitis, malo intus delitescente. πιστεύειν τὰ ἔξω μετὰ ῥημάτων καὶ γοητείας τινὸς ἐνεργεῖν, καὶ τὴν ἴασιν ἐπιπέμπειν περιαπτόμενα, credere extrinseca illa cum verbis & præstigiis efficacia esse, & suspensa medicinam facere.* Babylonius Magus suscitauit Midam carmine exigens venenum è corpore, *ἔτι καὶ περιαρτήσας τῷ ποδὶ τεθνηκυίας παρθένου*, *& suspendens pedi*

Virginis mortuæ lapidem quem exciderat è columna. Ammian. lib. 19. Si quis remedia quartanæ, vel doloris alterius collo geſtaret, ſiue per monumentum tranſiſſe, maleuolorum argueretur indiciis, vt veneficus pronuntiatus reus capitis interibat. S. Chryſoſtom. homil. 8. ad Coloſſenſ. ἐνόσησε τὸ παιδίον, οὐκ ἐποίησε περίαπτα, μαρτύριον αὐτῇ λογίζεται. *Laborauit morbo infans, non ſuſpendit ei è collo amuleta, martyrium ei imputatur.* περίαπτα, περιάμματα, ἐξαρτήματα, amuleta. In Synodo ſexta; Qui nubes fugare dicuntur, imprecatores, & amuletarij, & vates ſexcennio excommunicantur. S. Chryſoſtom. homil. 12. in Epiſt. 1. ad Corinth. p. 432. *Cùm infanti nomen poſitum eſt,* κρόκη, καὶ στήμων, καὶ τὰ ἄλλα περιάμματα τὰ τοιαῦτα τοῦ παιδίου ἐμπιστεύονται τὴν ἀσφάλειαν, *ſubſtemini & ſtamini, & aliis amuletis creditur pueri tutela & cuſtodia.* βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι, τροφοὶ, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίσασαι κατὰ τοῦ μετώπου τυποῦσι τοῦ παιδίου. κἂν ἐρῆταί τις, τί βούλεται ὁ βόρβορος; τί δὲ ὁ πηλός; ὀφθαλμὸν πονηρὸν ἀποστρέφει, φησὶ, καὶ βασκανίαν, καὶ φθόνον. S. Cyrillus catech. 4. μηδὲ ἐπιδέσμασιν ἐν νόσοις χρήσῃ ποτέ. Idem catech. 1. p. 513. οἰωνοσκοπία, μαντεία, κληδονισμοὶ, ἢ περιάμματα, ἢ ἐν πετάλοις ἐπιγραφαὶ, μαγεῖαι. *Mulierculæ nutriculæ, ancillulæ luto quem è balneo ſumpſerint frontem pueri medio digito inungunt, & pingunt. De quibus ſi quis quærat quid ſibi lutum illud velit, reſpondebunt eo malignum oculum & faſcinum depelli.* S. Cyrillus monet, *ne quis morbo decumbens alligamentis vnquam vtatur.* Idem catecheſi prima ait, *auium obſeruatio, diuinatio, ominum ſuperſtitio, amuleta, & in folliculis inſcriptiones, magica deliramenta ſunt.* Ligaturas appellat Nicol. I. epiſt. ad Bulgaros, perhibentes quod moris ſit vobis infirmis ligaturam quandam ob ſanitatem recipiendam ferre pendentem ſub gutture, quod ne fiat inhibemus. Origen. lib. 3. in Iob. qui ad vana intenderint auguria, ac veneficia, diuinationes quoque, ac phylacteria, atque incantationes, horum greſſus conturbabuntur. Idolorum fæces atque reliquias adorant auguria, diuinationes, incantationes, maleficia, phylacteria. S. Gaudentius ſer. 4. de Paſch. Partes idolatriæ ſunt veneficia, præcantationes, ſuballigaturæ, vanitates, auguria, ſortes, obſeruatio ominum, parentalia, inquam, quamuis nec ipſi mortuis ſuis minus mortui, (ita lego) ſacrificent parentalia, dum ſuper ſepulcrorum menſas tremulis ebrietate manibus vina fundentes, ſpiritum balbutiunt. Anaſt. Epiſcopus Nicenus. Sed ægrotat puer, & tu quæris incantatorem, & curioſos characteres imponis collo infantium, & ſi te ſomnium conterruerit, curris ad coniectorem, & ſi aliquid perdideris, vadis ad vatem. Hæc talia vetantur Synodo Laodic. can. 140. οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν, τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν. Nefas eſt Eccleſiaſticos homines, & Clericos Deo ſacros Magos eſſe, aut incantatores, aut Mathematicos, aut Aſtrologos, aut facere phylacteria & amuleta, quæ ſunt animorum vincula. iuſſimus autem vt ij qui eiuſmodi res ferrent, Eccleſia eiicerentur. Lege S. Chryſoſtomum homil. 43. in Matthæum. Syn. Agath cap. 68. Non oportet miniſtros altaris, aut Clericos Magos, aut incantatores eſſe, aut facere quæ dicunt phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. In collect. canon. Oriental. S. Martini Dumienſis; Si quis diuinos, & ſortilegos in domo ſua introduxerit quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel luſtrationes Paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam aget. Concil. Turon. III. c. 42. Fideles magicas artes, incantationéſque infirmitatibus non adhibeant, ſciántque, ligaturas oſſium, vel herbarum adhibitas, laqueos & inſidias antiqui hoſtis eſſe. Athenæus lib. 3. Phetecrates ait, ὦ δ᾽ ἡμῶν σῦκον τις ἴδῃ διὰ χρόνου νέον ποτέ, τὼ ὀφθαλμὼ περιματτόμεθα γε τούτῳ τῶν παιδίων, ὡς καὶ ἴαμά τι ὂν τοῦ τυχόντος τῶν σύκων ὑπαρχόντων. *Si quis noſtrûm recentem ficum tandem videat, oculos tenerorum puerorum illa fricamus, ceu habentibus ficis etiam medendi non mediocrem facultatem.* Huc pertinet illud lib. 11. Geopon. ζωροάστρης λέγει ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἵνα μὴ ἀλγεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐν πρώτοις ἰδόντα ἐπὶ τοῦ φυτοῦ μεμυκυίας κάλυκας, καὶ τρισὶν ἐξ αὐτῶν ἀπομαξάμενον τὰ ὄμματα, *oculos integro anno illi non dolituros, qui conſpectæ primùm roſæ tribus calyculis eos terſiſſet.* Amuletorum meminit Origenes lib. 6. in Celſ. Quid recenſeam, ait Celſus, eos qui luſtrationes docuerunt, & incantationes pellendis morbis, arcendíſve, aut effigies, formáſque Dæmonum varias, & præter hæc in veſtibus, numeris, lapidibus, plantis, radicibus, amuleta diuerſorum generum? Inter amuletarios reponuntur ij qui verbis, & arcano cantu morbis, & vulneribus medicinam faciunt, quod capularis ille Neſtor feciſſe dicitur, qui carmine ſanguinem è vulnere fluentem ſiſtit apud Homerum. Marcellus Empit.

Gramine ſeu mauis ægro præſtare medelam,
Carmine ſeu potiùs, namque eſt res certa ſaluti
Carmen ab occultis tribuens miracula rebus.

Vlpia

A Vlpianus tamen lib. 1. D. de var. & extraord. huiusmodi remedia inter medicinæ genera esse negat, cum quo facit. Lactant. lib. 1. cap. 14. Insinuant se corporibus hominum, & occulrè in visceribus operti valetudinem viriant, morbos cient, somniis animas terrent, furoribus quatiunt, vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. Tertul. in Apologet. cap. 22. Dæmones lædunt primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua, siue contraria, post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. Lege Aristidem Iericho 1. & 2. videbis remediis absurdis, & ludicris grauissimas ægritudines à Dæmone sanatas. Minutius in Octauio; vt remissis quæ constrinxerant curasse videantur. Fatendum, Dæmonem morbis mederi posse, quia succos infundere, & intus agere potest. Mart. Capel. lib. 2. Sed aduersus illa quoddam Abderitæ senis ἄλιμμα, cui multa lapillis, surculisque permixtis herbarum etiam, membrorúmque concesserat, præparauit. Sic à Dæmone factum Marius Maximus scribit, vt mulier cœca, quæ Adriani Imperatoris genua osculata erat, cùm aqua oculos abluisset, cœcitatem exuerer, mox vt cœco è Pannonia, qui Adrianum contigerat, exesa vis luminis integraretur Ita & apud Tacitum lib. 4. Histor. Tangente Vespasiano, ei qui manu debilis erat, statim conuersa ad vsum manus, ac cœco reluxit dies. Ælian. lib. 11. cap. 31. de animal scribit, Lænæo cuidam equum fuisse generosum, cui oculus dexter in prœlio suffossus sit. Lænæus vt opem equo reperiret, εἰς τὸ στρατόπεδον ἔρχεται, καὶ δεῖται τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἵππου. ὁ δὲ δίδωσιν ἴασιν, πυριάσαι αὐτὸν ἀλεαίνων μισθοὺς ἡμέρας ἐν τῷ τοῦ νεὼ περιβόλῳ, &c. *venit in templum Serapidis, & pro equo Deum exorat. Deus remedium dictat, vt fomentis per meridiem in ambitu templi calefieret. Ita equi oculus conualuit.* Apul. in Apolog. An remedia nosse, & ea cõquirere Magi potiùs est, quàm Medici? Plato in Phædro, νόσων γε, καὶ πόνων τῶν μεγίστων ἡ μανία προφητεύσασα, ἀπαλλαγὴν ηὕρετο καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς

C τε, καὶ λατρείας. ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε, καὶ τελετῶν τυχοῦσα. *Morborum, & laborum maximorum leuamentum furor futura prædicens inuenit, confugiens ad preces, & adorationem Deorum. vnde idem sacer furor expiationum, & cerimoniarum compos.* Iamblichus lib. de myster. cap. de sacrific. ostendit, sine sacrificiorum efficientia nos liberari non posse peste, fame, penuria, nec impetrare opportunos imbres. Mutinus Deus, & res turpiculæ è collo infantium ad fascinum auertendum suspendebantur, & sub curru triumphantis, vt Varro scribit. Dicebantur & præfiscini. Aduersus fascinum Nemesis Græca inuocabatur. Rutam nonnulli aiunt φάρμακον εἶναι βασκανίας, *remedium liuoris.* Quidam Alexandri Magni sigillum vt ἀποτρόπαιον κακῶν gerebant. E zona Caiæ Cæciliæ, quæ Tarquinij Prisci vxor fuit, prœbra sumi solita quæ mala prohiberent, auctor est Festus. Vespertilio viuus circum ædes feratur, & valuis inuer-

D so capite affigatur, vt mala auerruncentur. Nouæ nuptæ adipe lupi fores inungunt ad deuinctiones arcendas, vt Plinius lib. 28. Vbi platani folia sunt, eò vespertilio non intrat. Vespertilio item fugatur suffitu hederæ. Nero habuit icunculas puellares pro amuleto, & λεβηρίδα, id est, *exuuium serpentis* in armillis, quod abiecit ante obitum, aiunt Sueton. & Dio. Exuuium id in cunis eius repertum erat. κίσσα, *pica* lauri folium ore tenet pro amuleto. Iosephus lib. 7. origin. è Beroso scribit, in Armenia è nauigio Noëmi particulam esse, *& adferre aliquos quidpiam è bitumine auferentes,* καὶ κομίζειν τινάς τι τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας πρὸς ἀποτροπιασμοὺς, *ad mala auerruncanda.* Golscalcus Rosemundus serm. 3. Dominicæ quintæ post Epiphaniam scribit, mulierem petisse à quodam schedulam oculis sanandis; dedit, sanata est. aliæ item sanatæ, tandem aperuit chartam, in qua scriptum; diabolus tibi eruat oculos, & luto obstruat foramina. Plin. lib. 28. cap. 1. Iulius Cæsar post vnum vehiculi

E casum carmine ter repetito securitatem itinerum aucupabatur. Scorpione viso si quis dicat duo, cohibet, nec vibrat ictum; alius saliua post aurem relata salutem propitiat. Recedente aliquo ab epulis simul verritur solum. Qui muscam viuam linteolo albo inclusam collo circumligant, lippi non fiunt. Synod. 6. c. 61. Vrsorum mansuetarij in capite, & corpore cingula suspendunt, quæ dantur pro amuletis. Spartianus, sub Caracalla damnati sunt Romæ qui remedia quartanis, tertianísque collo adnexa gerebant. Plinius lib. 29. c. 3. Claudius equitem Romanum occidit, quia secum ouum gallinacei ferebat. Ægyptij hominem rutum à veneficiis per lupi rostrum significant, quod suspensum è ianua veneficium arcet. Hesychius de Constantinop. scribit, cùm ciconiæ Byzantij dracones in cisternas, & puteos iniicerent. Apollonium tres ex lapide polito excitasse ciconias ex aduersum sibi positas, quę ciconias fugarint. ἐκ λίθου ξέστου τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργοὺς ἀντιπρόσωπους ἀλλήλοις ὁρῶντας οὐ συγχωροῦντας ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος. Nicephorus lib. 10. Histor. cap. 11. Apollonium historiæ produnt Byzantij dæmoniacis præstigiis, atque incantatio-

nibus magnam vim ſerpentum, & ſcorpionum fugaſſe, & ferociſſimos quoque equos frænaſſe. vide Tzetzem Chil. 2. Hiſt. 9. Sed de amuletis Lucian. in Philopſeud. πιστεύειν καὶ τὰ ἔξω μετ᾽ ῥημάτων καὶ γοητείας τινὸς ἐνεργεῖν, καὶ τὴν ἴασιν ἐπιπέμπειν περιαπτόμενα, *credere quæ extrinſecus adhibentur cum verbis & præſtigiis operari, & ſuſpenſa mederi.* S. Auguſt. lib. 83. quæſt. maleficium pellendum eſſe ait ſancta adiuratione, aut crucis conſignatione, quæ omnis generis dæmonia pellere poteſt. S. Chryſoſt. meritò inſectatur eos qui prœbris, amuletis, & cantu magico morbis medentur. Catech. 2. τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν ἐπῳδαῖς, καὶ περιάπτοις κεχρημένων, καὶ νομίσματα χαλκᾶ ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνος ταῖς κεφαλαῖς, καὶ τοῖς ποσὶ περιδεσμούντων; αὗται αἱ ἐλπίδες ἡμῶν, εἰπέ μοι; οὐ περίαπτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς σαυτῷ περιάγεις, &c. *Quid dixerit aliquis de iis qui excantationibus, & amuletis vtuntur, & nummos æreos Alexandri magni imagine capiti & pedibus circumligant? Hæc eſt noſtra ſpes, dic mihi? Non amuleta modò, ſed & excantationes adhibes, aniculas ebrias, & deliras domum inducens. Chriſtiana eſt, inquiunt, & Dei nomen vſurpat. Ad iniuriam Dei nomine Dei abutitur.* γραΐδια μεθύοντα, καὶ παραπαίοντα εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάγων. Plin. lib. 16. cap. 44. Druidæ Viſcum herbam omnia ſanantem appellant. lib 25. cap. 11. Selaginem Druidæ contra omnem perniciem habendam prodidere. Apuleius Mileſ. 3. Appoſita tet herbula ad os, & pectus orientem ſpectans eum Magus excitauit. Amuletum Feſtus prœbrum vocat, qualia de zona Caiæ Cæciliæ ſumere ſoliti erant. Plin. lib. 25. cap. 9. Cyclaminum vbi ſeritur, nihil nocere poſſunt mala medicamenta, amuletum vocant. Et lupi roſtrum pro amuleto ſuſpendi ex valuis ſuprà oſtendimus. dicitur & ἀλεξιφάρμακον. Idem lib. 37. cap. 3. amuleti vim ineſſe ſuccino docet.

CAP. XLII.

De pluuiis, tempeſtatibus, & aliis.

MAGOS ope Dæmonum pluuias, ventos, grandines, procellas & excitare, & ſedare poſſe dubium non eſt. Quod docet Lucan. lib. 6.

——ventis ceſſantibus æquor
Intumuit, rurſus vetitum tranſire procellas,
Conticuit turbante Noto. ——

Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Cùm libet hæc triſti depellit nubila cælo,
Cùm libet æſtiuo prouocat orbe niues.

Ouid. lib. 1. Amor.

Cùm voluit toto glomerantur nubila cælo,
Cùm voluit puro fulget ab orbe dies.

Empedocles.

—— παύσεις ἀνέμων μένος, οἵτ᾽ ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοαῖσι καταφθινύθουσιν ἀρούρας,
Καὶ πάλιν ἢν κ᾽ ἐθέλῃσθα παλίντιτα πνεύματ᾽ ἐπάξεις.
Compeſcéſque truces ventorum ritè procellas,
Exorti inſanis qui vaſtant flatibus agros,
Rurſum ſi libeat, mox flamina pigra ciebis,
Et media educes è tempeſtate ſerenum,
Induces media pluuias æſtate ſalubres,
Et flatus ſicca qui perflent omnia meſſe.
Ἄξεις δ᾽ ἐξ ἀΐδεω καταφθιμένου μένος ἀνδρός.
Extinctúmque hominem nigro reuocabis ab Orco.

Feſtus; Manalem lapidem vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis, quam cùm propter nimiam ſiccitatem in vrbem protrahetent, in ſequebatur pluuia ſtatim, cúmque quod aquas manaret, manalem lapidem dixere. Fulgent. Planades de locis obſcuris, Labeo qui diſciplinas Hetruſcas Tagetis, & Bacchetidis voluminibus 15 explanauit, ita ait; fibræ iecoris ſandaracei coloris dum fiant, manales tunc verti opus eſt petras, id eſt, quas antiqui ſolebant in modum cylindorum per limites trahere, pro pluuiæ commutanda inopia. Plin. lib. 2. cap. 5. ſacris quibuſdam, & precationibus vel coguntur fulmina, vel impetrantur. Impetrari naturæ audacis eſt credere, nec minus

A nus hebetis beneficiis abrogate vites, quando in fulgurum quoque interpretatione eò profecit scientia, vt ventura alia finito die præcinat, & an petemptura sint farum, an apettura potiùs alia fata quæ lateant innumetabilibus in vtroque publicis, priuatisque experimentis. Erricus Rex Gotthorum quocunque vettetet pileum, inde ventum secundum eliciebat, ait Saxo lib. 3. Danic. Hist. Apud Suidam Iulianus Chaldæus sub M. Antonino Principe Romanis siti laborautibus subitò nubes coëgit, & imbtem cum tonittu, & fulguribus elicuit. δίψῃ ποτὲ καμνόντων τῶν ῥωμαίων ἐξαίφνης ἐποίησε νέφη τ' ἀγερθῆναι ζοφώδη, καὶ ὄμβρον ἀφεῖναι λάβρον, ἅμα βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις. Eunap. lib. de Philosophis scribit, Sopatrum Philosophum affectum vltimo supplicio, quod magico carmine ventos vinxisset, ne annona Byzantium infertetur. Herodot. lib. 3. scribit, ventos à Magis sedatos ætate Xerxis. Plin. lib. 28. cap. 2. S. August. lib. 8. de Ciuit. cap. 19. leg. multi. C. de malefi. assetunt, Magos pluuias, ventos, procellas excitare posse. Philostratus in Apollon. lib. 3. cap. 3. scribit, apud

B Brachmanas Iudiæ duo dolia fuisse, quorum altero pluuiæ, altero serenum dispensatentur. Diodorus Siculus, τελχῖνες γόητες παρῆγον ὅποι βούλοιντο τὰ νέφη, καὶ ὄμβρους, καὶ χαλάζας, ἤλλαττον τὰς ἰδίας μορφάς. *Telebines Magi nubes, imbres, & grandines quò vellent traducebant, & proprias formas cùm libitum erat, mutabant.* Pausanias in Atcad. Aristæus docuit incolas Cycladum cettis titibus etesias æstiuo tempore elicete. Xiphilin. in M. Anton. λόγος ἔχει Ἀρνοῦφίν τινα μάγον αἰγύπτιον συνόντα τῷ μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας, καὶ τὸν ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. *Fama est Arnuphim Magum Aegyptium Marco Philosopho contubernalem, & alios Dæmonas, & Mercurium aërium quibusdam præstigiis euocasse, & eorum ope imbrem elicuisse.* Romæ imbres cum Ioue Elicio cettis cerimoniis eliciebantur. Ouid. 3. Fastor.

C *Eliciunt cælo te Iuppiter, vnde minores*
Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.

Atnobius lib. 4. Iouem Elicium Numa mottalium sese denuntiationibus sistere coëgit. Huic Deo cùm non tirè sacrum fecisset Tullus Hostilius, fulmine ictus cum tota domo conflagrauit, auctore Liuio lib. 1. Numa Pompilius quæ prodigia fulminibus, alióve quo viso missa susciperentur, atque curatentur, docuit ad ea elicienda ex mentibus diuinis, eodem auctore. De iis qui chalazophylaces Cleonis dicti, Clemens Alexandr. libr. 6. stromat. τοὺς ἐν κλεωναῖς μάγους φυλάττοντας τὰ μετέωρα τῶν χαλαζοβολήσειν μελλόντων νεφῶν, *Magos apud Cleonas seruare de cælo, nubibúsque ad grandinem & hyemem compositis minas irati numinis carminibus & suffitibus auertere.* Psellus lib. de Dæmon. scribit, esse Angelos σεισμῶν καὶ χαλάζης, *terræ motuum & grandinis.* Apud Photium sunt Magi σεισμῶν. Iamblichus in vita Pythagoræ; *didu-*

D *rat Pythagoras grandinem compescere, fluctus maris, fluminúmque tranquillare, pestem auertere,* χαλαζῶν ἐκχύσεως καταστολὰς, καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλαττίων ἀπευδιασμοὺς, λοιμῶν ἀποτροπάς. Pausan. in Corinth. In Troëzeniis, inquit, Lybs ventus infestat vites. Duo viri gallum album in duas partes diuidunt, currunt circumeuntes vites, tum redeunt in eundem locum, & ibidem gallum infodiunt. ex eo ventus vites non infestat. Imperatores remedia frugum innoxia probant, noxia repudiant, leg eorum C. de maleficis. Leo tamen Impetator Nouel. 65. eiusmodi remedia damnat. Columella,

——— vsúsque magister
Prodidit agricolis ventos sedare furentes,
Et tempestatem Thuscis auertere sacris.

E *Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,*
Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.
Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limine ruris,
Vtque Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe suas sedes præcinxit vitibus albis.

Apud Palladium contra grandinem panno russeo mola cooperitur, cruentæ secures contra cælum minacitet leuantur. Noctuinas aues mali ominis auettendi causa cruci, aut foribus affigi docent Columella & Apuleius. Plutarchus in sympositis grandinem talpæ sanguine, vel mulieris pannis obsoletis auerruncari ait. Seneca lib. 4. Natur. quæst. Cleonis nubes cùm aliquid sanguinis gustassent aliò declinabant, & ne auidas, aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto gtaphio chalazophylaces pungebant, & hoc sanguine litabant. Pausanias in Corinthiacis ait se vidisse homines, qui sacrificiis & carminibus

 grandi

grandines auerterent. Columella lib. 10.

Dardania veniunt artes, nudatáque plantas
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuenta
Legibus obscœno manat pudibunda cruore.
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.

Iustinus Martyr. lib. quæst. orthod. q. 31. διὰ τί τὰς νεφέλας οἱ καλούμενοι νεφοδιώκται ἐπαοιδαῖς ποιοῦσι καταρκαδάζοντες ἔνθα βούλονται χαλάζας, καὶ ἀμέτρους ὑετοὺς ἀκοντίζειν; Negat Iustinus Magos cantaminibus pluuias inducere posse. malè. Clemens Alexandrinus lib. 6. stromat. λέγουσι δ' οὖν τινες λοιμούς τε, καὶ χαλάζας, καὶ θυέλλας καὶ τὰ παραπλήσια, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀταξίας τῆς ὑλικῆς μόνης, ἀλλὰ καὶ κατά τινα δαιμόνων, ἢ καὶ ἀγγέλων οὐκ ἀγαθῶν ὀργὴν φιλεῖν γίνεσθαι. αὐτίκα φασὶ τοὺς ἐν κλεωναῖς μάγους φυλάττοντας τὰ μετέωρα τῶν χαλαζοβολήσειν μελλόντων νεφῶν, παράγειν τε ᾠδαῖς, καὶ θύμασι τῆς ὀργῆς τὴν ἀπειλὴν, &c. *Quidam dicunt pestes, grãdines, procellas, & cætera talia non sola materiæ perturbatione, sed quorundam dæmonum, aut malorum angelorum iracundia solere contingere. Magos statim aiunt Cleonæos seruantes de cælo cùm nubes grandinem minantur, discutere cantibus, & sacrificiis irarum minas. Sed & si quando victima non sit ad manum, suum ipsorum digitum cruentantes sacrificio satisfaciunt.* Diotima Mantinica, cùm ante pestilitatem Athenienses sacrificassent, morbum in decimum annum distulit. Epimenidis Cretensis sacrificia Athenis bello Persico moram decem annorum attulerunt. vide pag. 267. & 268. l. 6. stromat. Clementem Alexandrinum. Seneca lib. 4. Natur. quæst. Illud incredibile est, Cleonis fuisse publicè præpositos χαλαζοφύλακας, speculatores futuræ grandinis. Hi cùm signum dedissent adesse iam grandinem, alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus illæ nubes aliò declinabant, cùm aliquid gustassent sanguinis. At Cleonæ iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura prouidendæ tempestatis, quod negligentia eorum vineæ vapulassent, aut segetes procidissent. Apud Photium in Bibliotheca pag. 106. τὸ ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι τῆς βρεττανίας(lego τῆς ἰταλίας) ἐξ οὗ φησὶν ἀλάριχον ἐπὶ σικελίαν βουλόμενον περαιωθῆναι ἐπισχεθῆναι. ἄγαλμα γὰρ φησὶ τετελεσμένον ἱστάμενον, ἐκώλυε τὴν περαίωσιν. τετέλεστο δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς αἴτνης πυρὸς, καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων. ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἀκοίμητον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον, &c. *Regium Metropolis est Italiæ, vnde Alaricus cùm vellet traicere in Siciliam prohibitus est. Erat enim statua, vt scribit Candidus historicus, magica quæ traiectum inhibebat. facta autem erat à veteribus inhibendo igni ab Aetna erumpenti, & Barbarorum transitu per mare. In vno pede statuæ ignis erat inextinctus, in altero aqua inde sinens. Ea statua sublata transitus Barbaris apertus est.* Idem scribit fuisse ἀνδριάντας ἀργυροῦς τετελεσμένους εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν, *simulacra argẽtea magica deuotione defixa prohibendis Barbaris*, p. 109. Ibidẽ commemorat μάγον χαλάζης. Idem p. 553. scribit βραχμᾶνας ὄμβρους τε καὶ ἀνομβρίας εὐχαῖς καταπράττειν, imbres & siccitates precibus facere. Aduersus grãdinem, procellas, & ipsas Dæmonũ præstigias certiora sunt quæ Ennodius habet pag. 455. ad benedictiones Cerei, priscam fuisse, & solemnem Cerei Paschalis consuetudinem (cuius auctorem Zozimum Papam facit Alcuinus) vt ex Cereo Paschali, qui Sabbatho sancto conceptis precibus sacratus fuerat, particulæ decerperentur, ac populo die Dominica in albis post sacram communionem distribuerentur, vnde suffitum in ædibus suis facerent, vel agros, vineásque munirent aduersus Dæmonum præstigias, aut contra fulgura, aut tonitrua. Idem in benedict. 2. sumpram ex hoc contra procellas, vel omnes incursus fac dimicare particulam. in benedict. 9. In huius autem Cerei luminis corpore te Domine postulamus, vt supernæ benedictionis munus accommodes, & si quis hunc sumpserit aduersus flabra ventorum, aduersus spiritus procellarum, tua causa faciens sit illi salutare perfugium. Samothraces Dij ventorum promicondi crediti, vt Diodorus Siculus l. 4. de Orpheo, ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου χειμῶνος, καὶ τῶν ἀριστέων ἀπογινωσκόντων τὴν σωτηρίαν φασὶν ὀρφέα τῆς τελετῆς μόνον τῶν συμπλεόντων μετεσχηκότα ποιήσασθαι τοῖς σαμόθραξι τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς. εὐθὺ δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, &c. τοὺς ἀργοναύτας ἐπιπεσεῖν χειμῶνι παντελῶς ἐπικινδύνῳ, τοῦ δ' ὀρφέως εὐχὰς ποιησαμένου τοῖς σαμόθραξι λῆξαι τοὺς ἀνέμους. Apud Suidam in verbo *Samothraces* vetus auctor, ἀλλ' εἴ τις ὑμῶν ἐν σαμοθρᾴκῃ μεμυημένος νῦν ἐστὶ εὔξασθαι καλὸν ἀποστραφῆναι τοῦ μέλλοντος τῷ ποδί, &c. ἐν σαμοθρᾴκῃ ἦσαν τελεταί τινες ἃς ἐνόμιζον τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. ἐν κινδύνοις γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας ἐπιφανῆναι, καὶ ἀλεξῆσαι. ἐνόμιζον δὲ οἱ μεμυημένοι ταῦτα ἐκ τῶν δεινῶν σώζεσθαι, καὶ ἐκ χειμώνων. Vide Laërtium in Diogene, Scholiastem Apollon. in Argonaut. Samothraces Dij dicti cabiri, & Dij potes. Imp. Constantinus leg. 4.

C. de

A C. de malefic. nullis criminationibus implicanda eſſe ait remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut venti, grandiniſve lapidatione quaterentur, quibus non cuiuſquam ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actu, ne diuina munera, & labores hominum læderentur. Hanc legem abrogauit Leo Imp. vt impiam Nouell. 65. βέλεται μὲν γὰρ ἀθῳώειν γοητείας, ὅτι τὸ σῶφρον τοῦ νοῦ ἀφαιρεμένη ἀναβακχεύει σὺν λογισμοὺς πρὸς οἴστρους καὶ μανίας ἐρωτικάς, ἀποδέχεται δὲ πάλιν αὐτὴν, ὡς σπερμάτων, καὶ καρπῶν θεραπείαν. ἡμεῖς δὲ τὴν τοιαύτην μαγγανείαν, ὀλεθρίαν μὲν ὑπάρχειν πειθόμεθα, καλοῦ δέ τινος αἰτίαν οὐκ ἂν πεισθείημεν. εἴ τις δὴ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴ τε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης τὴν ἐσχάτην εἰσπραττέσθω ποινήν. *Improbat enim magiam, quia temperantiam euertit, & animum in rabiem amoris agit, admittit eam vt ſeminum & fructuum conſeruatricem. Nos eiuſmodi præſtigias*

B *exitioſas eſſe credimus, ex qua nihil boni oriri poſsit. Si quis igitur tales præſtigias ſectari deprehenſus ſit, ſiue vt corpori medeatur, ſiue vt fructuum cladem auertat, capite plectatur.*

CAP. XLIII.

De libris magicis.

IOSEPHVS Solomonem de magicis artibus ſcripta reliquiſſe ſcribit, vt ſuprà oſtendimus. libri Solomonis mentio fit apud Nicetam in Manuele Comneno, vbi Aaron Magus ἰάλω βίβλον σολομώντειον euoluens. S. Athanaſ. de Incarn. οἱ δὲ μαγείαις θαυμασθέντες τὰς βίβλους κατέκαιον, *Magos egregios comburere libros ſuos.* Lucian. in Philo-

C pſeude, τὰς βίβλους λαβών, εἰσὶ δέ μοι αἰγύπτιοι πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων, *ego ſumptis libris magicis Aegyptiis qui mihi plures ſunt.* Pœna poſita iis qui libros magicos legerent. Lollianus in exilium pulſus, quia librum magiæ exſcripſerat, vt Nicephor. lib. 10. Eccleſ. Hiſtor. Paulus lib. 5. tit. 13. libri magici comburi iubentur. Non tantùm diuinatione, ſed ipſa ſcientia, eiúſque libris meliùs fecerit abſtinere. Libros magiæ vrere moris fuit, nec in hæreditate diuidere, leg. cætera, D. famil. hercise. leg legatos. D. de improbis leg. Horat. epod. vlt.

Per atque libros carminum valentium
Refixa cælo deuocare ſydera.

Lucian. in Philopſeude, ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς, *inſuſurrans ſacra quadam nomina ex libro antiquo.* libri magici improbatæ ſunt lectionis, quia culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quàm docere. leg. 8. C. de Maleſ.

D

CAP. XLIV.

De cerimoniis magicis.

RITVS magicos ſuprà expoſuimus. Apud Arnobium l. 4. ad ſacra magica adhibentur thura, mola ſalſa, ſanguis, verbenæ, ſuffitus, & nominum terribilium fremores. lib. 1. vocat ſacrorum obſeruationem. Suidas in verbo ψυχαγωγεῖ, πρόβατον μέλαν προσλαβόντες εἶτα τοῦ κέρατος τοῦ ἑτέρου λαβόμενοι, *ouem nigram ſumunt, quam altero cornu apprehendunt.* Vide ſuprà caput de ſacris magicis. Apud Euſebium lib. 5. Præparat. Dæmon ait,

E

Λύσατέ μοι στεφάνους, καί μοι πόδας ὕδατι λευκῷ
Ῥάνατε, καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καί γε μόλοιμι.
Χειρὸς δεξιτερῆς δάφνης κλάδον ἄρατε, χερσὶ
Ψήχετε ὀφθαλμοὺς διδύμους, ῥινάς τε προσώπου,
Ἄρατε φῶτα γαίηθεν ἀναστήσαντες ἑταῖροι.
Soluite mihi coronas, & mihi pedes aqua limpida
Abluite, & delete lineas, & veniam.
Manus dextra digitis tollite ramum lauri,
Palpate ac ſtringite oculos geminos, & nares,
Tollite hominem à terra ſubleuantes ô ſocij.

CAP. XLV.

De triuiis, & purgaminibus.

QVIA cœna Hecates in triuiis apparari solita, ideo triuia Hecatæ sacra esse putant, tum quia in triuia caluas mortuorum, & piaminum purgamenta eiectabant, vt Triuiam placarent, quæ in triuiis culta. Athenęus, τρίοδοι πᾶσαι αὗται πλήρεις πάντων ἀποκαθαρμάτων. *Ipsa triuia plena omnibus purgaminibus sunt.* Auson.

Abiecta in triuiis inhumati glabra iacebat
Testa hominis, nudum iam cute caluitium.

Plutarchus, χθονία ὃ δεῖπνον ἑκάτῃ πεμπόμενον εἰς τριόδους ἀποτρόπαιον, καὶ καθάρσιον ἐπεῖχε μοῖραν, *qui terrestri Hecatæ cœnam mittebat in triodos, auerruncabat, & expiabat mala.* Petron. Quæ striges comederunt neruos tuos, aut quod purgamentum in nocte calcasti in triuio, aut cadauer? καθάρματα enim & purgamenta in triuia, aut fluenta proiici moris fuit. καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. Burchard. Decret. l. 10. c. 11. Perscrutandum est si aliquis subulcus, siue venator, vel cæteri huiusmodi dicant diabolica carmina super panem, aut super herbas, aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in biuio, aut in triuio proiiciat, vt sua animalia liberet à peste. Homer.

—— καὶ εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

In mare purgamenta iecerunt.

Suidas, ὀξυθυμία ὅσα καθαίροντες τὰς οἰκίας ἀθλιωτάτων, γύλλῳ ἢ ἔθος εἶχον ἐν ταῖς τριόδοις τιθέναι. Scholiast. Aristoph. in Pluto, κατὰ νεομηνίαν οἱ πλούσιοι ἔπεμπον δεῖπνον ἑσπέρας ὡς θυσίαν τῇ ἑκάτῃ ἐν ταῖς τριόδοις, ὅτι ἐπὶ τῶν καθαρμάτων καὶ μιασμάτων ἡ θεός. Scholiast. Theocrit. ἔρχεται ὡδὲ κολχὶς ἡ ἑκάτη τῆς φαρμακίας, ἔφορος γὰρ τῶν φαρμάκων ἡ θεός. *Oxythymia dicta, qua purgantes domos Athenensium, de nocte solebant in triuiis exponere. Kalendis cuiusque mensis vespere diuites mittebant cœnam Hecatæ, vt sacrificium in triuiis, quia hæc Dea præest expiationibus & februationibus. Apud Colchos iurant per Hecaten, quia inuentrix est veneficiorum, & magicarum artium.* Sueton. in Vespasian. Prandente eo canis è triuio manum humanam intulit, mensæque subiecit. Theocr. Schol. Idyl. 2. ἱδρύοντο τὴν ἑκάτην ἐν ταῖς τριόδοις, ὅτι ἐπὶ τῶν καθαρμάτων καὶ μιασμάτων ἡ θεός. ἱδρύοντο δὲ αὐτὴν καὶ πρὸ τῶν θυρῶν. αἰσχύλος, δέσποιν᾽ ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδρομος μελάθρων. *In triuiis ponebant Hecaten, quia præest purgamentis. Item locabant eam in vestibulis ædium. Aeschylus, Domina Hecate, quæ ante regiam aulam procurris.* Harpocration, ἔνιοι ὀξυθύμια λέγεσθαί φασι τὰ ξύλα ἀφ᾽ ὧν ἀπάγχονταί τινες ἀπὸ τοῦ ὀξέως τὸν θυμὸν χρῆσθαι. ταῦτα δὲ ἐκκόπτοντες ἐξορίζουσι καὶ καίουσι. *Quidam oxythymia dici aiunt ligna ex quibus nonnulli suspenduntur, ex eo dicta quod animo acrius vtantur. Hæc ligna excissa extra fines eiiciunt & cremant.* Alij ὀξυθύμια dici volunt καθάρματα καὶ ἀπολύματα. ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσι, *oxythymia esse purgamenta quæ in triuia efferant cùm domos purgant.* Hecatæus, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις καθάρσια ἐκφέρουσί τινες ἃ ὀξυθύμια καλοῦνται. Eupolis in Demis,

—— χρῆν ὃν ἐν ταῖς τριόδοις
Κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις πρὸς τὰ τρόπαιον
Τῆς πόλεως χρέμπτεσθ᾽ ἐπιτετριγότα.

Quem oportuit in triuiis inter purgamenta ad auerruncanda mala vrbis stridentem vri. Hyperides, πῶς δ᾽ οὐ πολλῷ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις ἡ στήλη σταθείη ἢ ἐν τοῖς ὑμετέροις ἱεροῖς. *Cuius statua iustiùs inter oxythymia statuatur, quàm in vestris templis.*

CAP. XLVI.

De victoria per Magos.

QVÆRI non immeritò potest an magicæ artes ad victoriam faciant. Plin. lib. 29. cap. 3. scribit, ouum id quod ex saliuis, & spumis anguium fit, ad victorias litium, & aditus Regum mirè laudari. Cedrenus pag. 100. prodit, Antæum præstigiis Dæmonum vsum ad victoriam in colluctatione. αὐτῷ συμβαλὼν δαιμονιώδη τινά, καὶ μυσαρὰ φάρμακα τελοῦντι, καὶ νικήσας αὐτόν. *Hercules congressus cum Antæo, qui veneficia detestanda ope Dæmonum faciebat, victor euasit.* Diodorus Siculus sub finem lib. 3. Secundum Herculem Cretensem fuisse vnum ex Idæis Dactylis γόητα, καὶ στρατηγικόν, συστήσασθαι τὸν ὀλυμπικὸν ἀγῶνα, *Magum, & belli scientem, instituisse Olympicum certamen.* Idem lib. 5. ait,

Idæos

A Idæos Dactylos fuisse *γόητας*, & Magos, *ἐπιτηδεῦσαι τάς τε ἐπῳδὰς καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια· τὰς πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν ἐπῳδὰς ἀπὰ τοῦ ἡρακλέως, καὶ περιάμματα ποιεῖν, ὡς γεγονότος αὐτοῦ γόητος*, *qui campo fuerint cantamina, cerimonias, & mysteria, unde & multa femina hodiéque carmina sumunt ab Hercule, & amuleta suspendunt, vt qui fuerit Magus.* Arnobius lib. 8. vt inter Assyrios, & Bactrianos Nino quondam, Zoroastréque ductoribus non ferro tantùm dimicaretur, & viribus, verùm & magicis, & Chaldæorum ex reconditis disciplinis. Plinius lib. 25 cap. 2 Vestales suis creditæ precationibus mancipia fugitiua nondum vrbe egressa sistere. Suidas scribit, Ephesium quendam qui Ephesias literas talo illigatas, 30. palæstritas vicisse, literis ademptis succubuisse. *ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι, ἃς καὶ κροῖσον ἐπὶ τῆς πυρᾶς εἰπεῖν, καὶ ἐν ὀλυμπίᾳ μιλησίου, καὶ ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ ἐφέσια γράμματα. φανεροῦ δὲ γενομένου, καὶ λυθέντων αὐ-*

B *τοῦ τριάκοντα, τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν ἐφέσιον.* *Ephesiæ literæ incantiones quædam erant difficiles, quas Crœsum in pyra dixisse ferunt, & ludis Olympicis cùm Milesius & Ephesius luctarentur, & Milesius luctari non posset, quia Ephesius literas Ephesias talo illigatas haberet, cùm res innotuisset, victorem, à quo 30. victi fuerant, detractis literis succubuisse.* Hesych. literas Ephesias fuisse ait *ἄσκι, κατάσκι, λὶξ, τετρὰξ, δαμναμενεὺς, αἴσιον* Clemens Alexandrinus eas paulo aliter recitat. Diogenianus, Ephesiæ literæ *ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἅπερ οἱ φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντὶ*, *incantationes quædam erant, quas recitantes victores in omnibus erant.* Pellicula qua infantium nascentium capita obteguntur, ad eloquentiam facere visa. Lampridius in Diadum. Solent pueri pileo insigniri naturali. quod obstetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt, si quidem causidici hoc iuuari dicuntur. Balsam ad can. 6. Syn. Trull. *πρῶτός τις ὁ ὅσιος περὶ τοιούτων τινῶν κατηγορηθεὶς εὑρέθη ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογνοῦ παιδὸς. καὶ εἶπε τοῦτο δοθῆναι παρά τινος γυναικὸς εἰς ἀποτροπὴν καὶ ἐπι-*

C *στομισμὸν τῶν ἐπιχειρούντων κατ' αὐτοῦ λέγειν. διὸ καὶ καθαιρέσει ὑπέπεσεν.* *Protus quidam Osij filius de talibus accusatus in ipso crimine deprehensus, habens in sinu pileum, seu integumentum infantis recèns nati, quod sibi datum esse dixit à quadam muliere ad os occludendum eis, qui aduersus se dicere conarentur. quare anathemate percussus est.* Philostrat. lib. 7. Apollon *δέονται τῆς γοήτων τέχνης ἀθληταί, δέονται δὲ ἀγωνισταὶ πάντες, διὰ τὸ νικᾶν γλίχεσθαι*, &c. *Athletæ egent arte magica, & certatores omnes ob vincendi cupiditatem. Incusant enim semetipsos, dicúntque si hoc sacrificassem, aut hunc suffitum incendissem, vicissem.* leg. vlt. C. de malefic ostendit agitatores magicis artibus ad victoriam eniti solitos. Vide quę suprà diximus capite de magicis deuinctionibus ex Cassiodoro lib. 3. epist. 51. & S. Hieronymo in S. Hilarione. Aliptæ in arte gymnastica vetitas artes tractabant. Ideo Vopiscus Saturnino coniungit aliptas cum Mathematicis. Nemo, inquit, illic archisynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non Mathematicus,

D non aruspex, non aliptes. In vet. gloss. *conditor, ἀλείπτης ἵππων.* Athletæ, & aurigæ ad victoriam vsi veneficiis. Apud Philost. lib. 7. Apollon *αἱ εὐηθέστεροι τῶν ἀνθρώπων εἰς τοὺς γόητας ἀναφέρουσι ταῦτα.* *Qui maximè simplices sunt homines victorias referunt ad Magos, ἃ δὲ ἀπὸ τῆς τύχης νικῶσι, ταῦτα οἱ κακοδαίμονες αὐτοὺς ἀφελόμενοι λογίζονται τῇ τέχνῃ αὐτῇ, victorias quas virtute, aut forte fortuna adepti sunt, sibi ipsis inuidentes hominum infelicissimi, magicæ arti attribuunt.* Callisthenes m. s. de rebus Alexand. *εἴποτε τούτῳ δύναμις ἐπέβη τῶν πολεμίων στρατόπεδα οὐκ ηὐτρέπιζε, ἀλλὰ πελεῖς λεκάνην ἐποίει λεκανομαντείαν.* *Si quando in eum hostes mouerent exercitum non instruebat, sed peluæ posita lecanomanteam faciebat.* Zonaras in Anastasio Dichoro, de Bulgaris loquens, *ἐκεῖνοι δὲ ἐπῳδαῖς χρησάμενοι ἡττηθησαν οἱ ῥωμαῖοι.* *Bulgari magici præcantationibus vsi vicerunt Romanos.* August. lib. 4 Confess. cap. 2. Recolo cùm mihi theatrici carminis certamen inire placuisset, mandasse mihi nescio quem aruspicem, quid ei dare mercedis vellem, vt vincerem.

E Me autem fœda illa sacramenta detestatum. Gregorius Turon. lib. 4. Histor. Franc. cap 29 Hunnos magicis præstigiis Sigebertum vicisse ait. Chuni verò iterum in Gallias venire conabantur, aduersus quos Sigebertus cum exercitu dirigit, eúmque confligere deberent, isti magicis artibus instructi, diuersas eis phantasias ostendunt, & eos valde superant. Alarico Romam obsidente, *θοῦσκοί τινες ὑπισχνοῦντο σκηπτοῖς, καὶ βρονταῖς ἀπελάσειν τοὺς βαρβάρους. ηὔχουν δὲ τοῦτο αὐτοὶς ἐργάσασθαι καὶ περὶ τὴν λαρνίαν πόλιν τῆς θουσκίας τὴν παρ' ὧν ἀλάριχος ἐπὶ τὴν ῥώμην οὐκ ἦλθεν*, *Hetrusci quidam pollicebantur fulminibus & tonitruis se Barbaros fugaturos. Gloriabantur ad Larniam vrbem se Gothos fugasse, cùm Alaricus Romam pergens eam oppugnasset* (ait sacer Historicus apud Curopolatam) *Ioannes Morochasurius Theophili Imperatoris præceptor magicis artibus Patriarcha Constantinopolitanus factus, cùm Bulgari tribus ducibus in Romanos irrupissent, tres æreas malleos ingentes procudit, quibus statua triceps in Euripo Circi, cùm ipse magica verba admurmuraret, trium virorum valentium ictu deiiceretur. Duo capita deiecta, vnum declinatum, non deiectum.*

dilectum. In exercitu ſeditio facta, duo duces cæſi, tertius graui vulnere confoſſus domum ſe recepit. Apud Zonaram cùm Lacapenus caput ſtatuæ ſupra xerolophum amputaſſet, Simeon Rex Bulgariæ eodem anno puncto temporis dolore ſtomachi periit. Tertul. lib. de ſpectaculis, magicis deuinctionibus homicidium fieri ait. Ad cohibendos hoſtes Romani ex libris Sibyllinis magica ſacra fecere. Vopiſcus in Aureliano; Cùm Marcomanni cuncta vaſtarent, libri Sibyllini noti beneficiis publicis inſpecti ſunt, inuentúmque vt in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent. Facta denique ſunt ea quæ præcepta fuerant in diuerſo cerimoniarum genere, atque ita Barbari teſtiterunt. Vide Spartianum in Iuliano.

CAP. XLVII.

De exorciſtis.

EXORCISTÆ & apud Ethnicos, & apud Chriſtianos fuere qui pollentibus verbis Dæmones obſeſſis corporibus eiicerent. Minutius in Octau. quoties à nobis & tormentis verborum, & orationis incendiis Dæmones de corporibus exiguntur. Lactant. lib. 2. cap. 15. Cuius nomine adiurati de corporibus excedunt, quorum verbis tanquam flagris verberati nec Deo, per quem adiurantur, nec iuſtis, quorum voce torquentur, mentiri poſſunt. Itaque maximis ſæpe vlulatibus editis verberari ſe, & ardere, & iam iamque exire proclamant. Firmicus de errore prophan. religion. pag. 100. Lactant. lib. 5. cap. 21. Adiurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur. Cyprian. epiſt. 76. Per exorciſtas voce humana, & poteſtate diuina flagellatur, & vritur, & torquetur diabolus. Petrus Sicul. p. 57. οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταὶ ἐξορκίζοντες τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον, ἐξορκίζομεν ὑμᾶς διὰ τοῦ χριστοῦ ὃν Παῦλος κηρύττει, ἐξέλθετε ἐξ ἀνθρώπων, οἱ δὲ δαίμονες τῷ φόβῳ τῆς ὀνομασίας χριστοῦ ἐφυγαδεύοντο. S. Cyprianus epiſt. 2. ad Donat. Immundos & erraticos ſpiritus qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad cõfeſſionem minis increpantibus cogere, vt recedant, duris verberibus vrgere. S. Hieronym in Matth. l. 2. c. 12. Beda in Lucam, l. 4. c. 11. Cõcil. Carthag. 4. c. 7. Iſidor. l. 7. orig. c. 12 & de offic. Eccleſiaſt. lib. 2. c. 3. S. Gregor. Nazian. in Gregor. Thaumat. κοπώδης ἐκ τῆς ὁδοιπορείας λουτρῷ θεραπεῦσαι τὸν κόπον ἀναγκαῖον ᾠήθη, ἐπεκράτει δὲ κατὰ τόπον ἐκεῖνον δαίμων τις ἀνθρωποκτόνος τοῦ λουτροῦ, οὗ ἡ φθοροποιὸς δύναμις μετὰ τὸ σκότος κατὰ τῶν προσεγγιζόντων ἐχώρει, καὶ τούτου χάριν ἄβατον μετὰ τὰς τοῦ ἡλίου δυσμὰς τὸ λουτρὸν ἐκεῖνο, &c. *Gregorius feſſus de via neceſſe habuit balneo laborẽ detergere. Sæuiebat autem eo loco homicida quidam Dæmon, cuius vis pernicialis ingruẽte nocte aduentantes infeſtabat, ideo poſt Solis occaſum ea balnea erant inacceſſa. Gregorius Dæmonem expulit.* Lucianus in Philopſeude conſulendus. Iulius Firmicus lib. 3. Aſtronomicon putat, homines quoſdam eo poſitu aſtrorum naſci, vt terreant Dæmones. Mars, inquit, ſi fuerit in domo ſua, aut in domo Iouis, aut in altitudine ſua, & Iupiter in horoſcopo non fuerit collocatus, faciet homines Diis terribiles, qui omnia periuriorum genera contemnant, & quamuis ſit violentus Dæmon, qui corpus hominis quatiet, ſiue ille aëreus ſit, ſiue terrenus, aut infernus, iſtius hominis iuſſione fugiet, quia præceptis eius cum quadam veneratione terrebitur. Hi ſunt qui à vulgo exorciſtæ dicuntur. Magi olim eos qui à Dæmonibus obſeſſi erant, cerritos, & fanaticos vocarunt, quos vt liberarent, Epheſias literas recitare iubebant. Eas Idæi Dactyli repererunt, vt ſcribit Clemens Alexandrinus in primo ſtrom. Plutarchus in Sympoſ. τοὺς δαιμονιζομένους μάγοι κελεύουσι τὰ ἐφέσια γράμματα πρὸς αὑτοὺς καταλέγειν, καὶ ὀνομάζειν. Euſtathius, ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί, δι' ὧν τινὲς ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐσώθησαν, καὶ ἀγῶνας ἐνίκησαν. φωναί τινες ἦσαν ἐπὶ τῆς στεφάνης, καὶ ζώνης, καὶ τῶν ποδῶν τῆς ἐφεσίας Ἀρτέμιδος αἰνιγματωδῶς γεγραμμέναι, ὅθεν καὶ τοῖς ἀσαφῶς λαλουμένοις λέγεται, ἐφέσια γράμματα. *Epheſiæ literæ excantationes, per quas aliqui ex magnis periculis ſeruati ſunt, & victorias reportarunt. Erant quædam voces in corona, Zona, & pedibus Epheſiæ Dianæ ænigmaticæ, vnde & iis qui parum diſertè loquuntur dicitur, Epheſiæ literæ.* Suidas, ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι. Lucianus in Philopſeude, τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων, οὕτω σαφῶς ἐξᾴδοντες καὶ τὰ φάσματα, *eos qui Dæmonibus obſeſſi ſunt, terriculis liberant, tam apertè excantantes ipſa etiam phantaſmata, & viſa.* σύρος ὁ ἐκ τῆς παλαιστίνης ὅσους παραλαβὼν καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ διαστρέφοντας, καὶ ἀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στόμα ὅμως ἀνίστησι, καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους. *Syrus ex Palæſtina quotquot inuenit ad Lunam cadentes, & oculos torquentes, & ſpumam ore eiectantes, eos ſuſcitat, & ſanos remittit.* ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται ἑλληνίζων, ἢ βαρβαρίζων, ἢ ὅθεν αὐτὸς ᾖ, ὅπως τε, καὶ ὅθεν ἐπῆλθεν εἰς τὸν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ὅρκους ἐπάγων, εἰ δὲ μὴ πεισθείη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. *Ipſe qui laborat, tacet, Dæmon autem reſpon*

respondet Græcè, aut barbarè, dicítque vnde sit, quomodo in hominem intrarit; Magus autem exorcizans, & nisi paruerit minas adiiciens, Dæmonē eiicit. S. Iustinus in Apologia, *δαιμονολήπτους ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν, καὶ ἐπαστῶν, καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο, Christiani sanarunt cerritos ab aliis exorcistis, & incantatoribus, & venenariis non sanatos.* Clemens lib. 8. constit. Apostolic. cap 6. *ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος θεοῦ διὰ χριστοῦ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος. Exorcistæ manus non imponitur. voluntaria enim beneuolentia, & gratia Dei præmium est per aduentum & auxilium Spiritus sancti.* Athanas. epist. ad Marcell. pag. 759. *τὸ παλαιὸν ἐν τῷ ἰσραὴλ μόνον ἀναγινώσκοντες τὰς γραφὰς ἐδίωκον δαίμονας, καὶ ἤλεγχον τὰς παρ' αὐτῶν γινομένας τοῖς ἀνθρώποις ἐπιβουλάς. Olim in Israële sola lectione scripturarum fugabant Dæmones, & deprehendebant insidias quæ hominibus ab illis parabantur.* In quæstion. Athanas. ad Antiochum 123. *δαίμονα φαρμακὸς οὐ διώκει, ἀλλ' ὁ δαίμων ἐν τῷ δαιμονιζομένῳ ἀνθρώπῳ οἰκῶν ἑκουσίως ὑποχωρεῖ πρὸς τὸ ἀπατηθῆναι τοὺς ἀνθρώπους. Veneficus non fugat Dæmonem, sed Dæmon in eo quem obsidet habitans sponte excedit, vt homines decipiantur.* S. Cyrillus catech. 16. *ὁ δαίμων διαστρέφει τὴν γλῶσσαν, στρεβλοῖ τὰ χείλη, ἀφρὸς ἀντὶ ῥημάτων, σκοτοῦται ὁ ἄνθρωπος, ἤνοικται ὁ ὀφθαλμός, καὶ δι' αὐτοῦ οὐ βλέπει ἡ ψυχή, καὶ σείει τρομικῶς ὁ ἄνθρωπος. ἄνθρωπος ἐπὶ σῶμα φορῶν δαίμοσιν ἀγριωτάτοις πολλοῖς παλαίει. καὶ πολλάκις ὁ δαίμων ὁ σιδηρέοις δεσμοῖς ὑπὸ πολλῶν μὴ κρατούμενος λόγοις εὐχῆς ἐκρατήθη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἁπλοῦν φύσημα τοῦ ἐπορκίζοντος πῦρ γίνεται τῶν μὴ φαινομένων* (lego *κατὰ τῶν*.) *Dæmon deprauat linguam, torquet labra, pro verbis ebullat spumas, obtenebrascit homo, aperitur oculus, & animus per eum non videt, & plangit, tremitque homo. Homo corpore vestitus cum multis sæuis Dæmonibus luctatur, & sæpe Dæmon qui ferreis vinculis teneri ab hominibus non potest, orationis verbis tenetur, & simplex aspiratio exorcistæ fit ignis contra Dæmones, qui non videntur.* Theodorus Prodromus in Thetrastichis,

> *Ναὶ καὶ τὸν ἀνθέμιον ἄγχε, καὶ πνῖγε,*
> *Ὦ πικρὲ τελχὶν, καὶ τάραττε, καὶ στρέφε,*
> *Ἴσως τὸν ἀφρὸν τοῦ πάθους ἀποπτύων.*
> *Certè Anthemium preme, stringe, & suffoca,*
> *O acerbe hostis, & turba, & versa,*
> *Fortè spumam morbi expuens.*

Victor Antiochen. ad cap. 4. Marc. *statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, & semper die ac nocte in monumentis, & montibus errat.* Quorsum Dæmones in sepulcris versantur? quò rudi plebi exsecrandum, planéque impium dogma persuadeant, demortuorum animas in Dæmones transformari. Synod. Eliber. can. 29. Energumeni qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret. Synod. IV. Carthag. omni die exorcistæ energumenis manus imponant. Clemens epist. ad Iacobum, *καὶ ὁ πέτρος ἰδὼν πολλοὺς τῶν παρεστώτων ὑπὸ δαιμόνων τε, καὶ πολλῶν χρόνων ἐνοχλουμένους, βρύχοντάς τε μετ' οἰμωγῆς, καὶ πίπτοντας μετ' ἱκεσίας ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, καὶ ἡσυχίαν ἔχειν ἐπιτάξας, τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθεὶς μόνον, καὶ προσευξάμενος τὴν ἀπαλλαγὴν ἑκάστῳ τοῦ πάθους παρέσχεν.* pag. 35. de Simone pag. 26. priùs dixerat, *πολλοὺς δὲ αὐτὸν καὶ γόητα λέγοντας ὕστερον εἰς εὐωχίαν δῆθεν καλέσας, βοῦν τε θύσας, καὶ αὐτοὺς ἑστιάσας διαφόροις περιέβαλε νόσοις, καὶ δαίμονας δὲ αὐτοῖς ἐνῆκε, καὶ ὅλως πολλοὺς κακώσας θεὸς εἶναι νενόμισται. Et Petrus videns multos eorum qui aderant diu à Dæmonibus vexatos, frementes cum eiulatu, & cadentes, precatus Deum eos increpuit, & quiescere iussit, mox impositis manibus cum precatione omnes liberauit morbo. Multos à quibus Magus vocatus erat cùm ad conuiuium vocasset postea, & bouem mactasset, eósque epulo excepisset, diuersis morbis implicuit, & in eos Dæmones misit, & multos malè accipiens Deus habitus est.* Gregor. Nyssen. in vita Thaumaturgi, *πνεύματι δαιμονίῳ στρεβλωθεῖσα, καὶ βρυχηθμῷ θηριώδει παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην φωνὴν ἀναμίξασα πίπτει πρηνὴς κατὰ τὸ μέσον τῶν συνειλεγμένων. θέαμα φρικτόν τε, καὶ φοβερὸν τοῖς παροῦσι ἀθρόως γεγενημένη τῶν τριχῶν τε διερριμμένων, καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ σπαρασσομένων, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστραμμένων, καὶ τοῦ στόματος τὸν ἀφρὸν προχέοντος. Mulier quæ dicebat se à Thaumaturgo attrectatam spiritu Diabolico torta, & fremitu ferino præter humanam vocem eiulans cadit præceps in media turba, spectaculum terribile, & horrendum adstantibus confertim facta, sparsis capillis, quos manibus propriis vellebat, oculis distortis, & ore spumam exspuente.* In Gregentij disputatione pag. 27. 28. Salomon dicitur Dæmones verbis exegisse. Consule S. Augustin. lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 20. & lib. 9. cap. 9. qui minores Dæmones à potentioribus exigi & depelli ait. Eusebius in lib. 6. Philostrat. de Apollonio, *μείζονι τάχ' ἴσως ἐξήλασε δαίμονι, potentiori Dæmone imbecilliorem expulit.* Horat.

> *Ah, Ah, solutus ambulat veneficæ*
> *Potentioris carmine.*

Prochorus cap. 28. Dæmones inferiores Mago parent superiorum ope. S. Athanasius in vita S. Antonij; Fronto quidam vir ex Palæstinis, qui infestissimo dæmonio vexabatur, nam & linguam eius laniabat dentibus, & oculorum lumen nitebatur exstinguere, perrexit ad montem. Alius vir dæmoniosus ad eum adducitur tanta oppressus insania, vt corporis sui superflua comederet. Sed cùm iam lucesceret, & obsessus impetu in Antonium facto vehementer impulisset. S. Iustinus Dial. cum Tryphone, τὴν τοῦ ὀνόματος χριστοῦ ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ὑποτάσσεται. Idem pag. 85. ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, τὰ δαιμόνια πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες ὑποτασσόμενα ἡμῖν ἔχομεν. pag. 91. οἱ ἐκ Ἰουδαίων ἐπορκισταὶ τῇ τέχνῃ ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη χρώμενοι ἐξορκίζουσι, καὶ θυμιάμασι, καὶ καταδέσμοις χρῶνται. Apolog. 2. καὶ οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι, καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονολήπτους, καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες. *Nominis Christi virtutem Dæmones tremunt, & adiurata hodie per nomen Christi cruxifixi parent. Nos qui credimus in Christum cruxifixum, Dæmones & spiritus malos adiurantes parere cogimus. Iudæi exorcistæ, vt Gentiles, artificio vtuntur, & suffitus, ac deuinctiones adhibent. Homines arreptitij quos mortuorum animæ obsidere dicuntur, & ceriti fanaticique vocantur* Athanas. quæst. 41. orthod. δαίμονες ἐνισχύοντες τῶν δαιμονώντων τὰ σώματα ὥστε τὰ δεσμὰ, καὶ τὰς ἁλύσεις συντρίβειν. S. Chrysost. homil. 1. in Epist. 1. ad Corinth. ait, Paulum duos annos moratum esse Corinthi, vnde ad eius imperium ὁ δαίμων ἐξῆλθεν, ὃν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπορκίζοντες, τὰ ἀνήκεστα ἔπαθον παρ' αὐτοῦ. Idem in Epist. 2. ad Corinth. homil. 2. τὰ ὀστᾶ τῶν ἁγίων δαίμονας παρίστησι, καὶ βασανίζει, καὶ τῶν δεσμῶν ἐκείνων τῶν πικροτάτων ἀπολύει τοὺς δεδεμένους. οὐδενὸς ἐπικειμένου ταῖς πλευραῖς τοῦ δαιμονῶντος φωναὶ, καὶ σπαραγμοὶ, μάστιγες, βάσανοι, γλῶσσαι καιόμεναι ἀκούονται τοῦ δαίμονος οὐ φέροντος τὴν θαυμαστὴν δύναμιν ἐκείνην. *Dæmones corroborant obsessorum corpora, vt catenas & vincula conterant. S. Paulus Corinthi expulit Dæmonem, quem Iudæi exorcismis pellere conati malè ab eo accepti sunt. Ossa sanctorum Dæmonas sistunt, & torquent, & ligaturis illis molestis deuinctos liberant. Nemine vrgente latera, voces, lacerationes, flagella, tormenta, linguæ vstæ Dæmonis audiuntur, Dæmone non ferente virtutem admirabilem.* Veteres Ethnici existimarunt, ope Dæmonum in eiiciendis Dæmonibus ipsis Christianos vsos. Origenes lib. 1. in Cels. ὁ Κέλσος φησὶ δαιμόνων τινῶν ὀνόμασι καὶ κατακλήσεσι δοκεῖν ἰσχύειν χριστιανούς, ὡς οἶμαι αἰνισσόμενος τὰ περὶ τῶν κατεπᾳδόντων τοὺς δαίμονας, καὶ ἐξελαυνόντων, &c. τοσοῦτον δύναται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τῶν δαιμόνων, ὡς ἔσθ' ὅτε καὶ ὑπὸ φαύλων ὀνομαζόμενον ἀνύειν, &c. κατηγορεῖ δὲ τοῦ σωτῆρος ὡς γοητείᾳ δυνηθέντος ἃ ἔδοξε παράδοξα πεποιηκέναι. *Celsus putat Dæmonum quorumdam nominibus, & inuocationibus Christianos efficaces esse, coniectans de iis qui Dæmonas excantant, & exigunt. Tantum potest nomen Christi contra Dæmonas, vt sæpe à malis & infidelibus inuocatum efficax sit. Celsus accusat Saluatorem quasi ea quæ effecerit miracula, magicis artibus effecerit.* Palladius in Histor. Lausiaca de Macario Ægyptio, τούτῳ τῷ ἁγίῳ ἀνδρὶ προσηνέχθη τίς ποτε νεανίσκος δαιμονιῶν παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς ὀλοφυρομένης περὶ αὐτὸν, ὃς μετὰ τὸ φαγεῖν τριῶν μοδίων ἄρτους, καὶ πιεῖν ἀμφορέα κιλίκιον ὕδατος, ἐρευγόμενος εἰς ἀτμὸν ἀνέλυεν τὰ βρώματα. καὶ πολλάκις τὴν ἰδίαν ἤσθιεν κόπρον, καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἔπινεν οὖρον, &c. *Huic sancto viro quidam adolescens obsessus Dæmone ad eum à matre eiulante adductus est, qui cùm panes trium modiorum comedisset, & amphoram aquæ bibisset, eructans in vaporem cibos dissoluebat. Is sæpe stercus suum comedebat, & vrinam bibebat, quem S. Macarius liberauit.* Photius in Bibliotheca pag. 551. de Theosebio, ὡς δὲ οὐκ ἐπείθετο τὸ δαιμόνιον τῆς γυναικὸς ἐξελθεῖν λόγοις ἡμερωτέροις, ὅρκῳ αὐτὸ ἐπηνάγκαζεν ὁ Θεοσέβιος, καίτοι οὔτε μαγεύειν εἰδὼς, οὔτε θεουργίας μελετήσας. ὥρκιζε δὲ τὰς τοῦ ἡλίου προτείνων ἀκτῖνας, καὶ τὸν Ἑβραίων θεὸν, ὁ δὲ ἀπελήλατο ὁ δαίμων. *Post quam autem non parebat ei dæmonium mulieris vt exiret verbis lenioribus, Theosebius ipsum exorcismo exegit, licèt neque Magus, neque Theurgus esset. Adiurauit autem per Solis radios, & Deum Iudæorum, & exiuit Dæmon.* Paulinus Natali VII. ad sepulcrum S. Felicis Dæmones torqueri & exigi solitos ostendit,

Tum solitò grauiùs succensi Dæmones ardent,
Flebiliùsque vlulant, & vi majore subacti,
Vltima iam tormenta gemunt, nec abire sinuntur
Excessu facili, sed miris antè agitati
Et variis malè suppliciis, tolluntur in altum
Suspensi solito sublimiùs. ——

Item Natali VIII.

Quidam homo distentus tam Dæmone prodigiali,
Vt vel gallinas habitantum limine raptas
Impatiens ventris rabido discerperet ore,
Et pluma incoctas non suffocante voraret.

Quin

A *Quin & funeream saniem sitiebat & ossa,*
Lambebat pecudum projecta cadauera. ——

Item,

——*qui nunc inflatus acerbo*
Dæmone vipereum per spumea labra saporem
Concussu laterum, & singultu gutturis ampli
Sæpiùs adsiliens flatus ructabat amaros.

Apud Gregentium pag. 27. Erbanus de Solomone dicit, πάντων δὲ πονηρῶν δαιμόνων ἐκράτησε, καὶ δεσμοῖς αὐτοὺς ἠσφαλίσατο, *omnium malorum Dæmonum victor fuit, & vinculis constrictos tenuit.* pag. 28. Respondet Archiepiscopus, σολομὼν ἐταπείνωσε δαίμονας, καὶ πρὸς καιρὸν ἠσφαλίσατο τούτους ἐν τοῖς ἀγγείοις, καὶ σφραγίσας κατέχωσεν, *Solomon humiliauit Dæmonas, & ad tempus eos* B *vasis inclusos & septos tenuit, & sigillo constrictos, terráque obrutos occuluit.* Ioseph. lib. 8. origin. c. 2. παρέσχε δὲ αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην, &c. *quin & docuit eum Deus artem aduersus Dæmones, ad vtilitatem & medelam hominum, & compositis cantaminibus quibus morbi pelluntur, & modos exorcismorum reliquit, quibus Dæmones victi cedunt, nec redeunt. Quæ medela apud nos plurimum potest. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum spectante Vespasiano multos curantem.* Minutius in Octauio; Adiurati enim per Deum verum & solum inuiti miseris corporibus inhærescunt, vel exsiliunt statim, vel euanescunt gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aspirat. Clemens lib. 8. const. Apostol. c. 2. οἱ υἱοὶ σκευᾶ ἐπιχειροῦντες δαίμονας ἐλαύνειν ὑπ' αὐτῶν τραυματίαι γενόμενοι. *Filij Scenæ conati Dæmonas exigere, ab iis verberati, & saucij facti sunt.* Firmicus lib. 3. Astron. c. 9. Faciet exorcistas, & qui laborantes Dæmonum incursione homines aptis remediis liberent.

C

CAP. XLVIII.

De Energumenis.

ENERGVMENI dicti cerriti, obsessi Dæmonibus, δαιμονιῶντες. Basilius lib. 2. de S. Thecla, ἐπεπήδα τις δαίμων αὐτῷ λυσσητὴρ, καὶ ἄγριος, καὶ κατερρήγνυς μὲν αὐτὸν διεσπάραξεν, *Dæmon quidam in eum insiliit rabidus, & sæuus, & disrumpens eum dilaniauit.* Clemens lib. 8. constit. Apostol. c. 5. οἱ ἐνεργούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. δεηθῶμεν ὅπως ὁ θεὸς ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥύσηται τὰ ἑαυτοῦ πλάσματα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας διαβόλου οἱ χειμαζόμενοι ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου. καθάρισον ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ. Simpliciter οἱ χειμαζόμενοι dicuntur energumeni S. Chrysostomus lib. 1. de prouid. ad Stagirium, ἀσκητὴν δαιμονῶντα, τὴν στρέβλωσιν τῶν χειρῶν, τὴν διαστροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν, τὸν ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφρὸν, τὴν ἀποτρόπαιον, καὶ ἄσημον ἐκείνην φωνὴν, τὸν τοῦ σώματος τρόμον, τὴν ἀναίσθησιν τὴν ἐπὶ πολὺ, τὸ ὄναρ τὸ κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην φανὲν, *Asceten Dæmone infessum, distortionem manuum, peruersionem oculorum, ex ore spumam, vocem illam horrendam, & non intellectam, tremorem corporis, sensuum deuinctionem diuturnam, somnia illa nocte truculenta.* ἃ οἱ δαιμονιῶντες κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ δαίμονος πράττουσι κατοχῆς, *quæ obsessi faciunt quo tempore obsidentur.* lib. 2. εἰ γὰρ χοίροις ἐπιπηδῆσαι οὐκ ἂν ἐτόλμησαν οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκεῖνοι, &c. *Si enim illi Dæmones in porcos insilire non ausi sunt sine venia Christi, quanto minus in pretiosam hominis animam insilient, nisi permittente Deo?* Basilius Seleuciæ Episcop. serm. 1. de Dauide, Dæmon Sauli τὸ φρονοῦν τῶν λογισμῶν ἐξωρύξατο, αἱ τῶν ὀμμάτων παρεφέροντο κόραι, δαιμονικοῖς ἐκλονεῖτο παθήμασι, *rationem & mentem exegerat, pupillæ oculorum distrahebantur, & dæmonicis affectibus agitabatur.* ψαλμὸς γὰρ καὶ λύρα, καὶ χάρις κατὰ δαιμόνων τὰ βέλη. ἐφθέγγετο μόνον, καὶ ὁ δυσμενὴς ἐδεσμεῖτο. *Psalmus & lyra, & gratia iacula sunt Dæmoni configendo. loquebatur solùm, & inimicus ligabatur.* serm. de Chanan. Energumena ἐκπηδᾷ τῆς οἰκίας φοιτῶσα διὰ τῆς πόλεως, εἰς αἰθέρα τὰς χεῖρας ἐκτείνουσα, βλέμμα διάστροφον, κόμην γεγυμνωμένην. ἀφίησιν ὀλολυγὰς κατὰ τὰς κυνῶν ὑλακὰς, *exsilit domo currens per vrbem, in aërem manus extendens, obtutus peruersus, coma nudata. mittit vlulatus canum latratui similes.* vide pag. 181. Eundem vide de Energumeno pag. 201. 202. 206. Psellus lib. de Dæmonib. scribit, Energumenos stercora vorare. S. Athanas. in Antonij vita, ἔχων δαίμονα οὕτω δεινὸν, ὡς καὶ τὰ ἐνεργούμενα τοῦ σώματος αὐτοῦ τὰ ἀπόπατα κατεσθίειν, *habens dæmonium adeò tetrum, vt Energumenus stercora sua voraret.* Energumenorum apud Patres vbique exempla prostant. S. Chrysost. lib. 1. de compunct. cordis, δάκνειν τὰ ἑαυτῶν μέλη, καὶ κατεσθίειν τὰ ἀνιάτως δαιμονιώντων ἐστὶ, pag. 119.

A

CAP. XLIX.

Dæmones in balneis.

PSellus lib. de Dæmonibus ait, Dæmones quosdam βλάπτοντας ἐπὶ βαλανεῖα fuisse, *qui in balneis læderent.* Suprà ostendimus, S. Gregorium Thaumaturgum Dæmonem ἀνθρωποκτόνον *homicidam* è balneis exegisse. Ne læderentur à Dæmonibus, Magi excantabant amicos. Lucan. in Menippo, ὅλον με καταμαγεύσας, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φαντασμάτων, *me totum excantans, ne læderer à phantasmatibus.*

CAP. L.

B

De frugibus excantatis.

PLINIO fuit, Magos carminibus fruges alienas traducere. Virgil. Eclog. 8.

His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas aliò vidi traducere messes.

Qui fruges excantassit, qui malum carmen incantassit, legibus 12. Tabul. negari iubetur, vt Plin. lib. 28. cap. 2. Seruius ad Ecl. 8. ex legib. 12. Tabul. hæc verba citat; Neue alienam segetem pellexeris. S. August. lib. 8. de Ciuit. c. 19. Apul. in Apol. Nemesian. ecl. 4.

Quò currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor.

C

Querulus Poëta de strigibus, messes hac atque illac transferunt diris tempestatibus, omnésque fructus paucorum improbitas capit. Apuleius Apolog. incredundis frugum illecebris Plinius lib. 18. c. 6. Furius Ctesinus in magna inuidia erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis.

CAP. LI.

De Magorum diuinationibus.

NON tantùm Mathematici, sed maximè Magi diuinant. Tertullianus in Apologet. Si magi phantasmata edunt, Si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si Dæmones eis assistunt, per quos & capræ, & mensæ diuinare consueuerunt, producatur aliquis ex iis qui anhelando profantur. Synesius lib. de somniis, Cressam herbam, pennam Aegyptiam, ossum Iberinum ad diuinationes per somnia conquiri ait. Lactantius lib. 2. cap. 17. Dæmonum inuenta sunt astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa quæ dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, quæ omnia per se falsa sunt, vt Sybilla Erythræa testatur, ἐπεὶ πλάνη πάντα τάδ' ἐστὶν, ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατ' ἦμαρ, *quoniam fraudes sunt omnia, quæ stulti homines de die inquirunt.* Vide caput 6. de Dæmonibus suprà. Tertullianus libro de anima Magos ait animas elicere explorandis occultis. Zonaras in Zenone, ἐν τοῖς ἀνακτόροις βιβλίον, ἐν ᾧ χρησμοὶ περὶ τῶν βασιλέων ἦσαν, καὶ μορφαὶ ἐνεγράφοντο ἀνθρώπων, καὶ θηρίων, &c. *Liber erat in Regia, in quo vaticinia de Imperatoribus, & forma picta hominum & ferarum, atque inter eas leo exsculptus, littera X. tergo eius impressa. Pone feram vir stabat, qui Leonem per medium X. hasta confodiedat. Ea Sibyllina oracula esse opinio fuit. Quæstor quidam Leonem Imperatorem forma feræ significari censuit litera X. natalem Christi, quo die Leo hasta confodiendus esset. Athinganus quidam de Michaële Tribuno cuspiam olim prædixerat; Michael qui tibi supplex nunc est*, βασιλεύσει ῥωμαίων οὗτος, ὃς σοι δέεται νῦν, *Romanis imperabit.* Apud eundem cùm Basilius oppidum in Germania oppugnaret, & ciues Principis minas nihili ducerent, ei causam roganti respondit senex, οὐχ ὑπὸ σοῦ πέπρωται τὴν πόλιν ἁλῶναι νῦν, *Non est in fatis, ut vrbem iam capias; alius Constantini nomine à te ortus vrbem expugnabit, quo responso territus obsidionem soluit.* Ammianus lib. 14. de Sereniano, familliarem suum cum pileo quo caput operiebat incantato vetitis artibus, ad templum misisse fatidicum quæritatum expressè, an ei firmum portenderetur Imperium. Cedrenus ait, Apollonium Domitiano, à quo tonsus, vinctus, & ad tribunal adductus erat, dixisse, οὐ μάν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτι μόρσιμός εἰμι. *Me non interimes, non hoc tibi fata dederunt* καὶ ἄφαντον γενόμενον παραχρῆμα, κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν ὀφθῆναι εἰς Ποτιόλους ἡμερῶν τριῶν διάστημα, *simúlque subita*

D

E

A *subitò è conspectu subductum, inuentúmque eadem hora Puteolis, tridui à Roma itinere.* Sed dubius sententiæ sunt, ait Apuleius, dicámne fieri posse, an negem. quanquam Platoni credam inter Deos, atque homines, natura & loco medias quasdam Diuorum potestates intersitas, easque diuinationes cunctas, & Magorum miracula gubernare. Quanquam & illud mecum reputo, posse animum humanum, & puerilem præsertim, simplicémque, seu carminum auocamento, siue odorum delinimento soporatum, & ad obliuionem præsentium externari, & paulisper remota corporis memoria redigi, ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet, & diuina, atque ita veluti quodam sopore futura rerum præsagire. Allucinatur hic, vt sæpe, Apuleius. Neque enim aut pueri animus carmine, aut nidore externatus, neque μελαγχολῶν, & furens, neque sanus, neque morbo percitus futura præsagire potest, nisi Dei afflatu percitus. Cuiusmodi fuisse videtur Monachus ille apud Zonatam, qui strictum gladium tenens à foro vsque ad Calchen progressus, ἐν φόνῳ μαχαίρας τεθνήξεσθαι, *gladio periturum* Mauricium dixit. Item S. Germanus, qui Constantino cuidam

B se sequenti, & vestem calcanti dixit, μὴ σπεῦδε, τὸ δίππιον σε ἐκδέχεται, *ne festina, Dippium te expectat*, vbi morbo ardenti periit. Alter Monachus Bardani qui Imperium affectabat, ait, σοὶ μὲν οὐ δίδωσι ὁ θεὸς τῆς βασιλείας τυχεῖν, &c. *Tibi Deus negat rerum potiri, Leo, & qui tibi equum adduxerunt stratores tui Imperio potientur.* Sed quid de muliere σεληνιακῇ, *lunatica* credas, quæ ad lunares circuitus furore percita, ad Michaëlem Rangaben clamauit, κατάβηθι, τὰ ἀλλότρια ἐξίστασο, *descende, cede rebus alienis?* Rogata cui portenderetur Imperium, & nomen Leonis, & formam expressit, & cum digito monstrauit cùm mulo veheretur. Mensulam è laureis ramis adornabant. Ammianus Marcellinus lib. 29. Construximus ad Cortinæ similitudi-

C nem Delphicæ diris auspiciis de laureis virgulis infaustam hanc mensulam quam videtis, & imprecationibus carminum secretorum, choragiisque multis, ac diuturnis ritualiter consecratam mouimus tandem. Mouendi autem, quoties super rebus arcanis consulebamus, erat institutio talis. Collocabatur in medio domus emaculatæ odoribus Arabicis vndique, lance rotunda purè superposita, ex diuersis metallis materiis fabrefacta. Cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum 24. scriptiles formæ incisæ perite disiungebantur spatiis examinatè dimensis. Has linteis quidam indumentis amictus, calceatúsque itidem linteis soccis, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans, litato conceptis carminibus numiue præscitionum auctore, ceremoniali scientia superstitit cortinulas, pensilem annulum libtans arctum ex Carparhio filo perquàm leui, mysticis disciplinis initiatum, qui per interualla distincta retinentibus singulis literis incidens saltuatim, heroos effecit versus interrogationibus consonos, ad numeros & modos plenè conclusos, quales

D leguntur Pythici, vel ex oraculo editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsenti succederet Imperio, quoniam omni ex parte expolitus fore memorabatur, adsiliens annulus duas perstrinxerat syllabas, & cum adiectione literæ postrema, exclamauit præsentium quidam Theodorum præscribente fatali necessitate portendi. Aliud genus affert Apuleius Apolog. 1. puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris secreto loco arula & lucerna, & paucis consciis testibus, vbi incantatus sit, corruisse, postea nescientem sui excitatum, &c. puerum eundem multa præsagio prædixisse. quippe hoc emolumentum canticis accipimus, præsagium, & diuinationem, &c. Trallibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua Mercurij simulacrũ contemplantem, quæ futura erant centum sexaginta versibus cecinisse. Itémque Fabium,

E cùm quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum venisse, ab eo pueros carmine instinctos indicasse, vbi locorum defossa esset crumena cum parte eorum, cæteri vt forent distributi. Pomponius Mela lib. 1. cap. 8. Augilæ manes vt oracula consulunt, precantúrque quæ volunt, vbi tumulis incubuere pro responsis ferunt somnia. Ibidem cap. 17. Ionia cingit oraculum Apollinis dictum olim Branchidæ, nunc Didymi. Ibi Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod Manto Tiresiæ filia, & Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit. In Chronico Constantinopol. εἰς τὰς χαλκᾶς πύλας τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν τῶν μελλόντων εἰσὶ πᾶσαι ἱστορίαι ἃς ἐστήλωσεν Ἀπολλώνιος. *Ad portam aream rerum quæ vltimis diebus futura sunt, omnes historias Apollonius Tyaneus in columnis descripsit.*

CAP. LII.

De annulis magicis.

EVERE annuli magici sub quorum pala defixi Dæmones mira patrabant. Philostrat. lib. 3. cap. 4. scribit, Brachmanas annulum, & baculum gerere quibus mira patrent. Clemens lib. 1. stromat. ἐξήκεστος ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους ᾐσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων, &c. *Excestus Phocensium Tyrannus duos gessit annulos excantatos, quorum strepitu inter se rebus gerendis opportunum tempus persentiscebat. Dolo tamen circumuentus periit cum annulorum sonitu monitus esset.* Apud Philostratum lib. 3. cap. 13. Iarchas Apollonio septem annulos dedit τῶν ἑπτὰ ἐπωνύμους ἀστέρων, *stellarum septem nominibus insignitos,* quorum singulos singulis diebus gestabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos distinguens. Sanctus Augustinus lib. 22. de Ciuit. cap. 8. Petroniæ nobili fœminæ dederat Magus annulum zonæ capillatæ insertum, qui sub veste carnem tangeret. Pergit illa ad S. Stephani reliquias, exiit integer annulus zona minimè fracta. Apud Festum magicus fuit annulus ille peruius flaminum. Plinius lib. 2. cap. 7. homines sui sæculi ridet. Externis, inquit, famulantur sacris, ac digitis Deos gestant, & monstra quoque colunt. Vim magicam tribuebant annulis, quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago sculpta esset. Dubito an audiendus sit Pausanias in Atticis; Minos, inquit, vt experiretur an Theseus Neptuni filius esset, annulum in mare proiecit, quem à Neptuno, si Thesei pater esset, è fundo remitti, & emergere vouit. Emersit annulus, καὶ στέφανος χρυσοῦς ἀμφιτρίτης δῶρον ἀνῆλθεν ἐκ τῆς θαλάττης, *& aurea corona donum Amphitrites è mari exsiliit.* Auctor m. s. ὄνου τὴν εἰκόνα ἐν τῷ χρυσολίθῳ στοιχειωμένην, *asini imaginem in chrysolitho expressam futura prædicendi virtutem dare* scribit. Annuli isti dicuntur physici & φαρμακῖται. Vetat Pythagoras ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ περιφέρειν, *in annulo circumferre Dei imaginem*, vt superstitionem tolleret. Ammian. lib. 22. Asclepiades Philosophus Deæ cælestis argenteum breue figmentum quocunque iret secum efferebat. Samothracij annuli aurei capite ferreo ἀλεξιτήριοι erant, vt Plinius & Isidor. scribunt. Lucretius eos annulos è solido ferro facit;

Exultare etiam Samothracia ferrea vidi.

Ammian. lib. 29. pensilem annulum librans arctum ex Carpathio filo perquàm leui. annulus ille adsiliens perstringebat aliquot literas ex viginti duab. quæ ordine positæ erant, & nomen aliquod designabat; vt apud Ammianum designauit Theod. Apuleius in Apolog. Morem habeo simulacrum alicuius Dei quocunque gestare. Lucian. in Nauigio, δακτυλίους τοιαύτους τὴν δύναμιν, ἵνα μὲν ὥστε ἀεὶ ἐρρῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα, καὶ ἄτρωτον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ, ἕτερον δὲ ὡς μὴ ὁρᾶσθαι, &c. *Velim Mercurium dare mihi tales annulos virtute, vt semper corpore bene haberem, & inuulnerabilis essem, alterum vt inuisibilis, cuiusmodi fuit annulus Gygis.* Iosephus lib. 8. c. 2 scribit, Eleazarum quemdam Iudæum in oculis Vespasiani τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτων, *obsessos hac ratione Dæmonibus liberasse.* Annulum illis ad nares admouebat, cuius sub pala radix à Solomone indicata mox per nares extrahebat odoranti Dæmonem. Aristophanes, οὐδὲν πεφρόντικά σου. φορῶ γὰρ πριάμενος τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ᾽ Εὐδάμου δραχμῆς. *Nihili te facio. fero enim annulum hunc drachma emptum ab Eudamo.* Vbi Scholiast. *Iste erat Philosophus* φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαιμόνια, καὶ ὄφεις, καὶ τὰ τοιαῦτα, &c. *faciens physicos annulas contra dæmonia, serpentes, & similia. sanabant enim eos qui à serpentibus morsi essent. Imò nō sinebant eos morderi. Hos annulos* ἀλεξιτηρίους *ad omnes dolores adhibebant, cephalalgiam, & tormina.* Alibi Aristoph. παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστί μοι δραχμῆς, *à Phertato annulus mihi est drachma emptus, si tormina ventrem, aut vmbilicum torquebunt*, ἐὰν στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρα, ἢ τὸν ὀμφαλόν. S. August. lib. 21. de Ciuit. c. 6. Euseb. lib. 5. de Præparat. Dæmones in annulis sponte & ex pacto retineri aiunt. Lucian. in Philopseude; *quidam ait se Dæmones videre, & non terreri*, ἐξ οὗ μοι δακτύλιον ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον, καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, *ex qua mihi Magus annulum dedit ex ferro crucium factum, & docuit carmen in quo multa nomina.* Ibidem alterius annuli mentio fit, δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω ἀπόλλωνος τοῦ πυθίου εἰκόνα ἐκτυπώσης τῆς σφραγίδος, καὶ οὗτος ὁ ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμέ. *Annulum sacrum habeo, in quo Apollinis Pythij imago exsculpta in sigilla, & hic Apollo mecum colloquitur.*

CAP.

A

CAP. LIII.

De serpentibus.

MAGOS serpentes, chelydros, viperas euocare cantu, veneno exarmare, impunè tractare posse compertum est. Seneca in Medea actu 4.

> *Et triste laeua complicans sacrum manu*
> *Pestes vocat quascunque feruentis creat*
> *Arena Libyae, quasque perpetua niue*
> *Taurus coërcet frigore Arctoo rigens,*
> *Et omne monstrum. Tracta magicis artibus*
> *Squamea latebris turba desertis adest.*

B

Silius Ital.

> *—— Serpentes diro exarmare veneno*
> *Doctus Atyr, tractúque graues sopire chelydros.*

Manil. lib. 5.

> *Non inimica facit serpentum membra creatis,*
> *Accipient sinibúsque suis, peploque fluenti,*
> *Osculáque horrendis iungent impunè venenis.*

Ophiogenes in Cypro, Marsi in Italia Circes discipuli carmine angues veneno exarmarunt, Psylli in Africa insita naturae vi serpentum virus extinxêre. Ea dicta est Psyllea, ψυλλεία.

C Silius lib. 8.

> *Et senioris opem Synali vocat, vngere vulnus*
> *Herbarum hic succis, ferrúmque è corpore cantu*
> *Exigere, & somnum tacto misisse chelydro.*

Item,

> *Ad quorum cantus serpens oblita veneni,*
> *Ad quorum tactum mites iacuêre cerastae.*

Nam & manu & cantu veneficia perficiuntur. Virgil.

> *Spargere qui somnos cantúque, manúque solebat,*
> *Mulcebat iras, & morsus arte leuabat.*

Dicuntur ἀσπιδοθῆραι, ὀφιοδιῶκται. Lucian. in Philops. ἐπειπὼν ἱερά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα θεῖα, καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον περιελθὼν εἰς τρὶς ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων. ἧκον οὖν

D ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν ὄφεις πολλοί, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ κεράσται, καὶ ἀκοντίαι, φρῦνοί τε καὶ φύσαλοι. ἐνεφύσησε δὲ μὲν αὐτὰ ὁ Βαβυλώνιος, τὰ δ' αὐτίκα μάλα κατεκαύθη ὑπὸ τοῦ φυσήματος. *Insusurrans sacra quaedam nomina diuina è libro antiquo, & face expians locum, terque circumferens, eiecit serpentes omnes è finibus. Venerunt igitur ad cantamen serpentes multi, & aspides, & viperae, & cerastae, & iacula, rubetae & bufones. Insufflauit autem in eas pestes Babylonius, & ipso spiritu eas combussit.* Symmachus epist. 19. lib. 7. Quis Colchus, vel Thessalus cantu, aut manu has offensiones leuasset? Ennodius in Epiphan. Ticin. Nunquam sic aspidas duris verborum dictis incantator Thessalus, aut violentis poterit euocare carminibus. Pomponius in pictoribus; Mirum est ni haec Marsa est, in colubros callet cantiunculam. Psal. 57. *sicut aspidis surdae, & obturantis aures suas.* Hierem. 8. *serpentes regulos quibus non est incantatio.* Plin. lib. 29. c. 3. Angues innumeri aestate conuoluti saliuis faucium, corporúmque spumis artifici complexu glomeran-

E tur, anguinum appellatur. Druidae sibilis id dicunt in sublime iactari, ságoque oportere intercipi, ne tellurem attingat. profugere raptorem equo; serpentes enim insequi, donec arceantur amnis alicuius interuentu. Certa Luna capiendum censent. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine. Ad victorias litium, ac Regum aditus mirè laudatur. Ptolemaeus lib. 4. ψυλλαίας vocat. Cinna vet. Poëta,

> *Somniculosam vt Poenus aspidem Psyllus.*

In Martyrologio serpentes à venefico in Martyrem dicuntur immissi. In passione S. Victoris militis Emeritensis. Martyrologium vetus m. s. in Babila. Marsi incantauerunt serpentes verbis incantationum suarum, & conuersi serpentes super serpentarios occiderunt eos. Firmicus lib. 8. cap. 6. Astron. Marsi erunt qui pestiferos angues sopitis & mitigatis aculeis opprimant. lib. 4 cap. 7. lib. 8. cap. 17. & 15. S. Hieronym. de celebrat. Paschae. Manil. lib. 1.

> *Nec vulgata canam, linguas didicêre volucrum,*

Consultare fibras, & rumpere vocibus angues,
Sollicitare vmbras, imúmque Acheronta mouere,
In noctémque dies, in lucem vertere noctes.

Virgil.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Salisberiens. lib. 3. cap. 10. Psylli siquidem Augusti mandato adhibiti, qui malitiam veneni solent linguis educere. Ælian. lib. 16. cap. 27. de animal. Solin. cap. 30. Plin. lib. 18. cap. 3. Papias in Psyllis. Arnob. lib. 2. Aduersus ictus noxios, & venenatos colubrarum morsus remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis, Marsis, vendentibus, aliisque institoribus, atque planis. Plutarchus lib. de fluuiis, in Hydaspe; Incolæ κατορύσσουσι κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατακεκριμένην παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηροφόνον. ἅμα γὰρ τὴν πρεσβύτιν ἐρι[…] πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται, καὶ τὰ περιπτάμενα τῶν ἀλόγων ζώων κατεσθίει. *Indigenæ ad Hydaspem fluuium quotannis defodiunt anum damnatam ad collem cognomento therophonum. Simul cum anu multitudo serpentium ex iugo exit, & bruta quæ circumuolant comedit.* Idem in Ebro, καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ θνητοῦ εἰς δράκοντα μετέβαλεν τὴν μορφὴν τοῦ σώματος, *caput mortui Orphei in draconem mutauit formam corporis.*

C A P. L I V.

De Medeæ curru.

MEDEÆ currum à draconibus trahi volunt. Seneca in Medea,

Sic fugere soleo, patuit in cælum via,
Squammosa gemini colla serpentes iugo
Summissa præbent. ——

Varro in Marcipore dixit, Æetæ Regi Medeam aduectam per aëra in rheda anguibus. Veteres glossæ, *Medea, Anguicia.* Horat. lib. 1. od.

Te nemus Anguiciæ.

Sic Anguicia sumitur Silio lib. 8. Ouid. lib. 7. Metamorph.

Nec frustra volucrum tractus ceruice draconum
Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.
Quem simul ascendit, frenatáque colla draconum
Permulsit, manibúsque leues agitauit habenas.

C A P. L V.

De soporifero veneno.

SOPOREM iniicere feris, & anguibus solitos veneficiis suis Magos, omnes asseuerant. Virgil. lib. 6. Æneid. de Cerbero,

Cui vates horrere videns iam colla colubris
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Obiicit, ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atque immania terga resoluit
Fusus humi, totóque ingens extenditur antro.

Idem,

Spargere qui somnos cantúque, manúque solebat.

Silius,

—— *tactúque graues sopire chelydros.*

Capitolin. in Adriano soporiferæ potionis meminit, & sæpe Medici. Valer. Flacc. lib. 6.

Contrà Tartareis Colchis spumare venenis,
Cunctáque lethæi quassare silentia rami
Perstat, & aduerso luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguáque, manúque fatigat
Vim Stygiam. ——

Ouid. lib. 7. Metamorph.

Perungi

Peruigilem ſupereſt verbis ſopire draconem.
Hunc poſtquam ſparſit lethæi gramine ſucci,
Verbáque ter dixit placidos facientia ſomnos.

Apollon. lib. 4. Argon.

Τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατόμματι εἴσατο κούρη
Ὕπνον ἀοσσητῆρα θεῶν ὕπατον, καλέουσα
Ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας. αὐτὰρ ὅ γε ἤδη
Οἴμην θελγόμενος δολιχὴν ἀνάλυετ' ἀκάνθαν
Γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα.

Huius autem volutati in oculis puella ſomnum ſedere fecit opitulatorem Deorum maximum, clamans ſuaui voce ſopire monſtrum. Sed ille iam incantamentis ſopitus prælongam in ſpinam extenſus ſerpentinæ ſpiræ producebat infinitos circulos. Photius in Bibliotheca dracones hac arte ab Indis capi ait pag. 532. κοκκοβαφεῖ πέπλῳ χρυσᾶ ἐνείροντες γράμματα τίθενται πρὸ τῆς χειᾶς, ὕπνον ἐγγοητεύσαντες τοῖς γράμμασι, ὑφ' οὗ νικᾶται τὼν ὀφθαλμοὺς ἀστρέπτους ὄντας ὁ δράκων, καὶ πολλὰ τῆς ἀπορρήτου σοφίας ἐπ' αὐτὸν ᾄδουσι, οἷς ἄγεται, καὶ τὸν αὐχένα ὑποβαλὼν τῆς χειᾶς ἐπικαθεύδει τοῖς γράμμασι. λίθοις δὲ τούτοις ἀπόκειται τὴν ἰσχὺν ἄρρητον κατὰ τὸν δακτύλιον ὃν Γυγάδα φασὶ τοῦ γύγη. *Peplo coccino aureas literas inſerentes ante ſpecum draconis ponunt, & literis ſomnum magica deuotione adſcribunt, quo draconis oculi irretorti ligantur, & multa occulto murmure ſuper eum inſuſurrant, quibus draco agitur, & caput exerens è ſpecu indormit literis. Tum eius caput ſecuri diuidunt, in quo lapilli multi mirabili virtute, qualem habuit annulus Gygis.* Sed & feras mulcebant carminibus. Silius,

Harcelo non timidus feras mulcere leænas.

Philoſtratus lib. 5. cap. 15. ſcribit, ad pedes Apollonij procubuiſſe leonem, quem quidam circulator circumducebat. Hunc Apollonius Amaſim Regem Ægyptij eſſe dixit ad vicum Saitin, ἐπειδὴ ἤκουσε ταῦτα ἀνεβρυχήσατο ἐλεεινά, καὶ θρηνῶδες, *quo audito leo rugitum lamentabilem edidit.* Ita & Valer. Maximus lib. 1. cap. 8. mentem fuiſſe in ſerpente Epidaurio ſcripſit, ſed non ſine Dæmonis miniſterio, qui effecerit vt audire, & mente vti videretur.

CAP. LVI.

De canibus Hecates.

CANES, & ipſum Cerberum, Hecaten magico cantu euocatam ſequi fabulantur. Lucian. in Necyom. Statim ergo & tremere omnia, & rimas ex carmine ſolum ducere, & porrò Cerberi latratus audire. Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Sola feros Hecatæ perdomuiſſe canes.

Apollonius lib. 3. Argon.

——ἡ δ' ἀίουσα
Κευθμῶν ἐξ ὑπάτων δεινὴ θεὸς ἀντεβόλησεν
Ἱροῖς Αἰσονίδαο, πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο
Σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες.
—— ἀμφὶ δὲ τήν γε
Ὀξείῃ ὑλακῇ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο.

Hecate audiens cantum Medeæ ex latibulis imis horrenda Dea occurrit ſacris Iaſonis, eam circumcoronabant terribiles dracones cum quernis ramis. Circũ eam canes terreſtres acuto vlulatu baubabantur. Subterraneos Dæmones Zoroaſtres canes appellat, ἐκ κόλπων γαίης θρώσκουσιν οὐ ποτ' ἀληθὲς σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύντες. *Ex ſinu terræ exſiliunt terreſtres canes nunquam homini verax ſignum oſtendentes.* Sanctus Athanaſ. in vita S. Anton. ὁ ἐχθρὸς μετὰ τῶν ἑαυτοῦ κυνῶν τοσαύτας ἔχει πανουργίας. Statius,

——*Stygiáſque canes ſub luce ſerena*
Deſtituam.——

Ideo Hecate dicitur vlulari. lib. 4. Æneidos,

Nocturniſque Hecate triuiis vlulata per vrbes.

Horatius ſatyr. 8. lib. 1.

——*cum ſagana maiore vlulantem.*

Apuleius, ſeu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina. Horatius ſatyr. 8. lib. 1.

——*ſerpentes, atque videres*

Nocturnas vlulare canes. ——

Virgilius lib. 6. Æneid.

—— *visaque canes vlulare per vmbram*

Aduentante Dea. ——

Eusebius lib. 5. Præparat. κηρὸς τρίχρωμος, *tricolor cera Hecates, vt terreantur* χθόνιαι κύνες, *canes inferna.* Proclus in Hesiod. θηροφονὲς τὸ δαιμόνων γένος, ὃς κύνας εἴωθε τὰ λόγια καλεῖν. *Ferini Dæmones, quos canes oracula vocant.* Orpheus,

σαῖνον δ᾽ σκύλακες πρόπολοι. ——

Adulabantur canes famuli præcursores.

Theocrit. Idyl. 2.

Τᾷ χθονίᾳ ἑκάτᾳ ταὶ καὶ σκύλακες τρομέοντι.

Terrestri Hecatæ quam canes metuunt.

Ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πόλιν ὠρύονται,

Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι, τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.

Canes nobis per vrbem vlulant,

Dea est in triuiis, æs quàm primùm pulsa.

Sophron. in Mimis, θύουσι ῥέᾳ, καὶ ἑκάτῃ κύνας, ὅτι κύων βαΰξας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κρουσθείς. *Canes immolant Rhea, & Hecata, quia canis latrans soluit spectra, vt & æs pulsum.*

CAP. LVII.

De Hecate.

HECATEN à Magis inuocari tam notum est, quàm quod notissimum. Apollonius lib. 3.

φαρμάσσειν ἑκάτης περσηΐδος ἐννεσίῃσι.

Excantare Hecates Persei filiæ consilio. Eusebius lib. 5. Præparat. Cera tricolor, alba, rubra, nigra, ἔχων τύπον ἑκάτης, *formam habens Hecates* ferentis flagellum, lampadem, & ensem, dracone circumplicatam. Draco nexibus Coten Hecaten tenens. Apollonius lib. 4.

Αὖε δ᾽ ἄνασσαν νυκτιπόλον, χθονίην.

Medea inclamauit Reginam nocturnam, infernam. lib. 3.

Ἑπτάκι δ᾽ βριμὼ κουροτρόφον ἀγκαλέσασα,

Βριμὼ νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν,

Λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοις φαρέεσσι.

Septies Brimonem puerorum nutricem innocans nocturnam, terrestrem, inferis præsidentem, tacita nocte cum atris vestibus. Eandem vocat δαῖραν μουνογένειαν, *Daram vnigenitam.* Scholiast. Apollon. lib. 3 Argonauticon, βριμὼ προσηγόρευσε διὰ τὸ φοβερὸν, καὶ καταπληκτικὸν τοῦ δαίμονος, καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα ἑκάταια. καὶ πολλάκις αὐτὴν μεταβάλλειν τὸ εἶδος διὰ τὸ ἔμπουσαν καλεῖσθαι, ἢ παρὰ τὸ βρόμον τὸ ἐκ πυρὸς ψόφον. ἡ γὰρ θεὸς λαμπαδοῦχος. μουσαῖος ἱστορεῖ δία ἐρασθέντα ἀστερίας μιγῆναι, καὶ μιχθέντα. δοῦναι τῷ πέρσῃ, ἐξ ἧς τεχθῆναι αὐτῷ τὴν ἑκάτην ἣ περσηΐς καλεῖται, &c. *Brimo vocauit quia tremenda Dea est, & terroris effectrix immittit Dæmones Hecatæos. Ea sæpe mutat vultum, quia est empusa, aut Brimo dicitur à sonitu ignis, quia faces fert. Musæus ait, Iouem ex Asteria genuisse Hecaten quæ Perseis dicitur, quia Iupiter Perseo dedit Asteriam.* Theocritus Idyl. 2.

—— τὶν γὰρ ποταείσομαι ἥσυχα δαίμον.

Tibi accinam leniter ô Dea. Auctor anonym. Argon.

Τῷ δ᾽ εἴ κ᾽ ἐννυχίοισι δρακοντομένῃ θυέεσσι

Δαῖραν μουνογένειαν ἑὸν δέμας ἱκμαίνοιντο.

Illi si Daram vnigenitam pulsantes nocturnis sacris suum corpus asperserint. quia Hecaten disciplinam hanc magicam docuisse putant. Statius lib. 9. Thebaid.

—— *Dianáque conscia miscet*

Murmura, secretis quæ Colchidos ipsa sub antris

Nocte docet, monstrátque feras quærentibus herbas.

Hecate in triuiis vocabatur. Virgilius,

Nocturnísque Hecate triuiis vlulata per vrbes.

Auctor Argon. anonym.

Τὴν δ᾽ ἑκάτη περίαλλα θεὰ δάε τεχνήσασθαι

A φάρμακ' ὅσ' ἤπειρος τε φύει. ——

Medeam Hecate docuit supra alias medicamenta componere quæ terra continens fert. Apuleius in Apolog. Ad Magorum cerimonias aduocatur Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luoa noctium conscia, & manium potens Triuia. Horat. satyr. 8. l. 1.

—— *Hecaten vocat altera; sæuam*
Altera Tisiphonem. ——

Scholiast. Theocr. Idyl. 2. ἑκάτη ἄρτεμις καλεῖται, καὶ φύλαξ, καὶ δᾳδοῦχος, καὶ φωσφόρος, καὶ χθονία, ταύτῃ καὶ σκύλακες τρομέουσι, διὰ τὸ σκύλακας εἰσφέρεσθαι δεῖπνα τῇ ἑκάτῃ. ἀριστοφάνης ἐν δαιταλεῦσι, τί δὲ κυνίδιον λευκὸν λαβὼν ἐπρίω τῇ θεᾷ εἰς τὰς τριόδους; ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ σεληναίῳ ὄρει ὅλμους δεικνύουσι τῆς μηδείας, καὶ κίρκης, ἐν οἷς ἔκοπτον τὰ φάρμακα. *Hecate Artemis dicitur, & custos, & tædifera, & lucifera, &* B *terrestris, quam & canes tremunt, quia catuli prandium Hecatæ inferebantur. Aristophanes in conuiuatoribus, quid autem catulum album scabiosum emisti Deæ ad triuia? Hodiéque in lunari, seu selenæo monte mortaria, & pilas ostendunt, in quibus Medea, & Circe venena sua concidebant.* Lucianus in Philopseud. Hecates aduentum graphicè pingit, τὸ μὲν πρῶτον ὑλαγμὸς ἠκούετο, μετ' ὀλίγον σεισμοῦ τινὸς γεγονότος, καὶ βοῆς οἷον ἐκ βροντῆς, γυναῖκα ὁρῶ προσιοῦσαν φοβερὰν, ἡμισταδιαίαν σχεδὸν τὸ ὕψος. εἶχε δὲ καὶ δᾷδα, &c. *Primùm latratus canum auditus, mox terra motu facto, & sonitu quasi ex tonitru, video aduentantem mulierem terribilem, altam dimidiatum stadium Læua gestabat facem, dextera ensem viginti cubitorum, infernè anguipes erat, supernè Gorgoni similis, aspectu formidando, pro coma draconibus implexis circundatur.* Ei sterili vacca factum suprà ostendimus. Silius lib. 8. sociam atri Ditis thalami vocat.

Nigro fortè Ioui cui tertia Regna laborant,
Atque atri socia thalami noua sacra parabam.

C Virgilius dominam Ditis appellat,

Hi dominam Ditis solio deducere adorti.

lib. 4. Æneid.

—— *Et crines effusa sacerdos*
Ter centum tonat ore Deos, Erebúmque, chaósque,
Ter geminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Vbi Seruius; Non trecentos Deos, sed tonat tertiò centum nomina Hecates, vnde & Hecate dicta ἑκατὸν, id est, centum potestates habens. Ouidius lib. 7. Metamorph.

Túque triceps Hecate quæ cœptis conscia nostris,
Adiutrixque venis. ——

D Item,

Ora vides Hecates in tres vergentia formas,
Seruet vt in ternas compita secta vias.

Argonaut. lib. 3. Apollon.

Μουνογενῆ δ' ἑκάτην περσηΐδα μειλίσσοιο
Λείβων ἐκ δέπαος σιμβλήϊα ἔργα μελισσῶν.
Ἔνθα δ' ἐπειδὰν θεὰν μεμνημένος ἱλάσσηαι,
Ἄψ ἀπὸ πυρκαϊῆς ἀναχάζεο, μηδέ σε δοῦπος
Ἠὲ ποδῶν ὄρσῃσι μεταστρεφθῆναι ὀπίσσω,
Ἠὲ κυνῶν ὑλακὴ, μήπως τὰ ἕκαστα κολούσας.

Et vnigenitam Hecaten Persei filiam places libans ex poculo aluearia opera apum. Tum vbi Deam me-E*mor placaueris, recede à pyra, nec te strepitus pedum moueat, vt retrorsum te flectas, aut vlulatus canum ne omnia perficias impediens.* μειλίσσεσθαι dixit, quod Arnobius commulcere. Magi cunctas emolliant, & commulceant potestates. Hecate φόβων τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις συμβαινόντων, καὶ νυκτερινῶν αἰτία, *causa terrorum in triuiis, & nocturnorum*, ait Eustath. κυνοκέφαλος πλάττεται, *fingitur canino capite.* ἑκάτης ἀγαλλιάματα αἱ κύνες διὰ τὸ θύεσθαι αὐτῇ, *Hecates oblectamenta canes, quia ei immolantur.* Porphyrius, ἡ δὲ ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα μᾶλλον ὑπακούει, *Hecate taurus, canis, leæna appellata magis obedit.* Plutarchus 6. Sympos. ἑκάτῃ καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις δεῖπνον ἐκφέροντες μὴ γεύονται αὐτοὶ, μηδὲ οἱ οἶκοι πλὴν καπνοῦ καὶ θορύβου μετέχοντες. *Qui Hecatæ & auerruncis cœnam efferunt non gustant ipsi, nec domestici, nisi fumum & strepitum.* Pausanias γνώμῃ ἀρτέμιδος, *voluntate Dianæ* Iphigeniam factam esse Hecaten scribit. Ab Orpheo vocatur in Argonaut.

—— αἰολόμορφος, τρισσοκέφαλος ἰδεῖν,
Ταρταρόπαις ἑκάτη, λαιὰ δ' ἐπέσσυθεν ὤμου
Λυσσῶπις σκυλάκη, μέσση δ' ἔφυ ἀγριόμορφος,

Χερσὶν

> Χερσὶν δ᾽ ἀμφοτέραις ἔχεν ἄορα κωπήεντα.
> Ἐγκύκλιαι δ᾽ ἐδίνευον περὶ βόθρον ἔνθα, καὶ ἔνθα
> Πανδώρη, ἑκάτης.——

Varia forma, terno capite, Tartari filia, canis furens ex humero læuo incitatur, media est agresti forma, & horrenda, vtraque manu habet ensem manubrio inclusum. Circumuertebantur circa scrobem Pandora, & Hecate. In hymmis vocat eam εἰνοδίαν, τριοδῖτιν, οὐρανίαν, χθονίαν τε καὶ εἰναλίαν, τυμβιδίαν, *vialem, triuiam, cælestem, terrestrem, æquoream, sepulcralem, bacchantem cum manibus*, ψυχαῖς νεκύων μέτα βακχεύουσαν, σκυλακῖτιν, ταυροπόλον. Hesych. ἄρρητος κόρη περσεφόνη. Plutarch. in Apophthegm. τὴν ἑκάτην ἐπιεικῶς ἐν τοῖς πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρύοντο τριόδοις. Hecate dicta βριμὼ διὰ τὸ φοβερὸν, καὶ καταπληκτικὸν, Theodoreto lib. 1. θεραπευτ. βριμὼ τρίμορφος Lycophroni, Flacco lib. 1. Arganaut. ter gemina hera. Orpheus ei tria capita tribuit, dextrum equi, sinistrum canis, medium apri. Vide Cassiodorum lib. 5. epistol. 41. Apuleius Milef. 11. In triuiis statuitur cum corona querna, & draconum voluminibus. Sophocles,

> Ἑκάτη γῆς ναίουσα ἱερὰς τριόδους στεφανωσαμένη δρυσὶ,
> Καὶ πλείσταις ὤμῳ σπείραισι δρακόντων.

Eusebius lib. 4. Præparat. Euang. oraculum refert ab Hecate editum,

> Ἡ δ᾽ ἐγώ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος.
> Ταυρῶπις.——

Vide Diodorum libro 4. pag. 174. Seneca in Medea,

> *Tacitisque præbens conscium sacris iubar*
> *Hecate triformis.*——

Virgilius 4. Æneid.

> *Ter geminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ,*
> *Nocturnísque Hecate triuiis vlulata per vrbes.*

Nonnus Dionysiac. pag. 757.

> Εἴ συ πέλεις ἑκάτη πολυώνυμος, ἐννυχίη δὲ
> Πυρσοφόρῳ παλάμῃ δονέεις θυασώδεα πεύκην,
> Ἔρχεο νυκτιπόλος, σκυλακοτρόφος.——

Si tu es Hecate multi nominis, nocturna manu tædifera versas piceam thyasis frequentem, veni noctiuaga, canum altrix. Ouidius,

> *Ora vides Hecates in tres vergentia formas,*
> *Seruet vt in ternas compita secta vias.*

Eusebius lib. 3. Præparat. cap. 3. ἑκάτη δὲ ἡ σελήνη τῆς περὶ αὐτῆς μετασχηματίσεως, καὶ κατὰ τὸν σχηματισμὸν δυνάμεως. διὸ τρίμορφος ἡ δύναμις τῆς μὲν νουμηνίας φέρουσα τὴν λευχείμονα, καὶ χρυσοσάνδαλον, καὶ τὰς λαμπάδας ἡμμένας. ὁ δὲ κάλαθος ὃν ἐπὶ τοῖς μετεώροις φέρει, τῆς τῶν καρπῶν κατεργασίας, οὓς ἀνατρέφει πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς παραύξησιν, τῆς δ᾽ αὖ πανσελήνου ἡ χαλκοσάνδαλος σύμβολον. *Hecate Luna est propter varias corporis eius formas, & formarum virtutes. Ideo virtus eius triformis, nouilunio ferens albam vestem auro distinctam, & lampades ardentes. Calathus autem quem supernè fert, quia cùm est dimidua crescente lumine fruges maturat, pleniluny signum est ferrugineum sandalium.* libro 4. extremo hæc habet ex Porphyrio de Luna,

> Ἡ δ᾽ ἐγώ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος,
> Τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρίσσα φέρουσα,
> Αἰθέρι μὲν πυρόεσσιν ἐειδομένη εἰδώλοις,
> Ἠέρα δ᾽ ἀργεννοῖσι τροχάσμασι ἀμφικάθημαι,
> Γαῖα δ᾽ ἐμῶν σκυλάκων δνοφερὸν γένος ἡνιοχεύει.

Core, seu *puella sum multa visa obiiciens, in cælo ingrediens, natura triplicis signa terna ferens, in æthere ignitis idolis spectanda, circum aërem albis discursibus sedeo, terra meorum canum nigrum genus aurigatur.* Prudentius lib. 1. in Symmachum,

> *Et regnare simul calóque, Erebóque putatur,*
> *Nunc biiuges frænare boues, nunc sæua sororum*
> *Agmina vipereo superis immittere flagro,*
> *Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas*
> *Spargere, térque suas eadem variare figuras.*
> *Denique cùm Luna est, sublustri splendet amictu,*
> *Cùm succincta iacit calamos, Latonia virgo est,*
> *Cùm subnixa sedet solio, Plutonia coniux.*

A *Si verum quaeris, Triuiae sub nomine Daemon.*

Inuocabant Hecaten Magae, sed quia sciebant iracundam & terribilem, & ad malum pronam, id non sine praefatione. Ab iracundia enim Brimo dicta, & à terriculamentis & fremitu aduentantis, vt Scholiastes Apollon. ad lib. 3. Argonaut. Brimo quasi *βαρύμηνιν*, aut à voce *βρόμος*, quae significat *τὸν πυρὸς ψόφον, ignis fremitum.* Dicitur *ταυρῶπις*, quia Luna corniculans est. Tatianus lib. contra Graecos Dianam magicas artes exercuisse ait. Chariclidas apud Athenaeum, *δέσποινα ἑκάτη τριοδῖτι, τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαις κηλουμένη. Domina Hecate, triuia, triformis, trifacies, triglis allecta.* Apollod. de Diis, Hecate triglem *θύεσθαι διὰ τὴν ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός.* Apollon. libro 3. Argonaut.

——— πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο

Σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες.

B *Στράπτε δ' ἀπειρέσιον δαΐδων σέλας. ———*

Scholiastes, *ὅτι δράκουσι καὶ δρυΐνοις κλάδοις στέφεται ἡ ἑκάτη, σοφοκλῆς δηλοῖ ἐν ῥιζοτόμοις, ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας ἑκάτης ἔγχος τὸ δι' ὀλύμπου πολλὸν φέρει, καὶ γῆς, ναίουσα ἱερὰς τριόδους στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλεκτοῖς ὠμῶν σπειράμασι δρακόντων. Eam circumcoronabant horrendi dracones quernis ramis inuoluti. Emicabat autem infinitum lumen taedarum.* vbi Scholiastes, *Sophocles in rizotomis docet, Hecaten draconibus, & querno ramo cinctam esse, Sol Domine, & ignis sancte, vialis, Hecates hasta, quam per caeli, & terrae plurima loca circumfert, sacra triuia incolens coronata quercubus, & multis draconum spiris.*

CAP. LVIII.

C

De spectris.

VETERES spectra omnia ab Hecate immitti putarunt. Ea dicuntur ab Hebraeis *Elilim*, vanitates; veter. glos. *Muscellum*, *φάσμα*, inter quae numerantur Empusa, Protheus, Themis, quod varias formas sumerent. Virgilius lib. 4. Georg. de Proteo,

Fiet enim subitò sus horridus, atráque tigris,

Squammosúsque draco, aut fulua ceruice leaena.

De Themide Tzetzes in Chiliad. *διωκομένη ἡ θέτις ὑπὸ πηλέως μετέβαλλεν ἑαυτὴν ὡς ὁ πρωτεὺς εἰς διαφόρους ἰδέας, Thetis cùm Peleus insequeretur, mutabat se in varias formas vt Proteus.* Ouidius lib.

D 12. Metamorph.

Sed modò tu volucris, volucrem tamen ille tenebat,

Nunc grauis arbor eras. ———

Vide Apollor. lib. 3. Quidam Daemones *παλαμναῖοι* pro spectris fuere, vt Temesius Heros apud Pausaniam in Eliacis, & Strabonem lib. 6. Alius Daemon fuit Alastor, quem Scholiastes Euripidis in Medea dictum ait, *ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν, quem latere non licet*, Pro spectro habita est Acco anus, quae sui aspectu in speculo ad insaniam redacta est, & facta terror puerorum, ait Plutarchus. Item Gello *παιδοφιλολέγα* virgo, cuius mortuae spectrum Lesbi dicitur oberrare, & immaturam pueris necem adferre. Apocalypseos cap. 9. Alastor dicitur *ἀπολλύων, exterminator*, Heb. *Abaddon*. Abastores, & Poenae dicuntur furiae. Propriè tamen poena pretium est, quod interfecti hominis propinquis homicida soluebat. Hesychius, *ποινὴ*

E *ἀντίκλησις ὑπὲρ φόνου διδομένη, καὶ ἡ δωρεά, καὶ τὰ διδόμενα χρήματα ὑπέρ τινος ἀναιρουμένου τοῖς αὐτοῦ οἰκείοις.* Sophocles in Electra *αὐτόποινα* vocat. Scholiastes Aristophan. in Ramis Empusam vocat daemonium *μεσημβρινὸν, meridianum.* Epicharmus scribit, in Hebes nuptiis Hecaten factam plantam, bouem, viperam, lapidem, muscam, faeminam, mulam, vt Aristoph. in Ramis. Seneca in Oedipo,

Vaga per lucos simulacra virûm

Maiora viuis. ———

Nocturna spectra manè euanescunt. lib. 5. Aeneid.

Et me saeuus equis oriens afflauit anhelis.

Claudianus de vmbra Theodosij,

Dixit, & afflatus vicino Sole recessit.

lib. 4. Aeneid.

Me patris Anchisae quoties humentibus vmbris

Nox

Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt, A
Admonet in somnis, & turbida terret imago.

Horat. lib. 2. satyr. 5. ——*Sed me*
Imperiosa trahit Proserpina, viue, valéque.

Propertius lib. 4.
Nocte vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras.
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges lethaa ad stagna reuerti.

lib. 2. Thebaid. Statius,
Dixit, & abscedens, etenim iam pollida turbant
Sydera lucis equi. ——

Catullus in Berenices coma, B
Sed quanquam me nocte premunt vestigia Diuûm.

Psellus de Dæmonib. ait, genus quoddam Dæmonum esse lucifugum. Hebræis *lilith*, id est, apparitio nocturna. Phlegonem libro de mirabilibus & longæuis adito. mira leges de spectris. Virgilius 10. Æneid.
Tum Dea nube caua tenuem sine viribus vmbram
In faciem Aenea, visu mirabile monstrum,
Dardaniis ornat telis. ——

Castores ad lacum Iuturnæ apparuerunt, vt Suetonius scribit in Nerone cap. 1. de L. Domitio Ænobarbo. Agathias lib. 2. Magi duo mortui cùm à Romanis sepulti essent, dixere; μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον, ἐα κυσὶ κύρμα γενέσθαι, γῆ πάντων μήτηρ μητροφόρον οὐ δέχεται ἄνδρα. Spectrorum autem varia genera sunt, quædam naturalia, vt ignes fatui, & insulæ ludiæ, de quibus C Seneca lib. 3. Natur. Plinius lib. 8. epist. 10. Liuius lib. 9. Aristot. de mirab. audit. Ignibus fatuis interdum se Dæmones admiscent, qui tamen propriè non vrunt, quia flamma imperfecta est. Virgilius,
—— *In vertice visus Iuli*
Fundere lumen apex, tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas. ——

Huiusmodi sunt ignes Castrorum, qui in vertice nauis sedent. Plinius lib. 16. cap. 1. Syluæ radicitus euulsæ classis speciem in mari præbent.

CAP. LIX. D

De Empusa.

SCHOLIASTES Aristop. in Ranis Empusam vocat δαιμόνιον μεσημβρινόν, *dæmonium meridianum*, quod vt Hecate, Proteus, & Thetis varia ora sumebat, & subinde formas mutabat. Empusam Lucianus de saltar. ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην, *in varias formas transire* ait. Laruam esse aiunt, quæ ab Hecate immittatur, quia vno incedit pede, vt vult Eustatius, quasi ἑνὶ ποδὶ οὖσα, alij quod alterum pedem æneum habeat. Aristophan. in Concion.
Ἔμπουσά τις ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἠμφιεσμένη.
Empusa sanguineis ampullis vestita. E

In Ranis,
Πυρὶ γοῦν λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον,
Καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.

Empusa est, vultus igitur totus igne lucet, & ei crus æreum est. Putatur infantes vorare. Euagrius lib. 5. Empusam ait sæpe Mauricium puerum μετατεθεῖναι τὸ βρέφος ὡς τὴν βρύξουσαν, *transportasse, vt eum voraret*, quod cùm non potuisset, τὴν λυμήνασθαι, *cum tamen læsisse.* Philostratus lib. lib. 4. Apollon. Vxor tua μία τῶν ἐμπουσῶν ἐστι, ἃς λαμίας τε, καὶ μορμολυκίας ἡγοῦνται. ἐρῶσι δ' αὗται καὶ ἀφροδισίων μὲν, σαρκῶν δὲ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρῶσι, καὶ πάλλουσι τοῖς ἀφροδισίοις οὓς ἂν ἐθέλωσι δαίσασθαι, *vna est Empusarum, quas Lamias, & Mormolycias putant esse. Amant autem istæ res Venereas, & maximè carnes humanas, & eos vibrant rebus Venereis quos vorare volunt.* Philostratus lib. 2. Apollon. ἐν σελήνῃ λαμπρᾷ βαδίζουσι φάσμα ἐμπούσης ἐνέπεσε, τὸ δεῖνα γινομένης, καὶ τὸ δεῖνα αὖ καὶ οὐδὲν εἶναι. *Luna clara ambulanti occurrit visum Empusæ in varias formas mutantis, & iam euanescentis.*

τὸ

A τὸ φάσμα φυγῇ ᾤχετο τετριγὸς ὥσπερ εἴδωλα, *spectrum fugit stridens vt idola.* Hesychius, γελλὼ εἴδωλον ἐμπούσης, γελλὼ δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν, ἔμπουσα φάσμα δαιμονιῶδες ὑπὸ ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον, ἑνὶ ποδὶ χρώμενον. *Empusa spectrum Dæmonis specie ab Hecate immissum, vno pede ingrediens.* ὀνοσκελὶς, ὀνοκώλης dicitur ab Eustathio, *quæ asinino crure incedit.* Veneficæ dicuntur Lamiæ quod pueris necem afferant. Lamiæ apud Lucillium inania sunt terriculamenta. Clemens Alexand. in Protrept. & Aristoteles lib. 7. Nicomach. Lamiam scribunt fuisse Ponticam fæminam, quæ prægnantium aluos cæderet, & extractos vteris infantes deuoraret. Suid. ἐν λιβύῃ γυναῖκα καλὴν γενέσθαι. μιχθῆναι δ' αὐτῇ Δίος ἐφ' ἥρας ζηλοτυπηθεῖσαν ἃ ἔτικτεν ἀπολλύναι. διόπερ ἐκ τῆς λύπης δύσμορφον γεγονέναι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων παιδία ἀναρπάζουσαν διαφθείρειν. Diodorus lib. 20. in Asia apud Automolas montem esse, in quo habitarit Lamia Regina, quæ amisso filio omnes ex matrum gremio pueros rapi, & occidi iussit.

B Dio in Libyca Histor. Lamias feras esse ait vmbilico tenus fæminea forma, reliquum corporis squamis consertis, & impenetrabilibus contegi, & imum in serpentem desinere, cuius extremum sit caput, brachia squamis vestita, manus vncis vnguibus, sororiantibus mammis homines allicere, & necare. Thren. 4. *Lamiæ nudauerunt mammas, & lactauerunt catulos.* Empusas, & Lamias ab Hecate immitti putant. Tertullianus in Valentin. cap 3. Lamiæ turres commemorat, quod Lamia Libyæ Regina rupis radices insederat. Putabatur viuos pueros vtero matrum extrahere. Aristotel. lib. 6. cap. 5. Nicomach. λαμίαν τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν. Horatius in Arte,

Neu pransæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.

Lucianus de infid. Lamiam Mormo esse ait. Aristophanes in Pace Lamiæ testiculos illo-

C tos, ὄρχεις ἀπλύτους vocat. Scholiastes, eo quod raperet infantes, τὰς πίτας ἐκφοβούσας παιδία λαμίαν καλεῖν, ἡ ἄϋπνος διατελεῖ βουλῇ τῆς ἥρας, καὶ μεταμορφοῦται εἰς ἃ βούλεται. Theocrit. μορμὼ δάκνει ἵππος. Tzetzes Chili. 9. cap. 297. Pausanias pag. 41. scribit, Apollinem Lamiam εἰς τὴν πόλιν πέμψαι ποινὴν, ταύτην τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν μητέρων ἁρπάζειν. Lucillius,

Illo quid fiat Lamia, & Pytho oxyodonte,
Terrificas Lamias, Fauni quas, Pompiliíque
Constituêre Numæ. ——

Vide Diodorum Siculum lib. 20. pag. 754. Euripides,

Τίς τοὔνομα τοὐπονείδιστον βροτοῖς
Οὐκ οἶδε λαμίας τῆς λιβυστικῆς γένος;

Quis nomen hominibus probrosum non nouit Lamiæ Libysticæ? Diodorus Siculus lib. 20. κελεύειν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν ἐξαρπάζεσθαι τὰ βρέφη, καὶ παραχρῆμα ἀποκτείνειν, *Lamiam iussisse vt infantes ex matrum*

D *vlnis raperentur, & statim occiderentur.*

CAP. LX.

De auibus magicis.

MAGI auibus vsi sunt ad suas præstigias accommodatis, strige, bubone, spinturnice, & aliis. Callisthenes m. s. de rebus Alexandri, λαβὼν ὁ νεκτεναβὼ θαλάσσιον ἱέρακα τοῦτον ἐμάγευσεν, καὶ ὅσα ἐβούλετο εἰπεῖν ἐν ὀνείροις τῷ φιλίππῳ ὁ ἱέραξ ἔλεγεν αὐτῷ. *Nectenabo, cùm marinum vulturem incantasset, quæ volebat in quiete vultur Philippo dicebat.* Qui futura

E præsentire voluerunt, certo ex serpentibus cibo vtebantur, vt scribit Orpheus in Achate,

Ταῦτ' ἐγὼ ἐκτελέσας, ὅσα τ' ἔστι, ὅσα τε κῦφοι
ὄρνιθες κλάζουσι ἐπίσταμαι, ὅσα τε θῆρες
ὠμηστοὶ τετράποδες ἐνὶ σφίσιν ἀρύουσι.

Cùm hæc ego effecerim è serpentibus, scio quæ futura sunt, & quæ leues aniculæ clangunt, & quæ feræ crudeles quadrupedes in se ipsis vlulant. Obscœnæ volucres striges, bubones in magicis vsui fuere. Seneca in Medea,

Mortifera carpit gramina, ac serpentium
Saniem exprimit, miscétque, & obscœnas aues
Mæstíque cor bubonis, & raucæ strigis
Exsectáque viua viscera.

Statius lib. 3.

Monstra volant, diræ strident in nocte volucres,

Nocturnæque gemunt ſtriges, & feralia bubo A
Damna canens. ——

Item ſpinturnix incendiaria auis Plinio lib. 10. cap. 13. Ouidius lib. 5. Metamorph.

Fœdáque fit volucris venturi nuntia luctus,
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Strix quæ ſit ignotum, vt Plin. lib. 11. cap. 39. quidam caprimulgam, αἰγοθήλαν eſſe volunt. Græcis dicitur ςρὶγξ, χίγεη, χιγεής. Caprimulgus pedibus in altum conuerſis volat. Serenus.

Præterea ſi fortè premit ſtrix atra puellos
Viroſa immulgens exertis vbera labris.

Ouidius lib. 6. Faſtorum eas deſcribit. B

Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinis,
Caniciesꝗ pennis, vnguibus hamus ineſt.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris,
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius
Cauſa quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

Fuerunt aues quarum eſu futura prænoſcerent. Auctor m. ſ. λαβὼν δὲ ἔποπος καρδίαν κατάπιε ἅμα τῷ μέλιτι, καὶ ἔσεταί σοι προγινώσκειν τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ γῇ, καὶ ὅσα κατὰ ψυχὴν ἔχει τις, καὶ ὅσα κατὰ κλίματα, καὶ πόλεις γίνεται, καὶ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ἀνθρώποις. *Sumptum cor epopis ex melle deglutito, & prænoſces quæ ſunt in cælo, & terra, & quæ quis in animo habet, & quæ per regiones, & vrbes fiunt, & quæ hominibus euentura ſunt.* C Alius non minus ineptus ſcribit, aſini imaginem in chryſolito futura prædicendi virtutem dare. Iſta vocantur ςοιχειώματα, *ſigilla*, ἀποτελέσματα γλυφῆς, *effectus ſculptionis ac ſigilli.* Magi inter mactandum aues, Angelorum nomina pronuntiabant, nec ferro vnquam occidebant, ne latentem ſi fortè Dæmonem violarent. In libro Botri Perſarum Regis, σφάζεται γῦπα μετ' ὀξέος καλάμου, ὁ δὲ σφάζων αὐτὸν ἔσεται μόνος, καὶ παρὰ μηδενὸς θεωρούμενος, καὶ ἵνα λέγῃ τὰ τριῶν ἀγγέλων τὰ ὀνόματα, *vulturem occidi cum acuto calamo, qui occidit eum erit ſolus, nec ab vllo videbitur, & vt dicat trium Angelorum nomina.* ἀγγέλους ὀρνίθων ὀρνιθομόρφους vocant, *Angelos auium auiformes*, quibus intelligentiam vocis tribuunt, quam qui habere volebant κυριώτατα μέρη τῶν ζώων κατέπινον, *deglutiebant præcipuas animalium partes*, vt animam exciperent, vt Porphyrius lib. de abſtin. ab animatis: vel certo ex ſerpentibus cibo vtebantur, vt Orpheus de lapidibus in Achate. Clemens lib. 6. conſtitut. Apoſtolic. fol. 91. p. 1. Simon Magus προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐπηγγέλλετο πτῆναι δι' ἀέρος. καὶ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων ἵπτατο μετάρσιος εἰς ἀέρα λέγων εἰς οὐρανοὺς ἀνιέναι, καὶ ἐκεῖθεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν. τῶν δὲ δήμων ἐπευφημούντων ὡς θεὸν, ἐγὼ προσεύχομαι τῷ πονηραῖς δυνάμεσι ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως, καὶ περικοπεὶς τῆς δυνάμεως ὁ σίμων κατηνέχθη μετὰ μεγάλου ἤχου, καὶ ῥαγεὶς ἐξαίσιον συντρίβεται τὸ ἰσχίον, καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς. D

C A P. L X I.

Magi an è conſpectu euaneſcere poßint. E

DÆMONES habent eam vim, vt res quas velint è conſpectu tollere, mouere, aliò deportare poſſint. Philoſtratus in Apollonio, & Cedrenus in Claudio aiunt, Apollonium cùm vinctus ad tribunal ſtaret ſpectante Domitiano, ἀφανῆ γενέσθαι παραχρῆμα, *ex oculis ſtatim euanuiſſe*, & Puteolos delatum. Apud Philoſtratum lib. 3. cap. 5. nuncius qui ab Iarcha miſſus erat ad Apollonium, multo perniciùs quàm aquila volet, ad comites Apollonij qui longè aberant, profectus eſt, & eadem celeritate reuerſus. S. Auguſtin. lib. 3. de Trinitate cap. 9. Quæcunque tamen huiuſmodi operatur, ea vel per motum localem: nam maxima corpora de loco in locum, & breuiſſimo tempore transferre poteſt, vel operatur actione cauſarum naturalium, vel ſenſibus noſtris illudit. lib. de diuinatione Dæmon. cap. 5 Curſum aſtrorum, vel orbium cæleſtium mutare non poteſt, nec Solem, vel Lunam de cælo deripere, nec integrum elementum mouere loco, quia nihil poteſt contra ordinem vniuerſi conſtitutum à Deo. lib. 3. de Trinitate cap. 7. Veneficæ non rarò in longinqua

A qua à Dæmonibus reuera deportantur. Interdum Dæmones illudunt ſenſibus hominum, vt ſe auolare, & abripi putent, cùm loco non moueantur, vt idem ſcribit epiſt. 101. & epiſt. 72. Arnobius lib. 2. Simonem Magum igneis quadrigis in aërem à Dæmone ſublatum ait. Medea draconum curru per aërem vecta. Abaris ſagitta per vniuerſum orbem momento à Dæmone tranſlata, vt & ipſe Abaris apud Herodotum.

CAP. LXII.

De hydromantia.

B HYDROMANTIAM Auguſtinus cum necyomantia confundere videtur lib. 7. de Ciuitate cap. vlt. Numa hydromantiam facere compulſus eſt, vt in aqua videret imagines Deorum, vel potiùs ludificationes Dæmonum, &c. quod genus diuinationis Varro à Perſis dicit allatum, vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibet ſciſcitari. & necyomantiam Græcè dicit vocari, quæ ſiue hydromantia, ſiue necromantia dicatur, idipſum eſt, vbi videntur mortui diuinare. Nos alio loco plurimum intereſſe inter necyomantiam, & hydromantiam oſtendemus. Aquis ad vmbras elicíendas vſos eſſe docet Propertius lib 4. eleg. 1.

Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas,
Vmbra neque hæc magicis mortua prodit aquis.

Quia ex fontibus puerili forma Dæmones emergebant.

C

CAP. LXIII.

De ſpeculo magico.

MAGI ſpeculo vſi ſunt. Spartianus in Didio; Et ea quæ ad ſpeculum fieri dicunt, in quo pueri præligatis oculis incantato vertice reſpicere dicuntur. Ea dicta ἐνοπτρομαντεία, cuius meminit Scholiaſtes Ariſtophanis in Nebulis ad hæc verba,

ὥσπερ κάτοπτρον κατα τηροίην ἔχων.

Vt ſpeculum deinde habens obſeruem. φασὶ γοῦν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὺς διὰ κατόπτρου κατάγειν τὴν θεόν. ἔστι δὲ καὶ πυθαγόρου παίγνιον διὰ τοιούτου κατόπτρου. πρὸς (σελήνην τῆς σελήνης οὔσης εἴ τις ἔσοπτρον ἐπιγράψειεν αἵματι ὅσα βούλεται), καὶ προείπων ἑτέρῳ σταίη κατόπιν αὐτοῦ δεικνὺς πρὸς τὴν σελήνην τὰ γράμματα,
D κἀκεῖνος ἀτενίσας, ὁ πλησίον εἰς τὸν τῆς σελήνης κύκλον, ἀναγνοίη πάντα τὰ ἐν τῷ κατόπτρῳ γεγραμμένα, ὡς ἐπὶ τῆς σελήνης γεγραμμένα. *Earum rerum periti dicunt ſe per ſpeculum Lunam trahere Eſt autem & Pythagoræ ludicrum per eiuſmodi ſpeculum Lunæ plenilunio* (lego, πανσελήνῳ) *ſi quis in ſpeculo quæ vult ſcripſerit ſanguineis literis, & cùm alteri prædixerit, ſteterit ei ex aduerſum oſtendens ad Lunam literas, & alter qui propè eſt in Lunæ circulum oculos intenderit, leget omnia quæ in ſpeculo ſcripta ſunt, quaſi in Lunæ orbe ſcripta eſſent.* Interdum præter ſpeculum adhibebant puerum ad ſuas præſtigias. qua de re Apuleius in Apolog. Saliſberienſis lib. 1. cap. 12. Speculatios vocant qui in corporibus læuigatis & terſis, vt ſunt lucidi enſes, pelues, cyathi, ſpeculorúmque diuerſa genera, diuinantes curioſis conſultationibus ſatisfaciunt. Vide Suidam in voce πύθωνος.

E

CAP. LXIV.

De Magorum miraculis.

MAGI vera miracula non patrant, ſed res in ſpeciem magnas quæ imperitos in ſtuporẽ trahãt Iſidorus Peluſiota l. 1. epiſt. 397. εἰ θαύματα ἦν τὰ θρυλλούμενα, καὶ τῇ εἰς θεὸν ἐλπίδι κατωρθοῦντο, ἔμενεν ἂν μέχρι παντὸς μὴ τρεπόμενα. εἰ δὲ φάσματα μαγγανείαις γινόμενα, μήτε σηκέτω, μήτε δυνάσθω. *Miracula Apollony ſi vera eſſent & fide in Deum facta, manerent in perpetuum. Sed quia viſa ſunt præſtigiis facta, euaneſcunt.* Præter ea quæ ſuprà poſui, titulo de prodigioſis Magorum effectibus, pauca ſubiiciam. Philoſtratus lib. 3. cap. 3. Apollon. cùm propiùs ad Brachmanas acceſſiſſet, illi à nemine moniti nuntium ad eum miſerunt, qui eum nominatim ſalutaret. Circa collem nebula ſpectabatur in qua Indi habitabant, ibique ſe nunc aſpectabiles, nunc inaſpectabiles præbebant. περὶ δὲ τοῦ ὄχθου νεφέλην ἰδεῖν φασὶν ἐν ᾗ γοῦν ἰνδοὺς οἰκεῖν φανερούς τε, καὶ

ἀφανεῖς, καὶ ὅτι βούλονται), *pro ut voluerint.* cap. 4. Annulum & baculum gerunt Brachmanes, quibus mira patrant. cap. 5. Iarchas nomine salutauit Apollonium, & literas à Rege Indorum poposcit. Scias, inquit, in ea epistola D. literam deesse. quod verum deprehensum. quo patre, qua matre natus esset Apollonius indicauit. Apud Georgium Monachum Simon Magus ἀνδριάντας ἐποίει περιπατεῖν, καὶ εἰς πῦρ κυλιόμενος οὐκ ἐκαίετο, εἰς ἀέρα ἵπτατο, καὶ ἐκ λίθων ἄρτους ἐποίει, δράκων ἐγένετο, καὶ εἰς χρυσὸν μετέβαλλε, θύρας κεκλεισμένας, καὶ μεμοχλευμένας ἤνοιγε, καὶ σιδηρᾶ δεσμὰ διέλυεν· ἐν δείπνοις εἴδωλα παντοδαπῶν εἰδέων παρίστα, τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη αὐτομάτως φέρεσθαι πρὸς ὑπηρεσίαν ἐποίει τῶν φερόντων οὐχ ὁρωμένων, σκιὰς πολλὰς προηγεῖσθαι αὐτοῦ παρεσκεύαζεν, *statuas ambulare faciebat, in igne volutatus non vrebatur, in aëre volabat, ex lapidibus panes fingebat, fiebat draco, in aurum mutabatur, fores clausas, & oppessulatas reserabat, vincula ferrea disrumpebat, in cœna speciem omnium ciborum repræsentabat, vasa domestica per se proprio motu ministrare cogebat, cùm nemo cerneretur qui ea ferret, vmbras multas sibi viam præire iubebat, quas mortuorum animas esse dicebat,* ἅσπερ ψυχὰς τῶν τεθνηκότων ἔφασκεν εἶναι. Suidas in verbo ἄπνους, φασὶ τὸν ἐμπεδοκλέα παυσανίαν ὑφηγήσασθαι τὴν ἄπνουν εἶναι ἢ τὴν ἄπνουν τοιαύτην, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν, καὶ ἄσιτον τὸ σῶμα. *Dicunt Empoclem docuisse Pausaniam apnum. Est autem apnus eiusmodi, vt 30. dies corpus conseruet sine spiritu, & cibo.* Apud Georgium Monachum ex S. Clemente Romano, πολλοὺς διαφόροις καὶ δυσιάτοις νόσοις ὑπέβαλε, καὶ δαίμοσιν, οὓς ἤθελε εἰς ἑτέρας μορφὰς ἀνθρώπων καὶ ἀλόγων μετεσχημάτιζε. *Plurimos diuersis, & immedicabilibus morbis, ac Dæmonibus subiecit, quos volebat in alias formas hominum & brutorum reformabat.* τόπος ἐκδεξάμενος τὸ σῶμα τοῦ σίμωνος πεσόντος ἐκ τότε ἐκλήθη σιμώνιον. διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τοῦ σαββάτου ἐπίσημον ἄγουσι οἱ ῥωμαῖοι. σάββατον γὰρ ἦν ἐν ᾧ καὶ προσευχὴ καὶ νηστεία τοῖς πιστοῖς. νηστεύοντες γὰρ συνάξεις φαιδρὰς ποιοῦσι μέχρι νῦν. *Locus vbi corpus Simonis cecidit ex aëre, cùm igneas eius quadrigas* (vt ait Arnobius lib. 1.) *Petri ore difflatas nominato Christo euanuisse populus vidisset, ex eo vocatum est Simonium.* Dæmonis ope Marcus quidam hæreticus apud S. Irenæum in mysteriis è vino albo rubrum & sanguineum, ac veriùs sanguinem efficiebat. Pythagoras eodem tempore cum aureo crure Metaponti, & ludis Olympicis visus est, vt ait Ælianus in varia hist. Stephanus scribit, Nosoram insulam esse maris Erythræi. In ea Nais fuit, quæ eos quibus succubuerat, libidine solutos in pisces mutaret. Ouidius lib. 4. Metamorph.

> *Nais an vt cantu, nimiúmque potentibus herbis*
> *Verterat in tacitos iuuenilia corpora pisces,*
> *Donec idem passa est.*

Dæmon naturæ vi contrahere animantis artus, aut corpus per corpus transmittere non potuit, quod Dei virtuti singulare, & proprium est. S. Chrysostom. de incredulitate Iudæ. πῶς ἠδυνήθη καταγαγεῖν ὁ ἄγγελος τὸν ἀμβακοὺμ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ πάλιν ἀναγαγεῖν, καὶ τὰς ἐπικειμένας σφραγῖδας ἐρρωμένας καταλιπεῖν; *Quomodo potuit Angelus transmittere in lacum leonum Abacuch, & rursum extrahere, sigillo, quod lapidi impositum erat, integro & imperrupto?* Potest Dæmon efficere, vt in ignem coniecti non ardeant, aut certè nullum admoto igne dolorem sentiant. Ita Iamblicus lib. de myster. scribit, Ægyptiorum prophetas admoto igne non vri, certè nullo doloris sensu affici, Deo vim ignis infringente. Epimenides apud Plinium ope Dæmonis totos 47. annos dormiit. Simplicius ad librum 4. Physic. scribit, Sardoos Heroas reuera mortuos, Dæmonis præstigiis ab Herculis ætate vsque ad Aristotelem integris corporibus visos dormire. ἐκεῖνα γὰρ ἡρακλεῖ γεγονότων παίδων ἐκ τῶν θεσπίου θυγατέρων ἐν σάρδοις τελευτησάντων ἔλεγον ἕως τοῦ ἀριστοτέλους ἄσηπτά τε, καὶ ὁλόκληρα διαμένειν τὰ σώματα, καὶ φαντασίαν καθευδόντων παρεχόμενα. *Cùm enim nouem Herculis filij ex Thestiæ filiabus suscepti, in Sardinia mortui essent, dicebant ad vsque Aristotelis ætatem eorum corpora integra manere, ab omni putredine inuiolata, cùm speciem dormientium præberent.* Eudemus prodit, ebrios Athenis per apaturia multos dies somno consopitos. Sed & morbis mederi Dæmon potest, quia succos infundere sine sensu, & intus agere potest. Martianus Capel. lib. 2. Sed aduersum illa quoddam Abderitæ senis ἄλειμμα, cui multa lapillis, surculisque permixtis herbarum etiam membrorúmque concesserat, præparauit. Illud Democriti ἄλειμμα præstigiis magicis factum est. Sic à Dæmone factum per simulationem scribit Marius Maximus, vt mulier cœca, quæ Adriani genua osculata erat, cùm aqua, quæ in fano erat ex quo venerat, oculos abluisset, visum reciperet, mox vt cœco è Pannonia qui Adrianum contigerat, exesa vis luminis integraretur. Ita & apud Tacitum lib. 4. Histor. Tangente Vespasiano, ei qui manu æger erat, statim conuersa ad vsum manus, ac cœco reluxit dies. Pausan. in Eliac. scribit, ad Sienem Æthiopiæ mensam Solis cibis omnis generis semper refertam esse. Si homines id non præstant, Dæmones

A Dæmones præstare possunt. Pompon. Mela lib. 2. prodit, Dionysij templum Olympiæ esse, vbi tres lebetes vacui ponantur, portæ obserentur, & signentur, manè signa integra, lebetes vino plenos reperiri. Apud Andron item festo Bacchi sponte vinum fluere. Gellius lib. 10 cap. 12. è Plinio lib. 28. cap. 2. hæc Democriti refert. Accipitrem auium rapidissimum à chamæleonte humi reptante, si eum fortè supetuolitet, detrahi, & cadere vi quadam in terram, cæterisque auibus laniandum sponte sua obiicere sese & dedere. Caput & collum chamæleontis si vratur ligno quod appellatur robur, imbres, & tonitrua fieri derepente, idque ipsum vsu euenire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis vratur. Sinistrum pedem chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri cum herba quæ appellatur eodem nomine chamæleontis, & vtrumque macerari vnguento, colligique in modum pastilli, at-B que in vas mitti ligneum, & eum qui id vas ferat, etiamsi in medio palàm versetur, à nullo videri posse. Plinius lib. 10. aues quasdam esse certis vocabulis, & earum auium confuso sanguine gigni serpentem; eum si quis ederit, linguas auium, & colloquia interpretaturum. Certè apud Philostratum Apollonius linguas auium intelligit, quarum aliæ alias in partem prædæ vocabant, cùm saccus tritico plenus resolutus, triticúmque omne humi sparsum esset. Quæ omnia deliramentis anilibus imputo. Ibidem Gellius simulacrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam, disciplináque mechanica factum volasse ait, ita erat scilicet libramentis suspensum, & anima spiritus inclusa, atque occulta concitum. Verba Fauorini sunt, ἀρχύτας ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην. Cui virtuti ascribendum putes quod de Claudia Vestali proditum est, eam zona qua se discinxerat, nauem qua Pessinuntius lapis Romam aduectus erat, cùm in Ti-C beri hærens nulla vi moueri posset, probandæ castitati suæ quò voluerit nullo negotio traxisse. Plinius lib. 28. cap. 2. tradit, Thusciam Vestalem aquam Tiberi haustam, anno vrbis 609. vsque ad Capitolium cribro tulisse, sic vt nihil diffluerет. Ea prodigia si à Deo sunt, nec enim res citra dubitationem est, non in illius, quæ tunc apud Romanos vigebat; superstitionis approbationem facta sunt, sed vt illi Deum esse cognoscerent, cui sancti mores probarentur. Euripides Alcestim ab Hercule vitæ redditam asserit. Plinius lib. 7. cap. 37. prodit, Asclepiadem celeberrimum sub Pompeio Magno Medicum quendam hominē mortuum è funere retulisse, & seruasse, quod & Philostratus de Apollonio scripsit. Nugæ. Lethargo fortè, vel epilepsia obstricti erant, non planè mortui. Animus verò hominis vel mortalis est, vel immortalis. Si mortalis est, vt Epicurei putant, morte obita frustra Magi eum suscitare tentant; si immortalis est, cùm materia, & corpore careat, nullius rei creatæ potestati obnoxius est. Qui autem ex dentibus hydri satis homines sub Cadmo e-D ritisse, & sub Iasone in Colchide bellatores scribunt, ignorant, animalia perfecta vi naturæ, nisi ex semine gigni non posse, nec ad iustam magnitudinem, nisi tractu temporis peruenire. Valerius Flaccus lib. 8. Argonaut.

Sanáque Echionij fero sata prosequar hydri.

Ouidius lib. 7. Metamorph.

—— galea tum sumit ahena
Vipereos dentes, & aratos spargit in agros,
Semina mollit humus valido pratincta veneno,
Et crescunt, fiúntque sati noua corpora dentes.

S. Augustin. lib. 21. cap. 6. In literas relatum est, esse quoddam Veneris fanum, atque ibi E candelabrum, & in eo lucernam sub dio sic ardentem, vt eam nulla tempestas, nullus imber exstingueret. Vnde sicut ille lapis, ita ista, λύχνος ἄσβεστος, id est, *lucerna inexstincta* dicta est. Vide Plinium lib. 2. cap. 96. & cap. 107. Prosper parte 3. de prædic. cap. 38. Apud Alexandriam in templo Serapidis hoc argumentum Dæmonis fuit, quadriga ferrea nulla basi suffulta, nullis vncis infixis parietibus colligata, in aëre pendens, &c. cū tamen lapis magnes, qui ferrum sibimet attriburum suspendit, eo loco cameræ affixus totam illam machinam sustentaret. Quidam magnetem lapidem è camera subtraxit, statímque omne illud ostentum cadens confractum, comminutúmque est. S. Augustin. lib. 21. cap. 6. Ruffin. lib. 2. Histor. cap. 23. Ad magicas præstigias pertinet Bætulus de quo Photius in Bibliotheca pag. 557. Asclepiades περὶ τοῦ βαιτυλίου ἢ βαιτύλου μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης ἀσεβούσης. pag. 568. εἶδον, φησι, τὸν βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον, ποτὲ δ' ἐν τοῖς ἱματίοις κρυπτόμενον. σφαῖραν δὲ πυρὸς ὑψόθεν καταθοροῦσαν ἐξαίφνης ἰδεῖν καὶ λέοντα μέγαν τῇ σφαίρᾳ παρεστάμενον, καὶ καταλαβεῖν σφαῖραν οὖσαν τὸν βαίτυλον, ἀπαγαγεῖν τε οἴκαδε τῆς αὐτῆς νυκτὸς οὐκ ἐλάττω σταδίων δέκα καὶ διακοσίων

διλωτικῶς. *Aſclepiades mira ſcribit de lapidibus Batulis, qui per ſe mouebantur, vt δαιδάλεια αὐτοκίνητα, & animati putabantur. Vidi, inquit, Batulum per aërem motum, interdum in veſtibus latentem. Se aiebat vidiſſe ſphæram ignis ex alto ſalientem ſubitò, & leonem magnum ſphæræ adſtantem, & cognouiſſe ſphæram illam eſſe Batulum, qui ſe eadē nocte domum per ducenta decem ſtadia continuò abſtulerit.* In Itinerario Burdigalenſi. Eſt & non longè de ſtatuis lapis pertuſus, ad quem veniunt Iudæi ſingulis annis, & vngunt eum, & lamentant ſe eum gemitu. Dictus eſt Bætulus à Betel, vbi Iacob vnxit lapidem; vnde & lapis quem Saturnus deuorauit, vocatur Bætulus. Prouerbium, καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοις. Philo Byblienſis βαιτύλια λίθους ἐμψύχους vocat *Batulia lapides animatos*, quos Iudæi adorabant. Bætuli lapides mōſtri loco eſſe poſſunt. Sed non minus incredibile eſt quod ſcribit Photius pag. 556. Hieriū Philoſophū in Cyrini domo vidiſſe caput hominis magnitudine, & ſpecie cicetis, quod clamorem ederet qualem vix mille homines poſſent, κεφαλὴν μικρᾶς ἀνθρώπου τό τε μέγεθος, καὶ τὸ εἶδος, ἐρεβίνθου ἐρεβίνθω διαφέρουσαν ἀπὸ στόματος φωνὴν ἀφιεῖσαν ὅσον ἀνθρώπων χιλίων τοσοῦτον μεγάλην. Gregorius Nyſſenus lib. de vita Moſis ſcribit, *Balaamum oracula præ manibus habuiſſe, & aues conſulere ſolitum. Hoc amplius & per ruditum aſini quod cupiebat didiciſſe, cuius vocem vt articulatam Scriptura expoſuit, quod Balaamus ope Dæmonum brutorum voces conſulere ſolitus eſſet, vt oſtendat, eos qui tali Dæmonum errore circumuenti ſunt, eò vſque ſtultitiæ procedere, vt pro voce hominis accipiant ea quæ brutorum obſeruatione notarunt*, τά τε μαντεῖα διὰ χειρῶν ἔχειν τὸν Βαλαάμ, καὶ παρὰ τῶν οἰωνῶν συμβουλεύεσθαι. καὶ πρός γε τούτοις ὅτι διὰ τοῦ μυκηθμοῦ τοῦ ὄνου τὰ περὶ τὸ προκειμένης αὐτοῦ σπουδῆς ἐδιδάσκετο, ἧς τὸν φθόγγον, διὰ τὸ συνήθως αὐτὸν τὰς ἀλόγων φωναῖς κατά τινα δαιμονίαν ἐνέργειαν συμβουλεύεσθαι, ὡς ἔναρθρον ἡ γραφὴ διηγήσατο, ἐνδεικνυμένη ὅτι σὺν προειλημμένους τῇ τοιαύτῃ τῶν δαιμόνων ἀπάτῃ, μέχρι τούτων φθάνειν, ὡς ἀντὶ λόγου δέχεσθαι τὴν ἐκ τῆς ποιᾶς παρατηρήσεως γνωσθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῆς φωνῆς τῶν ἀλόγων διδασκαλίαν. In ſacris literis Magi Ægyptij virgas in ſerpentes non ſpecie tantùm, ſed re ipſa mutant, fluuium in ſanguinem vertunt, ranas humi producunt, καὶ ἐν ταῖς ἐπαοιδαῖς αὐτῶν ἀνήγαγον τοὺς βατράχους ἐπὶ τὴν γῆν, quia Dæmones ea quæ vim agendi habent, materiæ tam ſcienter admouent, vt opera faciant quæ ab ipſa natura fiunt, vt ait S. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 7. Pauſanias in Eliacis ſcribit, cùm oppugnaretur templum Elidis, quendam in templo cæſum eſſe, cuius cadauer neque hyeme, neque æſtate per multos annos computruit, aut tetro odore fuit. Philoſtratus lib. 4. de vita Apol. ſtatuam Memnonis Solis orientis radiis in os percuſſam hominis loquutam eſſe auctor eſt. Iuſtinus Martyr in Apol. Euſebius lib. 2. Eccl. hiſt. ſcribunt, Romæ Simoni mago ſtatuam poſitam cum hac inſcriptione, SIMONI DEO SANCTO. Euſebius, Romæ ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον ἴσχυσε, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει πρὸς τῶν τῇδε οἷα θεὸν τιμηθῆναι.

CAP. LXV.

De capillo qui Magis attonſus.

GERMANVS Patriarcha Conſtantinopolitanus in liturgicis, ὁ ἐν τῇ κεφαλῇ περικειμένος διπλοῦς στέφανος ἐκ τῆς τριχῶν σημειώσεως εἰκονίζει τὴν τοῦ ἀποστόλου Πέτρου τιμίαν κάραν, ἣν κηρύσσων ὡς ἐμπαιζόμενος ὑπὸ τῶν ἀπίστων. *Corona duplex in capite Sacerdotum ſignificat B. Petrum ab infidelibus per ludibrium attonſum*, vt & B. Ioannes à Domitiano tonſus eſt apud Prochorum. Magis capillum attonderi ſolitum diſcimus ex Philoſtrato, qui cæſariem Apollonio iuſſu Domitiani attonſam narrat, quod verus opinio eſſet, eos quibus capillus attōſus foret præſtigiis ſuis nocere non poſſe. Ideo Dio Præſes caput Priſcæ Virginis, & S. Chriſtinæ abradi iuſſit, vt eſt in martyrologio, quod eas ſagas eſſe putaret. Vires tamen tonſura non demi docuit Apollinius. S. Cyprianus epiſt. 77. Semitonſi capitis horreſcit capillus. item, ſemitonſi capillaturam vocat.

CAP. LXVI.

De puerorum vſu in magicis.

AD ſpecula pueros adhibitos nuper oſtendi *Iamblichus cùm aquam leuiter attigiſſet, erat autem in crepidine ſedens ad eum locum, qua aqua ebullit, & exundat, pauca quædam ſuſurrans euocauit ex imo fonte puerum*, ait Eunapius in Iamblicho, ὁ δὲ ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ

A ἐπὶ τ̃ κρηπῖδ@ καλὰ τὴν ὑπέρκλυσιν καθήμεν@, &c. Nicetas ad Steliteur. Greg. Nazianz. in Castalia fonte Apollinis Antiochiæ puerum oracula reddidisse ait. Tertul. in Apologet. si Magi phantasmata edunt, si pueros in eloquium oraculi eliciunt. Apud Eunapium Eros, & Anteros specie infantum in balneo, iubente Iamblicho, apparuerunt. Iustin. Apolog. 2. Necyomanteas, ἀδιαφθόρων παίδων ἐποψίσεις, puerorum incorruptorum inspectiones. Apule. in Apolog. puerum quempiam carmine cantatum arula posita, & lucerna corruisse, & multa præsagio prædixisse. Trallibus puerum in aqua Mercurij simulacrum contemplantem, quæ futura erant 160. versibus cecinisse. Pueros à Nigidio instrinctos indicasse furem. Animum puerilem simplicem carminum auocamento externari posse. Puer pulcer requirebatur ad quem Dij venirent, cuius caput Magus contingat, quem pulcro pallio amiciat.
B

CAPVT LXVII.

Quæ sint potestates apud Arnob.

ARNOB. lib. 1. eorum quos inuocant potestate Magos mira patrare ait. lib. 2. conciliaueris illas atque inflexeris potestares. S. Augustin. lib. var. quæst. cap. 79. Magi faciunt per quædam potestatibus concessa in ordine suo. Non cedunt his signis eiusmodi potestates. Chalcidius in Platonis Timæum, potestatibus obsequium cæli præbentibus. Potestates Dæmones vocat. Athanas. contra Gentes, εἰ τὰ γλύμματα ὑμῖν C πεποιη), διὰ τ̃ ἀγγέλων ἐκεῖ παρουσίαν, διὰ τὰ ἀγάλματα δι᾽ ὧν ἐπικαλεῖσθε τὰς δυνάμεις ὑπὲρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις ποιεῖτε; *Si sculpsistis simulacra ob Angelorum præsentiam, quare simulacra per quæ inuocatis potestates, pluris facitis quàm ipsas potestates quas inuocatis?* Lactant. lib. 2. cap. 14. & 16. Magorum ars omnis, & potentia Dæmonum aspirationibus constat. Cyprian. lib. de idolor. varict. cap. 16. A Dæmonibus Magis est ad perniciosa, & ludicra potentatus. Inferiores Dæmones à superioribus sæpe ligantur, vt S. Augustin. lib. 10. de Ciuitat. capite 9. Delirant qui se Dæmonibus imperitare putant, vt ille Sicidilas apud Nicetam lib. 4. & Sanraberinus apud Zonaram. Quod Deos euocari ex vrbibus Macrobius scribit lib. 3. Satur. cap. 9. id fit ex pacto cum Dæmonibus. S. Augustin. lib. 2. de doctr. Christ. Huiusmodi artes noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & Dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta sunt repudianda. Paredrus Dæmon affuit Socrati apud Maxim. Tyr. serm. 26. 27. & Thasio illi apud Aristor. in mira-D bil. auditon. & Simoni Mago apud S. Clement. lib. 2. recognit. Aristænetus lib. 2. epist. ὁ ϑ̓ ὑποκρινάμεν@ τ̃ ἔργων τ̃ σχῆμα, ϰ̀ δαιμόνων προσηγορίας συνείρων, πλασματώδεις δέ τινας ἐπιφθεγγόμεν@ ἐπικλήσεις, ϰ̀ ψιθυρίζων ἀπαιτῶν γοητευμάτων λόγους φρικώδεις. *Ille Magorum gestum, speciémque repræsentans, & Dæmonum appellationes contexens, & fictas quasdam inuocationes submurmurans, & terribiles mendacium carminum fremores susurrans.* Apul. Milesf. 1. magicum susurramen vocat.

CAPVT LXVIII.

De habitu Magi.

E

LVCANVS lib. 6. versu 510. Magi habitum expressit,

Illa namque nefas vrbis summittere tecto,
Aut Laribus ferale caput, desertáque busta
Incolit, & tumulos expulsis incolit vmbris.
Grata Deis Erebi, cœtus audire silentum,
Nosse domos Stygias, arcanáque Ditis operti,
Non superi, non vita vetat. Tenet ora prophana
Fœda situ macies, cœlóque ignota sereno
Terribilis Stygio facies pallore grauatur,
Impexis onerata comis. ———

Quintilianus declamat. 15. Magi ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreant squalore crines, rigeat super nefandas cogitationes effera tristitia.

Lucanus,

Diſcolor & varios furialis cultus amictu
Induitur, vultúſque aperitur crine remoto,
Et coma vipereis ſubſtringitur horrida ſertis.

Horat. *Canidia breuibus implicata viperis*
Crines, & incomptum caput.

Paulo elegantior cultus fuit Marthæ illius, quæ in exercitu Marij apud Plutarch. πρὸς δὲ τὰς θυσίας κάτεισι φοινικίδα διπλῆν ἐμπεπορπημένη, καὶ λόγχην ἀναδεδεμένην ταινίαις, καὶ στεφανώμασι φέρουσα, *ad ſacrificia deſcendebat purpuream diploidem fibulatam & haſtam tæniis, ac coronamentis deuinctam gerens.* Nimius ſum in iſtis nugis. Claudamus hoc caput, & Cæſarem, hominem alioqui minimè ſuperſtitioſum, miremur carmine ter repetito, vt ſemel vehiculo cecidit, itinerum ſecuritatem aucupatum, vt Plinius lib. 28. c. 1. Exiſtimat Plinius, iis qui lentiginem habeant numina non obſequi, nec cerni ſe pati, c. 2. lib. 30. Equidem illum nihilo magis ſapere putem, quàm ſapiant Magi, qui nullis æquè credant extis, atque talparum, nullum religionis capacius iudicent animal, eodem auctore. Audiamus fulminantem Tireſiam apud Stat. lib. 4. Thebaid.

Atque hic Tireſias, nondum aduentantibus vmbris,
Teſtor, ait, Diues, quibus hunc ſacrauimus ignem,
Leuáque conuulſæ dedimus carcheſia terræ,
Iam nequeo tolerare moram, caſſúſne ſacerdos
Audior? an rabido iubeat ſi Theſſala cantu
Ibitis? & Scythicis quoties medicata pruinis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu? &c.
Spernite ne moneo, & nobis ſæuire facultas.
Scimus enim, & quicquid dici, noſcique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te Thymbræe vererer,
Et triplicis mundi ſummum, quem ſcire nefaſtum.

Calliſthenes m. ſ. de reb. Alex. Nectabis lecanomantiam patrans, στολὴν ἐνδὺς προφήτου κατέχων τῇ χειρὶ ῥάβδον ἐβένου. apud. Euſeb. lib. 5. Præparat. Dæmon ait,

—— ἀλλ᾽ ἀπὸ γυίων
Νηλείην ὀθόνην χερσὶν στιβαροῖς ἀπαείρας.

Exuens lineum amiculum Niliacum. Ammianus lib. 29. linteis quidam indumentis amictus, calceatúſque itidem linteis ſoccis, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris geſtans. Apud Euſeb. lib. 5. pag 120. Præparat. Magus laureo ramo inſtructus eſt,

Χειρὸς δεξιτερῆς δάφνης κλάδον ἀείρει. ——

CAP. LXIX.

De purgamentis trans caput iactis.

PVRGAMENTA retrò iacere ſoliti erant, ne poſt ſe reſpicerent, quæ ridicula ſuperſtitio ab antiquo arceſſi poteſt. Virgil. Ecl. 8.

Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti,
Tránſque caput iace, ne reſpexeris. ——

Orpheus in Achate,

Μηδὲ μεταστρωφᾶσθε, ἐπεὶ κ᾽ ἀπὸ νοσφὶ πράπησθε,
Ἀλλ᾽ αἰεὶ προτέρω εἰς ἄγχαυρον ὄσσε φέροντες.

Ne vos retrò auertatis, cùm ſeparati fueritis, ſed ſemper oculos in ea quæ ſunt ante feratis. Claudian.

Trans caput auerſus manibus iaculatur in altum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Nemeſian.

Quid prodeſt quod me pagani mater Amyntæ
Ter vittis, ter fronde ſacra, ter thure vaporo,
Luſtrauit, cineréſque auerſa effudit in amnem?

Apuleius lib. de virt. herbar. cap. 7. ſuffumigato eum, & redito ad domum, & ne poſt vos reſpiciatis, reſoluiſtis eum. Apollon. lib. 3. Argonaut. vbi Deam placaueris, recede à pyra,

pyra, néve strepitus pedum, aut canum conuerti te retrò faciat, ὄρεσιν μεταστρεφθῆναι ὀπίσω. Plinius lib. 25. cap. 11. de herba Samolo. Theocritus Idyl. 4.

> Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς, ἀμφιπόλων τις
> Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα,
> Ῥωγάδας εἰς πέτρας ὑπὲρ οὖρον, ἂψ δὲ νεέσθω
> Ἄστρεπτος, καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ.

Manè colligens cinerem ex igne, vna aliqua ancilla iaciat omnem ferens supra fluuium in abruptas petras, atque in ventum, rursum redeat, nec se conuertat, & domum puro sulphure incendite. Homer.

> ——— καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.
> *In mare purgamenta iecerunt.*

Silius Italicus lib. 3.

> *Respexisse veto, monet hoc pater ille Deorum.*
> ———*Turbatus lumina flexit*
> *Hannibal, & serpentem vidit immaniter grassantem.*

Homer. Odyss. κ.

> Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν, θῆλύν τε μέλαιναν
> Εἰς Ἔρεβος στρέψας, αὐτὸς δ' ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι
> Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων. ———

Æschylus in χοηφόροις,

> Στείχω καθάρματα ὥς τις ἐκπέμψας πάλιν
> Δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασι.

Scholiastes, τοῦτο πρὸς τὸ παρ' Ἀθηναίοις ἔθος, ὅτι καθαίροντες οἰκίας ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον ἀμεταστρεπτὶ ἀνεχώρουν.

CAP. LXX.

De remediis aduersus Magos.

VETERES Ecclesiæ Patres eos qui in gratia & amore Dei sunt, & lethalis noxiæ contagio carent, à Dæmonibus, aut Magis violari non posse affirmant. Alij signo Crucis Magicas omnes præstigias discuti aiunt. Cyrillus catechesi 3. τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ δαίμονας ἀπελαύνει, φαρμάκων τε καὶ ἐπαοιδῶν ἀνατρέπει γοητείας. *Signum crucis Dæmonas fugat, & veneficorum ac Magorum præstigias euertit.* Viri sancti præsentia sua sola, non tantùm verbo, & adiuratione magica maleficia soluunt. Dionysius Alexandrinus Episcopus apud Euseb. lib. 7. Histor. Ecclesi. cap. 10. Valerianum Augustum παρέπεισε δὲ ὁ διδάσκαλος, καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος, τοὺς μὲν καθαροὺς ἄνδρας καὶ ὁσίους κτιννύναι, καὶ διώκειν κελεύειν, ὡς ἀντιπάλους, καὶ κωλυτὰς τῶν παμμιαρῶν, καὶ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας. καὶ γάρ εἰσι καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες, καὶ φθεγγόμενοι διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλὰς τελετὰς δὲ ἀνάγνους, καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους. Vide cap. 17. lib. 7. *Valeriano Imperatori persuasit magister, & præses Magorum Aegypti, vt iuberet viros integros & sanctos occidi, vt qui excantationes nefarias impedirent. Præsentes enim, & visi, & exsufflantes, & loquentes Dæmonum nefandorum insidias, & cerimonias impuras, & cantamina impia dissipare poterant.*

IVLII CÆSARIS BVLENGERI
IVLIODVNENSIS, DOCTORIS THEOLOGI,
ADVERSVS MAGOS.
LIBER III.

CAP. I.

De lustrationibus & februationibus.

QVIA veterum februationes aliquid magicæ superstitionis habuere, pauca de iis subiiciam. Februationes olim vbique penè gentium in vsu fuere: sed à quibus repertæ sint in controuersiam vocatur. Quidam enim earum originem Orpheo, Apollodorus Melampodi, Diogenes Laërtius Epimenidi tribuit. Berosus apud Iosephum lib. 1. origin. à Noë rem arcessit; Ouidius Græcos auctores esse vult. Alij Brancho februationes assignant, quas in primitiua Ecclesia hæretici ad suos ritus traduxere. Prophanæ enim expiationes fuere quibus vsi Donatistæ apud Optatum lib 6. Iam consecratos Deo aspersistis immundis cineribus crines, iussistis etiam salsa aqua perfundi. Item, spatia templorum salsa aqua perfundi præcepistis. In sacris Mithræ variæ februationes fuere per ignem, & aquam, de quibus alio loco egimus ex Niceta ad Stelitcur. Gregorij Nazianzeni. Ægyptij sacerdotes bis die, bis nocte iugi aqua corpus lauerunt, narrante Herodoto lib. 1. Romæ ludis sæcularibus februa populo data. Zozimus lib. 2. de ludis sæcularibus, ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ παλάτιον οἱ δεκάπεντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια, ταῦτα δέ ἐστι δᾷδες, καὶ θεῖον, καὶ ἄσφαλτον. φῶτα ἀνάπτεται, καὶ πυραί, καὶ ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος. Lampridius in Heliogab. Orestes ibi se circa Hebrum apud tria flumina ex oraculo purificauit, & Orestam vrbem condidit. Tzetzes Chiliade 5. cap. 23. pharmaci Atheniensis februationem exponit. ὁ φαρμακὸς τὸ κάθαρμα τοιοῦτον ἦν τὸ πάλαι, ἂν συμφορὰ κατέλαβε πόλιν θεομηνίᾳ, τὸν πάντων ἀμορφότερον ἦγον, ὡς πρὸς θυσίαν εἰς καθαρμόν, καὶ φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης, &c. *Pharmacus olim tale purgamentum fuit, omnium maximè deformem ducebant, vt ad sacrificium in piamen, & remedium vrbis ægrotæ, caseum dantes manu, & offam, atque ficus, septies cædentes eum in veretrum scillis, & ficubus agrestibus, postremò igne cremabant, & cinerem in mare spargebant.* lib. 8. cap. 239. τὸν πάντων δυσμορφότατον καύσαντες, ὥσπερ εἶπον, εἰς καθαρμὸν τῆς πόλεως ἐν συμφοραῖς μεγίσταις, τὴν τέφραν ἔρραινον αὐτοῦ πάσῃ σχεδὸν τῇ πόλει. *Omnium turpissimum cùm cremassent, vt dixi, in expiationem vrbis vexatæ, cinerem spargebant illius per totam ciuitatem.* Clemens lib. 5. stromat. τὸ πλῆθος δάφνης κλάδοις ἐπιρραίνον, *lauri ramis multitudinem aspergebant.* Apollodorus lib. 2. de Diis, Μελάμπους δὲ ὁ Ἀμυθάονος μάντις ὤν, καὶ τὴν διὰ φαρμάκων, καὶ καθαρμῶν θεραπείαν πρῶτος εὑρηκὼς τὰς τοῦ Προίτου θυγατέρας ἐθεράπευσε μανείσας. Iosephus lib. 1. origin. ex Beroso, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τοῦ πλοίου τοῦ Νῶε τι μέρος εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας· χρῶνται δὲ τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Laërtius, Epimenides πρῶτος ἀγροὺς καὶ οἰκίας καθῆραι, καὶ ἱερὰ ἱδρύσασθαι λέγεται. Romæ fuere sacrificuli qui familias purgarent. Asconius pro Milone; Licinius quidam de plebe sacrificulus, qui solitus esset familias purgare. Ouidius 2. Fastorum,

Græcia principium moris fuit, illa nocentes
Impia lustratos ponere facta iubet.

Branchus Milesius ἀπὸ λοιμοῦ purgabat lauro spargens, dicénsque, βέδυ, ζάψ, χθών, πλῆκτρον, σφίγξ, *aër, mare, terra, Sol.* Apud Athenæum, cùm purgantur δᾳδὶ καὶ θείῳ, dicunt, ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον. In Syria, & Iudæa filios suos traducebant per iguem. lib. 4. Regum κα-

τήγαγεν

A λέκαιον σὺν ὑιὸς αὐτῶν ἐν πυρὶ τῷ ἀδραμελέχ. Deuter. cap. 18. *qui luſtret filium ſuum ducens per ignem.* Traiectiu per ignes genus expiationis fuit. Ea vſurpata à ruſticis, de qua Varro; Palilia tam priuata, quàm publica ſunt apud ruſticos, vt congeſtis cum fœno ſtipulis ignem magnum tranſiliant, his palilibus expiari ſe credentes. Theodoret. in aporis, ſeu dubiis ſcribit, ſe vidiſſe in quibuſdam vrbibus ſemel quotannis per plateas accenſos ignes, quos nonnulli tranſilirent pueri & viri. Matres ferebant infantes per ignes. videbatur eſſe quædam auerruncatio & februatio. εἶδον ἐν ταῖς πόλεσι ἅπαξ τοῦ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἁπλομένας πυρὰς, καὶ ταύτας τινὰς ὑπεραλλομένους καὶ πηδῶντας, οὐ μόνον παῖδας, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας. τὰ δέ γε βρέφη παρὰ τῶν μητέρων φερόμενα διὰ τῆς φλογός. ἐδόκει δὲ ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. Balſamo ad canon. 65. Concil. Trullenſis narrat, die 23. Iunij ſub veſperam per vicos & domos viros & mulieres

B cōgregari ſolere, qui tota nocte ignes accēdentes tranſiliebāt flammas, & omina captabant, & diuinabant de proſperis aut in proſperis. Propterea illũ diem S. Ioanni Baptiſtæ ſacrũ lāpadē vocarunt. κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς κγ. τοῦ ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥύμαις, καὶ ἐν τισὶν οἰκίαις ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες ἐπήδων ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ ἐκληδονίζοντο, ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας, καὶ δυστυχίας, καὶ ἄλλων τινῶν δαιμονιωδῶς. Veteres prophani expiationes per ignem, aërem, & aquam fieri putarunt, quò reſpexit Virgil. lib. 6. Æneid.

—— Aliæ panduntur inanes

Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto

Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Vbi Seruius ad tria ſolemnia expiationum genera retulit. Nam aut tæda quem purgari, hoc eſt, igne, aut ſulphure, aut aqua ablui, aut aëre ventilari, quod poſtremum ſignificat

C Virgilius libro 2. Georgic.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Martianus Cappella lib. 2. eodem reſpexit his verbis; quod nec igne vſſerit, nec lympha ſubluerit, nec animæ ſimulacrum Syri cuiuſdam dogmate verberarit. Varro oſcilla mortuorum ſimulacra interpretatur. Suſpendioſis, quibus iuſta fieri non ſit, oſcillis veluti per imitationem mortis parentandum eſt. Vide S. Auguſtinum lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 13. Apud Homerum Vlyſſes poſt ſtragem procorum ſulphure ac igne domum luſtrat.

Οἶσε θέειον γρηῦ κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ,

Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. ——

Afferto mihi, vetula, ſulphur malorum remedium, afferto mihi ignem, vt domum expurgem. quo allato Vlyſſes circumtulit ignem ac ſulphur procurandis ædibus.

D Ἤνεγκεν δὲ ἄρα πῦρ καὶ θήιον, αὐτὰρ ὀδυσσεὺς

Εὖ διεθείωσεν μέγαρον. ——

Mox ait aduentaſſe mulieres tædas præferentes, quæ Vlyſſem à cæde recenti expiarent. Propertius libro 4. eleg. 9.

Dein quemcumque locum externæ tetigere puellæ,

Suffocat, & pura limina tergit aqua.

Alij legunt, *ſuffiit. Suffocare*, πυρῶσαι. Theocritus,

—— πυρώσατε δῶμα θεείῳ.

Suffocate domum ſulphure. Suffire eodem ſignificatu dici poteſt. Virgilius,

Aut ſuffire thymo. ——

Ouidius in Faſtis,

E *Sanguis equi ſuffimen erit, vitulique fauilla.*

Item,

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Plinius lib. 35. Habet & in religionibus locum ſulphur ad expiandas ſuffitu domos. Apud Clementem Alex. lib. 5. ſtrom. Plato exiſtimat, animas poſt mortem aqua, igni, & terra expurgandas. Olim apud Chriſtianos purgatio per ignem, aut aquam feruentem in rebus dubiis vſurpata eſt. Gregorius Papa ad Brunechildem de Menæ Epiſcopi purgatione; Vulgarem denique, ac nulla canonica ſanctione fulcitam legem, feruentis ſcilicet aquæ, ſiue frigidæ, ignitiuve ferri contactum prohibemus. quod idem prohibet Stephanus Papa cap. 2. quæſt. 5. cap. Conſuluiſti, & Honor. cap. vlt. extra de vulgari purgat. Abbas Vrſpergenſis in Chronic. Albanenſis Epiſcopus per iudicium ignis immenſam pertranſiens illæſus pyram, veſtimentis etiam in igne volitantib. ſed in nullo læſis, Petrum Florentinum Epiſcopum declarauit Simoniacum, vnde & ipſe poſtea igneus appellatus eſt. Idem ſcribit,

Vel

Velphonũ iudicio frigidę aquę innocentiã probasse. Apud Sigebertũ Pepo clericus vt Regi Danorũ Araldo fidẽ Christianam probaret, ignitum ferrũ manibus impunè sustulit, & tractauit Athenis fœminæ expiationes, & initia curarunt nõ sine ignoto verborum murmure. Vnus aliquis erat qui per noctẽ hinnuli pelle tectus initiatos adornaret, craterísque, ac poculis effusis eos lauaret, ac luto, & furfure purgaret, dicerétque, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Demosthen. pro Corona, ἀνὴρ δὲ γενόμενος, ὦ αἰσχίνη, τῇ μητρὶ τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες, καὶ τἄλλα συνεσκευωροῦ, τὴν μὲν νύκτα νεβρίζων, καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ, καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπό τε καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον, ἐπὶ τῷ μηδένα πώποτε τηλικοῦτον ὀλολύξαι σεμνυνόμενος. vbi Vlpian. νεβρίζων νεβρίδα περικείμενος. ὁ τελῶν γὰρ νεβρίδα ἐνημμένος τοὺς τελουμένους διεζώννυε. κρατηρίζειν κρατῆρα κατέχειν interpretatur. His februis mater Æschinis eos procurabat, qui mysteriis initiandi essent. Vlpia in orat. Demosthen. περὶ πρεσβείας. ἦν γὰρ ἐπῳδὸς, καὶ καθαίρουσα τοὺς μέλλοντας μυεῖσθαι. Ibidem Demosthenes, τὸν αἰσχίνην τὸν μὲν ἐξ ἀρχῆς τὰς βίβλους ἀναγινώσκοντα τῇ μητρὶ τελούσῃ, καὶ παῖδα ὄντα ἐν θιάσοις, καὶ μεθύουσι ἀνθρώποις καλινδούμενον. ἡ μήτηρ τελοῦσα καὶ καθαίρουσα, καὶ καρπουμένη τὰς τῶν τελουμένων οἰκίας. Floribus & coronis ad eas februationes vtebantur, quæ vocarent ἵμερα, vel ἴσμερα. putem ἵμερα dicendum, quasi iis Deos delinitos propitiarent. Hesychius, ἵμερα τὰ πρὸς τοὺς καθαρμοὺς φερόμενα ἄνθη, καὶ στεφανώματα. pòst paulo, ἴσμερα τὰ πρὸς τοὺς καθαρμούς. Illis piamentis per festiuitates maximè vtebantur, vt iram Hecates placarent. Postea visa compluria, nec vnius generis ante expiationes narratione percurrentes ostentabãt, quæ ab irata Dea immitti dicebant. Quod luculenter, & insignitè significat Dio Chrysostomus, περὶ τὰς τελετὰς, καὶ καθάρσεια μηνιούσης ἑκάτης ἱλασκόμενοι, καὶ ἐξ αὐτῆς φάσκοντες ποιήσειν. ἔπειτα φάσματα πολλὰ, καὶ ποικίλα πρὸ τῶν καθαρμῶν ἐξηγούμενοι, καὶ ἐπιδεικνύντες ἅ φασιν ἐπιπέμπειν χολουμένην τὴν θεόν. Apud Clementem Alexandrin. lib. 7. strom. pag. 303. Diphilus προίτιδας ἁγνίζων κόρας, καὶ τὸν πατέρ' αὐτῶν προίτον ἀβαντιάδην, καὶ γραῖαν πέμπτην ἐνὶ τοῖς δε, δαδὶ μιᾷ, σκίλλῃ τε μιᾷ, πόσα σώματα φώτων θείῳ τ' ἀσφάλτῳ πολυφλοίσβοιο θαλάσσης ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο. Menander,

> Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
> Καὶ περιθείτωσαν ἀπὸ κρουνῶν τριῶν,
> Ὕδατι περιρράναι ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.

Forma februationis explicatur. *Melampus expians Præti filias, & eorum patrem Prætum Abantiadem, & anum quintam inter eos vna face, scilla vna, quot hominum corpora, & diuino bitumine multisoni maris ex tranquillè fluenti Oceano. Mulieres te februent circũ, & circũponant salem, lentes, cùm aquam è tribus salientibus circumtulerint.* puro legendum, ἐμβαλοῦσαι. Idem in Protrept. *februum non ex foliis lauri*, κατάρσεις ἐκ δάφνης πετάλων, καὶ ταινιῶν τινῶν ἐρίῳ, καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων, *& tæniis quibusdam lana, & purpura distinctis.* Hesychius στέμματα καθαρμοὺς interpretatur, *lustrationes.* Plato lib. 9. de legib. ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ τῶν θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ, ἴθι ἐπὶ τὰς ἀνδρῶν ἀγαθῶν συνουσίας. *Vade ad auerruncationes, vade ad Deorum depellentium sacra, vade ad bonorum virorum consortia.* Athenæus lib. 9. χέρνιψ ὕδωρ ἐστὶ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιρραίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. *Chernips aqua est in quam intingebant facem ex ara sumentes, in qua sacrificium faciebant, & ea circumferentes eos qui aderant.* Euridip. in Hercule furente,

> Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν
> Εἰς χέρνιβα ὡς βάψειεν ἀλκμήνης γονός.

Lua mater Romæ lustrationibus præfuit, cui arma hostibus erepta cremantur. Liuius lib. 8. Post cædem hostium purgamentis opus erat, expiabantur milites cæso hoste. Mos fuit sordes purgamentorum in aquas abiicere. Lycophron,

> Ὅταν ἀκάρποις γυῖα συμφλέξας κλάδοις,
> Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράσσῃ σποδόν.

Cùm infelicibus, & infrugiferis lignis membra exurens Vulcanus cinerem in mare proiecerit. Eclog. 8. Virgilius,

> *Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti,*
> *Tránsque caput iace, ne respexeris.* ——

Homerus,

> —— εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Theocrit. in Heraclisco. Valerius Flaccus lib. 3. Argon.

> —— *lustramina ponto*
> *Ponè iacit, rapidis adolentur cætera flammis.*

Neme-

A Nemesianus,

——Ter thure vapore
Lustrauit, cineresque auersa effudit in amnem.

Æschyli Scholiastes, χοηφόροις, παρ' ἀθηναίοις ἔθος, ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. Harpocration, ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται, καὶ ἀπολύματα. ταῦτα γὰρ ἐπιφέρουσι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσι. Eupolis δήμοις, ὃν χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις κἀν τοῖσιν ὀξυθυμίοις πρὸς τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως κάιειν περιτετριγότα. Petronius, quod purgamentum in nocte calcasti in triuio. Hipponax,

Πόλιν καθαίρειν, καὶ κράδῃσι βάλλειν.

Tzetzes,

B
Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κλάδοισι, καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ φαρμακόν.
Λιμῷ γίνηται ξηρὸς, ἐν δὲ τῷ θυμῷ
Ὁ φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη.

Hesychius, κνέωρον, φυτόν τι ὃ τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστρώννυται, καὶ ᾧ εἰς τὴν κάθαρσιν χρῶνται. Ternarius numerus in februarionibus, & libationibus fuit religioni. Valer. lib. 1.

Ipse ter æquoreo libans carchesia patri.

Aristoteles lib. 1. de cælo cap. 1. μέγεθος δὲ τὸ μὲν ἐφ' ἓν γραμμὴ, τὸ δ' ἐπὶ δύο ἐπίπεδον, τὸ δ' ἐπὶ τρία σῶμα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλο μέγεθος διὰ τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι, καὶ τὸ τρὶς πάντῃ. καθάπερ γάρ φασιν οἱ πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται. τελευτὴ γὰρ, καὶ μέσον, καὶ ἀρχὴ, τὸν ἀριθμὸν ἔχει τὸν τοῦ παντός. ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος, διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς

C
τὰς ἁγιστείας χρώμεθα τῶν θεῶν τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. Loriones sacræ eo numero confici solitæ. Ouid. lib. 7. Metamorphos.

——Ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis.——

Armorum in campo decursio terna circuitione peracta est. Valerius lib. 3.

Inde ter armatos Minyis referentibus orbes.

In omnibus eius numeri fuit obseruatio. Ouid. 10. Metamorph.

Ter pedis offensi signo est reuocata.——

In magicis item deuinctionibus. Virgil. Eclog. 8.

Terna tibi hæc circum triplici diuersa colore
Licia circumdo, terque hæc altaria circum

D
Effigiem duco.——

Item ludis publicis. Liuius, ludi magni voti æris 333. millibus, triente, bubus Ioui trecentis. Denique sacer hic numerus vocatur, trésque pro multis habentur. Marbodæus cap. 2.

Hunc tribus, vt multis dandum censemus amicis,
Qui numerus sacer est.——

Plutarchus in Fabio, vouit Fabius sestertium τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, *ludos H S. trecentorum 30. trium.* Postea subdit; τριὰς φύσει τέλειος, καὶ πρῶτος τῶν περιττῶν, ἀρχή τε πλήθους ἐν αὑτῇ, τάς τε πρώτας διαφορὰς, καὶ τὰ παντὸς ἀριθμοῦ στοιχεῖα μίξας, καὶ συναρμόσας εἰς ταυτὸν ἀνείληφε. *Ternarius natura perfectus est, primúsque imparium, initium multitudinis in se complexus, primásque differentias, omniáque numeri elementa miscens, & coagmentans in vnum contraxit.* In lustrationibus ternarius

E
frequens est. Callimach.

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασι ἀγαθόν.

Propertius libro 4. eleg. 8.

Térque meum tetigit sulphuris igne caput.

Claudianus panegyr. 4.

Lustralem sic triste facem cùm lumen odorum,
Sulphure cæruleo, nigróque bitumine fumat,
Circum membra, rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens, & dura fugantibus herbis
Numina, terrificúmque Iouem, Triuiámque precatus,
Trans caput auersus manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Inde *circumferri* positum pro *lustrari.* Plaut. Amphit.

Quin tu hanc iubes pro cerrita circumferri?

Aedepol laruarum plena est.

Virgilius libro 6. Æneid.

Idem ter socios pura circumtulit vnda.

CAP. II.

De lustrationibus & februationibus.

FEBRVARE, si Macrobium audimus, à *feruendo* dictum, quod in expiationibus pharmaca aquis excocta, quasique feruentia sæpe adhiberentur. Februus Ditis est pater, cui mense Februario sacrificatum, auctore Seruio ad lib. 1. Georg. qui & Deus Manius dicitur Varroni lib. 4. de lingua Latina. Deus, inquit, Manius Postulionem postulauit virum fortissimum. A Numa sunt instituta februa. Ausonius,

Februa vicino mense Numa instituit.

Cedrenus pag. 139. φεβρουάριον θεόν τινα καθαρτικὸν τῶν πραγμάτων οἱ ῥωμαῖοι παρέλαβον. ἀνύσιος ἐν τῷ περὶ μηνῶν, φέβρουον τὸν καταχθόνιον τῇ θούσκων φωνῇ λέγει. ὁ λαβεὼν φέβρουον τὸ πένθος λέγεσθαί φησι. ἐν τούτῳ μηνὶ τῶν καταφθιμένων ἐπιμελούμεθα. φεβρουάριε τὸ καθᾶραι. Plutarchus in Ellenic. februatricem quandam Mineruæ sacerdotem in vrbe Solis fuisse ait, quæ ὑποκκαύστρια diceretur à feruentibus februis. ἡ παρὰ σόλοις ὑποκκαύστρια ἱέρεια τῆς ἀθηνᾶς, ὅτι ποιεῖταί τινας ἱερουργίας, καὶ θυσίας ἀποτροπαίους. Februarius mẽsis à subterraneis terroribus nomẽ sortitus, quia tũ iusta manibus fiunt. Athenæus lib. 3. ὁ φεβρουάριος καλεῖται ἀπὸ τῶν καταχθονίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δαιμόνων, ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ἔθος τοῖς κατοιχομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέρειν. Februare Varro pura facere interpretatur lib. 1. de vita pop. Rom. In eorum enim sacris liba cùm facta sunt, miscere solent farris semina, ac dicere se ea februare, id est, pura facere. In epigrammatis veteribus februorum institutio Romulo tribuitur.

At quem cæruleus nodo constringit amictus,
Quique paludicolam prendere gaudet auem.
Dædala quem cinctu pluuio circumuenit Iris,
Romuleo ritu februa mensis habet.

Nisi quis Romuleum pro Romano positum putet. Nam februa Numæ sunt. Macrobius lib. 1. Saturnal cap. 13. Numa secundum mensem Februo Deo, qui lustrationum potens creditur, dicauit. Lustrari autem eo mense ciuitatem necesse erat, quo statuit vt iusta manibus soluerentur. Ouidius lib. 2. Fastor.

Februa Romani dixère piamina patres.
Pontifices à Rege petunt, & Flamine lanas,
Quis veteri lingua februa nomen erat.

Regem sacrificulum, & Flaminem Dialem intelligit. Sed & farra tosta cum mica salis februa dicta sunt, quæ piamina lictor è quorumdam ciuium ædibus accipiebat. Ouid.

Quæque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra vocantur idem.
Februa poscenti pinea virga data est.

Marrianus Capella lib. 2. Nam fluuoniam, februalémque, ac februam mihi poscere necesse non est. Ouidius,

Nec quia placatis sint tempora pura sepulcris.

Februa manibus hæc fuere. Ouid. lib. 2. Fast.

Tegula porrectis satis est velata coronis,
Et sparsæ fruges, parnáque mica salis.
Inque mero mollita Ceres, violæque solutæ,
Hac habeat media testa relicta via.

lib. 6.

Hanc quia iusta ferunt dixère feralia lucem.

lib. 5.

Fana tamen veteres illis clausère diebus.

Plutarchus in Numa, ὁ φεβρουάριος καθάρσιος. Eo mense lustrabatur ciuitas, quæ lustratio alia fuit ab amburbio. Valerius Max. lib. 5. Februario februatur populus, id est, lupercis nudis lustratur antiquum oppidum. Palatium gregibus cinctum id temporis, quo Roma

lustrare

A lustraretur. Aliud fuit ambaruale factum, cùm Aruales fratres fines agri Romani suouetaurilia circumferrent. Paterfamilias quisque in agro suo fines fundi sui suouet aurilibus lustrabat. Solem calidum februum vocabant. vnde dies lupercalium propriè februario, vt Censorinus docet cap. 22. de die Natali. Feralem mensem hunc vocat Columella lib. 10. quo lupercos Cappadocam herbam premere significat,

Cappadocámque premit ferali mense lupercus.

Plinius lib. 27. cap. 4. Cappadocam herbam Artemisiam esse ait, seu Ambrosiam, quod ea Cappadoces coronentur. Dioscorides lib. 3. cap. 15. ἀρτεμισίαν, τεξίνησιαν, ἰφίσιαν, ἀνακρέοντ, ερpyllum, herbam regiam vocari scribit. In februationibus adhibita est, quia fœminæ menstruis eliciendis eam interfeminio admouent. ἀποζωννύμεναι ἡ ἁρμόζουσι εἰς γυναικεῖα ἐγκά-

B θισμα πρὸς ἀγωγὴν ἐμμήνων, καὶ δευτέρων, καὶ ἐμβρύων. καλεῖται λευκὴ ἡ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις. Amburbium, si portenta dirum aliquid minarentur, indictum. Lucanus, *Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro, Longa per extremos pomœria cingere fines. Pontifices sacri quibus est permissa potestas, Turba minor ritu sequitur succincta Gabino, Vestalémque chorum ducit vittata sacerdos.* Dionysius Halicarn lib. 9. καθαρμοὺς θυσίας, περί τε πόλεως, καὶ οἰκων δίων ἐπιλεχθείσας vocat. Vopiscus; Senatus sumptum facit, & apparatum sacrificiis, aris ambarualia indixit. Lustrata vrbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promissa ob metum Barbarorum. Liuius lib. 21. Vrbs lustrata est, hostiæ maiores Diis quibus edictum est, cæsæ, dona ex auro, signum æneum, lectisternium, supplicatio circa omnia puluinaria, vt prodigia auerterentur. Aliæ vrbes etiam lustrari solitæ. Polybius pag. 113. Ob cædem quam Arcades fecerant, μαντινεῖς καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε

C πόλεως κύκλῳ καὶ τῆς χώρας πάσης. Diogenes Laërt. in Socrate ait, Athenienses quotannis καθαίρειν τὴν πόλιν. De ambaruallbus Virgil.

Térque nouas circum felix eat hostia fruges,
Quam circum torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Quisquis adest faueat, fruges lustramus & agros.
Dy patrij purgamus agros, purgamus agrestes.

Virgilius,

—— *& cùm lustrabimus agros.*

Fest. Ambaruales hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à 12. fratribus sacrificabantur. Ambarualis hostia est, quę rei diuinæ causa circum arua ducitur ab iis qui pro frugibus faciunt.

D Amburbiales hostiæ, quæ circa terminos vrbis Romæ ducebantur. Ager Romanus fuit quicquid ambaruali sacrificio vno die lustrari poterat. Strabo, μεταξὺ δὲ τῆς πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης λίθου τῆς τὰ μίλια διασημαινούσης τῆς ῥώμης καλεῖται τόπος φῆστοι. τοῦτον δ' ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε ῥωμαίων γῆς, οἵ τε ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν ἐνταῦθά τε, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν, ὡς ὁρίοις αὐθημερόν, ἣν καλοῦσιν ἀμβαρουΐαν.

CAPVT III.

De lustrationibus vrbium.

E LVSTRATIO vrbium vt plurimum humano sanguine perficiebatur. Tertullian. in Scorp. Latio in hodiernum Ioui media in vrbe humanus sanguis ingustatur. Rhodi mensis Iulij die 6. Saturno humana hostia fiebat; qui mos demum exoleuit. Vnum enim ex iis qui capite damnati essent, ad Saturnalia asseruabant. Saturnalibus hominem extra portas productum ex aduersum domus Aristobules, vino madidum iugulabant. Salamine mense qui Cypriis dicitur Aphrodisius, homo mactabatur Agraulo filio Cecropis, & Agraulidis Nymphæ, qui mos ad Diomedem vsque obtinuit: postea humana victima Diomedi fieri cœptum. vno ambitu templa Mineruæ, Agrauli, & Diomedis continebantur. Qui aris deuotus esset ab ephebis, ter circum aram decurrebat. Inde sacerdos hasta iugulum eius fodiebat, & in pyram ardentem elatum pro holocausto cremabat. quem ritum Diphilus Rex Cypri sustulit, bouémque hominis loco mactari iussit. Amasis Heliopoli in Ægypto sacrificium sustulit, quo Iunoni homines immolabantur, probabantúrque vt vituli, qui puri & signati capiebantur. Tres eodem die mactati, pro quibus totidem cereos substituit.

 stituit.

stituit. In Chio dilaniatum hominem Dionysio Homalio cædebant, quod & Tenedi factum. Lacedæmones ipsi humano sanguine Martį litarunt. Phœnices difficili tempore Saturno populi suffragiis vnum aliquem spectatæ virtutis mactabant. Curetes eidem pueros sacrificabant Porphyrius περὶ τῆς ἀποχῆς ἐμψύχων, ἔθυετο γὰρ ἐν ῥόδῳ μηνὶ μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένῃ ἄνθρωπος τῷ κρόνῳ, &c. S. Athanasius; Alij Marti è prœlio reduces bello captos centesimant, diuisis in centurias captiuis, ac pro numero centuriarum hostias cædunt. Ægyptij olim Iunoni humana hostia fecerunt. Cretes mactatis liberis Saturnum placarunt. Lampridius Commodum ait sacra Mithriaca homicidio vero polluisse, cùm illis aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat. Plutarch. τὴν ὑποδεδεγμένην γυναῖκα θύειν χθονίοις θεοῖς. vide Eusebium lib. 4. Præparat. Euangel. pag. 92. 93. Diodorus Siculus pag. 739. lib .20. Carthaginenses obsessi ab Agathocle, νομίσαντες μάλιστα μηνύειν αὐτοῖς τὸν ἡρακλέα, καὶ τὸν κρόνον καθόσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρᾳ παῖδας, καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν. eodem lib. pag 767. τῶν γὰρ καρχηδονίων μετὰ τὴν νίκην τοὺς καλλίστους τῶν αἰχμαλώτων θυόντων χαριστήρια νυκτὸς τοῖς θεοῖς, καὶ πολλοῦ πυρὸς τοὺς ἱεροκαυτουμένους ἄνδρας καταχεῖσθαι, &c. Apollodorus lib. 3. de Diis scribit, peste & fame grassantibus Athenienses Hyacynthi filias ἐπὶ τοῦ γεραίστου κύκλωπος τάφον κατασφάξαι. Athamantides in prytaneum, quod λήϊτον dicitur, ingressæ immolatæ sunt, apud Herodotum lib. 7. Talantij pueros tres. totidémque puellas, & hircos tres immolarunt, vt Arrianus scribit lib. 1. de vita Alexandr. Strabo lib 3. prodit, Hispanos humano sanguine Deos placasse. Apud Cypri Salaminem Ioui Teucer humanam hostiam immolauit, quod sacrificiũ ab Adriano Imperatore sublatum. Galli Esum & Teutaten humano cruore placarunt. Saturno Carthagine duceoti pueri primæ nobilitatis mactati, cùm Agathocles eam vrbem obsideret, vt Lactantius lib. 1. cap. 21.

Tantum relligio potuit suadere malorum,
Quæ peperit sæpe scelerosa, atque impia facta.

Ea non fuit religio, sed superstitio perniciosa. In Æthiopibus Soli & Lunæ quicunque ex hostibus primi capti fuerant, belli iure immolabantur, apud Heliodorum pag. 215. αἱ ἀπαρχαὶ τοῦ πολέμου τοῖς θεοῖς προσαγίσθωσαν. Cùm nouem annis in Ægypto siccitas fuisset, Nilo solitam opem negante, Thrasius vates Cyprius sterilitatem sedatum iri dixit si alienigenam quotannis Ioui mactarent. Busiris io vate vaticinium expertus est, vt Appollodorus lib. 2. ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ διὶ σφάξωσι κατ' ἔτος. Virgilius,

Aut illaudati nescit Busiridis aras.

S. Hieronymus in cap. 7. Hierem. In valle filiorum Ennom locus est qui dicitur Tophet, postea gehenna dictus, quod ibi filios suos Iudæi per ignem idolis traducerent. In Lycia sacerdotes, ipsique adeò Athamantis filij Græciæ humanitate exculti, ad inhumanum illud humanæ hostiæ sacrificium descendunt. Plato in Minoë, καρχηδόνιοι κρόνῳ θύουσιν υἱεῖς, καὶ οἱ ἐν τῇ λυκαίᾳ, καὶ οἱ τοῦ ἀθάμαντος ἔκγονοι οἵας θυσίας θύουσιν ἕλληνες ὄντες. Bello Cymbrico Marius filiam suam pro salute Reipub ad aras iugulauit. Laodiceæ Syriæ Mineruæ quotannis virgo cæsa, nunc autem cerua. Carthagine cruentum illud sacrificium ab Iphicrate sublatum. Dumatij in Arabia puerum anno vertente immolabant, eúmque sub ara sepeliebant, quo deinceps vt simulacro vterẽtur. In vniuersum Græci omnes priusquàm in hostes exirent, humana hostia faciebant. Sed & hodiéque Romæ Iouis Latiaris feriis homo mactatur, ait Porphyrius ibidem, ἔθυετο γὰρ ἐν λαοδικείᾳ τῇ κατὰ συρίαν τῇ ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, νῦν δὲ ἔλαφος, καὶ οἱ ἐν λιβύῃ καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν ἣν ἰφικράτης ἔπαυσεν, &c. Idem scribit Euseb. lib 4. de Præparat. ἔθος ἦν τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως, ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. κρόνος ὃν οἱ φοίνικες ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, &c. *Saturnus quem Phœnices Israël dicunt, Rex Phœnicum, & post mortem in Saturni stellam consecratus ex Nympha indigena Anobret filium vnigenitum Iend, sic enim hodiéque Phœnices vnigenitum vocant, bello vrgente ad aram immolauit.* Euripides de Menesteo filio Creontis Thebis. Consule Euseb. lib. 4. pag. 94. 95. & sequentib. Thraces, Scythæ. Athenienses ἀνθρωποκτονοῦσι, qui mos ab Adriano abolitus. Notum de Agamemnone, & Iphigenia. Silius Italicus lib. 4.

Mos fuit in populis quos condidit aduena Dido,
Poscere cæde Deos veniam, & flagrantibus aris,
Infandum dictu, paruos imponere natos.
Vrna reducebat miserandos annua censu,

Sacra

A *Sacra Thoantiæ, ritúsque imitata Diana.*

Lusitani suo more equum, & hominem mactarunt, apud Liuium epitome lib. 49. Tertullian. de pallio bustuaria Busiridis altaria vocat. Clemens in Protrept. ἐν κρήτῃ ἀνθρώπους ἀποσφάττουσι τῷ διῒ, λέσβιοι τῷ διονύσῳ, ἐν πέλλῃ τῆς θετταλίας ἀχαιὸς πηλεῖ, καὶ χείρωνι καταθύονται. De Diana Taurica scitum est ex Euripide. Clemens, τῇ ταυροπόλῳ ἀρτέμιδι ἄνθρωπον ὁλοκαυτεῖν. ἐρεχθεὺς καὶ μάριος ὁ ῥωμαῖος τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας, ὁ μὲν τῇ φερσεφάττῃ, ὁ δὲ τοῖς ἀποτροπαίοις ὁ μάριος. Crasso & Cornelio Lentulo Coss. Senatus vetuit hominem immolari, auctore Plinio lib. 30. cap. 1. Druidarum cruenta sacra Tiberius sustulit. Carthaginenses sanas rarùm & incorruptas hostias offerebant, vt Orosius l. 4. c. 6. Erátque Carthagine Saturni simulacrum porrectis manibus supinis, sed ad terram inflexis, vt pueri impositi deuoluerentur B in hiatum igne ardentem. Diodorus pag. 740. ἀνδριὰς κρόνου χαλκοῦς ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὰ ἐπιτεθέντα τῶν παιδίων ἀποκυλίεσθαι, καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. Euripid. in Iphigen.

> Τάφος δὲ ποῖος δέξεταί με ὅταν θάνω;
> Πῦρ ἱερὸν ἔνδον, χάσματ' εὐρωπὸν χθονός.

Tiberius Carthagine diros illos sacerdotes in arboribus templi sui obumbratricibus scelerum, votiuis crucibus exposuit. Maior ætas apud Gallos Mercurio prosecatur, ait Tertullian. in Apologet. Inde prouerbium, λιβυσσα ἀηδών. Hesych. αἱ γὰρ ἐν καρχηδόνι τῆς λιβύης γυναῖκες εἰσὶ, αἳ τὰ ἴδια τέκνα κατά τι νόμιμον ἐσφαγίαζον κρόνῳ. Esaias cap. 57. *qui consolamini in Diis subter omne lignum frondosum immolantes paruulos in torrentibus.* Hierem. cap. 7. *Et ædificarunt excelsa Tophet, quæ est in valle filij Ennom, vt incenderent filios suos, & filias suas igni.* In Li- C bya quæ filios lugerent, infames erant, narrante Plutarcho περὶ δεισιδαιμον.

> Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
> Σφάζει ἐπευχόμενος. ——

Gelo Siculus victis Carthaginensibus non antè pacem concessit, quàm si παύσονται τὰ τέκνα τῷ κρόνῳ καταθύοντες, ait Plutarchus de tard. puni. Iustinus in Apologet. ὑμῶν εἰδώλῳ ῥωμαῖοι οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσφέρετε, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπινα διὰ τοῦ παρ' ὑμῶν ἐπισημοτάτου, καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι. Curtius lib. 4. Tyrij ingenuum puerum Saturno immolabant, à quibus mos Carthaginem influxit. Daunij Ætolorum legatos, Diomedi terram petentes viuos defoderunt. Lycophron,

> Τοὺς δ' εἰς ἔρεμνον ζῶντας ὠμηστὴς τάφον
> Κρύψουσι κοίλοις ἐν μυχοῖς διάσφαγος,
> Τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα δαυνίται νεκρῶν
> D Στήσουσι χωστῷ τροχαλῷ κατηρεφές.

De prophanis & impiis illis sacris legatur Plutarch. in capitibus Roman. cap. πβ. Zonaras tomo 2. p. 68. Athenienses Pharmaci cæde vrbem expiabant. Lysias περὶ ἱεροσυλίας, τὴν πόλιν καθαίρειν τῷ φόνῳ ἱεροσύλου ἀνδοκίδου, καὶ ἀρὰν ἀπάγεσθαι, *execrationem auertere qua sacerdotes eū deuonerūt*, καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ φάρμακον ἀποπέμπειν, καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. Athenis cineres Pharmaci Thargeliis, aut quoties res essent tristiores, per vniuersam vrbem spargi solitos diximus.

CAPVT IV.

De februationibus.

E VARIÆ Romæ fuere lustrationes. De lustratione Lemurum Ouidius libro 5. Fastor.

> *Cúmque manus puras fontana perluit vnda,*
> *Vertitur, & nigras accipit ore fabas.*
> *Auersúsque iacit.* ——
> *Fana tamen veteres illis clausere diebus,*
> *Vt nunc ferali tempore operta vides.*

Artemidorus tamen lib. 1. de somniis, κύαμος πάσης τελετῆς, καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται. vnde iocus in Pythagoram,

> Χωρίον ἦν κυάμων, ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
> Ἐξ ἀκροαγυιαῖς ἐκάτθαν' ἐνὶ τριόδῳ.

Romæ mense Maio simulacra quædam de ponte deiecta sunt in profluentem, cùm olim homines præcipitarentur, quem μέγιστον καθαρμὸν Plutarchus vocat in Romanis capitibus,

 cap.

cap. πε. cùm εἴδωλα ῥίπτωσι ἀπὸ τ̃ γεφύρας εἰς τ̃ ποταμόν. Sed & manibus Maio mense faciunt, A idcóque Mercurio sacer est. Flaminica Iunonis Maio mense σκυθρωπάζει μήτε λουομένη, μήτε κοσμουμένη, eodem auctore. Cæterùm in expiationibus adhibebantur fabæ, sulphur, ignis, aqua, sal, oua, verbenæ, lampades, sputa, sigillaria, canes, agrestia, & infelicia ligna. De fabis suprà diximus. De sulphure Propertius lib. 4. eleg. 8.

Terque meum tetigit sulphuris igne caput.

libro 4. Fastor. Ouidius,

Cærulei fiant puro de sulphure fumi.

Propertius libro 1. eleg. 5.

Ipséque te circum lustraui sulphure puro.

Iuuenalis satyr. 2. B

—— Cuperem lustrari, si qua darentur

Sulphura cum tædis, aut si foret humida laurus.

Inde Græcis θεῖον, quasi diuinum, Salaminiis θεάγον. Hesychius, θεάγον τὸ θεῖον ᾧ καθαίρουσι Σαλαμίνιοι. De igne Mart. Capella lib. 2. Nec igne vsserit eum, nec lympha subluerit, nec animæ simulacrum Syri cuiusdam dogmate verberarit. Romulus suos cæde fratris polluros expiaturus, ignes ante tabernaculum excitari iussit, militésque flammas transilientes foras eduxit. Dionysius lib. 1. πυρκαϊὰς πρὸ τ̃ σκηνῶν γενέσθαι κελεύσας ἐξάγει τ̃ λεὼν τὰς φλόγας ὑπερθρώσκοντα τ̃ ὁσιώσεως τ̃ μιασμάτων ἕνεκα. Faba mortuis parentasse ostendimus. Cicero lib. 1. ad Attic. fabam imûm (id est, Deorum inferorum) & ἀποθέωσιν opponit. Fest. faba refriua, quæ ad sacrificium referri solet domum ex segete auspicij causa, quasi domum fruges referat. Ægyptij Anneam pingentes, ignem & aquam pingunt, quoniam his elementis omnis expiatio perficitur. Orus in Hieroglyph. αἰνείαν γράφοντες πῦρ κ̀ ὕδωρ ζωγραφοῦσι, ἐπεὶ διὰ τούτων στοιχείων πᾶς καθαρμὸς ἐκτελεῖται. Apud Theodoretum lib. 4. cap. 15. Histor. Eccl. pueri pilam attactu Lucij Alexandrini Episcopi Arriani inquinatam διὰ τ̃ πυρὸς ἀνηλίσαντες. Aquæ C sparsione templa lustrata sunt. Iuuen. satyr. 6.

—— portabit aquas, vt spargat in æde

Isidis. ——

In aquam, cùm lustratentur, ἅλας κ̀ φακὰς iniiciebant, ait Clemens strom. 7. Oua quibus vsi erant in expiationibus, foras eiiciebant, quæ à Cynicis edebantur. Ouid. l. 2. Artis

Et veniat quæ lustret anus lectúmque, locúmque,

Præferat & tremula sulphur, & oua manu.

Propertius, D

Ipséque te circum lustraui sulphure puro,

Carmine cùm magico procubuisset anus.

Lucianus in Necric. ᾠὸν ἐδεῖ τ̃ ἑκάτης δεῖπνον φαγόντα, κ̀ τὰ ἐκ τ̃ καθαρσίων ὠά, οἱ κυνικοὶ ἐν τῇ τριόδῳ ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ᾠὸν ἐκ καθαρσίου καλέσαντι. Persius satyr. 5.

—— ouóque pericula rupto,

Tum grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos.

Vbi vetus Scholiastes, ouum si igni appositum rumpitur, piaculum est. Ouum in initiis Liberi Patris cultum fuit, quod ex forma tereti, & vndique clausa, & includentre intra se vitam mundi simulacrũ vocaretur, vt indicat Macrobius lib. 7. c. 16. Pythagorei ouum, cot, & cerebrum, principia generationis repudiant, ouáque κυάμους vocant, id est, *fabas*, ob κίνησιν, & partum. Plutarch. sympos. 2. cap. 3. τὸ ᾠόν, καρδίαν, κ̀ ἐγκέφαλον ἀρχὴν γενέσεως ἀφοσιοῦται πυθαγορικοί. κυάμους καλοῦσι διὰ τὴν κύησιν. ὅσον τι κυάμους ἐσθίειν, κεφαλάς τε τοκήων. ὀρφικὸς πεισθεὶς ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ᾠῶν ἀπειρᾶται, διὸ τοῖς περὶ τ̃ διόνυσον ὀργιασμοῖς συγκαθοσίουσι, ὡς μίμημα τ̃ τὰ πάντα γεννῶντος. Hippocr. lib. de sacro morbo ait, nefas fuisse vti ouis, aut animalibus, quibus ad E expiationem vsi essent. Diximus suprà, fuisse in templis, & concionibus ἀπορραντήρια, περιρραντήρια. Euripides in Ione,

Ἀλλὰ χρυσέαις πρόχοισι ἴλθων

Εἰς ἀπορραντήρια δρόσον καθήσω.

Verbenæ non minus solemnes in lustrationibus, quàm in legationibus. Vtrobique enim sacræ. Myrthea verbena Romani purgati sunt, ait Plinius, cùm pugnare prohibiti ab vxoribus in loco qui nunc cluacinæ Veneris simulacra habet. Cluere enim est pugnate. In ea quoque arbore suffimenti genus habetur. Verbenæ nõ tantùm fuere ex oliua, sed & ex herbis è loco ab auguribus consecrato vulsis. Erant & lãpades in lustrationib. Euripides in Helena act. 3.

Ἠγῶ

A
Ἠγῦ σύ μοι φέρουσα λαμπτήρων σέλας,
Θεῖον δὲ σεμνοῦ θείομεν αἰθέρος μυχόν,
Ὡς πεῖσμα καθαρὸν εὐσεβῆ δεξαίμεθα.

Σὺ δ' αὖ κέλευθον εἴ τις ἔβλαψεν ποδὶ
Στείβων ἀνοσίῳ δίδος καθαρσίῳ φλογί,
Κρεῖσσον δὲ πεύκην ἵνα διεξέλθω πυρός.

Ait Theone vates. Suidas in verbo δαλῶν ἐμβάψω, τουτέστι δᾳδῶν. ἐδόκουν γὰρ καθαίρειν ἀποβάπτοντες τοῦ πυρός. Lucian. in Necricis, ἐκάθηρέ τε με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσι, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας ἐπανῄει, πάλιν οὐδένα τῶν ἀπαντώντων προσβλέπων. Sputa enim ad expiationes adhibita. Persius satyr. 2.

—— Et lustralibus antè saliuis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Virgil. in Ciri,
Despue ter virgo, numero Deus impare gaudet.

B
Tibul. lib. 1..
Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Theocritus Idyl. 2.
Καὶ λέγε ἐπιφθύσδοισα, τὰ Δέλφιδος ὀστία πάσσω.

Lucianus in nauigio, ὑποσεμαζόμενος, καὶ ἐς τὸν κόλπον οὐ πτύεις. Canes item in lustrationibus adhibiti. Plutarch. in Romaic. cap. 68. τῇ ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐπιφέρουσι, καὶ περιματτοῦσι σκυλακίοις. Dicitur περισκυλακισμός, lupercalibus canis mactatus. Canarium Romæ sacrificiū celebratum. Plutarch. ibidem. λακεδαιμόνιοι ἐντέμνουσι κύνας &c. κύνων χθονίᾳ δεῖπνον ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους. *Bœotiis publica lustratio est cane in duas partes diuiso, inter vtramque se transmittere.* τοῖς Βοιωτοῖς δημόσιος καθαρμός ἐστι κυνὸς διχοτμηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν. Pausanias pag. 969. Pueri Lacones πρὸ μάχης κύνας θύουσι. Colophonij μέλαιναν σκύλακα. Ouidius lib. 4. Fastor.

Flamen in antiquæ lucum rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.

Est canis, Icarium dicunt, quo sydere moto
Tota sitit tellus, præripitúrque seges.

C Plutarchus in Romulo, καὶ γὰρ Ἕλληνες ἔν τε τοῖς καθαρσίοις σκύλακας ἐκφέρουσι, καὶ πολλαχοῦ χρῶνται ἐν τοῖς λεγομένοις περισκυλακισμοῖς. Fest. Rutilæ canes immolantur, caniculæ pro frugibus canario sacrificio. Plutarch. in Saturione ait, Romanos catulinam carnem esitauisse. Thrasibulus ἰδίαν τινὰ ἐπὶ σπλάγχνων μαντικὴν κυνείων εὗρε, ait Pausanias pag. 178. Catulos lactentes adeò puros existimabant ad cibum Romani veteres, vt etiam placandis numinibus hostiarū vice his vterentur. Genito manè catulo res diuina fit, & in cœnis Deûm catulina ponitur. Adiicialibus epulis canis celebratus, apud Plin. lib. 29. c. 31. Carthaginenses canina carne vescebantur, quo cibo interdixit illis Darius, auctore Iustino lib. 19. Prodigia autem infelicibus lignis vsta Catul.

Infelicibus vstulanda lignis.

Plinius lib. 16. Infelices arbores dicuntur, damnatæque religionis, quæ neque seruntur vn-
D quam, neque fructum ferunt ocyssimè; salix perdit semen antequam maturitatem sentiat, ideo Homero dicitur ὠλεσίκαρπη. Apud Fest. felices arbores Varro vocat, quæ fructum ferūt, infelices, infrugiferas. Macrobius cap. vlt. lib. 3. Ficus alba inter felices arbores ponitur, nigra inter infelices. Felices arbores quercus, esculus, ilex, &c. Arbores quæ inferorum Deorum in tutela sunt infelices; item rubi, sentes, quibus portenta comburuntur. Theocrit. in Heraclisco ligna infelicia commemorat, cùm angues ab Hercule infante eliso cremari Tiresias iussit.

—— πῦρ ὑπὸ σποδίῳ εὔτυχές ἔστω,
Κάγκανα δ' ἀσπαλάθῳ ξύλ' ἑτοιμάσατ', ἢ παλιούρῳ

Ἢ βάτῳ, ἢ ἀνέμῳ, δεδονημένον αὖον ἀχερδον,
Καῖε δ' ἀγρίοισι ἐπὶ σχίζῃσι δράκοντε.

Infelix oleaster Virgilio dicitur, quia agrestis & infrugifera, oliua felix. Lucret. lib. 5.

Arbustísque tenent felicibus obsita circum.

E Prodigia februis pulsa. Macrobius lib. 1. in somn. Scipion. cap. 7. In prodigiis, oraculis, & cæteris vbi admonitio periculi est, vigilantia cautionis periculum euaditur, quod apportāt minæ, litatio propitiationis auertit, denuntiata nunquam vanescunt. Apuleius lib. 3. Milesf. In modum eorum qui lustralibus piamentis minas portentorum hostiis circumforaneis expiāt circumductis angulatim. portenta infaustis flammis cremata. Lucan. lib. 1.

Monstra iubet primùm quæ nullo semine discors
Protulerit natura rapi, sterilique nefandos
Ex vtero fœtus infaustis vrere flammis.

Prodigia Romæ ex Senatus decreto maioribus hostiis, aut lactentibus procurabantur, apud Liuium lib. 21. Supplicatio ad omnia puluinaria indicta. Plerunque Decemuiri consulebantur, qui ex libris Sibyllinis, quibus hostiis procuranda essent, referebant, apud Liuium; Peruicit vt, quod non ferè decernitur nisi cùm tetra prodigia nuntiata sunt, Decemuiri libros Sibyllinos adire iuberentur. Ostenta quoque familiaria priuato sacrificio procurabantur, nisi

fortè decreto Pontificum publica sacra adhiberentur. Liuius lib. 26. matrem pro pupillo A procurantē familiare ostentum, cùm respondisset aruspex, ea prodigia hostiis maioribus decreto Pontificum sunt procurata, & obsecratio in vnum diem populo indicta, & nouēdiale sacrum. p. 741. Androgynus viuus in arcam conditur. li. 3 ante omnia abominati semimares, & in mare deportari. Infamis digitus qui medius, ad expiationes adhibitus. Persius satyr. 2.

—— Frontémque, atque vda labella
Infami digito, & lustralibus antè saliuis
Expiat. ——

Petronius in satyr. Infra manus meas camellam vini posuit, & cùm digitos pariter extensos porris, apióque lustrasset. Idem apud Seruium lib. 3. Æneid. Massilienses quoties pestilentia laborabant, vnus se ex pauperibus offerebat alendum anno integro publicis & purioribus B cibis. Hic postea ornatus verbenis, & vestibus sacris circumducebatur per totam ciuitatem cum exsecrationibus, vt in ipsum reciderent mala ciuitatis, & sic proiiciebatur. Virgæ verrendo sæpe adhibitæ, vnde euerriæ post denicales ferias in funeribus. Herbæ pleræque vstæ; Ouidius 4. Fastor.

Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret,
Vnda prius spargat, virgáque verrat humum.
Vre mares oleas, tædámque, herbásque Sabinas,
Et crepet in mediis laurus adusta focis.

lib 6.

Protinus arbutea postes ter in ordine tangit
Fronde, ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus. ——
Virgaque Ianalis de spina sumitur alba.

Centena lotio in vsu. lib. 13. Metamorph.

Et purgate nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.

Theophrastus superstitiosos festiuè ridet. In Character. ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιρ- C ῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβών, *lotis manibus, & aqua lustrali aspersus è templo, folium lauri ore tenens.* De Scilla Theocritus,

Σκίλλας ἰὼν χαίας ἀπὸ σήματος αὐτίκα τίλλοις.

Artemidorus lib. 3. σκίλλα συμβέβηκεν φύσει λύπην εἶναι φθαρτικόν. καθάρσιον εἶναι νενόμισται, εἰ δεῖ καθαρμοῦ. Sed & felis in februis fuit. Aristophanes in Concion.

Τὸν περιστίαρχον περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν.

περίστια καθάρσιά ἐστι, ait Schol. Tralliani, *ouo in purgationibus vsi.* Plut. in Ellen. χρῶνται τοῖς ᾠοῖς.

CAP. V.

De februationibus.

D

QVA inter februa non vltimo loco fuisse diximus, Iuuenal. satyr. 6.

—— Nisi se centum lustrauerit ouis,
Grande sonat, Gallus. ——
Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet. ——

Interdum victima ita collocata est, vt qui purgarentur sinistro pede in eam insisterent, eáque διοσκώδιον dicta. Hesychius, διοσκώδιον ἱερεῖον ἐφ' οὗ οἱ καθαιρόμενοι ἐστήκεσαν τῷ ἀριστερῷ ποδί. Oues albæ & nigræ sacris illis admotæ. Laërtius de Epimenide, qui purgauit λοιμῷ, λαβὼν πρόβατά τε μέλανα, καὶ λευκὰ ἤγαγε πρὸς τὸν ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο προστάξας τοῖς E ἀκολούθοις ἔνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκαστον θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ, vnde βωμοὶ ἀνώνυμοι. Athenis in Olympia Ellanodicæ porco expiantur, & aqua. Pausanias pag. 164. Athenis in honorem Cereris subsellia sanguine porci lactentis aspergebāt. Aristoph. Scholiast. ἔσφαζον δέλφακα, καὶ ἔρραινον τὰς καθέδρας τῷ αἵματι αὐτοῦ εἰς τιμὴν Δήμητρος. Item, καθαίρονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χοίρου σφαζομένου ὃς κάθαρμα λέγεται, ὁ περικαθαίρων καθαρτής. Aristophan. Acharnan.

Ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρος θύεται,
Φωνὴν χοιρείων μυστηρικῶν. ——

Tibullus lib. 1. eleg. 10.

Hostiáque è plena mystica porcus hara.

Iuuenal. sat. 13. agnam corouatam in februationibus ponit.

Prodigiosa fides, & Tuscis digna libellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.

Mos tenuit vt purgamenta post tergum reiicerent, sic vt ab eorum aspectu abstinerent. Ouidius lib. 5. Fastor.

Auersúsque iacit. ——
Hac nouies dixit, nec respicit. vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.

Et qui

A Et qui expiando aderant respicere purgamenta vetabantur. lib. 6. Fastor.

Quique adsint sacris respicere illa vetat.
Claudianus,
Trans caput auersus manibus iaculatur in Austrũ
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Ideóque sæpe in mare purgamenta ciiciebant, vel in fluuium profluentem. Pausanias pag. 270. λύματα ἐμβάλλουσιν εἰς ποταμόν. Apud Homerum lib. 1. εἰς θάλασσαν. Nouendiale sacrum fuit quod lampadibus pluerat, vrbs aruspicum iussu lustrata, hostiarum cinis per Decemuiros in mare dispersus, ait Iulius Obsequens. Purgat enim se omnis natura non profluentis aquæ modò, sed & stautium aquarum, & clausarum. Mare omnia purgamenta in littus eiicit. In Cherroneso Rhodiorum fons est, qui post magnum temporis interuallum fœda quædam turbidus ex imo fundit, vt ait Seneca. lib. 3. Argonaut.

B

—— Ter tristia tangens
Arma simul, vestésque virûm, lustramina ponto
Ponè iacit. ——
Virgilius,
Tránsque caput iace, ne respexeris. ——
Theocritus in Heraclisco.

ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπὲρ οὔριον, ἄψ δὲ νέεσθαι
ἄστρεπτος, καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρῶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισται,
θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένῳ ἀβλαβὲς ὕδωρ.

Omnes autem expiationes sub dio factæ. Plutar. cap. 15. Romaic. τὰς καθαρμοὺς ἐπιεικῶς πάντες ἐν ὑπαίθρῳ τελοῦσι. Qui cultus corporis fuerit in expiationibus indicat Arist. 2. Ieric. ὥσπερ ἱμάτια ἂν τὸ ἱερὸν καθάρσιον γίγνηται, εἶναι δὴ λευχείμονάς τε. Mos Francorum in expiationibus hic fuit,

Pontificem parium manus expurget duodena,
Quinta sacerdotem, Leuitam tertia. ——

C Id est, quatuor vel quinque hominum testimoniis purgetur. Vulgus se in frigidam, vel feruentem aquam immittebat, vel ferrum candens sibi admouebat, vt purgaret factum, vt Stephan. Pontifex cap. 11. quæst. 5. cap. Consuluisti. Non modò homines, sed & horti, & agri lustrantur. Columella lib. 10.

Dardaniæ veniunt artes, nudatáque plantas
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore.
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.
Sic quondam magicis sopitum cantibus anguem
Vellere Phryxeo delapsum vidit Iolchos.

Medea enim menstruo sanguine stillans, soluta veste septem illud obambulans in quo draco peruigil excubabat, eum somno sopitum humi strauit, vt Apollon. lib. 3. Argon. Thuscorum alia fuit lustratio apud Columel. lib. 10.

D

Et tempestatem Thuscis auertere sacris.
Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.
Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limine ruris,
Vtque Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.

Cùm etesiæ fructus agrorum labefactarent, Empedocles iussit asinos corio nudari, & pelles in iugo montium apertas poni, & distentas, vt ventos conciperent, vnde κωλυσανέμος dictus. Laërtius, ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶς πνευσάντων, ὡς τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι περὶ τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαμβάνειν τὸ πνεῦμα. Tempestatibus Romani agnam immolarunt. Cicero lib. 3. de natura Deor. Si terræ motus fuit, ferias eius rei causa edicto imperant. Dei nomen, cùm seruari ferias oportet, non

E nominant, ne alium pro alio nominando falsa religione populum alligent. Ferias si quis polluisset, piaculóque ob hanc rem opus esset, hostiam si Deo, si Deæ immolabant, vt Gellius cap. 15. lib. 2. χαλαζοφύλακες *Cleonis talpæ sanguine, aut pannis fœmineis laceris procellas sedabant.* Plutarch. αἵματι ἀσπάλακος, ἢ ῥακίοις γυναικείοις τὴν χάλαζαν ἀποτρέπονται. Chalazophylaces cũ grandinem instare monuerant, qui agno carebant, digitum suum bene acuto graphio pungebant, & sanguine litabant. In eos iudicium reddebatur, si vineæ vapulassent. Seneca lib. 4. Natur. quæst. cap. 6. Horatius epod. 10.

Libidinosus immolabitur caper, & agna tempestatibus.
Virgilius lib. 5. Æneid.

—— Et tempestatibus agnam.
—— Extáque salsos
Porricit in fluctus, & vina liquentia fundit.

Constant. in Geopon. ὃς περιελάσειεν τινες ὀροβάγχην καλοῦσι, ἐν ταῖς δ' ἀρούραις ἐν ταῖς γωνίαις ταῖς τέσσαρσι, καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἀρούρης ἐμπήξειας ῥοδοδάφνης κλάδους· τοῦτο δὲ πάντα ὄσπρια φυλάξει. ἢ λαβὼν πέντε ὄστρακα ζωγράφησον ἐν αὐτοῖς ἀπὸ κηκίδος, ἢ ἀπό τινος λευκοῦ τὸν ἡρακλέα πνίγοντα λέοντα,

ζα, καὶ ἀπέθηκε ἐν τῇ γωνίαις, καὶ κατὰ μέσον. Anaxagoras, ὄμβρους τε κατέπαυσεν ἀνέμων τε τὰς βίας. Tzetz. lib. 1. cap. 55. 56. Philostratus, ὁ δημόκριτος ἐλευθερώσας ποτὲ λοιμοῦ τοὺς ἀβδηρίτας, σοφοκλῆς ἀθηναῖος ἀνέμους ἔθελξε τῆς ὥρας ὑπερπνεύσαντας. ἐμπεδοκλῆς νεφέλης ἀνέσχε φορὰν ἐπ' ἀκραγαντίνους ῥαγείσης. ὁ ἡρακλῆς ἐκάθηρε λοιμοῦ τὴν ἦλιν, ἀναθυμιάσεις ἀποκλείσας ἃς παρεῖχεν ἡ γῆ. Eustathius, ἀνεμοκοῖται γένος ἐν κορίνθῳ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους ἐπιῳδαῖς κοιμίζειν. Pausanias pag. 55. ἐν τῇ ἄκρῃ λόφῳ βωμός ἐστιν ἀνέμων, ἐφ' οὗ τοῖς ἀνέμοις ὁ ἱερεὺς μιᾷ νυκτὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος θύει. δρᾷ δὲ καὶ ἄλλα ἀπόρρητα εἰς βόθρους τέσσαρας, καὶ μηδείας ἐπῳδὰς ἐπᾴδει ἡμερούμενος τῶν πνευμάτων τὸ ἄγριον. Idem pagina 76. ἐν τοῖς μεθάνοις ἄνεμος βλαστὴν ἀφαναίνει ἀμπέλων. ἀλεκτρυόνα τὰ πτερὰ ἔχοντα διὰ παντὸς λευκὰ διελόντες ἄνδρες δύο ἐναντίοι περιθέουσι τὰς ἀμπέλους ἥμισυ ἑκάτερος τοῦ ἀλεκτρυόνος φέρων. ἀφικόμενος δὲ εἰς τὸ αὐτὸ ὅθεν ὡρμήθησαν καθορύσσουσιν ἐνταῦθα. Vide in Romano Martyre apud Prudentium iucundam Pontificis Maximi expiationem Romæ.

Summus Sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
Mirè infulatus, festa vittis tempora
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita,
Rimosa rari pegmatis compagibus.
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebróque lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua, & hispida, &c.
Pectus sacrato diuidunt venabulo,
Eructat amplum vulnus vndam sanguinis, &c.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber quem Sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput, &c.
Procedit inde Pontifex visu horridus, &c.

CAP. VI.

De lustrationibus.

QVÆ exciderant, hic, vt quidque in buccam venerit, subiiciam. φαρμακοὶ καθαρτήριοι περικαθαίροντες τὰς πόλεις, ἀνὴρ καὶ γυνή. Hesychius, φαρμάκη ἡ χύτρα, ἣν ἐτίμαζον τοῖς καθαίρουσι τὰς πόλεις. κάθαρμα τὸ χοιρίδιον ᾧ τὴν ἑστίαν ἐκάθαιρον ἐν τῇ ἐκκλησίαις. ὁ δὲ ἐπὶ τούτων δημόσιος περιστίαρχος. διαπομπεῖν καθαίρειν τὸ προτρόπαιον δία. ἐγκυλίστρια περιαγνιστρία. διεβάλλοντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ κύλικες. Aristides in Minerua, προφῆται, καὶ ἱερεῖς καθάρσιον ἀθηνᾶν καλοῦνται, καὶ ἀλεξικάκοι τῶν τελεωτάτων ἔφοροι καθαρμῶν εἰκότως. πομπεῖα, vasa omnia quæ ad purgationes. vide Clementem 7. strom. pagina 303. Plato in Sophista, ποικιλτικὴ ἡ φαρμακοποσία. In Iudæis hircus ἀποπομπαῖος. Suidas, περιστίαρχος ἀπὸ τοῦ περιστίχειν, ἢ ἀπὸ τῆς ἑστίας. Idem, δύο ἄνδρας ἀθηναῖοι ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν, οἱ λέγονται φαρμακοί. ἱερὰς φιάλας τοῦ ἀπόλλωνος κλέψας, καὶ ἁλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστι. vide Suidam. Euripid. Iphigen. Taur.

Ἤ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν
Βωμῶν ἀπείργει μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη.

Theophrast. Charact. καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτε ἐπὶ νεκρὸν, οὔτε ἐπὶ λεχώ. Lucianus in Philops. θείῳ, καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον περιελθὼν ἐς τρὶς ἐξήλασεν ἐρριπτα. Hesychius, μαγίδες αἷς ἀπομάττουσι, καὶ καθαίρουσι, καὶ μάζας καταφέρουσι οἱ εἰς τροφωνίου κατιόντες. μαγμὸν τὸ καθάρσιον, ἀπομάσσειν, περικαθαίρειν τοὺς ἐνεχομένους τινὶ πάθει. Laërtius, Epimenides dicitur primus ἀγροὺς, καὶ οἰκίας καθῆραι, καὶ ἱερὰ ἱδρύσασθαι. vide Eustathium 1934. 1935. καθαρμοὶ παρ' ἕλλησι διὰ θείου καὶ πυρὸς, καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ ῥιψαίς τινων καθαρσίων, ἐν τοῖς ἀμφόδοις, καὶ δι' αἵματος. Veteres Græci Nemesim fascini auerruncatricem putarunt. Euripid. in Rheso,

Ἀδράστεια παῖ διὸς εἴργεις στομάτων φθόνον.

Romani dicebant, præfiscini. Eustath. φασὶ ὅτι δῖον ἐκάλουν κώδιον ἱερείου τεθέντος διὶ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. Porphyr. πάντες ἐν τούτῳ ὡμολόγησαν οἱ θεολόγοι, ὡς οὔτε ἀπίτεον ἐν τῇ ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον. μὴ γὰρ ἴοι τις εἰς ἄστυ, μηδὲ εἰς οἶκον ἴδιον, μὴ πρότερον ἐσθῆτα, καὶ σῶμα ποταμοῖς, καὶ πηγῇ ἀποκαθήρας. Vocabula multa Græcis in expiationibus fuere, περιματτεῖν, περικαθαίρειν, περιθύειν, περιαγνίζειν, περιθειοῦν, περιθείωσιν διαθειοῦν. Aristotel. lib. 6. histor. animal. περιβάλλειν κάθαρμα, περικαρφισμὸς. περιμάκτριαι, *simulatrices*, *piatrices*, *veratrices*, *simpulatrices*, ἀπομάκτριαι. Expiabant se, vt diximus, circumacta circum corpus scilla, aut catulo circum corpus ducto. Dio Chrysost. περικαθήραντας τὴν πόλιν μὴ σκίλλῃ, μηδὲ ὕδατι, ἀλλὰ πολὺ καθαρωτέρῳ χρήματι λόγῳ κοινῇ πράττειν. l. 3. D. ad leg. Cornel. de sicariis. Alio Senatus consul

A consulto effectum est, vt pigmentarij, si cui temerè cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas, buprestim, mandragoram, & id quod lustramenti causa dederint cantharidas, pœna teneantur huius legis. Claudianus de iis qui purgantur apud inferos;

Quos vbi per varios amnes, per mille figuras,
Egit lethaeo perfusos flumine.——

Strabo lib. 10. ἐν καθάρσει λίθῳ φύεται ἡ ξασιομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνεσθαι. ῥυπωθέντα δ' εἰς φλόγα βάλλεσθαι, ἢ ἀποκαθαίρεσθαι τῇ πλύσει τῶν λινῶν παραπλησίως. Lustrationes veterum peractæ circumlatione in orbē, & affrictione, quod περιμάττειν dicunt. Sine luto expiatio non peragitur. πηλώσεις, καταβορβορώσεις, Plutarchus vocat. Aristides, τὸ πηλὸν λαμβάνειν, *luto se inquinare, vt expient peccatum.* πηλῷ χρῖσθαι τὸν θεόν, *in luto se volutare.* Aniculæ lutum
B faciebant, vel sputo suo, vel luto è cellis balnearum se inungebant. aut stercorem insanium, vt scribit S. Chrysostomus Epist. 1. ad Corinth. βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίουσαι κατὰ μέτωπα τυπῶσι τὸ παιδίον.

C A P. V I I.

De aqua lauacro ad lustrationes.

THALES Milesius aquam rerum omnium principium esse putauit, Homerum sequutus, qui dixit,

Ὠκεανόν τε θεῶν πατέρα, καὶ μητέρα Τηθύν.
C *Oceanum Deorum patrem, & Tethym matrem.*

Ægyptij aquam & ignem pinxêre, vt καθαρότητα, & puritatem significarent. Ideo non tantùm corporibus, verùm etiam animis purgandis lotiones in vsu fuêre. Euripides,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Mare purgat omnia hominum mala. Apud Herodotum lib. 2. sacerdotes Ægyptij bis de die, bis de nocte aqua se lauare soliti. In India fuêre ἡμεροβαπτισταί, *qui de die lauarent.* Orus in Hierogl. ἁγνείαν γράφοντες πῦρ καὶ ὕδωρ ζωγραφοῦσι, ἐπεὶ διὰ τούτων στοιχείων πᾶς καθαρμὸς ἐπιτελεῖται. *Puritatem pingentes, aquam & ignem pingunt, quia per hæc elementa fit omnis purgatio* Clemens in Protrept. *Hebræi brachia pura primo mane ad cælum tollunt, corpus aqua purgantes, statim vt è lecto exierunt,* αἴρουσι πρὸς οὐρανὸν ὠλένας ἁγνὰς ὄρθριοι ἐξ εὐνῆς αἰεὶ χρόα ἁγνίσαντες ὕδατι. Multiplex autem lotio fuit; interdum enim pedes, aliàs manus solas, nonnunquam ipsum caput, sæ-
D pe totum corpus lauerunt, quandoque sola aspersio aquæ lustricæ fuit, vt in funeribus, & aditu templorum. Ea lotio interdum semel facta, sæpe bis, ter, septies repetita, maris aut ingis fluuij aqua, cuius auctores alij Pythagoram, quidam Ægyptios, nonnulli Hebræos esse volunt. Laërtius Pythagoram ita sensisse docet, ἁγνείαν εἶναι τὴν διὰ καθαρμῶν, καὶ λουτρῶν, καὶ περιρραντηρίων, καὶ διὰ τὸ αὐτὸν καθαρεύειν ἀπό τε κήδους, καὶ λεχοῦς, καὶ μιάσματος, *sanctitatem esse quæ expiationibus, lauacris, aspersionib. quæritur, & à funere, Venere, & pollutione purum se præstando.* Apud Euripidem Hippolytus verba impudica se aquis abluturum esse ait;

Ἃ ἐγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι.

Nonus Dionysiac. lib. 6.

——μίσγετο πάτριον ὕδωρ
Εἰς ῥόον, εἰς ἀνέμους ἀπεσείσατο τάρβος ὀνείρων.

E *Iuit ad patriam aquam, & in fluentum, ac ventos abiecit terrorem somniorum.* Valer. Flaccus libro 5. Argonaut.

Fortè Deûm variis per noctem territa monstris
Virgo thoris primi iubar ad placabile Phœbi
Ibat, & horrendas purgantia flumina noctes.

Inde apud Demosthenem pro Corona, ἐκνίζειν est purgare, quæ in aliqua re gerenda peccata sunt; οὐδέποτε ἐκνίψῃ σὺ τἀκεῖ πεπραγμένα, *nunquam purgabis quæ illic gessisti.* In Ægypto lotiones frequentes. Herodotus lib. 2. λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός. *Sacerdotes Aegyptij bis die, bis nocte lauant aqua frigida.* De Iudæis Philo lib. περὶ θυόντων, τὸ γὰρ σῶμα λέγεις, καὶ περιρραντηρίοις καθαίρει, καὶ οὐκ ἐᾷ περιρρεόμενον (malim περιρρανόμενον) εἰσάπαξ, ἢ ἀπολουσάμενον εἴσω τῶν περιβόλων ἱερῶν παρέρχεσθαι, &c. *Moses corpus lauacris, & lustralibus aspersionibus purgat, & non finit aspersum semel, aut lotum statim intra ambitum templi ingredi, sed iubet septem dies exesse, & bis aspergi tertia die, & septima.* Alij quidem ferè omnes pura aqua, & non

KKk 2 mixta

mixta luſtrantur, pleri que mari, alij fluuiis, quidam aqua hauſta è fontibus. Moſes præparans cinerem qui ſupereſt è ſacro igne, ex hoc ſumendum eſſe monet. Exod. 30. *Facies labrum æneum cum baſi ſua ad lauandum, & miſſa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus ſuas, & pedes.* Vetus Scholiaſt. Horat. ad ſatyr 3. lib. 2. Lotis manibus dixit, quia ſolebant Deos precaturi manus, & pedes abluere. Chriſtus Dominus pedes diſcipulis ſuis lauit Matt. 26. lib. 1. Reg. cap. 26. Abigail cùm aſciſceretur in vxorem à Dauide, ait; ἰδοὺ ἡ δούλη σου εἰς παιδίσκην τοῦ νίψαι πόδας παίδων σου. *Ecce ancilla tua, vt lauet pedes puerorum tuorum.* Græci pelues ad pedum lotiones adhibuerunt, ποδανιπτῆρα, ποδονιπτῆρας. Latini pelluuias, quibus pedes lauantur, malluuias, quibus manus, ait Feſtus, χέρνιβα. Euſtathius aquam qua manus ante cibum abluerent κατὰ χειρός, poſt cibum ἀπονίψασθαι μετὰ τὴν τροφήν. Homerus Odyſſ. 3.

> χέρνιβα δέ σφ' ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι.
>
> *Aretus ferens aquam ad manus in lebete florenti.*

In hunc lebetem imponebatur πρόχοος, *aqualis*, manibus lauandis, aut miſcendo vino. προχοῒς dicitur Xenophonti, προχοΐδιον Straboni, πρόχυς, & χοῦς Athenæo lib. 11. Homerus Iliad. ω.

> Χέρνιβα τ' ἀμφίπολος πρόχοόν τ' ἐπέχουσα φέρουσα
>
> Καλῇ, χρυσείῃ· ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος
>
> Νίψασθαι. ———

χειρονιπτῆρον, χειρονιπτῆραν, χερνίβιον, χέρνιβον, χέρνιμμα, ex eodem dicunt. fuêre ad aras χέρνιβοι, id eſt, labra manibus abluendis, ad quæ hoſpites loti. Eurip. in Elect. act. 4.

> Λουτρὰ ὡς τάχιστα τοῖς ξένοις τις αἱρέτω,
>
> Ὡς ἀμφὶ βωμὸν στῶσι χερνίβων πέλας.

Reſponderunt illi,

> ——— ἀρτίως ἡγνίσμεθα·
>
> Λουτροῖσι καθαροῖς ποταμίων ῥεέθρων ἄπο.

Homerus Iliad. 6.

> Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
>
> Ἅζομαι. ———

Heſiodus in operib. ἀνίπτοις χερσὶν μὴ λείβειν θεοῖς. In quacunque precatione manus ablutæ ſunt. Ouidius 4. Faſtor.

> ——— *Hæc tu conuerſus ad ortus*
>
> *Dic quater, & viuo perlue rore manus.*

Plutarchus in Mario, νιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν ηὔξατο. Arcebantur enim ſacris ſolemni præfatione quibus manus puræ non eſſent, ait Liuius lib. 41. καθαραὶ χεῖρες dicuntur à cæde, & ſanguine puræ. Herodotus lib. 1. ἀνὴρ μὴ καθαρὸς ἐὼν τὰς χεῖρας. Seneca in Oedip. act. 3.

> *Licet iam tollere ad cælum piè*
>
> *Puras, nec vlla ſcelera metuentes manus.*

Vt puræ eſſent abluebantur. Dionyſius Halicarn. lib. 8. dixit χερνίψασθαι. Horatius ſatyr. 3. lib. 2.

> ——— *circum compita ſiccus*
>
> *Lotis manè ſenex manibus currebat.* ———

Lucianus de ſacrificiis, καὶ τὸ μὲν πρόγραμμά φησι, μὴ παριέναι εἴσω τῶν περιρραντηρίων ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας. In foris enim vrbium, & in aditu templorum erant περιρραντήρια, vbi manus abluebant, vel à ſacerdote aqua aſpergebantur precaturi. Plutarchus in Sylla, ὁ Σύλλας πλησίον τῆς ἀγορᾶς τῷ περιρραντηρίῳ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς ὄντι προσελθὼν ἀπενίψατο τὰς χεῖρας. Ea enim περιρραντήρια alicui Deo conſecrabantur. Theodorit. lib. 3. cap. 16. de Iuliano εἰς τὸ τῆς τύχης τέμενος, *in templum fortunæ ineunte*, ἑκατέρωθεν δὲ τῆς θυρῶν εἱστήκεισαν νεωκόροι περιρραντηρίοις τοὺς εἰσιόντας προκαθαίροντες ὡς ἐνόμιζον. Valentinianus alapam impegit ſacerdoti, à quo luſtrali aqua aſperſus erat. Scitum illud eſt de L X X. Interpretibus, qui ſacras literas in gratiam Ptolemæi Græco ſermone dònarunt, eos primo mane maris aqua manus abluiſſe. Ioſephus lib. 12. cap. 2. τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, καὶ καθαίροντες αὐτάς, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν νόμων ἑρμηνείαν ἐτρέποντο. Latini labra, & delubra dixere. Aſcon. ad Diuinat. Cic. Alij delubra dicunt ea templa in quibus ſunt labra corporum abluendorum, vt Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes, tripodéſque viſuntur. Chryſoſt. m. ſ. καθάπερ γὰρ κρήνας εἶναι ἐν τοῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ θεῷ πρότερον ἀπονίψωνται

A μθνοι τὰς χεῖρας, ὕτω τὰς εὐχὰς εἰς αὐλὰς ἀναθείνεσι. ὥσπερ οὖν ὁ τολμῶς ἀνίπτοις χερσὶν εἰσελθὼν εὔξα- σθαι, &c. καί τοι καθαρὰς πολλάκις ἔχοντες τὰς χεῖρας αὖ μὴ πρότερον αὐτὰς ἀποπλυνώμεθα ὕδατι οὐκ ἀναθείνομεν εἰς εὐχὴν, τοῦτόν ἐστιν ἡ συνήθεια. Erant canthari & salientes aquæ in vestibulis Ecclesiarum, quibus in templa ineuntes manus ante precationem abluerent. Sed de Ethnicis Virgil. lib. 8. Æneid.

—— ritè cauis vndam de flumine palmis
Sustulit, ac tales effudit ad æthera voces.

Interdum caput in aquam mergebant. Persius,

Hac sanctè vt poscas Tiberino gurgite mergis
Manè caput bis, terque, & noctem flumine purgas.

Apuleius lib. 11. Me marino lauacro trado, septiésque submerso fluctibus capite, quod is
B numerus Pythagoræ religionibus videtur aptus. lib. 1. Metamorph. Ouidius,

Inde vbi libatos irrorauêre liquores
Vestibus, & capiti. ——

lib. 4. Fastor.

Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas.

lib. 5. Fastor.

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

lib. 7. Metamorph.

—— Ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis. ——

Macrobius lib. 3. cap. 1. si Diis superis fieret, totum corpus ablui solitum ait, si inferis, as-
C persionem solam adhibitam. Virgilius lib. 4. Æneid.

Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

Vbi Seruius; Sacrificantes Diis inferis aspergebantur, vt,

Spargens rore leui, & ramo frondentis oliuæ.

superis abluebantur, vt,

—— Donec me flumine viuo
Abluero. ——

Plautus in Aulul.

Eo lauatum, vt sacrificem.
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam.

D libro 4. Æneid.

Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

6. Æneid.

Idem ter socios pura circumtulit vnda.
Occupat Aeneas aditum, corpúsque recenti
Spargit aqua ——

Nimis angustè, meo animo, cùm & in superûm sacris sola aspersio sæpe adhiberetur. Ideo in aditu templorum περιῤῥαντήρια λίτρα vocat, & περιῤῥαντήρια. Philo Iudæus. Vir. l. 8. Æneid.

—— Et sic effatus ad vndam
Processit, summóque hausit de flumine lymphas,
Multa Deos orans. ——

E Iudæi in conspectu Dei aquam in terram effundebant. lib. 1. Reg. cap. 7. καὶ συνήχθη ὁ λαὸς, καὶ ὑδρεύονται ὕδωρ, καὶ ἐξέχεον ἐνώπιον κυρίου ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐνήστευσαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. De lustrali aqua in aditu templorum Sozomen. lib. 6. ἐπειδὴ ἔμελλεν ἐπιτερματίζειν ὁ ναὸς τὸ εἴδωλον, θαλλὸς τινὰς διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τοὺς εἰσιόντας. Laërt. ὁ διογένης τινὰ περιῤῥαινόμενον ἰδὼν, ὥσπερ τὸ ἐν γραμματικῇ ἁμαρτημάτων, ἔφη, περιῤῥαινόμενος οὐκ ἀπαλλαγείη. Huc respexit Cicero lib. 2. de legib. Ad Deos casto corpore, multo magis animis adeunto. Nam illud vel aspersione, vel dierum numero tollitur (fortè eluitur, scilicet corpus:) animi labes nec diuturnitate euanescere, nec amnibus vllis elui potest. Eustathius, ὁ μόνον πείσοντες, ἀλλὰ καὶ δεξάμενοι ἐνίπτοντο, *nan solum persuasuri, sed & precaturi lauabantur*. legendum videtur, ὁ μόνον δεξάμενοι, ἀλλὰ καὶ πείσοντες. In templo Crœsus Delphis vascula duo, aureum alterum, argenteum alterum, piaculari aquæ dedicauit. Herodotus lib. 1. περιῤῥαντήρια vocat. Aspersio dicitur ῥαντισμὸς cap. 2. Numer. Totum plerumque corpus lotum est, si Diis superis fieret. Apud Homerum Penelope,

A quod imitatus Mapphæus,

Tunc corpus nati abluere, & deferre sub vndas
Quicquid erat mortale. ——

Sed & parricidæ fluuiis purgabantur. Senec. in Hercule furente,

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus vnda abluere dexteram potest?

Thebis fons Oedipodis fuit, vbi paternam necem abluit, apud Pausaniam pag. 295. οἰδιπόδια κρήνη, ὅτι εἰς αὐτὴν τὸ αἷμα ἀπενίψατο οἰδίπους τοῦ πατρῴου φόνου. Scholiast. Sophocl. in Aiace, ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος. Seneca in Hercul. furente,

B

—— *Manantes prius manus*
Cruenta cæde, & hostili expia.

lib. I. Græcor. epigram.

Ἀνθρώδεις γὰρ ἐμοῖσιν ἀπενίψατο νάμασι χεῖρας
Ἀνδροφόνος κηλῖδος ὕδασιν ἐγκεράων.

lib. I. Fastor. Ouid.

—— *Tristia crimina cædis*
Fluminea tolli posse putatis aqua?

Suidas, ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων. οἱ ἐπὶ φόνοις καθαιρόμενοι δὶς ἑπτὰ κύμασι πλύνουσι τὰ ἱμάτια. Liuius lib. 39. deinde purè lotum in sacrarium deducturam. Sophocl. in Colono de inferius mortuorum,

C

Κρατῆρες εἰσὶν ὧν κρᾶτα ἔρεψον, καὶ λαβὰς
Ἀμφιστόμους οἷος νεαρᾶς οἰοπόκῳ μαλλῷ
Λαβὼν χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.

Tibullus lib. I. eleg. 3.

Quidve piè dum sacra colis, puréque lauari
Te memini, & puro secubuisse thoro.

Ipsi etiam Iudæi in lecto lauabantur. Clemens lib. 4. stromat. ἔθος τῶν ἰουδαϊκῶν, ὡς καὶ πολλάκις ἐπὶ κοίτῃ βαπτίζεσθαι. In veteribus colloquiis, manè cùm surrexissent, aqua & sapone lauabant. ἐγερθεὶς ἐκάθισα ἐπὶ τοῦ ἐνηλάτου τῆς κλίνης, ὑπὸ δὲ θεὶς ἔλαβον σιμικίνθιον. ἐπεδόθη καθαρὸν, προσενεχθὲν ὕδωρ πρὸς τὴν ὄψιν, εἰς ὀργάλην, ᾧ ἐπιχυθεὶς πρῶτον χεῖρας, εἶτα καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ σῶμα ἔλουσα.

D

CAPVT IX.

De variis aquis.

MOTHONÆ est aqua mixta resinæ, odorata. Aqua rubra prope Ioppen in Iudæa, nigra in Asturibus, alba Aniene; Virgilius,

Sulphurea Nar albus aqua. ——

quæ primò frigus, deinde colorem parit. In Cardia est aqua calida dulcior lacte. Dicearchæa aqua calida plumbum liquat. Apud Macrobios fons olei violas olet. Statua Iouis Olympiaci oleo conseruatur intus infuso, eburneæ statuæ aqua. Æsculapij Epidaurij statua ad puteum conseruatur. Persarum Reges aquam Choaspis fluuij biberunt. Ptolemæus ad filiam, quæ nupserat Antiocho, aquam Nili in Asiam transmittebat, quia fœcundare putatur. Plutarch. in Alexand. Susis ὕδωρ ἀπὸ τοῦ νείλου, καὶ ἴστρου ἀποθέσθαι τὸν βασιλέα οἷον ἐκβεβαιουμένους τὸ μέγιστον τῆς ἀρχῆς. Ptolemæus in Almagesto 30. stellas Arctico affixas esse ait, quæ cùm siccæ, frigidæque naturæ sint, vi sua repellant aquas, terram eadem parte qua micant, suspensam teneant, vt eiusdem secum naturæ. Alij putant ad Arcton magnete partes terræ incrustatas esse, qui dum se ad polum erigit, vniuersum terræ corpus vndis extare facit, ne mergatur. Alij in montibus & specubus aquas contineri, ne terram obruant. Ego verò sic habeo. Deum mare quasi in vtre constrinxisse, ne terram mergeret. Seneca, Oceanus vtrùm terras veluti vinculum circumfluat, an in suum colligatur orbem, & in hos per quos nauigatur sinus, quasi spiramenta quædam magnitudinis exæstuet, incertum.

E

Oceanus totum latè qui amplectitur orbem.

Orpheus,

Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
Κύκλον ἀκαμάτου καλλιρόου ὠκεανοῖο,
Ὅς γαῖαν δίνῃσι περὶξ ἔχει ἀμφιελίξας.

Homerus

Homerus vocat Oceanum ἀψόῤῥοον, ὡς εἰς ἑαυτὸν ῥέοντα, ἤγουν ἐπανιόντα, καὶ οὕτως ἐναποκλείοντα ἑαυτῷ τὴν γῆν. Seneca ad Marciam cap. 18. Vinculum terrarum Oceanus continuationem gentium triplici ſinu ſcindens, Mediterraneo, Arabico, Perſico. In Panegyr. Maximiani, orbem quadrifariam duplici diſcretum Oceano. Oceanus mediam penè terram diuidit infra æquatorem obliquus. Præter bonæ ſpei promontorium ad Orientem Magellani fretum perrumpit, pòſt occurrit Oceano priori. Ægyptij maria omnia, piſces, piſcatores, mare auerſantur Sale vtuntur in ſacrificiis non è mari, ſed ex Hammonis fonte. Inſulanos, vt prophanos odêre. Seneca, Oceanus totius orbis vinculum, terratúmque cuſtodia. Plin. Oceanus terram totam intrà, extrà, ſuprà venis vt vinculis diſcurrentibus ligat.

CAPVT X.

De fluuiis, & fontibus.

VARIA fluuiorum, & fontium ingenia ſunt, de quibus Seneca lib. 3. Natural. quæſt. cap. 10. ex Ouidio,

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducat marmora rebus.
—— Lynceſtius amnis
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.

Sunt & lacus,

—— quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.

Ouidius lib. decimoquinto Metamorph.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur minimos cùm Luna receſſit in orbes.

Silius Italicus lib. 8.

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo flumine tradunt
Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.

Caſſiodorus in var. epiſt. Fons Arethuſæ in Scyllatino territorio te tacente tacet, te loquente commouetur, vt putes ſubitò feruere. Ariſtoteles in mirabilib. audit. In Chio fons reddit τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους. Victruuius lib. 8. Fons eſt vnde quilibet fit abſtemius. φεύγειν μοῦ πηγὴν μισάμπελον. vide Victruuium. Seneca, Occulto itinere mare ſubit terras, & palàm venit, ſecretò reuertitur, colatúrque in tranſitu mare, quod per multiplices terrarum anfractus verberatum amaritudinem ponit, & in ſyncæram aquam exit. Carmen eſt Pauli Silentiarij de thermis Pythiis ſub finem libri 7. Anthologiæ, vbi mira de fontium viribus ſcribuntur.

Ἄλλη μέθην ποιεῖ ἢ, ἄλλη γάλα πέφηνε,
Πλειῶν ἄκος νοσούντων. ——

vide pag. 489. & Plinium lib. 2. cap. 103. Cæterùm fontibus vrnæ dantur. Virgilius,

Cælatáque amnem fundens pater Inachus vrna.

Tres vrnæ dantur Nilo. Amphicthyones Cyrrham inſidiis interceperunt, cùm in fontis canalem elleborum indidiſſent, vnde oppidani profluuio laborarunt. Imilco Carthaginenſis Numidas in ſuburbio Carthaginēſi graſſantes mandragora in vino pota corruptos cæcidit. Ætolis obſeſſis fons vnus fuit extra vrbem, ad quem mulier ititans comprehenſa penuriam aquæ indicauit, ſi fons ille obſtrueretur; obſtructus eſt, vnde vrbis deditio ſequuta. Pauſanias, Clarij fontis hauſtu fatidici verſus mille fundunt. Puer è Caſtalio fonte exiſtens Antiochiæ fata Hadriano cecinit. ab eo fons mox eſt obſtructus. Hæc curſim de fluuiis, & fontibus dixi, quia ad magiam naturalem pertinent. Tu ſi plura requiris, fontes ipſos, vnde hauſi, adito.

F I N I S.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ PRIMO SYSTEMATIS
HVIVS OPVSCVLORVM TOMO
CONTINENTVR ET EXPLICANTVR.

Index rerum,

Apollonij

Index rerum,

B

Basilio

Canis

Index rerum,

fuit

dix

E

Erasmus

apud

H

Herculis

Iouis

Index rerum,

Man

N

O

P

Promithea

Q

R

S

Stellas

festis

X

Z

Finis Indicis Tomi primi.